ARISMINI TEPATI

COMPENDII DECISIONUM ET VARIARUM SENTENTIARUM JURIS CANONICI CIVILIS ET CRIMINALIS

PARS TERTIA.

COMPENDIUM JURIS CIVILIS, DECISIONUM ET SENTENTIARUM, QUIBUS IN PRAXI JURISCONSULTI UTUNTUR,

PARS TERTIA.

De contractibus, quaſi contractibus, & de ultimis voluntatibus.

TITULUS CCCXXXVIII.

De contractibus in genere.

Cap. I. Contractus. Quis ſit, Quis dicatur, vel non.

AN contractus definitio, quam ex Labeone *Ulp ſub titul. de verb. ſignif.* refert recte ſit aſſignata *Ant Gab. quæſt. 8.* ¶ Titulus contractus nihil aliud eſt, quam cauſa contractus *Bartol. in l. 22. Cod. mandati, num. 9.* ¶ Ubi deficit cauſa finalis contractus, ſine qua quis alias contracturus non eſſet, contractus nominatus reſolvitur *Cravet. conſil. 299* ¶ Cum aliquid additur, cenſetur receſſum à ſermonibus præcedentibus, & novus contractus eſt celebratus. *Afflict. deciſ. 375. n. 7.* ¶ Contractus dicitur celebratus gratia ejus, qui rogavit. *Bart. in leg. 18. ff. de præſcript. verb.* ¶ Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pro quibus ſolutio promiſſa eſt. *Rebuff. in ſuo comment. tract. de ſentent exeq. art. 9. gloſſ. 5. tom. 1.* ¶ In Contractibus innominatis cauſa habetur loco conditionis: ſecus in contractibus nominatis, *l. 3. C. de rer. permut.*

Vel non.

Multa verba ſolent intervenire inter contrahentes, antequam ad concluſionem perveniatur; ideo ante ipſam concluſionem non eſt contractus celebratus. *Afflict. deciſ. 875.* & tota vis illius in concluſione conſiſtit. *Rot. Genuenſ. deciſ. 131.* ¶ Quando præcedit contractus, & adjicitur conventio, quæ poteſt cadere in nomen contractus, potius judicatur informatio primi, quam novus contractus, *l. 1. §. quod ſi rem. ff. depoſiti.* ¶ Appellatione contractus non venit teſtamentum, & contra, *gl. in verbo contractus, l. 17. C. de teſtamentis.*

Cap. II. Qualis ſit.

An ſemper in contractibus voluntas peritorum ſit attendenda. *Franc. Sarm. lib. 1. ſelec. interp. cap. 11.* ¶ An contractus innominatus do ut des differt à permutatione. *Vand. var. qu lib. 1. q. 25.* ¶ An de jure canonico res contractus ſint bonæ fidei. *Fran. Sarm. lib. 3. ſelect. interpret. cap. 3.* ¶ Licet contractus principalis ſit ſtricti juris; tamen acceſſorius poteſt eſſe bonæ fidei, *l. 18. C. mandat.* ¶ Contractus eſt ultro citroque obligatorius; vel eſt voluntaria communicatio rerum, ſeu officiorum. *idem Marc. de Mant. ſingul. 692.* ¶ In contractibus correlativis facta reſolutione ab una parte, totus contractus reſolutus eſt, *l. 5. ff. de reſcind. vend.* ¶ Contractus eo caſu, quo eſt bonæ fidei, eo caſu, & diſtractus, ſeu liberatio: & contractus factus ad diſſolvendum, non prodeſt ad agendum. *Bartol. in leg. 59. ff. de pact.* ¶ Omnis contractus factus coram Principe, habet naturam bonæ fidei. *Franc. Crem. ſingul. 36.* ¶ Contractus ex conventione legem accipiunt. *Bartol. in l. 5. §. nunc. ff commodati.* ¶ Contractus bonæ fidei, in quibus differant à contractibus, ſeu actionibus ſtricti juris. *Marcus de Mant. ſingul. 369.* ¶ Contractus fere omnes ſunt de jure gentium introducti, & qui dicantur de jure civili, *vide Bart. in §. jus autem inſtit. de jure natural gent. & l. 4. & 5. ff. de juſtit. & jur.*

Cap. III. Quæ requiruntur.

Auctoritas judicis, quando ſufficiat in contractibus minorum, & quando ipſe judex ſuppleat defectum tutoris. *Bartol. in l. 3. C. de in integrum reſtitut.* ¶ Qui agit ex inſtrumento, quas qualitates ſervare debeat. *Boer. deciſ. 23. num. 30.* ¶ Bona fides eſt de ſubſtantia contractus bonæ fidei. *Bartol. in l. 19. C. de tranſact. num. 8.*

Cap. IV Quibus modis intelligatur.

Contractus verba referentia ſe ad duas diſpoſitiones invicem contrariantes; [illegible]teria lucri dotalis qualiter ſint intelligenda? *D. [illegible] quæſt. Forenſ. q. 59. lib. 2.* ¶ Præfationum vis, & natura, & quando in præfationibus dicta cenſentur in contractibus, & poſt repetita. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt Foren. q 1. lib. 1.* ¶ Contractus ſubſtantia, quando conferri poſſit in voluntatem alterius partia. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 82.* ¶ Verba contractus debent civiliter, & benigne intelligi, & in mitiorem partem interpertantur, *l. 9. ff. de ſervitut.* ¶ In contractibus bonæ fidei id ſequimur, quod actum eſt: etſi verba repugnent. *D. in l. in actionibus. ff. de in lit. jurau.* ¶ Tantum valet officium judicis in bonæ fidei contractibus, quantum valet ſtipulatio in contractibus ſtricti juris, *l. quia tam undem. ff. de neg. geſt.* ¶ Contractus ſimpliciter factus, & ſine ulla conditione ſimpliciter, & pure intelligi debet. *Fel. conſ. 50. n. 4.* ¶ Pactum cohærens contractui ſtricti juris informat actionem, quæ oritur ex illo, ut ex ea ſic informata agi poſſit ad id, quod in pacto devenit. *l. 27. C. de pact.* ¶ Contractus ſtricti juria recipit interpretationem extenſivam; ſi alias non haberet effectum, *l. 111. ff. de verb. oblig.* ¶ Ambigua conventio interpretatur contra eum, pro quo confertur, *l. veteribus. ff. de pact.* ¶ Contractibus celebratis inter rurales verba intelliguntur naturaliter groſſo modo, & improprie.

Bdrt. in l. 8. §. ſi annua. ff. de pignor. act. ¶ Ubi eſt unus quaſi contractus inſpiciamus principium, ubi ſunt plures cujuscunque per ſe initium inſpicitur, *l. 16. ff. de neg. geſt.* nam origo, & principium cujuscunque contractus attendi debet. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 26. c. 6. extra de empt. & venditio.* ¶ Conventio unius, quæ perſonam reſpicit ad alium non tranſit, *vide Hartm. c. 6. de pactis, & tranſact. lib. 2.* ¶ Ubi aliquid venit ex natura contractus præſumitur illud tacite agi, ut non ſit opus expreſſione. *gloſſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* nam naturalia contractus transeunt ſine pacto; ſed poteſt contrarium paciſci, *l. in empt. ff. de pact.* ¶ Error in ſpecie contractus impedit contractum, & dominii translationem, quæ reconciliatur conſumptione ſequuta, & quoad dandam actionem inſpicitur recipientis intentio, quoad dandam exceptionem inſpicitur animus dantis, *l. 18. ff. ſi cert. pet.* ¶ In contractu venit id, in quo veriſimiliter contrahentes conveniſſent. *Ozaſc. deciſ. 64. num. 6.* Ideo etiam in materia contractuum attenditur id, quod veriſimiliter contrahentes, ſi fuiſſent interrogati diſpoſuiſſent. *Ozaſc. deciſ. 90. num. 16. Dec. conſil. 697. num. 8.* ¶ Conſenſus ultra mentem contrahentium operari non debet. *idem Ozaſc. d. deciſ. 64. num. 9.* ¶ Verba contrahentium ſic interpretari debent, ut repugnantia in ſe non contineant. *Ozaſ. deciſ. 76. num. 11.* ¶ Pacta apposita in uno instrumento dicuntur annexa, & reſpectiva ſolum ex hoc, quia in uno inſtrumento. *Gram. deciſ. 103. num. 157.* ¶ Quando plura jura concurrunt in perſona unius, perinde eſt ac ſi concurrerent in perſona diverſorum, *l. 22. ff. de his quib. ut indig. leg. aufer.* ¶ Illud, quod quotidie conſuevit apponi in inſtrumentis, & contractibus debet haberi pro appoſito, licet omittatur, *l. fin. C. de fidejuſſ. & mand.* ¶ In contractibus ſequimur, quod actum eſt, & ſi non appareat, quid ſit actum, ſequimur, quod in regione frequentatur, ſi vero neque regionis mos appareat, ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, *l. 35. ff. de reg. jur.* ¶ Tractatus quando arguat, & demonſtret contractus ſubſequuti naturam, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 470.* ¶ Voluntas præcedens derogatoria ſicut tollit ſequentem in ultimis voluntatibus; ita etiam in contractibus, ſuper quibus interponitur. *Bart. in l. 1. C. de pactis num. 6.* ¶ In contractibus verba non ſunt ponenda, ex quibus nullus reſultat effectus, *l. fin. C. de donat.* ¶ Contractus unus quando cauſatur ex alio, non conſideratur cauſatus; ſed cauſans. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 25. Rot. Genuenſ. deciſ. 91. n. 8.* ¶ Subſtantia contractus non confertur in arbitrium tertii incerti; ſed illud, quod eſt de natura, & qualitate contractus. *Bart. l. illa inſt. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Proteſtationem, ſive limitationem contractus poni in principio, aut fine contractus, antequam ſit perfectus, non refert *Bartol. in l. 14. ff. de leg. 1.* ¶ Actus non privilegiatus, ſi cauſatur ab actu privilegiato ratione contractus, ſumit naturam illius, à cujus primordio emanavit: ſecus ſi ſumit primordium ab eo, qui eſt cauſa honoris inducendi. *Bartol. in l. 1. C. de impon. lucr. diſſ.* ¶ In obligationibus, quæ contrahuntur ſuper rebus inſeparabilibus à perſona, non cadit vera obligatio, *l. 4. ff. de novatio. & obligatio.* ¶ Stipulatio appoſita ſuper aliquo contractu, debet intelligi ſecundum naturam illius contractus, ſuper quo interponitur. *Bart. in l. 6. C. de tranſact.* ¶ Contractus nominatus quando habet dependentiam contractus nominati, tunc in ipſo contractu nominato militat regula; ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *Ozaſch. deciſ. 98. num. pen.* ¶ Contractus in alterius contrahentium voluntate collatus, non intelligitur efficaciter celebratus, *l. 13. C. de contrah. empt.* ſecus ſi conferatur in voluntatem tertii. *gloſſ. ibid.* ¶ In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamvis actum rei non intelligant, *vide l. 5. ff. de reg. jur.* ¶ Contractus quidam dolum malum tantum recipiunt, quidam dolum, & culpam; niſi aliter ſit actum, eo excepto ſi conveniat, ne dolus præſtetur, *reg. contractus.*

Cap. V. Quibus modis probetur.

Quilibet contractus ex non ſcripto duobus, vel tribus teſtibus probatur. *Gram. deciſ. 73. num. 8.* ¶ Verba enunciativa inſtrumenti, emiſſa propter aliud, vel ubi de enunciato principaliter diſputatur, non probant. *Ozaſ. deciſ. 76. num. 12.* alias probant inter contrahentes, donec contrarium probetur, *l. 14. C. de contrah. & committen. ſtipul.*

Cap. VI. Quæ attendantur in contractu.

An in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ jure canonico. *Fach. lib. 11. cap. 8. affirmat.* ¶ Contractus tempus quantum ad acquiſitionem inſpicimus in his, quæ retrotrahuntur: in his vero, quæ non retrotrahuntur tempus exiſtentis conditionis. *Bartol. in l. 5. §. maritus. ff. de donat. inter vir. & uxor.* & verba contractus referuntur ad tempus illius, *l. 69. ff. de contrah. empt.* ¶ Argumentum à contrario ſenſu, habet locum etiam in contractibus. *Afflict. deciſ. 298.* Ideo confirmatio unius capituli de pluribus, aliorum ſapit reprobationem, *ibid. num. 4.* Tempus contractus inſpicitur, quando res fuerunt demonſtratæ tempore ipſius. *Afflict. deciſ. 81.* ¶ Factum magis, quam contemplatio in contractibus attenditur. *Vinc. de Franc. deciſ. 33.* & contrahentium voluntatem potius quam verba ſpectari placuit, *l. 19. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Locus celebrati contractus inſpicitur circa ea, quæ veniunt ex conſuetudine; ſed locus ſolutionis circa ea, quæ veniunt per moram adhibitam, & ea, quæ veniunt in contractu. *Bart. in l. 1. ff. de uſur.*

Cap. VII. Quando extenſio fiat, vel non.

Verba contractus debent trahi ad poſſibilem, & non impoſſibilem intellectum, *l. fin. C. eod. de contrah. ſtipul.* ¶ Licet in contractibus ad caſum non expreſſum extenſio fieri non poſſit, & caſus omiſſus pro omiſſo habeatur; tamen poteſt fieri extenſio de ſimilibus ad ſimilia: Ideo exceptio, quæ fuit facta de bello, & peſte, debet extendi ad caſum caritatis, & famis, in quo eadem ratio videtur. *Dec. conſil. 555. & conſil. 697.* ¶ In contractibus non fit extenſio de tempore ad tempus; nec de perſona ad perſonam, minus de re ad rem. *Idem de Franc. deciſ. 115.*

Cap. VIII. Quibus modis fieri poſſit.

Contractus dicuntur fieri in ſcriptis, quando dictum eſt, quod aliter non valeat. *Jacob. Put. deciſ. 43. libr. 3. vide gloſſ. in l. 14. C. de teſtibus. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 197.* ¶ Die feriato in honorem Dei poſſunt fieri pacta, & tranſactiones, *l. 10. C. de feriis.* ¶ Contractus ſimpliciter confecti, præſumuntur facti ſecundum conſuetudinem. *Bartol. in l. 25 ff. ad municipal. & de incol.* nam conſuetudo loci inſpicitur in contractibus. *Bartol. in l. 35. ff. de reg. jur.* ¶ Contractus pii, & judicia ſecularia, quæ voluntariam jurisdictionem concernunt, poſſunt in Eccleſia fieri. *§. quantum auth. quib. mod. natur. effic. legit. l. 1. & 2. Cod. de his, qui in Eccleſia manumit.* ¶ Duo inſtrumenta inter eaſdem partes confecta eodem die, & coram eiſdem teſtibus videntur facta correſpective, unum ad alterum. *Gram. deciſ. 103. num. 158. vide Cravet. conſ. 298. num. 13.* & unum cenſentur. *Afflict. deciſ. 306. num. fin.* ideo pacta in uno inſtrumento appoſita, videntur eſſe repetita ad aliud. *ibid. n. 159. Cravet. d. conſ. 298. num. 13.* ¶ Contractus poſſunt fieri de nocte dummodo adſint luminaria. *Pet. de Raven. ſing. 459.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint in contractu.

Contrahentibus tam de jure civili, quam canonico licitum eſt ſe in pretio circumvenire. *Ozaſ. deciſ. 42. n. 8.*

vide

Digitized by Google

vide Bartol. in l. 2. C. de reſcind. vend. facit l. 17. §. pen. ff. de minor. 25. ann. vide infra titul. de reſcind. vend. ¶ In contractibus etiam poteſt fieri ſubſtitutio, & in donatione, quod jus ſubſtitutionis ſtipulatione vallatum, non poteſt poſtea revocari in præjudicium ſubſtituti. *Gravet. conſil. 19. num. 8.* ¶ Dilatio, quæ vim contractus perimit non poteſt concedi per reſcriptum, ſecus ſi non perimit, ſed tantum prorogat, *l. 7. C. de pac. inter emptorem, & venditorem, comp.*

Cap. X. Quæ habeant locum in contractu.

Pœna. l. ſi quis major. C. de tranſact. habet locum in omni contractu jurato. *Caſſad. deciſ. 2. tit. de jurejur. vide infra tit. de tranſact.* ¶ In contractibus eſt locus juri non decreſcendi, *l. 5. ff. communia prædiorum.* ¶ In contractibus nominatis non eſt locus condictioni ob cauſam, *l. 8. C. de contrah. empt.*

Cap. XI. Qui contrahere poſſit, vel non.

Prodigus poſt interdictam adminiſtrationem bonorum, antequam ſibi detur curator, an poſſit contrahere, *vide gloſſ. in l. 1. C. de curatore furio. vel prodig.* ¶ In judiciis, quaſi contrahitur: quare ex judicato datur actio, *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* ¶ Contractus omnes inter virum & uxorem ſunt permiſſi, donatione excepta. *Franc. Marc. quæſt. 507.* ¶ Ab initio licitum eſt contrahere; ſed ex poſt facto non licet reſilire, *l. ſicut. C. de actio. & oblig.* Ideo pœnitentia unius ex contrahentibus non diſſolvit contractum, *l. 10. Cod. ſi cert. pet.* quare neque privato, neque fiſco licitum eſt recedere à contractu perfecto, *l. 3. & 7. Cod. de reſcind. vend.* tamen ſi dolus adverſarii dedit cauſam contractui, poteſt alter contrahentium pœnitere, & quod dedit repetere, *l. 61. §. mandavi. ff. locati.* ¶ Contrahens appoſito nomine officii in dubio officii contemplatione contrahere videtur, *l. fin. ff. de inſt. act.* ¶ Adultus non habens curatorem poteſt contrahere, *l. 101. ff. eo. vide tamen l. fin. ff. de cond. & demonſt.* ¶ In paraphernalibus uxor abſque conſenſu mariti contrahere poteſt. *Ozaſ. deciſ. 62. n. 14.* ¶ Officialis in Provincia contrahere poteſt cum non ſibi ſubdito: Idem ſi palam, & bona fide contrahat cum ſubdito, *vide ibid. Ozaſ. n. 14.* Et quando poſſit contrahere, *vide etiam Bartol. in l. 6. §. non vero. ff. de offic. proconſul.* maxime ſi eſt perpetuus, *vide l. 32. ff. ſi cert. pet.*

Vel non.

Tutori periculoſum eſt contrahere officio depoſito, antequam rationem reddiderit, *gloſſ. in l. unica. C. rem alien. geren.* ¶ Ad contrahendum, vel quaſi nemo invitus compellitur, *l. nec emere. C. de jur. deliber.* ¶ Advocatus cum cliente contrahere non poteſt, pendente lite, *l. 6. C. de poſtul.* ¶ Officialis, quod prohibeatur contrahere, & negotiari in Provincia, de quo officiali intelligitur, *vide Ozaſ. deciſ. 144. num. 13. facit l. 46. ff. de contrah. empt.* ¶ Contraveniens contractui ex eo quod alia pars contravenit, non dicitur contraveniſſe. *Gravet. conſ. 298. n. 160.*

Cap. XII. Quis teneatur adimplere.

Modus adjectus contractui contractum non ſuſpendit; ſed actione ex eo contractu quis implere cogitur, ſecus in conditione, *l. 41. ff. de contrah. empt. & vendit.* ¶ In contractibus ultro, citroque obligatoris agens ex contractu tenetur ea ex parte ſui adimplere, quæ ad ipſum ſpectant, & probare eorum implementum. *Ozaſ. deciſ. Pede. 51. num. 9. vide infra tit. de præſcriptis verbis, & contract. innominat. facit, l. 14. §. offerri. ff. de actio. empt.* ¶ Sufficit contractum impleri à contrahente, vel ab alio ejus nomine, *l. 104. ff. de verb. obli.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus contractus.

Contractus, quando fit, ut debeat ampliari ad conſilium ſapientis, quid operetur hæc clauſula, & quæ poſſit ſapiens addere, *Bartol. in l. illa inſt. ff. de her. inſt.* ¶ Ex contractu in ſcriptis non oritur jus, niſi completa ſcriptura munda, & ſine vitio; & ab eo nondum in ſcriptis redacto, licet recedere, *l. contract. C. de fid. inſt. vide eundem Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 197. num. 7.* ¶ Si contractui jurisgentium ſubjicitur ſtipulatio, idem continens, novatur prima actio, ſi actum eſt, alias ſecus, *l. 71. ff. pro ſocio.* ¶ Contractus imaginarii juris vinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatur non interveniente veritate, *l. 53. ff. de actio. & oblig.* ¶ Stipulatio de rato continet intereſſe, ſicut ſtipulatio dolum non committi, quæ interponitur multotiens, tam in contractibus, quam in judiciis, *l. 19. ff. rem rat. hab.* ¶ Quando non conſtat qualis contractus celebratus fuerit: conſtat tamen quod aliquis fuit celebratus, datur actio præſcriptis verbis, *l. 18 ff. de præſcript. verb.* ¶ Conventio contra ſubſtantiam contractus facit conventionem in alium contractum tranſire, ſi verborum ſignificatio patiatur, *l. 27. ff. de donatio. cauſ. mort.* ¶ Agitur actione ex contractu ad eum reſcindendum, *l. 41. §. ſi colono, & ibid. gloſſ. ff. de uſufr.* ¶ Verba enunciativa in contractibus inter contrahentes probant, ſi enuncientur ſuper eo quo partes libere diſponere poſſunt. *Bart. in l. 8. n. 4. ff. de Caſtr. pecul. vide tamen. ibid. & ſupra tit. de fide inſtrum. lib. 1.* ¶ Verba enunciativa non inducunt obligationem in contractibus, ſed probationem, *l. 26. §. Titius. ff. depoſiti.* ¶ Liberato uno ex contrahentibus ex diſpoſitione legali, alter effectualiter non tenetur, *l. 52. ff. eo. de actio. empt.* ¶ Si quis in contractu confeſſus fuerit plus recepiſſe, quam revera receperit, poteſt non recepti liberationem condicere, *l. 4. C. de cond. da. cauſ.* ¶ Conventio Partium operatur contra jus commune, & regulariter omne invalidum facit validum. *Afflict. deciſ. 91. vide tamen Bart. in l. non dubium. C. de legibus.* ¶ Privatorum conventio juri publico non derogat. *l. 28. ff. de reg. juris.* ¶ Si in contractu facio, ut des, non ſervatur fides facienti, & factum de ſe non ſit repetibile, datur actio de dolo ad intereſſe, *l. 4. C. de dolo mal.* ¶ Allegans inſtrumentum doloſum, ſeu meticuloſe factum non poterit ex eo ſe juvare. *Gram. deciſ. 103. num. 152.* cum juvare quis ſe non poſſit ex eo, quod impugnat. *ibid. num. 151.* & dictum procedit etiam ſi pars vellet pro parte acceptare inſtrumentum, & pro parte impugnare. *ibid. num. 154.* ſed quid ſi eſſent capitula ſeparata, *vide ibid. num. 155.* ¶ In contractibus quodlibet verbum debet aliquid operari. *Dec. conſ. 696. num. 16.* quod procedit in verbis, quæ ſunt in principio, & in ſubſtantia inſtrumenti, ſecus videtur in verbis generalibus, quæ ſequuntur *vide Dec. conſ. 555.* ¶ Si aliquis ſubſcribat ſe contractui, quem non legit putans continere id, quod mandaverat, vel quod ſibi perſuaſum extiterat cum aliud contineat, ſibi non præjudicat, *l. fin. C. eod.* ¶ Confeſſio facta in quolibet contractu plene probat, præterquam in cauſa mutui, *l. generaliter C. de non num. pecun.* ¶ Contractus, qui celebratur cum Imperatore, vel auguſta habet vim legis, *l. pen. C. de don. inter virum, & uxorem.* ¶ Per contractum ab exhæredato cum hærede factum, videtur teſtamentum approbari, *l. 23. §. ſi hæreditatem. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Inſtrumentum, in quo quis confitetur ſe recepiſſe, quid non recepit, probat, quod ille promiſit dare, cui eſt facta confeſſio. *Bart. in l. 4. C. de dot. promiſ.*

Cap. XIV. Quibus modis valeat, vel non ſervandus: perfectus ſit.

An contractus, factus cum adulto ſine conſenſu curatoris valeat etiam ſi ſit utilis adulto, & non intervenerit decretum judicis. *Rol. conſ. 54. tom. 2.* ¶ An contractus minorum, mulierum ſine conſenſu, & præſentia duorum agnatorum venditionis, v. g. ſi tamen fuerit juratus valeat etiam juramentum doloſum præſumitur.

Rol. conſ. 99. tom. 3. ¶ Contractus, per quem quis promittit ſolvere certam ſummam tempore quo morietur, vel matrimonium contrahet, aut fiet Eccleſiaſticus, an ſubſiſtat. *D. Gaſp. Theſſaur. quaſt. Foren. libr. 2. quaſt. 14.* ¶ Contractus, aut totus ſtat, aut totus corruit, quis dicitur individuus, ſicut hæreditas, *leg. quod ſi uno. ff. de in diem addi. l. ſi quis alia, ff. de ſolut. l. 1. C. ſi adverſus tranſactionem, Dec. in l. C. qui admit.* ex cauſa tamen poteſt una pars contractus tolli, alia remanente, *l. 57. ff. de pact.* Ideo ſi per reſtitutionem à parte contractus recedatur, poteſt ille contra quem agitur à toto recedere, *l. 49. §. curator, ff. de minor. 25.* ¶ Stultus, vel furioſus, ubi faceret actum, quem quilibet ſanæ mentis feciſſet, talis actus valet, & tenet. *Gram. deciſ. 13. num. 28.*

Vel non.

Claudicat contractus ſi fiat cum pupillo ſine tutoris auctoritate, quia major obligatur pupillo; ſed pupillus majori non obligatur, *l. 14. §. ſi quis à pupillo, ff. de actio. empt.* alias non debet claudicare, *l. 54. §. fin. ff. de recept. arb.* ¶ Ubi non tenet contractus principalis pacta adjacentia, nihil operantur, *l. 1. de cond. ob cau.* ¶ Contractus in fraudem legis factus, non valet, *gloſſ. in l. 3. C. plus valere, quod agitur.* ¶ Furtivi, & clandeſtini contractus in præjudicium fiſci, & reipub non tenent, *leg. pen. C. de reſc. vend* ¶ Carcer eſt juſtus metus: Ideo contractus factus in carcere eſt nullus, *l. 22. ff. de eo, quod metus cauſ. vide ſupra tit. de execut. perſon. lib. 1.* ¶ Conſenſu partium reſtaurari non poteſt, quod conſenſu eorum non oritur. *Bart. in c. de tranſact. l. 6. n. 9.*

Servandus: perfectus ſit.

Contractus facti per officiales publicos ſunt ſervandi per ſequentes officiales, nec poſſunt per eos retractari ſine auctoritate ſuperioris, *l. 11. §. agri. ff. de Publ. & Vectig.* ¶ Si arbitrator fuit aſſumptus ſuper contractu perficiendo, niſi ſequatur arbitramentum, contractus non perficitur, nec à perſona ejus arbitratoris receditur, *l. 43. ff. de verb. oblig.*

Cap. XV. Quando diſſolvatur, recedatur.

Impoſſibilis conditio vitiat omnem contractum, *l. 30. ff. de actio. & oblig.* ¶ Contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur, & nudo conſenſu diſſolvuntur re integra: alias ſecus, *l. empt. ff. de pact. & l. ab empt. ibid.* ¶ Contractus, qui ſolo conſenſu contrahitur, contrario conſenſu re integra diſſolvitur, & tunc etiam fidejuſſor liberatur, *l. 93. ff. de ſolut. & liber.* ¶ Contractus initus cum defuncto majore, non retractatur ex perſona hæredis minoris, *l. 2. Cod. de his. quib. ut indig. legat. auf.* ¶ Per contractum ſemiplenum, ſeu imperfectum non receditur à contractu pleno, & perfecto; ſed econtra ſic, *l. 7. de reſcind. vend.*

Cap. XVI. Quando ſit nullus, vel non.

Contractus bonæ fidei, ſicut eſt nullus, quando dolus dat cauſam contractui, ita quando dat cauſam diſtractui, *Bart. in l. 7. C. de dolo.* ¶ Contractus, quando redditur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari. *Ozaſc. deciſ. 10.* ¶ Quoties conſiſtere contractus non poteſt, ad irritum deducuntur omnia, quæcunque comprehenſa ſub eo ſunt. *Cravet. conſil. 1. pro genero, num. 282.* ¶ Contractus dotis factus metu ipſo jure nullus eſt: idem in omni alio contractu bonæ fidei, *l. 21 §. ſi dos, & ibid. gloſſ. ff. de eo, quod met. cauſ.* ¶ Dolus tertii contractum non vitiat; ſed dolus contrahentium, ſi dedit cauſam contractui bonæ fidei, illum reddit ipſo jure nullum; ſecus ſi incidat in contractum, *l. 7. ff. de dol. mal. vide DD. in l. 2. C. de reſcind. vend.* ¶ Dolus vel metus non reddit contractum ſtricti juris nullum ipſo jure: ſed annullandum, *l. 5. C. de inutil. ſtipul.* ¶ Minor poteſt approbare contractum, qui non tenet, ſi vult, & ad reliquum pretium agere contra adminiſtratores, *l. 6. C. arbitr. tutel.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Contractus ſi impletur, an referat à quo impleatur, *vide Bartol. in l. 14. ff. de leg. 1.* ¶ Ubi legem expreſſam in aliquo contractu non habemus, recurrimus ad ſimilem contractum, *Ozaſ. d. deciſ. 51. num. 11.* ¶ Si in inſtrumento contineatur partes fuiſſe præſentes ſtatur ſcripturæ, & præſumitur ſtipulatio; niſi contra ſit probatum, *l. 14. C. de contrahen. & committit. ſtipul.* verbis enim contractus ſtandum eſt. *Ozaſ. deciſ. 76. n. 3.* ¶ Qui agit ex contractu alterius videtur illum ratificare, *l. 67. ff. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ Eligens ex duabus clauſulis ejuſdem contractus unam ex illis, nempe leviorem, graviori renunciare, *videtur. l. 8. C. de uſuris.*

TITULUS CCCXXXIX.

De conventionibus tacitis, & de his, quæ tacite aguntur.

Generalia.

DE conventionibus tacitis, & earum vi, *vide DD. in l. cum quid ff. ſi cert. pet.* & actum tacite, quando habeatur pro expreſſo, *vide Bartol. in l. 99. ff. de verb. oblig.* ¶ De materia taciti, *vide infra in ſeqq. duobus titul.*

Cap. I. Expreſſum: tacitum. Quod dicatur.

Expreſſio quando requiritur in perſonis, vel rebus ſufficit, quod includatur ſub natura verbi expreſſi, & illud dicitur expreſſum, quod tacite ineſt, & ex mente colligitur. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 28. num. 54. & 55.* ¶ Patientia ſine contradictione habetur pro conſenſu, quod procedit in multis caſibus, de quibus *in gloſſ. fin. in cap. fin. ſi de inveſtitura inter domin. & vaſal. lis oria. in uſibus feud.* ¶ Apochæ tutorum debitoribus datæ, fidem faciunt contra pupillum, licet ipſe contra tutores habeat regreſſum, *leg. 47. §. tutela. ff. de adminiſtrat. & periculo tutor.* ¶ Acceptilatio inutilis defectu formæ, habet vim taciti pacti de non petendo, *l. ſi unus. §. fin. ff. de pact.* ¶ Quod agitur tacite, pro expreſſo habetur, ut in mutuo in qua etiam tacite agitur, ut æque bonum reddatur, *l. cum quid. ff. ſi cer. pet.*

Cap. II. Quæ tacite intelligantur.

Quomodo differat voluntas facto declarata, à voluntate verbis expreſſa, *vide Mago. deciſ. 143. Rot. Flor.* ¶ Taciti, & expreſſi idem eſt judicium, *vide Hipp. per. Marſil. ſingul. 387.* & eadem eſt virtus, *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* ideo conſenſus tacitus, & expreſſus æquipatantur. *Bartol. in l. de quibus. ff. de legib.* condictio quoque tacita, & expreſſa non differunt. *Bartol. in l. 17. §. marito. ff. de dol. mal. exception.* ¶ Si ſolutio in certum locum conferatur, ſtipulatio habet tacite diem, quo ibi poterit commode perveniri. Et ubi eſt caſus certus conjecturis non eſt locus, *l. 137. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* ¶ Qui tacet non utique fatetur; ſed tamen verum eſt eum non agere, *l. 185. ff. de reg. jur.* ¶ Bonorum univerſitas ſi transferatur per contractum, intelligitur deducto ære alieno, quid in reſcripto Principis, vel ultima voluntate, *vide Bartol. in l. 73. ff. de jur. dot.* ¶ Conventio jurata facta per inſtrumentum intelligitur ſi altera pars promiſſa adimpleverit. *Fel. conſil. 25. num. 21.* ¶ Non intelligitur aliquid eſſe repetitum, quod repetitum vitiaret, *l. fin. ff. de fideicommiſſ. liber.* ¶ Deſcendentes teſtatoris gravati poſt mortem de reſtituenda hæreditate, intelliguntur gravati ſolum, ſi deceſſerint ſine liberis, *l. 30. Cod. de fideicommiſſis.* ¶ In tacitis, & præſumptis non fit extenſio; ſicut in expreſſis. *Cravet. conſil. 313. num. 3.*

Cap. III.

Cap. III. Quæ requirantur.

Pactum verum requirit partis præſentiam, ſed pactum tacitum inductum à lege non ita. *Bartol. in l. 2. C. de pact.*

Cap. IV. Quæ tacite inducantur: accepentur: dentur: habeantur: inſint, &c.

Qui accepit pignus non idoneum, non videtur tacite renunciare perſonali actioni, *l. 28. ff. ſi cert. pet.* ¶ Dati ob cauſam, cauſa ſequuta; ceſſat repetitio; ſecus ſi cauſa non ſit ſequuta ſive fuerit expreſſa, ſive ab utraque parte tacite intellecta. *l. 1. C. de condit ob cauſ. dat.* ¶ Qui petit dilationem ad ſolvendum, dicitur ſententiam approbare, & appellationi renunciare, *l. pen. C. de re jud.* ¶ Qui in uno caſu pepigit, etiam in aliis ſibi providere videtur, & dos ſolvitur ſub tacita conditione, ſi matrimonium ſequatur, quo non ſequuto datur repetitio. *l. 6. & ſeq. ff. de condit. cauſ. dat.* ¶ Plerunque id accidit, ut extra id, quod agitur tacita obligatio naſcatur, veluti cum per errorem ſolvitur indebitum, ex qua ſolutione oritur actio, ſeu condict. *l. 13. §. fin. ff. commo. vel contra.* ¶ Qui tradit inſtrumentum, videtur tradere poſſeſſionem rei, ſi eo tempore poſſidebat, *l. 1. C. de donat.* ¶ Licet expreſſum differatur, tacitum tamen non differtur, *l. 32. §. Lucius ff. de teſtam. tutel.* ¶ Inſtrumentorum traditio inducit tacitum mandatum de agendo, *l. fin & ibi gl. C. de pact. conven* ¶ Pœna compromiſſi habet in ſe tacitam conventionem, ut contra ejus exactionem doli objiciatur exceptio, *l. 36. ff. de recept. arbit.* ¶ Si eligatur unum ex contrariis videtur tacite alteri renunciatum. *Bart. in auth. hoc. locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier*, nam electione unius tacite aliud tollitur, *l. 8. C. de uſuris*, & per unum actum contrarium quis videtur renunciare in integrum reſtitutioni, *leg. 31. ff. de minoribus.* ¶ Tacite per contrarium factum renunciat quis juri ſuo, *c. 20. ex. de offic & poteſt. jud. deleg. & c. 15 ex de privilegiis.* ¶ Etiam quis renunciat juri ſuo præſtando advocationem, vel patrocinium in cauſa, in qua ipſe jus habet, *c. 6. ex. de tranſactio.* ¶ In ſocietate particula adjecta in lucro, tacite videtur adjecta in damno, & econtra. *§. illud inſt. de ſociet* ¶ Tacite videntur conced. ea, ſine quibus expreſſe conceſſum non poſſet exercari *l. & ibi. gl. ff. de aqua quotid. & aſtiva & l. 2. ff. de juriſd. omn. judicum.* ¶ Pro tempore, pro quo uſura ſolvitur, tacitum pactum de non petendo inducitur, *l. 58 ff. de pact.* ¶ Tacite quædam fieri poſſunt, quæ non licet facere expreſſe, *l. 8. §. Veteruni, & ibid. gl. ff de procurat.* ¶ Si creditor ſciens minores uſuras receperit per triennium, à majoribus ex tacito pacto, intelligitur receſſum, *l. 5. C. de uſuris.* ¶ Conſtituta ſervitute in fundo tacite cenſetur actum, ut conſtituatur in illa parte, in qua minus lædit fundum, *l. 9 ff. de ſervitut.* ¶ Exceptiones tacite repelli videntur, ſi judex pronunciet illis omiſſis, ſeu non obſtantibus. *DD. de Rot. deciſ. 12. de exceptio. in antiq.* & idem ſi judex ad ulteriora proceſſit. *Jac. de Put. deciſ. 388. lib. 3.* ¶ Actum hoc videtur inter partes, quod eſt conſuetum. *Afflict. deciſ. 91. num. 13.* nam quæ ſunt in uſu quotidiano, habentur pro appoſitis. *Boer. deciſ. 217. n. 6.* ¶ Accipiens literas, & non proteſtans, an acceptare cenſeatur in illis contenta, *vide Rot. Genuen. deciſ. 18. num. 6.* ¶ Quod dicitur per acceptationem literarum induci conſenſum, & obligationem, quomodo intelligatur, *vide Rot. Gen. deciſ. 2. num. 29. & inf. tit. ſeq.* ¶ Recipiens epiſtolam à ſuo creditore (in qua ſcribebatur de debito) non contradicens, ſibi præjudicat. & tacite agnoſcit obligationem: ſecus ſi contradicat quoquo modo, *vide Papon. libr. 10. titul. 1. arreſt. 3. Menoch de Arbitra. lib. 2. caſ. 21. & 91. Mattheſ. ſingul. 22. Hyppol. de Marſ. ſingul. 344 Bartol. in l. Titius. ff. de conſtit. pecun.* ¶ Ex receptione partis debiti ſoluti ab uno ex correis debendi, inducitur diviſio debiti, ex quo ad omnes reos debendi inducitur exceptio taciti pacti, *l. ſi creditores. C. de pact.* ¶ Si creditor reddat ſuo debitori inſtrumentum cautionis, hoc ipſo intelligitur remiſiſſe debitum, & debitor habet exceptionem taciti pacti; ſecus in redditione pignoris, *l. 2. & 3. ff. de pact. Bartol. in l. Labeo. §. fin. ff. eod. Bald. in l. pecunia. C. de ſolutio. Alex. in l. Marvia ff. ſolut. matrim. vide tamen ſupra tit. de ſolutio. & libera. lib. 1. gloſſ. in l. unica. §. ille autem. C. de lat. liber. tollen.* ¶ Qui dat, vel dari mandat, inſtrumentum videtur liberationem relinquere, *l. 3. & 4. ff. de libe lega.* ¶ Invecta in domum conductam ſunt tacite obligata pro penſione, *l. 4. ff. de pact. vide infra titul. ex quib. cauſ. pign. vel hypothec. tac. contrah.* ¶ In ſtipulatione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur; ante vero non datur actio, *l. 4. §. Lucius ff. de pact.* ¶ Quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus intelliguntur tacite repetita. *§. fin. d. l. 4. & l. 134. §. idem reſpondit. ff. de verb. oblig. vide infra, tit. de reb. dub.* in genere, & prius dictum tacite repetitum intelligitur. *l. 32. ff. de jud.* ¶ Caſus tacitus ſimilis expreſſo, reducitur ad expreſſum. *Bart. in l. 6. ff. de condic. cauſ. dat.* ¶ Clauſula in reſcriptis, & bullis apponi ſolita, ſi omittatur, tacite debet haberi pro appoſita, alias reſcriptum obtentum contra conſuetudinem Principis cenſetur falſum. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions, rub. 7. §. 13. gloſſ. 1.*

Cap. V. Qui ſint effectus expreſſi, & taciti.

Tacitum ſicut expreſſum tunc idem operatur, quando procedit ex eadem potentia cauſæ efficientis. *Maran. de Mant. ſing. 294. vide ſing. 309* ¶ Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt nihil operatur. *Bart. in l. non recte. C. de fidejuſſo. & manda. & in l. ſi erogator. ff. de adoptio.* ¶ Expreſſio facta per alium modum, quam per eum, per quem ineſt, quid operetur, *vide Bart. in l. 3. §. filius. ff. de liber. & poſthu & l 69. ff. de hared. inſtitut. & l 68 §. illi, de leg. 1.* ¶ Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt per modum conditionis. quando aliquid operetur. Et teſtator poteſt facere, quod conditio, quæ tacite ineſt, fit conditio, & ſuſpendat. *Bart. in l. 3. ff. de leg. 1.* quid ſi exprimantur per modum diſpoſitionis. *vide Bart. ibid.* ¶ Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt de voluntate, aliquid operatur; ſecus ſi inſunt de neceſſitate. *Bartol. in l. 87. num. 5. de lega. 3.* nam regula illa, expreſſio eorum, &c intelligitur de his quæ tacite inſunt de neceſſitate, & non ſi ex voluntate, *Bart. in l. 51. ff. de cond. & dem.* ¶ Creditor hæreditarius, qui ſponte egit contra emptorem hæreditatis, intelligitur paciſci de non conveniendo hærede, quo caſu tacitum pactum prodeſt abſenti, & ignoranti *l. 2 C. de pact.* ¶ Diſſimulans pro conſentiente habet r, & jus ſuum perdit. *l. 2. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Promiſſio tacita reſultans ex inſtrumento, habet eandem exequutionem, qualem habet ipſum inſtrumentum: quod limita quando ſtatutum loquitur de tenore, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 325. part. 2.* ¶ Expreſſum facit ceſſare tacitum. *l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* ideo ubi adeſt ſtipulatio dotis expreſſa, ceſſat tacita. *Cravet. conſ. 92.* ¶ Tacite actum ab altero, ex contrahentibus tantum, nihil operatur. *Bart. in l. 115. ff. de verb. oblig.* ¶ Taciturnitas apud acta, habet vim ſtipulationis. *Bart. in l. 1. §. ſi quis. ff. à quib. appell. non lice.* ¶ Tacita conditio impedit nativitatem actionis; ſicut expreſſa. *Bart. in l. 4. C. de recept. Arbit.* non tamen impedit tranſmiſſionem legat. *Idem in l 4. §. ſocius. ff. de pact.* ¶ Perſeverante conductore in conductione, tacito conſenſu, conductio renovatur. *l 16. C. loca.* ¶ Taciturnitas operatur conſenſum favore piæ cauſæ. *Afflict. deciſ. 95.* & inducit obligationem. *ibidem.* ¶ Tacitum non valet pluſquam expreſſum. *Ægid. Bellam. concluſion. 136.* nec plus poteſt operari quam expreſſum. *idem concluſ. 746.* ¶ Expreſſum principale ſi non teneat, nec tenet tacitum acceſ-

ſorium. *Ægid. Bellam. concluſ. 688.* & vitiato expreſſo vitiatur tacitum. *Bart. in l. 18. §. de pignore. ff. de pact. vide eundem in conſ. 255. num. 4. vol. 1. & in l. 3. §. fin. ff. de ſervit. ruſtico. prædio.* Imo vitiato expreſſo non vitiatur tacitum æque principale, & ſic aliquando tacitum validius eſt expreſſo. *l. 52. de lega. 1.*

TITULUS CCCXL. vel 3.

De Conſenſu, Patientia, & Auctoritate.

Cap. I. Conſenſus: patientia: Auctoritas: præſentia: taciturnitas: Quæ dicatur.

Auctoritas quid ſignificet, *Alciat. lib. 2. Parergon cap. 9.* ¶ Conſentire, & renuntiare idem ſunt. *Bartol. in l. 21. C. ad S. C. Vell.* Patientia habetur pro conſenſu quando de commodo alicujus tractatur. *Bart. d. q. 7. n. 11.* ¶ Tacere eſt medium inter diſſentire, & conſentire. *Bartol. in l. 34. n. 21. ff. ſolu. mat.*

Vel non.

Patientia non habetur pro conſenſu, quando quis patitur aliquid fieri in re ſua ratione reverentiæ. *Bartol. qu. 7. num. 6.* ¶ Præſens non dicitur qui non intelligit nec ex præſentia præſumitur intelligentia, niſi probetur. *Joan. de Arnono. ſing. 5.*

Cap. II. Qualis ſit.

Conſenſus quando dicatur ſimplex, & purus, *Ven. deciſ. 214. libr. 1.* ¶ Conſenſus non eſt conſiderabilis quouſque præſtitus ſit coram not. Imo à conſenſu primo non præſtito coram not. poteſt recedi de ſtylo curiæ. *Pau. Æm. deciſ. 217. pag. 1.* ¶ Conſenſus tacitus, & expreſſus æquiparantur. *Bart. in l. 31. ff. de legib.*

Cap. III. Quando præſumatur, vel non.

Patientia in dubio præſumitur fuiſſe præſtita in incorporalibus, & in illis pro traditione habetur. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 51. num. 2. & 4.* ¶ Conſenſus ſemel præſtitus ſemper durare præſumitur, ſi ſimpliciter præſtitus, & ad unum actum non reſtrictus. *Pur. d. deciſ. 258. num. 7. vide Ven. deciſ. 213. part. 1. & deciſ. 215.* ¶ Poſſeſſionem meam ſi aliquis intret, vel accipiat de rebus meis me præſente, & tacente, quando præſumar conſentire, *vide Bart. ibid. num. 24.* ¶ Præſens præſumitur intelligens. *Marc. qu. 328. num. 3.* tamen aliquando præſentia poteſt eſſe ſine intelligentia. *Bart. in l. 31. ff. de recept. Arb. vide Rot. Genuen. 14. n. 75.* ¶ Titulus cum patientia, & curſus temporis ſi allegatur, an præſumatur, *vide Bart. ibidem.* ¶ Qui patitur rem ſuam eſſe apud alium nihil faciendo, præſumitur ratum habere ex curſu temporis. *Bart. q. 10. n. 4.* ¶ Juris renunciatio non præſumitur. *Rot. Gen. deciſ. 189. n. 3.*

Cap. IV. Quando procedat, probetur, vel non.

Conſenſus præſumptus ex taciturnitate non procedit, ſi agatur de magno præjudicio. *Magon. deciſ. 49. n. 19. Rot. Floren.* nam ubi agitur de gravi præjudicio præſens, & tacens conſentire non dicitur. *Cnvet. conſ. 266. num. pen. vide Menoch. conſ. 120. lib. 2.* vel agitur de re oneroſa non appetibili. *Abb. conſ. 40. libr. 2.* ¶ Conſenſus capituli inducitur, ex intellectu literarum, & illius reſponſione dicentis ſe paratum obedire ſimpliciter, & generaliter. *Ven. deciſ. 216. part. 1.* ¶ Voluntas probatur per non factum. *Bart. qu. 10. n. 12.* ¶ Conſenſus non probatur per teſtes de publica voce & fama. *Veral. deciſ. 212.*

Cap. V. Quibus modis intelligatur.

Aſſenſus limitatus ad tempus, an extendatur ultra tempus. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 189.* ¶ Taciturnitas æquiparatur conſenſui, ubi eſt conjunctio perſonarum, *§. ſed et ſi pater. inſtitut. quib. mod. jus patria poteſt. ſolvat. & ibid. Bart.* ¶ In præjudicialibus conſenſus in præjudicium conſentientis, non recipit extenſionem extra verba, & conſenſum expreſſum, *vide Ægid. Bellam. concluſ. 631.* ¶ Conſenſus paternus in cauſa principali præſtitus extenditur ad cauſam appellationis: *idem Lanf. deciſ. 484.* ¶ Statutum requirens conſenſum propinquorum in contractu mulierum, intelligitur in contractibus damnoſis; ſecus in utilibus. *Mynſinger. obſervation. 34. cent. 2.* ¶ Quod dicitur per acceptationem literarum induci conſenſum & obligationem, quomodo intelligatur, *vide Rot. Genuen. deciſ. 18. n. 6. & 14. & deciſ. 24. & 31. Pau. Æmil. deciſ. 81. n. 3. part. 2. ſcripſi ſupra titul. prox. præced.*

Cap. VI. In quibus requiratur.

Quando requiritur expreſſus conſenſus partium, non ſufficit tacitus, qui ex facto colligitur. *Cnav. conſ. 204. num. 16.* ¶ Præſentia ſola cum cum taciturnitate non inducit renunciationem juris ſui; ſed requiritur conſenſus expreſſus. *Cnav. conſ. 226. n. 9.* ¶ Conſenſus novus requiritur, quando primus fuit extinctus, vel actus, erat nullus ſuper quo primus conſenſus fuit præſtitus. *Vera. dec. 211. p. 1.* ¶ Quandoq; quis tenetur requirere conſenſum alterius, ſed non ſequi, *c. 7. ext. de Arbit.* ¶ Conſenſus aliquorum, ubi requiritur in aliquo actu, agens ex eo, qood conſenſus non intervenerit, tenetur probare, quod extarent perſonæ, quarum conſenſus requirebatur. *Cnav. conſ. 80. num. 14.* ¶ Quando in actu aliquo alicujus ſcientia requiritur, ſufficit illi actum fuiſſe notificatum, licet non conſenſerit. *Mynſing. obſerv. 46.* ¶ Quando requiritur conſenſus plurium, ut ſingulorum, ſufficit ſeparatim adhibere conſenſum. *Guid. Papon. ſing. 545.* ¶ Conſenſus neceſſarius etiam tacite intervenire poteſt; ſecus in volontario, quem quis non tenetur præſtare. *Jac. Put. deciſion. 100. lib. 2.* ¶ Si in contractibus mulierum neceſſarius ſit conſenſus propinquorum, non ſufficit, ſi præſentes ſint, niſi expreſſe ipſi propinqui conſentiant. *Mynſing. cent. 2. obſerv. 34. circa finem.* Imo valet contractus, ſi conſanguinei, ſeu propinqui ſcientiam habuerint, licet non conſenſerint, *Roman. ſing. 797.* ¶ Quando in aliquo actu requiritur conſilium alicujus an poſſit fieri illo conſilio non habito, *vide Anc. Corſet. in ſuis ſing. litera. C. ſingul. conſilium.* ¶ Quid, quando requiritur licentia, an debeat eſſe expreſſa, vel tacita ſufficiat reſultans ex ſcientib. & taciturnitate, *vide ibid. lit. L. ſing. 1.* ¶ Conſenſus ubicunque requiritur ad ſolemnitatem actus, tunc debet intervenire in ipſo actu, & non ſufficit, quod poſtea interveniat. *Ozaſ. deciſ. 166. n. 8. Jo. Mohed. deciſ. 85.* neque per ratificationem convalidatur actus. *idem Ozaſ. d. deciſion. 166. n. 9.* & per conſequens ea, quæ ſunt auctoritatis non ſuo tempore facta, non valent; quia auctoritas debet præſtari in ipſo actu. *DD. de Rot. deciſ. 10. de jure patronat. in antiq.* ¶ Alias quando conſenſus non requiritur pro forma, ſufficit, quandocunque interveniri: *idem Jo. Mohed. deciſ. 85.* ¶ Conſenſus ubi requiritur in aliquo actu, an ſufficiat, ut quandocunque præſtetur, *vide Æmil. dec. 173. part. 2.* ¶ An conſenſus intervenire debeat in ipſo actu, vel ſufficiat ex poſtfacto intervenire, diſtingue, aut requiritur conſenſus ab eo, qui nullum habet intereſſe in conſentiendo, tunc ſemper videtur requiri pro forma: ideo præcedere actum, aut tempore actus intervenire debet: aut requiritur ab eo, qui habet intereſſe in actu, & tunc ſufficit quandocunque interveniat. *Mynſing. obſ. 34. cent. 2.* ¶ Conſenſus ubi ad validitatem actus requiritur, ſufficit ſi interveniat ex intervallo; auctoritas vero debet in ipſo actu intervenire. *Natt. conſ. 651.* ¶ De conſenſu patris, qui intervenire debet in cauſa filii, *vide Afflict. deciſ. 180.* quod debeat interveniri ante litem conteſtatam ſcribit *Joſeph Lud. deciſ. Peruſ. 15. n. 13.* ¶ Præſentia paren-

rentum,& amicorum, ubi requiritur,tacita voluntas ſufficit, ſi de condictione non appareat. *Franc. Marc. quæſt. 328.* Quid in ſtatuto requirente præſentiam aliquorum, *vide Marcum quæſt.328.* ¶ Affinium conſenſus debet interponi in contractu, quando fit, alias ſi ex intervallo interponatur, non valet, *Jaffre. Lanfranc. Balb. deciſion. 123. Mynſing. obſ.34. cent. 2.*

Vel non.

Licentia requiſita ad aliquid faciendum, debet præcedere, nec ſufficit tacitus conſenſus, minus ratificatio poſtea ſuperveniens convalidat actum, & talis licentia debet dari in ſcriptis. *Idem Cabal. Milleloq. 528.* ¶ Stante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi conſanguinei rogati noluerint conſentire, ſed recuſent abſque juſta cauſa, poterit ipſa mulier ſola contrahere. *Cabal. Milleloq. 517.* quid ſi tales conſanguinei eſſent abſentes, *vide ibidem Milleloq. 539.* ¶ Conſenſus alicujus, ubi exigitur non per viam formæ, vel licentiæ, ac auctoritatis; ſed per modum ſimplicis conſenſus, ratione præjudicii, vel juris præſtantis conſenſum, non eſt neceſſarius in ipſo actu; ſed ſatis eſt, quod adſit ex poſt facto, & ex intervallo. *Rol. conſ. 97. volum. 1. num. 24. vide Alviſ. de Albert. ſing. 105.*

Cap.VII. Quis dicatur conſentire, & habeatur pro conſentiente, vel non.

Conſtitutio ſi fiat ab inferiore à Principe tertio præſente, & tacente, an is conſentire intelligatur, *vide Ludov. Roman. ſing. 484.* ¶ Qui ſcribit contractum obligationis rei ſuæ, videtur obligationi conſentire, *l. 26. §. pater. ff. de pignorib.* ¶ Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, *vide Bartol. in l. 7. C. de appella.* ¶ Conſentiens alicui, quando videatur conſentire ſuo hæredi, *vide Bartol. in l.32. §. ſi voluntate. ff. ſolut. mat.* ¶ Sigillans videtur conſentire: idem in ſubſcribente. *Bartol. ibid. n.26. & 27.* ¶ Tacens in judiciis dicitur conſentire,& qui non oppoſuit jus ſuum, illud videtur remittere. *Crav. conſ. 1.* ¶ Qui non appellat videtur conſentire. *Bartol. in l. 7. C. de appellatio.* ¶ Quis conſentire videtur tribus modis, *gl. in cap. not. 2. qu. 1.* ¶ Qui non poteſt facere per ſe, quando poſſit facienti conſentire, *vide Bartol. in l. fin. C. de pac.* ¶ In odioſis, obligatoriis licet tacens habeatur pro contradicente, tamen ſi ſcienter aliquid agit, videtur tacite ſe obligare,& conſentire; quia intervenerit actus poſitivus ultra taciturnitatem. *Caſſad. deciſ. 3. tit. de reſcript.* ¶ Qui non contradicit, quando videatur conſentire,& approbare, *vide Bart. in l. ne in arbit. C. de recep. arbit. n.4. gl. fin. in cap. 6. ext. de præſumt.* ¶ Quando aliquis ſcit alium gerere actum, qui non poteſt ipſo invito geri, tunc talis ſciens, & non contradicens videtur conſentire. *Guid. Pap. qu. 143.* alias ſecus ſi agitur de ejus præjudicio. *Ozaſc. deciſ. 179. num. 10. vide Ægid. Bellam. concluſion. 623.* ¶ Præſtans aſſenſum confirmationi actus, cenſetur actui conſentire. *Rot. Gennenſ. deciſ. 14. numer. 16.* & conſenſus exprimitur verbis, & factis, *ibid. n.77.* ¶ Approbare dicitur qui non improbat, quando de alicujus lucro, vel commodo tractatur. *Bart. qu. 10. n.5.* ¶ In cauſis favorabilibus tacens videtur conſentire, licet agatur de præjudicio ipſius tacentis: ideo in favorem pupilli tacens, videtur conſentire, etiam ad ſe obligandum: idem quando agitur de favore Reipublicæ, vel cauſæ piæ. *Crav. conſil. 281.*

Vel non.

Conſentire non videtur abſens, vel ignorans; ſed abſens ſciens in caſibus, in quibus cogeretur conſentire, præſumitur conſentire. *Bart. num. 18. d. l. 34. ff. ſol. mat.* ¶ Errans non conſentit. *Bart. in l. 25 ff. de juriſ. om. jud.* ¶ Regula, qui tacet non fatetur, limitatur quatuor in caſibus, de quibus *vide Cabal. Milleloq. 453.*

Qui habeatur pro conſentiente, vel non.

Præſens, & tacens in favorabilibus habetur pro conſentiente, & acceptante. *Joſeph. Lud. deciſion. Peruſ. 9. num. 23. Bartol. in l. 1. ff. de neg. geſt.* nam præſens, qui non poteſt impedire, non dicitur pati, nec conſentire. *Rot. Genuen. deciſ. 14. n. 83.* Etiam in lucrativis præſens non præſumitur ſtatim acceptare, & quod dicitur præſentem ad ſui commodum conſentire, tunc demum verum eſt, quando ad hoc præſens eſt, & de hoc tractatur. *Gaſp. Cabal. Milleloq 361. part. 1.*

Vel non.

In judicio interrogatus tacens, quoad ſui commodum, habetur pro negante, *l. 12. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio.* ¶ In oneroſis, & maxime in obligantibus perſonam regulariter tacens habetur pro contradicente; ſecus in re concupiſcibili, ſeu hononorabili. *Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera T. ſing. taciturnitas.* ¶ Improbare dicitur qui non approbat, *id. Æmil. deciſion. 180. n. fin. part. 2. vide Bartol. in l. 4. ff. de ſerv. urb. præd.*

Cap. VIII. Quando præſtetur, vel non.

Patientia, quæ in incorporalibus præſtatur, duobus modis conſiderari poteſt. *Ozaſ. d. deciſion. 51.* & habetur pro contradictione in his, in quibus qui non tenetur tradere, *Bartol. quæſt. 7. n. 4.* ¶ Procurator conſtitutus ad præſtandum certum conſenſum, poteſt illum præſtare poſt mortem domini decedentis in eadem voluntate. *Mob. deciſ. 210.* ¶ Qando requiritur conſenſus propinquorum, vel alterius, an conſenſus debeat præſtari in ipſo actu, vel ſufficiat, quod ſequatur, vel quod propinqui ſint præſentes, & talis præſentia habeatur pro conſenſu, & quando dicatur præſtitus conſenſus expreſſe, & an poſſit præſtari per procuratorem, *vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droicts, Rub. 4. §. 7. gloſſ. 12.* ¶ Exequutio quomodo ſit facienda aliquo condemnato ad præſtandum aſſenſum, *vide Vincent. de Franc. deciſion. 310. part. 2.* ¶ Aſſenſus habetur pro præſtito renuente domino, qui debet conſentire, *ibid.* ¶ Auctoritas alicujus in actu requiſita debet præſtari per verba expreſſa, & aſſenſus, quando capiatur pro auctoritate, *vide ibid. lit. M. ſing. min. 2.* ¶ Auctoritas, per quæ verba præſtari debeat, *Corſet. lit. M. ſing.*

Vel non.

Conſenſus Principis habetur pro non præſtito, quando non eſt ſervata forma tradita. *Ozaſ. deciſ. 166. num. 6.* ¶ Conſenſus ex antiquitate temporis probatur, Imo etiam, ubi agitur de magno præjudicio præſumitur conſenſus ex temporis antiquitate, quando eſt tempus, cujus initii memoria non extat in contrarium. *Crav. conſ. 204. num. 9. & 10.*

Cap. IX. Quando inducatur.

Conſenſus verus inducitur ex patientia, & longa taciturnitate, idemque operatur, quod expreſſus. *Put. deciſion. 100. num. 7.* ¶ In caſibus in quibus ſcientia, & patientia inducunt ex ſcientia, & patientia inducunt effectus, qui producuntur ex ſcientia: & contradictio requiritur, ut impediantur, *vide Bart. in l. 8. §. morte n.67. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Receptio ſpontanea, quando inducat approbationem conſenſus, *vide Bart. in l. 4. C. de his, quæ vi metus.* ¶ Scientia ſuperveniens ex poſtfacto, quando arguat conſenſum, *vide Bart. in l. 34. num. 16. ff. ſol. mat.*

Cap. X. Qui ſint effectus conſenſus.

Conſenſus interpoſitus ſuper actu non valido, non nocet. *Bartol. in l. 4. §. ſi quib. mod. pig. vel hypothec. ſolvat.* ¶ Qui conſenſit teſtati ſuper onere per ipſum teſtatorem legato impoſito, non tenetur actione perſonali ad legatum; ſed hæres in ſolidum tenetur, & aget

aget actione mandati contra conſentientem. *Bart. in conſ. 2.1. volumin. 1.* ¶ Ille, qui permittit ſibi parari obſtaculum, videtur renunciare juri ſuo, ut quis permittat ædificari in loco, ubi ſibi debetur via. *Pet. de Raven. ſingul. 464.* ¶ Si aliquis conſentit, quo aliquis de re ſua teſtetur, ſibi præjudicat. *Pet. de Raven. ſing. 952.* ¶ Dolus ex ſilentio arguitur. *Cravet. conſ. 198. numer. fin.* ¶ Conſenſus præſtitus alicui actui, quem quis impedire poterat, præjudicat conſentienti. *Ozaſ. deciſion. 62. num. 19. Franciſc. Marc. quæſt. 329.* & tunc præſentia operatur conſenſum. *DD. de Rot. deciſ. 16. titul. de renuncia. in antiq. vide Creſcen. tit. ut lit. penden.* ¶ Conſenſus mentalis, nec verbo, neque facto demonſtratus, non accommodatur actibus hominum, nec reddit actus ipſos eſſentialiter perfectos. *Ozaſ. deciſ. 179. num. 9.* ¶ Quando conſentiens recepiſſet precium: tunc teneretur de evictione. *Cravet. conſil. 33. num. 19.* de aliis limitationibus, vide etiam *ibidem.* ¶ Subſcribens ſe alicui ſcripturæ eam impugnare non poteſt; niſi edoceat ſe fuiſſe deceptum aut inductum ad ita faciendum. *Cravet. conſ. 73. num. 40.* ¶ Qando teſtator legat rem alienam, vel hæredis in præſentia ipſius non contradicentis, an fiat illi præjudicium, *vide Marc. quæſt. 329.* ¶ Hæres alienans rem reſtitutioni ſubjectam fidei, commiſſario præſente, an illi præjudicet, *vide Marcum d. quæſt. num. 8.* ¶ Tacitus conſenſus nihil operatur, ubi ex juris diſpoſitione requiritur expreſſus. *DD. de Rot. deciſ. 15. de offic. deleg.* ¶ Statim, quod producitur in judicio in inſtrumentum, adverſarius debet illud impugnare. *Abb. in ſua pract. cap. 95.* ¶ Quando aliquid prohibetur alienari ſine conſenſu alicujus, an ille, qui debet præſtare conſenſum poſſit ſibi ipſi auctor eſſe, & ad ejus utilitatem, *vide Vincent. de Franciſc. deciſ. 14.* ¶ Conſenſus filii, ad quem procurandum pater tenebatur, ſi ſit præſtitus, ſed nulliter, an pater ſuis promiſſis ſatisfeciſſe dicatur, *vide Put. deciſ. 258. & 259. libr. 3.* ¶ Si conſentio obligationi, aut venditioni, vel donanti rem meam, vel mihi obligatam, an præſumar donare, *vide Bartol. in l. 34. num. 13. ff. ſol. ma. in l. 94. de leg. 1.* ¶ Approbatio nihil relevat in his, quæ non dependent ex conſenſu meo. *Bartol. in l. 24. ff. de procu.* ¶ Subſcribens ſe teſtamento præjudicat ſibi in his, quæ in teſtamento continentur, *vide Papon. lit. 21. tit. 1. arreſt. 20.* ¶ Conſentiens alicui actui per ſimplicem conſenſum, non obligatur ad faciendum, aut aliquid præſtandum; ſed id operatur conſenſus, ne poſſit contravenire actui, cui conſenſum adhibuit: Ideo licet quis conſenſerit alienationi rei ſuæ, tamen ex tali conſenſu, non obligatur de evictione, & hoc eſt, quod lex dicit aliud eſſe vendere, aliud venditioni conſentire. *Crav. conſ. 33. num. 19.* ¶ Conſentiens alienationi rei ſuæ, an ſibi faciat præjudicium in pretio, *vide Marc. quæſt. 329. num. 5.* quid ſi conſentiat obligationi pignoris, & quando dicatur conſentire. *vide Rot. Gen. deciſion. 199.* ¶ Quando venditur res alicui debita, ſi ille conſentiat venditori, poteſt à venditore petere pretium, *Natt. conſil. 384. num. fin.* ¶ Filius conſentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factæ, licet videatur renunciare juri hypothecæ ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renunciare doti, vel hypothecæ, quoad alia bona patris non vendita. *Pet. Gerar. ſing. 32.* ¶ Conſenſus præſtitus ſuper actu nullo, non præjudicat. *Veral. deciſ. 215. num. 6. ibid.* & non poteſt trahi ad jus poſtea ſuperveniens, *ibid. n. fin.* ¶ Pater conſentiens contractui filii, vel decurionatui, quando obligetur, *vide Bart. in l. 1. C. quod. cum eo, qui in aliena.* ¶¶ Actui, vel facto (licet præjudiciali) acquieſcens conqueri non poteſt. *Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 50. n. 9.*

Taciturnitatis.

Taciturnitas in actibus præjudicialibus non inducit conſenſum, quando daretur reverentia ex parte illius, qui debeat proteſtari imo tunc præſumitur diſſenſus, & hoc caſu proteſtatio non facta, non inducit conſenſum, maxime cum agitur de evitando præjudicio non proteſtantis, *Afflict. deciſion. 58. n. 3. Bart. in l. 34. n. 23 ff. ſolut. matrim. vide tamen Franc. Marc. quæſt. 329.* ¶ Tacens quando ſibi præjudicet, *vide Marc. de Mant. ſingul. 443.* & habeatur pro conſentiente. *Bart. in l. 5. de adoptio.* ¶ In judicialibus taciturnitas patris præſentis, habetur pro conſenſu, & ſibi præjudicat, niſi expreſſe contradicat. *Pet. Gerar. ſingul. 36.* ¶ Patientia, ſeu tolerantia cum taciturnitate inducit conſenſum, quod ampliatur, & exemplificatur *per Hippol. ſing. 76.* fallit in his, quæ requirunt ſcripturam, de quibus *vide ibid. ſing. 330.* ſcientia cum taciturnitate, quando habeatur pro conſenſu, *vide Bartol. in l. 7. ff. de ſponſal.* ¶ Sciens procuratorem ſuum exceſſiſſe mandatum, & tacens ſibi præjudicat. *Rot. Genuen. deciſ. 33. num. 5.* ¶ Præſens, & tacens in jure reali, an, & quando ſibi præjudicet, *vide Rot. Genuen. deciſ. 190. n. fin.* ¶ Taciturnitas operatur conſenſum, favore piæ cauſæ, & inducit obligationem. *Afflict. deciſ. 95.*

Cap. XI. Quando valeat.

Conſenſus tranſlationis penſionis quando judicetur validus, *vide Paul. Æmil. Vera. deciſ. 209. & 210. part. 1.*

Cap. XII. Miſcellanea.

An mala fides authoris noceat bonæ fidei ſucceſſori, quo minus præſcribere poſſit, ſeu uſucapere rem alienam, *And. Facb. lib. 1. cont. c. 66.* ¶ Auctor quomodo ſcribatur. *Aciat. lib. 2. Parergon. cap. 4.*

TITULUS CCCXLI.

De contractibus, & aliis diſpoſitionibus & confeſſionibus geminatis.

Cap. I. Geminatio, quæ dicatur.

QUando verba geminata in eodem inſtrumento habeantur pro una confeſſione, *Veral. deciſ. 336. part. 3.* ¶ Confeſſio geminata non dicitur, quamvis idem pluries fuerit in eodem inſtrumento repetitum. *Paul. Æm. Ver. deciſion. 328. part. 2.* ¶ Natura eſt repetitionis, aut geminationis verborom, ut demonſtret enixiorem diſponentium, aut contrahentium voluntatem, ne verba ſuperfluo cenſeantur appoſita. *Crav. conſ. 294.* ¶ Geminatio non includitur in generali diſpoſitione. *Raud. tract. de Anal. c. 22. n. 97.*

Cap. II. Qui ſint effectus geminationis.

Geminata confeſſio quid operetur, *vide ſup. part. 1. tit. de confeſſis, & confeſſionib. in genere.* ¶ Geminatio multorum contractuum de eadem re, arguit ſuſpicionem fraudis. *Boer. deciſ. 33. num. 5.* ¶ Actus geminatus ex intervallo, ſeu quitatio geminata excludit quem à reſciſione quittationis prætextu læſionis, & deceptionis ultra dimidiam. *Boer. conſ. 28. vide tamen conſ. 38. & 39. ib. Cravet. conſ. 54. n. 7.* ¶ An geminatus conſenſus tollat remedium legis 2. de reſcind. vendit. *vide Cravet. conſ. 151. num. 31. & plenius conſ. 160.* ¶ Geminatio multum operatur, & per eam magis enixe dicitur apparere de voluntate diſponentis, & multa alia de virtute, & vi geminationis, *vide per Crav. conſ. 1. num. 42. Hippol. ſingul. 378.* ¶ Confeſſio geminata extrajudicialis præjudicat, ac ſi in judicio facta eſſet; licet alias non præjudicaret, *Jaſ. de actio. in §. in perſonam, num. 48. vide ſup. lib. 1. tit. de confeſſione extrajudic.* ¶ In actu reiterato error non præſumitur. *Dec. conſ. 185. num. 10.* ¶ De bina renunciatione facta per filiam, *vide Crav. conſ. 114.*

TITU-

TITULUS CCCXLII.

De Rebus, & verbis dubiis in genere, & de earum interpretatione,

Generalia.

De tebus dubiis, *vide ſupra part. 1. tit. de præſumptio.*

Cap. I. Res dubia quæ dicatur, vel non.

Ambigua quomodo dicantur, *vide Bartol. in l. 80. ff. de verbo obligat.* ¶ Triplex eſt ambiguitas, alia facti, alia perſonæ, ubi eſt ambiguitas juris ibidem de ſimilibus ad ſimilia proceditur, ubi eſt ambiguitas facti, nunquam eſt ferenda ſententia in alterius præjudicium, ubi eſt ambiguitas perſonæ, ſed factum eſt certum, bene fertur certa ſententia, *gloſ. in cap. fin. diſt. 33.* ¶ Obſcuritas, ſeu ambiguitas in quibus reperiatur, vide pro intelligentia terminorum, *Guid. Pap. ſing. 514.* ¶ Primogenitus regis, qui debet ſuccedere in regno, dicitur ille, qui poſt regiam majeſtatem ademptam ortus eſt, & non ante. *Franc. Cremen. ſingul. 51.*

Vel non.

Partus dicitur legitimus, ſi naſcatur à ſeptimo menſe uſque ad undecimum menſem excluſive; ſed ſi naſcatur perfecto undecimo menſe, vel poſt, non erit legitimus, *Mynſing. obſerv. 40. cent. 6.* ¶ Ibi dicuntur eſſe res, ubi perpetuo debent eſſe; non ubi ad tempus, *l. 33. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Paria ſunt quid non eſſe, vel eſſe & non appatere, vel probari. *Ozaſc. deciſion. 141. num. fin.*

Cap. II. Qualis ſit.

An patria poteſtas ſit juris civilis, vel juris gentium, Vaconius à Vacuna, *lib. 1. cap. 8.* vel natura ait, etſi à natura. ¶ An rigor ſit præferendus æquitati. *Facb. lib. 11. cap. 3. negat. l. perſpiciendam de pœnis.* ¶ Perfectio conſideratur ſecundum tempus initii, quando uno tempore eſt initium, & alio tempore eſt perfectum. *Bartol. qu. 20.* ¶ Indefinita, quæ non poteſt niſi ad unum referri, otationi ſingulati æquiparatur, *l. 2. ff. de lib. & poſth.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Participia duo, reſpicientia unum ſubſtantivum, debent ſimul in eodem ſubſtantivo concurrere. *Ozaſ. deciſ. 171. num. 3.* ¶ An bona fides in præſcriptione immemorabili neceſſaria ſit. *Facb. lib. 8. cap. 26. affirmat. cap. Aſilauri de præſcript.* ¶ Duæ cauſæ, quando apponuntur, ut reſpiciant unum finalem effectum, requiritur utriuſque cauſæ concurſus, & ſi deficit una, tota diſpoſitio deficere videtur. *Bartol. conſ. 20. vol. 2. num. pen.* ¶ Tempus ubicunque adjicitur ætati per genitivum, tunc perfectio temporis requiritur, nec ſufficit principium temporis adveniſſe: Idem ſi tempus apponatur per accuſativum. *Natt. conſ. 461.* ¶ Qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ ſignificantur ſenſit, duo ergo ad hoc neceſſaria ſunt, nempe, quod hoc ſenſerit, & quod ex ſenſu verborum ille ſenſus colligatur, *l 125. & ib. gl. ff. de verbor. & rer. ſignificatio.*

Cap. IV. Quæ veniant, vel non.

Utrum apotheca veniat ſub appellatione domus, *vide Crav. conſ. 234.* ¶ Verba in ſcripturis redacta, quam capiant interpretationem, *vide Afflict. deciſion. 44. num. 23.* ¶ Ædificium, ſeu ſuperficies cedit ſolo, & traditione ſoli venit ſuperficies etiam non mentionata, ſed de limitationibus, *vide Capic. deciſion. 117.* ¶ Donatio jurium, quæ quis habet in villa, non continet molendinum; ſicut donatio juriſdictionis, non continet palatium. *Rot. Avenio. deciſion. 110. in deciſ. diverſo tom. 3.* ¶ Uſus appellatione, quando veniat plena proprietas, *Cap. deciſion, 188. n. 5.* ¶ Suorum appellatione, quando veniant omnia bona, jura, etiam, & actiones, & quod appellatione mobilium, & immobilium non veniant jura, & actiones ſcribit. *Bartol. conſil. 86. vol. ſecundo.*

Vel non.

Cœptum non habetur pro impleto, & non dicitur veniſſe, qui non ſtetit nec factum, quod non durat factum, trahuntur plura exempla per *Pet. Roy. deciſion. 3. Litua. in deciſ. diverſo. tom. 2. n. 62. fol. 388.* ¶ In generali conceſſione non veniunt ea, quæ ſunt concedenti ſpecialiter reſervata; nec ſpecialiter prohibita veniunt. *Ægid. concl. 719.*

Cap. V. In re dubia, quando ſit electio.

In dubio judex eligere debet illam viam, pet quam utrique parti conſulatur. *Afflict. deciſ. 373. num. fin.* nam eligenda eſt via utrique partium commodior., & minus onerofa. *Cabal. Milleloq. 210.* ¶ Sive in diviſione, ſive in datione inſolutum, quis poteſt eligere partem, ſeu prædium ſuo proprio prædio cohærens, *Capic. deciſion. 42.* ¶ In dubiis via tutior eligenda eſt, *c. 12. ex. de hom. volun. & Caſual. & Melior pars c. 2. ext. de reg. jur.* ¶ Quoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis. *Reg. 220. de reg. jur.* ¶ In dubia cauſa ſolet Senatus eligere mediam viam. *Joſ. Lud. deciſ. Luc. 18. num. 23. Excell. P. Teſſau. deciſ. 89.* nam quando jura partium ſunt obſcura, judex debet rem dividere, & ruſticorum judicium ſequi. *Cabal. Milleloq. 926. Dec. conſ. 445. facit §. fin. inſtit. quib. ex cau. manu. non lic.*

Cap. VI. Res dubia, quomodo intelligatur: referatur: trahatur: præferatur: extendatur: declaretur, vel non.

An, *l. duobus ff. ſi cer. pet.* ſit intelligenda de omnibus actionibus, quibus cetta pecunia petitur. *Fachin. lib. 11. c. 64. affirmat. l. 1. ff. de interrog. act. l. ff. de cond. tritica.* ¶ An rubrica ſtatuti ita concepta, filia dotata non ſuccedat, generaliter intelligatur excluſa, etiam à bonis patris cum in nigro nihil diceretur, niſi de bonis matris, & aviæ, idem *cap. 68.* affirmat. ¶ An rubrica generalior nigro poſſit allegari ad deciſionem cauſarum. *Facb. libr. 11. c. 67.* affirmat, *l. 1. C. de cauſ. civ. cenſ. exim. libr. 11.* ¶ Verba, quæ dicuntut ante actum, declarant actum ſequentem, & ex verbis præcedentibus, intelligitur actus ſequens factus occaſione verborum præcedentium. *Afflict. deciſ 375.* ¶ Verba libelli, vel articuli intelliguntur ſecundum intentionem, & verba teſtium ſemper contra producentem interpretantur. *Bartol. in l. 2 ff. de duob. reis.* ¶ Verba ſunt intelligenda, non ut ſonant; ſed ſecundum mentem proferentis, *c. 6. ext. de ver. ſign.* nam ſenſum, non verba conſiderare debemus, *l. 7. ibid.* ¶ Verba indefinite prolata generaliter intelligi debent, ubicunque ſubeſt eadem ratio; ſecus ſi diverſa: imo verba generalia debent reſtringi ne ſurgat abſonus intellectus, & ne quis lucretur ſine cauſa cum alterius jactura. *Abb. conſ. 97.* ¶ Verba generalia, generaliter debent intelligi etiam in materia odioſa, quatenus eorum proprietas patitur. *Crav. conſ. 309. num. 3.* ¶ Verba generalia à quocunque prolata, debent intelligi, ſecundum juris diſpoſitionem, *Marc. de Mant. ſingul. 87.* ¶ Verba dubia in ſtatuto, quomodo intelligenda, *vide ib. Milleloq. 574.* ¶ Facta ſponſione, ſi aliquid fuerit factum, vel non factum ab hodie uſque ad totum menſem, puta Januarii, an dictio hodie, ſtet incluſive, vel excluſive ipſius diei ſponſionis, *vide Mag. deciſ. 8. Rot. Flore.* ¶ Sermo intelligitur ſecundum conditionem perſonæ, ad quam dirigitur, *Lex milit. & ibid. Bartol.* ¶ Ex verbis ſequentibus declaratur, qualiter intelligatur præcedens diſpoſitio. *Afflict. deciſion. 375.* ¶ Præcedentia magis effluunt in ſequentia, quam è contra. *Ozaſc. deciſ. 147. n. 16. vide Menoch.*

Digitized by Google

moch. de arbitr. l. b. 2. Cent. 1. caſ. 64. n. 19. & 20. Matb Matheſ. ſing. 150. & declarat, ac qualificant ſequentia. Idem *Ozaſ. decis. 167. n. 8. Afflict. deciſ. 319. n. 5.* tamen præcedentia non ſunt potiora ſequentibus ad determinandum, *vide Cabal. Milleloq. 366.* ¶ Verba: aut alio quovis modo intelliguntur etiam de diſſimilibus, aut majoribus expreſſis; quando alias nihil operarentur. *Cruv. conſ. 294. vide conſ. 929.* ¶ Actus ſequens declarat, & demonſtrat præcedentem voluntatem. *Dec. conſ. 339. vol. 2.* ¶ Præcedentia minuunt ſignificationem eorum, quæ ſequuntur. *Dec. conſ. 896. num. 17.* ¶ Actus quando quis facit ſponte, quem cogeretur facere coacte, intelligitur ille actus factus, qui cogi poterat; non autem ſponte. *Vicent. de Franc. deciſ. 200. n. 20.* actus enim in dubio præſumitur factus ob cauſam neceſſariam, *Cravet. conſ. 106. 140. num. 12. & conſil. 272. num. 4.* & trahi debet ad cauſam magis neceſſariam. *Idem. Cruv. conſ. 304.* ¶ Per actum etiam contrarium juri ſuo renunciare quiſquam non intelligitur, ubicunque conjectura alia capi poteſt. *Cravet. conſilio. 3. pro genero. num. 8.* ¶ Clauſula, rebus ſic ſtantibus, prout ſtabant, ſemper debet ſubintelligi in qualibet diſpoſitione, etiam conventionali, & jurata. *Ozaſc. deciſion. 91.* vide tamen *ibidem num. 14. Beuinten. deciſion. 65. gloſſ. final. in cap. ne quis arbitretur. 22. quaſt. 2.* ¶ Clauſula; quicquid perpetuo placuerit faciendum, quomodo intelligi debeat. *Ozaſc. deciſion. 164. num. 6.* ¶ Generalis clauſula; *Ex alia quacunque cauſa. &c.* intelligi debet, ex cauſa de præſenti, & non de futuro, *Guid. Pap. quaſt. 229.* ¶ Ea eſt natura clauſulæ generalis, quod generaliter intelligatur, nec reſtringatur à ſpecificatis, *Cruv. conſ. 245. n. 10.* ¶ De cauſa cauſante effectum, idem judicatum eſt, quod de ipſo effectu. *Ozaſ. dec. 167. n. 28.* & cauſa facti cur aliquid fiat, ſemper inſpici debet, *Cravet. conſ. 304.* ¶ Conſenſus non reiterabilis, ſi ſit promiſſus, intelligitur de primo actu valido, non autem invalido. *Put. deciſ. 258. lib. 3. num. 3.* ¶ Decretum appoſitum in gratia, quod proviſus teneatur intra ſex menſes impetrare novas proviſiones intelligitur à die adeptæ poſſeſſionis. *idem dec. 248. ibidem.* ¶ Capitulis conceſſis à communitate non videtur derogatum per contrariam conceſſionem, maxime non facta mentione capitulorum. *Dec. conſil. 580.* ¶ Copula poſita inter patrem, & filium propter ordinem charitatis, intelligitur ordine ſucceſſivo, *Dec. conſil. 95.* ¶ Odioſa, & quæ ſunt ſtricti juris, ſtricte intelligenda ſunt, ſcribuntur multa exempla. *Raud. Analog. lib. 1. cap. 29.* ¶ Quod multipliciter intelligi poteſt ejus veritas ignoratur, dictum exemplificatur. *ibid. cap. 31.* ¶ Analogum poſitum in materia odioſa, intelligitur per prius, id eſt ſtricte, & non per poſterius, id eſt large, *vide Raud. tractat. de Analog. lib. 1. cap. 10.* limita regulam, *ut ibid. cap. 12.* ¶ Analogum intelligitur etiam per poſterius, ubi materia eſt favorabilis, *vide ibid. cap. 13.* ¶ Familia an intelligatur exempta, exempto domino, & quando quis tenetur domino, & ejus familiæ molere, quis veniat tunc appellatione familiæ, *vide Boer. deciſ. 213.* ¶ Quando quis tenetor aliquid facere aliquibus unius domus, quomodo tunc intelligatur domus, *vide Boer. ibid. num. 14.* ¶ Sermones intelligendi ſunt ſecundum communem uſum loquendi in loco, ubi proferuntur, *Ægid. Bellam. concluſ. 2.* & communis uſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit quando diſpoſitio juris eſt in contrarium. *Cabal. Milleloq. 573.* communis uſus loquendi etiam præfertur omni ſignificationi. *Bartol. conſil. 52. vol. 1. & conſil. 57.* ¶ Quando probatur bona fuiſſe poſſeſſa per aliquas, veluti per virum & uxorem, intelligitur quod poſſederint pro dimidia. *Cravet. conſil. 61.* ¶ Univocum, quod accipitur in genere & in ſpecie, intelligendum eſt in materia exoſa ſtricte, & pro ſpecie ipſa, reg. ampliatur, declaratur & limitatur *per Rauden. cap. 17. & cap. 18.* & quid quando mater eſt favorabilis, *vide ibidem.* ¶ Generalis diſpoſitio ſemper intelligi debet ſecundum naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio. *Ozaſ. dec. 169. n. 12.* ¶ Regula; generi per ſpeciem derogari declaratur & limitatur *per Afflict. deciſ. 106. num. 7.* ¶ Genus non intelligitur reſtiturum per enumerationem ſpecierum, quando enumeratio ſpecierum, reſpicit verbum, quod ſignificat actum legandi. *Bartol. in l. 9. ff. de fund. inſtruct.* ¶ Incontinenti quid factum, quando intelligatur, *vide Roe. Gennen. deciſion. 1. 31. & 32.* & quod fit intra triduum, dicitur fieri incontinenti. *Caſtren. ſing. 25.* ¶ Uſus alicujus rei relictus intelligitur merus tantum: ſed res relicta ad uſum ſeu pro uſu, intelligitur cum proprietate. *Capic. dec. 188.* ¶ Mentio liberorum facta in conſuetudine loquente de matrimonio, intelligitur liberis natis ex quocunq; Thoro. *Joan. Pap. lib. 17. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Animus & intentio, diſtinguit facta. *Inſtitut. quibus ex cauſis manu. non liceat. §. 2.* ¶ Semper in obſcuris, quid minimum eſt, ſequimur. *reg. ſemper de reg. juris, & gloſſ. ibidem tradit exempla.* ¶ In re obſcura melius eſt favere repetitioni, quam advenienti lucro. *l. 42. ff. de reg. juris.* ¶ In confeſſione dubia, ſtandum eſt declarationi confitentis. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 470.* ¶ In dubiis ſemper tenendum eſt illud, quod ſecurius eſt & certius, *cap. 3. ex. de ſponſ.* ¶ Promiſſio de non offendendo, intelligitur, niſi cauſam dederit. *Bartol. in l. 56. §. judex. ff. locat. & conduc.* ¶ Dominii appellatione proprie & ſimpliciter loquendo, intelligere debemus de directo. *Ozaſ. deciſ. 29.* ¶ Statuti verba, debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem loquendi in patria, ubi eſt ſtatutum, niſi in volumine ſtatutorum dicatur, quod verba ſtatutorum debeant intelligi nullo extrinſeco addito, vel diminuto, *Lud. Rom. ſingul. 422.* ¶ Exceptio violentiæ intelligitur de ea, quæ infertur ab extraneo, non de ea, quæ à ſe, vel à ſuis infertur. *l. 33. §. final ff. locat. & conduct.* ¶ Oratio, quando ab unico verbo regulatur, ſemper debet intelligi cum qualitate adjuncta verbo, quæ ſemper cenſetur repetita. *Ozaſ. deciſ 71. n. 34. vide Boer. deciſ. 314. in fin.* nam qualitas poſita in una parte orationis, cenſetur in alia repetita. *Idem Ozaſ. deciſion. 167. n. 12. Gaſp. Cabal. Milleloq. 395. vide Bartol. in l. 1. C. de liber. prate.* ¶ Alimentorum favore pubertas in maſculis intelligitur uſque ad 18. annos, in fœminis ad 14. *l. 14. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Qualitas adjecta uni diſpoſitioni, quando intelligatur in alia repetita, *vide in l. & ad ea 31. de legat 1.* & adjecta in uno capitulo legis, vel ſtatuti, aut reſcripti, quando intelligantur in alio repetita, *vide Bartol. in l. 77. n. 16. de leg. 1.* ¶ Renunciatio totius juris, quod renuncians habet, & habere ſperat, licet trahatur ad jura futura; tamen intelligitur de jure, quod renuncians habere ſperat ex aliqua cauſa ſubſiſtente de præſenti. *Afflict. deciſ. 350. num. 4. vide Capic. deciſion. 159. numer. 19.* alias renunciatio etiam jurata non trahitur ad futuram ſucceſſionem, nec ad incognita. *Ozaſc. deciſ. 75. Andr. Gail. obſervat. 48. libr. 2. num. 12.* ¶ Renunciatio quælibet debet ſtricte intelligi; ideo non intelligitur extendi ad cauſas non expreſſas, & ignoratas; ſecus quando cauſa eſt expreſſa, ſaltem juris intellectu. *Joſ. Lud. deciſ. Luc. 5. n. 66.* ¶ Jus, quod quis ignorat ſibi competere, in dubio non videtur remiſſum. *Put. deciſ. 73. libr. 3.* ¶ Expreſſum ſaltem virtualiter & implicite dicitur, quod ſub generalitate continetur. *Ozaſ. deciſ. 102. num. 3.* Ideo clauſula generalis, & alio quocunque jure, adeo potens eſt, ut caſus non expreſſus etiam improprios & majores comprehendat. *Ozaſ. deciſ. 102. n. 4.* generalitasque verborum in dubio ſemper eſt attendenda. *Afflict. deciſ. 319.* & quittatio generalis generaliter concepta, generaliter eſt intelligenda. *Rot. Gennenſ. deciſion. 33.*

& ge-

& generaliter operatur. *Cabal. milleloq. 415.* ¶ Expreſſum proprie illud intelligitur, quod per relationem ad aliud habetur. *Ozaſ. deciſ. 129. num. fin.* ¶ Securitas ſi eſt data veniendi, quod intelligatur etiam lata pro redeundo, *ſcribit Bart. in l. C. de naviculariis. lib. 10.* ¶ In dubio caſu, & pendenti, idem judicatur; quod de caſu certo, quoad actum impediendum. *Ozaſ. deciſ 34. num. fin.* ¶ Quando duo recipiunt unam determinationem, intelliguntur eam uniformiter recipere. *l. 8. §. cum ita de leg. 3.* ¶ Bona donata contemplatione, & propter benemerita donatarii, tranſeunt nedum in filios primi; ſed etiam ſecundi matrimonii, licet in donatione fuerit appoſita hæc clauſula, pro te, & filiis tuis ex Catharina prima uxore ſuſcipiendis, *Menoch. conſil. 40. volum. 1.* ¶ Ille, qui tenetur de facto ſuo, tenetur etiam de his, quos poteſt prohibere. *Menoch. conſil. 322. libr. 4. num. 25.*

Referatur, vel non.

Poſita in fine clauſula, refertur ad præcedentia; non ad ſequentia, quando per ſe principaliter eſt poſita: ſecus ſi aliam qualificandam, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 64. num. 22. & 23.* ¶ Quotiens aliquid refertur ad duo, per prius & poſterius, refertur ad id, quod eſt per prius, *Bart. in l. quæritur. ff. de ſtatu. hom.* ¶ Clauſula in fine poſita, quando refertur ad proxima, vel ad omnia, *vide Bartol. in l. 11. §. ſi una. ff. de juriſd. omn. jud.* ¶ Clauſula ſi ponatur inter verba unius capituli, refertur tantum ad illud capitulum. *Abb. conſil. 75. lib. 2.* ¶ Clauſula in principio, vel in medio, aut in fine poſita generaliter ad omnia refertur, quod procedit quando nulla ratio aſſignari poſſit, quare magis ad unum, quam ad aliud referatur capitulum: ſecus, quando ratio diverſitatis poſſet adduci, tunc enim non haberet locum relatio ad omnia; ſed ad ea, ad quæ commodius referri poſſet, *Boer. deciſ. 146.* Alias clauſula inter aliqua capitula, debet ad omnia referri, ſi commode fieri poteſt, ſed quomodo hoc dictum intelligi debeat, *vide Ozaſ. deciſ 81. num. 7. & Cravet. conſil. 70. & conſil. 296.* ¶ Gradus indeterminate prolatus à ſtatuto, utrum referatur ad jus Canonicum, vel Civile, *vide Bart. conſil. 13. volum. 2.* ¶ Subſcriptio quando poſſit referri ad præcedentia & ſequentia, *vide Put. deciſ. 226. lib. 1.* ¶ An clauſula ſubſequens poſſit referri ad præcedentia, *vide Cravet. conſil. 70.* ¶ Verbum indefinitum refertur ad omnia *l. 6. ff. de tritico, vino & oleo lega.* ſed oratio indefinita non reſtringitur ad tempus præſens. *l. fin. ff. de auro, & argen. legat.* ¶ Adjectiva indefinite, vel generaliter, vel neutraliter poſita, referuntur ad omnes res, ad quas poſſunt adaptari ratione adjuncti, cujus ſignificatio reſtringitur. *l. 16. §. fin. ff. eod.* ¶ Dictiones illæ; quiſquis, ſi vis, & ſi aliquis, licet in ſingulari numero prolatæ ſint, & ad omnia tamen referuntur. *Bart. conſil. 244. volum. 1.* ¶ Clauſula poſita inter unum capitulum tantum ad illud refertur, & non ad aliud, & capitulum unum dicitur, quando circa idem diſponit, ita quod illæ diſpoſitiones circa illud poſſint ſimul concurrere, *vide Bart. l. ſolius. ff. de lib. & poſthu.* ¶ Clauſula poſita in principio, vel in fine, aut in medio capitulorum plurium, refertur ad omnia; modo aliqua ratio non ſit; qua magis ad unum, quam ad aliud referatur. *Bart. ibid. num. 7. vide eundem Bart. in l. 31. de leg. 1.* ¶ Clauſula poſita in uno capitulo, ad illud tantum refertur; ſed poſita inter plura capitula, vel ante, vel poſt ad omnia refertur. *l. 3. §. filius. ff. de libe. & poſthum.* ¶ Verbum ſemel propoſitum, ad diverſa referri poteſt. *gloſſ. in Authent. ut nullus fabricet.* ¶ Licet clauſula finalis debeat referri ad omnia præcedentia: tamen quando repugnat naturæ, rationi, aut contractui, ratio ſuadet, quod debeat tantum referri ad proxima. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. Des droicts, Rub. 4. §. 2. gloſſ. 7.* ¶ Diſpoſitio in dubio referri debet ad omnia præcedentia, & ea æqualiter reſpicere, *vide Menoch. conſil. 231. num. 51. lib. 3.* ¶ In medio poſita referuntur ad antecedentia & ſequentia. *Rot. Gennen. deciſ. 174. num. final.* media quoque judicantur ſecundum præcedentia & ſequentia. *Ozaſ. deciſ. 16.* Sed aliquando ſolum ad præcedentia referuntur. *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 64. num. 22.* ¶ Clauſula poſita per ſe, quando referatur ad omnia. *vide Bart. in l. 3. §. filius. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Significatio dictionis univerſalis ſic eſt lata, quod etiam referatur ad impropria, etiam in materia ſtricta & odioſa. *Crav. d conſ 294. num. 4.* ¶ Verbum unum quando refertur ad plura, debet intelligi prout illa uniformiter poteſt determinare, *Bart. in l. 6. C. de teſtament. milit.* nam una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare. *Ozaſ. deciſ. 81. num 9. Bart. in l. jam hoc jure. §. ſed ſi alter. ff de vulgari.* ¶ Cauſatum debet referri ad principium, quod eſt ipſius cauſa. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 27.* ¶ Clauſula generalis adjecta quibuſdam ſpecialiter expreſſis, refertur ad minora, & ſimilia expreſſis ſpecialiter; non ad majora. *Alviſ. de Alber. ſing. 37. vide Bartol. in l. 4. §. illud. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Qualitas adjecta in una re ex pluribus copulatis in eadem oratione, ad omnes alias porrigitur. *Dec. conſ 92.*

Vel non.

Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata. *Ozaſ. deciſ. 169.* ¶ Clauſula in fine poſita non debet referri ad omnia præcedentia, quando ex tali relatione ſequeretur abſurdum; vel inconveniens, ſeu jurium correctio. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus. litera C. ſingul. clauſula. 2.* ¶ Clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia præcedentia, quando reſultaret intellectus contrarius juri. *Bartol. in §. jus quoque Authen. ut liceat matri, & avia. num. 9.* ¶ Clauſula poſita in fine, non reſpicit omnia præcedentia, ſed immediata, quod eſt verum, quando ſunt diverſa: ſecus quando inter ſe ſunt conjuncta. *Guid. Pap. ſingul. 220. vide Bart. in l. 1. C. de libe. præter.* ¶ Generalis diſpoſitio, non debet referri ad majora expreſſis. *Crav. conſ. 95. num. fin.*

Trahatur, vel non.

Voluntas ſicut trahitur ex præcedentibus ad ſequentia; ita trahitur ex ſequentibus ad longe præcedentia. *Aegid. concluſ. 579.* ¶ Diſpoſitio ſimplex non trahitur ad alium caſum ex identitate rationis; ſed etiam ad caſus exceptos à regula. *Corſet. ibidem litera E. ſingul. extenſio.* ¶ Clauſula quando ponitur in medio capitulorum plurium, trahitur ad omnia, ſi non adſit ratio quod magis ad unum; quam ad aliud trahatur. *Bartol. in l. 4. C. de uſuris.* ¶ Item clauſula ad præcedentia trahitur, illaque determinat, quando eadem utriuſque caſus ratio ſubeſt, ſecus ſi major & diverſa. *Menoch. lib. 2. caſ. 64. num. 14.* ¶ Ubi de generalitate diſpoſitionis excipitur aliquis caſus, in quo mentio ſpecialis requiritur, tunc diſpoſitio generalis trahitur, ad omnes alios caſus, in quibus expreſſio ſpecialis eſt neceſſaria, & ſic per talem expreſſionem ampliatur regula & diſpoſitio generalis, ut omnia alia comprehendat, de quibus mentio ſpecialis habenda erat. *Cravet. conſil. 194.* ¶ Generale mandatum de ſubveniendo fratribus, non trahitur ad eos fratres, in quibus reperitur facta ſpecialis proviſio. *Cravet. conſil. 86.* quia generalis diſpoſitio nunquam refertur ad illud, quod in ſpecie providetur. *Cravet. conſil. 106. num. 6.*

Præfertur.

Ex quibus conjecturis maſculini ex fœmininis progeniti, fœminis præferri debeant. *Pap. lib. 8. tit. 18.* ¶ Communis uſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit

nuando diſpoſitio ejus eſt in contrarium. *Cabal. milleloq. 573.* ¶ Vocatia filio & ejus liberis maſculinis, eveniente caſu, filia ex filio, præferri debet filio ex filia ejusdem filii. *Idem Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 27.* ¶ Semper in dubiis, benigna præferenda ſunt. *l. 57. ff. de reg. jur.*

Extendatur, vel non.

An privilegium extendatur ad deſcendentes ex fœminis, *vide Dec. conſil. 223.* ¶ Quando per rationem generalem dictum ſpeciale non extendatur. *vide Cravet. conſil. 2. pro genero. num. 83.* ¶ Edictum; ne blada extrahantur è provincia, puta Delphinali, an extendantur ad Lugdunenſes & Sabaudieoſea, habentes terras in ea patria Delphinali, & an hoc edictum comprehendat farinam. *vide Guid. Pap. q. 373.*

Vel non.

Conſtitutio loquens de perſona non extenditur ad capitulum, & ſic ad corpus. *idem Put. deciſion. 88. lib. 2.* ¶ Conceſſio facta uſque ad tertiam generationem, non extenditur ultra nepotem; quia primus impetrans conceſſionem, in prima generatione comprehenditur. *Put. deciſion. 18. part. 2.* ¶ Verbum præſentis temporis non porrigitur ad futurum, *l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. de verborum obligat.* ¶ Verba quando ſunt ſcripta in perſonam, non extenduntur ad fieri facientem; ſecus ſi ſunt ſcripta in rem. *Bartol. in l. 70. ff. de acquir. hered.*

Declarantur.

Verba declarantur ex adjunctis. *Idem Raud. ibi cap. num. 5.* ¶ Ex obſervatione obſcuritas declaratur. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 318.* ¶ Sequentia ex præcedentibus declarantur ubicunque dubia ſunt; ſecus ubi certam habent orationem ſeparatam & determinatam: *Afflict. deciſ. 379.* & è contra perſequentia præcedentia interpretantur & reſtringuntur. *Aegid. Bellam. concluſ. 717.* ¶ Verba obſcura declarantur per præcedentia clara. *Bart. in l. 35. §. Lucius ff. de leg. 2.* ¶ Verbum dubium declaratur ex verbis ſibi adjunctis, alternative, vel copulative. *Ozaſ. deciſ. 50. num. 10.* ¶ Voluntas hominis ex veriſimilitudine declaratur. *Ozaſ. deciſ. 170. num. 8.*

Reſtringatur.

Diſpoſitio generalis ſecundum præcedentia reſtringitur. *Dec. conſil. 502. num. 8. 9.* ¶ Generalitas verborum ad habilia reſtringi debet, niſi verba geminata ſint, vel talia ex quibus apparere poſſit, intentionem eſſe diſponentis, ut inhabilia comprehendat, *Hippol. ſing. 630.* ¶ Item quantumcunque univerſalia, non ſemper habent virtutem univerſaliter operandi, ſed interdum reſtringuntur ad id, quod rationis eſt. *Marc. de Mant. ſingul. 105.* ¶ Ex ratione ſpeciali dictum generale reſtringitur. *Crav. d. conſ. 2. gro genero. num. 98.* ¶ Verba generalia reſtringuntur: Primò ratione vitandæ abſurditatis: Secundo ex rationis diverſitate & melius, prout tradit *Rebuff. in fine comment. tract. de lite oblig. glo.* ¶ Diſpoſitio facta propter aliquas perſonas, eas egredi non debet. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 418.* ¶ Generalis ſcriptura reſtringitur, ubicunque reſtrictionem faciendam eſſe ratio adhortatur. *Cravet. ibid. num. 468.* ¶ Clauſula, bonorum mobilium ſecundum ſpecierum enumerationem, reſtringi debet. *Marc. q. 510.* ¶ Clauſula generalis reſtringitur ac ſpecificata tantum ſi plura fuerunt. *l. 34. §. qui plures. ff. de leg. 2.* ¶ Verba univerſalia reſtringi debent ſecundum ſubjectam materiam; ſed qualiter reſtringantor. *vide Crav. conſ. 256. num. 7. & conſ. 1. pro genero. n. 68. & ſeqq. & n. 301. 318. & ſeqq.* ¶ De reſtrictione dictionis, quoquo modo. *vide d. conſ. 256. num. 8.* ¶ Clauſula generalis ad ſpecificata reſtringi non poteſt recti ſermonis ratione ſalva. *Marc. quaſt. 273. part. 2.* § Si verbum poteſt ſe habere ad præteritum & futurum ex conjectura ſcriptura declarabitur, ad quod ſe habeat: item præſentis & præteriti temporis verba, reſtringuntur ad ea, quæ ſunt tempore teſtamenti. *l. 100. de leg. 3.* ¶ Generale verbum, in aliqua diſpoſitione adjectum ſpeciei conjunctum, ſeu alicui verbo ſpeciali, reſtringitur ad ſpeciem, à ſuo generali ſignificatu. *Guid. quaſt. 306.* ¶ Ubi aliquæ ſpecies ſunt expreſsè genus reſpicientes, tunc genus reſtringitur ad ſimilia expreſſis. *Raud. tractat. de Analog. cap. 16. num. 27.* quod aliquando limitatur, *ut ibid.* ¶ Verba univerſalia reſtringuntur, ut evitetur fraudis interpretatio. *Ozaſ. deciſ. 169. num. 3.* item reſtringuntur, ne abſurdum ſequatur, & ne quis damnum injurioſe patiatur. *Ozaſ. ibid. num. 8.* ¶ Si petitio eſt generalis, & proſecutio ſpecialis, ſententia reſtringitur ad proſecuta tantum. *Ant. Capic. deciſ. 31.* ¶ Ubi eſt genus ſequitur enumeratio quarundam ſpecierum taxationis cauſa, tunc minuitur ſignificatio generis & reſtringitur ad ſpecies enumeratas. *Abb. conſil. 75. lib. 2.* ¶ Oratio univerſalis recipit limitationem. *Bart. in l. 12. ff. qui ſadiſdare cogant.* ¶ Clauſula generalis reſtringitur ad præcedentia, ſi commode referri poteſt, ſalva ratione recti ſermonis, & ſi nulla cauſa eſt ſpecificata, refertur ad omnia. *Bart. in l. 49. §. Lucius ff. de ſolutionibus & liberationibus.* ¶ Verba generalia ſemper debent reſtringi ad cogitatum. *Ozaſ. deciſ. 90. num. 16.* quando generalitas extendatur ſolummodo ad expreſſa, vel ad omnia etiam ſpecialiter non expreſſa, *vide Afflict. deciſ. 285.* ¶ Verbum futuri temporis reſtringitur ad tempus mortis, ut ultra non extendatur, & oratio reſpectiva deficit deficiente perſona, vel qualitate ejus, cujus reſpectu profertur. *l. 2 ff. de auro & argen. lega.* ¶ Quælibet diſpoſitio, licet generalis, reſtringitur ad ſuam cauſam. *Cravet. conſil. 122. num. 12.* ¶ In dubio cancellario reſtringitur ad rationem ipſi cancellationi adjectam. *l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delen.*

Cap. VII. Quando cenſeatur repetita, & procedat.

Quando cautio in uno caſu adjecta, cenſeatur repetita in alio; & quando non. *vide Mago. deciſ. 84. Rot. Floren.* ¶ Conditio etiam appoſita in principio orationis, cenſetur in tota oratione repetita. *Afflict. deciſ. 248. num. 11.* ¶ Dictio, item, inducit repetitionem, quando oratio ſequens eſt imperfecta; ſed quando inducat continuationem. *Bart. conſ. 27. vol. 1.* ¶ Quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus intelliguntur repetita. *l. 134. §. idem reſpondit. ff. de verborum obligat.* ¶ Repetitio eorum, quæ in præfationibus ponuntur, quando ſunt præparatoria ſequentium, ſemper in ſequentibus repetita videntur. *Idem Corſet. litera R. ſing. repetitio. Bartol. in leg. 1. C. ſi contra jus, vel utilit. public. & in l. 4. C. de uſuris.* ¶ Dictio, ut ſupra, repetit omnes qualitates præcedentes. *Ozaſ. deciſ. 164. n. 13.* ¶ Decreta in uno rei capitulo, an cenſeantur in aliis repetita, an vero ſuos fines non egrediantur, *vide Dec. conſ. 67.* ¶ Clauſula poſita in præcedenti non intelligitur repetita in ſequenti, quando poteſt valere actus, ſequens abſque repetitione, vel ſequeretur abſurdum, alias ſecus. *Bartol. in l. cum Pater. ff. de pact. dota.* ¶ Ceſſio extenditur etiam ad bona mobilia, quando eſt facta univerſaliter & generaliter: licet aliqua bona immobilia eſſent expreſſe ſpecificata. *Cravet. conſ. 227.* ¶ Ratio generalis, extendit dictum ad omnia. *Cravet. dict. conſil. 227.* ¶ Quando præcedunt ſpecies, deinde ſequitur genus, diſpoſitio ampliatur. *Cravet. conſil. 294. num. 7.* ¶ Scriptura non debet ſe extendere ad incognita. *Afflict. deciſ. 32. num. 5.*

Procedat.

Argumentum ab abſurdo procedit etiam in materia ſtricta.

ſtricta. *Rav. de Analog. cap. 37. n. 124.* ¶ Pragmatica, quæ dat exequutionem ſententiis infra ſummam ducatorum 150. Procedit etiam quando ſit condemnatio ad reſtitutionem rei, quæ eſt valoris infra ſummam prædictam. *Vincen. de Franc. deciſ. 308. part. 2.*

Cap. VIII. Quæ cenſeatur, videatur.

In dubio, an Pater cenſeatur dotaſſe filiam de bonis propriis, maternis, vel ipſius filiæ, *vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 21.* ¶ Diſponens cenſetur velle providere in caſu magis neceſſario, *Crav. conſ. 30. num. fin.* ¶ Actus ſubſequentes contrarii præcedentibus, faciunt videri receſſum à præcedentibus, præſertim quando de illis facta reperitur expreſſa mentio. *Ozaſ. deciſ. 142. n. 10.* ¶ Repetitio eorum, quæ dicuntur in eo, ad quod additio fit, cenſetur etiam facta in eo, quod additum eſt, *Ozaſ. dec. 147. num. 18.*

Cap. IX. Quando attendatur, conſideretur, vel non.

An læſio in arbitramento, ſeu laudo conſideretur, inſpecto tempore dubioque litis eventus, ut in tranſactione. *Fachin. lib. 11. cap. 22.* affirmat in laudo emologato, ¶ Ordo mentis magis attenditur, quam ordo ſcripturæ. *Bartol. conſil. 224. volum. 1.* ¶ Ordo ſcripturæ, vel locutionis, quando inſpiciatur, ut ex eo aliquid præſumatur, *vide Bart. in l. 2. §. prius, num. 7. ff. de vulgari.* ¶ An verba in dubio accipiantur pro jure ſervitutis, vel pro dominio, aut proprietate rei, *vide Dec. conſil. 41.* ¶ Diſpoſitio facta de liberis & parentibus, non habet locum in fratribus, & ſic in tranſverſalibus, etiam in materia favorabili. *Dec. conſil. 276. num. 9.* ¶ Diſpoſitione facta ab aliquo, qui habet poteſtatem diſponendi, attendi debet illud, quod certum & diſpoſitum eſt; licet non reperiatur illud, ad quod relatio facta ſit, *Dec. conſil 326.* ¶ In ambiguis orationibus, maxime eſt ſpectanda mens ejus, qui eas protulit *l. 67. de reg. jur.* ¶ In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut plerumque fieri ſolet. *reg. in obſcuris. 15.* ¶ Ordo verborum in voluntate dubia inſpicitur; ſecus in voluntate certa. *Bart. in l. 3. §. ſi quis palam ff. de Jure Fiſci.* ¶ Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior eſt. *l. 68. de reg. jur.* ¶ In dubio in obſcuris & ambiguis debemus inclinare in mitiorem, & benigniorem partem: *reg. limitatur quinque modis*, de quibus, *vide per Hippol. ſingul. 218.* ¶ Clauſula; Ex nunc prout ex tunc, quomodo accipiatur, *vide Guid. Pap. quæſt. 588.* ¶ Rubrica generalis habens orationem perfectam, attendi debet, licet verba ſequentia videantur ſpecialia. *Cruv. d. conſ. 61.* ¶ Cauſæ ubi plures in uno actu concurrunt, ea ſemper attenditur, quæ minus gravat. *Ozaſ. deciſ. 4. num. 5.* ¶ Locus, in quo vulneratur quis, an ubi mortuus ex vulnere, debeat attendi ob ſolvendam pœnam Fiſco. *Barth. de Cap. ſing. 26.* ¶ Qualitates novæ appoſitæ in ſecunda diſpoſitione attendi debent, rejectis his, quæ in prima diſpoſitione ponuntur. *Ozaſ. deciſ. 52. num. 3.* ¶ In ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, cum etiam voluntas legis ex ea colligi poſſit. *l. 18 ff. de legib.* ¶ Ubi effectus repugnat verbis, magis attenditur effectus, quam ſonus verborum, & tunc denominatio fit ab effectu potius quam à verbis. *Cravet. conſ 301. num. 3. Dec. conſ. 160.* ¶ Tempus datæ literarum, attenditur in gratiis, ſed in reſcriptis juriſdictionalibus, attenditur tempus præſentationis. *Vincent. de Fran. deciſ. 326. part. 2.* ¶ An pretium rei hæreditariæ reputari debeat hæreditarium, vel haberi pro re mobili, *vide Jo. Gal. quæſt. 1.* ¶ Si mulier extra locum ſui originis nupta ſit, & ibi decedat, & tractetur de illius ſucceſſione, & de dote reſtituenda, quæ ſolum in bonis mobilibus eſſet, & maxime in nominibus debitorum, & ſint diverſa ſtatuta, tunc attendendum eſt ſtatutum loci originis ipſius mulieris, non autem domicilii viri, ubi fuit nupta. *Auguſt. Bero. quæſtio. 109.* ¶ Si quis decedat in loco cujus juriſdictioni non ſit ſubditus, & in quo bona habet, in ſucceſſione illorum bonorum, ſervatur jus commune; & non ſtatutum illius loci, quando in perſonam loquitur, & non in rem, *Bero. quæſt. 117.* ¶ Si duæ cauſæ concurrunt ad perfectionem actus, attenditur potentiori. *Bart. quæſt. 15. num. 3.* ¶ Principalis actus attenditur; & non qui venit in conſequentiam. *Rot. Genuen. deciſ. 33. num. 7.* ¶ Cauſæ duæ ſi concurrunt, quarum una proſit, altera vero noceat, quæ attendenda ſit, *vide Bart. in l. 3. §. eleganter. ff. ad Syllanian.* ¶ Præſumptionum aut conjecturarum ratio non habetur; nec de eis eſt quærendum, ubi ſumus in expreſſis. *Ozaſ. d. deciſ 91. n. 13.* ¶ Conſideratio de futuris non habetur, & de ipſis quis non dicitur cogitaſſe. *Fel. conſ. 42. num. 6.*

Cap. X. Interpretatio quomodo facienda, vel non.

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtius eſt, quam tutius. *l. 153. §. ſi de reg. juris.* ¶ Interrogatio ſit primo ſecundum quod eſt veriſimile, & debet fieri per Judicem, qui poteſt principaliter adiri, ut declaret. *Bart. l. 40. num. 4. ff. de pact.* ¶ Interpretatio eſt facienda contra illum, qui legem apertius facere debeat ad ejus favorem. *Borgnin. Caval. deciſ. 27. num. 10. de contract. part. 2.* ¶ Capienda eſt ea interpretatio, quæ minus lædit verba, ac mentem, *Raud. tract. de Analog. cap. 37. n. 30.* & ultima ſcriptura attenditur. *Raud. ibid. num. 34.* ¶ Interpretatio voluntatis dubiæ, fit ſecundum conſuetudinem patriæ, aut loci, in quo fit diſpoſitio, & potius fit interpretatio ſecundum conſuetudinem, quam ſtatutum. *Cravet. conſil 70 n. 12.* ¶ Interpretatio fieri debet, ut actus intelligatur factus ſecundum diſpoſitionem juris communis. *Cravet conſ. 91. num. 8.* ¶ Quando aliquid habet duo extrema, quorum alterum eſt favorabile, alterum vero odioſum, favorabile recipit interpretationem extenſivam, odioſum reſtrictivam. *Bald. ſingul 109.* ¶ Verbum, ſi ſtrictam & largam ſignificationem habeat, & larga & ſtricta, ſecundum ſubjectam materiam, erit facienda interpretatio. *Math. Matheſ. ſing 94.* ¶ Ubi dubitatur de intentione diſponentis, ſemper recurritur ad cauſam finalem, ex qua mens illius colligitur & interpretatur. *Cravet. conſil. 245.* ¶ In dubio fieri debet interpretatio, per quam ſatis fit utrique caſui, quando inter aliquos caſus, diverſitas reperitur. *Cravet. conſil. 301. n. 4.* ¶ In prætoriis ſtipulationibus, ſi ambiguus ſermo acciderit, Prætoris erit interpretatio. *l. 9. ff. de præto. ſtipulat.* ¶ Interpretatio in dubio fit in cauſam magis impedientem, & dubium pendens ex voluntate alterius, interpretatur perpetuum. *Bart. in l. 56. ff. de condic. indebit.* ¶ Interpretatio admitti non debet, per quam altera pars remaneret decepta, & in damno. *Cravet. conſil. 91. num. fin.* ¶ Non eſt capienda interpretatio impugnativa voluntati alterius. *§. 2. inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non liceat.*

Cap. XI. Quæ, & quomodo interpretentur.

Sententia quomodo ſit interpretanda, *vide ſupr. tit. de ſenten. part. 1.* ¶ De actus dubii interpretatione, & qualis recipienda ſit interpretatio, & fieri debet à judice, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 199.* Et de duabus præſumptionibus, pluribusve, quarum una alteri præferatur, *vide ibid caſ. 472.* ¶ Interpretatio diſpoſitionis obſcuræ ſumenda eſt à conſuetudine, quæ viget in ea civitate, in qua confecta eſt diſpoſitio. *Menoc. conſ. 177. lib. 2. n. 10.* & à vicinis, ubi ignorantur, qualis ſit actus, *vide eundem conſ. 390. num. 22. lib. 4.* ¶ In dubio ſummi

debet illa interpretatio, quæ magis veriſimilis eſt. *Menoch. ibid. num. 24.* Item illa ſumi debet, qua actus non redditur eluſorius, & inanis, *ibid. Menoch. num. 26.* ¶ Quando actus eſt dubius, nulla melior adhiberi poteſt interpretatio, quam illa, quæ ab effectu ſubſequuto, & ipſamet obſervantia. *ibid. n. 27. & conſ. 309. lib. 14. n. 16.* ¶ Interpretatio ea ſumenda, qua evitatur contradictio ejuſdem diſpoſitionis & voluntatis correctio. *Menoch. conſ. 339. lib. 4.* nam debet interpretatio fieri, ut contrarietas tollatur. *Dec. conſil. 337. volum. 2.* ¶ Verbum dubium prolatum ab actore, interpretatur pro eo. *Bart. in l. 1. C. de uſufruct. & habita.* & ambigua ſolutio, ſive exceptio, interpretatur ſecundum intentionem proferentis. *l. 66. ff. de judi.* ¶ Interpretatio ſi ſit varia, ſeu dubia ſuper aliquo negotio, quid agendum, *vide Bart. in l. 9. ff. de legib.* ¶ Dubia, quandoque in deteriorem partem interpretantur. *gloſſ. in c. 1. ext. de Cleric. non reſid.* ¶ Interpretatur tunc diſpoſitio eo modo, quo poteſt valere; quando interpretando contra proferentem, ea redderetur inutilis. *Bart. in l. 40. num. 4 ff. de pact.* ¶ Interpretatio libelli obſcuri porrecti per defunctum, non tranſit ad hæredem: hæres tamen declarat voluntatem ambiguam defuncti, niſi alios poſſit damnificare, & quando, *vide in l. 32. §. ſi quis. de lega. 1. eundem Bart. in l. 83. § ſi Stichum. ff. de verborum obligation.* ¶ Ita interpretari ſcripturam convenit, ne contrarietas interveniat, ubicunque excluſio ejus fieri poteſt, diſtinguendo, aut dividendo. *Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 305. & 309.* ¶ Verbum obſcurum poſitum in uno capite interpretatur, per verba poſita in ſequentibus capitulis, *Bart. in l. 26. ff. de petit. hæred.* ¶ Si intentio actoris ſit ambigua, & reſponſio rei ſimilis, qualiter ſit interpretanda, *vide Bartol. ibid. in l. 40. tract. 4. ff. de grat.* ¶ Jus declarandi intentionem ambiguam non egreditur perſonam, nec tranſit ad hæredem. & actor non declarat probationes factas per teſtes, vel inſtrumenta. *Bart. in l. 5. §. ſi plures. ff. de vendic.* ¶ Obſcura loquutio, eſt interpretanda favore liberationis, *l. 10. §. ſi ſervus. ff. de manu. teſt. 4.* ¶ In ambiguis capitur illa interpretatio, quæ vitio caret, ut actus potius ſuſtineatur, quam pereat. *l. quotiens. ff. de verb. obl. l. quotiens. ff. de reb. dub.* ¶ Verba in dubio in favorem proferentis interpretanda. *Ozaſ. dict. deciſ. 29. num. 10. Rot. Genuen. deciſ. 7. num. 7.* & in favorem promiſſoris contra ſtipulantem. *ibid.* & in dubio ſemper præſumitur pro eo, quod eſt levius, & minus, quod procedit etiam in Eccl. *Cabal. milleloq. 321.* & actus ambiguus interpretatur ſecundum ſenſum agentis. *Rot. Gen. deciſ. 6. num. 12.* nam verba intentioni deſerviunt, & ſecundum intentionem proferentis, verbum prolatum intelligitur. *c. 41. ext. de app.* ¶ Quando verba patiuntur dubiam interpretationem, debent ſemper interpretari contra ſe fundantem in illis. *Ozaſ. deciſ. 141. num. 12. Rot. Genue. deciſ. 7. num. 4. & 5.* & ut minus obligent. *ibid.* & minus damnoſum debitori in dubio præſumendum eſt. *Afflict. deciſ. 373.* ¶ Interpretatio capienda non eſt, quæ à ſapientibus reprehendi poteſt, & quæ non eſt veriſimilis. *Dec. conſ. 337. volum. 2. num. 5. & 6.* ¶ Diſpoſitio Principis, quæ poteſt interpretari in derogatione juris communis, & etiam ad conſervationem, potius interpretatur ſecundum jus commune. *Guiliel. Caſſad. deciſ. 36. num. 7.* ¶ Teſtium dubia depoſitio contra producentem eſt interpretanda. *Afflict. deciſ. 120. num. 3.* ſcripſi ſupra *de proba. par. 1.* ¶ Clauſula reſervativa operatur, ut ratio præcedens, ſive ſubſequens, ad id ſemper reſtringenda ſit, & interpretanda, ut non contradicat clauſulæ reſervativæ. *Ozaſ. deciſ. 164. num. 14.* ¶ Confeſſio dubia facta in articulis datis per reum interpretatur in illius favorem. *Paul. Aemil. Veral. deciſ. 189. part. prima.*

Cap. XII. Quæ præſumantur, vel non.

Solvens, in dubio de cujus pecunia præſumatur ſolviſſe, *vide Cravet. conſ. 129.* ¶ Donatio præſumitur ratione conjunctionis ſanguinis, & dotis, quando frater ſcit filiam fratris dotari de bonis communibus, & tacet, *Cravet. conſil. 159.* dotans mulierem, an videatur dotare de ſuo, vel de bonis mulieris, *vide Bartol. in l 39. §. pater de leg. 3. & infra tit. de jur. dotium.* ¶ Ex his, quæ quis dicit ante factum præſumitur animus ſuus in facto ſequuto. *Afflict. deciſion. 375.* ¶ Filius ſtans cum matre præſumitur poſſidere fundum matris jure familiaritatis, & ſimiliter frates & ſorores ſimul habitantes. *Bartol. in l. 41. ff. de acquir. poſſeſſ.* quid in viro & uxore, *vide ibid. in addition.* ¶ In utero præſumuntur eſſe tres liberi, *l. 3. ff. ſi pars hæred. pet.* ¶ Providere ei, cujus plus intereſt in dubio, quis præſumitur. *Bart. in l. 11. §. plerunque de leg. 3.* ¶ Actus qui ſequitur, præſumitur fieri ex titulo, & cauſa præcedenti: & iſtud eſt, quod dicimus talia eſſe ſubjecta, qualia prædicata demonſtrant. *Cravet. conſil. 284. num. 6.* ¶ Cum quid poteſt videri factum duplici de cauſa, præſumitur potius factum, eam ob cauſam, qua tollitur impedimentum, quod obſtare videbatur actui gerendo, atque ita ob cauſam neceſſariam, *Menoch. conſil. 307. lib. 4. numer. 23.* ¶ Quibus conjecturis, quis præſumatur ex vulnere mortuus, *vide Menoch. de Arbit. caſ. 275.* ¶ Præſumitur quid factum ob cauſam, ob quam fieri poterat; non ob cauſam impoſſibilem. *Cravet. conſil. 83. in fin.* ¶ Sumptu illius aliquid in dubio præſumitur factum, ad quem ſpectat: quod procedit, quando de hoc adſunt veriſimiles conjecturæ. *Gaſp. Cabal. milleloq. 75. part. 1.* ¶ Natus primo, quis præſumatur, an maſculus, vel fœmina, in natis, uno partu, ſi ignoratur quis fuerit ultimus. *Bart. in l. arethuſa. ff. de ſtat. hom.* ¶ Factum, in quo requiritur impenſa, præſumitur factum ab eo, qui tenebatur illud facere. *Bart. in l. 104. ff. de verb. oblig.* ¶ Quando aliquis aliquem actum poteſt gerere nomine proprio & alieno, in dubio præſumitur potius gerere nomine proprio, quam alieno, *Bart. in l. 51. ff. pro ſocio.* ¶ Ex vicinitate, unus actus præſumitur contemplatione alterius factus, *Cabal. milleloq. 488.* ¶ Præſumitur quid factum ob cauſam præcedentem, vel prout utilius eſt facienti. *Cravet. conſ. 106. num. 9. & 10.* & in vim præcedentis obligationis, & potius pro evitandis intereſſe, & pœna. *Rot. Genuen. in deciſ. 25. num. 5.* ¶ Uxor poſſidens cum marito præſumitur jure familiaritatis poſſidere. *Ozaſ. deciſ. 140. n 5.* ¶ Supervixiſſe alterum de duobus, quando requiritur, tunc non ſufficit, quod ſimul deceſſerint. *Ozaſ. d. deciſ. 108. num. 15.* ¶ Mortis odio, ubi ignoratur, an quis anterior, vel poſterior mortuus fuerit, ea ſemper accipienda eſt præſumptio, quæ poſſeſſori favet. *Purp. in quodam ſuo conſil. inter deciſ. Pedem. fol. 195.* ¶ Debitor, qui dimidiam ſummam debiti ſolutam probat per apocham, & alteram per teſtes de confeſſione creditoris illius dimidiæ, non liberatur in totum, ſed tantum pro medietate: quia unica præſumitur quantitas ſoluta; & non duæ ſolutiones. *Afflict. deciſ. 198.* ¶ Pater & mater in dubio prius mortui præſumuntur, quam filii. *Ozaſ. deciſ. 108. num 4.* Sed quando hoc procedat, *ibid. num. 16.* ¶ Filii impuberes præſumuntur mortui ante matrem, quando mater & ipſi ſimul igne perierunt. *Bar. conſ. 179. vide leg. 26. ff. de pact. dot.* ¶ Ex diverſitate ſummarum, diverſum debitum præſumi incertum non eſt. *Crav. pro genero. conſ. 1. n. 177.* ¶ An pluralitas factorum præſumatur, *vide Rot. Genuen. deciſ. 7. n. 8. & fin.* ¶ Pluralitas in rebus duobus, quando præſumatur, ſi identitas probetur. *Afflict. deciſ. 24. Cravet. conſ. 198.*

Vel non.

In dubio non præſumitur quis factus locupletior niſi

niſi probetur. *ibid. Milleloq. 355.* ¶ Res in dubio non præſumitur tradita, ut dominium transferatur: ideo creditori in dubio præſumitur jure pignoris, & non dominii, poſſidere. *Afflict. deciſ. 373.* ¶ Quis non præſumitur voluiſſe facere actum fruſtratorium. *Æmil. deciſ. 31. part. 3.* ¶ Supervixiſſe ex pariter morientibus aliquis non præſumitur, cauſa committendæ ſtipulationis. *Ozaſ. d. deciſ. 108. n. 7.* ¶ In dubio non præſumitur quis facere velle, quod eſt prohibitum & impoſſibile de jure. *Cravet. conſ. 245. n. 12.*

Cap. XIII. Quæ videantur fieri, & conſerventur.

Quod geri poteſt duplici jure, videtur geri eo jure, quo melius res valet, & gerenti licet. *Bart. quæſt. 5.* ¶ Si aliquid fit in uno loco, & effectus conferatur in alium locum, ibi factum videtur, ubi effectus confertur. *Bart. q. 15. num. 13.* ¶ Bona quoad ſucceſſionem regulari & judicari debent, ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci originis; & non ubi ſunt, vel quis moratur. *Boer. conſ. 9. num fin.* ſed mobilia cujus loci cenſeantur, *vide Cabal. Milleloq. 570.* ¶ Quod pater expendit in honorem filii in dubio, videtur expendere de facultatibus pertinentibus ad filium. *l. fin. ff. de pet. hæred.* ¶ Gerens in dubio videtur expendere de bonis illius, cujus negotia gerit; & pater, vel frater dotans filiam, vel ſororem, quando in dubio videatur dotare de ſuo, quid de patre expendente in ſtudio? *vide Bartol. in l. 36. ff. de neg. geſt. num. 5.* ¶ Si frater erat debitor ſororum pro ſupplemento legitimæ, & illis dederit aliquid in diſpoſitione inter vivos, cenſetur donare animo compenſandi cum ipſo ſupplemento legitimæ. *Cravet. conſil. 131. num. 14.* ¶ Quando aliquis donat alteri ſuo creditori, an cenſeatur donare animo compenſandi, *vide Cravet. conſ. 194.* ¶ Credita hæreditaria cenſentur eſſe in patrimonio illius loci, ubi eſt facienda ſolutio, ſcribunt *Doct. in l. ſi is, qui pro empt. ff. de uſuca.* ¶ Foſſata cenſentur eſſe partes caſtri, ſeu fundi. *Guid. ſing. 448.* ¶ Qui vult ad tempus rem ad alium pertinere, poſt illud tempus, videtur velle eam ad ſuum hæredem redigere. *l. 35. §. Titia. ff. de leg. 2.* ¶ Ea videntur ad uſum alicujus parata, quæ ad ejus tantum, non quæ ad communem uſum cum alio ſunt parata. *l. 36. eod. tit.* ¶ Habens officium, ſi gerit aliquid ſuper re ad officium ſpectante, videtur illud contemplatione officii gerere. *Bart. qu. 5. num. 3.* ¶ Excluſa una perſona, cenſentur etiam excluſi omnes ab ea deſcendentes. *Raud. tractat. de Analog. cap. 37. num. 122.*

Cap. XIV. Quæ probentur, vel non.

Ex his, quæ quis ante dixit, probatur animus ejus, & quo animo quis fecerit aliquid *gloſſ. in l. 4. in princip. ff. de dol. mal. except.* ¶ Probatio per conjecturas in caſibus clandeſtinis, dicitur manifeſta, *Petr. Gemr. ſingul. 8.* ¶ Evidens dicitur, quod colligitur ex conjecturis. *Bart. in l. 20. ff. de oper. nov. nunciatio.* ¶ Virginitas qualiter probetur, ſi de illa dubitatur, *vide Afflict. deciſion. 236.* ¶ Ex ſimplici tractatu non probatur perfectio actus: quia multa tractantur, quæ non perficiuntur. *Rot. Genuen. deciſ. 31. num. 6.*

Cap. XV. Quæ fieri poſſint in dubiis.

An tempore pacis poſtliminium fieri poſſit. *Cujac. lib. 4. obſervat. cap 31.* ¶ Æquitas in dubiis ſemper eſt obſervanda. *Abb. conſil. 13.* ¶ Data jurium dubitatione, favendum eſt cauſæ dotali. *Abb. conſil. 73. num. 5. lib. 2.* ¶ Admittitur incertæ partis vendicatio, ſi ex parte actoris eſt juſta cauſa ignorantiæ. *l. 75. ff. de rei vendic.* ¶ Propter numerum naſcendorum ex ventre, admittitur petitio partis incertæ. *l. 1. §. interdum. ff. ſi pars hæred. pet.* ¶ Illud fieri dicitur nominatim, quod ita exprimitur, ut de eo nequeant dubitari. *l. 1. ff. de liber. & poſthum.* ¶ In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt, *reg. 80.* ¶ Filio in octavo menſe nato, & mortuo poſt duos dies, qui ſuccedat, *vide Afflict. deciſ. 236. Boer. deciſ. 220* & de partu edito ſtatim mortuo, *vide Hieron. Mago. deciſ. 41. Rot. Flor.* ¶ Relatio ad omnia fieri debet (etiam remota) quando ratio diverſitatis reddi non poteſt, cur ad omnia fiat, *Cravet. conſ. 149. n. 8. & conſ. 326.* limita. *ut in conſ. 394. ejuſdem Cravet.* ¶ In dubiis, an liceat aliquid ſorte dirimere, *vide gloſſ. in cap. 1. 26. & q. 2. & per totam q. & infra tit. famil. erciſc.* ¶ Quando cauſa eſt dubia, quia partes æqualiter probatæ erunt, quomodo tunc judex pronunciare debeat, *vide Rotr. deciſ. 239. gloſſ. in §. cum ex aliena, inſtit. de rer. diviſ.* ¶ Non delinquit, qui in dubiis quæſtionibus contra Fiſcum facile reſpondit. *l. 10. ff. de jure Fiſci.*

Cap XVI. Qui effectus producantur in dubiis.

An mala fides defuncti noceat hæredi quo minus, licet in bona fide ſit, præſcribatur? & quid ſi hæredes inventarium confecerint. *Facb. lib. 8. c. 27.* affirmat. *c. ult. c. vigilanti de præſcrip. l. cum heres. ff. de divers. & tempor. præſcript.* ¶ An mala fides reſpectu unius impediat præſcriptionem reſpectu alterius. *ibid. cap. 34. negat. d. cap. ult. & cap. vigilanti.* ¶ An verum ſit proviſionem hominis tollere proviſionem legis, *Cujac. lib. 24. obſer cap. 26.* ¶ An diſpoſitio *l. 2. C. de pignor.* habeat locum quando in inſtrumento obligationis ſpecialium bonorum, & aliorum generalium eſt appoſita clauſula, quod ſpecialitas non deroget generalitati. *Rolan. conſil. 26. tom. 4.* ¶ [illegible] Cujac. *C. de patria poteſtat. fol 82. Conanum. lib. 2 cap. 3. Coraſium. l. qui liberis ff. de rit. nuptia. Petrum Gregorium. lib. 11. cap 5. 6. 8. Vaconium à Vacona ibid 1. declar. 8. tractat. de patr. poteſt.* ¶ Verborum ambiguitas, vel ordinis perverſio ſi à tabellionis errore procedat, non vitiat actum. *l. 33. C. de teſtament.* ¶ Dictio, ſalvis, modificat & reſtringit quod dictum eſt in ſuperiori clauſula. *Ozaſ. deciſion. 164 n. 8.* ¶ Modificationis ea eſt virtus, quod ubi non invenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguit, & in negationem reſolvit. *Ozaſ. d. deciſ. 164. n. 9.* ¶ Generalis diſpoſitio idem operatur, quoad omnes ſpecies, ut eas includat, quod ſpecialis enumeratio, ubicunque eadem ratio intervenit. *Cravet. in quodam ſuo conſ. impreſſo poſt deciſ. 122. Pedem. vide Afflict. deciſ. 319.* & reſtringi non debet nulla interveniente ratione reſtringendi. *Cravet. ibid. n 8. Rot. Genuen. deciſ. 33.* ¶ Generalis ſermo non comprehendit perſonam ejus, ad quem verba diriguntur. *Jacob. Put. deciſ. 44. lib. 1.* ¶ Promiſſio generalis ceſſat, ubi ſpecialiter providetur. *idem Cabal. milleloq 231.* ¶ Alternativa faciat incertitudinem, quæ quandoque non nocet. *gl. in l. 7. ff. de injuriis.* ¶ Verba dubitativa prolata, puta, prout dicitur apparere, &c. non inducunt confeſſionem, & dubius, inſcius, neſcius, ſive ignorans æquiparantur. *Bart conſil. 90. vol. 1.* ¶ Clauſula, morari, communiter appoſita, in teſtamento vel contractu, quid importet, *vide Bartol. conſil. 168. volum 1.* ¶ Clauſula ex certa ſcientia, appoſita in confirmatione, confirmat, quod eſt invalidum, & removet omne obſtaculum. *Bart. conſil. 196. volum. 1.* ¶ Teſtis examinatus ſuper intentione ambigua, ſi illam probet ambigue, non relevat; ſed traditur remedium, ut probet, *per Bartol. in l. 66. ff. de judic.* ¶ Ratione dubitationis aliquid admittitur, quod alias non admitteretur, ſed repelleretur. *cap. 12. extra de ſepulturis l. 10 ff ſi quis cautionibus.* ¶ Maſculinum non concipit fœmininum, quando eſt diverſa ratio: Ideo ſi ſinguli de aliquo oppido teneantur ſingulo anno cum meliori pari boum facere roidas, non tenentur hi, qui ſolum habent vaccas. *Natt. conſil 291.* ¶ Confirmatio unius capituli de pluribus, aliorum ſapit reprobationem, & permiſſo aliquo, cætera denegata videntur, *Afflict. dec. 298 n. 4.* ¶ Deſcendentes ex fœmina, excluduntur ab illo jure, à quo fœmina excluditur. *Idem Cab. milleſ. 202.* ¶ Quando illud, quod diſponitur, ſecit relatione, & ordinatur ad aliud tanquam ad ſui formam, infor-

informatur ab illo, & ſecundum illud operatur, & non aliter. *Bart. conſil. 12. volum. 2.* ¶ Statutum, quod non debeat extrahi frumentum de aliqua civitate, non comprehendit illud, quod ibi ex alio loco fuerat deportatum. *Idem, ſing. 98.* ¶ Dictio univerſalis omnia comprehendit; ſed an comprehendat forenſes, *vide Dec. conſil. 358. volum. 2.* ¶ Diſpoſitio ſpecialis derogat generali, & verba generalia obſcura declarantur per præcedentia clara. *l. 35. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2.* ¶ Statutum unius loci non poteſt operari quoad bona extra territorium poſita, neque juriſdictioni ſtatuentium non ſubjecta ligare. *Idem Bero. d. quæſt. 117.* ¶ Verba debent intelligi, ut aliquid operentur, imo debent impropriari & intelligi contra eorum naturam, potius quam nihil operentur. *Cravet. conſil. 105. num. 7. vide Marc. de Mant. ſing. 47.* ubi limitatur reg. verba enim non debent ſuperflua remanere, *Rot. Gennen. deciſ. 26.* & nullum verbum debet eſſe ſuperfluum, ſi alius intellectus ſanus dari poſſit. *Cravet. conſil. 294. n. 3.* ¶ Actus agentium non debent operari ultra communem intentionem primævam, vel ſecundariam. *Cravet. conſ. 304. num. fin.* ¶ Clauſulæ acceſſoriæ & exequutivæ, non habent mutare, nec alterare, vel ampliare principalem diſpoſitionem. *Natt. conſil. 382.* ¶ Præfatio, & verba ſcripturæ demonſtrat mentem contrahentium. *Rot. Gennen. deciſ. 33.* & verba non operantur effectum, niſi ſecundum finem, ad quem tendunt, nec ultra intentionem agentis. *Ægid. Bellam. concluſ. 752.* ¶ Ex verbis enunciativis quemadmodum voluntatis intentio colligatur, *vide Franc. Mant. libr. 3. titul. 12. fol. 41.* quid de verbis tabellionum, *vide eundem Mant. in tractat. de conject. ult. volun. lib. 3. titul. 13.* ¶ Mixtum ſub ſimplici non continetur, maxime in exorbitantibus & correctoriis. *Ozaſ. deciſ. 126. num. 10.* ¶ Donatio facta in contractu matrimonii primo nato maſculo, & naſcatur primo filia: item filius, ipſe filius ſecundo loco natus excludit filiam primogenitam. *Guid. Pap. quæſt. 306.* ¶ Diſpoſitio limitata in maſculis, dicitur prohibitiva in fœminis. *Guid. q. 485. num. 4.* ¶ Incertitudo non vitiat, quando ex aliqua veriſimilitudine poteſt certificari, certum quid dicitur, quod uniformiter ſemper fit. *Cravet. conſil. 121.* ¶ Liquidatio eſt facienda in parva ſumma, quando teſtes deponunt de magna & parva ſumma; ſed quando deponunt de magna, mediocri & parva debet fieri in mediocri. *Æmil. deciſ. 161. par. 2. & deciſ 299. par. 3.* ¶ Quando in judicio de aliquo dubitatur, quod conſiſtit in artis peritia, judex committit hoc decidendum peritis in arte. *Bart. in l. comparationes. C. de fid. inſtrumentis.* ¶ Incertudo rei impedit condemnationem. *l. 5. §. ſi plures. ff. de rei vendicat.* ¶ Clauſula, omnia, pro expreſſo habenda, quam habeat vim, *vide Afflict. deciſ. 220. num. 17.* ¶ Ordo ſcripturæ indicat regulam & ordinem intellectus, & ſervari debet regulariter; ſed hæc regula patitur multas exceptiones, *vide Maran. in ſuo ſpec. de ord. jud. par. 3. num. 108. fol. 26.* & diſpoſitio illa eſt prius attendenda, quæ eſt prior, habita conſideratione ſcripturæ. *Ozaſ. deciſ. 141. num. 8.* ¶ Univerſalia verba ſimplicia, omnia comprehendunt, quæ excogitari poſſunt. *Cravet. conſil. 227. n. 13.* ¶ Proceſſus non dicitur ſopitus per ſententiam; ſed per executionem. *Boer. conſil. 44.* ¶ Diſponens ſi ſibi aliquas faciat reſervationes, ſe excludit ab omnibus aliis, & nihil ulterius reſervare ſibi videtur, imo & reſervationes ſi quæ aliæ de jure communi eſſent, per hanc reſervationem, videntur ſublatæ. *Guid. Pap. q. 147.* ¶ Verba generalia, ſeu univerſalia, non includunt perſonam privilegiatam in eo, in quo privilegiata eſt; niſi tenderent directo ad tollendum privilegium. *Marc. de Mant. ſing. 228.* ¶ Clauſula ſpecialis in omnibus derogat generali, & non comprehenditur ſub generali. *Capell. Thol. qu. 184.*

¶ Maſculinum concipit fœmininum, non econtra. *l. 46. de leg. 2.* ¶ Diſpoſitio, ſeu prohibitio generalis, quos caſus includat & quos non comprehendat, & qualiter reſtringatur, *vide Cravet. conſil. 3. & conſil. 70.* ¶ Ad poſitionem unius contrariorum, ſequitur deſtructio alterius, ſed ad deſtructionem unius, non ſequitur alterius conſtructio. *l. 15. ff. de except. rei judicat.* ¶ Verba univerſalia, omnia comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, & geminatio verborum fortius operatur. *Cravet. conſil. 105.* ¶ Clauſula generalis ſubjecta poſt caſus ſpeciales, illos caſus comprehendit; & quando non comprehendat, *vide Bartol. in l. 22. in repet. num. 6. ff. de interrog. actio.* ¶ Generalis diſpoſitio non comprehendit perſonas notabiles, & dignitate fulgentes, nec diſceptationem notabilem ſpeciali expreſſione dignam, nec id, per quod ſequitur abſurdum, minus illud, quod eſt contra æquitatem, vel iniquum, aut odioſum, vel inveriſimile, de quibus omnibus, *vide Rand. tract. de Analog. cap. 28. num. 22. & ſeqq.* ¶ Qualitas unius facti aliud factum quando non qualificet, licet regatur eodem verbo, *vide Afflict. deciſ. 248. num. fin.* ¶ Pars adjecta parti, facit partem partis, *Bart. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10.* ¶ Dubietas, vel ambiguitas in multis parit nullitatem. *l. 20. & ibid. gl. fin. ff. de in diem additio.* ¶ Verba univerſalia ſunt majoris potentiæ, quam generalia, & quando ipſa verba univerſalia ſunt geminata, fortius operantur, ut reſtringi poſſint, ubi alias reſtringerentur, *Cravet. conſil. 290.* ¶ De verbis univerſalibus, & de eorum vi, quid operentur in tranſactione, *vide Cravet. conſil. 294. & conſil. 309.* ¶ Frequentiæ cauſa expreſſum, non excludit alios caſus. *ibid. lit. F. ſing. frequentia.* ¶ Quando juratur ſuper aliquo facto, tollitur omnis actio, quæ ex illo facto poterat oriri, *Cravet. conſ. 290.*

Cap. XVII. De conjecturis.

Ex quibus colligatur conjectura, *vide Guid. Pap. ſing. 434.* ¶ Conjectura unde dicta, & diffinitur, ut ſit rationabile veſtigium latentis veritatis, unde naſcitur opinio ſapientum, *vide Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 1. tit. 1.* ¶ In dubiis locus eſt conjecturis ex conſuetudine. *l. 34. §. argento. & ibid. gloſſ. ff. de aur. arg. leg.* ¶ Quando intra aliquod tempus quis tenetur agere & petere creditum, tempus incipit currere à die natæ actionis cum effectu; & non à die rogati inſtrumenti. *Vincen. de Franc. deciſ. 341. part. 2.* ¶ Expreſſa etiam dicuntur, quæ ex conjecturis apparent, *Afflict. deciſ. 44. num. 14.* ¶ Tempus reluendi bona capta in exequutione judicati incipit currere à tempore ipſius exequutionis, & non à tempore confirmatæ ſententiæ, à qua fuerat appellatum. *Cravet. conſ. 66.* ¶ Conjectura diſtinguitur in tres ſpecies, *Mant. de conject. ult. volun. lib. 1.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

Res dubia non poteſt certa ſententia definiri. *cap. grave. 11. quæſt. 3.* ¶ Ratione dubitationis tenet judicium cum minus legitimo tutore inter avum & nepotem in ejus poteſtate conſtitutum. *l. 6. C. de petit. hæred.* ¶ Agitur ex ſcriptura declarata, non ex ſcriptura declarante. *l. 77. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Nominati per nomina propria tenentur in viriles, per appellativa in hæreditarias portiones. *l. 57. §. fin. ff. de leg. 1.* & nominati per nomina propria, vocantur in viriles. *l. 70. §. fin. eod.* ¶ Ubi quis dicatur habere domicilium, *vide l. fin. & ibi gloſſ. C. de præſcript. long. tempor.* ¶ Quantam partem quis habet in terra, tantam habet in arboribus & lapidibus, *l. penul. ff. pro ſocio.* ¶ Pater ſi promiſit dotem filiæ, deinde moriatur, filio & filia hæredibus inſtitutis onus dandi dotem totum expecta ad filiam. *Petr. Gerar. ſing. 43.* ¶ Pœna, vel emolumentum alicujus delicti, vel

vel rei, debet eſſe illius conductoris, qui erat tempore commiſſi delicti, & non illius, qui erat tempore ſententiæ. *Boer. deciſ. 5. num. 17. & ſeq. vide num. 23. Rol. conſil. 77. vol. 4. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des confiſcations, Rubr. 2. §. 1. gloſſ. fi. n. 3.* ¶ Statuto diſponente; Quod tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occiſi, an ſi Monachus occidatur, Monaſterium debeat illam tertiam partem habere, vel filii legitimi, & naturales dicti Monachi, quos ante ingreſſum habuerat, *vide Rom. ſing. 456.* ubi tenet pro filiis. ¶ Quando aliquid dicatur incipere, & quando deſinere, *vide Bart. tract. de alveo. fol. 144.* ¶ Senſus intellectualis perficit orationem, quæ in ſuo conſtructu perfecta non eſt. *l. 10. C. de fideicommiſſis.* & oratio imperfecta ex præcedenti & ſequenti perficitur, ſi congrue fieri poteſt. *l. 79. §. cum imperfecta de legat. 2.* ¶ Reſtrictivum remedium generalis diſpoſitionis, deſumitur ex loco ab abſurdo, & aliis, de quibus vide per eundem *Raud. de Analog. c. 02.* ¶ Factum, promiſſum vel ad beneplacitum, quando finiatur, *vide Dec. conſ. 108.* ¶ In materia reiterationis ſemel factum non eſt amplius reiterandum, & factum per prius, non eſt faciendum per poſterius, tamen vide de materia hac reiterationis per eundem. *Raud. ibid. d. c. 11.*

TITULUS CCCXLII.

De declarationibus.

Declaratio non admittitur ex intervallo in præjudicium alterius. *Cravet. conſil. 107. num. penult.* ¶ Declaratio privilegiorum Principis ad ipſum Principem, & non ad alium ſpectat. *D. Senat. Sol. in ſuis commen. in antiq. conſtit. Sabaud. gl. ſuper decreto Carolus. tit. de clauſ. mandat. prin. ſig. num. 3.* Quia declarare ejus eſt, cujus eſt diſponere, *ibid. num. 9.* ¶ Declaratio triplex, correctoria, modificativa & verbi ambigui declaratura. *ibid. num. 10.* ¶ Declaratio non admittitur, niſi uſque ad ſententiam. *Paul. Æmil. Vera. deciſ. 125. part. 3.* ¶ Qui declarat non dicitur de novo ponere. *Guid. Pap. ſing. 772.*

TITULUS CCCXLIII.

De rebus dubiis circa contractus.

Generalia.

Reliqua de rebus dubiis, & earum interpretatione, *vide ſupra tit. prox.* ¶ De remiſſione generali, *vide per Abb. conſil. 14.* ¶ De quittatione generali, *vide Afflict. deciſ. 319. & ſupra lib. 1. tit. de ſolv. & libe. & ſupra tit. prox.*

Cap. I. Verba, res, quæ dicantur.

Verba notarii dicuntur verba partium. *Dec. conſ. 450.*

Cap. II. Quæ præſumantur, vel non.

Obligatione facta ſuper certa quantitate pecuniæ, poſtmodum, & ſecundo promittitur eadem quantitas (diverſo tamen tempore) an diverſa debita præſumantur, vel unum, *vide Marc. q. 437.* ¶ Tamen, quando adeſt diverſa quantitas propter diverſitatem ſummarum, præſumitur diverſitas obligationum. *ibid. num. 4.* Idem in quittatione. *ibid.* ¶ Pretium fundi dotalis venditi per maritum & uxorem, & per quemlibet ipſorum inſolidum, præſumitur pro dimidia ad uxorem perveniſſe. *Bart. conſ. 124. vol. 1.* ¶ Viro & uxore ſimul ementibus, cuique pro virili acquiritur, præſertim ambobus in poſſeſſionem miſſis, licet hæres viri habeat actionem ad pretium. *Ozaſ. deciſ. 140.* Nam uxor emens fundum, præſumitur emere de pecunia mariti. *Ozaſ. ibid. num. 4.* ¶ Quando vir & uxor ſimul vendunt, præſumitur totum pretium ad virum perveniſſe, niſi contrarium probetur. *idem Cabal. milleloq. 326. Ozaſ. deciſ. Pede. 44. & deciſ. 140.* ¶ Si maritus & uxor, pater & filius, vel mater & filius, vendant rem, ad quos præſumatur perveniſſe pretium rei venditæ, *vide Boer. deciſ. 23.* ¶ Maritus & uxor, quando confitentur habuiſſe pecunias dotis ipſius mulieris, ipſa dos præſumitur ſolum perveniſſe ad maritum, ideo ipſe ſolus in reſtitutione tenetur. *Cravet. conſ. 91.* idem in patre & filio, videlicet, quod præſumatur perveniſſe ad patrem, ſi ipſe ſolus adminiſtrat, *Cravet. d. conſ. 91.* ¶ Terram circumdatam finibus vendens; præſumitur omnia ſecundum fines vendidiſſe, *Afflict. deciſ. 67.* ¶ Quando ſummæ eædem, vel duplicatæ præſumantur, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 213.* ¶ Item ex diverſitate perſonarum diverſitas præſumitur obligationum. *Cravet. conſ. 282. num. 3.* ¶ Habens duo quittationis inſtrumenta ejuſdem ſummæ, in dubio præſumitur bis ſolviſſe, ideo illi datur repetitio, *Rom. ſing. 553.*

Vel non.

Pluralitas apocharum & inſtrumentorum contractuum, & factorum, non præſumitur, ideo illam allegans probare debet. *Cravet. conſ. 198.* ¶ Remiſſio juris proprii in dubio non præſumitur, ſed de illa conſtare debet clare, & manifeſte. *Menoch. conſ. 381. num. 29. eod. lib.* ¶ In dubio quis non præſumitur facere velle, quod eſt prohibitum & impoſſibile. *Cravet. conſ. 245.*

Cap. III. Quæ intelligantur.

Promittens aliquem non moleſtare, intelligitur reſpectu juris competentis de præſenti, non autem de futuro, etiam quod renunciet juri, quod habet & habere ſperat. *Hieron. Mago. deciſ. Luc. 7. num. 42. vide ſupr. tit. prox. præced.* ¶ Quando procedat petitio incerta, *vide Bart. in l. 2. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantitat.* ¶ Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua, *Bart. in l. 34. §. ſi quis autem. C. de donat.* ¶ Frumentum promittens intelligitur de frumento ſecundum communem uſum loquendi, licet ejus appellatione veniant omnia, quæ ad uſum ſunt neceſſaria. *Bart. in Rub. de Can. frumen. Urb. Rol. lib. 11.* & de meliori, ſeu nobiliori ſecundum communem uſum loquendi. *idem Bart. in l. 78. ff. de verb. & rer. ſing.* ¶ In inſtrumento ſi quis confiteatur ſe habuiſſe mutuo centum, intelligitur de præſenti, & non de præterito. *Bart. in l. certi. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* ¶ Verba contractus debent intelligi, ut non contineant repugnantiam, *Bart. in l. 67. §. item. ff. de condict. indeb.* ¶ Verba præſentia temporis appoſita in inſtrumento circa id, quod poſſibile fuit interveniſſe tempore contracti inſtrumenti, intelliguntur in tempore præſenti. *Bart. in l. 41. num. 21. ff. ſolut. matrim.* ¶ Promiſſio de ſolvendo facta in nundinis, intelligitur de ultimo die nundinarum. *l. 138. ff. de verb. oblig.* ¶ Renunciatio promiſſa, debet intelligi cum ſit ſtricti juris, ut non extendatur ultra expreſſa, ſed renunciatio debet fieri in partem, quæ renunciatio minus præjudicet, & ut minus contineat. *Gram. deciſ. 101. num. 12.* ¶ Jus unum remittens, cum plura hebeat, aliud remittere non dicitur. *Afflict. deciſ. 350.* ¶ Filia renuncians paternæ hæreditati cum juramento, intelligitur ab inteſtato tantum. *Afflict. d. deciſ. 350. num. 8.* ¶ Qui ſtipulatur Calendis, intelligitur de proximis, niſi aliud actum ſit; ſed pone; quod hodie incipiant Calendæ hujus menſis, & hodie mihi promittis dare Calendis, tunc intelligitur de ſequentibus, *l. 41. ff. de verb. oblig.* ¶ Bonorum univerſitas ſi transferatur in contractu, intelligitur deducto ære alieno, quid in reſcripto Principis, & quid per ultimam voluntatem, *vide Bart. in l. 73. ff. de jure dotium.* ¶ Conceſſio facta Titio, & ſuis hæredibus, quomodo intelligatur, & de quibus hæredibus, *vide Bart. in l. Gallus. §. etiamſi ff. de liber. & poſthu.* ¶ Pro-

mittens artificem intelligitur promittere de mediocri, *Abb. conſ. 57. lib. 1.* ¶ Heredis verbum indefinitum intelligitur ſecundum ſubjectam materiam deductam in contractu. *Felin. conſil. 28. numer. 4.* ¶ Contractus ſimpliciter factus, & ſine ulla conditione, ſimpliciter, & pure intelligi debet. *Fel. conſ. 50. num. 4.* ¶ Verba appoſita in contractu debent intelligi ſecundum ſubjectam materiam. *Bart. conſ. 5. vol. 2.* & referuntur ad tempus contractus. *l. 69. ff. de contrahen. empt.* ¶ Donans, vel vendens bona intelligitur de præſentibus, & non de futuris. *Bart. conſ. 74. vol. 2.* ¶ Vinum ſi emo in genere, expenſis venditoris, debet portari ad domum meam; ſecus ſi emo decem ſalmas vini de tali vegete, vel vinea. *Bart. in l. 18. ff. de conſtit. pecu.* ¶ Qui nihil excipit, & ponit totum jus ſuum, intelligitur alienaſſe: quia indefinita æquipollet univerſali. *c. 22. ex. de privil.* ¶ Confitens ſe debitorem, & promittens ſolvere, in dubio intelligitur de præſenti. *Rot. Gen. deciſ. 37. n. 9.* ¶ Obligatus ad factum, intelligitur de primo, & adaptionem, intelligitur de prima: idem in eo, qui promiſit fructus *Rot. Gen. deciſ. 81. num. 7.* Ideo reficere qui tenetur rem ex pacto, ſi eam ſemel refecit, ſi caſu poſtea corruat, non amplius tenetur eam reficere. *Franc. Crem. ſing. 147.* ¶ Quod dicitur in contractibus, quodlibet verbum debere aliquid operari, debet intelligi de verbis, quæ ſunt in principio, & in ſubſtantia inſtrumenti; ſecus videtur in verbis generalibus. *Dec. conſ. 696. n. 16.* ¶ Si quis conduxit ſimpliciter operas certo ſalario conſtituto, ſingulis diebus intelligitur à ſummo mane uſque ad veſperas, & non de die naturali; quia noctis tempore operæ laboratoriæ regulariter non præſtantur, *vide tamen Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des Juſtices §. 8. gl. 6. num. 15. in verbo, fallit.* ¶ Monetæ valor intelligitur ſecundum morem & conſuetudinem regionis, in qua fuit contractus celebratus. *Natt. conſ. 192. tom. 1.* ¶ In locatione, vel venditione vaſis, in dubio intelligitur, ut incorruptum præſtetur. *l. 6. §. ſed ſi vas. ff. de actio. empt. & vendit.* ¶ Verba in contractibus debent aliquid operari, quod intelligitur dummodo jus commune non lædant, & quando ſunt contraria juri communi, & ex ſuis reſultat abſonus intellectus, tunc ſecundum jus commune interpretantur, *Fel. conſil. 42.* ¶ Mutuavi tibi centum, & apparet: item apparet quod promiſiſti centum ex cauſa mutui, intelligitur de hiſdem centum, quæ mutuaſti, *Bart. in l. 9. de adimen. legat. vide eundem in l. 94. ff. de verborum obligatio.* ¶ Numerus quantitatis quando repetitur in duabus diverſis diſpoſitionibus factis inter eaſdem perſonas, intelligitur de diverſis quantitatibus, & non de una, & eadem. *Bart. conſ. 21. volum. 2. num. 3.* ¶ Remittens omne jus, quod habet, vel habere ſperat ex aliqua re, intelligitur ex cauſa de præſenti, quid in fratribus dividentibus, & ſe invicem quittantibus, *vide Bart. in l. 9. ff. de tranſactio. & in l. 8. ff. de condictio. cauſ. dat.* ¶ Terra vendita cum expreſſione corporis circumempti, licet ſit majoris quantitatis, cedit lucro emptoris ſine aucto precio ſecus ſi numerus eſt expreſſus intra fines deſignatos. *Afflict. deciſ. 67. num. fin.* ¶ Promiſſio debet intelligi ſecundum terminum, & ſtatutum, quod vigebat tempore contractus. *Ozaſ. deciſ. 91. num. 3.* ¶ Contractus matrimonialis in dubio, an intelligatur factus ſecundum conſuetudinem loci mulieris, vel viri, etiam quoad lucrum nuptiale, & reliqua, *vide Afflict. deciſ. 226.* ¶ Verba ſtipulationis dobis, debent intelligi, ut minus obligent debitorem, quàm fieri poſſit. *Dec. conſil. 423. numer. 8.* & in dubio interpretantur contra ſtipulantem. *l. 38. §. ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. Pet. Gerar. ſing. 97. & proferentem. Hartman. c. 7. tit. de contractib. lib. 2. Felin. conſil. 25. num. 15.* quod limita in mandatis, quia tunc ſecundum mentem mandantis fit interpretatio. *Idem Pet. Gerard. d. ſing. 97.* 2. limita in caſu, de quo vide per Ant. Corſet. *in ſuis ſingularibus, litera. F. ſing. frequentia. vide ſupra tit. proxim. præced.* ¶ Moleſtiam non inferre ſi quis promittat, intelligitur de moleſtia facti; non autem juris. *Corſet. litera. M. ſing. moleſtia.* ¶ Verba, quæ poſſunt intelligi activè, & paſſivè in præjudicium venditoris intelliguntur activè, ut ſi quis vendendo domum ita dicat, uti ſervitutes ſunt, ita ſint, dubium poteſt eſſe, utrùm domui venditæ debeatur ſervitus, an ipſa debeat, quo caſu fit interpretatio contra venditorem, nempè quod potius debeat ſervitus, quàm ipſa domus debeatur. *l. 33. ff. de contrahen. empt.* ¶ Jus depoſiti remiſſum non intelligitur per generalem quitationem factam in tranſactione, *vide Marc. q. 608. part. 2.*

Cap. IV. Quæ, quibuſque modis interpretantur.

Quando verba ſunt clara pro ſtipulatore, interpretationem reſtrictivam non recipiunt. *l. 110. ff. de verbo. oblig.* ¶ Contractus ſtricti juris recipit interpretationem extenſivam, quando alias non haberet effectum. *l. 111. ff. eod.* ¶ In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt: ambigua autem intentio ita accipienda eſt, ut res ſalva actoris ſit. *Reg. 133. eod. facit. l. Labeo. ff. de contrahen. emp. & vend.* ¶ Diſſenſus circa acceſſoria, contractum non vitiat, & in dubio fit interpretatio contra emptorem, *in caſu. l. 34. de contrahen. empt. vid. ibid. gloſſ. quæ conciliat, & ſolvit contraria.* ¶ Pretii qualitas, & quantitas in emptione multum conſiderantur, præſertim ad oſtendendum quid in emptione comprehendatur, & de aliis conjecturis circa hoc dubium, *vide per Auguſt. Bero. quæſtio. 48.* nam venditio dubia interpretatur ſecundum quantitatem pretii. *Jacob. Put. deciſ. 326. lib. 3. vide Cabal. Mellelog. 207.* & pretium rei venditæ, potius conſiderandum eſt, quàm quantitas terræ, & veriſimile, id eſt, quod ex pretio colligi poteſt. *Afflict. deciſ. 67.* ¶ Notarii verba dubia interpretantur contra eum, qui ejus ſcripturam produxit. *Cravet. conſil. 88. numer. 20. vide ſup. tit. prox. præced.* ¶ Et in contractibus verba interpretantur, contra illum, qui ſe fundat in verbis. *Dec. conſil. 171. numer. 6. conſil. 183. & conſil. 190.* ¶ Contractus, qui ſequitur etiam ex intervallo ſumit interpretationem à præcedenti, & ſecundum eum declaratur. *Cravet. conſil. 113. n. 6.* ¶ Interpretatio contractus ita habenda eſt, ut ne in damnum fiat alterius, ex contrahentibus. *Cravet. conſil. 245. num. 9.* ¶ Ambiguitas, & obſcuritas differunt, & pacti interpretatio appoſiti pro utroque, fit contra eum, qui ſe ex pacto fundat. *Bart. in l. 40. ff. de pact. Abb. conſil. 51. lib. 2.* Et obligatio obſcura recipit interpretationem contra eum, qui ſe fundat ſuper ea. *Abb. conſil. 75. lib. 2. Hartman. cap. 3. tit. de contractibus. lib. 2.* ¶ Qualiter interpretatur ambiguum verbum in judiciis vel contractibus, *vide gl. in c. 7. ex. de ſponſal.* ¶ Verba dubia in ſtipulationibus conventionalibus interpretantur ex mente contrahentium, in prætoriis ex mente prætoris. *l. 52. ff. de verb. oblig.* ¶ Ambigua conventio interpretatur contra eum, quo profertur. *l. veteribus. ff. de pact.* ¶ Obſcurum pactum interpretatur pro eo, qui rem appoſuit. *l. 32. & ibid. gloſſ. ff. loc. & conduct.* ¶ Contractus interpretatur ſecundum loci conſuetudinem, *vide Afflict. ibid. numer. 4. facit. l. 17. §. placuit. ff. de aqua pluv. arcen.* & conventus ex contractu, judicatur ſecundum ſtatuta loci contractus. *Bartol. in Authent. ut omnes obediant.*

Cap. V. Quando inferantur: trahantur.

Capitula plura, ubi ſunt in eadem oratione poſita, quando dicantur connexa, & correſpectiva, ut de uno

ad ai

ad aliud inferri poſſit, *vide Put deciſio. 214. lib. 3.* ¶ De quittatione, & remiſſione generali; an referatur ad omnia, vel tantum ad ſpecificata, *vide Bartol. in l. 31. §. cujus, ff. eodem.* ¶ Pactum appoſitum in quittatione de ulterius non petendo, debet referri ad ſummam ſolutam; & non aliam, *Abb. conſil. 97 lib. 2.* ¶ Acceptilatio generalis refertur ad omnia, niſi appareat eſſe dictum de certis. *l. 6. ff. de accepti la.*

Trahantur, vel non.

Renunciatio facta per verba univerſalia, trahitur ad omnia, etiam valdè gravia, & præjudicialia. *Cravet. conſil. 290.* quid de transactione facta per verba univerſalia ſuper oneribus realibus, an extendatur ad onera, quæ imponuntur ex cauſa urgentis neceſſitatis, puta belli, vel famis, *vide Cravet. conſil. 294.* ¶ Renunciatio facta juri ſuccedendi ex teſtamento, non trahitur ad jus ſuccedendi ab inteſtato. *Bartol. conſil. 90.* ¶ Verba contrahentium non trahuntur regulariter, ad incognita, & intelliguntur ex cauſa de præſenti, etiam ſi partes utantur verbis futuri temporis. *Felin. conſil. 42.*

Cap. VI. Quæ declarentur.

Tractatus præcedens declarat actus ſequentes, & perfectio oſtendit intentionem contrahentium. *Rota. Gen. dec. 31. num. 8.* quorum mentes in bonæ fidei contractibus, conſiderari debent eadem. *Rot. dec. 37. nu. 10.* ¶ Contrahentes poſſunt declarare contractum, non obſtante temporis lapſu. *Harm. cap. 1. titul. de contractibus, lib. 2.* ¶ Sapiens poteſt declarare, quod in contractu celebrando, promiſſo ad conſilium ſapientis, quia ſe obliget ad pœnam. *gloſſ. in l. 121. ff. de verb. obligat. & ibi. in additio.* ¶ Promiſſor declarat obſcurum deductum in ſtipulatione; ſed ipſa declaratione ſemel facta, amplius variare non poteſt. *Math. Matheſ. ſing. 171.* ¶ Verba ambigua contractus declarantur ex conſuetudine, & modo utendi. *Bart. conſ. 59. vol. 1.* ¶ Obſcuritas imbreviaturæ declaratur ex ſequentibus & præcedentibus, & ſic ſumitur inſtrumentum. *Bert. conſ. 163. vol. 1.* ¶ Una pars contractos, debet per aliam declarari. *Dec. conſ. 579. num. 15.*

Cap. VII. Quæ porrigantur: extendantur, vel non.

Pactum generale aliquando etiam ad incognita porrigitur. *Afflict. deciſ. 285. nu. 12.* aliàs regulariter quittatio generalis non porrigitur ad incognita. *Bartol. conſ. 58 num. fi. vol. 1.* ¶ Renunciatio facta ſuper aliqua re, porrigitur etiam ad præambulum ipſius rei, quare renuncians liti, videtur renunciare cauſæ. *Bartol. in l. 4. C. de pact.* ¶ Clauſula in fine contractus poſita, quando extendatur ad præcedentia, *vide Afflict. dec. 248. n. 10. & 12. ſupra tit. præced.*

Vel non.

Liberatio & quittatio generalia non extenditur ad res dolo occultatas, & facta propter rationes redditas, non porrigitur ultrà contenta, & deducta, in ipſis rationibus. *Gom. Leo. dec. 78. in deciſ. diverſ. Tom. 2. vide Bartol. conſ. 162. lib. 1.* ¶ Actio realis in generali liberatione non venit, & abſolutio quantumvis tutori, vel curatori facta, non extenditur ad bona, quæ apud abſolutum de bonis abſolventis, eſſent. *Franc. Marc. q. 156.* ¶ Sicut acceptilatio generalis non porrigitur ad aliam rem, quam ad expreſſam, & connexam, ita arbitramentum. *Fel. conſ. 51.* ¶ Renunciaſſe juri, quod ſibi ignorat competere quis non videtur, & renunciatio facta ex una cauſa, non extenditur ad jus, quod competit ex alia cauſa, etiam ſi ſit facta verbis generalibus. *Bert. conſ. 90.* ¶ Transactio facta ſpecialiter ſub certis rebus, & juribus ad alia non expreſſa (etiam ſimilia) non extenditur. *Abb. conſ. 6. lib. 2.* ¶ Si ſoror fecerit quittationem, & generalem refutationem fratribus de omni eo, quod ſibi debetur, iſta refutatio non extenditur ad res, quas ſoror poteſt vendicare, & conſequenter ad debita actione reali. *Jaſ. de actio. §. ſupereſt, n. 103.*

Cap. VIII. Quæ, quando reſtringantur.

Verba quittationis quantumlibet generalis, debent reſtringi propter æquitatem, & plenius de reſtringendis verbis quittationum generalium, *vide per Cravet. conſ. 221.* ¶ Verba generalia poſita in contractu, poſt verba ſpecialia, quando non reſtringantur ad ſpecificata, *vide Afflict. dec. 285. num. 4. & 7.* ¶ In generali quittatione, verba generalia reſtringuntur, ubi poſſunt ſalva ratione latini ſermonis, alioqui non reſtringuntur. *Natt. conſ 410.* ¶ Diſpoſitio contrahentium, reſtringitur ad illud, ad quod refertur. *Dec. conſ 63. numer. 6.* ¶ Quando in inſtrumento dicitur, quod talis ſolutio fieri debeat de primis denariis, qui exigentur de debitoribus communibus, talia verba non limitant, neque reſtringunt promiſſionem prius factam ſimpliciter. *Dec. conſ. 183.*

Cap. IX. Quæ habeant locum: non veniant.

Fundo locato veniunt inſtrumenta. *Bartol. c. de verb. & rer. ſignific.* ¶ Locatio incepta poſt primam finiendam, poſt certum tempus, habebit locum ſtatim, licèt alio modo ante tempus finiatur prima locatio. *Natt. conſ. 34. tom. 1.* ¶ An ſtatutum; quod mercatores etiam minores 25. ann. poſſint ſe obligare, ut majores, locum habeat in eo qui ſe extra locum ſtatuti obligavit, & ad hoc, ut locum habeat, quæ requirantur, *vide Bero. q. 115.* ¶ Statutum loci, ubi contractus ſit, quoad deciſionem ſervatur, & quoad proceſſum cauſæ, ſtatuta loci, in quo is agitur, *ibid. diſt. q. 115.* ¶ Re vendita, vel aliter debita ſi oriatur quæſtio inter partes quid veniat acceſſoriè, vel cujus inſumptibus res debeat afferri, ad domum emptoris, vel, ad quam menſuram debeat metiri, *vide Doct. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. obligationibus.* ¶ Promiſſio regulatur ſecundum qualitatem perſonæ, cui promittitur. *Corſ. litera C. ſing.* Conditio perſonæ, *vide ſupra tit. prox. præced.* ¶ Aliquo actu poſito non ſequitur poſitio alicujus contractus, vel quaſi, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus, vel ſeparatus. *Bartol. quæſt. 7. num. 2.* ¶ Ubi legem expreſſam in aliquo contractu non habemus, recurrimus ad ſimilem contractum. *Ozaſ. dec. 31. n. 11.*

Cap. X. Quæ cenſeantur, dicantur, videantur in dubio, Vel non.

Pater dotans filiam, quando videatur dare de proprio vel de bonis filiarum, & quid in avo, & in extraneo, *vide Bartol. in l. 6. C. de dot. promiſſio.* & quid in matre donante, *vide Abb. conſil. 19. lib. 1.* ¶ Emens, ſuo & fratris nomine, ſi ſolvat pretium, videtur ſolviſſe de propria pecunia, & poteſt repetere à fratre partem pretii. *Dec. conſil. 348. volum. 2.* ¶ Renoncians liti, & cauſæ cenſetur etiam renunciare juri, quod habet in cauſa tàm profana, quàm ſpirituali. *DD. de Rot. deciſ. 32. de ſentent. & re judicat. in antiq.* ¶ Patre, & matre ſimul pro filia, dotem promittentibus, mater cenſetur ſolummodo promiſiſſe uti fidejuſſor, & animo repetendi à marito, niſi maritus non eſſet ſolvendo, tempore dotis conſtitutæ. *Cravet. conſil. 77.* ¶ Qui vendit rem, videtur vendere ſolummodo jus, quod habet in re. *l. 32. ff. de contrahen. empt. & vend.* ¶ Contrahens ſuper re ad dominum ſolum pertinente, licèt ſimpliciter contrahat, videtur contrahere ſub nomine officii, non ſub nomine proprio. *Natt. conſil. 131. tom. 1. num. 7.* ¶ Quid quando donatur primo nato, & naſcitur primo filia, & poſtea filii, an filia cenſatur vocata, *Guid. Pap. ſing. 522.* ¶ Renuncians, vel remittens id, quod poſſet petere ex quacunque cauſa, quando dicatur remittere jus fideicommiſſi, *vide Menoch. conſ. 359. lib. 4.*

¶ Loca-

¶ Locatione facta ab Eccleſia Titio acceptanti pro ſe, & uxore ſua, ac pro filiis ipſius Titii ad vitam ipſorum tantum, uxor ad dimidiam cenſetur vocata, & filii ad aliam, poſt mortem patris, & non ante, nam cenſentur vocati ordine ſucceſſivo, quoad dimidiam patri acquiſitam. *Idem Bero. q. 85.* ¶ Artifex accipiens pecuniam mutuo in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis, *Bart. in l. 7. C. ad Senatuſconſult. Macedo.* quod procedit etiam in ſcholari, ut videatur accepiſſe cauſa ſtudii. *Bart. ibid.* ¶ Fundo vendito, quando dicantur vendita inſtrumenta fundi, *vide Bart. in l. 2. C. de verbo. & rer. ſignif.* ¶ Contrahens appoſito nomine officii in dubio officii contemplatione contrahere videtur. *l. fin. ff. de inſtit. actio.* aliàs contrahere in dubio quis videtur nomine proprio, & non nomine officii, vel auctoritatis extraneæ. *Bartol. quaſt. 5. num. 6.* ¶ Tutor, vel alius geſtor, uti procurator, inſtitor, curator vel defenſor contrahendo, an videantur nomine proprio, vel alieno contrahere, *vide Bartol. in l. 5. §. tutor, ff. quando ex facto tutoris.* ¶ Obligans ſe ſolvere pretium frumenti, quando creditor ab eo petierit, non tenetur debitor ſolvere caritatis tempore, quia non cenſetur debitorem de iſto caſu cogitaſſe. *Fel. conſ. 42. num. 10.*

Vel non.

Renuncians omni juri, quod habet, ſeu habere ſperat in tali re, non dicitur renonciaſſe juri, quod de novo ſuperveniret ex cauſa non exiſtente tempore contractus. *Fel. conſil. 42.* ¶ Contractus unus, quando cauſatur ab alio, non conſideratur cauſatus, ſed cauſans; *Ozaſ. deciſ. 167. num. 25.* quia origo, & initium cujuſcunque contractus, attendi debet. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 26.* ¶ Per ſecundum inſtrumentum conſtitutionis dotium factæ ex intervallo, non dicitur receſſum à priora conſtitutione dotium ante facta. *Cravet. conſil. 282.* quia propter diverſitatem ſummarum diverſitas præſumitur obligationis, & ambæ ſummæ dicuntur debitæ. *Cravet. conſil. 282.* ¶ Nunquam primæ conventioni, & contractui, videtur derogatum per ſecundam conventionem, niſi quatenus in ſecunda conventione expreſſum fuerit, *Dec. conſ. 388.*

Cap. XI. Quæ dicantur repetita in dubio.

Dicta in præfationibus in contractibus, an videantur repetita in ſequentibus, & qualitas adjecta in uno capitulo ſtipulationis, quando videatur repetita in ſequentibus, *vide Bartol. in l. 77. num. 10. & 34. de leg. 1. & Menoch. conſil. 11. lib. 2. ſupra cit. prox.* ¶ Conditio adjecta in præcedenti pacto, & in ſequenti, intelligitur repetita, ſi aliàs pactum redderetur inutile. *l. 11. ff. de Pact. dota.*

Cap. XII. Quæ comprehendantur in dubio ſub aliis.

Liberatio facta per verba ampliſſima, comprehendit etiam cauſam dotis. *Nate. conſil. 410.* ¶ Clauſula; remittit omne jus, quod habet, vel habere ſperat, comprehendit omne jus de præſenti, vel in futurum ex cauſa de præſenti. *Bartol. in l. 7. ff. de liber. lega.* ¶ Remiſſio generalis, quando comprehendat ea, quæ ſpecialiter ſunt incognita, *vide Bart. in l. 29. num. 2. C. de omni act.*

Cap. XIII. Quæ ſpectantur.

Quando unum eſt in obligatione, alterum in ſolutione, quorum unum prohibetur de jure, alterum permittitur, ſpectatur eventus ſolutionis, utrum valeat nec ne. *Bartol. conſil. 70. num. fin.* ¶ Etiam in materia contractus attenditur, quod veriſimiliter contrahentes ſi fuiſſet interrogati diſpoſuiſſent. *Ozaſ. deciſ. 90. num. 16. Dec. conſil. 697. num. 8.* ¶ Voluntas, & mens contrahentium in contractibus attenditur, & quando de voluntate contrahentium non conſtat, verbis contractus, non eſt recedendum. *Dec. conſil. 423.* ¶ In contractibus mens partium, & intentio, attendi debet, & illa interpretatio fieri debet, quam contrahentes interrogati veriſimiliter feciſſent: ideò in illis fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia, & exceptio de bello, & peſte, extenditur ad caſum charitatis, in quo eadem ratio videtur. *Deciſ. conſ. 555.* ¶ Locus contractus circa dubia, quæ oriuntur tempore contractus ſecundum naturam ipſius, inſpicitur: fallit in dote. *Bartol. in l. 1. num. 16. C. de ſumma. Trinit.* ¶ Circa diverſas conſuetudines in contractibus, an attendatur tempus celebrati contractus, vel tempus, in quo contractus ſuum effectum ſortitur, *vide Pap. lib. 17. titul. 2. arreſt. 8.* ¶ Contractus judicandus eſt à principali intentione contrahentium, quando ex uno, & eodem contractu interveniunt duæ ſpecies contractus, ſeu duo proportionabilia diverſorum contractuum. *Abb. conſil 15. lib. 1.* ¶ Domus ſi venditur uſque ad talem domum, an illa includatur, inſpicitur quantitas precii, & mos regionis (quando non apparet, quid ſit actum) inſpicitur. *Bartol. in l. 35. ff. de regul. juris.* ¶ In deciſivis, & in his, quæ reſpiciunt modum exequutionis, attenditur locus contractus. *Rot. Genn. deciſ. 100. num. 4.* ¶ In ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt, ſi hoc non appareat, neque regionis mos, ad id, quod minimum eſt redigenda ſumma eſt. *reg. ſemper de reg. jur.*

Cap. XIV. Qui effectus producantur in rebus, verbis dubiis.

Pactum cum una perſona non prodeſt aliis: fallit quando quis carens filiis providit per pactum hæredi extraneo, & poſtea habuit liberos, quos hæredes inſtituit: tunc enim pactum factum in favorem hæredis extranei, valebit in favorem filiorum hæredum. *Ant. Trigo. ſing. 96.* ¶ Signa duo univerſalia, voluntatem contrahentium oſtendunt latiorem, & ſunt fortiora uno. *Afflict. deciſ. 106. num. 6.* ¶ Contractus verba, quæ non apponuntur in vim principalis diſpoſitionis; ſed ad quandam executionem nihil operantur. *Feli. d. conſil. 42. num. 15.* ¶ Verba appoſita in contractibus, & aliis, ſcripturis cauſa majoris vehementiæ, ſeu quodam uſitato ſtylo, non inducunt alterationem ſubjectæ materiæ, etiamſi remaneant fruſtratoria. *Felin. ibid. num. fin.* ¶ Quando quis promittit relevare ex debitis contractis, prout in inſtrumentis, tenetur etiam ad debita, propter quæ fuerunt facta inſtrumenta. *Cravet. conſil. 245.* ¶ Tempus pacto appoſitum, ut intra illud temporis ſpacium mater filiis alimenta ſubminiſtraret, expenſaſque ratione doctrinæ præſtare debet, an decedente uno ex filiis, tutor poſſit repetere partem bonorum pro rata matri remiſſa, *Ozaſ. deciſ. 98. tenet pro affirmativa.* ¶ Pater promittens dotem filiæ ex bonis paternis, & maternis de ſuis tantum ſolvere tenetur: fallit ſi expreſsè in promittenda dote, bona diſtraxiſſet. *Mynſing. obſervat. 85. cent. 6.* ¶ Filia non poteſt petere ambas dotes, ſi pater eam ſecundo nubentem dotet, non facta mentione de prima dote. *Guid. Pap. queſt. 375. Boer. deciſ. 136.* ¶ Frater ſi fecerit quittationem de omni eo, quod petere poſſit in hæreditate paterna, non impeditur petere feuda, nec partem bonorum emphyteuticorum. *Bartol. in l. 10. ff. de petit. hæredit.* ¶ Clauſula, cedens quod habet, & habere ſperat, importat, ut videantur ceſſæ actiones, quas poſſet habere. *Bart. in l. 14. ff. de mandat.* ¶ Petitio, & transactio generalis quibus caſibus præjudicet omnibus, & quando non, *vide Bartol. in l. tres fratres. ff. de pact.* ¶ Renunciatio bonorum paternorum, & maternorum ex

teſtamento, vel ab inteſtato facta per filiam dote contentam, illam non excludir à donatione inter vivos, poſteà per patrem, vel matrem facta. *Afflict. deciſ. 350.* Quia beneficio renunciationis non excluditur quo minus per aliam proviſionem obtineat. *Afflict. deciſ. 350.* ¶ Tempus futurum, quando cogitari potuit ſaltem implicitè, tunc cauſa nova ſuperveniens non operatur, ut ſit recedendum à priori contractu. *Ozaſ. deciſ. 91. nu. 15.* tamen cauſa nova juſta dicitur, ut à contractu tecedatur, ſi de novo ſupervenerit, & ab initio ipſo non fuerit cogitata, prævidérique non potuerit. *Ozaſ. ibid. num. 16.* ¶ Clauſulæ renunciationum, quæ deſcribuntur in inſtrumentia de ſtylo potius, & conſuetudine notariorum, quàm ex partium præcogitatione, non ſemper operantur. *Ozaſ. deciſ. 112. num. 15.* ¶ Renunciatio facta à ſorore pacto adjecto, quod mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire, ad bona ſua, an noceat mortuo uno iſtorum ſine liberia, *vide Perilluſtr, D. P. Theſſaur. dec. 189.* ¶ Inſtrumento per reum producto, ſtatur, duobus inſtrumentis paribus in die, & data, productia. *& Paul. Æmil. Vero. dec. 146. part. 2.* ¶ Clauſulæ exequutivæ non diſponunt, nec ampliant diſpoſitionem. *Gaſp. Cab. Millelaq. 105.* ¶ Obligatio principalis, & acceſſoria ſi concurrunt in perſona ejuſdem, acceſſoria occultatur. *Bart. q. 15. n. 16.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vendita, donec finiatur tempus habitationis conceſſæ, an illos, qui gratis habitant expellere poſſit, *vida Luda. Roma. ſing. 27.* ¶ Marius fecit pactum in contractu dotali, quod dabit primogenito filio ſuo tale caſtrum, ſeu alteri ex tali matrimonio naſcituro ſi maluerit, conſtante matrimonio nati ſunt duo, vel trea filii maſculi, deindè moritur pater nulla alia facta ſuæ voluntatia declaratione, dubium oritur, utrum primogenitus inſolidum admittatur, vel omnes pariter admittantur, *vide Guid. Pap. ſing. 521.* ¶ Titio emente; ſeu aliter acquirente rem pro ſe, & ejus liberis maſculis, & pro ipſorum liberorum hæredibus deſcendentibus per maſculum fœminæ ex maſculis deſcendentea admittuntur. *Auguſt. Boer. quaſt. 51.* ¶ Si pactum ſit in inſtrumento locationis datiorum locatores teneri in caſu peſtis, aut belli conductoribus remiſſionem facere, & peſtis evenit poſt dictum contractum, ante tamen ingreſſum quaſi poſſeſſionis datiorum, an remiſſio ſit facienda, vide eundem, *Auguſt. quaſt. 53.* ubi ſuſtinet partem affirmativam, ſi propter peſtem antecedentem conductorea paſſi eſſent damnum. ¶ Si dies non additur præſenti die debetur, ex quo apparet die adjectionem pro reo eſſe. *l. 41. ff. de verb. obligat. §. final.* ¶ Si in eadem ſcriptura legitur diverſa quantitas, utraque debetur. *Vera. deciſ. 306. part. 2.* ¶ Uxor, & maritus ſi ſimul ſtipulantur, unuſquiſque ſibi acquirit pro dimidia. *Ozaſc. deciſ. 140. num. 6.* ¶ Diſponere in vita qui ſibi jus reſervavit de illo jure, an poſſit teſtari, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 249.* ¶ Renunciatio ſuccedenti ex teſtamento cum ceſſione bonorum facta hæredibus patris, an inefficax ſit, *vide Afflict. deciſ. 350.*

TITULUS CCCXLIV.

De rebus dubiis circa ultimas voluntates.

Generalia.

DE materia hujus tit. *vide per tot. tit. de lega. 3.*

Cap. I. Mens: teſtator: voluntas: Qua dicatur in dubio.

Voluntas teſtatoris obtinet primum locum in conditionibus, & evidens voluntas ipſius dicitur, quæ colligitur ex conjecturis. *Abb. conſil. 78. lib. 2.*

Cap. II. Quibus modis probetur: veniat.

Voluntas defuncti probatur ex communi uſu loquendi, utendi, & intelligendi. *Bart. in l. 7. ff. de ſuppel. lega. num. 11.* ¶ Appellatione hæredia, quando veniat hærea extraneus, & an intelligatur de primo, an vero in infinitum, *vide Bart. in §. etiam ſi patrem. l. Gallus. ff. de liber. & poſth. hæredib. inſtituendis.* ¶ An in ſubſtitutione generali veniant omnia bona teſtatoris, licet videatur ſubſtitutio reſtricta ad certa bona, *vide Menoch. conſ. 115. lib. 2. n. 52.*

Cap. III. Quando præſumatur in dubio.

Teſtator præſumitur magis dilexiſſe agnatos, quam extraneoa: & uxor de extraneis eſt ſoluto matrimon. *Afflict. deciſ 44. nu. 21. & 27.* ¶ Teſtator in dubio ſemper præſumitur, eorum prærogativam ſervaſſe, quoa lex, & natura prius ad ejus hæreditatem vocant. *Ozaſc. deciſ. 81.* ¶ Teſtatoris voluntas talis præſumenda, qualis eſſe debet, & ſic de quolibet alio. *Afflict. dict. dec. 44. num. 20.* ¶ Non eſt veriſimile, quod teſtator plus diligat ſubſtitutum, quàm primo loco poſitum. *l. 37. ff. de conditio. & demonſt.*

Cap. IV. Quando intelligatur, vel non.

Clauſulæ teſtamentorum, quomodo intelligendæ, *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 14.* & an de voluntate teſtatoria cenſeantur ſcriptæ, vel de ſtylo tabellionum, *vide ibid.* ¶ Expreſſum in una parte teſtamenti, in alia expreſſum videtur. *Dec. conſil. 545.* & pars una teſtamenti ſecundum aliam intelligi debet. *Dec. conſil 567.* & ideo ſi una parte teſtamenti teſtator fecerit mentionem de filiis maſculia, in alia de filiis tantum, intelligitur ſemper de maſculis. *Menoch. conſil. 97. vol. 1.* ¶ Teſtator ſi mandavit ſatisfieri omnibus, qui aliquid ab eo recipere debent, intelligitur de debitia civiliter, & naturaliter. *Bartol. in l. 26. ff. de lib. lega.* ¶ Pluribus inſtitutis, & invicem ſubſtitutis, & ultimo eorum decedenti ſine liberia gravato reſtituere dimidiam hæreditatis, intelligitur de dimidia totius hæreditatia, comprehenſis etiam portioribus cohæredum ſibi ex fideicommiſſo obventis. *Hieron. Mago. deciſ. 15. Rot. Flor.* ¶ Quando verbum reperitur in præterito, & in futuro in ultimis voluntatibus, intelligitur in futuro. *l. 15. ff. de cond. & demonſtr. & l. 67. eod.* ¶ Verba teſtatoria, (& ſpecialiter ruſtici) debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi. *Bartol. conſil. 152. volum. 1.* ¶ Si teſtator jubet hæredem dotem filiæ ſtipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, noo ea ſupravivente; & ſermo ſimpliciter prolatua intelligitur de prima vice, *l. 79. §. à filia de leg. 2.* ¶ Quando gravatus poteſt diſponere de aliqua ſumma, de ea diſpoſuiſſe intelligitur, inſtituendo filiam ſuam hæredem ſimpliciter; ideo ad ipſam ſummam filia intelligitur vocata. *Monach. conſil. 214. lib. 3. num. 24.* ¶ Lex conjecturana mentem teſtatoris, intelligitur, niſi aliter de voluntate appareat, & evidenter apparere dicitur, quod apparet ex legitimis conjecturis. *Bart. in l. 77. de legat. 1.* ¶ Verba teſtatoria debent intelligi ſecundum perſonæ conditionem, ad quam diſpoſitio confertur. *l. 12. § equitii. ff. de uſu, & habita.* ¶ Teſtator in dubio, quod fingatur cogitaſſe, vide ibi, & in dubio mens teſtatoris adhæret legi, vel ſtatuto. *Afflict. deciſ. 44.* ¶ Lex fingit, quod teſtator plus dixerit, quàm notarius ſcripſerit. *Afflict. dec. 44. n. 25.* ¶ Diſpoſitio teſtatoria, quòd ejus filiis ſtantibus in communione, bona acquirenda ſint inter eoa communis, an intelligatur de acquirendis poſt mortem ipſius, vel etiam eo vivente poſt conditum teſtamentum, *vide Cravet. conſil. 13.* ubi concludit intelligi, etiam de quæſitis eo vivente. ¶ Si maritus in ſuo teſtamento con-

confeſſus fuerit ſe debere uxori; puta florenos mille pro ejus dote, quæ non aſcendebat ad ipſam ſummam, intelligere debemus maritum voluiſſe includere in ipſa confeſſione acceſſoria ipſius dotis, ex conjecturis adductis per *Cravet. conſil. 149.* ¶ Filii intelliguntur æqualiter instituti, in teſtamento facto per patrem, hoc modo, inſtituo meum poſthumum hæredem, ſi uxor mea ſit prægnans, licet concepti, & nati ſint poſt teſtamentum. *Joan. Pap. libr. 20. tit. 1. arreſt. 13.* ¶ Verbum, quod reperitur in præterito, & in futuro ſubjunctivi in ultimis voluntatibus intelligitur in futuro. *Bart. in l. 29. ff. de hered. inſtituen.* ¶ Venter quando eſt inſtitutus, & filius datus cohæres, pro qua parte erit hæres filius, *vide Bart. in l. 30. §. ſuum heredem ff. de acquiren. hered.* ¶ Clauſula, ſi contingat ipſum, & filios decedere ſine filiis an copulativè, vel alternativè intelligatur, *vide Bart. conſ. 155.* ¶ Rogatus reſtitoere hæreditatem ei, à quo illam accepit ſine temporis præfinitione, debet intelligi gravatus de reſtituendo tempore mortis. *Lud. Roma. ſing. 502.* ¶ Si hæres gravatur aliquid pati, intelligitur gravatus, ut patiatur eo modo; quo patiebatur defunctus. *l. 33. ff. de uſu, & uſufr. lega.* ¶ Inſtitutio facta de filio, & nepote jam nato, an intelligatur, quod admittantur ordine ſucceſſivo, *vide Bart. in l. Gallus, §. quidam. ff. de lib. & poſt.* ¶ Teſtatoris mens tacita à lege ſuppleri, & intelligi ſolet. *Ozaſ. dec. 126. num. 2.* ſed caſus omiſſus, quando debeat ſuppleri, *vide Mant. de conject. ultim. volunt. lib 3. tit. 19.* ¶ Teſtatoris voluntas ſecundum communem loquendi uſum intelligi debet, & veriſimile eſt teſtatorem ſenſiſſe id, quod communi loquendi uſui convenit. *Ozaſ. dec. 126. num. 19.* ¶ Conditio appoſita in præcedenti clauſula, quando intelligatur repetita in ſequenti, & conjuncta quando accipiatur pro disjuncta, ſive ſoluta, *vide Bart. conſ. 155. num. fin.* ¶ Verba teſtatoris, debent intelligi in dubio, ita quod non ſit in conſtructione peccatum latinitatis. *l. 9. ff. de auro, & argento legat.* ¶ Relictum ſub conditione, ſi filii, vel nepotes honorati non fuerint, intelligitur, ſi ſibi filii non fuerint tempore mortis, ſed ſi eo tempore fuerint, expirat relictum. *Bart. conſ. 75. vol. 1.* ¶ Subſtitutio in dubio intelligitur directa, & non fideicommiſſaria. *Abb. conſ. 59. lib. 1.*

Vel non.

Caſus omiſſus omninò, non cadit ſub regula, quòd teſtator ſi interrogatus fuiſſet ita reſpondiſſet, ſeu diſpoſuiſſet, *Hieron. Magon. decis. 82. Luc. n. 28.* ¶ Præceptum teſtatoris, quòd defuncto hærede ſine deſcendentibus, deſcribantur in urna omnes de agnitione, & is, qui ſorte extrahatur ſuccedat, non intelligitur ordine ſucceſſivo, ſed omnes ex eo cenſentur vocati. *Alex. Raud. tract. de Anal. c. 12. n. 5.* & ita pronunciavit Senatus Mediol.

Cap. V. Quando interpretatur, vel non.

Voluntas defuncti quomodo, & quibus modis interpretetur, *vide Bart. in l. 2. ff. de vulgari.* ¶ Interpretatio illa ſumenda non eſt, per quam teſtatoris diſpoſitio facilè redderetur illuſoria. *Men conſ. 339. lib. 4. num. 7.* ¶ In his, quæ extra teſtamentum occurrunt, poſſunt res ex bono, & æquo capere interpretationem. *l. 16. ff. eod.* ſed ſi controverſia ſit de nomine inter plures; qui probaverit ſenſiſſe de ſe defunctum, ille amitteretur. *l. 33. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Teſtatoris voluntas, ut conſervetur in dubio facienda eſt interpretatio. *Ozaſ. decis. 108. num. 14.* & non cenſetur elegiſſe viam, per quam ejus diſpoſitio impugnaretur. *Afflict. decis. 44. num. 25.* ¶ Qualibet diſpoſitio quantumvis ſtricti juris, ita iterpretari debet, ut aliquid operetur, & ne ſuperfluo facta cenſeatur. *Cravet. conſil. 272. num. 7. & conſilio 297. num. 4.* ¶ Ambiguitates teſtatorum pro hæredibus interpretantur, *Bart. in Authent. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier. num. 12.* ¶ Interpretatio voluntatis teſtatoris ad quem ſpectet, & qualiter interpretari debeat, *vide Bartol. in l. 67. de lega. 3.* ¶ Pro interpretatione voluntatis teſtatoris attendendæ ſunt ſex regulæ, de quibus, *vide per Clar. in §. teſtamentum. quaſt. 76.* ¶ Voluntas teſtatoris interpretatur ſecundum ejus opinionem, non ſecundum veritatem. *Cravet. conſil. 88. num. 15.* ¶ A quibus ambigua voluntas teſtatoris poſſit, & debeat interpretari, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 1. & 2.* ¶ Interpretatio voluntatis teſtatoris, debet fieri ab hærede, etiamſi agatur de præjudicio tertii in lucro capiendo; ſecus ſi de damno inferendo tractetur. *l. 102. ff. de leg. 1. ſed quando, vide Bart. in l. 32. §. ſi quis de legat. 1. & q. 10.* ¶ In teſtamentis interpretandis ſeptem ſunt obſervanda. *Boer. decis. 158. num. 13.* ¶ Diſpoſitio facta in teſtamento, & codicillis, ita interpretari debet, ne contradicat. *Dec. conſil. 337.* ¶ Quando dubitatur de intentione teſtatoris, vel donatoris, & ipſe deceſſit, recurrendum eſt ad ſuperiorem, & ejus interpretatio tenenda eſt. *cap. 6. ex. de donat.*

Cap. VI. Quæ dicantur repetita, vel non.

Relicta ab inſtitutis, an videantur repetita ab inſtitutis quando ab eis alia legata ſunt relicta, *vide Bart. conſilio 49. volum. 2.* ¶ Maſculi, verbum adjectum in inſtitutione hæredis, vel primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetitum in ſequentibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret, ex verbis ipſius conjecturata, quæ voluntas conjecturata obſervanda eſt, *Guid. quaſt. 481. vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 455.* ¶ Dictum in una parte teſtamenti; in alia parte repetitum intelligi debet. *Dec. conſil. 583.* ¶ Conditio liberorum, ſi ſine liberis deceſſerint, an cenſeatur repetita in matre, cui illa ſpecialis facta eſt, ſi ab inteſtato deceſſerit, *vide Dec. conſil. 646.* ¶ Qualitas legitimitatis appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetita in ſecundo rationibus traditis, *per Menoch. conſil. 117. lib. 2.*

Vel non.

Diſpoſitio teſtatoris, ſi ex aliqua cauſa commutatur in aliam, in diſpoſitione commutata, non intelligitur repetita pœna, quæ erat in prima diſpoſitione. *Bart. in l. 27. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Tamen, quando qualitas in ultimis voluntatibus non cenſeatur repetita, *vide Menoch. conſil. 177. num. 12. volum. 2.* ¶ Facultas data diſponendi de aliqua re circa filios primo loco vocatos, cenſetur etiam repetita circa filias ſecundo loco vocatas in defectum maſculorum, *vide Menoch. conſil. 215. lib. 3. nu. 167.* ¶ Conditionem, modum, qualitatem; & ſimilia adjecta in teſtamento cenſeri repetita in codicillis ſcribit *Menoch. conſil. 333. lib. 4. nu. 6.* ¶ Conditio appoſita in una parte teſtamenti, non cenſetur repetita in alia: fallit in muliere, cui relinquitur donec, & uſque quo honeſtè, & caſtè vixerit. *Caſtrenſ. conſil. 218. volum. 2. Doct. in l. Seia. §. Cajo Seio. ff. de fundo inſtruct.* ¶ Conditio appoſita in teſtamento, non cenſetur repetita in codicillis. *Ozaſ. dec. 52.*

Cap. VII. Quando declaretur, vel non: probetur.

Voluntas teſtatoris declaratur etiam ex primo teſtamento facto ex intervallo, quid ex teſtamento imperfecto, vel revocato, *vide Cravet. conſil. 113. num. fin.* ¶ Una pars teſtamenti, aliam declarat. *Hieron. Magon. decis. 63. num. 7. Luc. Ozaſc. decis. 127. Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. quaſt. 76. Dec. conſil. 370. volum. 2. Menoch. conſil. 97. num. 33. volum. 1.* ¶ Verba ſequentia poſt teſtamentum, declarant animum teſtatoris. *Afflict. decis. 44. num. 27. & 29.* ¶ Dependens ex mera voluntate teſtatoris, & ſi pertineat ad contractum, vel quaſi decla-

declaratur ex verbis in teſtamento poſitis. *Bartol. in l. 32. & de leg. 3.* ¶ Verbis claris, declarantur obſcura: ideò verbum unum ambiguum poſitum in una parte teſtamenti, declaratur ab alio claro, poſito in alia parte. *Menoch. conſil. 339. lib. 4. Bartol. in l. 17. de leg. 1.* ¶ Quando probentur conjecturæ ultimarum voluntatum per teſtes, *vide Man. de conject. lib. 12. tit. 16.* ¶ Voluntas ex antecedentibus, & ſequentibus deprehenditur. *Afflict. deciſ. 106.* ¶ In dubio arguitur ex veriſimili, ut ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita ſtatuiſſet. *Afflict. d. deciſ. 141.* & reſpondiſſet. *Joſeph. Lud. deciſ. 64. num. 12. Luc.* & id eſt habendum pro expreſſo, de quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet, ita reſpondiſſet. *Gramm. deciſ. 7. num. 5.*

Cap. VIII. Quæ, & ad quæ referantur, vel non.

Verba generalia debent ad tempus teſtamenti referri. *l. 92. de lega. 3.* & verba generalia teſtatoris qualiter intelligenda, *vide Afflict. deciſ. 44. num. 22.* ¶ Clauſula in fine poſita refertur ad proxima, ſed quando referatur ad omnia, & dictio maſculini generis prolata à teſtatore in caſu odii ſeu gravaminis non comprehendit fœminam. *Bartol. conſil. 54.* ¶ Si teſtator fecit plures diſpoſitiones conditionales, & deinceps dicat, qua conditione adveniente legavit Titio, ad quam conditionem legatum debeat referri, aut ad primam, vel 2. ad ultimam, *vide per Abb. conſil. 78. lib. 2.* ¶ Inſtitutio, ſeu ſubſtitutio relata ad duas perſonas diſpares gradu, ad utramque æquè principaliter refertur, & non ordine ſucceſſivo. *Ozaſ. deciſ. 81. num 8.* ¶ Clauſula generalis in ſubſtitutionibus non refertur ad ea, de quibus eſt facta ſubſtitutio ſpecialis. *Bartol. conſil. 54. volum. 1.* ¶ Lex ſequitur mentem teſtatoris, ſicut venator ſequitur leporem. *Boer. deciſ. 146.* Ideò mens eſt attendenda potius quàm verba. *Boer. d. deciſio. 146. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 81. num. 23. & ſeqq. par. 2.* etiam tacita. *Afflict. deciſio. 44. num. 18.* & regulatur à veriſimili. *ibid.* quando eſt dubia. *Cravet. conſil. 25. 32. & conſil. 294.* & quando conſtat de ipſa mente, illa eſt ſervanda, & de verbis non eſt curandum, & verba ſunt improprianda, ut menti deſerviamus. *Idem Ludov. dec. Luc. 53.* & verba regulantur à mente. *ibid. n. 8.*

Cap. IX. Trahantur.

Verba præſentis, vel præteriti temporis in his, quæ ex mera voluntate teſtatoris dependent, trahuntur ad futura. *Bartol. in l. 2. ff. de adim. leg.* ¶ Voluntatis declaratio in una parte teſtamenti, trahitur ad alias partes ejuſdem teſtamenti, & declaratio cum una perſona præjudicat, etiam cum alia. *Cravet. conſil. 62. num. 11.* ¶ Proviſio facta in uno caſu, porrigitur ad alium, in quem teſtator potuiſſet providere. *Bartol. in l. Gallus. num. 8. ff. de lib. & poſthum.* ¶ Nomen hæredis poſitum in ultima voluntate; & ſubſtitutione non ſignificat alios, quàm deſcendentes, nec extenditur ad extraneos. *Guid. Pap. 485.* licèt in contractibus, & in legibus ſignificet directo ſuccedentes in univerſum regulariter. *Guid. quaſt. 457.* & ſubſtitutio perſonæ incertæ de certis, valet. *Guid. quaſt. 467. vide titul. de verb. & rer. ſignif.*

Cap. X. Reſtringantur.

Generalis locutio, ſeu diſpoſitio teſtatoris quomodo, & quibus ex cauſis reſtringatur, *vide Cravet. conſil. 144.* & quid de veriſimili, *vide ibid.* ¶ De reſtrictione generalis ſermonis, *vide Cravet. conſil. 1. pro genero, tit. 96.* ¶ Præſentis, & præteriti temporis verba, reſtringuntur ad ea, quæ ſunt tempore teſtamenti. *l. 100. de leg. 3.* in ultimis voluntatibus, quando tempus teſtamenti & quando tempus mortis inſpiciatur, *vide Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 61. n. 18.*

Cap. XI. Quæ cenſeantur: videantur in dubio.

Facta inſtitutione, vel ſubſtitutione hoc modo, talem inſtituo, vel ſubſtituo, & ejus liberos, *vide infra tit. de hæred. extran. inſtit.* an tunc cenſeantur vocati ſimul, & ſemel, vel ordine ſucceſſivo, *vide Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. quaſt. 80.* ¶ Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione juris, & moribus ſui temporis. *Gaſpar. Cabal. Milleloq. 409.* ¶ Si dictum ſit in teſtamento, quod bona deveniant ad dominum Ulixem, & ad ejus filios, nempè ad dominum talem, & talem, &c. & ad dominum Joannem Conradum nepotem dicti Ulixis, Joan. Conradus, cenſetur inſtitutus pro dimidia. *Dec. conſil. 382. volum. 2.* ¶ Unus ex hæredibus gravatus in ſpecie hæreditaria, gravatus pro portione ſua tantum videtur *l. 83. §. ſi libertus, de legat. 1.* ¶ Teſtator in dubio id videtur voluiſſe, quod vult ſtatutum ſuæ patriæ. *Afflict. deciſ 226.* ¶ Teſtator in dubio cenſetur minus gravare hæredem, quàm ſit poſſibile, imò potius toleratur, quod legatum ſit inutile, quàm quod cenſeatur gravare hæredem. *Cravet. conſil. 32. 149. & conſil. 297. vide Ozaſ. deciſ. 52. num. 8.* ¶ Si teſtator inſtituerit duos nepotes ex Sejo fratre in una dimidia hæreditatis, & alios quatuor nepotes ex Caio fratre in alia dimidia, eoſque invicem ſubſtituerit, quandocunque deceſſerint ſine liberis, vel aliquis ipſorum, tunc cenſentur ſubſtituti, eo modo quo ſunt inſtituti: Ideo ubi deceſſerit unus ex quatuor nepotibus ex Cajo, portio ejus ſpectat ad alios tres nepotes ſibi conjunctos, & non ad omnes alios ex altero fratre, in quibus idem jus ſervandum erit. *Dec. conſ. 186.*

Cap. XII. Quæ attendantur, vel non.

Teſtator quod erat ſolitus facere attenditur, etiam in eo, quo diſponit extra teſtamentum, non ſolum verbis, ſed facto, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 64. num. 9.* ¶ Teſtatoris mens adeò attendi debet, ut etiam ſi diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea tamen non ſit recedendum. *Ozaſ. deciſ. 126. num. 25.* ¶ Teſtatoris mens in ultimis voluntatibus maxime inſpicienda eſt. *Ozaſ. d. deciſ. 52. num. 10.* ¶ Conſuetudo teſtatoria, tàm ex uſu loquendi, quàm utendi, quando, & quibus caſibus, attendatur, *vide Bart. in tit. 4. ff. de trit. vino. & oleo. legat.* ¶ In fideicommiſſis attenditur proximitas gravati, & non gravantis. *Hier. Mago. deciſio. Luc. 83. vide infra tit. de fideicommiſſis relictis agnationi, familiæ, &c.* ¶ In ultimis voluntatibus attenditur voluntas teſtatoris, etiam contra proprietatem verborum. *Cravet. conſil. 207.* ¶ An tempus facti teſtamenti, vel mortis, debeat conſiderari in colligenda teſtatoris voluntate, *vide Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 3. tit. 21.* ¶ Ordo affectionis non attenditur, ubi teſtatoris nulla ſubeſt neceſſitas inſtruendi; ſecus ubi ineſt neceſſitas inſtituendi. *Ozaſ. deciſ. 81.* ¶ Ex quibus conjecturis maſculi ex fœminis progeniti, debeant fœminis præferri, *vide Mant. de conjectu. ultim. volunt. lib. 8. tit. 19.* ¶ Si teſtator poſuit in electione mea, ut centum de certis nominatim, cui velim, ſi decedo antequàm eligam, debetur hæc ſumma omnibus pro rata. *l. 21. §. fin. ff. de ſtat. lib.* ¶ Cum teſtator facit mentionem de aliquo dando, ſi non expreſſit, cui velit dari, debet dari hæredi, vel hæredibus pro hæreditariis portionibus. *l. 21. & 22. ff. de ſtatu. liberis.*

Cap. XIII. Qui effectus producantur.

Ex verbis quemadmodum voluntas teſtatoris colligatur, *vide Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 3. tit. 4.* ¶ Quando à propria verborum ſignificatione liceat in teſta-

Digitized by Google

teſtamentis recedere ex voluntate teſtatoris, *vide Mant. ibid. tit. 5.* ¶ Ex præſumpta voluntate defuncti, plures conjuncti vocantur in virilem, reſpectu unius defuncti, ſed inter ſe, in hæreditatis portiones. *Bart. ſing. 79.* ¶ Etiam minima verba teſtamentorum, operari debent: *Afflict. d. cap. 44. num. 19.* ¶ Repetitio ex mente præſumpta teſtatoris, inducitur. *Ozaſ. dec. 52. num. 5.* ¶ Iſta verba, ſi nullus deceſſerit ſine liberis, quid importent, *vide Bart. conſ. 57.* ¶ Declaratio teſtatoris facit cenſeri omnem aliam interpretationem calumnioſam. *Hier. Mag. dec. 146. Rot. Flor. num. fin.* ¶ Conjecturæ voluntatis teſtatoris deſumuntur es variis locis, nempe ex jure communi. Secundo ex jure municipali. Tertio ex conſuetudine regionis. Quarto ex uſu, ſeu conſuetudine teſtatoris. Quinto ex perſona ipſius. Sesto ex perſonis, quibus relictum eſt. Septimo es rebus ipſis. Octovo es contentis teſtamenti. Nono ex cauſa, ſive ratione, qua teſtator fuit inductus, ad diſponendum. Decimo, & ultimo ex variis locis, & figuria cauſarum de quibus omnibus diligenter ſcripſit *Franc. Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 6. tit. 6. & ſeqq.* ¶ Cum agitur de declaranda voluntate conjecturata teſtatoris, quod ita, vel ita ſenſerit, creditur, ſtaturque teſtimonio notarii, qui teſtamentum non conſcripſit. *Menoch. conſil. 195. numer. 17.* ¶ Conjectora, quod teſtator ſupervixerit poſt nativitatem poſthumi, & non mutaverit teſtamentum, quando operetur ejus validitatem, *vide Bart. conſ. 235. vol. 1.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Species contenta ſub genere, quandoque per teſtatorem exprimitur, ad dubitationem tollendam. *Afflict. deciſ. 106. num. 5.* ¶ Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione juris communis, ideo inſtitutus ſub hac conditione, quod durante minori ætate uſque ad 18. annos, ipſe inſtitutus debeat remanere apud aliquem, cum bonia hæreditariia, & ſi in fine dictorum annorum 18. fuerit immorigeratus, quod tunc ſuccederet in ipſius bonia ille, qui habet cuſtodiam inſtituti, & adminiſtrationem bonorum, ſi ante dictoa annos 18. inſtitutus fuerit immorigeratus, & in ætate 13. annorum deceſſerit, tunc non eſt locus ſubſtitutioni: ſed bona debent pervenire ad ſuccedentes ab inteſtato ipſi inſt. *Afflict. deciſ. 141.* ¶ Nepotes unà cum patruo inſtituti, vel ſubſtituti, an ſuccedant in capita, vel in ſtirpes, *vide Afflict. deciſ. 309. & infra tit. de hared. extra. inſtitue.* ¶ Teſtatorem voluiſſe, vel de ejus mente apparere non ſufficit, niſi procedat diſponendo. *Ozaſ. deciſ. 110. num. 15.* ¶ Vitium ſuperfluitatis, quomodo ſit fugiendum, *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 6.* ¶ Communis uſus loquendi in ultimis voluntatibus recipitur, de quo communi uſu loquendi, *vide ibid. tit. 8.* ¶ De conſuetudine loquendi teſtatoris. *tit. 9. & de falſa teſtatoris opinione. ibid. tit. 10.* ¶ Mens teſtatoris ubi incerta ſit, & erroris materiam præbet, melius eſt inhærere verbis, & errori, & teſtatori imputare, cur apertiua non ſit loquutus. *Magon. deciſ. 52. num. 15. Rot. Flor.* ¶ Voluntas teſtatoris quemadmodum debeat obſervari. *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3.* ¶ Lex ex voluntate defuncti conjecturam capit, ut quos teſtator prædilexit, eos les prædiligat. *Bartol. in l. ſi quis. Authent. de re Falcid.* ¶ Facta ſubſtitutione de filia, & ſuis, duæ oriuntur dubitationes, prima qui veniant appellatione ſuorum, ſecunda, an filia, & ſui admittantur ordine ſucceſſivo, *vide Cravet. conſil. 22. Dec. conſil. 236.* ¶ Filius primogeniti præmortui, excludit patruum ſecundogenitum in fideicommiſſo domua, ad quam fuit vocatus per teſtatorem primogenitus ſuorum filiorum, & deſcendentium de primogenito, in primogenitum *Menoch. conſ. 211. lib. 3.* ¶ Quibus modis tollantur conjecturæ ultimarum voluntatum. *Mant. lib. 12. de conject. titul. 17.* ¶ Probatio apertiſſima fieri debet, ſi dubitatur de qua hæredis perſona teſtator ſenſerit. *Afflict. deciſ. 44. numer. 14.* ſi ſunt plures ejuſdem nominis, de quo teſtator ſenſiſſe intelligatur, *vide Mantic. de conject. ultima. volunt. lib. 4. tit. 7.* ¶ Subſtitutio facta de proprio filio hæredis inſtituti valet, & ſi inſtitutus habuerit plures filios, primus admittitur, ſi poteſt colligi ita voluiſſe teſtatorem. *Guid. d. q. 467.* ¶ Teſtator, ſi unum ex hæredibus gravaverit, ut ſi ſine liberis decederet hæreditatem ſuam reſtitueret Sempronio, adveniente conditione, cohæres gravatus totam hæreditatem ſibi obventam pro partibus cohæredum, reſtituere non tenetur, ſed ſolum partem ſuam. *Ludov. Roma. ſingul. 546.* ¶ Pater ſi promiſit dotem filiæ, deinde moriatur, filio & filia hæredibus inſtitutis, onus dandi dotem, totum ſpectat ad filiam. *Pet. Genev. ſing. 43.* ¶ Statutum originis defuncti, & non ſimplicis domicilii in ſuccedendo ab inteſtato, ſervandum eſt, quoad jura, & actiones. *Auguſt. Bero. q. 109.* ¶ Teſtator inſtituit duos hæredes, & eis ſubſtituit eccleſiam, & poſteà in codicillis caſſavit unum de illis, & alium inſtituit, ad quem debeat devenire hæreditas illius exhæredati, *vide Bartol. conſil. 203.* ¶ Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum, quando per codicillos legata in teſtamento relicta ſunt diminuta. *Cravet. conſil. 257.*

TITULUS CCCXLV.

De rebus dubiis circa legata.

Generalia.

De materia rerum dubiarum, *vide infra tit. ſeq.*

Cap. I. Legatum: Relictum. Quod dicatur, vel non.

In legatis alternativis, unum eſt legatum, etſi una pars eſt conditionalis, legatario interim decedente, nihil ad hæredes tranſmittit. *l. cum illud. ff. quando dies leg. ced.* ¶ Hæc verba; voluit, & ordinavit, quod ſorori ſuæ non debeat auferri, neque minui aliqua res de eo, quod tenet, & poſſidet de præſenti in tali loco, important legatum in ipſis rebus. *Dec. conſil. 290.* ¶ In dubio quæ res videantur legatæ. *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 1. & ſeq.* ¶ Grege legato, ſi pecora vivo teſtatore mortua eſſent, & in eorum locum alia ſubſtituta, idem grex videtur. *Abb. conſil. 85. 74. lib. 2.* ¶ Legando quis poſſeſſiones, videtur legare etiam res mobiles. *Bart. in l. 5. §. item prætor. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.* ¶ Legatis rebus exiſtentibus in aliquo loco, videntur res legatæ, quæ ibi ſolent adeſſe pro majori parte anni. *in additio. ad Bart. in l. 18. §. Sabinus. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Relictum ſub titulo legati in inſtrumento donationis inter vivos, ſortitur naturam legati, & non donationis inter vivos. *Natt. conſil. 645.* ¶ Qui legat cognatis, vel agnatis videtur legare hia, qui ſunt cognati tempore teſtamenti, vel tempore mortis, *l. 20. ff. de reb. dub.* ¶ Domum legans ſimpliciter, qui duas habet, cenſetur eam legare, quam dare elegerit hæres. *Menoch. conſil. 329. lib. 4. num. 11.* ¶ Maritus legando uxori omnia mobilia, & domus, utenſilia, cenſetur etiam legaſſe fructus domi exiſtentes. *Rot. Avenion. deciſ. 14. in deciſ. diverſo.* ¶ Legatis bonis mobilibus animalia cenſentur legata, niſi aliud appareat de mente teſtatoris. *Dec. conſil. 653.* ¶ Verbum, lego, aliquando denotat hæredis inſtitutionem, *vide Rand. tract. de Anal. cap. 18. num. 12. vide & tit. de hared. inſtit. infra.*

Vel

Google

Vel non.

Si aliquis legat alicui domum, & etiam quæ in ea ſunt, non videtur illi legaſſe nomina debitorum, inſtrumenta, vel chyrographa, quæ in domo ſunt, in quibus jura, & nomina debitorum continebantur. *Haeſm. cap. 8. tit. de creditoribus.* ¶ Cum in annos ſingulos legatur non unum eſſe legatum, ſed plura conſtat, nec ſemel dies ejus cedit, ſed per ſingulos annos; & in principio. *l. cum in annos. ff. quando dies lega. ced.*

Quale ſit.

Generalitas ambiguum parit, & ſic reprobatur, & diverſitas rerum, obſcurum facit legatum. *l. 40. circa finem, & ibi gloſſ. ff. de jure fiſci.* ¶ Legatum pecuniæ, quæ in domo eſt, non egreditur foras. *Afflict. dec. 106. num. 4.*

Cap. II. Quæ veniant in legato, vel non.

Legata ubi nominatim ab hærede veniunt præſtando onus ipſorum ad fideicommiſſarium non ſpectat; ſecus ſi ſimpliciter relinquuntur, & fideicommiſſum ſimpliciter. *DD. de Rot. deciſ. 12. de teſtament. in antiq.* ſed an hæres gravatus, vel fideicommiſſarius, tenentur ad ſolutionem legatorum, & quid ſi hæres ſolverit de ſuo, *vide Cravet. conſil. 16.* ¶ Legata re à teſtatore, veniunt, & aliæ, quæ uſus cauſa illius poſſidebantur. *Menoch. conſ. 140. lib. 2. num. 22.* & fundo legato veniunt, & paſcua empta profundi utilitate. *Menoch. ibid. nu. 23.* ¶ Legato univerſali, an veniant omnes res repertæ tempore mortis, vel teſtamenti, & dictio omnis eſt collectiva, & omnia comprehendit. *Bartol. conſil. 50. vol. 2. & conſil. 51.* ¶ Credita conditionalia, vel in diem, an veniant in legato univerſali omnium nominum debitorum, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 235.* ¶ Legato auro, & argento, quid veniat appellatione hujuſmodi legati, & an clauſula ſequens legatum bonorum mobilium reſtringat, ſecundum numerationem ſpecierum. *Franc. Marc. q. 50.* ¶ Si lego tibi vinum cum vaſis, veniunt ſolum vaſa plena vino: quia acceſſorium reſtringitur per principale. *Rom. ſing. 365.* ¶ Sub legato ſimplici, quando veniat mixtum, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 411.* ¶ Quando teſtator tituli legati relinquit bona, quæ ſunt in territorio alicujus oppidi per verba univerſalia, tunc in ipſo legato veniunt etiam molendina, ſita in ipſo oppido, & aliæ domus, *vide Menoch. conſil. 140. lib. 2.* ¶ Legatum factum uxori de dote, & argumento, cui poſtmodum factum eſt legatum univerſale omnium bonorum mobilium, & pecuniarium qualiter veniat deducendum, & intelligatur, *vide Afflict. deciſ. 45.* ¶ Rationibus legatis, quid veniat, *vide l. 8. & ibid. gloſſ. ff. famil. erciſcun.* ¶ Legatis pannis, quid veniat, *vide Abb. conſil. 105.* ¶ Legatis dulcibus veniunt potabilia, & comeſtibilia; ſed legata vini amphora, & omnibus dulcibus relatione ad vinum facta, veniunt tantum potabilia. *idem Put. deciſ. 226. num. 4. lib. 3.* ¶ Legato grano, quod quis habet in civitate, an veniat granum, quod eſt in portu, *vide Rom. ſing. 452.* ¶ Legatis mulis, veniunt mulæ, & legatis cervis, veniunt cervæ. *Joſ. Ludo. deciſ. Luc. 29.* ¶ Si teſtator legaverit omnes domos ſuas ubicunque ſitæ ſint ſuis cohærentiis, & exiſtentes in aliqua civitate, an veniant domus exiſtentes extra muros ipſius civitatis, *vide Cravet. conſil. 297.* legata domo, venit & domus *ibid.* adjecta; *ſed vide Jac. Put. dec. 96. lib. 3.*

Vel non.

Legatis, vel per fideicommiſſum relictis bonis mobilibus, & immobilibus non veniunt nomina debitorum; ſecus ſi ſimpliciter ſint legata omnia bona. *Guid. Pap. quæſt. 499.* ¶ Legata vinea, non venit canetum ſeparatum per octo milliaria, licet teſtator uſus fuiſſet ipſo caneto ad uſum vineæ *Put. deciſ. 83. lib. 3. vide Æmil. deciſ. 233.* ¶ Legato fundo etiam inſtructo, non veniunt inſtrumenta coloni, nec reliqua colonorum. *Natt. d. conſil. 243. num. 5.* ¶ Legans alteri ea, quæ ſui uſus cauſa parata ſunt, non cenſetur ea legare, quæ ſunt parata gratia uſus communia legantis cum altero: fallit in uxore, cui lana, lineum, aut ſericum legatur. *Lud. Roma. ſing. 638.* ¶ Alienata nulliter per procuratorem, non veniunt in legato facto hoc modo: relinquo procuratori meo omnes res, quas adminiſtravit. *Roma. ſing. 133.* ¶ Apotheca pannorum legata, non venit mercantia, & legata cùm omnibus, quæ ibi ſunt veniunt ſolum res, & non debita, & credita, *Bart. l. 79. §. mente de legat. 2.* ¶ Legato uſufructu domorum, & eorum, quæ ſunt in domibus iſtis, excepto argento, non veniunt ea, quæ ſunt comparata mercis cauſa. *Abb. conſ. 20. lib. 2.* ¶ Legatis omnibus rebus, quas teſtator emit, non veniunt ea, quæ ad teſtatorem pervenerunt ex alio tit. *Rom. ſing. 614.* ¶ In legato eorum, quæ in domo ſunt, non veniunt nomina debitorum. *Jac. Put. deciſ. 20. lib. 3.* tamen legatum poteſt continere debitorum non nomina ſi expreſsè de mente teſtatoris conſtaret. *ibid. Put. numer. 2.* alias verba generalia, & geminata, ſi reſpiciunt res mobiles, non extenduntur ad jura, & actiones tanquam ad tertiam ſpeciem. *Put. ibid. num. 3. vide Magon. deciſ. 146. Rot. Floren.* ¶ Legato de omnibus libris, & inſortiato à Doctore facto, ſi quatuor volumina inſortiati inter eos libros reperiantur, non omnia volumina inſortiati veniunt; ſed ſolum unum volumen: nam ſi ſpecies & genus legentur non veniunt aliæ ſpecies ſimiles expreſsè. *Idem Roma. ſingul. 501.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Legatum, vel fideicommiſſum relictum filii, an etiam filiabus intelligatur relictum, *vide Mantic. tract. de conject. ulti. volun. tit. 8. vel nepotibus, ibid. tit. 8.* ¶ Quando legatum fit Antonio patri, & filiis, hoc intelligitur ſucceſſivè, ut filii veniant poſt patrem, *Dec. conſil. 662.* ¶ Teſtator legans id, quod debet, de quo debito intelligatur, *vide Afflict. deciſ. 44. num 33.* ¶ Legatum, vel fideicommiſſum relictum pauperibus, de qoibus intelligatur, *vide Franc. Mant. de conjectur. ultima. volunt. lib. 8. tit. 5.* Legatum factum Parocho contemplatione ſepulturæ cadaveris teſtatoris, ſi ſepultura fiat alibi, quam in Eccleſia Parochiali, an, & cui debeatur, *vide Joan. Pap. lib. 20. tit. 8 arreſt. 5. Boer. deciſ. 176.* ¶ Verba teſtatoris, debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, cui legatur. *lib. 12. §. equitii. ff. de uſu. & habita.* ¶ Si ædes legentur, vel vendantur videtur actum, ut contignationes uti ſtant, ita ſtent. *l. 35. ff. de ſervit. urba. prædio.* ¶ Legatum quantitatis factum ab inſtituto per teſtatorem Titio, ſi eidem à ſubſtituto relinquitur major quantitas, in illa majori quantitate, ineſt relictum ab inſtituto. *Bartol. in l. 55. § ſi à filio. de leg. 1.* ¶ Legatum à teſtatore factum moniali conſanguineæ exiſtenti in monaſterio; ſed nondum profeſſæ, intelligitur factum intuitu religionis: ideo non debetur, ſi monialis reliquerit religionem, & nupſerit. *Menoch. conſil. 167. lib. 2.* ¶ Quando fit legatum cum onere non petendi aliquod creditum ab hærede, ſi legatarius acceptaverit legatum, vi detur jura crediti remiſiſſe, quia legatum cum onere ſuo acceptatum intelligitur. *Dec. conſil. 300.* & ex tali acceptatione creditor ſibi præjudicat, *vide Dec. conſil. 425.* ¶ Si teſtator reliquerit prædium fratribus ſuis, intelligitur ſecundum juris communis diſpoſitionem; quia tunc fratres ex utroque latere conjuncti præferuntur fratribus tantum ex uno latere, *Dec. conſil. 155.* ¶ Reditus relictus quolibet anno, intelligitur debere ſolvi, quando hæres fructus colligit: idem in ſolutione pecuniæ relictæ una cum reditu. *Roma. ſingul. 389.* ¶ Legantis jus hypo-

hypothecæ habet in eo tantum, quod ſupereſt deducto ære alieno; ſed quomodo hoc intelligitur, *vide Mago. dec. 99. Rot. Floren.* ¶ Semen mutuatum colono, legato fundo cum omnibus juribus, & pertinentiis, pertinet ad hæredem; non ad legatarium. *Natt. conſil. 243.* ¶ Legata relicta à tutore intelliguntur relicta à pupillo. *l. 20. C. de fideic.* ¶ Idem quando teſtator legavit omnia mobilia domus ſuæ, & habet plures domus in quibus habebat mobilia: ſed quando condidit teſtamentum in una ex ipſis domibus, & legavit mobilia domus ſuæ, tunc intelligitur legaſſe mobilia domus, in qua fecerat teſtamentum, *Menoch. conſil. 329.* ſed tunc an mobilia acquiſita poſt conditum teſtamentum cenſeantur legata, *vide conſil. 330. ibid. num. 20.* ¶ Legatum factum de taberna intelligitur de loco, non de mercantia, & quando veniat, & legane mercantiam, videtur legare univerſitatem creditorum. *Bartol. in l. 79. §. meneb. de leg. 2.* ¶ Compenſandi animus, an præſumatur in hærede legante, caſu, quo ea alia cauſa aliquid ea neceſſitate deberet legatario, veluti ex diſpoſitione legis, vel teſtatoris, cujus ipſe erat hæres, *vide Cravet. conſ. 131. num. 14.*

Vel non.

Teſtator mandans raddi cuicunque debenti recipere, non intelligitur mandaſſe de eo, qui exceptione repelli poteſt. *Bartol. in l. 94. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Legata domo cum his, qui ibi ſunt, legata non intelliguntur, quæ ibi mercie cauſa, vel ad tempus ſunt, fallit ſi filio legatum fiat. *Idem Roma. ſing. 649.* ¶ Si teſtator legat liberationem omnibus debitoribus ſuis, non intelligitur legata libertas his, qui poſſident res teſtatoris, & conſequenter his, qui ſunt debitores actione reali. *Jaſ. de actio. §. ſupereſt, num. 102.*

Cap. IV. Interpretatio quomodo fienda.

In legatis ſtricta interpretatio fieri debet, ut hæres cenſeatur minus gravatus, quàm ſit poſſibile, *Cravett. conſil. 25. num. 24. & conſil. 86. num. 7.* ſed quando hoc procedat, *vide Cravet. conſil. 297. Menoch. de Arbitra. quaſt. 99. Dec. conſil. 490.* ¶ Prædicta procedunt quando ſit legatum extraneo, ſecus ſi conjunctæ perſonæ. *Menoch. conſil. 279.* aliàs potius tolleratur, quod legatum ſit inutile, quàm, quòd cenſeatur teſtator gravare in dubio hæredem. *Cravet. conſil. 32. & 86. num. 10.* ¶ Aliquando tamen ad ſuſtinendum legatum admittatur larga interpretatio, *Cravet. conſil. 208.* legatum, an & quando latè, vel ſtrictè ſit interpretandum, *vide Natt. conſil. 626. Menoch. conſil. 140. lib. 2.* ¶ In dubio qualiter debeat interpretari legatum, *vide Cravet. conſil. 86.* etiam pro legatario, *vide Afflict. dec. 44. n. 24.*

Cap. V. Quando cenſeatur repetitum, vel non.

Si teſtator legavit uxori uſumfructum aliquorum bonorum, & etiam aliae res ſtando, & habitando in domo teſtatoris cum filiis ſuis, & non repetendo ſuas dotes, inde ex intervallo in ipſo tamen teſtamento ſimpliciter fecerit aliud legatum. *d. uxori*, caſu quo non poſſet habitare cum dictis ſuis filiis, dubitatur, an cenſeatur repetitum illud onus de non petendo dotes ſuas, *Menoch. conſil. 166. lib. 2.* tenet cenſeri repetitum. ¶ Copula &, quando cadit inter res, quæ ponuntur in una oratione, ſi qualitas, quæ adjicitur uni rei, poteſt congruere alteri, tunc intelligitur repetita, ſive tendat ad augmentum legati, ſive ad diminutionem. ſecus ſi qualitas ſequenti rei non congruit. *Bart. in l. 20. §. Cato. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Legata ab inſtituto relicta, an videantur repetita à ſubſtituto, *vide gl. in leg. 1. C. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.* ¶ Ubi inſtitutio per errorem teſtatoris eſt nulla, legata, & fideicommiſſa intelliguntur repetita à venientibus ab inteſtato. *l. 4. C. de fideicom.* ¶ Qualitas adjecta ſequenti legato, quando cenſeatur repetita in primo, *vide Ozaſ. dec. 58.*

Vel non.

Si teſtator reliquit uxori ſuæ aliquid, ſi caſtè vixerit, & poſtea dixit item relinquo tibi fundum, non intelligitur hic repetita præfata conditio, quia dictio item non repetit, quando ſit mutatio rerum, vel perſonarum, idem in clauſula præcedenti, quando non refertur, ad ſequentia. *Bartol. conſil. 39. vol. 1.* ¶ Legatum relictum ab inſtituto, non cenſetur repetitum à ſubſtituto reperitur facta aliqua nova proviſio, in beneficium legatarii, alias ſecus. *Vicent. de Franc. dec. 58.*

Cap. VI. Quando referantur ad aliud, vel non.

Legata ſimpliciter, an raferantur ad ea, quæ ſub conditione, & modo prius legata fuerant, ita ut eis commenſuranda ſint, & intelligantur legata ſub præcedentibus conditionibus, quid in contractibus, *vide Dec. conſil. 190.* ¶ Conditio, vel modus incertus in ultimo legato ad omnia præcedentia refertur, veluti ſi teſtator legat omnes robbas, pannamenta, linea, & alias maſſaritias domus, tunc qualitas illius domus poſita, in fine orationis, etiam refertur, ad illud legatum univerſale omnium robbarum, ideo robbæ domus ſolum cenſetur legatæ. *Dec. conſ. 92.* ¶ In ultimis voluntatibus valor monetæ legatæ, refertur ad tempus conditi teſtamenti. *Andr. Gail. obſ. 73. n. 4. lib. 2. vide ſupra, par. tit. de augmento, bonitat. & æſtimat. aurei.* ¶ Legatum ſimpliciter, & indefinitè prolatum, ad tempus teſtamenti refertur, & nomina poſſeſſiva, meum, tuum, ſuum, præſens tempus ſignificant. *l. 8. ff. de auro, & argen. lega.*

Vel non.

Diſpoſitio generalis non refertur ad ea, de quibus circa eandem cauſam ſpecialiter eſt proviſum, & legatorum præſtatione gravari poteſt legatarius ſingularis. *l. 26. ff. cod. de aliment. ciba. leg.* ¶ In legato non reiterabili, diſpoſitio generalis non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt proviſum. *l. 16. §. Baſilica. ff. de alimen. & cibar. legat.* ¶ Clauſula relata ad legata, de quibus dies non eſt appoſita, non refertur ad legatum collatum in tempus certæ ætatis. *l. 53. ff. de conditio. & demonſtr.*

Cap. VII. Electio cujus ſit in legatis.

In ultimis voluntatibus, ſi verba teſtatoris diriguntur, ad legatarium de percipiendo talem, aut talem rem, electio eſt legetarii. *Jaſ. de actio. §. ſi quis agens. verb. hnic autem. n. 12.* ¶ Quid in legatis in genere relictis, cujus ſit electio, *vide Jaſ. ibid. n. 14.* ¶ Servatur ordo in legatis, ſi teſtator dicat unum ex equis meis lego Titio, alterum Mævio, nam tunc Titius, qui eſt primo nominatus, debet prius eligere. *Maran. in ſuo Specul. n. 17. fol. 3. facit. l. quotiens, §. de uſufruct. & quemad. quis utat.* ¶ Optione legata, vel electione unius, vel alterius rei, facultas optandi, vel eligendi tranſit ad hæredem legatarii. *Menoch. conſil. 35. tit. 44.* ¶ Electio tranſmittitur in legatarium, ſi res relinquitur eligenda per tertium, & is per annum eligere negligat, dummodo eligat rem mediocrem. *Bart. ſing. 189.* ¶ Si teſtator ſenſit de certo legatario, nec appareret de quo poteſt hæres eligere, quem vult, *l. 8. §. ſi inter de leg. 2.* de variis perſonis, quibus in dubio relictum videatur, *vide Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 8. tit. 7.* ¶ Hominis in genere legati cujus ſit electio, *vide gloſſ. in §. non tantum, l. 26. ff. famil. erciſ.*

Cap. VIII. Quando reſtringatur, vel non.

Univerſalia verba legati reſtringuntur ad ea, in quibus teſtator habet plenum jus, & ſemiplenum. *Cravet. conſil. 144. n. 9.* ¶ An, & quando locus ubi, vel ex quo ſolutio legati fieri debet videatur legatum limitare, & reſtringere, *vide Dec. conſil. 325.* ¶ Legatum generis omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, non reſtringitur per verbum ſupellectilium domus ſuæ, per teſtatorem prolatum. *Afflict. dec. 106.* ¶ Enumeratio ſpecie-

ſpecierum reſpiciens actum legandi non reſtringit genus præcedens, & quando uni legatur genus, alteri ſpecies à legato generis ſpecies videtur excepta *l. 12. §. ſi quis fundum. ff. de fundo inſtructo.*

Cap. IX. Legatum quando cenſeatur factum, & quo animo, vel non.

Quando teſtator legat filiæ, vel genero, cui obligatus erat pro dote non ſoluta, an, & quando cenſeatur legare animo compenſandi cum dote, *vide Menoch. conſ. 279.* ¶ Legatum quando in dubio cenſeatur factum animo compenſandi, *vide Afflict. dec. 44. Magon. deciſ. 12. Rot. Flor. Cravet. conſ. 149. Menoch conſil. 179. lib. 3. & 236. 265. ibid. Bart. in l. unica. C. de rei. uxo. act.* ¶ Debitor neceſſarius legans, compenſandi animo legare videtur; ſecus in voluntario, ſed quod debitum dicatur neceſſarium, quod voluntarium, quid in debitore quantitatis legando in ſpecie, *vide Hier. de Mont. in ſuis quæſtio. q. 3.* ¶ Legatum ab avo nepti ſimpliciter factum, in dubio nepotis intuitu dicitur factum, ſecus ſi non ſimpliciter, veluti ex cauſa dotis, vel alimentorum, ſed quid ſi filius pater neptis eſſet dives; *vide Mago. dec 13. Rot. Flor.* ¶ Donatio inter vivos ſequens, cenſetur in recompenſam legati facta: ſed quid ſi eſt diverſa quantitas, *vide Vinc. de Franc. dec. 422.* ¶ An legatum paternum, ſit compenſandum cum legato avito, *vide Raud. de Anal. c. 33. n. 48.* ¶ Legato fundo, an videatur legatum iter, per alterum teſtatoris fundum, vel alterius redimendum, *vide gl. in §. ſi loci. ff. de adimend. legat.* ¶ Proprietas domus videtur legata ab eo, qui dicit, lego habitationem meam ſic confinatam, ſecus ſi dicat, lego habitationem talis domus ſit confinatæ. *Franc. Cremenſ. ſing. 111.* ¶ In legatis videntur hæredes in dubio gravati pro hæreditariis portionibus, etiamſi alter eorum ſub nomine hæredis, nominetur. *l. 17. ff. de duob. reis.* ¶ Licet teſtator præſumatur legando rem communem, ſolum legare partem ſuam, tamen hoc fallit, quando legaſſet rem, quam communem habebat cum hærede: tunc enim tota legata cenſetur. *Menoch. conſil. 349. lib. 4.* alias in dubio legando rem, videtur quia legare partem, quam habet in re. *l. 5. §. fin. de leg. 1.* & hoc caſu quia videtur ſolum legare jus. quod habet in re, etiam ſi morte finiatur. *l 24 §. ſi uſumfructum. & l. 74. ff. eo. l. 36 ff. de uſufruct. lega.* ¶ Cum eadem quantitas relinquitur, in codicillis, quæ relicta fuit in teſtamento, videtur animo duplicandi relicta, niſi probetur contrarium, *l. 12. ff. de probat.* ¶ Legatum factum per uxorem viro; computatur in lucro debito ipſi viro ex forma ſtatuti, *Bart. in Authent. præterea. C. unde vir. & uxor. & in l. 23. § ſi pater. ff. ſolut. matrimo.* ¶ Legatum agnoſcens, videtur illud agnoſcere cum onere ei annexo, tamen filia, cui relictum eſt aliquid cum præcepto, quod eo ſit tacita, & contenta, ita ut, ne aliquid amplius conſequi poſſit in bonis paternis, poterit tamen petere dotem maternam. *Natt. conſil. 186. tom. 1. vide Menoch. conſil. 81. volum. 1.* ubi tenet contrarium. ¶ Teſtator ita diſponere poteſt de rebus hæredis, ſicut de ſuis propriis: Ideo ſi legavit rem ſimpliciter, in qua hæres jus aliquod habet, cenſetur legare, etiam jus hæredis. *Cravet. conſil. 133.* ¶ Legata ad hoc, ut dicantur relicta ſubſtituto, impuberis, quomodo debeant concipi verba, & an dicantur relicta ab hærede, vel à fideicommiſſario, in fideicommiſſaria ſubſtitutione, *vide Bart. in l. 42. ff. de vulgari.*

Vel non.

Prælegatum factum uxori, in dubio non videtur factum animo compenſandi. *Bartol. in l. 3. ff. de dot. prælega.* Ideo vir legans uxori in dubio non intelligitur legare pro dote. *l. unica, §. 1. C. de rei uxor.* ¶ Filia recipiens legata ſibi relicta non tenetur conferre dotem, ſi nullam aliam portionem hæreditariam petat. *l. 10. C. de collatio.*

Cap. X. Quæ comprehendat, vel non.

Teſtator uxori ſuæ legavit quoſcunque apparatus, veſtes, pannos, annulos, catenas aureas, gemmas, & ſi jocalia quæcunque & quomodolibet deputata ad uſum commodum, & ornatum ipſius uxoris, per ipſum teſtatorem ipſi uxori factos, factas, & facta dubitatur, an linea margaritarum, quæ erat aliena, & ad ornatum, uſumque mulieris deputata, legato comprehendatur, *vide Bero. quæſt. 56.* ubi ſuſtinet non comprehendi. ¶ Legatum factum filio de auro, argento, & gemmis, an comprehendat pecunias, *vide Dec. conſil. 381. volum. 2.* auri, & argenti legati appellatione, quid veniat, *vide Marc. quæſt. 310.* tamen pecuniæ veniunt in legato mobilium, non autem nomina debitorum. *Dec. d. conſil. 581.* fallit ſi pecuniæ eſſent fœnori, & negotiatione paratæ. *Natt. conſil. 117. num 5.* Legatum pannorum, & ornamentorum lecti, & omnium aliorum damnorum in camera exiſtentium, quid contineat; *vide Bartol. conſ. 216.* ¶ Legatum domorum comprehendit etiam domum, in qua teſtator ſolum dominium habebat directum. *Natt. conſ. 117. tom. 1.* & domo legata veniunt etiam apothecæ ſubtus domum exiſtentes, ſi eadem contignatione, & muro eiſdem finibus includatur. *Natt. ibid.* ¶ Legatum omnium eorum, quæ in domo ſunt, conjunctæ perſonæ factum comprehendit etiam res venales: ſecus ſi extraneæ perſonæ fiat. *Put. deciſ. 20. lib. 3. num. fin.* tamen legatum ſupellectilis domus comprehendit etiam venalia. *Afflict. deciſ. 108. num. 6.* ¶ Si teſtator legavit omnia mobilia ſua exiſtentia in domo ſua, quid juris, & an tunc comprehendantur venalia, *vide Dec. conſil. 472. Auguſt. Bero. quæſt. 29.* ¶ Communis concluſio eſt prælegata particularia ſub fideicommiſſo univerſali eatenus contineri, ſi ante fideicommiſſum relicta ſunt, hoc eſt, ſi præceſſerint fideicommiſſum, & hæredis inſtitutionem, ſecus ſi poſt, ſed hoc ultimum dictum etiam limitatur in ſeptem caſibus, *vide Andr. Gail. obſerv. 135. lib. 2. inſin tit. de fideicomm. in genere videtur 16. de fideicomm.* ¶ Legatum ducatorum decem, continet uſuras, eorum occaſione debitas; ſecus eſt quando ſunt legati annui introitus, quia tunc non veniunt maturati non exacti, quorum dies venerat. *Vincen. de Franc. dec. 254. part. 2.* ¶ Legatum comprehendit, quicquid eſt intra confines rei legatæ, quando tota res confirmata, eſt in dominio teſtatore. *Cravett. conſ. 105.* ¶ Si lego tibi fundum, in quo eſt palatium, includitur etiam palatium. *Petr. de Raven. ſing 357.* ¶ In legato omnium mobilium, & fructuum comprehenduntur etiam bona mobilia, quæ tempore mortis teſtatoris, reperiuntur. *Auguſt. Bero. q. 30.*

Vel non.

Legatum generale non comprehendit, niſi ea, quæ tempore teſtamenti teſtator habuerit, non futura, & ſi fiat teſtamentum ſecundum, in quo confirmetur legatum rerum in primo teſtamento factum, in eo legato veniunt ſolum res, quas teſtator habebat tempore primi teſtamenti, niſi res poſteà acquiſitæ eſſent acceſſoriæ ad primas, *Roma. ſing 563.* ¶ Legatum factum de his, quæ erant in aliquo loco, non comprehendit ea, quæ ibi erant teſtatore ignorante. *Bald. in l. 33. de leg. 2.* ¶ Legato generali non comprehenduntur venalia, & ea quæ cauſa mercandi teſtator habebat, ſi alia ſuperſunt, in quibus legatum conſiſtere poſſit, alias ſecus. *Ludov. Rom. ſing. 437. Pet. de Ravet. ſing. 362.* ¶ Clauſula ſpecialis in omnibus derogat generali, & non comprehenditur ſub generali, ideo ſi quis fecerit legatum conditionale, & plura legata pura, & addi-

addiderit, quod vult omnia legata ſolvi poſt annum à die mortis ipſius, ſub pœna dupli, tunc ſub hac generali clauſula, non comprehenditur legatum conditionale, *Capel. Thol. q. 184.*

Cap. XI. Quæ attendantur in legatis.

Legatis nummia, alio non expreſſo, primo conſuetodo patriæ, ſecundo conſuetudo loquentis, tertio perſona quæ relinquit, inſpicitur, *vide Roma: ſing. 781.* ¶ Si tempus apponitur ſubſtantiæ legati, in dubio inſpicitur tempus à morte teſtatoris. *l. 18. §. hac conditio. ff. de manumit. teſtam.* ¶ Ut legata acquirantur patri, vel filio, inſpicitur tempus, quo dies illorum cedit, vel conditio purificetur, an ſit in poteſtate filius vel non *l. 4. C. de conditio. incert.* ¶ In legatis particularibus ſemper inſpicitur tempus teſtamenti, quoad æſtimationem rerum legatarum. *Natt. conſil. 156. n. 17. Tom. 4.* ¶ Teſtator legavit aliqua bona, & inde dedit facultatem hæredi illa redimendi illa bona legata dando tot alia bona, quæ ſint tanti reditus, quanti ſint ipſa legata, hæres lapſis viginti annis vult tedimere dicta bona, & aſſignare alia, dubitatur, an hæres teneatur aſſignate tot bona, quæ ſint tanti reditus, quanti ſunt illa legata inſpecto tempore præſenti, vel tempote conditi teſtamenti. *Menoch. conſil. 142. lib. 2.* reſpondit eſſe inſpiciendum tempus præſens: à qua facultate redimendi hæres excluditur præſcriptione triginta anoorum *idem Menoch. ibid. conſ. 143.* ¶ Teſtamenti tempua in legatis attenditur, non autem tempus mortis: fallit primo, quando contrarium conſtaret de mente teſtatoris; ſecundo, quando legatum fieret in recompenſationem: tertiò, quando legatur armentum animalium, ſimilium retum, quæ patiuntur augmentum, & diminutionem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 61. par. 2. Cabal. Milleloq. 38.*

Cap. XII. Qui teneatur ob legatum.

Ille, cui legatur dimidia hæreditas, an teneatur ad onera legatorum, debitorum, & creditorum, *vide Bartol. in leg. 39. ff. de vulgari.* ¶ Legatarius duatum partium bonorum mobilium, non tenetur, pro rata ſubire onera hæreditaria. *Dec. conſ. 387.* ¶ Dimidia ſi filiæ relinquatur, & cæteris bonis Eccleſia fuerit inſtituta, tunc ſola Eccleſia tenetur ad legata & fideicommiſſa. *Boer. deciſ. 145. num. fin.* ¶ Hæres, utrum teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ex re legata monaſterio conſtruaiur, *vide Bart. conſ. 5. vol. 2.*

Cap. XIII. Quando debeatur, vel non.

Legatum frumenti, & olei, ſi eſt conſumptom, & reperitur aliud tempore mortis, debetur in eo, quod tunc reperitur, ſed pro quantitate, quæ tempore teſtamenti reperiebatur, quod etiam procedit in legato nummorum. *Vinc. de Fran. deciſ. 313. par. 2.* ¶ Quando teſtator legavit hæreditatem ſibi ſpectantem legatario debentur omnia bona illiua hæreditatis legatæ, cum omnibus acquiſitionibus ex dependentibus, & tunc ipſe legatariua tenetur ad onera hæreditatia, quæ adhuc extabant tempore mortis teſtatoris; ſoluta autem refundere non cogitur. *Dec. conſil. 69.* ¶ Legatum factum ſamulis, debetur his, qui eraot tempore teſtamenti, non aliis, qui poſtea facti fuetant famuli à teſtamento uſque ad mortem. *Capel. Thol. quaſt. 191.* ¶ Legatum penſionis pro una domo, in fine anni debetur. *Hier. Mago; deciſ. Luc. 69. num. 8.* ¶ Legata duo facta, etiam ex eadem cauſa debentur, quando ſunt facta à diverſis perſonis: Ideo pater legato filiæ, non cenſetur legaſſe animo compenſandi cum legato facto ab avo eidem nepti. *Natt. conſ. 363.* ¶ Legatia veſtibua, debentur veſtes ſciſſæ exiſtentes apud ſutotem, & legatum veſtium comprehendit mobilia, auri, & argenti, vel perlarum affixa veſtibus. *Capel. Thol. quaſt. 388. & 389. Lud. Roma ſing. 614. Franc. Cremen. ſing. 64.* veſtes prohibitæ portari, an veniant in legato veſtium, *vide Franc. Cremen. ſing. 65. Bart. in l. unica: C. nulli licere.* ¶ Filia conſequitur, & dotem à patre promiſſam, & legatum. *l. 4. ff. de collatio. dot.* ¶ Legatum factum per ſocerum genero nomine filiæ, cedit in cauſam dotis, ideo ſoluto matrimonio debet unà cum dote reſtitui. *l. 49. §. ſocer. ff. de jure dot. vide l. 70. §. Titio genero. ff. de conditionib. & demonſt.* ¶ Hæres ſolvens unum legatum pium in teſtamento minus ſolemni relictum, cogitur ſolvere aliud legatum veniens in conſequentiam illius, *arg. l. 38. ff. de fideicomm. liberta. vide gloſſ. in l. 16. C. de teſtament.* ¶ Capella venit voce Eccleſiæ, & participat in legatis factia Eccleſiæ: fallit in capella non conſecrata, *Capel. Thol. quaſt. 57.* ¶ Legatum factum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cum ſint plures ejuſdem nominis, debetur pauperiori. *ibid. in additio.* ¶ Legatum factum Eccleſiæ non expreſſo nomine, debetur Parochiali. *ibid. num. 4.* ¶ Legatum factum uxori, donec caſtè vixerit, ei debetur tranſeundo ad ſecunda vota, niſi communis uſus aliter habeat. *Bartol. in §. cum igitur, Authent. de non eligendo.* ¶ Subſtitutua detrahit legata tanquam æa alienum, & in re certa ſubſtitutus, habetur loco legatarii. *Bart. conſil. 8.* ¶ Legatum relictum uxori, an poſteriori quoque relictum, videatur. *Mant. de cont. ultim. volunt. lib. 8. tit. 15.* ¶ Legatum relictum filiofamil. an patris contemplatione relictum intelligatur, *vide ibid. tit. 16.*

Vel non.

Legatum relictum alicui, ut filio non debetur, ſi appareat illum non fuiſſe filium. *l. 5. C. de teſtament. & quemadmodum* ¶ Legatum factum virgini cum nupſerit, & non ex alia cauta, vel occaſione, non debetur virgine ingrediente religionem. *Men. conſ. 169. lib. 2.* ¶ Quando teſtator inſtituit filium cum onere ſolvendi legata, & deincepa, facit plures gradus ſubſtitutionum, & in ultima ſubſtitutione fecit multa legata, etiam pro maritandis filiabus, tunc ipſa non debentur à primo hærede inſtituto, ſed ſolummodo in caſu advenientia ultimæ ſubſtitutionis. *Boer. deciſ. 164.* ¶ Si teſtator legavit omnia bona mobilia, & immobilia, & teſtamento condito vendidit unam domum certo pretio, mortuo ipſo teſtatore ante exactionem, pretium ipſius domua non debetur legatario, quia tempus teſtamenti inſpicitur in univerſali legato. *Capel. Thol. q. 316.* ¶ Legata relicta poſt ultimum gradum ſubſtitutionis, non debentur, niſi in eventum illius, & ab ultimo ſubſtituto: ideo non poſſunt peti à primo ſubſtituto vel ſubſtituto. *Boer. deciſ. 164.* ¶ Viduæ uxori ſi à marito veſtis relinquatur, ſeu fuerit gravatus hæres, ut uxorem veſtiat viduam, an liberetur hæres dando unum veſtimentum pro ſemel tantum. *Lud. Rom. ſing. 295.* ¶ Inſtitutua non præſtat legata à ſubſtituto relicta. *l. 13. de fideicomm.*

Cap. XIV. Quando tranſmittatur, acceptetur, transferatur, vel non.

Quando dies legati cedat, & tranſmittatur ad hæredes legatarii, *vide per tot. tit. ff. quando dies legati ced.* ¶ Si alicui fuerint plura legata in eodem teſtamento, quando poſſit unum acceptare, & reliqua repudiare, *vide Bart. in l. 20. C. de jure deliberan.* ¶ Legatum in dubio, videtur tranſlatum in alium cum onere ſuo. *l. 12. ff. de aliment. & ciba. leg. & l. 13. de adim. leg.* ¶ Accipens legatum videtur approbare voluntatem defuncti, & amplius non poteſt de ejua teſtamento conqueri. *l. 31. ff. de mino. 20. ann.* tamen qui legatum accepit, non prohibetur petere hæreditatem ab inteſtato. *l. 46. ff. de pet. hæred.* ¶ Onus, quod poteſt per alium

ſtum impleri, migrat de ſubjecto in ſubjectum, nempe ambulat de legatario (cujus eſt legatum caducum, vel quaſi) in ſubſtitutum, vel ejus conjunctum, vel gravatum apud quem remanet emolumentum, ſecus in gravamine, quod ab alio impleri non poteſt. *l. unica. §. ne autem. C. de caduc. tollen.* ¶ Furioſus legatum ſibi relictum, etiam in furore decedens, transmittit ad hæredes ſuos, ſecus in hæreditate. *l. fi. §. tali itaque. C. de curato. furioſ.* ¶ Cum legatum incipit à præcedenti diſpoſitione, ſequens, in quod transfunditur, ſtatim mora commiſſa petetur, ſi incipit à præcedenti conditione, legatario interim moriente nihil ad hæredem transmittitur. *l. cum ſive. ff. quando dies leg. cedit.*

Cap. XV. Qui ſunt effectus.

An legatum generale includat ſpeciale eidem perſonæ factum. *vide Afflict. deciſ. 45.* ¶ Legatum mobilium continet etiam grana ſeminata in fundis teſtatoris. *Rot. Anen. deciſ. 16.* ſed an ſub hoc legato comprehendantur pecuniæ, *vide Perilluſtr. D. P. Thſſaur. deciſ. 160.*

Cap. XVI. Quibus modis valeat, vel non.

Teſtator legsna centum, quæ habet in archa, vel apud ſe depoſita habet, an valeat legatum, ſi centum non reperiantur, *vide Bart. in l. 1. §. adeo autem, ff. de dote. prale. 1.* ¶ Legatum incertum rei, quæ habet fines facto hominis valet, ſi in patrimonio reperiatur; alias ſecus. *l. 73. de leg. 1.* ¶ Valet legatum factum incertæ perſonæ de certis, vel de incertis, ſi incertitudo venit declaranda ex aliquo futuro eventu. *l. 6. ff. de reb. dub. vide l. 15. ibid.* ¶ Falſa cauſa vitiat inſtitutionem; legata tamen firma remanent. *l. fi. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Relictum pauperibus in genere valet, nec obſtat, quod nulla perſona ſit ſpecificata, & quando valeat legatum factum perſonis incertis, *vide l. 24. & ibid. gloſſ. C. de Epiſc. & cler.* ¶ Legatum relictum in redemptionem captivorum valet, non obſtante incertitudine perſonarum, & ejus diſtributio pertinet ad teſtamenti exequutorem, ſi teſtator providit, alias ad epiſcopum, *l. 27. C. eod.* ¶ Maritus ſi relinquat uxori donec vidua permanſerit, & poſt ejus mortem Titio ſi nubat, debetur Titio, non mariti hæredibus relictum. *Rot. Auenio. deciſ. 4. in deciſ. diverſ. Tom. 3. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 3. titul. 19. num. 19.* ¶ Legatum factum, ut ſolvatur de pecunia exigenda ab aliquo debitore teſtatoris non impedit, quin legatarius poſſit experiri pro ipſo legato conſequendo contra hæredem, ſecus ſi nomen debitoris, aut inſtrumentum debiti ſimpliciter eſſet legatum. *Papon. lib. 20. tit. 5. arreſt fin.* ¶ Legato facto Titio de omnibus, quæ habet teſtator in certo loco, ſi facto teſtamento quæſivit ibid. multa an legatarius habeat etiam poſtea quæſita, *vide Bartol. in l. 12. ff. de teſtamen. tutel.* ¶ Teſtamento reſciſo pro parte legata dividua debentur pro parte, individua inſolidum. *l. 13 C. de inoffic. teſtamen.* ¶ Legatum ubi ſolvi, & peti debeat, *vide gl ſi in l. 38. ff. de judi.* ¶ Quando legatum relinquitur adjecta cauſa, an debeatur cauſa non impleta, diſtingue aut cauſa eſt adjecta per modum conditionis, & non debetur, aut eſt finalis, & tunc pariter non debetur, aut eſt finalis, & tunc pariter non debetur. aut talis cauſa non eſt finalis, ſed impulſiva, & tunc ſubdiſtingue, aut cauſa ſolum reſpicit favorem legatarii, & hoc caſu legatum debetur, etiam cauſa non impleta, aut reſpicit etiam favorem tertii, & tunc non debetur, niſi impleta cauſa, ſcribuntur exempla per *Joan. Pap. lib. 20. tit. 5. arreſt. 2.* quod defectus cauſæ de futuro faciat legatum deficere, habetur *in l. epiſtolam. ff. ad Trebellian.* cauſa quoque finalis arctat, & reſtringit legatum, *l. 10. §. ſed, & ſi. ff. de uſu. & habit.* fallit ſi reſpiciat favorem legatarii. *l. 4. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Teſtator legavit filiabus, quæ viduæ fuerint centum, an ad legatum admittantur, quæ erant viduæ tempore teſtamenti, vel quæ poſtea contigerit viduari, *vide Bart. in l. 29 ff. de hæred. inſt.* ¶ Legatum grani, & pecuniarium, debet utrumque ſolvi tempore recollectionis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 23.* ¶ Legatum relictum pluribus tutoribus, totum debetur illis qui adminiſtraverunt, & reddiderunt rationem tutelæ. *Capel. Thol. q. 294.* ¶ Legato facto pluribus ſimpliciter, & uni ſpecialiter, tantum jus conſequitur ille ſolus, cui ſpecialiter, quantum illi omnes, quibus ſimpliciter collectivè legatum fuerit. *Dec. conſil. 132.* ¶ Legatum debetur regulariter ab omnibus hæredibus, pro hæreditariis portionibus, *Dec. conſil. 300. num. 14.* ¶ Si teſtator legavit ſex prædia, quæ dicebat habere in regione, puta Taurini, ſi ſolum quinque in ipſa regione habeat, illa ſolum debentur, licet haberet aliud prædium in alia regione. *Menoch. conſ. 337. lib. 4.* ¶ Legatum factum eo adjecto onere, quod legatarius debeat morari cum aliquo, ſi cœperit morari, & onus illud deficiat, legatum debetur. *Menoch. conſ. 146 lib. 2 num. 19.* ¶ Legatum unum, debet portari, ad domum legatarii ſumtibus ipſius. *Petr. de Raven. ſing. 801.* ¶ Legatum relictum à teſtatore de bonis cum alio communibus debetur ab hærede de parte teſtatoris. *Pet. Genu. ſing. 44.* ¶ Teſtator inſtituit Sempronium hæredem, & legavit fundum Titio, donec vixerit, moritur hæres, deinde legatarius, quæritur, an legatum debeat remanere penes hæredes legatarii, vel redire debeat ad hæredem hæredis, *vide Joan. Anton. Trigo. ſingul. 2.* ¶ Si dies non eſt appoſita ſtatim debetur, & confeſtim ad eum pertinet, cui datum eſt legatum, dies verò adjecta; quamvis longa ſit, modo certa exiſtat, dies quidem legati ſtatim cedit, ſed ante diem peti non poteſt; at ſi incerta, veluti cum pubes erit, niſi adveniente die pubertatis, neque res pertinet ad legatarium, neque dies interim legati cedit. *l. ſi dies. ff. quando dies leg. cedi.* ¶ Teſtator, ſi uni fundum leget, alteri uſumfructum ejuſdem fundi, quilibet uſusfructus dimidiam habebit. *Ludo. Roma. ſingul. 35.* ¶ Teſtator ſi leget duos ſervos de ſuis, Titio, per eum, eligendos, reliquos verò Sæjo, repudiante Titio, Sæjus omnes habebit virtute verbi reliquos, *idem ſing. 35.* ¶ Teſtator, ſi Titio fundũ relinquat, cum decẽ hæredi ſunt danda, *id. Roma ſing. 48.* ¶ Legatum purũ transmittitur ad hæredes: ſecus ſi ſit conditionale, idem ſi unum pure, & alterum ſub conditione alternativè, *vide Roma. ſingu. 89.* ¶ Legatum factum de digeſto, ſeu infortiato, importat, ut utrunque debeatur: nam in hoc caſu disjunctiva accipitur pro conjunctiva. *Fran. Cremen. ſing 57.* ¶ Hæres ſolvens uni legatum inſolidum, omnibus ſolvere compellitur, etiam facto inventario. *§. non autem. Authent. de hæred. & Falcid.* ¶ Si proprietas uni, & alteri uſusfructus legatur, legatario uſusfructus mortuo vivo teſtatore, uſusfructus conſolidatur cum proprietate, & nihil remanet mortuo teſtatore apud hæredem. *l. 40. ff. de uſufruct. & quemadmodum quis utat.* ¶ Legata ſolvuntur poſt ſolutionem æris alieni. *l. fin. §. et ſi præfatam. & ibid. gloſſ. C. de jure delib.* ¶ Legatum relictum familiæ, debetur gradatim perſonis appellatione familiæ contentis, & in hac lege deſcriptis, *vide l. fin. C. de verb. & rer. ſign.* ¶ Legatum utrunque debetur ſi eſt diverſa quantitas: fallit ſi utrumque legatum eſt pro eadem cauſa, *vide Vincen. de Franc. deciſion. 422.* ¶ Quando reperiuntur plura legata facta, eidem perſonæ, quando omnia debeantur, *vide infra tit. de adimen.*

men. legat. Bartol. in l. 45. §. ſi Titia de leg. ſecund. ¶ Si uni à diverſis hæredibus relinquatur quantitas, in dubio ab utroque debetur tota. *l. 45. §. fin. de leg. 2.* ¶ Si in duabus ſcripturis principalibus ejuſdem teſtamenti appareant diverſæ quantitates legatæ, minor debetur. *l. 48. eod.* ¶ Legatum repetitum, bis tantum debetur. *l. 1. §. ſi cui. ff. ut legato. vel ut fideicommiſſ. nom. caveat.* ¶ Quando dubium eſt, an legatum ſit annuum, an ſemel tantum debeatur, *vide Doct. in l. 3. §. fin. ff. ad leg. falcid.*

Vel non.

Si legatum non valet ab initio, confirmatur ex poſt facto impedimento ex ultima voluntate teſtatoris ſublato. *l. 8. § ſi ex ſervo. ff. de jure codicil.* ¶ Legata pura, quæ teſtamenti tempore non valerent, ſi teſtator tunc decederet, non confirmantur impedimento ceſſante: ſecus in legatis conditionalibus, vel in diem incertam. *l. 1. ff. de reg. cato.* de limitationibus, *vide per gl. in §. ſi locis. ff. de adimen. legat.*

Cap. XVII. Quibus modis finiatur, pereat, vitietur, vel non.

Quatenus defalcatur à primo fideicommiſſario eatenus defalcat ipſe à ſuo legatario. *l. facta §. Titius. ff. ad Senatuſconſul. Trebellian.* ¶ Cum finitur legatum, tunc finitur onus legato adjectum, niſi aliud de voluntate teſtatoris appareat. *§. Titia. l. 20. ff. de aliment. & ciba. legat.* ¶ Legatum, quod perſonæ cohæret, extinguitur, mortuo legatario ante aditam hæreditatem. *l. ſi habitatio. ff. quando dies leg. ced.* ¶ Incertitudo, quando vitiet legatum, *vide Bartol. in l. 6. ff. de reb. dub.* ¶ Si non apparet de perſona legatarii, legatum redditur nullum. *l. 18. ff. de uſu, & uſufruct. leg. l. 5. ff. de rebus dub.* ¶ Incertitudo perſonæ legatarii, procedens ex eventu, in quem legatum confertur, vel ex prolatione defuncti, vitiat legatum. *l. 11. ff. de reb. dub.*

Vel non.

Nec legatum pereat una res, pro alia defalcatur, *l. ſi fundus mihi. ff. ad leg. falcid.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ſi de corpore conſtet, neque falſa cauſa, quæ apponitur per quia, vitiat, niſi conditionaliter ſit expreſſa. *l. 17. ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Onus impoſitum legatario, non diminuitur; ſed quando hoc procedat, *vide Vincen. de Franc. deciſ. 362. part. 2.* quando legata debeant, minui propter hæreditatis diminutionem, *Dec. conſil. 583. num. 12.* ¶ Diminuto legato non diminuitur fideicommiſſum à legatario relictum, ſi legatum remanſit ſufficiens ad onus. *l. maritum §. fin. ff. ad leg. falc.* ¶ Particulariter inſtitutus, habetur loco legatarii. *Dec. conſ. 666. n. fi.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

De legato facto uxori circa ea, quæ petinent ad cultum ipſius, *vide Bartol. per tot. tit. de auro, & arg. leg.* ¶ Duæ cauſæ lucrativæ, non poſſunt concurrere circa eandem rem, niſi una eſſet revocabilis. *l. 83. §. ſi rem. ff. de verb. oblig.* ¶ Evictio non debetur in prælegato uni, ſecus ſi pluribus prælegetur. *Bart. ſing. 85.* ¶ Si in petendo legatarius, & ſubſtitutus ſibi concurrant, in dubio eſt primus legatarius præferendus. *l. 8. §. certam de leg. 2.* ¶ Legatarius, cui imminet reſtitutio, recuperat expenſam ab eo, cui tenetur reſtituere. *l. 57. de uſufr. & quem. quis utatur.* ¶ In ſpecie legata ab inſtituto relicta eſt. *l. 20. ff. ſi quis omiſſa cauſ.* ¶ Inſtrumenta emptionalia rei legatæ, debent remanere penes hæredem, præſtita cautione de illis exhibendis, cum fuerit neceſſe. *l. 24. C. de fideicom.* ¶ Legatum caducum, remanere debet penes hæredem, niſi legatarius in eo habuerit ſubſtitutum, re conjunctum. *l. unic. §. ro. C. de caduc. tol. vide tamen gloſſ. ibid.* ¶ Si legatarius emit ab hærede rem ſibi legatam pendente conditione, ſi poſtea exiſtat conditio, repetit pretium per actionem ex empto. *l. 30. ff. de act. emp.* ¶ Creditor non agit contra legatarios, ſed contra hæredes. *l. ſi. C. de hær. actio.*

TITULUS CCCLXVII.

De verborum, & rerum ſignificatione.

Cap. I. Perſona: Res: verbum: Quid ſignificet, & quid ſit.

Agri publici, qui dicantur. *Alc. lib. 1. Parergon. cap. 38.* ¶ Adverſaria, quid ſint. *Alc. libr. 2. diſpunc. cap. ult.* ¶ Adpromiſſor, quid ſignificet. *Alc. lib. 1. Parerg. c. 2.* ¶ Advena, quid ſit. *Alc. lib. 2. Parerg. c. 7.* ¶ Quodnam ſit delatoris præmium. *Cujac. lib. 19. obſerv. cap. 3.* ¶ Anthumator, quid ſit. *Alc. lib. 1. Parergon. c. 20.* ¶ Argentarii, qui, *Alc. lib. 2. Parerg. c. 24.* ¶ Aquilius, quâ ſignificatione in jure accipiatur. *Alc. lib. 2. Parerg. cap. 24.* ¶ Anteceſſores ne: An vero acceſſores legendum ſit in inſcriptione epiſtolarum Juſtiniani. *Alc. lib. 3. diſpunct. 12.* ¶ Anteſtari quid ſit. *Alc. lib. 2. Parerg. cap. 20.* ¶ Archontes, qui, *Alci. lib. 4. diſpunct. cap. 10.* ¶ De pane civili, & gradili. *Cuj. lib. 26. obſ. c. 17* ¶ Sitne vis publica cum quis alium armatus aggreditur. *And. Fachin. lib. 9. cont. c. 102. lib. 10. cont. c. 5.* ¶ Æquum, & bonum, quid ſit. *Alc. lib. 1. Parerg. c. 11.* ¶ Anacriſis, quid ſit. *Alc. lib. 1. Parerg. cap. 9.* ¶ Patere æri alieno pro ſatisfacere, & exſolvere æs alienũ. *Cujac. lib. 25. obſ. c. 15.* ¶ Quis dicatur demens, quis furioſus, & quis mente captus, & de differentiis eorum. *Aret. cap. 3. de verbo. ſignifi.* ¶ Inimicus capitalis dicitur, qui occidit conſanguineum, vel accuſat de crimine capitali, vel minatus eſt ſe occidere; ſed quæ dicatur graviſſima injuria, & quæ atrox, *vide Bart. in l. 3. §. non ſolum. ff. de adimendis legatis.* ¶ In alicujus bonis tantum eſſe dicitur, quantum ab eo exigi poteſt, deductis expenſis. *Bartol. in l. 81. ff. ad legem Falcid.* ¶ Proximior, ut quis dicatur, quod tempus inſpiciatur, *Bartol. in l. 28. de cond. inſt.* ¶ Domeſtici dicuntur, qui ſunt de agnatione, & domus pro ædificio accipitur. *Bartol. in l. 1. ff. ad Senatuſconſul. Sylan.* ¶ Parentes uſque ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur, ultiores, qui non habent ſpeciale nomen, majores appellantur: item liberi uſque ad trinepotem, ultra hos poſteriores vocantur. *l. Juriſc. §. parentes. ff. de gradi. affinit.* ¶ Hæres hæredis, dicitur hæres, & talis hæredis appellatione, hæres comprehenditur, *Fel. conſ. 32.* nam appellatione hæredis, veniunt hæredes in infinitum. *l. 22. C. de legat.* ¶ Primogenitus, ſeu primonatus quis dicatur: *Guid. num. 3.* ¶ Conjuncta perſona, quæ dicatur, ſtatur judicis arbitrio. *Bart. in l. 10. C. de legat.* ¶ Bonæ fidei poſſeſſor eſt, qui habet donationem etiam defectivam, licet error juris concurrat. *Paul. Aemil. Vera. deciſ. 68. part. 1.* quia titulus invalidus præſtat bonam fidem, etiam ſi non intervenerit juſta cauſa credendi illum validum. *ibid. numer. 4.* ſed quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, & qualiter præſumatur, *vide gloſſ. in cap. 17. ext. de praſcript.* & malæ fidei quis, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſ. 22.* & de ambobus *vide etiam gloſſ. in §. ſi quis à non domino inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Emptor, quando dicatur eſſe in bona, vel in mala fide & quid in alio poſſeſſore, *vide Ozaſ. deciſion. 160.* ¶ Per litis conteſtationem, an quis efficiatur malæ fidei, quoad omnia, *vide Bartol. in leg. ſecunda Cod. de fruct. & litt. expen.*

¶ In

Digitized by Google

¶ In univerſalibus judiciis quis malæ fidei, poſt motam controverſiam in particularibus verò poſt litem conteſtatam; imo in univerſalibus per ſimplicẽ denunciationem quis efficitur malæ fidei poſſeſſor. *Bart. in l. 27. §. etiam ff. de pet. hæred.* ¶ Debitor ex maleficio, non dicitur propiè debitor; ſed large. *Bart. conſil. 169. vol. 1.* ¶ Quis dicatur tyrannus, *vide per Bart. in tract. de Tyran.* ¶ Miſerabiles perſonæ, quæ ſint, *vide Cabal. milleloq. 697.* ¶ Cauſa dicitur, civilis & criminalis, quando fiſco pœna applicatur, & parti rei reſtitutio fit. *Hieron. Mago. deciſ. 91. Luc.* ¶ Cauſa dicitur civilis, etiam ſi ex crimine deſcendat, quando mulcta applicatur parti: ſecus ſi fiſco. *Boer. deciſ. 349.* ¶ Quæ dicantur cauſæ criminales, & quæ civiles, *vide Cla. in ſua Pract. q. 1.* quæ mixtæ, *Maran. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 3. diſt. 1.* ¶ Annui reditus inter immobilia computantur, *Andr. Gail. obſerv. 10. lib. 2. vide tamen Joan. Papon. lib. 17. tit. 4.* ¶ Sors quatuor modis accipitur, & de ſignificatione illius verbi, *vide Gaſp. Cabal. milleloq. 78.* ¶ Bladum eſt omne id, quod in terra ſeritur. *Petr. de Raven. ſing. 46.* ¶ Aureus in jure, accipitur pro ſolido, & ſolidus pro aureo. *Bartol. in §. 1. inſtitut. de ſucceſſor. liberto. & gloſſ. in §. fin. de libertinis vide Hartman. cap. 17. titul. de verborum ſignificationibus lib. 1. Cravet. conſil. 514. Guid. Pap. ſingul. 598.* ſed ſolidus quare dicatur aureus, & quot aurei faciant libram, & unciam, *vide Boer. deciſ. 327.* ¶ Coloni adſcriptitii, qui dicantur, *vide milleloq. 173.* ¶ Vectigalis ager, quid ſit. *ibid. milleloq. 174.* ¶ Quæ ſit proprietatis vera ſignificatio, *vide ibid. milleloq. 208.* ¶ Proprium illud eſt, & dicitur quod alicui non communicatur. *Bartol. in l. 1. ff. de adopt.* ¶ Actor dicitur, qui prius ad judicium provocavit. *Bart. in l. 14. ff. de in jus vocan.* ¶ Factum antiquiſſimum dicitur, quando excedit metam centum annorum. *Afflict. deciſ. 245. num. 4.* ¶ Tempus breve dicitur ante biennium, & poſt biennium dicitur longum tempua, & vetus. *Gramm. deciſ. 24. num. 10.* ¶ Tempus decem annorum etiam dicitur longum. *ibid. num. 11. vel 20. Bartol. in l. 10. ff. de pet. hæred.* ¶ Inops eſt, qui nihil habet, & pauper quis dicatur, *vide Afflict. deciſ. 179. Caſſad. deciſ. 6. num. 7. de appellat.* & quis dives, reſinquitur arbitrio judicis. *Menoch. de Arbitr. caſ. 65.* quis dicatur pauper, & qui inops, *vide Pet. Roj. deciſ. 4 Litua. num. 66. in deciſ. diverſo.* pauper, dicitur qui non habet 50. aureos in bonis, *Bart. in l. 8. ff. de accuſat.* ¶ Verbum, ſuccedat, dicitur verbum commune: ideo ſi non jungatur univerſitati bonorum; ſed ſingulari, & rei certæ, vel quantitati, importat acquiſitionem, juris particularis. *Magon. deciſ. 34. num. 14. Rot. Floren.* ¶ Verba illa, annus, bima, trima, die, quid ſignificent, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 53.* ¶ Ætates hominis, quæ ſint, quis dicatur infans, proximus infantiæ, puer, & proximus pubertati, *vide per Menoch. de arbit. caſ. 57.* ¶ Potens ad coeundum; quis dicatur, & quis ad gerendum impotens, & quomodo cognoſcatur, *vide Menoch. ibid. caſ. 58.* ¶ Senex qua ætate quis dicatur. *Menoch. de arbit. caſ. 59.* in ætate 45. annexiſtens, non dicitur ſenex, & juvenis, quis dicatur ab anno 15. uſque ad 25. *Gram. deciſ. 94.* & ab ætate 50. ann. uſque ad 70. quia dicitur ſenex. *Gram. ibid. vide l. 5. §. legem. & ibid. gloſſ. ff. de jurejuran.* ¶ Valetudinarii, & debiles, qui cenſeantur, *vide Menoch. de arbit. caſ. 60.* ¶ Animalia conſtituunt tertiam ſpeciem inter mobilia, & ſe moventia: fallit, quando aliter conſtaret de mente teſtatoris. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 61. num. 11. part. 2.* tamen appellatione mobilium animalia comprehenduntur, niſi aliud appareat de mente teſtatoris. *Dec. conſ. 639.* ¶ Inſula habet triplicem ſignificationem, *vide gloſſ. in §. inſula, inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Judicium plura habet ſignificata, de quibus, *vide per gloſſ. in §. præter, inſtitut. quibus non eſt permiſſum face. teſtamen.* ¶ Inteſtatus quis dicitur decedere pluribus modis, *ut in §. 1. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. deferun.* ¶ Pia cauſa, quæ dicatur, *vide Hartman. cap. 13. titul. de verbor. ſignificat.* & perpetuum, quid dicatur, *vide cap. 14. ibidem.* ¶ Interpretatio declarativa, ſive expoſitiva eſt, quæ declarat verba dubia, & talia non corrigit, ſed declarat verba dubia, ponendo verba magis clara, *Hartman. capit. 3. titul. de verbo. ſignific.* ¶ Etiam ille dicitur bonæ fidei emptor, qui emit ab eo, quem ſcit conſumpturum pretium, niſi ſciat eum conſumpturum in aliquem malum uſum *l. 8 ff pro emptor.* ¶ Res integra, quando eſſe dicatur. *Ægid. concluſ. 744.* ¶ Verbum dari, ſumitur quandoq; pro verbo tradi in contractibus, de cujus natura eſt ſola traditio, & nõ importat dominiĩ tranſlationẽ; tamen quandoq; propter ſubjectam materiam, ſumitur pro dari. *DD. de Rot dec. 161. alias 867. de teſtam. antiq. vide Bart. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat.* ¶ Negotia plura, quando dicuntur connexa, & dependentia, & quæ diverſa, & ſeparata, *vide Boer. conſil. 7.* ¶ Verbum remaneat, ponitur pro verbo reddatur, vel reſtituatur. *l. 7. C. de donat. ant. nupt.* ¶ Illud dicitur fieri nominatim, quod ita exprimitur, ut de eo nequeat dubitari. *l. 1. ff. de lib. & poſthum. hæred. inſtit.* ¶ Quid dicatur ſpado, & qui caſtratus, *vide l. 6. ff. eod.* ¶ Factum ab antiquo, nedum dici poteſt per decennium elapſum, verum etiam in minori tempore trium vel duorum annorum. *Gram. deciſ. 60. num. 12. vide tamen Franc. Marc. quæſt. 608.* ¶ Quando factum dicatur antiquum, *vide Afflict. deciſ. 83. num. 7. Franc. Mar. 606.* ¶ Antiquitus dicitur, de cujus contrario memoria non exiſtit. *Guid. Pap. ſing. 387.* ¶ Quod tempus dicatur antiquiſſimum, & immemorabile, *vide Put. deciſ. 212. lib. 1.* & antiquitas quanto tempore dicatur in probationis materia, *vide Cabal. milleloq. 64. Menoch. de Arbit. caſ. 3.* ¶ Tempus antiquum dicitur, quod excedit annos 100. *Vinc. de Franc. deciſ. 357. part. 2. Ven. deciſ. 28. vide tamen Cravet. conſil. 146.* & in ſententia, quod tempus dicatur antiquum, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 4.* ¶ Tempua modicum in jure, dicitur decem annorum. *Cabal. milleloq. 158.* ¶ Vocabulum, prolis, vel progeniæ, quid importet, *vide Boer. deciſ. 356.* ¶ Voluntas nuda, quæ appellatur, *vide Bart. in l. 10. ff. de nego. geſt. n. 6.* ¶ Abſentiarum quinque ſunt genera, *Bart. in l. 9. ff. de in integ. reſtit. vide ſupra lib. 1. tit. de abſen. & abſen.* ¶ Summa modica dicitur, uſquè ad duos aureos. *Bart. in l. decima. § merito. ff de dolo malo.* ¶ Simul dicitur fieri, quod fit eadem die. *Bart. in l. 29. ff. loca. & conduc.* vel continenti unum poſt aliud. *Bart. in l. 20 ff. de milit. teſta.* in continenti quid factum, quomodo intelligatur, *vide deciſ. 1. Rot. Gennen. num 31. Menoch. de arbitra. lib. 2. conſ. 4.* & quando dicatur, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 77.* ¶ Poſthumus dicitur propriè, natus poſt mortem patris. *Bart. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.* qui dicatur poſthumus, *vide l. 3 ff. de injuſto. rupto.* ¶ Verbum ſuæ ætatis, an ſignificet pubertatem, vel ætatem legitimam, *vide gloſſ. in l. 4. Cod. de teſtamen. tutel.* ¶ Primogenitus, quot modis dicatur, *vide Menoch. conſil. 97. lib. primo.* ¶ Marcha conſtat ex uncis octo, libra ex duodecim. *Jaſ. de actio. in §. omnes autem. numer. ſexto.* ¶ Subditi, qui dicantur, & feudatarii ſubditorum voce continentur, & ſubditi vaſallorum, ſubditi principis dici poſſunt. *D. Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ gloſſ. prima ſuper decreto, ſubditos titul. de foro compet.* ¶ Judicium, lis, & cauſa, quæ ſint, & in quibus differant, *vide Maran. in ſuo ſpec. part. 5. tit.* ut omnia

ſiant

ſiant durante inſtantia. ¶ Actio judicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam ejus, quod in ea devenit: licet in veritate actio non ſit mobilis, neque immobilis; ſed ſit tertia ſpecies per ſe. *Bartol. in l. 18. de pignor. act.* nam nomina, & actiones ſunt tertium genus rerum per ſe. *Bart. in l. 7. §. in peculio. ff. de pecul.* ¶ Inteſtabilis ſignificat privationem potentiæ, inteſtatus, privationem actus. *Bartol. in l. 1. ff. de ſuis, & legit. hæred.* ¶ De ſignificatione verbi, volo, vellem ſolo, & non volo, an ſtent enunciativè, vel diſpoſitivè, pulchrè *per Menoch. caſ. 469. ibid.* quod verba *volo facere*, & ſimilia diſpoſitionem non inducant, *ſcribit Magon. deciſ. 75. Luc. num. 17.* ¶ Diſtrictus quid ſit, *vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 3. gl. 7. tom. 1.* ¶ Verbum, poteſt, importat neceſſitatem, quando negativa præcedit, ſecus ſi apponatur ſine negativa præcedenti, *vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera. P. ſin. poteſt.* ¶ Quæ ſit miſerabilis perſona, relinquitur judicis arbitrio. *Menoch. de arbitra. caſ. 66. vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitutio. reg. tractat. de ſentent. proviſio. art. 3. gloſſ ultim.* quæ nobilis, & quæ illuſtris, *vide caſ. 67. & 68. ejuſdem Menoch.* quæ perſona gravis, & quæ honeſta, *ibid. caſ. 69.* quæ egregia. *caſ. 70.* quæ vulgaris. *caſ. 71.* connexum quid dicatur, *vide Menoch. ibid. caſ. 95.* ¶ Mortis in periculo, qui peregrinantes eſſe cenſeantur, *vide ibid. caſ. 61.* ¶ De gerundii natura. nova Theorica, *vide Cabal. milleloq. 100.* ¶ Lacus, dicitur locus, qui perpetuam habet aquam, ſtagnum, qui temporalem, foſſa dicitur receptaculum aquæ, manufacta. *leg. 24. §. ſin. & ibid. gloſſ. ff. de aq. pluv. arcenda.* ¶ Publicanus dicitur, qui eſt poſitus ad exigendum publicos reditus, ſive exigat immediatè pro fiſco ſive immediatè pro ſe, ſed aliquid ſolvit Fiſco à quo conduxit, vel emit. *l. 1. §. hic titulus ff. de public. & vecti.* ¶ Reſpub. accipitur quatuor modis. *Bart. in rub. C. de jure fiſci. lib. 10.* ¶ Fiſcus dicitur camera Imperialis, & camera Imperialis appellatur, quicquid ad commodum pecuniarium imperii, vel quæ ad honores, & juriſdictiones, pertinet. *Bartol. ibid. num. 6. & 7.* ¶ Verba directa, quæ obliqua, & quæ communia dicantur, *vide Bart. conſil. 69. vol. 2. & in l. 4. C. de fideicommiſ.* maxime in ſubſtitutionibus, *vide eundem in l. Centurio. num. 40. ff. de vulgar.* ¶ Breviores lites dicuntur, quando plus expenderetur in ſcripturis; quam ſit valor cauſæ, *Bart. in l. 8. C. de annonis, & tribut. lib. 10.* ¶ Extraneus quis dicatur, & tituli lucrativi qui, *vide Bartol. in l. 1. C. de imponen. cauſ. lucrati. diſp. lib. 10.* ¶ Vagabundus quis dicatur, *vide Bart. in l. 1. C. de Tyron. lib. 12.* ¶ Quæ ſint præd a ruſtica, & quæ urbana, *vide l. 1. ff. communia prædiorum.* ¶ Bona dicuntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno. *l. ſin. §. ſin autem æs. & ibi. gloſſ. C. de bonis, quæ liberis. & l. 73 ff. de jure dot.* ¶ Præſentes dicuntur, qui ſunt in eadem provincia, abſentes, qui ſunt in diverſis provinciis. *l. ſin. C. de præſcript. long. temp.* ¶ Juſta hæreditas propriè dicitur, quæ ab inteſtato defertur. *l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio.* ¶ Illud dicitur certum, quod apparet quid, quale, & quantum. *l. 6. ſi cert. pet.* ¶ Athletæ dicuntur, qui ſine mercede virtutis gratia certabant, & certaminibus ſacris ſerviebant. *gloſſ. in l. 8. ff. de excuſa. tuto.* ¶ Propria, vel communis cauſa, quæ dicatur, *vide Boer. deciſ. 210.* ¶ Legitimus contradictor in judicio quis dicatur, *vide Rot. Genu. deciſ. 104. num. 15.* ¶ Colonus in villa dicitur; ſed inquilinus, in civitate. *l. 37. ff. de acquir. vel amit. hæred.* ¶ Quæ dicatur in via publica, quæ privata & quæ vicinalis, *vide l. 2. §. viam public. ff. ne quid in loco publico.* ¶ Quòd ſit flumen, torrens, quod perenne, quod publicum, quod privatum, *vide l. 1. ff. de fluminib.* ¶ Supremus, ſeu ultimus eſt, quem nemo ſequitur, licet nullus præcedat, & e contra ptimus dicitur, quem nullus præcedit, licet nemo ſequatur. *l. 33. ff. de vulgari. l. 10. ff. de rebus dubiis.* ¶ Ibi dicuntur eſſe res, ubi perpetuo debent eſſe, non ubi ad tempus. *l. 35. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Illud dicitur ſuum eſſe, quod poteſt vendicari. *l. 29. §. argento. ff. de aur. & arg. legat.* ¶ Legitima voluntas dicitur, quæ non refragatur legibus. *Bart. in §. 1. Authent. hæredit. & falcid.* ¶ Quis dicitur eſſe in legirima ætate contrahendi, cum eſt ætatis 14. *ann. in maſculo & fœmina 12. Guid. ſing. 452.* tamen ætas legitima dicitur in tempore ann. *25. Bart. in l. 4. C. de his, qui veniam ætat.* ¶ Terra propriè eſt, univerſitas donorum, caſtrorum, villarum, & agrorum, ſicut dicimus de provincia, vel regione aliqua, *vide Guid. Pap. ſing. 526.* ¶ Villa dicitur, locus, qui eſt extra muros civitatis. *idem ſing. 527.* ¶ Provincia dicitur una patria, ſeu regio in qua conſtituitur, ſeu conſtitui debet, unus dux, ſeu præſes pro tuitione imperii. *Guid. ibidem.* ¶ Civitas eſt, quæ muris circundatur, quæ ut plurimum urbs appellatur. *Guid. ibidem.* ¶ Vicus propriè dicitur, quæ viis, non muris clauditur, vel qui nulla civitatis dignitate honoratur. *Guid. d. ſing. 527.* ¶ Demum quid ſit oppidum, burgus, regio, fundus, ager, prædium, *vide ibidem.* ¶ Area eſt locus in villa, ſeu civitate, ſine ædificio. *Guid. ſing. 528.* ¶ Vicinus quis dicatur ratione dumus, certi actus perſonæ, & locorum, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 221.* ¶ Verbum promitto, quando importet præſentiam partis. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 115.*

Vel non.

Uxor nupta extra familiam, non eſt de familia patris, ſed viri. *Ozaſ. deciſ. 127.* ¶ Nepos ex ſorore, non dicitur eſſe de familia, & agnatione teſtatoris. *Natt. conſ. 186. Tom. 1.*

Cap. II. Quale ſit.

An inter ſe differant paupertas, & egeſtas. *Cujac. lib. 26. obſerv. cap. 37.* ¶ Quæ ſit differentia inter proconſules, & præſides, *Cujac. lib. 20. obſerv. cap. 37.* ¶ Communis uſus loquendi præfertur omni regulæ: fallit quando diſpoſitio juris eſt in contrarium, quia tunc interpreratio a communi uſu non recipitur, cum communis uſus loquendi ſit extrinſecus intellectus. *Cabal. milleloq. 573. vide Menoch. de arbit. lib. 2. Caſ. 489.* quid in ultima voluntate, *vide Abb. conſil. 36.* ¶ Differentia conſtituitur inter eum, qui dicit ſe de familia, & eum, qui de domo, & de cognatione ſe profitetur. *Ozaſ. deciſ. 127. num. 7.* ¶ Clauſula, ex nunc, prout tunc, quomodo accipiatur, *vide in tit. ſeq.* ¶ Res incorporales ſunt in triplici differentia, quia quædam immobiles, ut fundus, aliæ mobiles, ut liber, aliæ ſunt ſe moventes, ut equus quæ tamen nomine mobilium continentur. *Abb. in ſua pract. capite trigeſimo nono.* ¶ Verba pluralis numeri, in uno verificantur. *conſil. 471. num. 8.* ¶ Majoritatis vocabulo, id tempus in filiabus ſignificari, cum nupſerint ſcribitur in quadam deciſione Senat. *Pariſ. in deciſ. diverſo. fol. 235.* ¶ Senſum magis ſpectamus, quam verba. *l. 8. Cod. de jure dot.* ¶ Pluralis locutio, duorum numero eſt contenta. *§. poſt annos. l. 17.* ¶ Ad cognitionem ſpecierum, debet præcedere cognitio generis. *l. 1. ff. ſi cert. pet.*

Cap. III. Quæ veniant eorum appellatione, vel non.

An deſcedentium appellatione per lineam maſculinam veniant fœminæ. *Fach. lib. 11. cap. 15.* affirmat. *gl. l. gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthu.* ¶ An appellatione

fructus contineantur arundines. *Cujac. lib. 24. obſerv. cap. 5.* ¶ An appellatione filiæ veniat, etiam avia, & proavia. *Alciat. lib. 7. parerg. cap. 14.* ¶ Filiorum appellatione, an, & quando veniant nepotes, *vide Put. deciſ. 263. lib. 3. Bartol. in l. 6. Cod. ad Senatuſconſult. Macedo. & in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthum.* quod non veniant in donationibus *ſcribit Hiero. Mago. deciſ. 71. Rot. Floren.* & in ultima voluntate regulariter appellatione filiorum, non veniunt nepotes. *Dec. conſ. 59.* quando tractatur de ejus incommodo. *idem Dec. 218.* alias ſecus, niſi quando filii vocantur cum aliqua qualitate, quæ erat in nepote. *Hippol. ſing. 363.* ¶ Appellatione filiorum veniunt nepotes, & deinceps deſcendentes quando teſtator promiſcuè utitur vebo filiorum & liberorum. *Cabal. milleloq. 998. Crav. conſ. 62. n. 12. vide conſ. 155.* ¶ Appellatione lineæ, venit recta, quæ comprehendit aſcendentes, & deſcendentes tantum, *Gaſp. Cabal. milleloq. 684.* ¶ Nomen hæredis, nominati in contractibus, etiam ad ſucceſſorem ſingularem pertinet. *Gom. Leo. deciſ. 87. in deciſ. diverſ. tom. 2.* & appellatione ſucceſſoris, venit etiam particularis. *l. 24. §. adjicitur, & ibid. gloſſ. ff. de damn. infect. Put. deciſ. 332. lib. 3. num. 3.* contrarium ſcribit *Hartman. c. 16. tit. de verb. ſign.* ¶ Appellatione filiorum, an veniant etiam filiæ in legatis, & fideicommiſſis, *vide Franc. Mant. tract. de conject. ultima. volunt. lib. 8. tit. 7.* vel nepotes. *ibid. titul. 8.* ¶ Appellatione nepotum veniunt nepotes tam ex maſculis, quam ex fœminis. *§. item vetuſtas inſtitut. de hered. quæ ab inteſtato*, & inter liberos nepotes quoque connumerari divus Pius ſcripſit, *in l. fin. ff. de pollicitatio.* ¶ Appellatione domus continetur ſubſtantia, & patrimonium. *l. 15. §. domo. ff. de fundo inſtr. in addito.* tamen quandoque domus ponitur pro familia. *Hartm. cap. 11. tit. de verb. & rer. ſignific.* & pro omnibus deſcentibus ab uno ſtipite. *Bart. in l. 1. ff. ad Senatuſconſul. Sylla.* & plenius familiæ appellatio quid contineat, domus quomodo intelligatur, *vide per Boer. d. c. 213. & in l. 1. §. familia. ff. de publica. & vectigal.* ¶ Poſteriorum appellatione, comprehenduntur omnes deſcendentes, *Hartm. cap. 16. de verbo. & rer. ſignificat.* an veniant nati ex fœminis, *vide Caſſad. deciſ. 1. tit. de jure patronat.* ¶ Appellatione hæredis in teſtamento appoſiti veniunt ſolum deſcendentes; ſed in contractibus, veniunt etiam extranei hæredes. *Papon. lib. 17. tit. 5. arreſt. 5. vide Guid. Pap. q. 457.* ſed an comprehendantur etiam hæredes particulares, *vide Guid. Pap. q. 458.* appellatione hæredum, quando veniant etiam hæredes extranei, *vide Dec. conſ. 295.* ¶ Eccleſiarum appellatione, veniunt Eccleſiæ collegiatæ, & Conventus Monachorum in materia favorabili. *Vera. deciſ. 289.* ¶ Appellatione ſententiæ in dubio, intelligitur de definitiva; non interlocutoria. *Jaff. Lanfran. Balb. deciſ. 424.* ¶ Pecuniæ ad emptionem prædiorum deſtinatæ, appellatione rerum mobilium veniunt, quid de actionibus, & nominibus debitorum, *And. Gail. obſerv. 11. lib 2. Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. cap. 1. in deciſ. diverſ. fol. 191. Joan. Pap. lib. 17. tit. 4. arreſt. 3. & fin. Boer. deciſ. 209.* ¶ Quando in legato facto de mobilibus, veniant jura, & actiones, *vide Mago. deciſ. 146. Rot. Floren.* dictio *mobilium*, an eo comprehendat actiones, *vide Papon. lib. 17. tit. 4. & 5.* ¶ Quæ veniant pertinentiarum, & dependentium appellatione, *vide Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. cap. 7. in deciſ. diverſ. Guid. Pap. ſing. 520.* ¶ Merces, an veniant appellatione rerum mobilium, *vide Hartm. c. 9. tit. de verbo ſignif.* & perpetuum quid dicatur, *vide cap. 14.* ¶ Jurium appellatione, veniunt etiam jura competentia de jure ſpeciali, & ex privilegio. *Ozaſ. deciſ. 102. num. 5.* ¶ Appellatione filiorum in ſtatuto, veniunt legitimi, & naturales, ſed ſoror, non venit appellatione fratris. *Bartol. conſil. 229. volum. 1.* ¶ Filiorum appellatione veniunt poſthumi, & appellatione liberorum omnes deſcendentes. *§. fin. Inſtitut. qui teſtamen. tuto. dari poſſ.* ¶ Appellatione filiorum, etiam naturales filii continentur. *l. 4. C. de inter. matrim. int. pupill. l. fin. ff. de jure liberum.* & etiam in ſervitute concepti. *l. 90. §. fin. de leg. 2.* ¶ Appellatione filiorum continentur poſthumi filii, non nepotes; ſed appellatione liberorum, etiam continentur nepotes: appellatione vero poſthumorum omnes deſcendentes continentur. *l. 6. & 6. ff. de teſtamen. tutel.* ¶ Appellatione filiarum continetur poſthuma, ſi de ea teſtatorem ſenſiſſe aliquid appareat per indicia. *l. 17. de leg. 1.* ¶ Parentum appellatione, veniunt pater, & mater. *Afflict. deciſ. 178.* majores qui dicantur, & qui parentes, *vide Boer. deciſ. 13. numer. 28.* & aviæ appellatione, venit proavia. *Bartol. in §. inſtituenter. l. Gallus. ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ Appellatione generis, aut parentelæ, qui veniant, *vide Cravet. conſil. 161.* ¶ Appellatione ſucceſſorum veniunt hæredes ſanguinis ſecundum materiam ſubjectam. *Cravet. conſil. 251. numer. fin.* ¶ Deſcendentium appellatione, veniunt maſculi, & fœminæ, niſi materia aliud requirat, ut in ſucceſſione feudi, primogenituræ, dignitatis. *Natt. conſ. 676. num. 9. vide Hieron. Magon. deciſ. Luc. 7. num. 3. 26. & 32.* ¶ Liberorum appellatio ampla eſt, & continet omnes deſcedentes in infinitum, niſi alia ſubſit conjectura in contrarium; tunc enim continet ſolum filios. *Menoch. conſil. 328. lib. 4. Pet. de Raven. ſing. 237.* ¶ Appellatione fructus, continentur etiam arundines. *l. 40. §. fin. ff. de contrah. empt. & vend.* ¶ Nepotes quando veniant appellatione filiorum, & quod non veniant appellatione filiorum maſculorum ſcribit *Bartol. conſil. 133.* ¶ Appellatione fructuum, quæ veniant. *Boer. deciſ. 51.* ¶ Impuberis appellatione comprehenditur adultus, & minor. *Felin. conſil. 16. num. 21.* ¶ Appellatione hæredis legitimi appoſiti in ſubſtitutione, ſolum veniunt deſcendentes ad excludendum ſubſtitutum. *Papon. lib. 17. tit. 9. arreſt. 6.* qui veniant appellatione ſuorum in materia ſubſtitutionis, *vide Cravet. conſil. 226.* ¶ In materia indifferenti, appellatione ſuorum hæredum veniunt ſui, & quicunque hæredes; ſecus in materia feudali, ſecundum jus commune. *Guido. Pap. quæſt. 230.* ¶ Appellatione hæredum ſuorum, veniunt ſolum ſui hæredes deſcendentes, quando quis aliquem inſtituit; & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit, licet regulariter appellatione hæredum, veniant omnes hæredes. *Guid. Pap. quæſt. 306.* ¶ Liberorum maſculorum appellatione, an contineantur maſculi ex filia, *vide Guid. Pap. quæſt. 193.* & liberorum appellatio ad omnes deſcendentes in infinitum extenditur. *Cravet, conſ. 139. & conſ. 155. Felin. conſil. 28.* ¶ Filiorum appellatione continentur maſculi, & fœminæ, niſi ex conjecturis colligatur mens teſtatoris contraria, ut ſi plus affectionis habuiſſet, ad maſculos, quam ad fœminas, vel etiam, niſi in loco ſit ſtatutum, quod extantibus agnatis, fœmina non ſuccedat. *Hippol. ſing. 307.* ¶ Soror venit appellatione fratris. *Bartol. in l. 36. ff. de pact.* hoc verbum, quicunque maſculum comprehendit, & etiam fœminam. *l. 16. ff. de jur. fiſc.* ¶ Vineæ appellatione, venit arundinetum contiguum. *Idem Vera. deciſ. 233. num. 10.* quando veniat, vel non, *vide deciſ. 342. part. 3. ejuſdem.* ¶ Quid veniat appellatione fructuum: idem in freno. *Lud. Rom. ſing. 550.* ¶ Appellatione bonorum veniunt, tam mobilia, quam immobilia, *c. 12 ex. de teſtamen.* ¶ Jura, & actiones veniunt in obligatione omnium bonorum, & nomina poſſeſſiva, meum, tuum, & ſuum, an comprehendant ipſa jura, & actiones, *vide Bartol. in l. 29.*

in l. 29. §. argent. ff. de auro. & arg. leg. nam verbum, bonorum, comprehendit in ſe actiones. *Abb. conſil. 43. lib. 1.* ¶ Appellatione rerum, vel bonorum in obligationa deductorum, continentur præſentia, & futura bona, *l. 9. C. quæ res pignori.* ¶ Homo venit appellatione rei largè ſumpto vocabulo, *Ant. Corſet. in ſuis ſingul. lit. R. ſing. 1.* ¶ Bonorum poſſeſſor, continetur hæredis appellatione, *Bart. in l. 3. §. ſin autem num. 19. C. de edicto. divi. Adria. tol.* ¶ Beſtiæ appellatione propriè comprehenduntur ſolum animalia fera: niſi communia uſua loquendi regionis aliud ſuadeat. *Math. Matheſ. ſing. 95.* & veniunt ſolum animalia terreſtria. *Pet. de Raven. ſing. 900.* ¶ Rerum appellatione venit tota hæreditas. *Bart. in l. 29. C. de pact.* ¶ Species continetur appellatione quantitatis. *Bart. in l. 1. C. de actio. & oblig.* ¶ Armenti appellatione, veniunt animalia magna; & gregis appellatione, veniunt animalia minuta, *Bart. in l. 4. C. de milit. teſtamen. lib. 10.* ¶ Actionis appellatione, continetur omne remedium, quo alteri poteſt eſſe conſultum. *Bart. in l. 7. ff. de dol. mal.* ¶ Ædificia continentia, pars civitatis ſunt: Ideo urbis appellatione, continentia veniunt. *Menoch. de Arbitr. caſ. 155.* ¶ Succeſſoris verbum, adaptatur ad maſculos, & fœminas: idem in verbo filiorum. *Joſeph. Ludov. deciſ. 29. Luc. num. 10.* ¶ Vini appellatione quid veniat, *Boer. deciſ. 177. num. 10.* ¶ Appellatione damnorum, & intereſſe veniunt expenſæ litis, *Joan. Pap. lib. 8. & 9. vide Boer. deciſ. 52.* quid è contra, *vide Boer. ibid.* ¶ Licet appellatione partis veniat dimidia. *l. ff. de uſufruct. Marc. quæſt. 330.* tamen ſi adjiciatur dictio, aliqua, venit pars infra dimidiam, *ibid.* totum etiam appellatione partis, aliquando continetur. *Bartol. l. 32. num. 4. de leg. 3.* ¶ Appellatione modici, quid veniat, *vide Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. num. 87. in deciſ. diverſ.* & meretrix, quæ verè dicatur. *ib. num. 111.* ¶ Appellatione cultorum, & incultorum venit novale, *Ægid. Bellum. concluſ. 62.* ¶ Ligni appellatione, an contineantur naves, in prohibitis, *vide Boër. deciſ. 177.* ¶ Tigni appellatione, pro omni materia in lege duodecima tabularum, accipimus. *l. 7. ff. ad exhibendum.* ¶ Actorum appellatione, quæ ſcripturæ veniant: *Manant. part. 6. de actorum editione. Math. Matheſ. ſing. 1. in additio.* ¶ Appellatione reliquorum, utrum contineatur liber rationum. *Bartol. in l. 2. C. de teſtam. manumiſ.* ¶ Reipubl. appellatione, an veniat quælibet civitas, *vide Jaſ. de actio. §. rurſus. numer. 36. Bartol. in l. 3. Cod. qui potiores.* quod reſpub. accipiatur quatuor modis *ſcribit Bart. in rubr. C. de jure fiſci, lib. 10. vide gloſſ. in §. 1. Authent. de hæred. & falcid.* ¶ An appellatione civitatis, veniant ſuburbia, & terræ ſibi recommendatæ. *ibid. Jaſ. num. 41.* tamen diœceſis non continetur *cap. 15. ext. de reſtript.* civitas Metropolitana dicitur Archiepiſcopalis. *Bartol. in l. unica. C. de Metropol. lib. 11.* ¶ Legare, de jure antiquiſſimo, legata, inſtitutiones, fideicommiſſa, tutelas, & omnia in teſtamento comprehenſa complectitur. *in l. 1. num. 4. de legat. 1.* ¶ Facti appellatione, venit non factum. *Bart. in l. 10. ff. de ſolut. matrimon.* ¶ Armorum appellatione, quando veniant fuſtes, & lapides, *vide Bartol. in §. denunciamus. Authent. de armatus.* ¶ Appellatione rationum, an veniant inſtrumenta, *vide l. fin. C. de eden.* ¶ Appellatione præſidis, venit quilibet rector Provinciæ. *l. 1. ff. de offic. præſid.* ¶ De jure nepotis appellatione, venit filius filii, tamen de communi uſu loquendi intelligitur de filio fratris, nec expedit probari iſte communis uſus, ſeu conſuetudo. *Franc. Cremen. ſing. 92. vide Bartol. in l. 27. ff. de inoffic. teſtam.* hoc verum impropriè. *Abb. conſil. 70.* ¶ Fraudis nomine continetur conſilium; & eventus. *l. 1. C. qui manu. no. poſſ.* ¶ Pignoris appellatione, non venit Hypotheca. *l. 9. §. propriè. ff. de pigno. actio.* ¶ Appellatione periculi, continentur etiam caſus fortuiti. *l. 62. §. fin. ff. de contrahen. empt.* ¶ Appellatione venditionis, continetur omnis actus, per quem dominium transfertur. *l. 8. §. venditionis. l. 8. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſolv.* ¶ Armorum appellatione, comprehenduntur fuſtes, lapides, & omne id, quod nocere poteſt, quod procedit impropriè, non autem propriè. *l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata, in addi.* ¶ Appellatione præparati, præparatorium continetur. *l. 23. ff. de aur. & arg. leg.* ¶ Aliquando appellatione uſuaſructus, continetur proprietas. *l. 23. de uſufructu. & l. fi. & ibid. gloſſ. ff. de uſu earum, quæ uſu conſum.* quæ ſit proprietatis vera ſignificatio, *vide Cabal. milleloq. 208.* ¶ Appellatione reſidui, totum continetur, quando non reperitur pars, in cujus defectum poſſet verbum illud, verificari, *l. 2. C. de hæred. inſtituen. vide Rot. Genuen. deciſ. 26. num. 31. deciſ. 132.* ¶ Appellatione domini comprehenditur etiam Dominus utilis. *l. 23. §. hæc actio. ff. de aqua pluv. arcen.* ¶ Soror venit appellatione fratris. *Bartol. in l. 36. ff. de pact.* ¶ Suorum appellatione, qui contineantur tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, amplè, magiſtraliter declaratur. *D. Gaſp. Theſ. q. For. Quæſtio. 95. lib. 2.* ¶ Mobilium, & immobilium bonorum appellatione, an veniant jura, & actiones, & quibus in caſibus id locum habeat. *D. Gaſp. Teſſaur. q. F. Quæſtio. 2. lib. 1.* ¶ Domini directi appellatione, quid venit. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 288.*

Vel non veniant.

In ſtatuto prohibente deferre arma appellatione armorum, non venit cultellus. *Bartol. in §. 1. Authent. de armis.* ¶ Appellatione contractus, non venit cultellus. *Bartol. in §. 1. Authent. de armis.* ¶ Appellatione contractus, non venit teſtamentum, & è contra *gloſſ. in verbo contractus. l. 17. C. de teſtamentis.* ¶ Ideo appellatione rerum ſuarum non veniunt jura, & actiones; ſecus appellatione rerum ſimpliciter. *Guid. quæſt. 442.* & judicari non debet de juribus, tanquam de rebus immobilibus ſeu tanquam de tertia ſpecie. *Dec. conſ. 461. num. 4.* ¶ Appellatione bonorum mobilium, & immobilium, non veniunt nomina debitorum: Ideo ipſis legatis, vel per fideicommiſſum relictis, non debentur nomina legatario; ſecus ſi ſimpliciter ſint legata omnia bona. *Guid. quæſt. 499. Franc. Marc. quæſt. 322. vide Capel. Thol. q. 316. Rol. conſ. 54. vol. 5. num. 35. Anton. Trigo. ſingul. 83. Bartol. in l. 18 ff. de autho. & conſen. tutor. & curato. & conſilio 15. volum.* ¶ Fallit quando dictum eſt de bonis mobilibus, & immobilibus quibuscunque. *Rol. d. conſil. 54. num. 36.* ¶ Appellatione alimentorum, non veniunt veſtiarium & habitatio. *l. 8. qui tranſigere. ff. de tranſact.* ¶ Appellatione fundi, prata & paſcua non continentur. *Guid. Pap. ſing. 451.* ¶ Nomina debitorum, non veniunt appellatione bonorum mobilium & immobilium. *Bart. conſ. 50. 51. vol. 1. & conſ. 86. vol. 2. vide eund. in l. 97. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Licet bonorum appellatione, veniant jura & actiones: tamen hoc non procedit in caſu ſtatuti publicantis bona; nam tunc non veniunt jura & actiones. *Dec. conſ. 442* ¶ Piſces & aves, non veniunt appellatione animalium, ſecundum noſtrum vulgarem ſermonem. *Barth. de Cap. ſing. 1.* ¶ Appellatione bonorum, quando tractatur de tranſlatione bonorum, & ſic de magno præjudicio, non veniunt futura. *Abb. conſ. 102. lib. 2.* ¶ Appellatione hominis, non venit fœmina in odioſis, & conſuetudine. *Pap. lib. 17. tit. 3. arreſt. 2.* ¶ Agnatorum appellatione in ſtatutis, vel ultimis voluntatibus, non veniunt fœminæ agnatæ. *Cra. conſ. 180.* ¶ Frumenti appellatione, non venit farina, tamen prohibita

Digitized by Google

venditio frumenti; comprehendit farinam. *Boer. deciſ.* 177. ¶ Appellatione liberorum maſculorum, non continentur nepotes maſculi ex filia. *Math. Mathef. ſingul.* 109. ¶ In contractibus appellatione filiorum non continentur nepotes: fallit in materia feudorum. *Io. Ant. Trigo. ſingul.* 19. ¶ Cum tractatur de odio appellatione patris, vel matris non comprehenditur avus, vel avia. *l.* 44. *§. hoc capite. ff. de rit. nupt.* ¶ Appellatione rerum mearum in donatione non veniunt jura & actiones. *Bart. in l. 1. ff. de ſtat. hom.* ¶ Nomen filiorum, ſi proprie ſumatur, non continet nepotes, ſecus ſi improprie; ſed quando, *vide Bart. in §. quod ſi nepotes inſtit. qui teſt. tut. dari poſſ. vide ibid. §. fin. & ibid. gloſſ. & §. 1. inſtit. de Senatuſcon. Orfit.* ¶ In odioſis appellatione filii, non continetur nepos, ſi ratio odii, quæ erat in filio, ceſſet in nepote. *l. fin. C. de natura. liber.* ¶ Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, niſi per interpretationem extenſivam. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc.* 19. *n.* 18.

Cap. IV. Porrigantur, vel non.

Verba præſentis temporis, non porriguntur ad debita in diem, vel conditionalia, niſi aliud exprimatur. *l.* 47. *de legat.* 2. ¶ Verbum relinquo, quando alius non eſt hæres inſtitutus, trahitur ad inſtitutionem, alias ſecus. *Bart. in l. 48. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Reipubl. appellatio etiam refertur ad aliam civitatem, quam ad Romanam. *Bart. in l. 3. C. qui potio. in pign. habe.* ¶ Verbum unum, quando refertur ad plura, debet intelligi prout poteſt illa uniformiter determinare, *Bart. in l. 6. C. de teſtam. milit. vide ſupra. tit. de reb. dub. in genere.*

Cap. V. Quibus modis intelligatur.

Quorundam axiomatum juris civilis interpretatio, *Ant. Guid. q.* 20. ¶ Verba debent intelligi, ut aliquid operentur. *l.* 112. *de legat.* 1. ¶ Verba teſtatoris extra propriam ſignificationem verborum intelliguntur, ne legatum reddatur inutile, *l.* 35. *§. Lucius. de leg. 2. vide tamen ibi. §. Cajus.* ¶ Verba à teſtatore prolata debent intelligi, ut aliquid operentur, ne alias diſpoſitio reddatur inutilis. *l.* 32. *§. filios. ff. de uſu & uſufruct. legat.* ¶ Verba, uſque ad tempus, poſſunt ſtare in propria ſignificatione, & poſt tempus, tranſire ad impropriam. *l.* 100. *§. conditionum. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Verba debent intelligi naturaliter & proprie, non civiliter, vel ficte, aut improprie. *l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* & debent intelligi cum effectu. *l. pen. & ibi. gloſſ. ff. ne quis eum, qui in jus vocat.* tamen aliquando verba non valentia trahi ad proprium ſenſum, ad improprium referuntur. *Ægid. Bellam. concl.* 701. *n. fin.* ¶ In Senatuſconſulto Macedoniano, verbum, pecuniæ, accipitur ſtricte, niſi fraus intervenerit. *l. 9. §. mutui dationem. ff. ad Maced.* ¶ Diſpoſitio loquens de tempore antiquo, de quot annis intelligenda ſit, *vide Raud. tract. de Analog. cap. 15. n.* 213. ¶ Verbum, cautio, prolatum à lege, vel teſtatore, debet intelligi cum fidejuſſore. *Bart. in l. 8. §. interdum. ff. ſolut. matrimon.* nam cautio idonea intelligitur cum fidejuſſore, vel pignore. *l.* 59. *§ fin. ff. mandati.* quando appellatione cautionis veniat ſolummodo nuda promiſſio, & quando ſatiſdatio datis fidejuſſoribus, *vide eundem Bart. in §. 1. inſtitut. de adopt. facit l. 3. C. de verb. & rer. ſignificat.* ¶ Hæredis, verbum, indefinite prolatum, intelligitur ſecundum ſubjectam materiam, deductam in contractu. *Felin. conſil.* 28. ¶ Dictio, vel circa, de quo tempore intelligatur, *vide Menoch. de Arbitrar. lib. 2. caſ.* 46. ubi concludit hoc relinqui arbitrio judicis, quid de actione, & plus, cum teſtis deponit Cajum poſſediſſe per decennium, & plus, *vide ibid. caſ.* 47. & *caſ.* 147. ubi plura de ipſa dictione. ¶ Menſis quot diebus conſtare debeat. conſtituuntur ſuper hoc quatuor caſus per Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ.* 50. ¶ Quomodo annus, menſis, & dies naturalis, vel artificialis accipiantur, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. Des Juſtices.* *Rub. 1. §. 8. gloſſ. 5. & 6.* ¶ Cenſus eſt dictio æquivoca, & variæ ſignificationes. *Cabal. Milleloq.* 171. ¶ Verbum, non valet, an intelligatur ipſo jure, vel ope exceptionis, *Corſet. litera V. ſing. valeat.* ¶ Verbum, omnino, vel modis omnibus, intelligitur ipſo jure, *Lud. Rom. ſing.* 1. pro intelligentia hujus dictionis, ipſo jure, *vide Pet. de Rav. ſingul.* 357. ¶ Diſpoſitio, quæ loquitur de filio, intelligitur de legitimo & naturali. *Dec. conſil.* 471. *number.* 6. ¶ Verbum, incontinenti, quomodo accipiatur, *vide per Bartol. in l. 1. §. qui præſens. ff. de verbor. obligat.* quod verbum ſtatim remittatur ad terminum juris, habetur *in deciſion. 2. DD. de Rom. titul. de teſtament. in antiq.* ¶ Verbum particula, intelligitur de quarta, & partis appellatione venit dimidia, & pars adjecta parti, facit partem partis. *Bartol. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars. lib.* 10. ¶ Vicini intelliguntur, quoad poteſt, vox exaudiri; & nox intelligitur à primo ſono campanæ, quæ pulſatur de ſero uſque ad aliam, quæ pulſatur de mane. *Bartol. in l. 1. §. hoc autem. ff. eod. vide eundem in l. 6. ff. de aqua pluv. arcen.* ¶ Quando verba poſſunt dupliciter intelligi, debent interpretari in humaniorem partem. *l. fin. C. de commun. ſer. manumit.* ¶ Pubertas in maſculo alimentorum favore intelligitur uſque ad decimum octavum annum, in muliere uſque ad decimum quartum annum. *l.* 14 *ff. de aliment. & cibariis legatis, & ibid. Bart. ſcribit.* ¶ Appellatione mortis, naturalis intelligitur, & non civilis. *l.* 121. *§. pen. ff. de verb. oblig.* ¶ Proximus pubertati varie accipitur, aliter enim in criminalibus, aliter in civilibus, *gloſſ. in §. pupillus inſtit. de inutil. ſtipul.* ¶ Licet verbum præſentis, vel futuri, non intelligatur ipſo jure: tamen ſi diceretur, tale quid caſſent, & irritent, intelligitur ipſo jure. *Rom ſing.* 2. ¶ Verba teſtatoris debent intelligi ſecundum perſonæ conditionem, ad quam diſpoſitio confertur. *l.* 12. *ff. de uſu & habit.* ¶ Verbum, quod poteſt ſe habere ad præteritum & futurum, ex conjuncta ſcriptura declarabitur, ad quod ſe habeat. *l.* 100. *de leg.* 3. ¶ Verbum, ſolidus, à jure prolatum, intelligitur de aureo, ſed conſuetudo intelligitur de minuto ſolido, & ſeptuaginta duo ſolidi faciunt libram auri. *Bart. in l. 5. C. de ſuſcepto. lib.* 10. ¶ Verbum, in perpetuum, intelligitur ſecundum ſubjectam materiam. *Fel. conſ. 28. num.* 10.

Cap. VI. Reſtringatur.

Verbum, in perpetuum, reſtringitur ſecundum ſubjectam materiam. *Franc. Cremen. ſing.* 116. ¶ Libera poteſtas reſtringitur ad ea, quæ ſunt de bono & æquo. *Jaſ. de act. in §. in bonæ fidei, n.* 4. quid de libero arbitrio, *vide ibid. n.* 8. & 40. vel pure & ſimpliciter, *n.* 49. quid quando datur poteſtas procedendi de jure & de facto, *vide ibi. n.* 47.

Cap. VII. Quæ comprehendantur, contineantur, vel non.

Pecuniæ nomine, quidnam contineatur, *vide Capell. Tholoſ. q. 42. in addit. in reſcript.* pecunia accipitur ſtricte pro ipſa pecunia. *Roma. ſing.* 210. aliis multipliciter accipitur. *Bart. in l. 2. C. de inſtitut. pecu.* pecuniæ verbum tripliciter accipitur. *Bart. in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet.* nempe ſtricte, large & largiſſime. *§. 2. in l. 2. C. de conſtit. pecun.* ¶ Deſcendentium, ſive hæredum mentio, de ſua propria natura, comprehendit maſculos & fœminas. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 20. num. 6. 7. & 8.* ¶ Maſculinum, quando concipiat fœmininum in contractibus, *vide Cabal. Milleloq.* 80. & qualiter, *vide Bart. in l. 7. C. unde vir.* ¶ Maſculinum concipit fœmininum in ultimis voluntatibus; ſecus in contractibus. *Joſeph Lud. de. iſ.* 29. *num.* 1. & 17. *Boer. conſil.* 10. quando maſculinum non concipiat fœmininum, *vide Hippol ſing.* 536 ¶ Fœminæ in conſtitutionibus, vel teſtamentis, ſub quibus verbis comprehendantur, *vide Caſſad. deciſ. 1. de jure patro.*

ſed quod appellatione filiorum in favorabilibus veniant fœminæ, etiam in ultima voluntate, ſcribit *Abb. conſil. 36. volum. 1.* ¶ Quando maſculinum concipiat fœmininum, etiam in ſtatutis, *vide Dec. conſil. 339. vol. 2.* & econtra, quando non concipiat, *vide Menoch. conſil. 369. lib. 4.* ¶ Dictio, aliquis, etiam fœmininam comprehendit. *Dec. conſil. 507.* maſculinum concipit fœmininum, non econtra. *l. 46. de leg. 2.* ¶ Quando ſumus in materia indifferenti, quæ ita convenit fœminis, ſicut maſculis, maſculinum prolatum à lege, vel ſtatuto, concipit fœmininum. *Dec. conſil. 655. num. 4. Hippol. ſing. 19. vide Bart. in § ſed etſi. ff. de vend. in poſſe. mitten.* ¶ Verba illa, ſi ab inteſtato deceſſerit, an comprehendat filiumfam. & pupillum, qui non poſſunt teſtari, ſi à ſtatuto, vel à teſtatore proferantur, *vide Boer. conſil. 34.* ¶ Pupillus dicitur decedere inteſtatus, & comprehenditur in ſtatuto loquente de inteſtato. *Bartol. conſil. 138.* ¶ Hoc verbum, actio, largiſſime acceptum comprehendit actiones in rem, & in perſonam directas, utiles, & præjudiciales, item ſtipulationes prætorias, & interdicta. *l. 36. ff. de actio. & oblig.*

Vel non.

Maſculinum non concipit fœmininum quando eſt diverſa ratio *Natt conſ. 291.* vel quando ſumus in materia indifferenti. *Hippol. ſing. 20.* ¶ Bonorum mobilium præſentium & futurorum appellatione, non comprehenduntur debita, vel credita. *Guid. Pap. q. 291. Capell. Thol. q. 316.* jura tamen & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione continentur, *Vincen. de Franc. deciſ. 93. Hiero. Mago. deciſ. 146. Rot. Flor.* ¶ In pœnalibus & odioſis, maſculinum non concipit fœmininum. *Boer. deciſ. 316. num. 8.* idem in teſtamento odii & gravaminis. *Bartol. conſil. 54. volum. 1.* ¶ Diſpoſitio inducta in favorem agnationis, non comprehendit fœminas, in quibus finitur agnatio. *Ozaſ. deciſ. 127. num. 4.* ¶ Maſculinum non concipit fœmininum, quando in diſpoſitione fit mentio de maſculino per ſe, & demum de fœminino per ſe. *Iaff. Lanfr. Balb. deciſ. 265.* ¶ Sermonis pronunciatio in maſculino, quando non porrigatur ad fœmininum genus, *vide Guid. q. 506.* ¶ Si favore certæ rei verba trahuntur ad impropriam ſignificationem, talis favor ad diſpoſitionem ſibi conjunctam, non trahitur. *l. 8. ff. de manu. teſtam.*

Cap. VIII. Quæ, & in quibus habeant locum.

Diſpoſitio facta de liberis & parentibus, non habet locum in fratribus, & ſic in tranſverſalibus, etiam in materia favorabili, *Dec. conſ. 276. num. 9.* & appellatione fratrum in conſuetudine, non veniunt ſorores. *Papon. lib. 17. lib. 3. arreſt. 1.* ¶ Licet à ſignificatione vocabuli regulariter non ſit recedendum; tamen hoc fallit, quando verbum non poteſt ſumi proprie, vel quando apparet de voluntate teſtatoris conjecturata, aut quando uſus communis regionis loquendi, aliud habet. *Guid. q. 548.* ¶ A ſignificatione verborum non recedimus, niſi de contraria mente appareat, *Bart. in l. 22. §. cum iter. ff. de condict. indeb.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint.

Clam dicitur fieri, quando actus ſit ſine ſolemnitate requiſita. *Bart. in l. 68. ff. de rit. nupt.* ¶ Clam fieri dicitur, quod fit taliter, quod non poteſt devenire in notitiam adverſarii. *idem Bart. in l. 3. §. tacite. ff. de jur. fiſc.* & aliter, clam aliquid factum; quando dicatur, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 94. n. 19.*

Cap. X. Qui ſint effectus.

Ablativus abſolutus facit conditionem. *l. à teſtatore, & ibi. Bart. ff. de condit. & demonſt. Abb. conſ. 92. lib. 2.* ¶ Clauſula, ſine præjudicio jurium, quid importet, *vide Paul. Æmil Verm. deciſ. 119.* ¶ Quid de clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus, *deciſ. 122.* & de clauſula, omni meliori modo. *deciſ. 124. Vemi.* ¶ Clauſula, non aliter, nec alio modo conditionem importat, taxat & reſtringit actum, ad naturam præciſam. *Mago. deciſ. 491 ejuſdem Rot. num. 7. & 8.* ¶ Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, facit, ut poſſit judex abbreviare terminos de ſtylo ſervari conſuetos. *DD. de Rot. deciſ. 25. de reſcript. in antiq.* de hac clauſula, *vide ſupra in primo libro. tit. de clauſula, ut proced. ſol. fact. verit. inſpect.* ¶ Clauſula, ſummarie, ſimpliciter & de plano ſive ſtrepitu & figura judicii, quid importet, *vide per Mann. in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 9. judicio. Rebuff. in ſuis commen. tract. de ſent. exequut. arreſt. 9. gloſſ. 11. n. 234. Tom. 1.* ¶ Clauſula, quæ in inſtrumentis apponitur, pro expreſſis habentes, operatur ac ſi omnia in inſtrumento contenta fuiſſent ſpecialiter expreſſa. *Dec. conſ. 541. num. 7.* ¶ Reſtituere, verbum, quid importet, *vide Boer. deciſ. 58.* ¶ Verbum, poteſt, quando inducat neceſſitatem præciſam, & quando cauſativam, *vide Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſth. & in l. 10. ff. de injuſt. rupt.* ¶ Libera poteſtas, libitum, licitum & licentia à teſtatore prolata, quid importent, *vide Guid. Pap. q. 475.* ¶ Verbum, inteſtabilis, importat, ne quis poſſit facere teſtamentum, nec eſſe teſtis in teſtamento, nec illi teſtimonium dicatur. *l. 26. ff. de teſtam.* ¶ Verbum, defendere & protegere, quid importet, *vide Bart. in prima conſt. & proœ. digeſt. a 7.* ¶ Verbum, commendo, non inducit diſpoſitionem, ſed quantam congratulationem. *l. 12. C. de fideic. libr.* ¶ Quid importet verbum, placuit, *vide Bart. in l. 8. C. de fideicom. libert.* ¶ Verba, ſi non valet jure teſtamenti, &c. important, ut debeantur relicta à venientibus ab inteſtato. *l. 29. §. ex his ff. de teſta.* ¶ Verba prolata, cauſa jactantiæ, non inducunt diſpoſitionem; ſecus ſi verba eſſent diſpoſitiva. *l. fin. ff. eod. vide in addit ibid.* ¶ Verba tranſpoſita, idem ſignificant. *l. 14. & ibid. gl. ff. de pœn. legat.* ¶ Relativum, quis, vel qui limitat ſuum antecedens, non ſolum in quantitate, ſed etiam in tempore. *l. 15. §. teſtator. ff. de alimen. & ciba. legat.* ¶ Verbum, debet, importat neceſſitatem. *Bart. in l. 4. C. de eden. Dec. conſ. 340. vol 2.* ſed civiliter intelligi debet, *l. 9. & ibi gl. ff. de ſervit.* ¶ Hæc verba, ita ut, faciunt modum. *l. 17. §. hac ſcriptura. ff. de manu. teſtam.* ¶ Verba enunciative prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt jure exceptionis, non actionis. *l. 65. §. primo. ff. de rei vendicat.* ¶ Verbum, videtur, importat arbitrium boni viri. *gl. in verbo, videbitur. tit. quomodo in læſa majeſt. crim. proced. in uſib. feu.* ¶ Verbum, licentia, judicium plenum, placebit, quid importent, *vide Bart. in l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ.* ¶ Verbum, placebit, importat arbitrium boni viri. *l. 41. ſorores. & l. 46 ff. de fideicom. libert.* ¶ Tempus certæ ætati ſi addicitur, quando requiratur, quod ultimus annus ſit perfectus, *vide Bart. in l. 58. de leg. 1. ubi diſtinguit.*

TITULUS CCCXLVIII.

De dictionibus, & earum ſignificatione.

Generalia.

De materia dictionum, *vide per Guid. Pap. ſing. 309.* ¶ De dictionibus, ſi, quia, quoniam & cum, *vide per Bart. in l. 17. §. quod. ff. de cond. & demonſt.* ¶ De dictione, hoc amplius, *vide per Bart. in l. 52. de leg. 3.* ¶ De dictionibus, ſeu, vel ſive, & de disjunctiva, *vide Bart. in l. 32. ff. de aur. & arg. leg.* ¶ De dictione univerſali, omni tempore, &c. *vide plene per Boer. deciſion. 158.*

Cap. I. Dictio, copula: Quæ ſit & dicatur.

Dictio, quaſi, eſt nota improprietatis. *Bart. in l. 1. ff. de iis, qui not. infa. vide eund. in l. 2. ff. de inoffi. teſt.* & aliquando denotat ſimilitudinem, *Bart. in l. 8. §. ſi fundum. ff. ſolut.*

ſolut. matrim. ¶ Dictio, nihil, eſt univerſalis negativa: Idem de dictione nulla, & negativa univerſalis potentior eſt, quam affirmativa, cum magis neget negativa quam affirmativa, affirmet. *Ozaſ. deciſ. 100. numer. 43.* ¶ Oratio univerſalis eſt duplex, & quid comprehendat, *vide Bart. in l. 13. §. utrum. num. 5. ff. de reb. dub.* ¶ Dictio, quilibet, eſt etiam univerſalis. *numer. 4. Raud. cap. 12. de Analog.* ¶ Univerſalis negativa, non poteſt dici falſa antequam in quolibet particulari ſit poſſibilis, & oratio univerſalis ſi in uno eſt falſa, tota dicitur falſa: tamen oratio diſtributiva verificatur in quolibet particulari diſtributorum. & indefinita æquipollet univerſali. *l. 8. § ſi annua. de ff. pig. act.* ¶ Dictio, quemquam, eſt ſignum univerſale, & etiam ſignum particulare. *Bart. in l. 18. C. de pact.* ¶ Oratio univerſalis, quæ dicatur, quæ particularis, quæ ſingularis, & quæ indefinita, *vide Bart. in l. 44. de leg. 2.*

Cap. II. Qualis ſit.

Dictio, circa, eſt incerta. *Guid. q. 290.* ¶ Dictio, cùm, & dictio, &, æquiparantur: paria enim ſunt & conjunctionem faciunt; ſed in quo differant, *Ozaſ. deciſ 81. num. 2. & 18.* differunt in modo conjungendi. *l. 5. ff. de fundo inſtruct.* ¶ Quotiens & rurſus, vel iterum, aut ſæpius, quomodo differant. *Boer. deciſ. 131. num. 15.* ¶ Oratio ſoluta in dubio æquipollet copulæ. *Bart. in authen. hoc locum, C. ſi ſecundo nupſerit mulier.* ¶ Copula ultimo loco poſita, etiam inter præcedentes ſolute poſitos, videtur appoſita. *l. 37. §. hac verba ff. de hared. inſtit.* ¶ Dictio, etiam, eſt implicativa, & ejus natura eſt implicare caſum minus dubitabilem, exprimendo eum, qui majorem habet dubitationem: fallit quando genus præcederet, & ſubſequeretur enumeratio ſpecierum. *Marc. de Mant. ſing. 33.* ¶ Indefinita tunc demum æquipollet univerſali, ubi eadem eſt ratio, ſecus ubi diverſa. *Ozaſ. deciſ 100. num. 11. vide Bart. in l. 21. ff de ſervit. urba. præd.* indefinita quando æquipollet univerſali. *vide Bart. in l. 8. §. fin. annua. ff de pign. act.* ¶ Indefinita legis etiam in odioſis æquipollet univerſali; ſecus ſi eſt prolata ab homine. *Bart. in l. c. 9. 3. ff. de vent. in poſſeſſ. mitten.* ¶ Indefinita quæ non poteſt niſi ad unum referri, orationi ſingulari æquiparatur, quod procedit in odioſis; ſecus ſi de favore, tractaretur ſecundum gloſſ. *in l. a. ff. de liber. & poſthum. hared. inſtit.* ¶ Pronomina, hic, hæc, hoc, ſunt demonſtrativa ad oculum. *Bart. in l. 1. C. de novo. Cod. confitein.* ¶ Dictio, omnis, recipit limitationem de habilitate. *Bart. in l. 3. § ſi in publico. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Si in una parte alternativè, legatum eſt unum, ſed in alia plura; illud quod eſt unum, non recipit diminutionem. *de leg. 1. l. 8. §. ſi ita.* ¶ Inter, ſi & cum nulla eſt differentia, *l. 48 ff. d. condict. in deb.* ¶ Interdictiones, ſi & cùm, non eſt differentia, cum apponuntur actui extrinſeco. *l. 45. §. non ſolum. ff. de verbo. obligat.* ¶ Dictio, autem adverſatur in re & in facto. *Guid. ſing. 387.* ¶ Univerſalis addita verbo futuri temporia continentis extenſionem actus jam conceſſi, non recipit limitationem de habilitate. *vide l. 4. ff. de tutelis in addition.* ¶ Indefinita non æquipollet univerſali, ubicunque ſumos in materia correctoria juris communia, & quæ ſtricte intelligi debet. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 21. vide l. 44. 45. de leg. 2. & l. 96. de leg. 5.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Copulativa, quando ad veritatem ſui, requirat utrumque concurrere, & ponatur pro disjunctiva. *vide Bart. in l. 13. §. utrum, num. 5. ff. de reb. dub.* ¶ Orationes plures quando copulantur reſpective ad aliud, tunc requiritur concurſus utriuſque. *Bart in l. 1. num. 9. ff. de his, qui not. infa.* ¶ Copula requirit concurſum omnium copulatorum. *Curvet. conſil. 80. num. 13.* nam copulæ natura eſt, ut utrumque requiratur. *Ozaſ. deciſ. 73. & deciſ. 110.* ſecus in disjunctiva. *l. 45. ff. de manumiſſ. teſtament.* *facic l. 5. ff. de cond. inſtitut. & l. 111. ff. de reg. jur.* ¶ Copula & quando requirat concurſum copulatorum, & quando reſolvatur in disjonctivam, *vide Bart. in l. 1. ff. de juſtit. & jur.* ¶ Pluralis locotio, quando duorum numero ſit contenta. *vide Boer. deciſ. 131. num. fin.* ¶ Ad veritatem disjunctivæ, ſufficit alterum eſſe factum. *l. 63. ff. de verb. oblig.* ¶ Signum univerſale, de ſui natura, requirit plura. *Bartol. in l. 25. §. quotiens. ff. ſolut. matrim.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Dictio, alius, eſt relativa & repugnativa ejuſdem qualitat s, & multa alia de hac dictione, *vide ibi. deciſ. 146. & Ozaſ. 166. n. 7. Afflict. deciſ 244.* & ſimilitudinem denotat. *Idem Ozaſ. deciſ. 52. num. 13.* ¶ Quid ſignificet dictio, & plus, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 47.* ¶ Dictio, quouſque, quomodo intelligatur, *vide Bart. conſil. 20.* ¶ De dictionibus, circa & uſque, & quomodo intelligi debeant, & de copula, &, & quid de dictionibus, à & de, *vide Marc. q 33. part. 2.* ¶ Dictio, perpetuum, multos habet ſenſus. *gloſſ in l. 1. ff. pro ſocio. vide §. 1. inſtit. de perpet. & temp. act.* ¶ Qualiter intelligatur dictio, cito, *vide gloſſ. in l. 1. habet. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe.* ¶ Qualitas juncta verbo, vel participio, debet intelligi ſecundum tempus verbi, vel participii. *l. 26 ff. de milit. teſtament.* ¶ Dictio, penitus, intelligitur ipſo jure; idem in dictione, prorſus. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, ticens P. ſing. penitus.* ¶ Copula, quando ponitur inter perſonas, inter quas cadit neceſſitas inſtituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc non ſtat proprie, neque retinet naturam ſuam, ſed intelligitur ordine ſucceſſivo. *Dec. conſil 95. Ozaſ. dec. 81. num. fin.*

Cap. V. Quando, & quæ ſignificet: denotet.

Genitivum ſignificat, quandocunque cauſam efficientem, quandocunque materialem, & quandocunque dominum. *Bart. in rub. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Dictio, recte, idem ſignificat, quod juſte & legitime, & in hoc differt à dictione, rite, quæ importat, ut res fiat, ſervatis ſervandis, *§. mariti. inſt. de nupt.* ¶ Nam dictio, rite ordinem. *Bartol in l. 1. C. de uſuris*, qualiter differant hæ dictiones, *vide Dec. in l. 3. C. qui admit.* ¶ Relativa, ſuus, ſua, ſuum, non ſemper important dominium. *§. ſed & lex Cornelia. inſt. de injuriis.* ¶ Dictio, tanquam, quid ſignificet, & quid de dictione, tamdiu & donec, *vide Boer. deciſ. 44. n. 28. 29. & 39.* ¶ Et quid importet & ſignificet, *vide Franc. Marc. q. 566. num. 9.* de quo tempore intelligi debeat, relinquitur arbitrio judicis. *Menoch. de Arb. lib. 2. caſ. 43. Rot. Aven. deciſ. 111. in deciſ. diverſo.* ¶ Nomina poſſeſſoria, meum, tuum, ſuum, præſens tempus ſignificant. *l. 8. ff de aur. & arg. leg.* ¶ De ſignificatione dictionis, in, *vide Menoch. de Arb. caſ. 495.* ¶ De ſignificatione verbi, volo & nolo, *ibidem caſ 496.* ¶ Verbum, denotat perpetuitatem. *l. 63. de leg 3.* ¶ Verba, modo aliquo, & nullo modo, idem ſignificant, *Curvet. conſil. 309. num. 4.*

Denotet.

Dictio, poſtea de ſui natura, denotat longum intervallum. *Corſet. in ſuis ſingul. lit. P. ſing. penitus poſtea.* ſed dictio, poſt, quid importet, *vide D. P. Theſſ. deciſ. 30.* ¶ Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis. *Paul. Æmil. Ven. dec. 23. n. 4. part. 2.* ¶ Participium, decedens tempus vitæ, qood eſt in actu mortis, demonſtrat. *l. qui duos. §. 1. ff. de manum. teſtam. l. cum quis decedens de leg. 3.* ¶ Dictio, maxime, appoſita in diſpoſitione, denotat ipſo jure, & quomodo intelligatur, *vide Bart. in Authen. de inceſt. nupt. in princ. num. 7.* ¶ Conjunctio, &, denotat cauſam mediatam, dictio perinde, eſt nota ſimilitudinis, dictio, plerumque, idem importat, quod regulariter *§. 1. inſt. de legit. patro. tutel.* ¶ Quodammodo, dictio, denotat improprietatem. *Bartol. in l. 68. §. duorum. de leg. 2.* ¶ Dictio, mox, accipitur pro confeſtim, & quando

denotat intervallum temporis, *vide Bart. ibid.* quomodo intelligatur. *vide eundem Bart. in l. 9. C. unde vi.* ¶ Dictio, ſemper, denotat continuationem. *Bart. in l. 1. n. 21. ff. ſolut. matrim.* qualiter interpretetur, & intelligi debeat, *vide per Petr. Gemr. ſing. 916.* ubi pulchre, & quid importet, *vide Boer. deciſ. 158.* ¶ Dictio, videtur, denotat dubitationem. *Rot. Gen. deciſ. 26. n. 16.* ¶ Inviolabiliter, dictio, quid denotet, & quid de dictione, penitus, & verbum quodvis in inſtrumento appoſitum, cenſeri debet, ut aliquid operetur, *Boer. deciſ. 23. num. 22.* ¶ Gerundium, vel gerundia quid denotent, & quid importent, *vide Iaſ. de act. in rub. n. 26.*

Cap. VI. Quomodo accipiatur.

Disjunctiva, ſæpe pro conjunctiva accipitur. *Cabal. Milleloq. 410.* ¶ Disjunctiva, quando cadit intet genus & ſpeciem, accipitur pro conjuncta. *Bart. in l. 11. ff. de aur. & argen. legat.* ¶ Dictio, prius, duobus modis in jure accipitur. *Bart. in l. 1. C. de novo Cod. confir.* ¶ Dictio, in, quomodo diverſimode accipiatur, *vide Bart in § illa. l. Gallus. ff. de lib. & poſthum.* ¶ Alternativa quando accipiatur pro conjuncta, *vide Bart. in l. 1. num. 5. ff. de reb. dub.* ¶ Alternativa legis, quando accipiatur pro conjuncta, *vide Bart. in l. 13. §. utrum ff. de reb. dub.* ¶ Claoſula, quæ quotidie ponitur in ſcripturis, nempe ex nunc, prout ax tunc, & è contra; accipitur hoc modo, quia dictio nunc, ſignificat actum verbi prolati, tunc, ſignificat effectum verbi conſummati. *Guid. q. 588.* ¶ Dictio, uſque, capitur incluſive, quando incluſio non eſt contra legem, vel quando oratio affirmativa præcedit. *Cabal. Milleloq. 683.* quando ponuntur incluſive, *vide Bart. in l. 1 ff. de pign. act.* dictio, uſque, quando ponitur ad determinandum prædia diſcontinua, ponitur incluſive. *l. 34. §. Sempronio de leg. 3.* ¶ Si in qualibet parte alternative; mens teſtatoris non verificatur, disjunctiva accipitur pro conjuncta. *Bart. ſing. 75. l. 85. ff. de hared. inſt.* ¶ Quando disjunctiva cadit inter genus & ſpeciem, accipitur pro conjuncta. *l. 11. ff. de aur. & arg. leg.*

Cap. VII. Quomodo verificetur.

Dictio, diu, verificatur in decem annis. *Bart. in l. 1. §. denique. de acqu. pluv. arcen.* ¶ Sæpe, dictio, verificatur de duabus vicibus, ſæpius de tribus, & ſæpiſſime de quatuor, *Boer. n. 16. deciſ. 131.* ¶ Duo adjectiva prolata reſpectu generis, verificant diſpoſitionem in altero, licet utriuſqoe veritas non concurrat. *l. 29. de leg. 3.* ¶ In alternativa, ubi eſt negative concepta, oportet, ut utcunque verificetur. *Jacob. Put. deciſ. 47. lib. 3.* alternativarum ſpecies quor reperiantur in jure, *vide Iaſ. de act. § ſi quis agens. verſ. huic.* ¶ Participium præteriti temporis verificatur ex tempore præſenti, vel incontinenti elapſo. *l. 5. § fin. ff. de incendio ruina.* ¶ Dictio, rurſus, verificatur in duabus vicibus, & quid importet idem in dictionibus, quotiens & quotieſcunque, & iterum. *Bart. in l. 11. § ſi quis de leg. 3.* ¶ Singulare univerſale, poſitum neutraliter, poteſt referri ad omnia præcedentia cujuſcunque generis, vel numeri exiſtant. *l. 98. §. uxori de leg.* ¶ Pluralitas reſpiciens unum finalem effectum, non reſolvitur in ſingularem; ſecus quando diverſos effectus. *Bart. in l. 10. C. de impuberum.*

Cap. VIII. Quomodo referatur, reſolvatur.

Relativum natura eſt referre præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibua, & referens regulatur ſecundum relatum. *Ozaſ. dec. 110. vide ibid. deciſ. 178.* ¶ Dictio, prope, refertur ad modicum tempus, puta ſex menſium; ſed dictio, circa, quid importet, & quid de dictione, amplius, *vide Bart. in §. ſi vero intm. Authen. de Monachis, & in §. quanta. Authen. quando oportet.* ¶ Dictio, ut ſupra, refert præcedentia cum qualitatibus ſuis, ubi tamen eſt eadem ratio, alias ſecus. *Vincen. de Franc. dec. 87. n. 4. 10. vide Ozaſ. deciſ. 164. n. 13.* & facit relationem omnium rerum, quæ ſupra dicta ſunt. *Dec. conſil. 118.* ¶ Adjectiva indefinite, vel generaliter, aut neutraliter poſita referuntur ad omnes res, ad quaa poſſunt adaptari ratione adjuncti, cujus ſignificatio reſtringitur. *l. 16. §. cum dulcia. ff. de trit. vin. ole. leg.*

Reſolvatur.

Disjunctiva poſita inter hæredes, vel legatarios, reſolvitur in conjunctivam, niſi in eadem oratione fuiſſet ſimul poſita conjunctiva. & disjunctiva. *Lud. Rom. ſing. 405.* vel inter gravatos, inter quos cadit affectio. *l. 79. de leg. 2.* ¶ Disjunctiva in ultimis voluntatibus, poſita inter perſonas honoratas, reſolvitur in conjunctivam. *Bart. in l. 8. §. ſi ita. de legat. 3. vide eundem in l. 25. de legat. 3.* ¶ Copula, quæ cadit inter duo, quorum unum de neceſſitate ineſt alteri, tunc cadit inter diverſa, & illa duo in unum reſolvuntur. *Bart. in l. 1. ff. de pact.* ¶ Disjunctiva poſita inter conditiones negativas, reſolvitur in conjunctivam ſavore liberorum, quod ad extraneum extenſum eſt. *l. 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* ¶ Quando ad obtinendum aliquem effectum plura etiam copulative adjiciuntur in reſcriptis, quorum tamen quodlibet per ſa eſt ſufficiens ad effectum hujuſmodi obtinendum, tunc reſolvitur conjunctiva in disjunctivam, & ſufficit de altero ſacere fidem. *Ægid. Bellam. concluſ. 734.* ¶ Alternativa poſita inter genus & ſpeciem, quando de mente proferentis apparet, reſolvitur in dictionem expoſitivam. *Bart. in l. 40. C. de tranſact.* ¶ Dictio, præter, quando incluſive, & excluſive ponatur, *vide Bart, in l. Caſar. ff. de publica. & vecti. & in Authen. quib mod. natur. effi. ſui,* & ponitur incluſive, quando cadit inter tres ſeparataa, quarum una non comprehendit aliam. *l. 10. §. uxori ff. de annu. legat.* ¶ Conjunctio poſita inter incompatibilia, reſolvitur in disjunctivam. *l. 10. ff. de uſu & uſuf. legat.* ¶ Dictio, item, de ſe non eſt repetitiva, ſed continuativa, & non ordinatur ad repetendas qualitates; & conditionea diſpoſitionis præcedentia: ſed quando regula limitetur, & multa alia de hac dictione, *vide per Gaſp. Cabal. Milleloq. 143.*

Cap. IX. Quomodo ponatur: exponatur: extendatur.

Dictio, ſed etſi, ponit diverſitatem in facto, & identitatem in jure, *§. 1. inſtit. de ingenu.* ¶ Dictio, inſta, ponitur incluſive, ubi fit latiſſima interpretatio. *Bart. in l. 1. §. cum urbem. ff. de praefect. urb.* ¶ Disjunctiva, hominis, quando ponstur pro conjunctiva. *vide Bart. l. 13. § utrum. ff. de reb. dub.* ¶ Relativa, qois, vel qui, qualiter ponantur, & quando reſtringantur, *vide Iaſ. de act. §. omnium. n. 24.* ¶ Relativum, quis, ponitur declarative, augmentative & reſtrictive, *vide Bart. in l. 1. C. de ſum. Trin. vide eund. in l. omnes populi ff. de juſtit. & jur.* ¶ Oratio, in qua eſt conjunctio, aliquando ponitur pro disjunctiva, ut ſi promittis dare decem mihi, hæredique meo, nam intelligitur, vel hæredi, ita ut mihi dando, non teneris hæredi. *l. 28 §. fin. cum. l ſeq. ff. de verb & rer. ſignif.* ¶ Quando alternativa ponitur inter genus & ſpeciem, exponitur pro, id eſt. & ſic ponitur reſtrictive. *l. 2. ff. ad leg. Aqu.* ¶ Una dictio, ponit pro alia. quando expedit. *Bart. in l. 79. ff. de condict. & demonſtr.* ¶ Dictio, ſi, ponitur pro, quia, quando per eam additur aliquid, quod de neceſſitate requiritur, & pro, quando, & dictio, &, principaliter, & per ſe venit, ſecus eſt in dictione, cùm. *Bart. in l. 3 de leg. 1.* ¶ Alternativa poſita inter genus & ſpeciem, non ponitur pro conjuncta, quando genus poteſt accipi ut ſpecies ſeparata. *Bart. in l. 34. ff. de aura & argen. leg.* ¶ Dictio prout, quando ſimilitudinarie, quando limitative, quando cauſaliter & quando conditionaliter ponatur. *vide Bart. ſuper conſtitutione ad reprimendam. fol. 102.* ¶ Dictio, imo, ponitur corrective. *l. 47. ff. de hared. inſtit.* ¶ Præpoſitiones, à, &, uſque, ponuntur incluſive in favorabilibus, ſecus in odioſis, niſi diſpoſitio

ſitio

ſitio legis, vel ſtatuti ſonet in contrarium, vel niſi hoc eſſet contra mentem loquentis, *vide Hartm. c. 1. tit. de verb. ſingnif.* ¶ Dictio, hæc, ponitur inter diverſa. *Gram. deciſ. 4. Iaſ. de Actio. §. ſupereſt. n. 8.*

Exponatur, extendatur.

Verbum rei, eſt generale, & dictio ê, eſt præpoſitio, & exponitur pro ex. *Bart. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* ¶ Dictio, debet, quandoque exponitur pro poteſt, & recipit limitationem de urbanitate. *Bart. in l. 3. C. de pignor. 2. lect.* tamen verbum, debet, de ſui natura importat neceſſitatem. *Dec. conſil. 340. vol. 2. vide ſupra tit. prox.* ¶ Dictio, taxativa, auctoritate legis extenditur, & etiam propter rationem legis in favorabilibus; ſecus in odioſis. *Bart. in l. 16. ff. de uſucap.* ¶ Dictio, taxativa, poſita in lege, extenditur ad alios caſus ſimiles, virtute aliarum legum. *Bart. in l. 12. C. de prad. min.*

Cap. X. Quomodo ſtet.

De dictionibus, à, vel ab, hinc, & ſimilium monoſyllabarum tempori adjectarum, an & quando ſtent incluſive, vel excluſive. *vide Magon. deciſ. 8. Rot. Floren.* ¶ Natura copulæ eſt, ut non ſtet declarative, ſeu expoſitive; ſed copulative tanquam inter diverſa. *Cabal. Milleloq. 479.* ¶ Dictio, ſeu, poteſt ſtare ſignificativa ordinis: ſed proprie eſt alternativa. *vide Menoch. conſ. 341. lib. 4.* & aliquando ampliativa. *l. 32 ff. de aur. & argen. legat.* ¶ Dictio, maxime, ſtat limitative, & taxative, & aliquando implicative, & aliter, prout tradit *Capic. deciſ. 163.*

Cap. XI. Quando comprehendat, concipiat, vel non.

Dictio, intra, comprehendit terminum, cui apponitur. *Bart. in l. 1. ff. de offic. praefect. urb.* ¶ Dictio, omnino, comprehendit omnem caſum. *Bart. in l. 14. §. quatenus, ff. quibus ex cauſis majores,* dicta dictio, omnino, vel modis omnibus, intelligitur ipſe. *Rom. ſing. 1. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera O.* & eſt præciſa: quia ejus virtute quis expreſſe compellitur. *l. 11. §. fin. ff. de aqua plu. arcen.* ¶ Dictio. omnis, quotieſcunque & quandocunque eſt univerſalis, & omnia comprehendit, etiam in materia odioſa. *vide Alexan. Raud. tract. de Analog. cap. 12. Gram. deciſ. 4.* ¶ Dictio, aliquis, eſt univerſalis, omnia comprehendens. *Curt. conſ. 309. num. 4.* ¶ Dictio, quicunque, eſt univerſalis, & omnis, eſt generalis, quilibet, indefinita. & dictio univerſalis. plus comprehendit, quam generalis, ſed ambæ reſtringuntur ad habilia. *Doct. in c. 1. ex. de conſtit.* ¶ Dictio, qui, comprehendit maſculinum & fœmininum. *l. 16 ff de jure Fiſci, vide ſupra tit. prox.* ¶ Pronomen, quicunque, continet maſculinum & fœmininum. *Bart. in l. 16. ff. de jure Fiſci.*

Vel non.

Maſculinum non concipit fœmininum, quando in diſpoſitione fit mentio de maſculo per ſe, & demum de fœminino per ſe: quia expreſſum facit ceſſare præſumptum. *Iaſ. Lanfr. Balb. deciſ. 265. vide ſupra tit. prox.* ¶ In pœnalibus & odioſis maſculinum non concipit fœmininum. *Boer. deciſ. 316. num. 8.* quando maſculinum concipiat fœmininum, etiam in ſtatutis. *vide Dec. conſil. 330.* ¶ Indefinita non comprehendit eum, de quo ſpecialiter aſt proviſum. *§. fin. de hered. inſtit.*

Cap. XII. Dictio taxativa, conjunctiva, disjunctiva, continuativa. relativa. implicativa, quæ dicatur.

Dictio, tantum, eſt taxativa, & ſi ponitur in oratione affirmativa, affirmat illud, quod ponit, & negat omne aliud reſpectu rerum & perſonarum. *Æmil. deciſ. 148. numer. 6. part. 3.* ¶ Dictio, tantummodo, eſt taxativa ponens ea, quæ affirmat, & alia negans. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 14.*

Diſtributiva.

Dictio, quiſquis, eſt diſtributiva. *Bart. in l. 11. C. de impuberum.* ¶ Dictio, quilibet, eſt diſtributiva, & dictio, omnis, collectiva, quare dictio, quilibet. diſtribuit actum in quemlibet ſeparatim, dictio vero omnis, conjunctim. *l. 37. §. cum in plures. ff. de recep. arbit.* ¶ Dictio, ita tamen, eſt limitativa & modificativa præcedentium. *Guid. ſing. 334.* ¶ Dictio, non tamen, eſt adverſativa. *Bart. in l. unica. ff. ſi quis jus dicenti. num. 4.* ¶ Dictiones, ſive, ſeu, aut, non ſunt ſimplices disjunctivæ. *idem Cabal milleloq. 414.*

Collectiva.

Dictio, uterque, eſt collectiva, uter & alter, diſtributiva. *Bart. in l. 10. C. de impuberum.* de dictionibus collectivis & diſtributivis. *vide per eundem Bart. in l. 29. ff. de hered. inſtit.* ¶ Quoque, eſt dictio implicativa, ſicut dictio, etiam *Bart. in l. 2. ff. de pact.* ¶ Dictionis ultra, natura eſt implicativa, & incluſiva dicitur. *Ozaſ. deciſ. Pede. 52.* ¶ Dictio, omnis, in ſingulari eſt diſtributiva, in plurali collectiva. *Bart. in l. 47. ff. de jure Fiſci.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Disjunctiva, aut, disjungit verba, vel ſenſum: item dictio, vel, & dictio ſeu, & ſive, habent unam ſignificationem, & licet disjungant verba, ſenſum tamen conjungunt. *Bartol. in l. 13. §. utrum. ff. de reb. dub.* ¶ Dictio, &, non ſemper conjungit res diverſas, ſed ut plurimum talis dictio ponitur cauſa interpretandi, & non conjungendi, & maxime quando ponitur inter duo ſubſtantiva: quia tunc facit, ut unum ſubſtantivum reſolvatur in adjectivum. *Io. Pap. arreſt. 4. lib. 17. tit. 3.* ¶ Copulativæ orationis ea eſt natura, ut omnes perſonæ copulatæ æqualiter vocentur. *Ozaſ. deciſ. 81.* quia natura copulæ eſt reſtringere copulata ad uniformem interpretationem juris; non ad difformem. *l. 4. C. de impuberum.* ¶ Copulativa, &, quos effectus habeat. *vide Afflict. deciſ 106. numer. fin.* ¶ Dictio, &, indicat repetitionem qualitatis præcedentis. *Guid. Pap. q. 181.* ¶ Conjunctio, &, jungit & inducit repetitionem præcedentium in ſequentib. *Guid. q. 567.* ¶ Copula, &, conjungit & aliquando disjungit. *Boer. deciſ. 210.* ¶ Lectio, non aliter, nec alio modo, conditionem importat, taxat & reſtringit actum, & naturam præciſam inducit. *Mago. dec. 49. Rot. Flor.* ¶ Quid importet dictio, totiens, quotiens, *vide Boer. dec. 131. num. 10.* dictio, multoties, verificatur in duabus vicib. *Aluiſ de Alber. ſing. 108.* ¶ Dictio, cum, quid importet, quando ponitur ut adverbium, quando ut conjunctio. & quando ut præpoſitio, *vide Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercit. act.* de differentia, inter & cum. *vide Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Dictio, cum, per modum copulæ cadens inter perſonas, operatur idem, quod dictio, &. *l. 8 de uſufruct. accreſ.* & ponitur, argumentative, non taxative. *l. 55. de legat. 1.* & inducit conjunctionem. *l. 124. eodem.* ¶ Dictio, cum, conjungit acceſſorie in his, quarum natura eſt, ut una res alteri accedat, in aliis conjungit principaliter. *l. 1. ff. de pecul. §. ſi quis ancillas, inſtitut. de legat.* ¶ Virtus copulæ, qualitatem præcedentis legati, repetit in ſequenti: quare qualitas adjecta uni rei, refertur ad omnes res ſub eadem clauſula comprehenſas. *l. 20, §. Cajo, Sejo. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Conjunctio adverſativa operatur, quod uno caſu exiſtente, non habeat locum diſpoſitio facta in alio, *Bartol. in l. 33. ff. de libiis.*

liber. & poſthum. ¶ Copula poſita inter duo adjectiva, non reſpectu unius ſubſtantiæ, non requirit concurſum copulatorum *Bartol. in d. l. Gallus. §. etiam ſi parente.* ¶ Copula, &, vel com, quando inducat repetitionem præcedentium, & quando non. *vide per Bart. in l. 20. §. Cato. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Dictio, cum, in his, quorum natura eſt, ut una res alteri accedat, conjungit acceſſorie, in aliis principaliter. *Bartol. in l. 1. ff. de pecul.* ¶ Dictio, item, & conjunctio, non, inducunt repetitionem in diverſis. *Bart. conſ 3. n. fi.* ¶ Conjunctio tria operatur, addit, reperit & conjungit. *Bart. in ſuo tractatu copula.* & de materia, *vide ibi. Bart. in ſeqq. tractat.* ¶ Relativum, quis, vel qui, facit veram relationem in dubio, non ſimplicem. *l. 15. ff. de juſtit. & jur.* ¶ Relativum, quis, vel qui, injunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem; verbo præſentis temporis, demonſtrationem. *l. 6. leg. 1.* ¶ Relativum, quis, vel qui, poſitum ſine copula, præcedentem ſignificationem reſtringit, ſed ſi copula apponatur, augebit. *l. 44. de leg. 3. vide §. jus autem civile, inſtit. de jure natu. gent.* ¶ Relativum, quis, vel qui, limitat ſuum antecedens ad quod refertur, non alia. *l. 15. §. teſtator. cum ſiq ff. de alimen. & cibar. legat. l. 12. ff. de aur. & argen. leg.* ¶ Natura dictionis, etiam, ea eſt, ut ampliet & implicet caſum magis dubitabilem. *Menoch. de Arb. lib. 2. caſ. 68. n. 40.* ¶ Dictionem, etiamſi, ampliativam diſpoſitionem augere ſcribit *Menoch. ibi. caſ. 310. n. 35.* ¶ Dictio negativa præpoſita verbo, poſt, privat potentiam, & neceſſitatem inducit: fallit in caſibus, de quibus *per Marc. de Mant. ſing. 224.* ¶ Natura copulæ eſt, perfecte & circa idem copulare; non circa diverſa; & etiam ampliare diſpoſitionem. *Crav. conſ. 9. n. 25.* & copula, quæ cadit inter diverſas orationes, non inducit conjunctionem. *Bart. in l. 11. ff. de hared. inſtit.* ¶ Dictio, præter, habet excludere id, ad quod refertur. *l. 68 ff. de leg. 1.* ſed quando ponat, & quando implicet, *vide Bart. in l. 10. § qui ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Duæ negationes quando faciant unam affirmativam, *vide Bart. in l. 1. C. de ſerv. fugit.* ¶ Duæ negationes licet faciant affirmativam, tres tamen faciunt orationem negativam. *Bart. in l. 1. §. ſin autem. ff. de hared. inſtit.* ¶ Negativa præpoſita ſigno univerſali, facit æquipollere ſuo contradictorio, *vide Bartol. in l. 8. §. ſi annua. ff. de pigno act.* ſed orationi particulari non. *Bart. in l. 13. §. utrum. n. 8. ff. de reb. dub.* ¶ Dictio, niſi, quandoque ponit, quandoque privat, & dictio præter, quandoque ponitur exceptive, quandoque additive. *Bart. in l. 4. C. de tranſact.* ¶ Diſtributivum, quod requirit duo verba. ſecundum quod diſtribuit actum primi, ita diſtribuit actum ſecundi. *l. 4. § fin. de leg 1.* ¶ Diſtributivum, ſi quis, ſi actum primi verbi attribuit pluribus, eos inſolidum ad emolumentum vocat. *l. 17. §. ſi quis ita legaverit, de leg. 1.* ¶ Dictio, ſed, poſita cum dictione, & adverſatur in facto, non in jure, poſita ſine, & adverſatur in jure, & facto *Bartol. in l. 1. ff ne quis eum qui in jus voca.* ¶ Dictio, donec, dum, vel quamdiu. & ſimiles, an faciant conditionem, vel modum, *vide Bart. in l. 4. ff. de ſervitutibus, vide eund. in l. 12. C. de uſu & habitat.* ¶ Dictiones, id eſt, videlicet, nedum declarant, ſed etiam reſtringunt. *Bart. in l. 2. ff. ſi quadrup. paup. fec. diſſ. dica.* ¶ Dictio, tantum, non excludit caſus ſimiles, *§. quas autem inſtitut. de bonor. poſſ. ff. l. 1. ff. ſi menſo. falſ. mod. dixe. Dec. in 2. lect. in Rub. qui admitti,* & pronomen, meum, adjectum certo corpori, & verbo præſentis temporis facit demonſtrationem, ſi incerto corpori, taxationem, ſi verbo futuri temporis, conditionem. *l. 83. d. leg. 3.* ¶ Dictio, hoc amplius, inducit repetitionem, perquam præcedentia legata invalida confirmantur; ſecus in adjectione, quæ fit ad dilationem concedendam hæredi. *l. 19. de legat. 1.* de hac dictione, amplius, *vide ibid. l. ult. l. 13. de leg 3. & l. fi. ibid.* ¶ Dictio, præter, habet excludere id, ad quod refertur. *l. 68. de leg. 1.* ſed quando ponat, & quando implicet, *vide Bart. in l. 10. §. qui ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Dictio, ſive, non inducit reſtrictionem, ſimile de dictione, ſeu. *l. 35. §. fin. de leg. 3.* ¶ Dictio, in his, facit repetitionem præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus. *Bart. in l. 8. §. ſi cui certum, de leg. 2.* ¶ Quæ conjunctiones, quæ dictiones, quæ adverbia, quæ verba, quæ participia, & hujuſmodi, inducant conditionem, *vide per Bart. in l. 2. ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Tunc. & eo caſu, &c. iſta verba quando cadunt in aliqua diſpoſitione, an inducant aliquam præſumptionem excluſivam, ſeu reſtrictivam, *vide Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſubſtitut.* ¶ Præpoſitio, à, includit terminum, à quo, & dictio, uſque, includit terminum, ad quem, *l. 21. C. de nuptiis.* ¶ Dictio, niſi, ponit, vel privat, quod in præcedendi eſt poſitum, vel privatum. *Bart. in l. 10. §. qui. ff. ſi quis cautionibus vide gloſſ. ibid.* ¶ Alternativa appoſita inter gravatos, facit eos teneri inſolidum, ut duos reos, & per petitionem, vel partis perceptionem factam ab uno, inducitur diviſio. *l. 8. §. ſi ita de leg. 1.* ¶ Natura conjunctionis ea eſt, conjungere acceſſorie. *Bart. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.* ¶ Relativa, quia, vel qui, an faciant conditionem, *vide Capill. Thol. q. 435.* ¶ Dictio, autem, adverſatur his, quæ ſunt ejuſdem generis. *Bartol. in l. 29. §. eum autem. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Univerſale ſignum operatur, ut indifferenter omnia comprehendantur; ita ut quod diſpoſitio, quæ alias reſtrictionem reciperet, non recipiat. *Ozaſ. deciſ. 94. n. 11. Dec. conſ. 358.* ¶ Dictio, alia, adjecta diſpoſitioni univerſali, includit majora expreſſis. *Ozaſ. deciſ. 52. n. 7.* ¶ Totiens, quotiens, duas tantum vices includit. *Boer. deciſ. 131. n. 19. 20. & 22.* totum, dictio, quot modis accipiatur, *vide Cab. Miſcel. 506.* ¶ Ablativi abſoluti regulariter conditionis vim habent. *Ozaſ. deciſ. 145. & deciſ. 165.* & ſemper conditionem important, quando futurum tempus reſpiciunt, & id quod ſui natura eſt incertum. *Ozaſ. ibid. num. 7. d. deciſ. 145.* ¶ Dictiones taxativæ appoſitæ orationi affirmativæ, affirmant illud, quod ponunt, excludunt & negant omne aliud, *vide Bart. in l. unica. ff. ſi quis jus dicenti.* ¶ Alternativa inducit conſtitutionem duorum reorum. *Bart. in l. 8. §. ſi ita de leg. 1.* ¶ Dictio exceptiva in textu poſita, ponit, & non privat. *Iaſ. inſtit. de act. §. ſupereſt.* ¶ Una pluralitas geminat plures ſingularitates. *l. 2. §. fin. ff. de condit. inſtitut.* ideo diſpoſitio verificatur in qualibet ſingularitate. *l. 29. § fin. de leg. 3.* ¶ Dictio, ultra, quid operetur, & quid de dictione, plus, *vide Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 64.* ¶ Dictio, hoc amplius, non eſt ſolum repentina legati, ſed etiam conditionis præambulum. *l. 106 ff. de condit. & demonſt.* ¶ Dictio, ne, ſive neve, importat. ne quis faciat, & quod curet, ne per alium fiat. *l. 32. ff locati.* ¶ Dictio, æque, facit, ut conjuncti cum disjunctis æqualiter admittantur. *l. 13. ff. de hared. inſtit.* ¶ Præpoſitio, de, auget. *l. 1. in princ. ff. depoſiti.* ¶ Dictio, quoad, non inducit conditionem extinctivam, ſed magis dilationem, niſi aliud ſit expreſſum. *l. 48. ff. de excuſa. tuto. & ibid. Bart.* ¶ An conjunctio, ſed, conjungat, vel disjungat. *Cujac. lib. 25. obſerv. cap. 10.*

TITULUS CCCXLIX.

De conditionibus & contractibus conditionalibus.

Generalia.

De conditione de præſenti, vel præterito tempore, & de legato facto his conceptis verbis: lego tibi centum illos, videlicet quos Titius Sejo legavit. *Ioan. Pet. Surdus deciſ. 337.* ¶ De impoſſibili conditione, *vide per gl. in §. fin. inſtitut. de legat.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. I. Conditio, quæ dicatur, vel non.

An conditio dandi ſit conditio poteſtativa. *Franc. Sarm. lib. 2. ſelect. interp. cap. 2.* ¶ Conditio poteſtativa vim præcepti obtinet. *Ioan. Pet. Surd. deciſ. 232.*

Vel non.

Conditio in præſens, aut præteritum tempus concepta, non eſt proprie conditio; ſed quæ ſit vera, & proprie conditio, *vide Ozaſ. deciſ. 146. n. 9.* ¶ Conditio in fraudem legis appoſita, pro non adjecta habetur. *l. 8. ejus. ff. ad leg. falcid.* ¶ Ablativi abſoluti, regulariter conditionis vim habent. *Ozaſ. deciſ. 145. num. 6. vide Guid. Pap. q. 15.* & ſemper conditionem important, quando futurum tempus reſpiciunt, & id, quod ſui natura eſt incertum, *Ozaſ. ibid. num. 7. d. deciſ. 145.* nam verbum futuri temporis conditionem importat, & formam. *Ozaſ. deciſ. 171. n. 5.* ¶ Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit, *l. 130. §. fin. ff. de reg. jur.* ¶ In ſtipulatione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur. *l. 4. §. hujus rei. ff. de pact. l. 22. ff. de jure dot.* ¶ Quæ ſit conditio poteſtativa, *vide §. puto generaliter. & ibid. gloſſ. in l. 4. ff. de hared. inſtit.* ¶ Jus conditionale poteſt cedi; & donari, & jura conditionalis appellantur ſpea. *l. 3. C. de donat.* ¶ Stipulatio collata in aliquem futurum eventum incertum, eſt conditionalis. *§. ſub conditione. inſtit. de verb. oblig.* ¶ Duplex eſt conditio, una ſuſpenſiva, altera vero reſolutiva, ſuſpenſiva ea eſt, & dicitur, quæ actum ita ſuſpendit, ut ſine ullo effectu penitus maneat, antequam exiſtat conditio, de qua, *vide per Menoch. conſil. 388. lib. 4. num. 15.* ¶ Reſolutiva eſt, quæ non impedit actum eſſe purum, ſed ſuſpenditur in aliquem eventum: ideo hujus conditionis natura eſt, ut actus purus remaneat: ſed reſolvatur ſi conditio ipſa evenerit *Menoch. ibid. num. 16.* ¶ Ad cognoſcendum, an conditio ſit ſuſpenſiva, vel reſolutiva, ſolet adhiberi hæc diſtinctio, aut conditio reſpicit perfectionem contractus, & tunc eſt ſuſpenſiva, aut reſpicit diſceſſum à contractu (quem pro perfecto habent contrahentes) & tunc dicitur reſolutiva. *Menoch. ibid. numer. 17.* ¶ Quando dicatur reſpicere perfectionem contractus. & quando dicatur reſpicere diſceſſum, *vide ibidem numer. 19.* ¶ Defectus cauſæ impulſivæ non impedit jus agendi, neque habetur loco conditionis, vel cauſæ finalis. *l. 25. C. de jure dot.*

Cap. II. Qualis ſit.

Difficilis conditio multum differt ab impoſſibili. *Cujac. lib. 21. obſer. cap. 39.* ¶ Quæ differentia ſit inter conditionem, & diem certum. *Cujac. lib. 18. obſerv. cap. 1.* ¶ Modus, conditio in effectu æquiparantur, & ſi non ſtat per implere debentem, ei non imputatur. *l. 1. C. de his, quæ ſub modo.* ¶ Modus, & conditio in quo conveniant, & in quo differant, *vide gloſſ. ibid.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Conditio, ſi deceſſerit ſine filiis, aut deſcendentibus legitimis & naturalibus, an de maſculis tantum intelligatur, vel etiam de fœminis ad excluſionem ſubſtituti. *Ioan. Pet. Surd. deciſ. 66.* ¶ Conditio adjecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur, ſi alias, pactum redderetur inutile. *l. 11. ff. de pact. dotal.* ¶ Subſtantia ſtipulationis puræ, vel conditionalis, non poteſt eſſe in pendenti, ſed legatum poteſt pendere, antequam ejus dies cedat. *l. 26. ff. de ſtipula. ſervo.* ¶ Si quis ſic dixerit, ut intra diem mortis ejus aliquid fiat, ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt, numeratur. *l. 133. ff. de verb. & ver. ſignif.* ¶ Conditio de inſtrumentis reddendis continet in ſe etiam liberationem præſtari, & quod ſola ſufficit, ſi inſtrumenta reddi non poſſunt. *l. 86. §. ſi im. de legat. 1.* ¶ In conditionibus, quæ poſſunt ſemel tantum exiſtere verbum, quod ſe habet ad plura tempora, intelligitur ſecundum quod prius evenerit. *l. 3. in princip. ff. de adimen. legat.*

Extendatur, dicatur repetita.

Conditio, ſi fuerit remotus à ſuperioribus, an extendatur ad caſum mortis, *Io. Pet. Surd. deciſ. 302.* ¶ Reus ſi dicat ſe promiſiſſe ſub conditione, an debeat conditionem probare, vel actor puritatem, *vide gloſſ. in l. 9. C. de exceptio.* ¶ Conditio appoſita in perſonam unius, in perſona alterius ſibi conjuncti, non videtur repetita. *l. 92. §. Seio, de leg. 2.* ¶ Dies adjecta conditioni validæ, quæ in facto promiſſoris conſiſtit, in ſtipulatione intelligitur repetita, quare etiamſi conditio defecerit ante diem, ſpectatur dies; ſecus ſi in invalida, quæ in facto promiſſoris non conſiſtit. *l. 8. ff. de verb. oblig.* nam ubi eſt dies, & conditio expectatur dies, licet conditio evenerit. *l. 9. §. 1. ff. ſi quis cautionibus, cum l. ſeq.*

Cap. IV. Quibus modis inducatur, adjiciatur.

An ſemper nobis liceat in interpretationibus noſtris tacitas conditiones inducere. *Cujac. lib. 21. obſerv. c. 18.* ¶ Mutui datio poteſt ſuſpendi in eventum conditionis expreſſæ, vel tacitæ; ſicut ſtipulatio. *l. 7. & 8. ff. ſi cert. petat.* ¶ De adjectione alterius. alteri poteſt adjici conditio. *l. 3. §. ſi quis ff. hared. inſtit.* ¶ Conditio, an ſit negative, vel affirmative concepta, nihil refert, quoad effectum, ut actus dicatur conditionalis. *Ozaſ. deciſ. 145.*

Cap. V. Quibus modis attendatur: verificetur.

Clauſula, ex nunc, prout ex tunc, &c. licet temporis incluſionem notet, non tamen in conditionali operatur, quin tempus conditionis impletæ, & non ſermonis prolati, attendatur. *Caſſad. deciſ. 3. tit. de praben. num. 15.* ¶ Conditionis eventus eſt ſpectandus, ut promiſſor conditionalis teneatur: quia conditioni ſuppoſita, non ſunt in diſpoſitione. *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 498.* & conditione pendente, neque obligatio, neque actio, competit. *ibid. num. 7.* ¶ Contractus tempus, quantum ad acquiſitionem inſpicimus, in his, quæ retrotrahuntur: in his vero, quæ retro non trahuntur, tempus conditionis exiſtentis. *Bart. in l. 5. §. ſi maritus. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 8. §. fin. eod.* ¶ Merum factum ſpectari in conditionis eventu, habetur, *Menoch. lib. 2. caſ. 498. num. 9.* ¶ Tempus petendæ reſtitutionis, quando aliquis contrahit ſub conditione, an currat à die contractus, vel à die exiſtentia conditionis. *vide Bartol. in l. 1. §. biduum. ff. quando appella. ſit.* ¶ Stipulatio pura, non poteſt eſſe impendenti, & ut ſtipulatio valeat, inſpicitur initium contractæ ſtipulationis, non tempus exiſtentis conditionis. *Bart. in l. 26. ff. de ſtipulat. ſervo.*

Verificatur.

An conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, verificetur in filio naturali. *Vand. quaſt. lib. 2 q 16.* ¶ Conditio collata poſt mortem patris, verificat filio ſui juris effecto per emancipationem. *l. mulier. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.*

Cap. VI. Quando impleatur, vel non

Conditio, ſi intraverit monaſterium, an ſit impleta per ingreſſum ante profeſſionem. *Ioan. Pet. Surdus deciſ. 303.* ¶ Habetur conditio pro impleta, quando is, qui implere debet, impeditur facto, qui ex implemento tenetur. *l. 3. §. fin. ff. de conditio. cauſ. dat. facit l. 85. §. quicunque. ff. de verb. oblig.* ¶ Conditio habetur pro impleta, quantum ad contrahentem, per quem non ſtat. *l. 50. ff. de contrah. empt. & vend.* ¶ Conditio dandi poteſt conferri in perſonam certam & incertam & nihilominus debet adimpleri. *l. 4 ff de reb. dub.* ¶ Illa data conditione, illud facito in diebus, ſi nihil præterea fuiſſet adjectum, in dubio conditionem impleri oportet. *l. 217. ff. de verb. & ver. ſignificat.* ¶ Quotiens ſtat per eum cujus intereſt conditionem non impleri,

 perinde

perinde habetur, ac ſi conditio impleta fuiſſet. *l. 122. ff. de reg. jur.* ¶ Conditio in perſona hæredis adimpleri poteſt. *l. 18. & ibi gl. ff. de in diem addic.* ¶ Conditio caſualis in contractibus ſufficit, quod ſit impleta ante contractum, poteſtativa poſt contractum impletur (etiam à ſciente) quoad obligationem acquirendam. *Bartol. in l. 2. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Conditio intra certum tempus implenda, an poſſit poſt tempus impleri. *Afflict. deciſ. 73. num. 5.* ¶ Licet conditio ſit individua, poteſt tamen ab uno ſervorum impleri (ut liber fiat) altero ceſſante, cui ceſſanti extinguitur conditio ſemel ab alio impleta. *l. 13. ff. de manumiſſ. teſtat.* ¶ Conditio negativa in contractibus impletur morte. *§. ſi quis in inſtit. verb. oblig.*

Vel non.

Promittens aſcendere capitolium, conditioni non prius ſatisfacit, niſi ſecuta morte: nam tunc certum eſt, eum amplius aſcendere non poſſe. *Monoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 498. num. 4.* ¶ Civilea filii conditionem non implent: Ideo ad implementum conditionis non ſufficit civiliter factum. *l. 53. §. fin. de leg. 2.* ¶ Conditio, ſi quis dederit filio ſuo aliquid, non impletur dando curatoribus filii: quia jus conſiſtens in dando, non poteſt impleri in perſona curatoris adulti. *l. 53. ff. de manum. teſt.* ¶ Conditio poteſtativa, quando impeditur per factum hominis, non habetur pro impleta: ſecus ſi impediretur per factum naturæ. *l. 23. §. idem. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Conditio conſiſtens in dando in perſona pupilli, vel furioſi, ſine tutoris, vel curatoris auctoritate non impletur; ſecus ſi in faciendo conſiſtit. *l. 68. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Conditio nuptiarum non impletur in nuptiis invalidis. *l. penult. ff. quando dies leg. ced.* ¶ Conditio non purificatur forma non ſervata. *Ægid. concl. 667.*

Cap. VII. Quam retrahatur, vel non.

Retrotractio non fit, niſi per fictionem, & fictio non operatur, niſi manente æquitate. *Caſſad. deciſ. 3. tit. de præbend. num. 21.* ¶ Licet implemento ſecuto, conditio retrotrahatur ad tempus contractus; tamen hoc non procedit in præjudicium tertii, cui medio tempore jus quæſitum eſt. *Lud. à Pegue. in ſuis quaſt. trim. c. 48. num. 12. Mago. deciſ. Luc. 21.* ¶ Conditio exiſtens in contractibus trahitur retro ad tempus ſtipulationis, quod verum eſt, ſi tempore exiſtentis conditionis reperitur extremum à quo, habile ad contrahendum: ſecus ſi ex parte rei reperitur inhabile, veluti ſi medio tempore jus alteri eſſet quæſitum. *Dec. conſ. 405. volum. 2. vide Bart. in l. 74. ff. de novatio. & de leg.* ¶ Exiſtente conditione, retro poteſt deberi pecunia. *l. 126. ff. de verb. oblig.* ¶ Conditio poteſtativa non trahitur retro; ſecus in caſuali, vel mixta. *l. 12. §. ſi filiosfam. ff. mandati*, & de ratione, cur in contractibus conditio retrotrahatur, & non in ultimis voluntatibus, *vide Bart. ibi. & in l. ſi is, qui pro emptore. num. 46. ff. pro emptore, & in l. 132. §. fi. ff. de verb. oblig.* ¶ Contractus conditionalis, conditione exiſtente fingitur retro perfectus. *Bart. in l. 8. § quod ſi pendente ff. de pericul. & commod. rei vend.* & retrotrahitur ſi conditio ſit caſualis; ſecus ſi poteſtativa. *Bart. in l. 9. ff. qui potior. in pign. haben.*

Cap. VIII. Quomodo tranſeat, tranſmittatur ad alios, vel non.

Jus implendi conditionem, an tranſeat ad hæredem, *vide Boer. deciſ. 182. num. 22. Bart. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. & in l. 17. §. cum fidejuſſor. ff. de fidejuſſ. & mand.* ¶ Debitum in diem, & ſub conditione, etiam ante diem & conditionem, tranſmittitur ad hæredes, *Ægid. Bellam. concluſ. 717. & concl. 213.* ¶ An in contractibus; jus adimplendi conditionem tranſeat ad hæredes, diſtinguendum eſt inter conditionem caſualem & poteſtativam, ſeu arbitrativam; primo caſu conditionis implementum ad hæredes transfertur, altero vero caſu non; quod limita in conditione poteſtativa, cujus implementum verſatur circa reſolutiones contractuum, *vide Andr. Gail. obſ. 2. lib. 2. l. 4. §. ſi ſub conditione. ff. de fideic. lib. & l. 48. de verb. oblig.* ¶ Si filia in quittatione reſervaverit jus ſuccedendi caſu, quo fratres morerentur ſine liberis, tale jus reſervatum tranſmittitur ad hæredes. *Crav. conſ. 172. n. 9. & 12.* ¶ Spes in ſtipulatione conditionali tranſmittitur in hæredes: ſecus in legatis, ſed de ratione diverſitatis, *vide Bart. in §. verbis. inſt. de verb. oblig. eund. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. n. 55.* ¶ Stipulatio habens conditionem caſualem tranſit ad hæredes; ſecus ſi poteſtativam. *Bart. in l. 48. ff. de verb. oblig.* ¶ Effectus obligationis conditionalis tranſit contra hæredes. *l. 57. ff. de verb. oblig.* & hæreditatem jacentem. *l. 24. ff. de novat. & delegat.* ¶ Spes futuri debiti ex contractu conditionali, tranſmittitur ad hæredes: ſecus in ultimis voluntatibus. *§. ſi quis. & §. cum quis. inſtit. de inutil. ſtipulat.* ¶ Facultas denunciandi tranſit ad hæredes, non facultas implendæ conditionis. *l. 48. ibi.* ¶ Jus implendi conditionem, non tranſit ad hæredem ex diſpoſitione legis. *l. 3. ff. de collat. dot.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint pendente; ante, vel poſt conditionem, vel non.

Clauſula irritativa adjecta conditionali diſpoſitioni, non operatur aliquem effectum ante eventum conditionis. *Ozaſ. deciſ. 5. num. 11.* ¶ Sub conditione impoſſibili datum, an poſſit repeti, *vide l. 8. & ibi. gloſſ. C. de condictio. cauſ. dat.* ¶ Viventium actus, quando poſſint eſſe in pendenti, *vide Bart. in l. 19. ff. communia prædiorum, & ibid. l. fin.* & actio quando poſſint eſſe in pendenti, *vide eundem in l. 10. ff. de nego. geſt.* ¶ Qui ante conditionem agit, male agit, nec rei judicatæ repellitur, ſi poſtea conditione exiſtente cœpit agere, interim tamen poteſt cautio poſtulari. *l. 13. §. fin. ff. de pignorib.* ¶ Quouſque poteſt conditio deficere, non poteſt agi. *l. 27. §. ſi ſtipulatus ff. de verborum obligation.* ¶ Poteſt fieri ſtipulatio ſub conditione, at exiſtente conditione retro à die interpoſitæ ſtipulationis, annua pecunia habeatur. *l. 84. ff. de verb. oblig.* ¶ Conditione pendente, quis non dicitur habere jus in re; nec ad rem. *Ægid. Bell. concl. 666.* ¶ Debitor conditionalis poſt conditionis eventum interpellandus eſt, ut ſolvat. *Menoch. de Arb. lib. 2. caſ. 498. num. 8.* ¶ Si aliquid promittatur nuda conventione, & poſtea ſubjicitur conditio, ſi illud factum non erit centum promittis nomine pœnæ, & hoc fiat per ſtipulationem; quid juris, *vide l. 5. C. de contrah. ſtipul.* ¶ Tutor teſtamentarius poteſt dari ſub conditione, ſecus in legitimo, quænam ſit diverſitatis ratio, *vide gloſſ. in §. ad certum tempus inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* ¶ Quando fit venditio, mediantibus aliquibus pactis, venditio intelligitur facta ſub conditione, ſi pacta fuerint adimpleta: Ideo interim ſuſpenditur. *Natt. conſil. 372.* ¶ Jus non dicitur quæſitum ex actu ſuſpenſo, conditionali & imperfecto. *Rot. Gen. deciſ. 1. num. 27.* ¶ Jus non competit ante conditionis eventum, & exequutio interim fieri non poteſt. *Crav. conſ. 10. num. 15.* & conditione non impleta, non competit actio. *Dec. conſil. 421.*

Cap. X. Quæ valeant.

Promiſſio cum volueris valet, ſi ante mortem declares te velle, ſecus in promiſſione ſi volueris. *l. 46. §. fin. ff. de verb. obligat.* ¶ Ante conditionem purificatam, quod agitur, vel geritur, nihil valet. *Iac. Put. deciſ. 253. lib. 2.* quia ex actu conditionali agi non poteſt, niſi purificata conditione. *Paul. Æmil. deciſ. 338. part. 1. & deciſ. 35. part. 2.* ¶ Conventio ſub aliquo futuro eventu conditionis valet; ſed ſi fuerit facta ab aliquo futuro

even

Digitized by Google

eventu jam purificato partibus ignorsntibus, non valet. *Vincent. de Franc. deciſ. 113.* ¶ Obligario conditionalis, etiam ſine cauſs valet, dummodo conditio non ſit turpis, vel impoſſibilis. *Papon. lib. 10. titul. 2. arreſt. 2.* ¶ Ideo valet conventio, & promiſſio ſub sliquo futuro eventu conditionis, & alia cauſa non requiritur; ſed ſolus eventus conditionis. *Dec. conſ. 115. vide Ozaſ. deciſ. 120. num. 10.* ¶ Conditio etiam impropria, in pacto, appoſita habetur pro forma & cauſa: ideo purificat condirione valet ad agendum conventio. *Afflict. deciſ. 339. Rot. Gen. deciſ. 108.* ¶ Quando eſt impedimentum mixta conſideratione rei, & perſonæ, valet ſtipulstio, ſi impedimentum ceſſet tempore exiſtentis conditionis. *l. 98. ff. de verbo. oblig.* ¶ Stipulatio concepta ſub conditione, quæ pendet ex facto certæ perſonæ, valet. *l. 118. eod.*

Cap. XI. Quæ faciant conditionem, vel non.

Qui ſint actus, qui non recipiunt diem, vel conditionem, *vide l. 78. ff. de reg. jur.* ¶ Etſi inter Doctores multum diſputetur, an verba illa appoſita in contractu, cum pacto, & conditione, &c. modum importent, vel conditionem, tamen quando conſtat contrahentes ſenſiſſe, quod priuſquam quis commodum cspiat, debeat ſequi implementum, tunc verba illa, quæ ad utrunque ſe habere poſſunt reſolvuntur in conditiouem. *Hier. Mago. dec. Luc. 21.* ¶ Clauſula, non alirer, nec alio modo, conditionem importat. *ibid. num. 7. Mago. deciſ. Flor. 49.* ¶ Relativa, quis, vel qui injuncta verbo futuri temporis, faciunt ſuum antecedens conditionale; ſed juncta verbo præſentis temporis, ſolum faciunt demonſtrationem, *Caſſad. dec. 3. tit. de praben. num. 11. & 12. facit l. 6. de leg. 1.* ¶ Interpoſitio auctoritatis tutoris eſt actus legitimus, qui conditionem non recipit, *l. 8. ff. de aucto. & conſe. tut. vel cura.* ¶ Expreſſio ejus, quod tacite ineſt, diſpoſitionem conditionalem non inducit, *l. 6. §. ſub conditione. ff. de tute.* ¶ Pronomen meum, adjectum certo corpori, & verbo præſentis temporia, facit taxationē: ſi vero verbo futuri temporis, conditionem, *l. 83. de legat. 3.* ¶ Dictio, ſi, facit principsliter conditionem, ſecundo tempus, dictio, cum, facit principaliter tempus, & ſecundsrio conditionem, *l. ſi Titio. ff. quando dies legat. ced.*

Vel non.

Hæc verba, qua die pejero, promittis, non reddunt ſtipulationem conditionalem, ſed puram. *l. 9 §. qui ſub conditione. ff. de novat. & delegat.* ¶ Reſolutio conditionalis in contractibus, non facit primum contrsctum conditionalem; ſed in ultimis voluntatibus ſic. *Bart. in l. eo. ff. de adimen. legat.* ¶ Illa verba, ſi & in quantum juris ſit, & ſimilia, per quæ jus in conditione confertur, non faciunt diſpoſitionem conditionalem: quia jus eſt certum. *Iaſ. Lanſ. dec. 231.* ¶ Quando tempus certæ ætatis apponitur juri jam quæſito, in dubio facit tempus, non conditionem. *l. 12. C. de uſu. & habitatio.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

An impoſſibilis conditio vitiet diſpoſitionem. *Fran. Sar. lib. 2. ſelect. interp. c. 1. & 2.* ¶ An defectus conditionis putativæ vitiet diſpoſitionem, *Fran. Sar lib. 2. ſelect. interp. c. 2.* ¶ Conditio reſolutiva, non impedit quin interim actus dicstur purus; ſecus in conditione ſuſpenſiva. *Hier. Mago. dec. 1. n. 9. Rot. Floren.* ¶ Conditio, quæ dependet es facto tertii, non ita gravat, ſicut illa, quæ dependet ex exiſtentia rei, vel voluntate ejus, pro quo eſt ſcripta. *Caſſ. dec. de preb. n. 19.* ¶ Debitor conditionalis pendente conditione non eſt ſimpliciter debitor, ſive conditio ſit expreſſa, vel tacita: quia utraque ſuſpendit. *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtituto. reg. tract. de litte. obliga. ar. 2. gl. un. num. 71. 72. tom. 1.* tamen purificata conditione, & evento die, ſit exequutio, ac ſi ab initio purum eſſet debitum, ſi ſit liquidum, *Rebuff. ibi. num. 72.* ¶ Tacita conditio impedit nativitatem actionis, ſicut expreſſa. *Bart. in l. 4. C. de recep. arbit.* ¶ Quando ex obligatione conditionali oriatur obligatio, *vide Bart. in l. 115. ff. de verb. oblig. numer. 49.* ¶ Qui tenetur ad diem, vel ſub conditione, poteſt conveniri ad præſtandam cautionem. *l. 41. ff. de judi.* ¶ Stipulatio conditionalis obligationem præcedentem puram, ſuſpendit, & eam novat, in conditionis eventum. *l. 36. ff. ſi certe. pet.* ¶ Conditio de præſenti, vel præterito non ſuſpendit; ſecus in conditione de futuro. *l. 37. ff. eod. l. 110. ff. de verb. oblig.* ¶ Conditio nihil ponit in eſſe. *Ozaſ dec 166. num. 5.* & actus conditionalis nihil operatur ante conditionis eventum *Caſſad. deciſ. 3. de praben. num. 16.* ideo conditione non verificata; ceſſat diſpoſitio. *Ozaſ. deciſ. 171. num. 6.* & pactum appoſitum in conditione, ea non purificata, non inducit diſpoſitionem. *Rot. Genu. deciſ. 192. Afflict. dec. 355.* nam diſpoſitio conditionalis futura, & mere cauſalis conditione ſuſpenſa, non poteſt aliquem ſortiri effectum ante hujuſmodi conditionis eventum. *Ægid. Bellam. concluſ. 723. num. 16. Rol. conſ. 63. vol. 4.* ¶ Promittens accepto precio convento aliquid ſolvere, ſi uxorem duxerit, purificata conditione, tenetur. *Rot. Genn. dec. 108.* ¶ Purificata uns ex pluribus conditionibus alternativis appoſitis promiſſioni. dicitur committi ſtipulstio *Rot. Genu. dec. 108.* ¶ Pactum conditionale adjectum inſtrumento mutui, quod ſi intra terminum non ſolverit, teneatur debitor ſubmittere rem cenſuariam, cum poteſtate affrancandi, reſolvitur in alternativam, & ſic electio eſt debitoris: Ideo non poteſt cogi ad ſulvendam pecuniam. *Afflict. deciſ. 379.* ¶ Acceptilatio facta fidejuſſori pendente conditione, cujus exiſtentia non fingit, quem retro obligatum, non prodeſt principali. *l. 13. §. ſi legatorum. ff. de acceptilat.* ¶ Si filiusfa. ſub conditione ſtipulatus emancipstus fuerit, deinde extiterit conditio patri actio competit: quia in ſtipulstionibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus, *reg. ſi filiusfa. de reg. jur.* ¶ Conditionis reſolutivæ, natura eſt, ſemel factum infectum reddere ſub aliquo futuro eventu, & virtute pacti reſolutivi, ipſo jure ſine aliqua retrotraditione, transfertur dominium. *Mago. dec. 49. Rot. Flor.* ¶ Conditio exiſtens, ſive in vita, ſive poſt mortem ſtipulatoris, purificat conditionem. *leg. 23. ff. de pact. dot.* ¶ Emptor lucratur fructus perceptos ex re empts pendente conditione, qua deficiente venditoris fiunt niſi in caſu deficientis conditionis, emptor precium perdat, venditoriſque lucro cedat. *Lud. Rom. ſing. 544.* ¶ Tutor non implens conditionem utilem, pupillo, tenetur ad intereſſe. *l. 21. C. de adminiſt. tut. vel cura.* ¶ Si conditio ſtipulationis exiſtat tempore, quo non eſt perſona principalis vere, vel interpretative, ſtipulatio non committitur, & fidejuſſores non tenentur. *l. poſtquam. ff. ut legat. ſeu fideic. cau. cavea.* ¶ Stipulatio conditionalis facta animo novandi, moram præcedentem non purgat, & cum certum ſit ſecundam obligationem committi non poſſe, poteſt ſtatim agi ex prima, & re deficiente in conditionis eventu, ſecunda committi non poteſt: ſecus ſi extat, licet prima obligatio ſit ſublata. *l. 56. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio conditionalis animo novandi tollit effectum moræ, ſi erat res præſens, alias ſecus. *l. 72. §. cum mihi, de novatio. & deleg.* ¶ Obligatio conditionalis, ſeu mutua non habet paratam exequutionem, *Ioan. Pap. lib. 10. tit. 1. arreſt. 1.* ¶ Conditio denotatur per iſta verba, quando matrimonio collocabitur, & deficiente conditione perinde eſt, ac ſi actus factus non eſſet, *Cravet. conſ. 15.* ¶ Pœna compromiſſi, habet in ſe tacitam conditionem ut contra ejus petitionem, doli objiciatur exceptio, ſed hæc conditio tacita, non

facit

Digitized by Google

facit rem conditionalem, *l. 36. ff. de recep. arbit.* ¶ Verba per modum conditionis prolata, inducunt diſpoſitionem, quando diſpoſitio ſibi annexa alias non ſortiretur effectum. *l. 23. ff. de uſufr.* ¶ Tranſacto tempore, infra quod conditioni quis parere debet, poſt tempus, non admittitur. *l. 23. ff. de ſtatu. libe.* ¶ Poſſeſſio, vel dominium ſub conditione poteſt transferri, & defectus conditionis impedit ejus translationem. *l. 38. §. ſi quis. ff. de acq. vel amit. poſſ.* ¶ Si conditio pro parte eſt poſſibilis, ſufficit ſi ei pareatur, in eo, quod poſſibile eſt. *l. 13. de dot. prælegat.* ¶ Impoſſibilis conditio vitiat omnem contractum: quia hoc tacite videtur agi inter contrahentes, ut non valeat: cum impoſſibilis conditio contractui apponitur. *l. 30. ff. de act. & oblig.* ¶ Impoſſibilis conditio affirmativa vitiat ſtipulationem: ſecus in negativa, veluti ſi digito cœlum non tetigeris, dare ſpondes. *l. 7. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio concepta ſub alternativa conditione, altera earum exiſtente, committitur ſtipulatio, nec amplius poteſt committi, etiam altera conditione poſtea exiſtente. *l. 13. circa medium. ff. judicatum ſolvi.* ¶ Debitum in diem certum poteſt ſolvi ante diem; ſecus in diem incertum. *l. 38. §. inter. ff. de verb. oblig.* tamen debitum conditionale ſolvi poteſt, ſed an creditor cogatur recipere, *vide Bart. in l. 6. §. qui pararur. ff. quib. mod. Pignus, vel Hypot. ſolvat.* ¶ Conditio illa efficax eſt, quæ in conſtituenda obligatione inſeritur, non, quæ poſt eam perfectam ponitur, veluti per pactum; quia illa non obſtante, creditor agit, ea tamen exiſtente locus erit exceptioni pacti conveoti, vel doli. *l. 43. §. conditio. ff. de actio. & oblig.* ¶ An, & quando conditio impoſſibilis vitiet, & oon vitietur, & econtra, *vide gloſſ. in §. loca. inſtit. de verb. oblig.* ¶ Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem; conditio vero neceſſaria facit eam haberi pro rata; ſecus in ultimis voluntatibus. *§. impoſſibilis. inſtit. de inutil. ſtipul.* ¶ Promiſſio eſt acceptanda cum ſuis conditionibus & qualitatibus; alias non nocet promittenti. *Menoch. conſ. 239. lib. 3.* ¶ Stipulatio concepta ſub duabus contrariis conditionibus ſi committatur ex una, ex altera committi noo poteſt. *Bart. in §. quoniam authen. de nup.* ¶ Verba enunciativa conditionaliter prolata, non inducunt diſpoſitionem. *l. 19. ff. de hær. inſtit.* ¶ Ex pacto de liberando, impleta conditione, competit exceptio; & non actio. *l. ſi unus. ff. de pact.* ¶ Qui poteſt facere, ut poſſit conditioni parare jam poſſe videtur quod quis ſi velit habere, non poteſt, id repudiare non poteſt. *l. 135. ff. de reg. jur.* ¶ Implementum conditionis implendæ, ſi perficitur contractus tempore, ignorantibus contrahentibus vitiat actum, *vide Mago. dec. 8. Rot. Flor.* ¶ Pars non poteſt venire contra accordium factum ſub conditione, ſi placebit curiæ, ante curiæ Placentiam. *Ioan. Gail. q. 210.* ¶ Caſus etiam fortunæ, facit licitum, quod alias non liceret. *Dec. d. conſil. 115. numer. 4.* ¶ Modus adjectus contractui contractum non ſuſpendit, & actione ex eo contractu, quis modum implere cogitur; ſecus in conditione. *l. 41. ff. de contrahen. empt. & vend.* ¶ Caſum etiam fortunæ, facit licitum, quod alias non liceret, *Dec. conſil. 115. numer. 4.* ¶ Si rem meam ſub conditione ſtipulor, utilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non erit, *l. 31. ff. de verb. oblig.*

Cap. XIII. Quando deficiat, vitietur,

Non expectatur conditio, cujus eventus nihil operatur. *l. 33. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Conditio impoſſibilis, vel turpis rejicitur, ne diſpoſitio vitietur in contractibus bonæ fidei. *Bartol. quæſt. 12. numer. 13.* ¶ Conditio caſualis adveniente die deficit, & committitur ſtipulatio. *Afflict. decis. 73. numer. 3.*

Cap. XIV. Contractus conditionalis: quis dicatur quando probet.

Quando dubitatur, an contractus ſit conditionalis, vel modalis, quid juris, *vide Natt. conſil. 373. numer. 23.* ¶ Contractus, in quo reſervatur conſenſus domini, habetur pro imperfecto, domino non conſentiente, & contractus ſub aliqua conditione admiſſus, cenſetur ſub contraria conditione revocatus. *Ozaſ. decis. 16. numer. 4. vide Rol. conſil. 63. vol. 4.* ¶ Actus conditionalis non probat, niſi probetur purificatio conditionis. *Ægid. Bellam. concluſ. 135.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Cautio Mutiana, non habet locum in contractibus. *Bart. in l. Mutiana. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ Conditio oon nubendi ſecundo, non eſt in vidua improbata. *gloſſ. in authen. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier.* ¶ Inſtrumentum venditionis certum pretium debet continere, alias non probat: quia pretium in venditione certum eſſe debet: quod limita, quatuor in caſibus traditis, *per Gail. Obſerv. 13. libr. 2.* ¶ Non ſolum ita ſtipulari poſſumus cum morieris; ſed etiamſi morieris. *l. 45. §. non ſolum. ff. de verbo. obligat.* ¶ Poteris obligari de dando mihi, quod alius mihi debet, cum ipſe debitor eſſe deſierit. *l. 20. ff. de verbo. obligat.* ¶ Ubi pendet cauſa, pendet cauſatum. *l. 25. §. interdum. ff. eod.* ¶ Conditionem lapſo die, non ſufficit poſtea eveniſſe. *Afflict. dec. 73. n. 5.*

TITULUS CCCL.

De modo, & contractu modali.

Cap. I. Modus: Quis dicatur, qualis ſit, quomodo intelligatur.

MOdus dicitur moderatio quædam diſpoſitioni adjecta, aggravans in tempus diſpoſitionis perfectæ. *Menoch. conſil. 132. lib. 2.* & plene quid ſit modus, & quando diſpoſitio cenſeatur modalis, & conditionalis, *vide ibid. per Menoch. tum conſil. ſequ.* ¶ Modus quando reſpicit commodum alterius appoſitus in diſpoſitione, dicitur cauſa finalis. *Bart. in l. 95. de leg. 1.* ¶ Modus & conditio, in quibus conveniant, & in quibus differant, *vide gloſſ. in l. 1. C. de his, quæ ſub modo.* ¶ Verba, quæ poſſunt intelligi ſub conditione, & ſub modo, qualiter intelligantur, *vide Bart. in l. 6. C. de tranſact. num. 0.*

Cap. II. Quando impleatur.

Qualiter modus impleatur, vel caveatur, *vide per Bart. in l. 40. ff. de conditio. & demonſtratione.* ¶ De natura conditionis eſt, quod impleatur ſeu purificetur ante exequutionem actus, ideo quando aliquid venit implendum poſt exequutionem ipſius actus dicitur modus, & non conditio. *Crue. conſil. 59.* ¶ Modum, qui implere debet ita demum privatur commodo, tum fuerit interpellatus, vel monitus. *Menoch. in d. conſil. 131.* cum tribus ſequentibus, ratio, quia modus debet impleri per viam compulſionis, conditio per viam excluſionis. *Menoch. ibi. in d. conſil. 131. num. 12.* ¶ Modus habetur pro impleto, quando non ſteterit per implere debentem, & modus mixtus habetur pro impleto, ſi facto impleri impediatur. *Menoch. conſil. 262. numer. 13. & 14.*

Cap. III. Quando valeat; inducatur, & qui ſint effectus.

Relativum incertum in vim modi, non valeat; quia relictum in vim modi, producit actionem, & obligationem. *Bart. in l. 6. ff. de reb. dub.* ¶ Dictio, poſtquam, non inducit conditionem, ſed modum. *Bart. in l. 33. ff. de dol. mal.* ¶ Hæc verba, ita ut faciunt modum, & poteſt quis compelli, ad modum impelleodum. *l. 17. §. hac ſcriptura. ff. de manumiſ. teſtam.* ¶ Modus adjectus contractui, contractum non ſuſpendit, & actione ex eo contractu, quis modum implere cogitur; ſecus in conditione. *l. 41. ff. de contrah. emp. & vend. & Bart. in conſ. 4. vol. 2.*

TITU-

Digitized by Google

TITULUS CCCLI.

De contractibus inutilibus.

Generalia.

De nullitatibus, *vide ſupra lib. 1. tit. de nullita...*

Cap. I. Inutile: Impoſſibile quod dicatur.

Si principale eſt inutile, pariter acceſſorium erit inutile. *l. 5. C. de remiſſio. pigno.* ¶ Præceptum legis interdictum, vel improbatum, quæ dicatur, *vide Bart. in l. 1. C. de his, qua pœna nomine.* ¶ Si perſona, vel res ad obligandum adjicitur inutiliter redditur ſtipulatio inutilis pro eâ parte, ſed pro alia parte utiliter facta, valet. *l. 128 ff. eod.* ¶ Stipulatio rei, quæ non eſt etiam inter ignorantes, eſt inutilis. *l. 1. §. loqui. ff. de act. & obligat.* ¶ Hæc verba legis, nihil agit, important ipſo jure. *§. 1. inſtient. ex quibus cauſis manumit. non licet.* ¶ Impoſſibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. *Bartol. in l. 41. §. conſtat. de leg. 1.* ¶ Impoſſibile eſt, quod fieri non poteſt impedimento juris, vel naturæ. *Bartol. in l. 137. §. illud. ff. de verb. obligat.* impoſſibilitas naturæ, quando vitiet ſtipulationem, ſeu contractum, *vide eundem Bartol. in l. 1. ff. de vendicio. inſtitat.* ¶ Impoſſibilitas eſt, quando id, quod eſt impoſſibile per unum tantum eſt explicandum. *Bartol. in §. cum quis. d. l. 137.* ¶ Impoſſibile etiam reputatur id, quod obtineri non poteſt, niſi per civitatem fiat nova lex. *Bart. ibid. n. 6.*

Cap. II. Quale ſit, & qua requirantur.

Impoſſibilium nulla obligatio. reg. impoſſibilium, & ea quæ ad dandum impoſſibilia ſunt, vel in rerum natura non reperiontur, pro non adjectis habeirtur. *l. 178. de reg. jur.* ¶ Paria ſunt aliquid fieri tempore promiſſo, & conferri in tempus prohibitum. *l. 13. ff. de jur. dot.* ¶ An nulla detur differentia, quando confeſſio eſt accepta à parte, vel à notario, *vide Ozaſ. lib. deciſion. 33.* ¶ Inter pactum & repudiationem eſt differentia: quia repudiatio fit conſenſu unius, & pactum duorum: ideo pacto poteſt renunciari juri futuro; ſecus repudiatione. *Bartol. in l. 18. ff. de option. legat.* niſi repudiatio fiat præſente parte, vel in judicio. *ibid. Bartol.* ¶ Liberatio, ſi fiat inter contrahentes, habeat locum exceptio pacti, requiruntur conſenſos duorum, & partis præſentia. *Bartol. in l. 9. §. ſi liberatio. ff. de li. leg.* ſecus in exceptione doli, ubi non requiritur partis præſentia. *Bart. ibidem.* ¶ Ad hoc, ut contractus dicatur meticuloſus duo debent probari nempe verba, & verbera, propter quæ fecit, quis contractum. *Afflict. deciſion. 296.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Obligationem recte non contrahi inter eos, qui libidinis inter ſe commercium habuerunt, fuiſſe obſervatum legitur, in libris placit. curiæ, *lib. in. de obligationibus, titul. 1. in deciſ. diverſu.* ¶ Contractus non extenditur ad aliam cauſam in eo non expreſſam. *Hiero. Magon. deciſion. Luc. 53. numer. 21.* ¶ Quando nulla cauſa in obligatione exprimitur, an videatur ineſſe cauſa donationis, *vide Bartol. in l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. excep.* ¶ Affirmativa hominis licet verificetur in primo actu; tamen intelligitur ſi primus actus fuit validus; ſecus ſi nullus, vel ſi aliter ſiuum non ſortiatur effectum. *Gram. deciſ. 101. numer. 84.* ¶ Quod dicitur juramentum habere vim clauſulæ, ut actus valeat omni meliori modo, quomodo intelligatur, *vide Millelog. 238.* ¶ Si per generale edictum Principis aliquid prohibeatur, niſi fiat certo tempore, tunc illud eſſe factum illo tempore permiſſo, probari debet per teſtes, & non per confeſſionem partis, contra quam tunc pars venire poteſt, *Cruv. conſ. 175.*

Cap. IV. Qua dicantur facta ob turpem cauſam.

Obligatio facta ex cauſa, quam quis gratis facere tenebatur, dicitur facta ob turpem cauſam; ideo non valet, veluti ſi tutor fecerit ſibi obligari maritum pupillæ in aliqua ſumma, ut conſentiret matrimonio ipſius pupillæ, licet fuerit ſcripta in inſtrumento alia cauſa non vera. *Natt. conſil. 76. tom. 1. & conſil. 77.* ¶ Debitor ex contractu, abſolutus ſeu liberatus à juramento, poteſt opponere promiſſionem fuiſſe factam ob turpem cauſam. *Capic. deciſion. 95.*

Cap. V. Qua præſumantur, & fieri poſſint, vel non.

Præſumitur promiſſio facta in dubio inter abſentes, & non inter præſentes. *Bart. in ſuo tract. de præſumptio. numer. 12.* ¶ Poſſum ſtipulari ab eo, qui non poteſt facere, quod per alium erat factibile, ut ſi ruſticus promittat ſcribere. *d. l. 137. §. illud. inſpiciendum.* ¶ Conſenſus filii, ad quem procurandum pater tenebatur, ſi ſemel ſit præſtitutus; ſed nulliter, an pater promiſſis ſuis ſatisfeciſſe dicatur, *vide Put. deciſion. 258 & 259 lib. 3.* ¶ Cum aliquid additur, cenſetur receſſum à ſermonibus præcedentibus, & novus contractus celebratus. *Afflict. deciſ. 375. numer. 7.* ¶ Turpiter accipit pecuniam, qui facit pro pecunia, quod gratis facere tenetur. *Capic. deciſ. 95.* ¶ Contractus omnes regulariter inter virum & uxorem ſunt permiſſi. *Fram. Marc. quæſt. 51.* ¶ Medico, vel Chirurgico, an liceat ab infirmo recipere promiſſionem pecuniæ pro curatione, & an talis promiſſio valeat, *vide Afflict. deciſ. 153.* ¶ Reciproci contractus ratione viciſſitudinis nonnunquam admittuntur, qui ea ceſſante, omnino à jure prohiberentur, *Ozaſ. deciſ. 110.* ¶ Sponſus non poteſt promittere futuram conjugem quittaturam bona patris. *Ioan. Pap. lib. 16. titul. 4. arreſt. 1.* ¶ Contractus nullus ſi juſtus eſt, debet denuo confirmari, *Analog. c. 38. numer. 40.* ¶ Facto proprio nullo, ipſo jure, licet contravenire. *Afflict. deciſ. 335. numer. 12.* ¶ Reductio contractus ad æquitatem, an fieri debeat, quando res tractu temporis, efficeretur iniqua. *vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 226.* ¶ Homines ſimplices circumducti, & errantes repetunt, *Afflict. deciſion. 80.* ¶ Juſtum unum, prohibetur propter unum injuſtum. *Afflict. ibid. in fine.* ¶ Promiſſio de ſolvendo omne id, quod creditor declaraverit, ut valeat declaratio, debet fieri vivo debitore. *Marc. de Mant. ſing. 625.* ¶ Contractus poſſunt fieri etiam de nocte, ſi adſunt luminaria. *Pet. de Rav. ſing. 459. vide Bartol. in l. 20. C. de tranſactio.* ¶ Contra ſtipulationem, in qua ſit dolus adhibitus, vel quæ in ſe dolum habet doli exceptio objicitur. *l. 36. ff. de verb. oblig.*

Vel non.

Jus ubi exigit aliquid ſub certa forma, & qualitate, adimpleri. *Abb. conſil. 1. lib. 2.* ¶ Carceratus, vel captus in bello, non poteſt facere pactum in favorem, & commodum detinentis, ſed bene poteſt contrahere cum tertio. *Natt. conſil. 451.* ¶ Fratres non poſſunt æqualiter inter ipſos dividere bona, contra voluntatem patris, qui voluit ex aliqua rationabili cauſa, relinquere plus uni, quam alteri, & per conſequens hæredi, non licet (etiam ex proprio jure) contra defuncti factum venire. *Dec. conſil. 548.* ¶ Stipulatio in voluntatem promiſſoris conferri non poteſt. *l. 108. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ In contractibus non eſt locus juris accreſcendi: Ideo ſi mihi, & Titio ſtipuler decem, ſola quinque mihi debentur. *l. 110. eod.* ¶ Subſtantia contractus, non confertur in arbitrium tertii incerti; ſed illud quod eſt de natura, & qualitate contractus ſic. *Bart. in l. illa ſtipulatio. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Partes non poſſunt convenire, quod inſtrumentum habeat executionem paratam, abſque aliquo ordine judicatio. *Idem Iaff. deciſ. 126.* ¶ Civitas invadens aliena caſtra, turpiter accipit pecuniam pro eorum reſtitutione. *Capic. deciſ. 95. num. 4.* ¶ Pœna

adjecta

Google

adjecta præcedenti diſpoſitioni impoſſibili, non poteſt committi. *l. 69 ff. & infans ſtipulari non poteſt. l. 70. de verb. oblig.* ¶ Non poteſt quis ſtipulari rem ſuam ſibi dari, ſed reſtitui ſic, & etiam æſtimationem ejus. *l. 82. de ver. oblig.* ¶ Quod ego per me non poſſum, neq; ab alio ſtipulari fieri poſſum, de re ad me pertinente. *l. 66. de verb. oblig.* ¶ Non poteſt quis alteri ſtipulari, niſi filius, vel ſervus, ſed metu pœnæ ſtipulationis illi paretur. *l. ſtipulatio. §. alteri ff. de verb. oblig. vide l. 74. §. fin. ff. de reg. jur.* ¶ Hæreditas viventis pacto dari non poteſt. *Hartm. c. 3. tit. de pactis, & tranſact. lib. 2.* nec tale pactum ſtatuto firmari poteſt. *Capel. Thol. quæſt. 453. Gaſp. Cabal. Milleloq. 469. vide Cravet. conſ. 139. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tract. de lit. oblig. art. 2. gl. 2. n. 28. tom. 1.* fallit ſi fuerit præſtitum juramentum, *Pap. lib. 20. tit. 2. arreſt. 6.* quando alias donatio hæreditatis valeat, *vide ibid. Cravet. dict. conſ. 139. num. 6.*

Cap. VI. Quæ attendantur, & confirmentur.

Facilius confirmatur invalidum, quam inducatur, quod non eſt, *Bart. in l. unica. C. de rei uxor. act. num. 5.* ¶ Diſpoſitio facta ab aliquo, qui habet poteſtatem diſponendi, & illud quod diſponitur certum eſt, debet attendi, licet non periatur illud, ad quod relatio fit, in ipſa diſpoſitione. *Dec. conſ. 326.* ¶ Voluntas invalida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus, declaratur. *Bart. in l. 1. C. de codicil.* ¶ Multa dicuntur, quæ non fiunt; Ideo promiſſa illa attenduntur, quæ etiam implentur, & tractatum nihil inferre, non ſecuta concluſione, ſcribit *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 470. vide Dec. conſ. 463.* nam verba multa in contractu conſueverunt intervenire, antequam ad concluſionem perveniatur, & antequam ſit concluſum, non eſt celebratus contractus. *Afflict. deciſ. 375. vide Cabal. Milleloq. 358.* & ſola concluſio dicitur eſſe contractus. *Afflict. ibid.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Vir, qui ratificare promiſit uxorem cum pœna, non tenetur ad ipſam pœnam, ſi fecit quod potuit, quod procedit, licet juraſſet. *Afflict. dec. 295.* qui promittens factum, quod ſine culpa ſua non poteſt implari, excuſatur à pœna. *Afflict. ibid. num. 3.* ſed an promiſſor facti alieni teneatur, *vide Ioſ. Lud. dec. Peruſ. 27. Rot. Genuen. dec. 15. n. 7.* ¶ Promiſſio facta per maritum proprio nomine, caſu, quo ejus uxor petat, eum non obligat, ſi altera pars prius contravenerit, vel uxor fuerit enormiſſime læſa. *Rot. Avenio. dec. 103. in dec. diverſo. Tom. 3.* ¶ Exceptio nullitatis cauſæ in obligatione deductæ, impedit exequutionem. *Boer. dec. 295. n. 9.* ¶ Diſſenſus inter ſtipulatorem, & promiſſorem, circa rem, vitiat ſtipulationem. *§. ſi hominem. l. 137. de verb. obl.* ¶ Promittens factum alienum excuſatur, ſi fecit quicquid potuit, ut factum illud fieret. *Cravet. conſ. 272. n. 12. vide tamen ibid. n. 13.* ¶ An maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit curare, & facere cum effectu, quod uxor ſua renunciet bonis paternis, & maternis cum juramento, & pœna, teneatur da perjurio, vel ad pœnam, aut ad intereſſe, ſi fecit omnem ſuum conatum, & uxor noluit renunciare, & multa alia de promiſſione facti alieni ſub hac forma, *vide per Mantut. in ſuo Spec. diſputat. 7.* ſi vero mulier renunciaverit, ſed nulliter (quia non intervenit conſenſus matris) dicitur ſatisfactum promiſſioni factæ per maritum. *Rol. conſil. 81.* ¶ Pactum nudum regulariter de jure civili, non parit actionem; de jure Canonico ſic. *Bart. de diff. int. jus cano. & civil. num. 60.* ¶ Inutilis ſtipulatio circa ſpeciem facta inter vivos, derogat generi. *l. 19. §. filiusfamil. ff. de pen. leg.* ¶ Inutilis ſtipulatio pœnalis, non reddit inutilem ſtipulationem ſortis, nec ipſam novat. *l. 126. §. fin. ff. de verbo. oblig.* ¶ Diverſitas qualitatis inter interrogationem, & reſponſionem, vitiat ſtipulationem, niſi diverſitas illico placuiſſet; ſecus ſi eſſet diverſitas in quantitate: quia tunc non vitiatur, cum majori ſummæ, minor inſit. *§. ſi ſtipulanti, & §. ſi mihi, d. l. 1. & in §. fin. inſtitut. de duob. reu.* ¶ Ubi non requiritur conſenſus tacitus, vel expreſſus, furioſus poteſt obligari, & obligatio illi quæritur, ſicut homini ſanæ mentis. *l. 23. de actio. & oblig.* ¶ Omiſſio reſponſionis vitiat ſtipulationem, non modicum intervallum. *l. 1. §. qui præſentes. ff. de verb. obligat.* ¶ Pactum contra ſubſtantiam actus, an vitiet, vel vitietur, *Magon. dec. 36. Flor. Milleloq. 336.* quid ſi contra naturalia, vel accidentalia, *vide Bart. in l. 27. ff. de donat. cauſ. mort.* ¶ Opinio doctorum aliquorum inſignium, juſtam credendi cauſam validitatis in contractu nullo, præbet, & juvat credentem, *Afflict. deciſ. 87. num. fin.* ¶ Conventio partium operatur contra jus commune, & regulariter omne invalidum, facit validum. *Afflict. deciſ. 91. n. 14.* ¶ Quando ex pacto nudo detur actio, *vide Afflict. deciſ. 120. & infra titul. de pact.* ¶ Cum duo contractus uniuntur, unus utilis, alter inutilis, agitur ex utili, *l. 3. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* ¶ Verbum imperſonale prolatum, non obligat ſcribentem. *Rot. Genu. dec. 175. n. 9.* ſed quando obligat, ſeu reducatur ad perſonale, *vide ibid. n. 12.* ¶ Si res à commercio communi eximatur, ſuper ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguit, nec reviviſcit, impedimento ceſſante. *ibid. §. ſacrum rem. l. 83. §. ſacram rem. ff. de verb. oblig.* ¶ Intervallum, ſeu actus interveniens, inter interrogationem, & reſponſionem, quando vitiet ſtipulationem, *vide Bartol. in l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. obligat.* ¶ Ex contractu facto per uxorem ſine auctoritate mariti, ipſa uxor ſoluto matrimonio poteſt conveniri. *Ioan. Pap. lib. 7 titul. 1. Arreſt. 19.* tamen quoddam inſtrumentum obligationis factum per uxorem ſine conſenſu, & auctoritate viri, fuit nullum declaratum, *vide ibid. arreſt. 20.* ¶ Metus interveniens reſcindit conventionem factam inter contrahentes, *Cap. dec. 95. vide ſupra lib. 1. tit. de eo quod metus cauſ.* ¶ Filia promittens renunciare in contractu matrimonii omnibus bonis paternis, & maternis conſummato matrimonio, quæ tamen non renunciavit, non ob id debet privari legitima bonorum, *vide Boer. dec. 3.* ¶ Convocans homines ad aliquid faciendum non tenetur ex promiſſione, qua promiſit ſibi adjuvantes & auxiliantes præſtare, & revelare indemnes, ſi eos contingerit ad emendam, vel aliam pœnam condemnari. *Boer. deciſ. 54. vide tamen ibid. & Bart. in l. 71. §. id quod. ff. de fidejuſſ. & mand.* ¶ Temporis anguſtia, vitiat contractum ſtricti juris; ſecus in contractibus bonæ fidei, legatis, gratiis, & in ſententiis. *Menoch. ibid. caſ. 480. Bart. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine; & in l. 12. §. ſi quis ſervos. de legat. 1.* ¶ Quando jus fuit quæſitum alicui, ex perſona alterius, tunc renunciatio facta per acquirentem, non præjudicat illi, cui jus fuit quæſitum, quod intellige eſſe verum, quando jus fuit plene quæſitum, & ratihabitio ſequuta. *Dec. conſil. 58.* ¶ Obſcuritas omnimode vitiat ſtipulationem, & ſi poteſt interpretari, interpretatur pro promiſſore, ſed ubi verba ſunt clara, interpretationem non recipiunt. *l. 10. de verb. oblig.* ¶ Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum, *Bartol. in l. 1. ff. de his, quæ non proſcriptis.* ¶ Falſa demonſtratio in contractibus, quando vitiet diſpoſitionem. *Bart. in l. demonſtratio. num. 10. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ Ex contractu jam notato per tabellionem, quem partes non habuerunt pro perfecto, & qui nondum fuerat ſtipulatus, non poteſt fieri fundamentum. *Natt. conſ. 357.* ¶ Incertitudo vitiat ſtipulationem, niſi ex conjecturis probabilibus declaretur. *l. 94. ff. de verborum obligatio.* ¶ Stipulatio inutilis, non novat præcedentem utilem. *l. 97. eodem.* ¶ In contractibus etiam ſi quid alicui promittatur contemplatione alterius,

non

non competit actio ei, cujus contemplatione actus ſit. Cravee. conſil. 288. num. 5. ¶ Liberatio paterni debitoris ſacta per filium in vita patris, non nocet ſibi; licet poſtea extiterit hæres patris. Henric. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. auctoritas, licentia, &c. num. 9. vide Bartol. in l. 19. §. filius ff. de pecul legat. ¶ Promiſſio jocoſe facta, non obligat, Guid. Pap. ſing. 65. ¶ Contractus inhabilis præcedens, propter ſequentem contractum habilem, habilitatur & ex eo datur actio. Guid. Pap ſing. 421. ¶ Conditio de præterito deficiens, reddit ſtipulationem inutilem ab initio. leg. 120. ff. de verb. oblig. ¶ Conceſſio ſecundo ſacta, non præjudicat conceſſioni antea factæ. Afflict. deciſ. 334. ¶ Epiſtola, qua confiteor me eſſe tuum debitorem, ſi antequam tibi præſentetur moriar, illa epiſtola non præjudicat meis hæredibus. Ant. Corſe. in ſuis ſingularibus, litera C. ſing. confeſſio. 5. ¶ Incertitudo regulariter vitiat omnem diſpoſitionem ſive loquamur in contractibus, ſive in judiciis. Hippolyt. ſingul. 206. tamen de æquitate canonica promiſſor arbitrio boni viri, compelli poteſt ad incerta promiſſa implenda. Corſ. ſing. 223. ¶ Imperſonalitas ex parte promittentis, vitiat obligationem. Bartol. in authen. ſi quando. C. de conſtit. pecu. vide eundem. in l. 42. §. Labeo. ff. ſi cert. petat. & in §. adhæc. Authen. ut cum de appella. cogno. & in §. 2. inſtit. de ſtipul. ſervo. ¶ Diverſitas linguarum, vel jure, quando vitiet ſtipulationem. Bartol. in l. 1. § eadem. ff. de verb. oblig. ¶ Contractus ſi prohibeatur fieri reſpectu perſonæ, ex eo non oritur naturalis, neque civilis obligatio, & contrahentes contra legum præcepta, peccant. Bartol. in l. 47. n. 4. ff. de fidejuſſor. & manda. ¶ Lex ſi annullat contractum factum inter aliquos, ſi aliquid non fuit obſervatum, non impeditur obligatio, ſed paratur exceptio. Bart. ibid. num. 8. ¶ Quando lege, vel ſtatuto contractus prohibetur, quid juris, vide ibid. ¶ Solutio particularis pecuniæ promiſſæ ob cauſam turpem, an purget turpitudinem in reſiduo, Natt. conſ. 77. ¶ Stipulatio erronea in effectu, non obligat, & acceſſoria limitantur ſecundum naturam principalis, l. 59. de leg. 1. ¶ Quotiens conſiſtere contractus non poteſt, ad irritum omnia deducuntur, quæcunque compræhenſa ſub eo ſunt. Crav. conſil. 1. pro genero. num. 284. ¶ Abſenti ex contractu alterius jus aliquod non acquiritur; niſi ſecuta ratificatione, quod procedit in privata perſona; ſecus in notario. Ozaſ. deciſ. 33. Gaſp. Cabal milleloq. 452. vide Crav. conſ. 288. Felyn. conſil. 50. numer. 7. & infra tit. de verb. oblig. ¶ Speciale eſt in dote, ut abſenti quæratur actio. Dec. conſ. 35. ¶ Per ſtipulationem notarii, jus quæritur abſenti, ſecuta tamen ratihabitione, & non ante. Deciſ. conſil. 226. ſed vide Rol. conſ. 19. vol. 1. & infra tit. de verb. oblig. ¶ Per procuratorem ſtipulantem extra judicium in perſona domini, nulla domino quæritur actio, neq; ſibi; ſec⁹ in judicio, vel extra, ſi fuerit ſtipulatus in perſona propria, Bart. in l. 5. §. item ſi mihi. ff. de conſtit. pecun. in l. 49 § et ſi poſſeſſio ff. de acquir. poſſeſ. & in l. 10. ff. de actio. & obligat. ¶ Actio ex numeratione facta nomine alieno, quæſita non datur illi, cujus nomine fit numeratio: niſi hoc exprimatur, & agatur cum eo, cui numeratur Bart. in l. 122. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. ¶ Confeſſio appoſita in contractu inutili, probat. Bart. ibid. num. 3. ¶ Metus mortis, vel cruciatus corporis, ſtipulationem vitiat, non metus motæ, vel movendæ litis, l. 9. C. de contrah. & commit. ſtipu. ¶ Obligatio invalida confirmata per ratihabitionem, non operatur in tertii præjudicium. Afflict. deciſ. 286. ¶ Ex contractu facto ſub conditione impoſſibili, nulla naſcitur obligatio civilia, vel naturalis, l. 38 ff. de fidejuſſor. & mandato. ¶ Inutiliter factum, non impedit diſpoſitionem legalem, l. 3. C. ſi mancip. ita vend. ut manu.

Cap. VIII. Quæ valeant, vel non.

Promiſſio facta de ſtando ſimplici dicto, vel alterius juramento, an valeat, & an declaratio poſtea facta reducatur ad arbitrium boni viri, vide Bart in l. 11. de prato. ſtipul. ¶ Promiſſio, & fidejuſſio facta per carceratum, an valeat, vide Afflict. deciſ. 149. Guid. Pap. q. 61. & ſupra, tit. de exequutione perſonali. lib. 1. Bartol. in l. 22. ff. de eo, quod metus cauſ. ¶ Promiſſione facta de dando alteri, jure canonico valet; jure civili non. Bart. in ſuo tract. de different. int. jus canon. & civil. n 53. ¶ Quod dicitur pactum de viventis hæreditate non valere, procedit in pacto facto inter aliquos de hæreditate alterius: ſecus ſi fiat per ipſummet, qui diſponit de bonis ſuis, & alium; nam tunc valet. Menoch. conſil. 92. num. 45. vol. 1. ¶ Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filiis moriatur, an valeat, vide Jacob. Put. deciſ. 112. & 113. lib. 2. ¶ Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obvenerunt ut quoque ad filios paciſcentis devenirant an valeat, vide ibid. d. deciſ. 113. ¶ Quando pactum de futura ſucceſſione venit in conſequentiam præcedentis contractus præambuli, nempe tranſactionis, & receſſus à lite, tunc validum eſt. idem Put. deciſ. 113. l. 2. vel ex neceſſitate. Guid. Pap. ſing. 630. ¶ An valeat pactum inter fratres, quod altero moriente ſine filiis, bona vadant ad ſuperſtitem, vide Dec. conſ. 225. ubi ſuſtinet partem negativam, ſi fuit factum de omnibus bonis, ſecus ſi de parte. Dec. conſil. 236. n 13. ¶ Quid de pacto, per quod fœminæ excludantur à ſucceſſione, vide Dec. conſ. 655. ¶ De confraternitate facta inter aliquos, per quam faciunt ſe fratres, ut unus alteri ſuccedat, & quando valeat, vide Dec. conſ. 516. ¶ Pactum de ſuccedendo alicui, valet facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit. Dec. conſ. 516. n. 17. ¶ Duobus caſibus valet pactum de futura ſucceſſione, quod quis fiat hæres in contractu, in duobus caſibus ſocietatis ſcilicet, & matrimonii, vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. § 12. gloſſ. 12. num. 2. ¶ Promiſſio facti alieni valet, ſi quis fecerit caſum proprium ſe principaliter obligando: idem ſi promiſerit factum alienum cum juramento, vel pœna. Rot. Genn. deciſ. 152. vide Crav. conſ. 272. ¶ Valet tamen pactum de hæreditate conſervanda. Franc. Marc. quæſt. 13. ¶ Reconvaleſcit, quod alias non valebat ceſſante impedimento, ſaltem de æquitate. §. non tamen inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm. ¶ Facta medio tempore valent, ab eo, qui erat dominus, licet poſtea revocetur ab eo dominium. Gome. Leo. deciſ. 24 in deciſ. diverſ. Tom. 2. ¶ Favor perſonæ coniunctæ, facit valere contractum per ſtatutum reprobatum. Rot. Avenion. deciſ. 135. ¶ Sex ſunt, quæ firmum faciunt contractum, & his, vel aliquo eorum deficiente, non tenet. Rebuff. tom. 2. tract. de reſcind. contract. art. uni gl. 5. ¶ An contractus factus per uxorem ſine conſenſu viri, tit. des troicts, Rub. 4. §. 1. gloſſ. 4. & 5. ¶ Pactum juratum factum inter creditorem, & debitorem, quod ſolutio debiti non poſſit probari, niſi per inſtrumentum, valet; ſecus ſi non fuerit juratum. Rol. conſ. 88. volum. 3. ¶ Statutum diſponens, quod minoris contractus non valeat, etiamſi fuerit juratus non ſervata ſolennitate, de qua in ipſo ſtatuto, quid juris, vide Rol. conſ. 99. ¶ An valeat pactum in contractu matrimonij, quod primogenitus, vel alter ſuccedat in aliquibus bonis, vide Dec. conſ. 587. quod valeat ſcribit Menoch. conſ. 203. lib. 3. ¶ Pactum, de ſtando dicto, & declarationi creditoris, valet, & non poteſt revocari ante declarationem, niſi ex cauſa nova ſupervenienti, vide Natt. conſ. 213. ¶ Utrum valeat pactum in contractu matrimonii initum, ut primogenitus ſuccedat, & habeat hæreditatem, vide Boer. dec. 204. vide Capel. Thol. q. 353. ſed an tale pactum poſſit revocari, vide q. 434. Capel. Thol. ¶ Actus, qui fit ex duplici cauſa licet ex

una ſuſtineri non poſſit, ſuſtioetur tamen ex altera, & ex capite, eſt quo ſuſtineri poſſit, ubi eſt clauſula, omni meliori modo. Crav. conſil. 142. ¶ De pacto perpetuæ communionis, quando valeat, & de præcepto, quod debeant fratres vivere in communione, Dec. conſ. 265. ¶ Quando actus non valet, ut agitur, valebit, ut poteſt valere, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia, non valebit, Gaſp. Cabal. milleloq. 237. vide milleloq. 310. ¶ An valeat pactum inter fratres dividentes hæreditatem, quod ſtantibus maſculis decedentibus, ex eis, non ſuccedant fœminæ, vide Bart. conſil. 72. volum. 1. ¶ Item, quod per ſucceſſionem feudorum, non habeant locum jura communia civitatis. Bart. ibid. ¶ Quando eſt impedimentum mixta conſideratione rei, & perſonæ, valet ſtipulatio, ſi impedimentum ceſſat, tempore exiſtentis conditionis, l. 98. de verb. oblig. ¶ Si Titius promiſerit omnia bona ſua Sejo, poſt mortem ipſius Titii cum juramento, deinceps dicta promiſſio fuerit ſæpe confirmata, valebit: tamen comprehendit ſolum bona exiſtentia tempore promiſſionis. Cravet. conſil. 139. ¶ Venditio fundi certi, valet, licet fines omittantur à notario. Bart. in l. 79. §. vicos, de legat. 2. ¶ Quando valeat fideicommiſſum conventionale inter Principes, vel privatos, vide Alc. Rand tract. de Anal. c. 25. ¶ Contractus venditionis ſtante priore juramento de non alienando, an, & quando valeat, vide Afflict. deciſ. 331. ¶ Stultus, vel furioſus ubi faceret actum, quem quilibet ſane mentis feciſſet, actus valet, & tenet. Gram. deciſ. 83. n. 38. vide Joſeph. Lud. deciſ. 1. Peruſ.

Vel non.

Actus (etiam pius) in fraudem alterius non valet, & quando lex reſiſtit, facit, quod actus etiam pius, ſit ipſo jure nullus. §. 1. inſt. quibus ex cauſ. manumit. non lic. ¶ Stipulatio, per quam tollitur jus publicum, non valet, etiam ſi fuerit juramento firmata, l. juſgentium. §. ſi paciſcatur ff. de pact. nam jus publicum pacto privatorum non tollitur, c. 12. ext. de foro compet. nec illi derogatur. l. 28. ff. de reg. jur. ¶ Promiſſio facta contemplatione alicujus certi emolumenti, illo ceſſante, non tenet, l. 35. § qui teſtamento de leg. 3. ¶ Approbatio alicujus rei, ex defectu cauſæ finalis falſæ, non valet. Roc. Gennen. deciſion. 2. numer. 28. ¶ Obligatio ſine cauſa eſt nulla. Papon. libr. 10. titul. 2. arreſt. 1. idem in pacto. Jaſ. in l. creditori. C. de pact. per illum tex. tamen aliquando inter certas perſonas ſuſtinetur, vide ibid. arreſt. 2. & in lib. 10. tit. 2. arreſt. 2. ¶ Donatio omnium bonorum (etiam per ſtipulationem vallata) non valet idem quando ſit pactum, ut aliquis præſens, & acceptans habeat aliqua bona donata: quia hac ſtipulatione acceſſoria non obſtante, poſſunt inter ſe donantes diſponere de bonis ipſorum in præjudicium illius tertii, qui acceſſorie fuit appoſitus. Abb. conſ. 48. lib. 2. ¶ Pactum, quod pater cadat à feudo propter filii feloniam non valet tanquam injuſtum. Corſ. lit. P. ſing. pactum. 2. ¶ Contractus, qui fit contra legem, non valet. Bartol. in l. non dubium. C. de legib. & in l. pacta, quæ contra. C. de pact. ubi plene de materia. ¶ Pactum contra bonos mores non valet, & pacto non poteſt fieri, ut in pignoribus habeat locum, pactum legis commiſſoriæ, neque quod mutuum factum filioſa. teneat. Bart. l. 39. ff. de pact. n. 6. ¶ Pactum de quota, vel certa parte litis non valet, ſed ubi promitteretur quantitas, vel res ſimpliciter, non reſpectu ejus, quod in lite deducitur, tunc valeret promiſſio. Bart. in l. 54. ff. de pact. ¶ Pactum de futura ſucceſſione tanquam contra bonos mores, non eſt ſervandum; ſed quomodo intelligatur. Ozaſc. deciſ. 100. numer. 13. & 18. & Excel. P. Teſſaur. deciſ. 225. non valere ſcribit Dec. conſil. 225. 351. 494. & conſil. 502. num. 10. vide eundem Dec. conſil. 655. an valeat inter liberos. Per-illuſt. D. Teſſaur. deciſ. 225. & in vim ultimæ voluntatis quinque teſtibus intervenientibus. ibid. numer. 7. ¶ Quando ſit inſtrumentum tranſactionis, vel alterius pacti ſuper his, quæ ex teſtamento dependent, ſemper, debent apponi in inſtrumento, illa verba, inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti; alias non valet tranſactio, & conventio. Bartol. in l. 19. C. de tranſact. vide in fin. tit. de tranſact. ¶ Contractus bonæ fidei, ſicut eſt nullus, quando dolus dat cauſam contractui, ita eſt nullus, quando dat cauſam diſtractui. Bart. in l. 7. C. de dol. mal. ¶ Contractus ex quibus cauſis fiat invalidus, vide Bart. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſus venditionem. ¶ Pactum, quod quid non poſſit probari contra inſtrumentum, niſi per aliud inſtrumentum, non valet. Bartol. in auth. jubemus. C. de jud. ¶ Si dico tibi præſenti, promitto, quod dabo Titio decem, hæc ſtipulatio eſt prorſus inutilis, nec oritur etiam naturalis obligatio. Pet. de Rav. ſing. 644. ¶ Contractus inter vivos factus ſub conditione impoſſibili de jure, vel ſub conditione turpi, eſt ipſo jure nullus. Abb. conſ. 41. lib. 2. ¶ Pactum prohibitum de quota litis ſolum eſt reprobatum, in advocatis, & procuratoribus, & non in aliis perſonis. Natt. conſ. 145. num. 15. ¶ Contractus calore iracundiæ factus, non valet: fallit ſi fiat contractus ad pias cauſas. Lud. Rom. ſing 514. ¶ Contractus nullus, an poſſit peti declarari nullus principaliter, & quo jure, Bart. in l. 8. §. de hoc. ff. de conditio. inſtit. ¶ Referens eſt nullum, ubi de relato non appareat. Nat. conſ. 678. num. 4. ¶ Parentum conventio etiam juramento firmata de æqualitate ſervanda inter liberos utriuſque generis non valet, ſi referatur ad contractum, & viam ultimæ voluntatis; ſecus ſi ſolum ad diſpoſitionem inter vivos, ita ut, eis integra remaneat teſtandi facultas. Dec. conſ. 148. ¶ Obligationem ſine cauſa inefficacem eſſe, & idem tenendum in Papæ diſpenſatione, donatione à promiſſione incipiente, judicis præcepto, & ſimilibus, tum in civilibus, tum in criminalibus ſcribit Hipp. ſing. 219. ¶ Limita primo concluſionem, quia licet obligatio ſine cauſa, non probet rem plene, tamen probat ſemiplene. idem ſing. 249. ¶ Secundo limita, quando obligatio ſine cauſa fuit facta ex certa ſcientia: quia ille, qui ſcit, ſe non teneri, & promittit ex certa ſcientia, ſine cauſa, videtur ex cauſa liberalitatis, & donationis, promittere. Hippol. ſingul. 482. ¶ Tertio limita in obligationibus conditionalibus, in quibus conditio (non turpis) habetur loco cauſæ. Pap. lib. 10. tit. 2. arreſt. 2. ¶ Obligatio, ſine cauſa, quando ſit ipſo jure nulla. Bartol. in l 3. ff. de condi. ſine cau. ¶ Promiſſio hoc modo concepta, cum voluerit, principaliter denotat tempus, nempe quando voluerit: ideo ſi declaratio voluntatis vita durante non fiat, extinguitur promiſſio. Ozaſ. deciſ. 111. n. 4. vide tamen n. 6. & 10. ¶ Diviſio regulariter inter filios in poteſtate exiſtentes a patre facta, non valet, confirmatur tamen juramento; ſicut inter eos cæteri facti contractus, qui virtute juramenti fiunt irrevocabiles, vide Ozaſ. deciſ. 125. ¶ Promiſſio, ſeu obligatio collata in voluntatem promittentis, non valet. Ozaſ. deciſion. 111. D. Sol. in antiq. conſt. Sabaudia gl. ſuper 1. part. decreti, item quia tit. de feudis, fol. 75. ¶ Non valet ceſſio facta poſt ſolutionem contra correum, pariter obligatum, niſi pactum de cedendo præceſſerit, l. 76 ff. de ſol. & liber. ¶ Stipulatio concepta in perſona duorum alternative, non valet, ſi cuilibet eorum, poteſt obligatio acquiri, ſed ſi uni tantum, valet, & illi acquiritur, & alter cenſetur ad ſolutionem appoſitus, l. 98. §. ſi ſervus. ff. eod. ¶ Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis, convaleſcere, l. 30. ff. eod. ¶ Stipulatio facta nominatim defuncto, non valet. Bartol. in leg. 41. num. 25. ff. ſi cert. pet. ¶ Si quis promittat aliquem facere ſocium omnium bonorum ſuorum, vel eum inſtituere hæredem, vel

illi

illi relinquere hæreditatem, non valet conventio. *Boer. deciſ. 355. Bart. in l. 34. C. de tranſact.* ¶ Quod nullius eſſe poteſt, id, ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere, *l. 143. de reg. jur.* ¶ Formalibus, & ſubſtantialibus, non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat. *Maran. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 2. num. 42.* ¶ Promiſſio tamen bonorum, per quam aufertur libera teſtandi facultas, non valet. *Crav. d. conſil. 139.* ¶ Nec firmatur juramento. *ibid. Crao.* ¶ Confeſſionis factæ inter conjuges, non valent. *Idem Pap. lib. 10. tit. 2. arreſt. 1.* nam confeſſiones factæ inter perſonas prohibitas contrahere, non valent, *ib. arreſt. 1. & 2. vide Creſc. deciſ. 2. alias 198. tit. de confeſſis.* ¶ Donatio facta ab advocato, vel clerico concubinæ, non valet. *Bartol. in l. 6. num. 5. ff. de re jud.* ¶ Non valet pactum de ſuccedendo in eccleſia poſt mortem prælati, *c. 5. ext. de pact.* quod rebus ſpiritualibus & eccleſiaſticis, non liceat paciſci, *vide ibid. per tot. tit.* ¶ Quando pactum legi commiſſoriæ ſimile, reprobetur, *vide Bart. in l. 3. C. de pact. pign.* ¶ Contractum, qui annullatur ipſo jure, quis non debet petere annullari. *vide Bartol. in l. unica. C. de Theſau. lib. 10.* ¶ Dolus, ſi dat cauſam contractui bonæ fidei, contractus eſt nullus, ſi contractui ſtricti juris, valet, ſed agitur actione de dolo. *Bart. in l. 7. ff. de dol. mal.* ¶ Pactum promittentis ſtare ſimpſici verbo creditoris, non valet. *Afflict. deciſ. 371. num. 7.* imo, quod valeat pactum de ſtando juramento partis ſuper intereſſe, ſcribitur *in deciſ. 210. Rot. Gen. & deciſ. 78. Bartol. in l. 15 ff. de dot. prælegat.* ¶ Quando tractatur de obligatione inducenda, ſi non valet, quod ago, ut ago, non valebit, ut valere poteſt. *Bart. in l. 1. §. eum qui. ff de conſt. pecn. vide tamen eundem Bart. in l. 115. n. 23. ff. de verb. oblig.* ¶ Pactum factum per filiam patri de non ſuccedendo matri, vel fratribus ipſa matre, & fratribus abſentibus, non valet. *Rol. conſ. 81. vol. 4.* ¶ Pactum de patris ſucceſſione à filio factum, non valet ſed non è contra: quia pactum à patre factum de ſucceſſione fieri, valet, de ratione diverſitatis, *vide per Marc. de Mant. ſing. 247.* ¶ Pactum, ut ingratitudo futura non obſtet, neque pactum de hæreditate viventis abſque ejus conſenſu. *Bartol. in l. fin. C. de pact.* ubi multa de inutilibus diſpoſitionibus inter vivos. ¶ Non valet conventio, quæ dietim apponitur in inſtrumentis, ut debitor ſolutione non facta, poſſit incarcerari, & perſonaliter capi abſque alia juris ſolemnitate. *Jaſſ. Canſ. Balb. deciſ. 77. Henric. Boer. in ſuis ſing. tit. auctoritas, licentia, &c. num. 11. Bart. in auth. imo. C. de act. & oblig.* ¶ Si præcedit diſpoſitio illicita, vel probroſa, relictum nomine pœnæ à quocunque non valet, *l. 1. ff. de his quæ pœna nomin. relinq.* ¶ Non valet ſtipulatio, per quam aufertur libera teſtandi facultas, *l. 61. ff. de verb. obligat.* ¶ Stipulatio facta hoc modo; promittis decem illi, non valet, ſecus ſi dicatur promittis mihi, quod dabis decem illi. *Bart. in l. 10. ff. de actio. & oblig.* ¶ Promiſſio, per quam promitto te hæredem facere, non firmatur juramento. *Dec. conſ. 256. num. 24.* ¶ Promiſſio alieni facti, non valet, niſi appoſita pœna, *l. 38. de verb. oblig. vide Hartm. c. 2. tit. de fidejuſſ. lib. 2.* ¶ Contractus venditionis rei litigioſæ dicitur nullus ipſo jure, & tunc precarium in illo appoſitum, nihil operatur. *Afflict. deciſ. 331. vide ſupra lib. 1. tit. de litigioſis.* ¶ Contractus, in quo plura reperiuntur pacta illicita, & qualitates ſuſpectæ, redditur ſimulatus, & nullus ſolum in parte ſuſpecta, in aliis vero valet, & dicitur licitus, & meretur exequutionem. *Borg. Caval. deciſ. 24. part. 2. de contract. num. 21.* fallit, quando pactum illicitum eſſet cauſa potiſſima contractus. *ibid.* ¶ Diſpoſitio inter vivos facta partibus abſentibus, non tenet. *Bart. q. 13.* ¶ Liberatio facta ab adulto, immo ab eo, qui 26. annum attigit adminiſtratori, nec inventario, nec rationibus tutoris, vel curatoris viſis, non valet. *idem milleloq. 260. part. 1.* ¶ Libertas reſtricta ad ſe liberandum, vel ablata ab initio contractus, facit contractum in totum uſurarium. & illicitum. *Idem Cabal. milleloq. 335.* ¶ Pactum non valet, ut debitor non poſſit ſe liberare, niſi ad beneplacitum creditoris. *Idem milleloq. 338. part. 1.* ¶ Ratione incertitudinis loci, & quotæ contractus redditur nullus. *Hier. Mag. deciſ. 20. & 21.* ¶ Cum tractatur de obligatione inducenda, ſi non valet, quod ago ut ago, nec valebit, ut valere poteſt, *l. 1. §. eum qui, ff de conſt pecu.* ¶ Non poteſt ſequentibus actibus robur accipere, cujus principium ad alium finem cœptum fuit: ſecus ſi initium cum mediis, & fine concordat, *l. 3 §. ſi ab ignoto ff. de manumiſſio.* ¶ Quod fit contra prohibitionem legis, ipſo jure, non valet, *l. 65 ff. de rit. nup.* ¶ Si poſitus in dignitate alienet bona dignitatis, non valet alienatio, & ipſemet revocare poteſt alienationem, non obſtante juramento præſtito de non revocando, *c. 33 txt. de jureju.* ¶ Contractus prohibitus propter utilitatem publicam, non firmatur juramento. *Bart. in l. 10. §. ſi paciſcatur ff. de pact.* ¶ Stipulatio turpis, eſt ipſo jure nulla, veluti ſi quis ſacrilegium promittat, *l. 26. & 27. ff. de verb. obl.* ¶ Si res non eſt in commercio ſtipulatoris, non valet ſtipulatio; ſecus ſi non eſſet in commercio promiſſoris, *l. 34 ff. de verb. obl.* ¶ Si ſtipulatio contineat impoſſibilitatem, de jure vel natura, non valet, *l. 35. ff. de verborum obligationib.*

Cap. IX. Quæ vitientur, vel non.

Utile vitiatur per inutile, *c. 24. ex. de ſent. & re jud. ſed vide l. 15. ff. de uſur. & l. 38. de leg. 2.* ¶ Qui ſtipulatur fieri inſulam, non adjecto loco, inutiliter ſtipulatur, *l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo, quod certo loco.* ¶ Utile per inutile vitiatur in locatione bonorum Eccleſiæ, facta ultra novennium. *Borg. deciſ. 29 part. 2. n. 28. de contract.* & quod utile vitietur per inutile, habetur *in c. cum ſuper. ex. de off. & poteſt. jud. de leg. vide Bart. in §. ſi quis, inſt. de verb. obl.* ¶ Adjectio inutilis vitiatur, & non vitiat, *gl. in §. uſusfructus, l. 1. ff. ſi uſusfruct. pet.* ¶ Per inutile, utile vitiatur, quotiens in fraudem legis, quid fit. *Crao. conſ. 1. pro genero, n. 183.* ¶ Ex falſa cauſa ad irritum deducitur actus. *Crav. conſ. 1. pro genero, num. 200.* ¶ Actus legitimi, qui non recipiunt diem, vel conditionem, in totum vitiantur, per temporis expreſſi, vel conditionum adjectionem. *Reg. actus legitimi.* ¶ Ordo omiſſus, quando habeat vitiare, *vide Bartol. in l. 2. § prim. ff. de vulgari.* ¶ Pœnalis ſtipulatio vitiatur ex errore, vel incertitudine, quæ principalem ſtipulationem, reddit inutilem *l. 115. ff. de ver. obl.* ¶ Ante rem perfectam, & conſummatam, vitiatur ſtipolatio, ſi deveniat res, ad eum caſum, à quo non potuit inchoari *l. 136. §. ſi quis. ff. eod. vide l. fi. §. ſi inter. eod.* ¶ Inter interrogationem, & reſponſionem, non debet interveniri actus omnino extraneus. alias ſtipulatio vitiatur, *l. 137. ff. eo.* ¶ Factum ab uxore propter minas à viro illatas, reſcinditur officio judicis. *Bart. in l. 13. n. 6. C. de tranſact.*

Vel non.

Jus publicum naturale, pacto tolli non poteſt, & jus publicum diſponens circa effectum actus reſpicientis principaliter utilitatem publicam, pariter pacto partium non mutatur; ſi vero contineat privatam utilitatem, & favorem renunciantis, illi poteſt renunciari. *Bartol. in l. 39. ff. de pact.* ¶ Quod fertur, utile per inutile non vitiari, quomodo intelligatur, *vide Cabal milleloq. 246. Mag. deciſ. 36. Rot. Flor.* ¶ Falſa cauſa, non vitiat ſtipulationem, *l. 21. ff. de verb. obl.* neque error materiæ vitiat, *l. 22. eodem.* ¶ Stipulatio inutilis interpoſita ſuper contractu alias de ſe obligatorio, non vitiat, ſecus ſi

cadit ſuper facto, quod de ſui natura, non cadit in formam alicujus contractus. *Bartol. in l. 1. §. ſi quis ita.n.8. ff. de verb. oblig.*

Cap. X. Quæ retractentur, reſcindantur, vel non.

Actus nullus ob defectum ſolemnitatis reſpicientis favorem publicum, non poteſt poſtea confirmari, ſed quibus caſibus confirmetur, *vide Bart. in l.1.§. ſed ſi de leg.3.* ¶ Qui contractus reſcindantur, *vide per Bart. in l.2. C. de reſcind. vend. & infra tit. de reſcind. vend.* ¶ Quando quis inducitur ad promittendum prætexto alicujus cauſæ falſæ, promiſſio propter falſam cauſam retractari poteſt, quia contractus vitiatur ex cauſæ finalis defectu. *Dec. conſil. 600. & conſil. 351. num. 5.* ¶ Conſenſu partium reſtaurari non poteſt, quod conſenſu earum non oritur. *Bart. in l. 6. C. de tranſact. num. 9.* ¶ Contractus, quando eſt nullus ipſo jure, qua actione reſcindatur, quatenus, de facto proceſſit, *vide Bart. in l. 7. ff. de dol. mal.* ¶ Per ſequentem contractum inutilem à primo non receditur, ſecus in ultimis voluntatibus. *Bart. in l.20. ff. de adimen. legat.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Quis non poteſt factum alienum promittere, ſed ſimpliciter promittendo, videtur promittere ſe curaturum, quando præceſſit contractus ex cujus natura hoc venit, *l. 83. de verb. oblig.* ¶ Contractus ſubſtantialia in voluntatem promiſſoria, & ſic contrahentia, committi non poſſunt, accidentalia vero ſic. *ibid. Ozaſ. num. 11. vide Bart. in l.2. C. de jure emphi. n.7. & in l. 78. de leg. 1.* ¶ Sufficit, quoad obligationem ſtipulatioois, conſenſum colligi ex verbis, ſecus ſi ex ſignia, & actibus, colligatur, *l. 1. ff. de verb. obl. §. ſi quis ita.* ¶ Liber homo vivus, vel mortuus, vel fundus hoſtium, in ſtipulationem deduci non poteſt, *l. 103 eodem.* ¶ Obligatio ex neceſſaria cauſa magis ſuccurritur, quam ex voluntaria. *Afflict. deciſ. 80.* ¶ Deficiente cauſa, quæ eſt neceſſaria ad effectum producendum, deficit effectus, *l. 1. C. de condict. ob. cauſ. dat.* ¶ Vitium omne, quod in contractu intervenit, an, & quando tempore purgetur, *vide Dec. conſ. 409.*

TITULUS CCCLII.

Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, de contractibus ſimulatis, & ſimulatione.

Generalia.

DE fraude, *vide ſupra 1. tit. de dolo, & fraude.*

Cap. I. Contractus ſimulatus: Fraud. Quis dicatur.

Quot modis contractus dicitur ſimulatus, cujus ſpecies ſunt tres, & quando allegatus, debet quælibet earum ſpecierum ſpecialiter, & expreſſe deduci, alias deductio eſt repellenda, *vide Ægid. Bellam. concluſ. 715. Dec. conſil. 648. num. 6. Bartol. conſil. 65. volum. 1. Cabal. milleloq. 781.* ¶ Simulatio quotuplex ſit, & qualiter allegetur, & exceptio ſimulationis, quomodo opponatur, *vide Mann. in ſuo ſpec. part. 6. tit. de exceptio. num. 29.* ¶ Contractus facti intra quindecim dies ante rupturam debitoris, dicuntur ſimulati: & in materia ſimulationes admittuntur teſtes, alias inhabiles, & unicus facit plenam probationem: ſed an vero duæ conjecturæ ſufficiant ad probandum ſimulationem, vel tres requirantur, *vide Rot. Genuen. deciſ. 184.* quod duæ ſufficiant, *ſcribit Cravet. conſil. 156. vide Dec. conſil. 587.* ¶ Simolare eſt fingere, fraudulenter agere, & unum pro alio oſtendere; ſimulare etiam eſt falſum pro vero tradere, & ea, quæ abſunt ſimul eſſe oſtendere, & ſimulamus quæ non ſunt, & diſſimulamus ea, quæ ſunt *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tom. 2. tract. de reſtitutio. art. 1. gloſſ. 8.* ubi plene de materia ſimulationis. ¶ Hæres donatoris poteſt dicere donationem ſimulatam. *Bart. conſ. 65.* ¶ Inſtrumentum donationis non dicitur ſimulatum ex eo ſolo, quod donator remanſit in poſſeſſione rerum donatarum. *Bart. ibid. n.5.* ¶ Si ab inſtrumento removetur mens contrahentium, & non verba, iſtud eſt ſimulatum, & non falſum; ſi autem removentur vera, & non mens, iſtud non eſt ſimulatum, neque falſum, quia ſubſtantialiter in radice veritatis ejus, ſubjectum eſt veritas. *Nat. conſ. 132. num. 6.* ¶ Contractus imaginarii, nec in emptionibus juris vinculum obtinent, cum fides facti ſimulatur non intercedente veritate, *l. contractus ff. de act. & obl.* ¶ Alienatio ſimulata, & vera, ſed in fraudem facta differunt: nam ſimulata eſt ipſo jure nulla, nec validatur juramento; ſed vera facta in fraudem, non eſt nulla ipſo jure, ſed revocatur. *Iaſ. de actio. §. item ſi quis in fraudem, num. 7.* ¶ Contractus emptionis non dicitur ſimulatus, etſi venditor eodem die conduxerit rem venditam addito pacto, quod refectio pertineret ad ipſom veditorem conductorem. *Abb. conſ. 49. lib. 1.* tamen ſi emptor rem emptam locat venditori, & diu patitur venditorem poſſidere, venditio videtur ſimulata, & non præjudicat anterioribus creditoribus. *Abb. conſ. 12. lib. 2.* ¶ Tamen ſi emptor rem emptam locat venditori, & diu patitur venditorem poſſidere, venditio videtur ſimulata, & non præjudicat anterioribus creditoribus. *Abb. conſ. 12. lib. 2.* ¶ Simulatus non eſt contractus venditionis, etiam quod præceſſerit contractus mutui, & fuerit appoſitum pactum de retrovendendo ex intervallo. *Vera.d deciſ. Pedem. 42. Afflict. deciſ. 40. num. 17.* quid ſi ſolum præceſſerit tractatus mutui, *vide Gram. deciſ. 76. Fran. Marc. q. 483.* ¶ Debitum ex una cauſa, ſi in inſtrumento contineatur ex alia, non dicitur inſtrumentum ſimulatum. *Bart. l. 6. ff. ſi cert. pet.*

Cap. II. Qualis ſit.

Attenditur quod eſt in veritate, & non quod partes ſibi fingunt. *Afflict. deciſ. 22. num. 10.* nam ſimulatione inſtrumenti rei veritas non mutatur. *Marc. q. 46.* & plus valet verum, quam ſimulatio. *l. 5. C. ſi cert. pet.* ¶ Potentior eſt veritas, quam ſcriptura, & actus agentium non operantur, deficiente conſenſu. *l. 10. C. de donatio.* ¶ Contractus tribus modis conſiderari poteſt, nempe fictitie, imaginarie, & ſimulate. *DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de donatio. in novis.* ¶ Statutam permittens opponi exceptionem ſimulationis, de qua intelligitur, *vide Bart. in l. 3. C. de poſtul.*

Cap. III. Quibus modis præſumatur ſimulatus, vel non.

Temporis brevitas dati ad revocandum, inducit præſumptionem ſimulationis. *Gram. deciſ. 76.* ¶ Conqueſtio continuata contrahentis aſſerentis ſe deceptum, eſt urgens præſumptio, imo argumentum fraudis, & deceptionis. *Gram. ibid. num. 8.* ¶ Contractus factus ſub nomine illius, ad quem negotium ſpectat, ſimulatus præſumitur. *Marc. q. 506.* ¶ Simulatio arguitur in contractu facto, nomine uxoris quando pretium ſolvitur de pecunia mariti, & marito res traditur: tunc enim uxoris nomen ſimulate præſumitur accommodatum. *Cravet. conſil. 100. numer. 6.* ¶ Præſumitur contractus ſimulatus quibusdam certis caſibus, niſi probetur oppoſitum, *vide Bart. in ſuo tract. de præſumpt.* ¶ Creditor non poteſt vendere pignus ſibi ipſi, nec interpoſitæ à ſe perſonæ ſimulatæ, quæ ſimulatio præſumitur, ſi creditor ſemper poſſidere probetur.

l. 10.

l. 10. de diſtract. pign. ¶ Plus valet, quod agitor, quam quod ſimulate conficitur. *l. 21. C. de tranſact. cap. 13. ext. de ſenten. & re jud.* ſed quando præſumatur contractus ſimulatus reſpecto oſurarum, & de ptobatione, *vide Bart. conſ. 19. volum. 2.* ¶ In quibus caſibus præſumatur fraus, vel malitia, *vide Gaſp. Cabal. milleloq. 583.* ¶ Fraus de facili præſumitur inter conjunctas perſonas. *Bart. in l. 6. ff. de rit. nupt.* ¶ Contractus factus in forma venditionis, præſumitur fictus, & ſimulatus, & vere pignoratirius, ubicunque intervenerit modicitas pretii, & pactum de retrovendendo in eodem contractu; ſecus fortaſſe ſi ex intervallo. *Abb. conſ. 69. libr. 2.* an, & quando pactum de retrovendendo aliis junctis præſumptionibus, reddat contractum emptionis ſimulatum, *vide infra titul. de pact. inter emptorem, & vendit.* ¶ Modicitas pretii dat magnum argumentum ſimulationis contractus. *Abb. conſ. 49. lib. 1.* ¶ Re partim vendita, & partim donata, præſumitur fraus. *Boer. deciſ. 143.* ¶ Simulationis ſuſpicio, non ceſſat ex donatione pluris valoris. *Cuv. conſil. 156. num. 7.* ¶ Ex quibus conjecturis præſumatur venditio fraudulenta, & præſumptio fraudulenta, quæ ex conjecturis infertur debet intelligi cum omnibus qualitatibus ſibi ex conjecturis inhærentibus. *Bart. conſil. 67.* ¶ Fraus, & ſimulatio alienationis ex poſſeſſione rei alienatæ præſumitur. *Andr. de Yſernia, ſingular. 6.* ¶ Venditio præſumitur ſimulata, quando emptor petitur venditorem poſſidere, ſed quantum tempus requiratur, *vide Bart in l. 8. §. ſupervacuum ff. quibus mod. Pign. vel Hypoth. ſolva.* ¶ Fallit duobus in caſibus, nempe quando venditor reſpondet de fructibus emptori, & quando ſibi reſervavit uſumfructum. *Bart. ibid.* ¶ Venditio omniom bonorum præſumitur ſimulata, & fraudoloſa *Bart. in l. 27. ff. de probatio.* ¶ Sex modis quis præſumitur in fraudem alienare, de quibus *vide per gl. in §. in fraudem inſt. quib. in cau. manum. non lice.* ¶ Si duo contractus ſint facti eodem die, ab eiſdem ſuper eadem re, cenſentur correſpectivi, & ex illis facile fraus arguitur, quod procedit, etiam in diverſis inſtrumentis non correſpectivis, quia moltiplicatio inſtrumentorum non minuit, ſed auget ſuſpicionem fraudis, vel ſimulationis: immo præmiſſa habent locum, licet inſtrumenta non eſſent rogata ſub eadem die, ſed unum poſt aliud intra paucos dies. *Gaſp. Cabal. milleloq. 418.* ¶ Ex quibus præſumptionibus præſumatur contractus ſimulatus, *vide Afflict. deciſ. 40. num. fi. Marc. q 508. Rot. Genn. deciſ. 184.* etiam ſimulatio probatur conjecturis in materia ſuſpecta. *Gaſp. Cabal. milleloq. 125.* ex quibos probetur, & arguatur ſimulatio, *vide Cravet. conſ. 156.* & contra ex quibus excludatur, *vide Dec. conſil. 463.* ¶ Venditor vel donator, quando poſt venditionem remanet in poſſeſſione domus venditæ, præſumitur fraus. *Ven. d. deciſ. 143. num. 6. Bart. in l. 15. ff. de donatio.* quod limitatur in undecim caſib. de quibus *per Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 39. vide Natt. conſ. 628. n 15. & conſ 88. num 35. vol. 2.* ¶ Et ex quibus tunc præſumatur contractus venditionis ſimulatus, & non verus, *vide deciſ. 67. Rot. Auenio. in deciſ diverſ. tom 3.* ¶ Ex quibus conjecturis contractus venditionis, vel alius præſumatur ſimulatus, *vide Borg. Caval. deciſ. prima, de contract. parte 2.* tamen regulariter in dubio ſtatur inſtrumento: quia ſimulatio non præſumitur niſi clare, & concludenter probetur, *idem Vera. deciſ 421. part 2. & deciſ. 163. part. 3.* & ſimulationis præſumptio oriri non poteſt in emptione, cum poſſeſſio eſt emptori tradita. *Afflict. deciſ. 165. num. fin.*

Vel non.

Decretum judicis in contractu venditionis, omnem fraudis ſuſpicionem tollit. *idem Vera. d. deciſ. 163. n. 8.* tamen decretum judicis, non prodeſt contractui ſimulato, quin poſſit ſimulatio allegari, & probari, ac judicem fuiſſe circumventum. *Jaſ. Lanf. Balb. deciſ. 183.* ¶ Probata ſimulatione nihil prodeſt habere penes ſe inſtrumentum, tamen in dubio non præſumitur ſimulatio. *l. 4. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Clauſula conſtituti, quando tollat præſumptionem fictionis, & ſimulationis contractus. *Bart. conſ. 65. n. 6.*

Cap. IV. Quando probetur, vel non.

De deductione, & probatione ſimulationis, & quomodo teſtes habeant deponere ad hoc, ut venditio annulletur, & res intelligatur tantum pignori data, *vide per Bart. in l. pacta noviſſima. C. de pact. vide eundem in l. 38. num. 11. de leg. 1.* ¶ Contractus ſimulatus, vel uſurarius ex præcedentibus probatur, nempe quando ab initio aliter fuit conventum, & poſtea aliud ſcriptum, *Boer. deciſ. 183. num. fi. Franc. Marc. q 483.* ¶ Colluſio probatur plene ex præſumptionibus & conjecturis, ſed ex quib. *vide Paul. Aemil. Vera. deciſ. 143 part. 1.* ¶ Error ſcripturæ, quando probetur, & dictum prævalet ſcripto, etiam quando ille, qui dicit, eſt idem, qui ſcribit. *Bart. in l. 9. §. ſed ſi non ff. de hered. inſt.* ¶ Simulatio accommodationis nominis, quomodo probetor, *vide Marc. q. 56.* ¶ Quando alias inter contrahentes non ſufficerent conjecturæ ad probandam ſimulationem, vel fictionem contra formulam contractus inter ſe adhibitam, tamen reſpectu tertii, qui læditur, poteſt ſimulatio probari per conjecturas veriſimiles. *idem Cabal. milleloq. 489.* ¶ Contractus ſimulati probantur per conjecturas, indicia ac præſumptiones, & hoc caſu talis probatio per conjecturas dicitur evidentiſſima probatio. *idem milleloq. 582.* ſed ex quibus conjecturis probentur ſimulati, relinquitur arbitrio judicis. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 247.* ¶ Probatio per conjuncturas multiplex, *vide Cabal. milleloq. 581.* quo loci ſcribit 14. conjecturas. ¶ Simulatio contractus probari poteſt, non ſolum per præſumptionem legis; ſed etiam hominis. *Ozaſ. deciſ. 42.* ¶ Simulatio, quæ prætenditur probari per teſtes debet liquidiſſime probari. *Gram. ibid. deciſ. 76. num. 24.* ¶ Quod poſſit probari per teſtes contra inſtrumentum ſcribit, *Fran. Marc. q. 48. & q. 434.* ¶ Contractus ſimulatus ex quibus probetur, *vide Jaſ. de actio. §. item ſi quis in fraudem, num 8. & 42. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. Rub. 10. §. 12. gloſſ. 4.* ubi deſcribit decem caſus, in quibus arguitur ſimulatio in alienatione rei, & quando admittitur probatio contra inſtrumentum, *vide ibid.* & antequam ſit ſimulatus, quæ requirantur, *vide Afflict. deciſ. 40. num. 19. Gram. deciſ. 71. Bart. conſil. 65. vol. 1.* ¶ Simulatio eſt difficilis probationis, ideo in ea ſufficiunt leviores probationis. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 116. n. 8.* ¶ Clauſulæ inſolitæ ſuſpicionem inducunt, *idem milleloq. 490.* & arguunt actum eſſe ſuſpectum. *Pet. Gerar. ſing. 77.* ¶ Simulatio ex præcedentibus, ſequentibus, ſtatu cauſæ & perſonarum conditione deprehenditur, & in ſimulatione plurimum judicis arbitrium verſari, multaque alia ex quibus contractus poſſit dignoſci ſimulatus, *vide per Hieron. Mago. deciſ. 25. Luc. Afflict. deciſ. 40. num. 19.*

Cap. V. Quæ fieri, opponi poſſit.

Contra inſtrumentum guarentigiatum habens exequutionem paratam, & contra, quod poſſit opponi ſolum exceptio falſitatis, vel ſolutionis de ſimulatione etiam excipi poteſt, quæ facit deficere contractum, nam ex quo deficit conſenſus, non dicitur eſſe contractus. *Caſſad. deciſ. 10. de reſcrip. num. 6. Marc. q. 47. vide tamen Abb. conſ. 73. lib. 2.* ¶ Venditor contra emptorem non poteſt opponere venditionem eſſe factam in fraudem privati, vel fiſci, vel fictitiam, ſed ex aliqua alia juſta cauſa ſe defendere poteſt. *Bart. in l. 15. ff. de donat. n. 6.*

¶ Contractus factus ſub nominis accommodatione, cenſetur factus de pecunia illius, qui contractui cauſam dedit. *Marc. d. q. 506. part.* 2. ¶ Contractum fuiſſe factum in fraudem, non poteſt dicere hærea extraneus, ſed contrahentis creditor ſic. *Bart. conſil. 65.*

Cap. VI. Quibus renunciari poſſit.

Exceptio ſimulationis dicitur, quando obligatio eſt facta ob cauſam non veram, vel fictam. *Bartol. in l. 6. C. ſi cert. pet.* ¶ Exceptioni ſimulationis renunciari non poteſt. *Franc. Marc. q. 483. numer. 11. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſt. reg. tract. de reſtitutio. artic. 1. gloſſ. 8. & 9. Tom. 2. Bart. in l. 58. de legat. 1. vide eundem Bart. conſil. 65. num. fin.* ne talis exceptio tollitur per juramentum, impetrata tamen ipſius diſpenſatione. *Cabal milleloq. 782. vide decif. 67. Rot. Aven. in decif. diverſ. Tom. 3. Bart. in l. 27. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Non poteſt enunciari exceptioni ſimulationis cum juramento in eodem inſtrumento præſtito, niſi eſſet juramentum veritatis cum juramento confirmatorio, ut quia dictum eſſet, quod partes cum juramento confitentur omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, & jurant non contravenire. *Marc. q. 507.* ¶ Adverſus ſimulatam venditionem, quæ re vera pignus eſt, reſtitui quis poteſt. *Reb. tract. de reſt. art. 1. gl. 8. n. 8.* ¶ Quæ requirantur, ut reſtitutio concedatur adverſus ſimulationem, *Rebuff. de reſtit. art. 1. gl. 8. n. 3.* ¶ Omiſſio ſtyli, vel ſolemnitatis conſuetæ, inſtrumentum reddit ſuſpectum. *Cabal. milleloq. 492.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Si nomen uxoris ſimulate eſt appoſitum in inſtrumento loco viri obligatio eſt ipſo jure nulla ratione ſimulationis, cum veritatis ſubſtantia potius, quam ſimulata geſta, attendantur. *l. 17. C. ad Senatuſconſ. Velleia.* ¶ Simulatio contractus, ſi de perſona ad perſonam fiat, an illi, qui per fictam perſonam contrahit, actio quæratur, & valeat contractus, vel ſit opus ceſſione, *vide Marc. q. 46 & q. 506 part. 2.* ¶ Tabellio ſimulatum inſtrumentum conficiens pœna amputationis manus, & perpetuæ infamiæ plecti debet. *Mynſing. obſerv. 65. cent. 6.* ¶ Dominium ex contractu ſimulato non transfertur. *Afflict. decif. 40. num. 17. vide Bart. in l. emptor. de aqu. plu. arcen.* minus poſſeſſio. *Natt. conſil. 446.* Ideo neque per conſtitutum in eo contractu appoſitum, *Rot. Gen. decif. 184. num. 18.*

Cap. VIII. Quibus modis valeat.

Licet non valeat, quod in veritate agitur, tamen valet, quod ſimulate concipitur, *l 27 ff. depoſiti. vide tamen Bart. ibid.* ubi circa ſimulationem diſtinguit plures caſus. ¶ Iuramentum interpoſitum ſuper actum ſimulatum non validat actum, nec ligat jurantem; minus requiritur abſolutio ſecundum opinionem Jaſ. ut ipſe teſtatur, *de actio. in §. fuerat, num. 87. vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tract. de reſtit. art. 1. gloſſ. 8. Tom. 2. fol. 408. Guid. Pap. ſing. 937. Petr. de Raven. ſing. 108. Hippol. ſing. 327.* ¶ Fallit, quando in contractu eſſet appoſitum juramentum, per quod juratur omnia contenta in inſtrumento fuiſſe, & eſſe vera. *Hippol. ſing. 474. & 654. vide D. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitu. Sabaudia, gloſſ. ſuper ule pare. dereti, quitationem. tit. de mino. fol. 106.* tunc enim ſimulatio contractus allegari non poteſt. *Ozaſ. decif. 42. num. 7. Afflict. decif 60. Gram. decif. 76. & 89. Franc. Marc. q. 2 q. 483. num. 10. & 23. & q. 507.* ¶ Si creditor in ulterius præjudicium fingat ſe priorem tempore, vel ſibi ſolutum non eſſe, cum ſit, in pœnam falſi incidit, licet de conſcientia debitoris fecerit. *l. 15. C. ad l. Cornel. de falſ.*

TITULUS CCCLIII.

De fictionibus.

Generalia.

Materiam fictionis, *vide per Bart. & DD. in l. is, qui pro emptore. ff. pro emptore.*

Cap. I. Fictio: Quid, qualis ſit.

Fictio eſt ſemper ſuper certo. *Bart. in l. 10. de pet. hared.* & fingit contra veritatem. *Bartol. in l. 23. ff. de eo, quod metus cauſa.* ¶ Dicitur fictio fictionis in adoptione loco nepotis, de aliquo facta, *§. licet. Inſt. de adoptio.*

Qualis ſit.

¶ Fictionis æquitas nulla ſuadet in beneficialibus. *Caſſad. decif. 3. de præben. num. 22.* ¶ Quæ ſit differentia inter fictionem, & præſumptionem, *vide ſupra lib. 1. tit. de praſump.* ¶ Æquitas naturalis ineſt in omni fictione, & quando veritas, fictio invicem tendunt ad diverſa, fictio prævalet veritati, alias ſecus. *Bart. in l. 23 ff. de libe. & poſth.* ¶ Quando veritas, & fictio tendunt ad unum finem, veritas prævalet fictioni. *l. 23. ff. de liberis & poſth. vide Caſſad. decif. 6. titul. de conceſſio. præben.* ¶ Paria ſunt aliqui non eſſe ab initio, vel eſſe, & tolli per actum, qui retro fingat non eſſe. *Bar. q. 9. num. 3.* ¶ Legis fictio non porrigitur ad impoſſibile. *l. 15. ff. loc. & conduct.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Quemadmodum ubi per fictionem fit translatio de uno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia, ita quando fit de perſona ad perſonam. *l. 17. ff. de interrog. act.* ¶ Fictio quælibet habet duo extrema, finis ſcilicet, & principii, requirit habilitatem in utroque, *Caſſad. decif. 2. præbend. num. 17. vide Bart. in l. 19. ff. communia prædiorum,* quare per fictionem aliquid retro non fingitur, ubi deficiunt extrema à quo, vel ad quod *l. 7. de jure codicil.*

Cap. III. Quando probetur contra fictionem, vel non.

Quædam eſt fictio, quæ fingit ſuper certo facto, ut in fictione legis Corneliæ, & hæc non admittit probationem in contrarium, & quædam eſt præſumptio, quæ fit ſuper aliquo facto dubio, & hæc recipit probationem in contrarium. *Bart. in l. 16. C. de probat. num. 10.* ¶ Fictio, quæ idem eſt, quod præſumptio juris, & de jure, non patitur probationem in contrarium. *Bart. in l. 38 ff. de acqui. hared.*

Cap. IV. Quæ fingantur, vel non.

Stipulatio quibus caſibus fingatur, *vide Bart. in l. 1. ff. de verb. oblig. s.* ¶ In dote fingitur ſtipulatio, quæ re vera non interceſſit, *l. unica, §. 1. C. de rei uxo actio.* alias etiam fingitur ſtipulatio, ubi non eſt, *l. 6. ff. de uſuris.* ¶ Qui deceſſit apud hoſtes, videtur mortuus tempore captivitatis, qui revertitur, fingitur ſemper fuiſſe in civitate. *l. 104. §. ſi ex. de leg. & fideic. 1. l. 12. & 18. ff. de captivis.* ¶ Dictio, perinde, denotat fictionem, *Ozaſ. decif. 119. num. 10.* ¶ Fictio, ubicunque à lege introducta eſt ſuper actu, de quo lex ipſa diſponere poteſt, tunc lex dicitur vere, non autem ficte facere. *Ozaſ. decif. 126.* ¶ Fictio, an fingat contra factum, quoad veritatem inducendam, *vide Afflict decif. 299. n. 6.* ¶ Fictio caſſat, ubi ceſſat æquitas, & fictio univerſaliter fingit in his, quæ ſunt facti, raro, vel nunquam in his, quæ ſunt juris, & triplex eſt, *vide Bar. in l 20. ff. quibus ex cauſ. major.* ¶ Fingitur ſuper facto aliquod factum, quod nunquam fuit. *Bar. in l. 11. § ſolutam. ff. de pig. act.* ¶ Fingi ſuper re, quæ non eſt, licet non poſſit, tamen aliquid retro nō eſſe fingi poteſt. *Bar. in l. 16. ff. de reb. dub.* ¶ Quando lex fingit

fingat ſuper impoſſibili, *vide Bart. in Auth. hoc ita, C. de duobus reis, & in l. 16. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ In ultimis voluntatibus per adventum conditionis non fingitur retro. *Bart. in l. 9. §. ſi ſervus ff. ad leg. falcid.*

Cap. V. Qua admittatur: habeat locum, vel non.

Una fictio circa idem admittitur, non autem plures, *l. 12. §. Marcellus. ff. mandati.* ¶ Fictio privata, quæ fingit non eſſe illud, quod eſt, regulariter non habet locum in his, quæ ſunt juris, ſed in his, quæ ſunt facti. *Bart. in l. 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact. n. 23.* vide eundem *Bart. in l. 23. §. in his. ff. de acquir. poſſe. & in l. 32. ff. de reg. jur.* ¶ Fictio non habet locum, ſi non reperitur res, ſuper qua fingat. *Bart. in l. 8. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & comm. rei vend.*

Cap. VI. Quando concurrunt.

Quando concurrunt in perſona unius jura plurium perſonarum, habetur, ac ſi eſſent plures perſonæ. *Rot. Gen. dec. 2. num. 36.* ¶ Fictiones duæ in uno facto, an poſſint concurrere, *vide Afflict. deciſ. 299. num. 26.* negativam tenet *Joſeph Ludov. dec. Luc. 53. num. 45. facit. l. 12. §. Marcellus. ff. mandati.* ¶ Fictiones duæ habentes originem ex diverſis, poterunt concurrere. *Bart. in l. geris. ff. de acquir. hered.* ¶ Fictiones duæ poſſunt ſimul concurrere, quando una venit in conſequentiam alterius, vel concurrunt circa diverſa, vel ex diverſis fontibus oriuntur. *Idem Bartol. in l. 16. ff. de ſolutio. & libera.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Reſtitutio non conceditur ex fictione poſtliminii, cum poſtliminium non porrigatur ad ea, quæ ſunt facti; ut eſt poſſeſſio; ſed ad ea tantum, quæ juris, *l. 18. ff. ex quibus cauſ. major.* ¶ Fictio habetur quoad juria effectum pro veritate, & tantum operatur in ſuo caſu, quantum veritas, in caſu vero. *Guliel. Caſſad. dec. 2. num. 16. tit. de unionibus. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſt. reg. tract. de lit. natur. gloſſ 2. num. 14.* ¶ Fictio quando plus poſſit quam veritas, *vide Bart. in l. 41. ff. ſi cert. peta.* ¶ Fictio non operatur in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero, in effectibus contrarietatem inducentibus. *Joſeph. Ludov. dec. Luc. 52. n. 51.* ¶ Hæreditatis aditio retrotrahitur ad tempus mortis, *l. 54. ff. de acquir. hered. l. 28. §. illud. ff. de ſtipulatio. ſervo.* ¶ Plus non poteſt operari fictio, quam veritas, *l. 14. ff. ſi cert. pet. in additio.* ¶ Debitor conditionalis ſolutione vera, vel ficta, tunc liberatur vere, quando conditio extiterit: retro tamen fingitur liberatus, *l. 16. ff. de ſolutio & libera.* & materia fictionis, *vide ibid. per gloſſ.* ¶ Ubi eſt inhabilitas perſonæ à principio, actus non poteſt confirmari, licet conferatur in tempus permiſſum, *l. 4. ff. de ſerv. export.* ¶ Confeſſio ficta tantum operatur, quantum vera. *Bart. quaſt. 3. nu. 6.*

TITULUS CCCLIV.

De Clauſula conſtituti.

Cap. I. Conſtitutum: Quod dicatur, vel non.

Conſtitutum non dicitur acceſſorium obligationis: ſed traditionis, & tranſlationis dominii: Ideo reſoluta obligatione aliquando non reſolvitur conſtitutum. *Ozaſ. num. 7. d. deciſ. 35.* ¶ Conſtitutum, vel precarium, ubi non apparet, non poteſt præſumi appoſitum ex conſuetudine notarii. *Gram. deciſ. 103. nu. 176.* contrarium tenet *Pet. Benint. deciſ. 32. num. 6.* ¶ Clauſula conſtituti, ſi ponatur in inſtrumento venditionis, non eſt neceſſe, quod deſcribatur hoc fuiſſe actum in principio. *Bart. ſing. 4.*

Cap. II. Qua acquirantur per conſtitutum.

Poſſeſſio mihi quæritur cum quis conſtituit ſe nomine procuratoris mei poſſidere. *Bartol. in l. 6. ff. de precario.* ¶ Conſtitutum licet ficta traditio eſſe dicatur, per illud tamen vera poſſeſſio acquiritur. *Ozaſ. deciſ. 39.* & non per fictionem. *Bartol. in l. ſi is qui pro empt. ff. de uſucapionibus*, neque requiritur alia apprehenſio. *Fel. conſ. 50.* & transfertur civilis & naturalis. *Idem Ozaſ. deciſ. 133. Boer. dec. 200. Ang. in §. Item ſi quis in fraudem. inſtit. de actio. Rebuff. in ſuis comment. tract. de materi. poſſe. in præfat. n. 74. Tom. 3. Menoch. conſ. 139. nu. 11. 24. lib. 2* limita in conſtituto à tutoribus facta. *Capic. deciſ. 14. num. 11.* vel curatoribus, *Math Mathef. ſing. 166.* aut prælatis. *ibid. in additio.* ¶ Dominium etiam per conſtitutum acquiritur. *Capic. deciſ. 14. num. 8. Guid Pap. q. 111. in additio. & q. 112. Boer. deciſ. 162. num. 11.* fallit in conſtituto rei emphyteuticæ, facto ſine conſenſu domini. *Guid. Pap q. 46.*

Cap. III. Quæ transferuntur, vel non.

Poſſeſſio, an per conſtitutarium poſſit (illa remanente adhuc penes conſtituentem) in alium transferri, *vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 215. num. fin.* ¶ Conſtitutum majus eſt precario; quia in precario tantum transfertur civilis poſſeſſio, & per conſtitutum civilis, & naturalis. *Afflict. dec. 139. num. fin. Capic. deciſ. 14. 15. & 16.* ¶ Ideo per conſtitutum precarii non transfartur naturalis, & actualis poſſeſſio, ſed ficta, ſeu civilis. *Guid. Pap. q. 509.* de ipſa differentia, *vide per Bartol. in l. 21. ff. de acquir. poſſe.* ¶ Imo ſicut per ſimplex conſtitutum transfertur poſſeſſio, ita in conſtitutione precarii, quando legitimus titulus præceſſit; ex quo intelligitur falſam eſſe illam doctrinam, per quam Doctores conſtituunt differentiam inter conſtitutum ſimplex, & conſtitutum precarii, ita ſcribit, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 808. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de donatio. inſinua. art. 2. gloſſ. 3. Tom. 2.* ¶ Poſſeſſio, an transferatur per conſtitutum in hæredem, quomodo, *vide Pet. Benint. deciſ. 12.* ¶ Licet per conſtitutum transferatur poſſeſſio, tamen hoc non procedit in hæredibus & ſingularibus ſucceſſoribus emptoris; quia ipſi debent poſſeſſionem corporalem accipere. *Borg. Caval. deciſ. 23. n. 46. part. 2.*

Transeant, vel non.

Effectus conſtituti tranſit paſſive in hæredes conſtituentis, maxime quando eſt facta mentio de hæredibus. *Caſſ. in conſuetud. Burg. titu. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 1 gloſſ. 3. in verbo adverte*, ideo conſtitutarius mortuo conſtituente, poterit uti remedio, *l. fin. C. de acquir. poſſ.* Excellentiſ. Domin. P. Theſſ. *deciſ. 215.* ſed non tranſit active ad hæredes, nulla de illis facta mentione. *Caſſan. ibid. num. 11.* ſecus facta illorum mentione. *Menoch. conſ. 139. num. 9. & fin.* ¶ Poſſeſſio civilis penes defunctum exiſtens per conſtitutum in hæredes tranſit. *Hieron. de Mont. varia. juris quaſt. q. 21. num. 31.* ¶ Precarium non tranſit ad hæredes precario rogantis: quia non poteſt quis conſtituere precario poſſidere, poſt mortem ſuam. *Afflict. deciſ. 335. nu. 5. 6. 9. & 10.* ¶ Conſtituti effectus tranſit ad hæredes conſtituentis, & ſic contra eum. *Cravet. conſ. 107.*

Cap. IV. Qui, & quomodo conſtituere poſſint.

Creditoris utilius eſt, quod debitor conſtituat ſe bona ſua precario nomine creditoris poſſidere, transferendo in eum civilem poſſeſſionem tantum, retinendo naturalem, quam ſi conſtituat ſe poſſidere ſimpliciter, *vide Math. Mathef. ſing. 153.* ¶ Gloſ. *in l. Julianus. §. ex vendit. ff. de actio empt.* loquitur quando venditor ſe precario poſſidere nomine emptoris conſtituit, quo caſu in emptorem tranſlata non fuit poſſeſſio naturalis; ſed ea penes precario poſſidentem remanſit. *Ozaſ. deciſ. 36. num. 4.*

Cap. V. Quod remedium competat pro conſtituto.

Poſſidens vigore conſtituti remedia poſſeſſoria intentare poteſt. *Ozaſ. deciſ. 133. n. 7.* veluti interdictum uti poſſi-

Digitized by Google

poſſidentis, contra turbantem. *Natt. conſ.327.* vel recuperandæ contra ſpoliantem. *Menoch. 139. num. 21. lib. 2.* & hoc procedit etiam in creditore. *Boer. deciſ. 112. num. 12.* ¶ Qui propterea poteſt intentare remedium. *l. fin. de acquir. poſſe. Rot. Genuen. deciſ. 13. num. 12. vide Afflict. deciſ.o. 335. num. 7. Cravet. conſ. 235. circa finem. Rebuff. in ſuis comment. tract. de dona. inſinua. art. 2. gloſſ. 3. Tom. 3.* ſed quomodo, *vide Excell. P. Theſſau. deciſ. 215. num. 6. in fine.*

Cap. VI. Qui ſint effectus conſtituti.

An virtute conſtituti donator poſt mortem donatarii, præferatur proximiori in gradu ſuccedendi, in poſſeſſione rei donatæ, *vide Ludovic. Roman. ſingul. 246.* ¶ Conſtitutum collatum poſt mortem nihil operatur, cum mortuus poſſidere non poſſit. *Natt. conſilio 189.* vide tamen *Perilluſtr. D. P. Theſſau. deciſ. 105. & 215.* ¶ Conſtitutum licet regulariter collatum poſt mortem non operetur effectum ſuum, tamen operatur, obicumque actus eſt purus, & executio ejus dilata in tempus mortis. *Natt. conſ 453.* ¶ Conſtitutum nihil operatur, ſi conſtituens tempore conſtituti non poſſidebat: & idem ſi alieno nomine poſſidebat. *Ozaſ. deciſ. 144. num. 4. Afflict. deciſ. 37. Guid. Pap. q. 356. Joſeph. Ludov. deciſio. 3. Luc. & deciſio. Peruſ. 29. & 68.* ubi limitat reg. *vide Rot. Genuen. deciſio. 13. num. 13. & 14. Beninten. deciſio. 48. Gaſp. Cabal. Milleloq. 904. Bart. in l. 77. ff. de rei vendic.* Ideo probare debet agens virtute conſtituti, quod conſtituens tempore illius poſſidebat. *Rota Genuen. deciſ. 149. Afflict. deciſ. 335. num. 4. Capic. deciſ. 182. num. 9. Borg. Caval. deciſ. 23. num. 44. Petr. de Raven. ſingul. 543. Ale. in l. quod meo. ff. de acquir. poſſe. num. 22. Fel. conſ. 50.* ¶ Fallit, quando agitur contra conſtituentem, vel ejus hæredem. *Rot. Genuen. deciſ. 13. num. 14. Jaſſ. Lanf. Balb. deciſ. 276.* aut ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à conſtituente. *Natt. conſ. 434.* ¶ Fallit, quando ſumus in antiquis. *Natt. conſ. 235. Tom. 2. num. 11. Dec. conſilio 303. num. 10. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, Rubr. 7. §. 1. gloſſ. 3. num. 4. in verbo limita tamen. Hippol. ſing. 521.* ¶ Et licet conſtitutum nullius ſit effectus, quando conſtituens non poſſidebat, tamen ſi debitor conſtituit poſſidere, tam bona præſentia, quam futura, tunc tale conſtitutum extenditur, etiam ad bona ipſa futura poſt ea quæſita. *Afflict. deciſ. 27. n. 3.* quia tunc in acquiſitione debitor mutare nequit, *vide eundem Afflict. deciſ. 335. Bartol. in l. 9. C. quæ res pignori obligari poſſunt. Put. dec. 443. lib. 2. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, Rub. 7. §. 1. gloſſ. 3.* ¶ Civilis poſſeſſio quæſita per conſtitutum octo operatur effectus, de quibus ſigillatim *vide per Guido. Pap. queſt. 356.* de effectibus clauſulæ conſtituti, *vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitutio. reg. tract. de donatio. inſinua. art. 2. gloſſ. 3. Tom. 2. Hippol. ſing. 496.* ¶ Reg. limitatur in contractu ſimulato, in quo non transfertur dominium, neque poſſeſſio. *Rot. Genuen. deciſ. 184. num. 8.* nam precarium non valet, ubi principalis contractus non tenet. *Natt. conſil. 188. Tom. 1.* & illo infirmato, *Afflict. deciſ. 40. Luc. 17. & deciſ. 139.* aut reſoluto, *Cravet. conſ. 299.* vel reprobato, *Marc. quæſt. 8.* ¶ Precarii conſtitutio non poteſt idem operari in perſona ſecundi donatarii, quod in perſona primi, factis donationibus duabus diverſis perſonis ſucceſſive in contractu, *Guido. Pap. qu. 512.* vide tamen *Joan. Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 7.* ¶ Clauſula conſtituti in incorporalibus nihil operatur, *vide Franc. Marc. quæſt. 422. num. 6. & 7.* niſi dictum ſit, conſtituit ſe poſſidere, vel quaſi. *Natt. conſ. 373. vide tamen Henric. Boer. in ſuis ſing. tit. poſſeſſio & inveſtitura. num. 2.* ¶ Incertitudo ratione loci, & quotæ reddit contractum nullum, & tunc conſtitutum appoſitum in tali contractu nihil operatur. *Hieron. Magon. deciſ. 20. & 21. Luc. Hipp. ſing. 496.* veluti ſi quis donaverit quartam partem ſuorum bonorum. *Dec. conſ. 226. vide Bart. conſ. 74. vol. 1.* ¶ Conſtitutum appoſitum in contractu nullo nihil operatur. *Joan. Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 5. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions lib. 7. §. 1. gl. 3. Afflict. deciſ. 331. Marc. q. 468. part. 2.* ¶ Clauſula conſtituti vere eſt translativa dominii, & poſſeſſionis, quod procedit ſi conſtitutum ſit factum præſenti, & ſit purum, ſecus ſi fiat abſenti notario pro ipſo non ſtipulante, vel ſub conditione. *Ludov. à Pegue. in ſuis quæſtio. crimin. cap. 48. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions Rub. 7. §. 1 gloſſ. 3. Natt. conſ. 372. vide & conſ. 189.* ¶ Precarium regulatur ſecundum naturam ſui principalis. *Afflict. deciſ. 139.* ¶ Ad hoc, ut per conſtitutum transferatur poſſeſſio, requiritur voluntas, & animus illius, cujus nomine conſtituo me poſſidere: Ideo debet eſſe præſens, & ſi conſtituo me poſſidere nomine abſentis, debet poſtea habere ratum tempore, quo poſſeſſio ab alio non fuerit occupata. *Benint. deciſ. 12. num. 5. & 6. vide Rot. Genue. deciſ. 13. num. 17. & 18.* & vera dicitur poſſeſſio etiam ea, quæ eſt quæſita per actus fictos, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 901.* ¶ Conſtitutoria poſſeſſio ex negligentia decennii cenſetur derelicta, ita quod per conſtitutum non poteſt amplius dici, fuiſſe translatum poſſeſſionem, ſed potius amiſſam, *Borg. Caval. deciſio. 23. de contract. par. 2. num. 45. vide Perilluſtr. D. P. Theſſau. deciſio. 105. & dec. 215.* intellige, & declara concluſionem, ut per *Menoch. conſ. 139. lib. 2.* ¶ Ad hoc ut conſtitutum operetur, debet habere quatuor qualitates. Primo, quod contractus, cui apponitur, ſit validus. Secundo, quod conſtituens ſit legitimus poſſeſſor rei, quam ſe conſtituit nomine alieno poſſidere. Tertio, quod conſtitutum ſit de re certa, veluti de aliquo fundo, vel de alia re limitata. Quarto, quod ſit de re tempore conſtituti poſſeſſa. *Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 9.* quibus concurrentibus, poſſeſſio per conſtitutum ita vera, & propria tradi dicitur, ac requiritur, quod ipſa in ſtatuto loquente de poſſeſſionibus, cadit, *Jaſ. de actio. §. actionum. num. 139.* ¶ Quod dicitur per retentionem uſusfructus, vel per conſtitutum transferri poſſeſſionem, limitatur non procedere in rebus emphyteuticis, vel feudalibus, aut cenſalibus, vel aliter debentibus ſervitutem: quia his caſibus per conſtitutum non transfertur poſſeſſio, vel dominium, donec per dominum ſuperiorem donatarius, vel emptor fuerit inveſtitus. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, Rub. 7. §. 1. gloſſ. 3.* in verbo item, & quando tamen licet conſtitutum non transferat poſſeſſionem, nec dominium in re emphyteutica, niſi ſecuta inveſtitura, verum hoc non procedit, quoad contrahentes: nam quoad ipſos transfertur ex conſtituto poſſeſſio, dominiumque. *Rol. conſ. 51. num. 34.* ¶ Primum conſtitutum nihil operatur, ſi ſecundus emptor, vel donator primo obtinuerit inveſtituram à domino directo. *Caſſan. in conſuetud. Burg. Rub. 7. §. 1. gloſſ. 3. in verbo, item, & quando.* ¶ Ubi eſt præſumptio, & ſuſpicio fraudis requiritur vera traditio corporalis, nec ſufficit eo in caſu venditorem ſe eum conſtituere poſſidere nomine emptoris. *Bart. in l. 15. ff. de donatio. nu. 4.* ¶ Debitor, qui obligavit creditori omnia bona ſua, & conſtituit ſe ejus nomine poſſidere, poſtea vendendo, & conſtituendo denuo ſe poſſidere nomine emptoris, tunc hoc ſecundum conſtitutum nullius erit effectus. *Bartol. in l. 36. ff. de acquir. poſſeſſ. vide eundem in l. 26. num. 15. ff. de uſucap.* ubi diſtinguit. ¶ Ille poſſidet cujus nomine poſſidetur, & ſic qui per alium poſſidet, poſſidere intelligitur. *c. 9. ext. de reſtitutio. ſpoliat. & c. 17. ext. de praeſcr.* ¶ Conſtituens ſe nomine meo poſſidere, licet realis traditio non interceſſerit, non poteſt ab ipſa traditione nudo conſenſu recedere & quando videatur receſſum, *vide Bart. in l. 39. ff. de pact.* ¶ Quam poſſeſſionem habeat ille, cui precarium fuit conceſſum, *vide Bartol.*

in

in l. 13. §. ſi is qui: ff. de acquir. poſſeſſ. ¶ Qui habet precarium, & conſtitutum poteſt impetrare dominium. *Tho. Minado. deciſ. 6. verſ. ego de hoc ſatis.* ¶ Conſtitutum in pacto de retrovendendo, impedit dominii translationem in alium. *Borg. Caval. deciſ. 16. num. 11. & 26. de contract. part. 2.* ¶ Conſtitutum appoſitum in teſtamento, & alia ultima voluntate ita operatur, ſicut eſſet appoſitum contractui. *Nat. conſ. 372.* ¶ Si venditor conſtituat ſe poſſidere nomine emptoris, & deinceps alteri alienet tradendo rem, tunc dicitur intervertere poſſeſſionem primi emptoris: quare illi competit remedium poſſeſſorium, dummodo in libello ſit intentatum; alias ſecus. *Afflict. deciſ. 40. num. 13. vide Boer. deciſ. 112. num. 12. Guido. Pap. q. 22. & qu. 112. ubi limitat. reg.* ¶ Ex hoc caſu prior emptor præfertur ſecundo, cui res fuit realiter tradita, ſi venditor poſſidebat tempore conſtituti, alias ſecus. *Capic. deciſ. 182. Afflict. deciſ. 139. num. 8. Boer. deciſ. 112. num. 12. Joan. Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 4.* nam ſi venditor tempore conſtituti non poſſidebat, inane eſt precarium, licet poſtea cœperit poſſidere. *Afflict. dec. 335.* ¶ Venditorem per conſtitutum, non liberari ab actione ex empto communi opinione receptum eſſe ſcribit *Ozaſ. deciſ. 36. num. 5. vide Bartol. in l. 59. ff. de pact.* contrarium tamen tenet Beninten. *deciſio. 32. vide Capic. deciſ. 14. num. 12. Bartol. in l. emptor. ff. de pact.* ¶ Et ſi ante litem motam virtute conſtituti, qui poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei in conſtitutum deductæ, & repellere reſiſtentem, *Gaſpar. Cabal. Milleloq. 809.* tamen hoc non licet poſt litem motam; imo hoc caſu attentata lite pendente, revocantur, *Afflict. deciſ. 131. & in additio. ibid. vide Capic. dec. 69. num. 27. & deciſio. 182. num. 8.* ¶ Si in donatione bonorum præſentium, & futurorum ſit appoſitum conſtitutum, tunc habetur loco traditionis. *Afflict. deciſ. 335. num. 3.* ¶ An conſtitutum poſſeſſorium adjectum Hypothecæ bonorum, cenſeatur ſublatum, reſoluta hypotheca, *vide Ozaſ. deciſ. 35. & deciſio. 144. nu. 5. Afflict. deciſio. 139.* ¶ Debitor per ſecundum conſtitutum tollit primum precarium; non autem primum conſtitutum. *Capic. deciſ. 60. num. 27.* ¶ Clauſula precarii poſt mortem creditoris expirat. *Franc. Marc. q. 8. num. 4. vide Perilluſtr. D. P. Theſſau. deciſ. 38. & deciſ. 53.* ¶ Conſtitutum translatum poſt mortem non valet, niſi in contractu diceretur, quod conſtituit ſe nomine talis donatarii, poſt mortem ex nunc prout ex tunc poſſidere, & è contra, *vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 554. Borg. Caval. deciſ. 13. de contract. num. 29. Caſſan. in conſuetudine Burgun. titul. des ſucceſſion, Rub. 7. §. 1. gl. 3. Natt. conſil. 453. numer. 6. Excell. P. Theſſau. deciſ. 38.* ¶ Precarium, & multo magis conſtitutum operatur, ut præſcriptio non currat contra creditorem habentem hypothecam cum conſtituto, ſeu precario bonorum poſtea alienatorum per debitorem; niſi ſpatio 30. annor. ante enim non prodeſt eo in caſu bonæ fidei poſſeſſori præſcriptio non obſtante. *l. 1. ſi adverſus credit. Afflict. deciſ. 130.* tamen præmiſſa non procedunt in bonis poſt obligationem quæſitis. *Afflict. d. deciſ. 139. num. 6.* ¶ Debitor, qui tenetur realiter offerre rem immobilem, liberatur conſtituendo ſe tenere nomine creditoris. *Capic. deciſio. 14. num. 12.* & quando ad confirmationem actus requiritur traditio rei, ſufficit conſtitutum, per quod videtur res tradita. *Decius conſil. 202.* ¶ Creditor habens jus reale in re, poteſt eo jure uti contra ſingularem ſucceſſorem. *Capic. deciſione. 69. num. 26.* ¶ Debitor conſtituens ſe nomine creditoris poſſidere, creditor non ſolum poteſt apprehendere poſſeſſionem propria auctoritate contra ipſum debitorem; ſed etiam contra habentem cauſam ab eo. *Jacob. Put. deciſ. 443. num. fin. lib. 2.* ¶ Pactum de capiendo bona debitoris cum conſtituto operatur, ut poſſit creditor nulla præcedente citatione ingredi poſſeſſionem bonorum, alias poſſeſſorum per debitorem, & modo per tertium, pro tertio non vocato, *Marant. in ſuo Spec. part. 6. titul. de citat. numer. 11. & 38. ſed, vide ibid. & Natt. conſ. 378. & 398.* ſed jus capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, non poteſt cedi, *Natt. conſ. 395. & conſ. 399.* ¶ Poſſeſſor tertius, an ſit conveniendus indiſcuſſo principali in obligatione bonorum precariata, vel in qua eſt conſtitutum, *vide Afflict. deciſ. 139. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſion. 53. in fine.* ¶ Affirmativam tenent (nempe poſſe tertium poſſeſſorem conveniri nulla facta excuſſione.) *Boer. deciſio. 112. num. 12. Afflict. deciſio. 335. nu. 7. idem Boer. deciſio. 200. num. 8. Jaffr. Lanf Balb. deciſ 84. Joan. Pap. lib. 11. tit. 3. arreſt. 6. Gaſp. Cabal. Milleloq. 809. Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 7. jud. num. 59. diſtinct. 20. vide ſupra lib. 1. tit. de excuſſio.*

TITULUS CCCLV.

De dictione, & cætera.

Cap. I. Quibus modis extendatur, vel non.

NOtarius, qui ſumit inſtrumentum ex protocollo abbreviato, an debeat illud extendere. *Bartol. in l. Gallus §. idem credendum. ff. de liber. & poſthu.* ¶ Notarius tenetur clauſulas conſuetas extendere, ſtante præſertim dictione illa, &c. cujus virtute, an poſſit extendere verbum legavit filiæ ſuæ, &c. & ponere verbum inſtituit, ad hoc, ut teſtamentum ſuſtineatur, *vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 58.* ¶ Notarii imbreviatura recipit ſupplementum ab eodem notario renunciationum, & aliarum clauſularum à jure, & à conſuetudine: ſecus ſi alius ſit notarius, niſi intercedat mandatum judicis, *Pet. Gerar ſing. 41.* ¶ Dictio, &c non poteſt extendi ad cauſam dependentem ex unius contrahentium voluntate, *vide Joan. Pap. lib. 10. tit. 4. arreſt. 26.* ¶ Notarius virtute clauſulæ, &c. non poteſt extendere cauſas in appellatione ab interlocutoria, quæ non ſunt expreſſæ, & quæ debent inſeri. *Petr. Gerar. ſing. 41.*

Cap. II. Qui ſint effectus.

Dictio, &c. inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti. *Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & poſthu.* ¶ Si inſtrumentum reperiatur imperfectum in protocollo cum hac dictione, &c. quid juris, *vide Bart. ibid.* ¶ Dictio, &c. operatur quod cenſeantur appoſita conſueta apponi per ipſum notarium ſpecialiter, non per alios notarios generaliter. *Cravet. conſ. 34.* ſed non operatur, ut illud, quod per eam ſubintelligitur habeatur pro expreſſo, ſed cogi poteſt notarius, ut extendat. *Cravet. d. conſil. 34. num. 6.* ¶ Item ſolum comprehendit ea, quæ veniunt ad complementum orationis. *Cravet. ibid. num. 7.* & non ſeparata ab ipſa oratione. ¶ Item nihil operatur nec extendi poteſt, quando inſtrumentum non exprimit conceptum, & intentionem partium ad plenum. *Cravet. d. conſil. 34. num. fin.*

TITULUS CCCLVI.

De renunciationibus.

Generalia.

VIde *tit. de ſucceſſionib. univerſalib. & de reſciſ. contract.*

Cap. I. Renunciatio. Quid ſit.

Juramentum tamen vim habet expreſſæ renunciationis. *Joſeph. Lud. dec. Peruſ. 60. n. 20.* ¶ Quando generalis renunciatio virtute juramenti habeatur pro ſpeciali,

vide

vide Boer. dec. 3. ubi etiam videbis, de illa renunciatione ſolita apponi, renonciantes ipſæ partes legi dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præcedat ſpecialis.

Cap. II. Quæ requirantur.

Meotio generalis, non ſufficit ubi particularis in notatu dignis, deficit. *Afflict. dec. 220. n. 6.* ¶ Adhoc, ut valeat renunciatio, debet renuncians certiorari de jure ſuo, & generalis renunciatio ad hoc, quod renuncians neſcivit, vel non cogitavit, non porrigitur. *Azo. in ſummatit. ad Vellejan.* ¶ Renunciatio, quæ fit in judicio, non requirit partis præſentiam: idem in ea, quæ fit de jure reali. *Bartol. in l. 6. §. ſi liberationis. ff. de libera. lega.* ¶ In contractibus, ſufficit expreſſio aliquorum caſuum ſequuta clauſula generali, ſub qua comprehenduntur omnes caſus pares, vel minores, ut quando quis renunciat omni exceptioni, & legum auxilio. *Abb. conſ. 72. lib. 2. vide Capic. deciſ. 8. num. 5.* ¶ Renunciatio generalis caſuum fortuitorum, an ſufficiat, vel requiratur ſpecialis, quid in indiciis, & ſtipulationibus judicialibus, & contractibus, *vide Bart. ibid. & l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionibus.*

Cap. III. Quibus modis extendatur, vel non.

An generalis renunciatio juramento confirmata extendatur ad legitimam. *Fachin. libr. 12. cap. 8. & lib. 3. cap. 25. affirmat. l. Papinianus. §. ſi quis mortis. l. cum quæritur. Cod. de inoffic. teſtam.* ¶ Renunciatio facta ſuper re aliqua, porrigitur etiam ad præambulum ipſius rei, & qui renunciat liti, videtur renunciare cauſæ, & inſtantiæ. *Bartol. in l. 4. Cod. de pact.* ¶ Generalis renunciatio extenditur etiam ad exceptionem, poſito quod illa exceptio ſola competet. *Capic. deciſ. 88. num. fin.* ¶ Renunciatio non porrigitur ad ea, quæ quis ignorabat ſibi competere, & renunciatio unius non nocet alteri, & facta in cauſa principali, non porrigitur in cauſa appellationis. *Bartol. in Auth. at qui ſemel. C. de probatio.* ¶ Renunciatio generalis non refertur ad illud, quod quis poſtea amittit culpa ſua, & negligentia. *Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Cap. IV. Qui renunciare poſſit, vel non.

Licitum eſt unicuique ſuo juri renunciare, *capit. 5. ex. de renunciat. cap. 17. ex. de foro competen. cap. 45. ext. de appellatio. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſco. & cleri.* ¶ Imo quilibet poteſt renunciare juri ſuo, quod ignorat pro ſe introductum eſſe, *cap. 16. ext. de regular. & tranſeunt.* ¶ Juri ſuo, an poſſit quis renunciare, *vide optimam gloſſ. in capit. 12. ext. de foro compete. & Bart. in l. in conſcribendo. Cod. de pact.* ¶ Juri ſuo quis renunciare poteſt, non autem alieno juri, alteri competenti, *capit. 12. ext. de converſ. conjugat.* ¶ Caſus in quibus poteſt quis renunciare juri pro ſe introducto, deſcribuntur per *Bartol. in l. 39. ff. de pact. num. 4.* ¶ Mulier quando poſſit renunciare juri hypothecarum, *vide Bart. in l. 2. Cod. ad Senatuſconſult. Vellejan. & l. 1. §. licet. Cod. de rei uxor. act.* quod renunciando ſibi non præjudicet, ſi vir non habeat alia bona, ſcribit idem *Bartol. in l. 50. §. fundus. ff. ſolut. matrimon. Abb. conſilio. 8. libr. 2.* ¶ Partes poſſunt renunciare omni legum auxilio. *Afflict. deciſion. 220.* ¶ Pacta prohibitorio poteſt renunciari ab eo, cujus favore fuit introductum. *l. 1. ff. de ſerv. export.* ¶ Pariter ſacerdos, foro ſuo, nec privilegio, ne excommunicari poſſit, renunciare poteſt. *Gom. deciſ. 14. tom. 2.* ¶ Renunciare juri de futuro, quando quis poſſit, & quando non, *vide Bartol. in l. 1. C. de pact.* ¶ Juris ſolemnitati poſſunt partes renunciare, feriis etiam renunciatur extra judicium, & feriarum renunciatio ſimpliciter, intelligitur de præſentibus. *Bartol. in l. 1. ff. de feriis.* ¶ Quis poteſt pacto remittere jus, quod ſperat ſibi acquiri cum erit ſui juris, *l. 43. §. filiusfa. ff. de pact.* ¶ Mulier, S. C. Vellejano renunciare poteſt, ſi de tali beneficio fuerit certiorata, vel renunciaverit cum juramento: fallit ſi enormiter ſit læſa. *And. Gail. obſ. 77. lib. 2.* quando poſſit Vellejano renunciare, *vide Bartol. in l. 25. C. ad Senatuſconſult. Vellejan. & in l. 32. ff. eod.* quod debeat certiorari, quando renunciat Vellejan. ſcribit idem *Bart. in l. 23. ff. de acquirend. hered.* ¶ Civitas alienando rem immobilem, an poſſit renunciare ſolemnitati, de qua *in l. 3. Cod. de vendendis rebus civit. vide Bartol. ibid. num. 4.* ¶ Solemnitati requirenti ſententiam in ſcriptis ferri, & recitari partes renunciare poſſunt. *Bartol. in l. 3. Cod. de privileg. ſchol. libr. 12.* ¶ Beneficio reſtitutioni in integrum, à majore poteſt renunciari: ſecus à minore. *Bartol. in l. 39. ff. de pact. & in l. 42. ff. minor. 25. ann. vide l. penu. C. ſi minor ſi majorem. dic.* ¶ Renunciare quis poteſt exceptionibus, & legum beneficiis ſibi competentibus, tam in judiciis, quam in contractibus. *Abb. conſ. 72. lib. 2.* ¶ Clerici de jure civili, poſſunt renunciare privilegio fori, ſecus de jure canonico, *cap. ſi diligenti, ex. de foro. compet.* ¶ Procurator conſtitutus ad fidejubendum, an poſſit renunciare beneficio de duobus reis, & beneficio de fidejuſſoribus, *vide Bart. in l. 25. ff. quæ in fraudem creditorum.* ¶ Filiusfam. expreſſe poteſt renunciare beneficio illi tributo, ut non poſſit conveniri, niſi in quantum facere poteſt, ſed talis renunciatio non comprehenditur ſub generali renunciatione. *Vinc. de Franc. deciſ. 181. & vide Bart. in l. 15. §. eleganter ff. ſolut. matrimon.*

Vel non.

An filius approbando teſtamentum patris, in quo certis rebus relictis prohibitus fuit plus non petere, etiam ratione legitimæ dicatur renunciare legitimæ. *Fach. lib. 12. cap. 6. negat. §. cæterum, authen. at cum de appell. cognoſ. l. ſi quis. §. & generaliter. Cod. de inoffic. teſtament.* ¶ Juri publico diſponenti circa effectum actus reſpicientis principaliter utilitatem publicam, renunciari per partes non poteſt; ſed juri publico continenti privatam utilitatem, & favorem renunciantis, poteſt renunciari. *Bartol. in l. 39. ff. de pact.* ¶ Verbis prohibitivis partes non poſſunt renunciare. *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tract. de teſtibus, art. 1. gloſſ. 1.* vel diſpoſitioni negativæ, *gloſſ. in l. 1. C. ne fidejuſſ. vel manda. dot. dem.* ¶ Mulier non poteſt conſentire marito alienanti ſundum dotalem. *§. 1. inſtitut. quib. alien. licet. vel non.* ¶ Formalibus, & ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat: *Marant. in ſuo Specul. de ordin. judic. part. 2. numer. 42. fol. 12.* ¶ Mulier Velleiano, de jure renunciare non poteſt, licet conſuetudo ſervet contrarium. *Bartol. in l. generali. l. 25. C. ad Velleian.* ¶ Beneficio, ut pignus vendatur non adhibitis à jure ſolemnitatibus, debitor renunciare non poteſt, *gloſſ. in §. contra autem. inſtitut. eod.* ¶ Maritus non poteſt renunciare privilegio, ne conveniatur ultra quam facere poſſit, nec miles, aliud in ſociis, *vide Gome. Leo. deciſio. 14. in deciſio. diverſo. tom. 2.* ¶ Mulier non poteſt (etiam cum juramento) renunciare. *Gram. deciſio. 76. numer. 20.* ideo renunciatio extrajudicialis per eam facta, illi non præjudicat. *Abb. conſil. 44. lib. 2.* tamen ſi renunciaverit Velleiano cum juramento præſumitur certiorata, alias ſecus. *Capel. Thol. quæſtion. 37. & in additio.* ¶ Quis non poteſt renunciare officii defenſorum civitatis, niſi cum auctoritate principis. *l. fi. C. de defenſo. civ.* ¶ Prohibitoriæ conſtitutioni partis renunciare non poſſunt. *Ant. Corſ. in ſuis ſing. litera P. ſing. prohibitoria conſtituti.* ¶ Homo liber pro debito non poteſt effici ſervus, neque huic beneficio poteſt renunciare, ſicut beneficio ceſſionis. *Bartol. in Auth. imo. C. de actio. & oblig.* ¶ Exceptioni Macedoniani, excommunicationis, vel banni, quis non

non poteſt renunciare, *Bart. in l. 7. C. ad Senatuſconſul. Maced. facit. l. 23. cum gloſſ. ibid. ff. eod.*

Cap. V. Quibus renunciari poſſit, vel non.

Renunciatur facilius juri ſpeciali, quam communi. *gloſſ. in l. 3. C. de non numerat. pecu.* ¶ Conſuetudini, & ſtatuto renunciari poteſt expreſſe: nam in tacitis ſemper ſtatutum, & conſuetudo videntur ineſſe, & renunciatio unius non facit alteri injuriam. *l. 19. C. locat. & conduct.* ¶ Exceptioni fori, quia videtur renunciare incipiendo ſolvere, vel paſciſcendo, aut judicium ſuſcipiendo, *l. 50. ff. de judic.* ¶ Qui petit tempus ad ſolvendum, videtur appellationi renunciare. *l. pen. C. de re judic.* ¶ Juri appellandi poteſt per pactum renunciari, ac etiam conveniri, ne fatale ſervetur, *l. fin. §. fin autem. C. de tempo. & repara. appello.* ¶ Beneficio dividendarum actionum, quod competit pluribus reis debendi poteſt renunciari. *gloſſ. in Authen. hoc ita. Cod. de duobus reis.* ¶ Alimenta præteriti temporis etiam poſſunt peti, & illis renunciari, non autem futuris, etiam cum juramento. *l. 18. ff. de aliment. & cibar. legat. vide in additio.* ¶ Tacite per contrarium factum, renunciat quis juri ſuo, *cap. 20. ext. de offic. & poteſt. judic. deleg. & cap. 20. ext. de ſentent. & re judic. & capit. 15. ext. de privileg.* ¶ Qui renunciat inſtrumentis, liti renunciare intelligitur. *cap. 4. ext. de pact.* & qui liti renunciat, poſtea repellitur. *Bart. in l. 2. ff. ne de ſtatu. defunct.* ¶ Tacite renunciat quis juri ſuo præſtanda advocationem, vel procurationem in ſua, in qua jus habet. *cap. 6. ext. de tranſact.* ¶ Quando renunciatur omni privilegio perinde eſt, ac ſi omnibus & ſingulis privilegiis in ſpecie eſſet renunciatum. *Cravet. conſilio 294.* ¶ Renunciari privilegio ſuo quiſquis poteſt, non tamen præcepto legis. *Jaſ. de actio. in rub. num. 22.* vel ſtatuto prohibitivo. *ibid. num. 23.* ¶ Qui reſtituit inſtrumenta juris ſui, renunciare videtur juri, quod ſibi ex inſtrumento competebat. *cap. 7. ext. eod.* ¶ Per unum actum intelligitur renunciatum actui incompatibili. *Rot. Gen. deciſ. 93. num. 10.* ¶ Legitimæ, & ejus ſupplemento renunciari poteſt, ſi hoc ſpecialiter fiat, ſecus ſi generaliter. *l. 35. & l. generaliter. C. de inofficioſo teſtamento.* ¶ An poſſit renunciari literis moratoriis, *vide Marc. quaſtion. 396.* ¶ Juri de futuro renunciatur pacto, non repudiatione, niſi repudiatio fiat præſente parte, vel in judicio. *Bart. in l. 18. ff. de optio. legat. & in l. 1. ff. de cura bon. dat.* ¶ Mulier quæ renunciavit generaliter omni beneficio, intelligitur etiam renunciaſſe Vellejano. *Bart. in Authen. matrim. Cod. quando mulier offic. tutel.* ¶ Cui juri poſſit renunciari, cui non, *vide gloſſ. in §. 2. Authen. ut ſine prohibitione matres.* ¶ Beneficio *legis ſi unquam. C. de revoc. donat.* an expreſſe renunciari poſſit per donantem, etiam in præjudicium filiorum, quæſtio eſt dubia, *vide Mynſing obſervat. 63. cent. 5.* ¶ Renuncians omni legum, & juris auxilio cenſetur renunciare beneficio inventarii, beneficio, ne teneatur niſi quatenus facere poſſit, beneficio legis de his, de tranſact. & omni beneficio, tam juris canonici, quam municipalis, & talis renunciatio habet vim ſpecialis renunciationis, maxime ſi in ſpecie fuerat renunciatum aliquibus juribus, & per talem renunciationem cenſetur etiam renunciatum juri prohibitivo, quando intervenit juramentum. *Cravet. conſil. 290.* ¶ Faciens actum contrarium cenſetur renunciare favori ſuo, & renunciatio quælibet ſtricte debet intelligi: ſed quando quis dicatur renunciare favori ſuo, *vide Joſeph. Ludovic. deciſio. 5. Luc. num. 63.* renunciationes ſtrictiſſime ſunt intelligendæ. *Ozaſ. deciſ. 112.* ¶ Cum juramento poteſt renunciari juri prohibitivo, & introducto in odium prohibiti, modo non concernat utilitatem publicam principaliter: ideo quis poteſt ſe aſtringere certo genere probationis, & renunciare aliis. *Cravet. conſil. [illegible]*

Vel non.

Quæ in burſa privatorum non ſunt, ſed à judicis auctoritate pendent, renunciari non poſſunt. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. in conſtitut. antiq. gloſſ. 1. ſuper. 1. part. decreti malitiis, titul. de donatio. num. 13. in fine folio. 109.* ¶ Renunciari non poteſt illis, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis judiciorum. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus titul. renunciatio.* ¶ Non renunciat juri ſuo, qui gratiæ adverſarii ſe ſubmittit. *capit. 13. ext. eod.* ¶ Per electionem unius juris, quis non videtur alteri renunciare, *Bart. in l. 22. §. ſed. C. de furt. & ſerv. corrup. & in l. 1. ff. de condict. indeb.* quod non procedit, quando ſumus in contrariis, *vide eundem Bartol. in Authen. hoc locum. Cod. ſi ſecundo nupſerit. mul. & capit. 14. extr. de teſtam.* ¶ Juri ſtatuenti certam formam, non poteſt renunciari. *Boer. deciſio. 1. numer. 47.* ¶ Renuncians omni juris beneficio, non intelligitur renunciaſſe beneficio ſtatuti. *Marc. de Mant. ſing. 24.* ¶ Partes poſſunt renunciare remedio legis. *2. C. de reſcin. vend ſpecifico. Afflict. deciſion. 220.* ¶ Dolo futuro per renunciationem exceptionis doli, non renunciatur. *ibid. Afflict. num. 6.* ¶ Regreſſus adverſus renunciationem non datur. *Afflict. ibid. num. 10.* ¶ Non eſt veriſimile, quod aliquis renunciet ſponte juri ſuo, nam contra talem præſumptionem admittitur probatio. *c. 5. ext. de renunc.* ¶ Quod quis habere non poteſt, etiam ſi vellet, repudiare minime valet. *l. 135 ff de reg. jur.* ¶ Ille qui ſuo juri renunciat, debet illud ſcire, alias non videtur renunciare, *gloſſ in §. ſed etiam. Auth. quomodo oportoat epiſco.* ¶ Per actum etiam contrarium juri ſuo renunciare quiſquam non intelligitur, ubicunque alia conjectura capi poteſt. *Cravet. conſ 3 pro genero, num. 8.* ¶ Rubricæ negativæ, vel prohibitivæ renunciari non poteſt, etiam conſenſu partium. *Jaſ. de actio. in rub. num. 21.* quid ſi intervenerit juramentum, *vide ibid. num. 24.* ¶ Ex electione juris incompetentis, non videtur quis renunciare juri competenti, quod ſibi ignorabat competere, & electione juris competentis, non videtur quis renunciare juri, quod ſciebat ſibi competere. *Bartol. in l. 19. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Juri publico nemo poteſt renunciare, quale eſt, ut ſi clericus ſe ſupponat percuſſionibus cum id reſpiciat jus totius ordinis clericalis. *capit. 36. extra de ſentent. excommunicat.* ¶ Sunt plura, quæ partium conſenſu relaxari non poſſunt, & illis renunciare, *gloſſ. in l. quos prætor. ff. de poſtulando.* ¶ Legibus de inſinuatione loquentibus, non poteſt renunciari. *Bart. in l. 34. §. ſi quis autem. C. de donatio.* contrarium tenet. *gloſſ. in §. 2. inſtitut. de donatio.* ¶ Renunciari non poteſt diſpoſitioni legis *cum ii. ff. de tranſact. Bart. ibid. num. 7. d. l. 39. ff. de pact.*

Cap. VI. Quæ comprehendat, vel non.

Si in aliquo contractu reperiatur aliqua renunciatio ſpecialis requiſita, & inde ſubjiciatur clauſula generalis talis, vel conſimilis, renuncians, omni juri canonico, & civili, per quod contra præmiſſa, vel aliqua de præmiſſis dicere, facere, vel venire poſſet, in tali clauſula generali comprehenduntur aliæ renunciationes, quæ ſpecialiter fieri debent. *Guid. Pap. q. 367.* ¶ Renunciatio cum juramento, non includit caſus, quos non jurata, non includeret. *Ozaſ. deciſio. 112. num. 11.* & refertur ad caſus, ad quos refertur renunciatio. *Bartol. in l. 31. §. illud. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Renunciationes quamvis generales, non comprehendunt cauſam, vel favorem ortum poſt obligationem, etiam quod fuerit renunciatum juribus de futuro. *Vinc. de Franc. deciſ. 181. n. 4.*

Cap. VII. Qui ſint effectus renunciationis.

Renunciatio matris, an obſit nepotibus, & quid ſi filii ſint matris renunciantis hæredes? & quid quando concurrunt cum patruo, vel avunculo? plene examinatur. *D. Gaſp. Theſſau. quaſt. For. lib. 2. quaſt. 90.*

¶ Re-

¶ Renuncians omni legum auxilio tempore pacis, non poteſt petere remiſſionem, ſi ſupervenerit bellum: quia ſtante dicta renunciatione, videtur cogitaſſe de bello, ſaltem in genere. *Ozaſch. deciſion. Podem. 91. numer. 18.* ¶ Sed an clauſula generalis, renuncians omni juri, & legum auxilio, inducat renunciationem legis, de his. *ff. de tranſact. vide Ozaſch. deciſio. 111. num. fin.* & an ipſi legi, de his, poſſit renunciari, *vide ibidem. & Bartol. in l. 39. ff. de pact.* ¶ D. clauſula includit exceptionem cedendarum actionum, igitur debent contrahentes cavere à verborum generalitate. *Afflict. deciſ. 182. num. 11. vide tamen Capic. deciſ. 159.* ¶ Renunciatio in contractibus facta, veluti à ruſticis, vel mulieribus, & ab aliis non intelligentibus quod juris beneficia concedant, aut detrahant, illis non præjudicat, *vide Hippol. de Marſil. ſingul. 18.* ¶ Notarius inſtrumentum conficiens, ſi dicat aliquem de beneficiis juris ſe certioraſſe, ſi deinceps de iiſdem interrogatus, dicat ſe ignorare, ac neſcire. renunciatio horum beneficiorum, nihil operatur. *Hippol. ſingul. 661.* ¶ Renunciatio omnis legum auxilii, quid operetur, *vide Vincent. de Franc. deciſion. 81. num. 6. Rolan. conſilio. 13. volum. 1.* ¶ Qui juri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt, *cap. cum periculum. 7. quæſt. 1. & ibid. gloſſ.* quæ adducit concordam. ¶ Per compoſitionem renunciat quis ſuo juri, & qui ſemel renunciavit juri ſuo, poſtea non poteſt redire ad illud. *c. cum inter. 16. ext. de elect. cap. 3. extr. de renunciatio.* ¶ Indemnitatem promittens, etiamſi renunciaverit beneficio de fidejuſſoribus, non poteſt conveniri ante principalem. *Bartol. in l. 1. Cod. de conveniendis fiſci debito lib. 10.* ¶ Per renunciationem ſponte factam, amittit quis jus ſuum, *c. 4. ext. de reſtitutio. ſpolia.* ¶ Cum actua eſt contra legem, & irritatur ex fragilitate perſonæ, renunciationes non nocent, quia in eis, eadem fragilitas conſideratur. *Gramm. dec. 76. n. 19.* ¶ Clauſula illa, quæ hodie communiter apponitur in inſtrumentis, videlicet, renunciavit condictioni indebiti, ſine cauſa, in factum actioni, & omni legum auxilio, nihil operatur. *Jaſ. de actio. §. fuerat. n. 77. vide Bart. in l. 67. §. item. ff. de condict. indebiti.* ¶ Renunciatio omnis juris & legum auxilii, non tollit exceptionem erroris, nec facti ignorantia. *Illuſt. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gloſſ. 5. ſuper 1. part. decreti, quittationem. tit. de minorib. n. 22. fol. 103.* ¶ Clauſulæ renunciationum ponuntur in inſtrumentis ex ſtylo potius, & conſuetudine notariorum, quam ex partium præcogitatione: ideo non ſemper operantur. *Ozaſ. deciſ. 112. num. 15. vide Capic. dec. 159. num. 39. And. Gail. obſ. 77. lib. 2.* ¶ Qui conſentit, jura ſua perdit, & aliena fortificat, *c. præterea quib. mod. feud. amit. in uſi feud.*

Cap. VIII. Quibus modis valeat, vel non.

An renunciationi contravenire uxor poſſit per eam factæ in favorem nominatorum in renunciatione. *Rol. conſ. 28. Tom. 4.* ¶ Filia, quæ reſervavit ſibi jus ſuccedendi ſublatis fratribus transmittit in hæredes jus reſarvatum. *Cravet. conſilio 127. num. 2.* ¶ Renunciatio facta favore fratris, quando valeat, & an revocato conſenſu parentis portio renunciantis fratribus ſpectet, quorum favore facta ſit renunciatio. *D. Gaſp. Theſ. quæſtio. Foren. lib. 1. quæſtion. 95.* ¶ Renunciatio juris reſpicientis publicam, & privatam utilitatem valet, reſpectu privatæ. *Bart. quæſt. 1. num. 4.* ¶ An valeat renunciatio non numeratæ dotis, vel pecuniæ, *vide Jaſon. de actionibus. §. fuerat, num. 75. Bart. in l. 3. Cod. non numer. pecun. & in l. 1. Cod. de dot. cauſ. non numera. gloſſ. in l. 3. C. de non numer. pecun.* ¶ Renunciatio *authen. hoc niſi. C. de ſolutio.* (de dandis bonis inſolutum) facta per debitorem, tenet, *Vinc. de Franc. deciſ. 181.* ¶ Promittens obſervare actum nullum, vel cui non poteſt renunciari, valet promiſſio in vim pacti, maxime præcedente juramento. *Borg. deciſ. 28. par. 2. n. 14 & 15.* ¶ Renunciatio generalis caſuum in judiciis facta, poſt certos caſus ſpeciales expreſſos, licet in ſua generalitate non valeat, tamen valet ad hoc, ut extendatur ad caſus ſimiles expreſſis; non autem ad majores. *Jaffr. Lanf. Balb. deciſ. 347.* ¶ Renunciatio ſpecialis plus valet, quam generalis, & clauſula generalis, valet quoad omnia, vel ſimilia, vel minora caſibus expreſſis, non majora. *Bartol. in l. 21. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionibus.*

Vel non.

An ſi notarius ſcripſerit in inſtrumento, mulierem renunciaſſe S. C. Velleiano, & interrogatus, quid ſit Velleianum neſciat, valeat renunciatio, *Fachin. lib. 11. cap. 65. negat.* ¶ An ſi renunciavit filia hæreditati fratrum valeat renunciatio, & reſcindi non poſſit. *Idem cap. 70. lib. 8. affirmat.* ¶ An filia, quæ dote accepta renunciavit hæreditati paternæ *juxta. cap. quamvis de pactis. in 6.* propter enormem læſionem reſcindere eam renunciationem poſſit. *Fachin. libr. 8. capit. 69.* affirmat inſpecta læſione tempore contractus, *l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* ¶ Renunciatio facta de exceptione fictionis, vel ſimulationis contractus, non tenet. *Bartol. in l. nemo poteſt. 78. de legat. 1.* ¶ Renunciatio non tenat propter dolum, & læſionem re ipſa, etiam quod renunciatum foret exceptioni doli. *Gramma. dec. 76. n. 16. 17.* ¶ Mulier ſi renunciat Velleiano in eodem contractu extra judicium, non valet renunciatio: idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, & ſimulationis. *Abb. conſ. 71. lib. 1.* ¶ Renunciatio arbitrii boni viri, etiam cum juramento, non valet. *Guid. Pap. q. 519.* ¶ Renunciatio eorum, quæ naturalem lædunt æquitatem, eſt nulla. *Afflict. deciſion. 121. num. 5.* ¶ De cautela contra notarios, qui atteſtantur partes certioratas de beneficiis juris, *vide Gail. obſ. 77. lib. 2.* ¶ Renunciationes generales, conſuetum eſt fieri, cum parva cauſæ cognitione, & ideo tacite ſunt intelligendæ, *ibid. num. 10.*

TITULUS CCCLVII.

De pœnitentia, & quando liceat pœnitere, & econtra.

Cap. I. In quibus liceat pœnitere, vel non.

Quando liceat pœnitere, tam in contractibus, quam in delictis, *vide notabilem gloſſ. in d. l. 67.* ¶ Ille, qui produxit, & præſentavit teſtes poteſt pœnitere, & revocare ſuam productionem, ne examinentur. *Rot. Aven. deciſ. 116. in deciſio. diverſo. Tom. 3.* ¶ Negans, an pœnitere, & confiteri poſſit, quid ſi vult confiteri negationem ad hoc, ut conſaquatur commodum ſtatuti remittentis pœnam, vel partem ipſius, confitenti maleficium, *vide Jaſ. de actio. in §. ſequens verſ. ex maleficiis. num. 26.* ¶ Renuncians liti antequam pars ſciverit, vel ratum habuerit, pœnitere poteſt. *Capic. deciſ. 133. num. fin.* ¶ Emptore pretium non ſolvente, ante rei traditionem, venditor poteſt pœnitere, & rem alii vendere. *Hartman. cap. 3. tit. de emptione.* ¶ Promiſſione de vendendo alicui facta poteſt is, cui facta eſt promiſſio de vendendo, pœnitere, & non emere, & ſi quid ſolvit pro venditione futura illud repetere. *Natt. conſ. 384. numer. 14.* ¶ Vicinus, qui jus congrui petiit, poteſt pœnitere, & recedere à ſua petitione invito emptore poſſeſſore. *Vincent. de Franc. deciſion. 346. part. 2.* ¶ Vendere promittenti ſi pars pretii ſolvatur, ille, qui ſolvit, & emere volebat poteſt pœnitere, & repetere pretium ſolutum. *Boer. deciſion. 48. num. 11.* quid ſi eſſet ſequuta rei traditio, *vide Excellen. P. Theſſaur. deciſion. 223.* ¶ Emptor, qui obtinuit, ſi non vult uti victo-

ria

tis, an venditor agere poſſit ad pretium, *vide Boer. deciſion. 48. numer. 12.* ¶ Vendere offerens poſt alterius acceptationem, an poſſit pœnitere, *vide ibid. num. 23.* ¶ Si tibi decem dedero, ut Titium manumitteres ante manumiſſionem poſſum pœnitere, & condicere illa decem. *l. 3. §. idem ejus ff. de condict. cauſ. dat.* nam quando ex contractu innominato venit quærendum jus tertio, ibi habet locum pœnitentia. *l. 3. ff. de ſerv. export.* ¶ Reus, qui negavit poſſidere, poteſt pœnitere, & negationem revocare, etiam juratam. *Natt. conſ. 381.* ¶ Si dolus adverſarii dedit cauſam contractui, poteſt contrahens pœnitere, & quod dedit repetere, quod conceditur reſpectu mendacii adverſarii. *l. 62. §. mendatii. ff. locati.* ¶ Agnoſcens voluntatem defuncti, non poteſt poſtea pœnitere quoad id; quod agnovit. *Bart. in §. non autem. Authen. de hared. & falcid.* ¶ In beneficialibus licitum eſt ante confirmationem pœnitere, etiam altera parte non conſentiente. *Jacob. Put. deciſion. 353. libr. 1.* ¶ Tamen pendente judicio pœnitere licet, & variare circa qualitatem actionis, per quam condemnatio augetur, vel minuitur. *l. 4. §. ſi detracta. ff. de noxa. act. vide ſuprà. lib. 1. tit. de varia.* ¶ Obligatio quando debet impleri ex rei interventu, licet parti pœnitere, & rem non accipere. *Bart. in l. 5. ff. de condict. cauſ. dat. num. 8.*

Vel non.

Appellans non poteſt pœnitere, in quantum illa appellatio facit pro adverſario. *Bart. in l. 28. C. de appellatio.* ¶ Juramentum deferens non poteſt pœnitere poſtquam alius dixit ſe velle jurare. *Bart. in l. 37. ff. de jure. jur.* ¶ Si debitor ceſſus ſe obligaverit cum juramento erga ceſſionarium, non poterit amplius pœnitere, & revocare ſuam obligationem, etiam nondum acceptatam ab ipſo ceſſionario, *vide Mag. dec. 39. Rot. Flor.*

Cap. II. In quibus ſit locus pœnitentia.

Pœnitentiæ tunc locus eſt cum res eſt integra, ſecus ſi incoata: quia per pœnitentiam injuria fieri non debet ei, qui incoavit. *Ozaſ. deciſ. 98. num. 5. intellig. ut ibid. num. 12.* & jus quæſitum eſt *Rot. Genuen. deciſ. 56.* ¶ Pœnitentiæ locus eſt in delictis non atrocibus; ſed quando, *vide ibid. dec. 88.* ¶ Quod procedit in delictis non conſummatis. *Gom. Leo. deciſ. 60. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* ¶ Quia poſt dolum, vel delictum conſummatum non admittitur pœnitentia. *Cravet. conſ. 255. num. fin.* ſed quando ante admittatur; *vide Hippol. ſing. 316.* ¶ In contractu emptionis arrhis datis ante inſtrumentum pefectum eſt locus pœnitentiæ, videlicet hoc modo, ſi emptorem pœniteat, perdit arrhas, ſi venditorem, reſtituit duplum. *l §. inſtitution. de empter. & vendit.* ¶ In contractu innominato, quando ex altera parte eſt aliquid factum ad implendum contractum, ſi tamen non eſt perfectum, eſt locus pœnitentiæ. *Bart. in l. 5. §. item ſi. ff. eod.* ¶ Cauſa nova ſuperveniente recedere licet à qualibet diſpoſitione. *Dec. conſilio 333. volumine 2.* ¶ Contractus innominatus, quando res adhuc eſt integra, poteſt diſſolvi, & eſt locus pœnitentiæ, ſecus ſi una pars adimplevit, vel eſt parata adimplere. *Bergn. Cavalc. deciſ. 34. part. 2. num. 3. & 4. vide Bartol. in l. 5. ff. de condict. cauſ. dat. fact. juriſgentium, §. ſed ſi in alium. & ibid. gloſſ. ff. de pact. vide & l. 5. & ibid. gloſſ. ff. de condict. ob cauſ.* ¶ Qui non eſt obligatus, in ſua eſt poteſtate, ne obligetur: Ideo in contractibus innominatis habet locum pœnitentia ex parte ejus, qui non eſt adhuc obligatus, licet alter obligatus ſit. *Boer. deciſio. 48. num. 11.* ¶ In pœnis legalibus eſt locus pœnitentiæ, uſque ad ſententiam. *Guido. Pap. ſingul. 39. Bartol. in l. 5. Cod. de juriſd. omn. jud.* ¶ Si aliquis fuit ſtipulatus Stichum, aut Pamphilium, quem ipſe vellet, ſi ſemel alterum eligat, poteſt mutare voluntatem ſuam, donec in judicio alium petierit. *Abb. conſil. 11. lib. 2.* ¶ Quando in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia, *Anton. Trigo. ſingul. 63.* ¶ An in contractu permutationis ſit locus pœnitentiæ, *Anton. Trigo. ſingular. 58.* ¶ In contractibus innominatis eſt locus pœnitentiæ re integra: Idem in depoſito. mandato, precario, ſecus in aliis contractibus nominatis, etiam re integra. *Bartol. in l. 5. C. de actio. & obligat.*

Vel non.

Pœnitentiæ non eſt locus in contractibus bonæ fidei facta exequutione, quæ dicitur facta, quando venditor adimplendo, pro parte ſua, rem tradidit. *Hieron. Mago. deciſ. Luc. 17.* ¶ Pœnitentia locum non habet in contractibus innominatis, ubi intervenit juramentum, *Beuniten. dec. 49. num. 4. Natt. conſil. 381. num. 5. Guid. Pap. ſingul. 343. vel ſtipulatio. Dec. in l. ſi convenerit. ff. de juriſdictio. omn. judic. & Bartol. in l. 2. Codic. de condict. ob cauſ.* ¶ In contractibus innominatis favore dotis (etiam re integra) non habet locum pœnitentia. *Petr. de Raven. ſingul. 401.* ¶ Quod procedit contractu perfecto, alias licet pœnitere. *Magon. deciſ. 31. nu. 12.* vide ſeptem limitationes ad reg. *per Afflict. deciſion. 280.* ¶ In contractu venditionis ante confectum inſtrumentum non eſt locus pœnitentiæ, niſi quando actum eſt expreſſe inter partes, quod contractus celebretur in ſcriptis, & ante celebrationem nihil valeat *Hieronymi. Magon. deciſ. Luc. 95. vide Afflict. deciſ. 39. Boer. deciſ. 48. num. 17. & 18. l. contractus. Cod. de fide inſtrum. & l. 12. ibid. Extellen. P. Theſſau. deciſio. 197. num. 7.* ¶ Conſignata aliqua re deferenda, & confecta appoditia, res non poteſt amplius reſtitui priori domino, cum jus jam quæſitum ſit illi, cui res erat deferenda. *Rot. Genuen. deciſ. 56. num. 3.* nam pœnitentia non admittitur poſt jus alteri quæſitum. *Cravet. conſilio 106. num. final.* ¶ In contractu locationis non habet locum pœnitentia, etiamſi non ſit proprie locatio; ſed contractus innominatus. *l. 21. C. loca. & conduct.* ¶ Poſtquam eſt in judicio renunciatum, non eſt locus pœnitentiæ. *l 4. C. de pact.* ¶ In tranſactione eſt ſpeciale, ut licet ſit contractus innominatus, in ea locum non habeat pœnitentia. *l. 39. C. de tranſact.* tamen quando in tranſactionibus ſit locus pœnitentiæ, *vide per Bartol. in l. 16. ff. de tranſactio.* ¶ Pœnitentia non admittitur in prorogatione juriſdictionis in judicem non ſuum, ſi ipſe judex fuerit præſens, & acceptaverit. *Math. Mathcſil. ſingular. 106.* ¶ Poſt litem conteſtatam non admittitur pœnitentia. *gloſſ. 2. in l. pen. ff. de tranſact.* ſecus ante. *l. 23. & ibid. gloſſ in §. eo. autem. ff. ſolut. matr.* ¶ In delictis non eſt locus pœnitentiæ, niſi delicta ſint occulta. *Bartol. in authen. novo jure. Cod. de pœna judic. qui mal. judica.* ¶ In contractu nominato mere, & ſimpliciter non habet locum condictio, ob cauſam ex capite pœnitentiæ, nec exceptio cauſæ non ſecutæ. *Natt. conſ. 17. Tom. 1.*

Cap. III. Quæ revocari poſſint per pœnitentiam.

Conventio facta cum aliquo de dando aliquid tertio, poteſt revocari per pœnitentiam ante ſolutionem, vel rei traditionem; non tamen poſt. *l. 37. ff. de pact.* ¶ Mandatum qui renuit, poteſt poſtea illud acceptare. *Bartol. in l. 6. §. item quæritur. ff. de neg. geſt.* ¶ Reprobare, quomodo poſſim, quod ſemel approbavi, & quando è contra. *Bart. in l. 10. ff. eo.* ¶ Mandatum re integra, poteſt revocari, & ſpeciale eſt in mandato, ut facile revocetur voluntate unius tantum, in aliis verò contractibus non, ratio, quia in mandato non ſtatim intereſt. *§. recte quoque, & ibid. gloſſ. inſtitut. de manda.* ¶ Quando quod erat implendum fuit cauſa finalis contractus; receditur à contractu, (etiam nominato) ob defe-

defectum dictæ cauſæ finalis non impletæ. *Rolan. conſil. 69. volum. 4. num. 40.* ¶ Mandatum de vendendo non aſt vendere, & revocari poteſt. *Boer. deciſ. 48. num. 10.* ¶ Ordo datus, poteſt re integra revocari. *Rot. Gennen. deciſ. 13. num. 11.* ¶ Juſſus de adeundo hæreditatem, nuda pœnitentia poteſt revocari. *l. 25. §. final. ff. de acquiren. vel omitt. hæred.* ¶ Contractus innominatus quatenus continet donationem, non poteſt ex pœnitentia revocari. *l. 18. ff. de donatio.* ¶ Diſpoſitio facta per inferiorem à Principe, per eundem abſque cauſa, poteſt revocari. *Roman. ſingular. 523.*

Vel non.

Jus quæſitum mihi re, vel ſpe, ex tuo facto, non tamen ex tua, ſed ex legis diſpoſitione, non poteſt aliquo modo mihi per te auferri. *Boer. dec. 354. n. 14.* ¶ Promittens ſtare juramento, ſeu dicto alicujus, non poteſt dictam ſuam promiſſionem revocare, etiam ante declarationem. *Ozaſ deciſ. 8. n. 3.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Datum ob cauſam, quando poſſit repeti ex pœnitentia. *Bartol. in l. 1. ff. de cond. cau. dat.* ¶ Contractus ab initio ſunt voluntatis, ſed ea poſt facto ſunt neceſſitatis. *Bartol. in l. 17. §. ſicut. ff. commodati.* ¶ Ideo pœnitentia unius ex contrahentibus, non diſſolvit contractum. *l. 10. C. ſi cert. pet. vide gloſſ. in l. ſicut. C. de act. & obligat.* ¶ Jus quæſitum ex conventione, non tollitur unius partis pœnitentia, vel ravocatione; ſecus ſi ex ſimplici mandato. *l. antepen. & fi. ff. de ſolut. & libera.* ¶ Pœnitenti, & actionem remittenti venia conceditur. *l. quamvis. ff. de in jus vocan.* ¶ Iracundiæ calor plures in jure habet effectus, ſed hoc unum inter cætera efficit, ut ſi quis iracundiæ calore verbum alicui injurioſum dixerit, & poſtea eum pœniteat, non ei nocebit, ſi modo talis ſit injuria, quæ pœnitentia tollatur. *Hippol. ſingul. 626.* ¶ Pœnitentibus ignoſcendum, niſi pœnitentia ſit ſeria. *Marc. de Manc. ſing. 130.* ¶ Qui tenetur ex delicto actione originaliter pœnali, non liberatur pœnitentia, nemo enim tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit. *l. 67. de furt.*

Cap. V. Miſcellanea.

Delictum perſiſtentiæ, purgatur per deſiſtentiam, & non dicitur perfectum, niſi per perſeverantiam. *l. 8. ff. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Pœnitentias ſacramentales hodie eſſe ſacerdotibus arbitrarias ſcribit *Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 393.* ¶ Papa imponit pœnitentiam tranſmittendo votum, ſed nunquid epiſcopus poſſit eam immutare, vel alterare ex cauſa, *vide Rom. ſing. 640.* ¶ Forum quis ſortitur ratione delicti, ubi deliquit, ſed hoc non eſt verum in foro pœnitentiali. *Lud. Rom. ſing. 450.*

TITULUS CCCLVIII.

De individuis, & connexis.

Generalia.

DE individuis, & de materia, *vide per Cravet. conſ. 2. pro genero. num. 129. & Bart. in l. 5. §. ſi duobus, ff. commod.* ¶ Vide de materia *infra tit. de conjunctis.*

Cap. I. Individuum quod dicatur.

Omnia jura, & facta fere dicuntur individua, *vide Doctores in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* ¶ Diſpoſitio. *d. §. Cato l. 4. ff. de verb. oblig.* habet locum tantum in obligationibus ſtricti juris, non prætoriis. *Bartol. ibid. in d. §. Cato.* ¶ Obligatio alternativa, dicitur individua, quoad ſolutionem. *Bartol. in l. 42. ff. de nego. geſt.* ¶ Diſtinguere dividuum ab individuo, pertinet ad factum, non ad actionem. *Bartol. in leg. 32. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Obligatio rem tradi, dicitur individua. *Bartol. conſ. 195. volumin. 1.* ¶ Individuum dicitur irritum, ſi ejus pars irritatur, *Bartol. in leg. 7. Cod. de agricolis, & cenſit. libr. 11. num. 9.* ¶ Connexum quid ſit, & connexa inſaparabilia dicuntur: quæ autem dicantur capitula connexa, vide plene per *Menoch. de arbitrar. judic. libr. 2. caſ. 95.*

Miſcellanea.

Quando ex facto unius alii teneantur inſolidum in obligatione facti individui, vel continente dationem, *vide Bart. in l. 9. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ In connaxis permiſſum trahit ad ſe prohibitum, *Bald. ſing. 115.* ¶ Clericus, & laicus ſi ſint in eadem cauſa individua conveniendi, id fieri debet coram judice eccleſiaſtico, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *Math. Matheſ. ſing. 143.* ¶ Concurrentibus duabus cauſis, quarum una prodeſt, alia vero nocet, & materia ſit individua, attenditur cauſa, quæ nocet, & non illa, quæ prodeſt, *vide Pet. Gener. ſing. 42.* ¶ Negatum de uno, de aliis videtur conceſſum, niſi ea ſint connexa, *vide Ant. Corſ. in ſuis ſing. litera A. ſing. argumentum. 6.* ¶ Connexorum idem eſt judicium, *vide Hippol. ſingul. 251.*

TITULUS CCCLIX.

De cauſa, cauſato, & effectu.

CAuſatum debet referri ad principium, quod eſt ipſius cauſa. *Ozaſib. deciſio. Pedemont. 167. num. 27.* ¶ De cauſa cauſante effectum, idem judicandum eſt, quod de ipſo effectu. *ibid. num. 28.* ¶ Tamen eſt differentia inter cauſam, & cauſatum, cum idem cauſa eſſe, & cauſatum nequeat, *Cravet. pro genero. conſil. 1. num. 59.* ¶ Ad ſuam cauſam reſtringi diſpoſitionem oportet. *Cravet. ibid. num. 416.* ¶ Effectus ſuæ cauſæ ſemper commenſurandus, fallit in caſu, de quo per *Marc. de Mant. ſing. 342.* ¶ Cauſa finalis, & cauſa proxima, quæ dicatur, *vide Gram. deciſ. 59. n. 5.* ¶ Cauſa finali ceſſante, ceſſat conceſſio, & diſpoſitio, *ibid. nu. 6.* ¶ Cauſa quando dicatur finalis, & quando impulſiva, *vide ibid. num. 32.* ¶ Cauſa finali ſtatuti, vel privilegii ceſſante, ceſſat privilegium, ſeu ſtatutum. *Gramm. deciſ. 65. num. 49.* ¶ Ex duabus cauſis finalibus ſufficit, quod una ſubſiſtat. *Jacob. Put. deciſ. 69. lib. 2.* nam cauſæ duæ finales, quando ſunt, una ceſſante, non ceſſat diſpoſitio. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 50.* ¶ Finalis cauſa eſt omnium potiſſima. *Raud. tract. de Anal. c. 20. n. 2.* ¶ Ex procemio cauſa finalis colligitur, & contractus coercetur ex cauſæ finalis defectu. *Dec. conſil. 600.* ¶ Cauſa facti magis conſideratur, quam ipſum factum. *Cravet. conſil. 102. num. 7.* & plenius *conſil. 1. pro genero. numer. 415.* ¶ Cauſa proxima ſemper ſpectanda eſt, *Cravet. conſ. 202. num. 14.* à qua poſterior omnis formatur eventus, *Cravet. conſ. pro genero num. 33. & non remota. Afflict. deciſ. 127.*

TITULUS CCCLX.

De pactis.

Cap. I. Pactum, conventio: *Quid ſit.*

AN promiſſio facta præſenti, & tacenti in ejus commodum ſit pollicitatio, vel pactum. *Fach. lib. 8. c. 64.* affirmat primam partem, *quaſt. l. 3. ff. de pollicitationibus.* ¶ Pactum de retrovendendo toties quoties, vel quandocunque aut ad omnem requiſitionem, quid importet, & an huic facultati poſt annos 30. ſit præſcriptum? *D. Gaſp. Theſ. q. For. lib. 2. Quaſt. 72.* ¶ Promiſſio per teſtes

Google

teſtes probata, an ſit ſtipulatio, vel pactum, *vide Afflict. deciſ. 129.* ¶ Pactum inutile non habet vim pacti, neque ultimæ voluntatis. *l. 5. C. eod.* ¶ Si acceptilatio peccat in forma, non habet vim pacti, ſecus ſi peccat in materia. *l. 8. & ibid. gloſſ. ff. de acceptila.* ¶ Pactum eſt duorum conſenſus, atque conventio *l. 3. ff. de pollicita.* ¶ Dicitur pactum nudum, quod ſtat in puris finibus conventionis, alias ſi tranſit in proprium nomen contractus, vel formam, ſeu ſolemnitatem, vel cauſam propter quam robur, & efficaciam aſſumit, erit veſtitum, *gloſſ. in §. inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

Cap. II. Quale ſit pactum.

Pacta appoſita in uno inſtrumento dicuntur annexa, & reſpectiva ſolum ex hoc, quia in uno inſtrumento. *Gram. dec. 103. num. 157.* ¶ Pactum verum requirit præſentiam partis, ſed pactum tacitum inductum à lege, non. *Bart. l. 1. C. de pact.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, probetur.

An ex pacto de retrovendendo non immutetur valor rei, ſed attendatur ſimpliciter pretium rei non deducto onere, *Facbin. libr. 12. cap. 24.* affirmat. *c. illo vos de pignor. c. ad noſtram de emptio. & vend.* ¶ Pactum de retrovendendo, quando extendatur ultra tempus conventum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 34.* ¶ Pactum ita conſeptum profiteor non teneri quot modis concipiatur, *Cujac. lib. 18. obſer. c. 2.* ¶ Pactum appoſitum favore unius, non debet in ejus læſionem redundare. *Bartol. in l. 6. ff. de pigno. act.* ¶ Pactum pœnale, & odioſum propter evitandam abſurditatem, recipit interpretationem, etiam extenſivam. *l. 5. ff. de ſerv. exportan.* ¶ Quando duo deducuntur in pacto, pœna ſimpliciter appoſita, cenſetur appoſita propter id, quod lædit, non propter id, quod non lædit. *l. 6. ff. eod.* ¶ Obſcurum pactum interpretatur pro eo, qui rem appoſuit, *l. 32. & ibid. gloſſ. ff. locat.* alias interpretatur contra proferentem, *l. 16. §. hac lex. ff. de ſerv. urban. prædio.* ¶ Conditio adjecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur repetita, ſi alias pactum redderetur inutile. *l. 11. ff. de pact. dona.* ¶ Pactum inæquale, reducitur ad æquale per modum diminutionis, non augmenti. *l. penult. C. de pactis convent.* ¶ Pactum de non petendo ſimpliciter factum, reſtringitur ad quantitatem jam ſolutam. *l. 7. C. de exception.* ¶ Cauſa in pactis liberatoriis, non conſideratur, ſecus in pactis obligatoriis, *Bart. in l. 5. C. de pactis.* ¶ An pactum poſſit probari per unum, duoſve teſtes, *Rol. conſ. 10. tom. 4.*

Cap. IV. Qui agere poſſit ex pacto.

Ut pactum donationi adjectum impleatur, paciſcens agere poteſt, non is, cui paciſci voluit. *l. 22. C. de donatio.* ¶ Stante forma decreti, quod judex ſola facti veritate inſpecta procedat, poteſt quis agere ex pacto nudo, licet opponatur exceptio actionis deficientis. *Ozaſ. deciſ. 2. Pedem.* ¶ Pater dotans filiam non poteſt ſibi quærere actionem, niſi per ſtipulationem, cæteri, etiam mater, & avia poſſunt ex nudo pacto incontinenti appoſito *l. ſexta. C. de jur. dot. vide l. 1. C. de pact. convent. tam. ſup. dot.* ¶ Ex pacto in traditione appoſito tanquam veſtito, agitur præſcriptis verbis, ut conventa impleantur. *l. final. C. de rer. permu.*

Cap. V. Quando actio oriatur ex pacto, vel non.

An pactum incontinenti adjectum contractui bonæ fidei pariat actionem. *Andr. Facbin. lib. 2. contr. cap. 97.* ¶ An pactum nudum ſecundum jus canonicum pariat actionem, & quid in pacto jurato. *Andr. Facbin. lib. 2. contr. capit. 99.* ¶ An pactum factum incontinenti adjectum contractui ſtricti juris pariat actionem. *Andr. Facbin. lib. 2. contr. capit. 98.* ¶ Pactum nudum ſine juramento, quando actionem, & obligationem pariat; & quando teſtes de univerſitate, pro ipſa univerſitate probent. *D. Gaſpar. Theſ. 9. For. lib. 1. Quæſt. 37.* ¶ Ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium acquiritur utilis actio ſequenti ſecundo donatario, ſine aliqua ceſſione, *l. 3. de donationibus, quæ ſub. modo.* ¶ Ubicunque per pactum nudum promittitur illud, quod eſt debitum de jure, ex tali pacto oritur actio. *Rom. ſing. 528.* ¶ Quibus caſibus detur actio ex nudo pacto, *vide per gloſſ. in §. de conſtituta, inſt. de actio.* ¶ Licet ex pacto nudo non oriatur actio de jure civili, tamen naturalis obligatio, quæ ſurgit ex nudo pacto, debet habere exequutionem ex lato judicis officio. *Rom. ſing. 448. num. 5.* ¶ Pactum nudum, in quo eſt data fides parit actionem, idem ſi eſſet juratum. *Afflict. dec. 389. Math. Matheſil. ſingular. 36. Guid. Pap. ſing. 372.*

Vel non.

Ex pacto nudo facto in judicio, non oritur actio, ſed officium judicis. *Bald. ſing. 4.* tunc enim pactum nudum colore judicii, intelligitur veſtitum. *Guid. Pap. ſing. 348.* ¶ Actio ex pacto nudo quamquam non oriatur, ex eo tamen juſtitia petita denegari minime debet. *Hippol. ſing. 148.* ¶ Ex pacto permutationis non oritur actio, niſi veſtiatur rei interventu, vel ſolemnitate verborum. *l. 3. C. de rer. permut.* ¶ Actio ex pacto nudo non oritur de jure civili, quando pactum eſt ſimplex, ſecus ſi geminatum. *Jaſ. de act. in § in perſonam num. 5 6. & 68. & 69. Math. Matheſ. ſing. 36.* ¶ Ex nudo pacto diviſionis non oritur actio, nec transfertur dominium, niſi traditione ſequuta. *l. 15. C. fam. erciſ.* ¶ Pactum nudum non parit actionem de jure civili, ſecus de jure canonico. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 9. num. 26. Bartol. in ſuo tract. de different. int. jus canon. & civil. num. 96. vide tamen Jaffred. Balb. deciſ. 290.* ¶ Aliquando pactum nudum etiam, incontinenti appoſitum, non parit actionem, *Bart. in l. 3. C. de uſuris*, alias pactum incontinenti appoſitum actionem veterem informat, & novam parit. præſcriptis verbis. *Bartol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. l. 12. ff. de præſcript. verb.*

Cap. VI. Quando detur actio ex pacto, vel non.

Ubicunque ille cui per pactum nudum expromiſſum eſt, pateretur damnum, ſi ſibi promiſſa non ſervarentur, & nulla actio ſperaretur, tunc vigore talis pacti contra eum non ſervantem, dabitur actio de dolo. *Afflict. dec. 120. num. 4. vide Jaff. Lanf. Balb. dec. 108. Ludov. Rom. ſing. 448.* ¶ Ex pacto appoſito per alium in contractu commodati, vel depoſiti rei meæ, datur mihi actio utilis. *l. pen. C. ad exhibend.* nam ex pacto appoſito in traditione rei meæ, quæ durat, alteri quæritur utilis actio, *l. 27. ff. depoſiti.* ¶ Per pactum deſcendentium ex linea materna aſcendentibus actio non quæritur. *l. debitor ſub pignore. §. fin. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian.* ¶ Ex non obſervantia pactorum non reſuſcitatur actio perempta, & ex pacto de bonis ſuſcipiendis in ſtipulatione deducto, agitur ad intereſſe, *l. cum mater. C. de tranſact.* ¶ Ex ſolo tranſactionis pacto non datur actio, nec primæva actio tollitur, quaſi agatur, contra excipientem replicatio datur. *l. ſi apud acta. C. eod.* ¶ Ex pacto matris, filio non quæritur actio. *l. 4. C. de pactis conventis.* ¶ Ex pacto incontinenti appoſito, aliquando (ſi non veſtiatur ſtipulatione) non datur actio. *l. 11. ff. de relig. & ſump. fune.* regulariter contra, ut habetur *in l. lecta. & ibid. Doct. ff. ſi cert. pet.*

Cap. VII. Quæ peti poſſint, & debeantur ex pacto.

Dos in certa re, & genere, ex nudo pacto non poteſt peti. *l. 1. C. de dot. promiſ. & nuda. pollic.* alias ex nudo pacto dotis promiſſæ, oritur actio. *l. 6. C. eodem.* ¶ In contractibus bonæ fidei ex ſolo pacto nudo, debentur uſuræ. *§. Lucius Titius. dict. l. 26. ff. depoſiti. vel contra.* ¶ Ex nudo pacto debetur ſalarium advocato. *l. rustica. C. de ſuffrag. l. 7. ff. mandati*, niſi ſit pactum de quota litis.

litis. *d. l. 7.* ¶ Uſuræ in contractibus ſtricti juris, non debentur nudo pacto; ſed ſolutæ, non repetuntur. *l. 3. C. de uſuris*, ex nudo tamen pacto in frumento, & hordeo, veni accesſio. *l. 11. & ibid. gloſſ. C. eod.*

Cap VIII. Pactum. Quando veſtiatur: apponatur: inſit, vel non.

Pactum nudum, veſtitur cohærentia, contractus, quando pro eodem apponitur pactum, pro quo contractus ſit. *Bartol. in l. 40. ff. ſi cert. pet.* ¶ De pacto nudo, & quot modis veſtiatur, & quando legis auxilio, & nunquid poſſit veſtiri juramento, & quando dicatur aliquid fieri incontinenti, *vide per Bart. in l. 9. C. de pact. & in l. 13. eamſeq. & in l. 27. ibidem.* ¶ Pactum nudum veſtitur rei interventu in favorem implentis contractum ex parte ſoa, & in contractibus ultro citroque obligatoriis. *Bart. 28. C. de pact.* ¶ Pactum principale, an veſtiatur pacto pœnali, *vide Bart. in l. 44. ff. de vulgari. Doct. in l. petens. C. de pact.* ¶ In promisſione operarum, pactum veſtitur jurejurando. *l 1. Cod. de oper. libert.* ¶ Pactum cohærentia traditionis non veſtitur, quando cum tertio, & non cum recipiente, interponitur. *l. 27. C. de locat. & conduc.* pactum nudum ſex modia veſtitur, *vide gloſſ. in §. 1. inſt. quib. mod. re contrah. obl.* ¶ Pactum nudum uſurarium non veſtitur cohærentia contractus ſtricti juris, niſi ille contractus ſtricti juris, ſit ſimilis contractui bonæ fidei. *Lud. Rom. ſing. 531.*

Apponatur: inſit.

Pactum apponi poteſt in qualibet traditione rei. *Capic. deciſion. 135.* ¶ Pactum in uno inſtrumento videtur reſpective appoſitum, ad aliud factum incontinenti in alio inſtrumento. *Gramm. deciſion. 103. nu. 159.* ¶ Pacta dicuntur incontinenti appoſita, quando fiunt incontinenti antequam contractus habeatur pro perfecto. *Bartol. in l. 40. ff. ſi cert. pet. num. 18.* ubi plene de materia, *& in l. 17. C. de fid. inſtrum.* ¶ Pacta incontinenti appoſita videntur ineſſe ſtipulatione. *Bartol. in l. 40. ff. ſi cert pet.*

Cap. IX. Pacto: Quæ fieri poſſit, vel non.

Pactum nudum poteſt exequutioni demandari per viam denunciationis evangelicæ, ſeu per cenſuram eccleſiaſticam. *Joſ. de actio. en §. in perſonam. num. 5. 6. 68. & 69. num. 75.* ¶ An ex pacto nudo, vel propter naturale debitum judex poſſit, qui arbitrium habet, condemnare aliquem, *vide Menoch. de arbitr. q. 57.* ¶ Non poteſt imponi ſervitus prædio, quæ non reſpicit utilitatem alterius prædii, ſed hoc quodam pacto fieri poteſt. *l. 8. & ibid. gloſſ. ff. de ſervit.* ¶ Exceptionom provenientium ex pacto incontinenti, poteſt judex habere rationem, licet non opponatur per partem. *Jaffre. Lanf. Balb. deciſion. 291.*

Cap. X. Quibus renunciari pacto poſſit, & remitti.

Juri appellandi poteſt per pactum renunciari, & etiam conveniri, ne fatale ſervetur: *l. fin. C. de tempo. & repara. appellatio.* ¶ Poteſtas à jure conceſſa, poteſt per pactum modificari. *5. Cod. de fidejuſſor. & mandat.* ¶ Juri de futuro pacto renunciari poteſt, non autem per repudiationem. *DD. de Rot. dec. 42. de conceſſio præben. in antiq.* ¶ Pacto gratuito, remitti aliquid poteſt controverſia pendente, & pactum ſimplex non eſt donatio. *Bart. in l. 1. ff. de tranſact.*

Cap. XI. Qui teneatur ſervare ſtare.

An qoæ exuli promiſſa ſunt ſervanda ſint. *Vaudus var. quæſtio. lib. 1. qu. 51.* ¶ Comparens pendente appellatione inter aliquos ſuper re feudali, an dicatur contravenire pacto appoſito in inveſtitura, ne vaſſallus coram alio, quam commiſſario particulari: & proprio curiæ judice litigare debeat. *Joh. Pet. Surd. deciſ. 147.* ¶ Princeps tenetur pacta ſervare. *Rot. Gen. deciſ. 102.* ¶ Pacta ſunt ſervanda, niſi contrario pacto tollantur. *l. penult. C. de pact. inter empt. & vendit.* ¶ Pacto nudo de litigando coram non ſuo judice, quis ſtare non cogitur, niſi eſſet juratum. *l. ſi convenerit ff. de juriſdictio. omnium jud.* ¶ Pactum factum hæredi, tranſit ad fideicommiſſarium univerſalem. *l. 8. §. creditor. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

An pactum de non alienando impediat alienationem, & dominii tranſlationem ſtante Hypotheca generali. *Fachin. lib. 12. capit. 28.* affirmat *l. ſi creditor. §. ult. ff. de diſtract. pignor.* ¶ Pactum in inſtrumento cenſus appoſitum contra formam Bullæ, an vitiet totum contractum, an vero illo rejecto ſuſtineatur inſtrumentum. *D. Gaſpar. Theſſan. q. For. q. 69. lib. 1.* ¶ An hæreditas pacto dari poſſit, & quid ſi non tota hæreditas ſed pars bonorum. *And. Foch. lib. 5. contr. cap. 84.* ¶ Pactum quod bona applicentur filiis, an proſit etiam nepotibus. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 73.* ¶ Pactum inter ancillam, & dominam non neceſſitat: nec pactum liberat, ut filiæ teneantur ſervire. *l. 36. C. de liber. cauſ.* ¶ Pactum eſt potius interpretandum ſuperfluum, quam juri contrarium, quare pactum ſimile pacto legis commiſſoriæ in pignoribus, nihil operatur. *l 1. & fin. C. de pact. pigno.* ¶ Pactum factum de futora ſucceſſione, eſt nullum *l. 4. Cod. de inutil. ſtipul.* ¶ Si non ſervatur ſubſtantiale pactum, reſcinditur quicquid eſt actum, & ſubſtantiale eſt, quod cauſam contractui dat. *l. 6. Cod. de pact. int. empt. & vend.* ¶ Pactum de non petendo factum poſt contractum, non tollit obligationem civilem, nec actionem ipſo jure; ſecus ſi in contractu fiat. *Franc. Cremen. ſing. 49.* ¶ Pactum de non petendo, quando tollat naturalem obligationem, *vide Bartol. in l. 1. ff. de condic. indeb. num. 23.* ¶ Exceptio doli datur, ſi aliquo adhibito, facio pactum de non petendo tibi recipienti pro illo. *Bartol. in l. 9. § ſi liberationis ff. de libera. legat.* ¶ Pactum non ſemper parit exceptionem. *l. fin. & ibed. gloſſ. fin. C. quando liceat ab emptio. reced.* ¶ Jua publicum pacto privatorum non tollitur. *capit. 12. extr. de foro compet.* ¶ Pactum de non petendo, non facit quærere jua in re; ſed actionem perſonalem. *Capic. deciſ. 182.* ¶ Pactum appoſitum in donatione, ne liceat donatario alienare, operatur, quod aut pactum ſervetur aut res donata, condicatur ab eo. *l. 4. Cod. de condict. ob cauſ.* nam pactum in donatione adjectum, eſt ſervandum. *l. 9. C. de donatio.* ¶ Pactum cohæredum non præjudicat creditoribus, ſed inter ipſoa cohæredes ſuum operatur effectum. *l. 23. Cod. Famil. ercis.* ¶ Procuratoris pactum in rem ſuam prodeſt, & nocet domino, ſicut ipſius domini pactum. *l. 8. § ſi procurator.* ¶ Si pacta plura in inſtrumento ſint appoſita, non poteſt dicere pars ſibi primo quæſitum, ex primo pacto appoſito? *Bartol. in d. l. 17. C. de fid. inſtrum.* ¶ Per pactum poteſt quis ſe aſtringere ad caſum fortuitum. *l. 39. ff. mandati.* ¶ Qui non obſervat pactum ad quod naturaliter, & non civiliter eſt obligatua, tenetur læſo actione de dolo ſi aliud remedium deficit. *l. 7. §. ſervus. ff. de dol. mal.* ¶ Pactum nudum habet varios effectus, de quibus, *vide per Moth. Matheſ. ſing. 27.* ¶ Pactum contra ſubſtantiam contractus facit contractum nullum, ſecus ſi fiat contra naturalia, vel ſubſtantialia. *Bartol. in l. 2. C. de jure emphyt.* vide eundem *Bartol. in l. 27. ff. de donatio. cauſa mortis. & l. 12. de precario.* ¶ Pactum factum patri per filium de non agendo querela, vel petendo ſupplementum legitimæ, non nocet filio, quo minus poſt mortem patris agere poſſit. *l. 35. §. illud. C. de inof. teſt.* ¶ A jure communi non intelligitur receſſum, niſi pactum in contrarium reperiatur. *l. 2. C. de naut. fen.* ¶ Pactum, quod depoſitum reſtituatur alteri, quam deponenti, non indocit

dona-

donationem in perſonam illius *l. ejuſmodi. ff. de donatio.* ¶ Pactum uni factum, alteri non proderit, cum ille, cui ſit pactum non interſit principaliter, alteri non ſolvere. *gloſſ. in l. 4. §. nunc. ff. de libe. legat.* ¶ Pactum de ſolvendo tertio ex intervallo appoſitum idem operatur, quod ſimplex mandatum. *l. 82. ff. de ſolut. & libera.* ideo revocari poteſt. ¶ Si pœna promittatur pacto nudo, non poteſt exigi, niſi interſit. *l. 7. ff. de ſer. expor.* ¶ Naturalis obligatio pacto ipſo jure tollitur, quod prodeſt fidejuſſori. *l. 95. §. naturalis. ff. de ſolut.* ¶ Exceptio pacti de non petendo, actionem non tollit; ſed eam elidit, quæ exceptio nititur æquitate. *§. præterea, inſtit. de except.* ¶ Pactum de non petendo tria operatur: nam tollit naturalem obligationem ipſo jure, elidit civilem, & obligat naturaliter paciſcentem, non petere. *gloſſ. i. ibid.* ¶ Si paciſcatur ſocius, ne partem ſuam petat, effectu tollitur ſocietas. *l. 14. §. fin. ff. commun. divid.* ¶ Pacta ſuper accidentalibus, vel naturalibus contractibus ex intervallo appoſita, ad accipiendum tantum proſunt, ſi vero apponantur ſuper ſubſtantialibus, ad actionem proſunt. *l. 72. ff. de contrah. empt. & vendit.* ¶ Ubi actio ipſo jure tollitur per actum, idem eſt in pacto, quod in acceptilatione. *l. 21. §. ſi metu coactus. ff. quod met. cauſ.*

Cap. XIII. Quibus modis valeat, & quæ valeant ob pactum, vel non.

Pactum dotali inſtrumento adjectum de certa ſucceſſione filiæ relinquenda, an valeat, & quibus remediis hujuſmodi pacta ſuſtineri poſſint. *D. Gaſpar. Theſſau. quæſt. Forenſ. qu. 79. lib. 2.* ¶ An pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimoniali, valeat. *And. Fach. lib. 5. contr. cap. 87.* ¶ An pactum de futura ſucceſſione reciprocum valeat. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. capit. 86.* ¶ An pactum factum per filiam patri, vel fratri de non ſuccedendo matri quæ abeſt valeat cum non intervenit conſenſus illius de cujus bonis, & hæreditate agitur. *Rolan. conſilio. 81. tom. 4.* ¶ An pactum de hæreditate viventis ſine ejuſdem voluntate, & conſenſu juramento paciſcenti confirmetur: *Fachin. lib. 8. capit. 72.* negat, *argum. capit. & ſi Chriſtus de jurejur.* ¶ An pactum inter abſentes irritum valeat, *Cujac. lib. 16. obſer. cap. 19.* ¶ Conventio, quod ubi cogatur capere bona in ſolutum, minuatur æſtimatio in quarta parte, an ſit valida. *Ja. Petr. Surd. deciſ. 259.* ¶ Pactum, quod quis non teneatur de evictione, an ſit validum, & quid operetur. *D. Gaſp. Theſſau. q. For. lib. 4. q. 77.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ in contractibus quando ſuſtineatur, vel non, *Jo. Pet. Surd. dec. 248.* ¶ Sponſio facta ſuper ſententia certo modo ferenda an de jure ſubſiſtat. *D. Gaſp. Theſſau. q. For. q. 19. lib. 2.* ¶ Pactum appoſitum ab emphyteuta vendente, an ſit validum. *Jo. Pet. Surd. dec. 220.* ¶ Pactum factum contra voluntatem teſtatoris, valet. *Bart. in l. 1. num. 6. C. de pact.* ¶ Nam juramentum validat pactum, ubi alias foret invalidum, & effectum donationis facit operari. *Guid. Pap. q. 510.* & vim pacti obligatorii habet. *l. 13. §. ſi quis. ff. de jurejur.* ¶ Pactum factum per filiam patri, ut dote contenta non poſſit habere regreſſum ad paterna bona, ſi eſt juratum tenet, & non poteſt infringi. *c. 2. ext. de pac. in 6.* ¶ Pactum contra legem, vel præter legem, quando valeat, & an actio bonæ fidei, quando datur id quod devenit in pacto, ſit ſtricti juris, *vide Bart. in l. pacta, quæ contra. C. de pact.* ¶ Pactum appoſitum, quod mortuo uno ex donatariis, cauſa mortis donatum revertatur ad alterum, valet. *l. prima. C. de donatio. cauſa mortis.* ¶ Pactum per quod datur licentia creditori de ingrediendo poſſeſſionem rei ſibi obligatæ, valet, *Bart. in l. 3. C. de pignoribus.* ¶ Pactum, ut non veniat dolus futurus, non valet. *l. 17. ff. commod.* ¶ Donatio facta nudo pacto tenet, & ex eo agitur actione, quæ dicitur ex lege. *l. ſi quis argentum. C. de donatio.*

Vel non.

Non valet pactum, ut alicui liceat facere, quod de jure communi facere poteſt; ſecus ſi eo jure facere non poterat. *l. 8. §. apud. ff. ſerv. vend.* ¶ Pactum ne perpetuo dividatur, non valet; ſecus ſi uſque ad certum tempus. *l. 14. §. pen. & fin. ff. commun. divid.* ¶ Pactum, quod maritus conveniatur ultra quam facere poteſt, cum per illud tollatur jus reverentiale, non valet, tanquam contra bonos mores. *l. 15. §. eleganter. ff. ſolut. mat.* ¶ Pactum, quod eſt contra jus, vel per quod quis invitatur ad delinquendum, non valet. *l. 5. ff. de pact. dot.* ¶ Pactum factum in vita defuncti de falcidia non repetenda, non valet. *l. quod de bonis. §. 1. ff. de leg. Falcid.* ¶ Pactum aut eſt contra legem, & tunc non valet, neque pœna illi appoſita, aut eſt ſecundum legem, & tunc utrunque valet, ut eſt præter legem, & non valet pactum principale; ſed tantum pœna, *gloſſ. ibid.*

Cap. XIV. Quando non confirmatur, quando revocetur.

Pactum futuræ ſucceſſionis, non confirmatur juramento: idem in pacto, quo aufertur libera teſtandi facultas, vel matrimonii libertas. *Bart. in l. 57 n. 6. ff. de fidejuſſo. & manda.* ¶ An donator poſſit pactum vel modum donationi adjectum in favorem alterius eo invito ad libitum revocare. *Fachin. lib. 8. cap. 89.* negat *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo.*

TITULUS CCCLXI.

De tranſactionibus.

Cap. I. Tranſactio. Quid ſit: Qualis ſit.

TRanſactio dicitur exceptio peremptoria litis finitæ, quæ nec Principis reſcripto, infringi debet. *Ozaſ. dec. 91. nu. 7.* ¶ Tranſactio eſt contractus innominatus. *Bart. in l. 2. ff. de jurejur.* ¶ Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta nondum finita, non gratuita pactio: verum quando fiat: & quando extendatur. *Harim. cap. 7. tit. de pact. & tranſact. libr. 2.* Ideo inſtrumentum cauſa tranſactionis non expreſſa nullam fidem facit: nam notum eſt tranſactionem nullo dato, vel retento, aut promiſſo non ſubſiſtere, & hæc ſolemnitas extrinſeca non præſumitur, quod procedit parte opponente, alias ſecus. *Andr. Gail. obſerv. 71. lib. 2.*

Qualis ſit.

Inutilis tranſactio non habet in ſe pactum. *l. 3. C. de repud. & abſtin. hæred.* ¶ Inutilis tranſactio facta ſuper hæreditate, quam quis petendo adivit, non habet vim renunciationis, cum fieri non poſſit de hæreditate ſemel adita, nec habet vim pacti gratuiti: quia non cenſetur velle donare, qui tranſigit: ſed ſolum aliter recedere: ideo ea non obſtante poteſt tranſigens litem proſequi. *ibid. d. l. 3.* ¶ Tranſactio, & jusjurandum in quibus conveniant & differant, *vide gl. in l. 2. ff. de jurejur.* ¶ Promiſſum ſolemniter per ſtipulationem ex cauſa tranſactionis, ſi eſt certum, petitur per certi condictionem, ſi incertum, per actionem ex ſtipulatu. *l. 6. C. de contrahen. & committen. ſtipul.* ¶ Dolus dans cauſam tranſactioni, quando reddat eam nullam, & tranſactio licet ſit ſtricti juris; tamen de ea judicatur, ut de omni contractu ſtricti juris liberatorio, ſecundum naturam illius actionis, ſuper qua interponitur. *Bart. in l. 19. C. de tranſactio.* ¶ Tranſactio non cadit ſuper quæſtione tutelæ. *Ludov. Rom. ſing. 471.* ¶ Tranſactio facta verbis generalibus comprehendit omnes caſus, qui ſub verbis illis comprehendi poſſunt. *Cravet. conſ. 290. Menoch. conſ. 156. lib. 2.* Idem ſi per ultimam tranſactionem

renuncietur alteri antiquiori, cenſeri debet renunciatum omnibus contentis ipſa tranſactione antiqua. *Cravett. conſil. 290.* ¶ Multo magis idem dicendum eſt in tranſactione facta ſuper oneribus verbis univerſalibus, ut etiam comprehendat onera, quæ imponuntur ratione urgentis neceſſitatis, puta belli, vel famis, *vide per Cravet. conſil. 294. Menoch. conſil. 156. lib. 2.* ¶ Tranſactio in pœna non obſervantis, eſt ſtricti juris, & non recipit interpretationem extenſivam, nec ſimilitudinariam. *Dec. conſil. 299. num. 5.* ¶ An tranſactio omnia comprehendat, vel tantum ea ſpecialiter, ſuper quibus fuit tranſactum, *vide gloſſ. in c. 1. ex de tranſact.* ubi diſtinguit. *Bart. in l. 36. ff. de pact.* ¶ Petitio ſi eſt ſpecialis, & generalis quoad verba, tranſactio reſtringitur ad ſpecialem petitam. *Bart. in l. 36. ff de pact.* ¶ In tranſactione non inſpicitur juſtitia, nec injuſta cauſa, quando tranſigens ſcientiam ipſius cauſæ injuſtæ habebat. *Ozaſ. deciſ. 58. num. 15.* ¶ Verba; manutenere, & defendere in contractu tranſactionis appoſita, quomodo accipienda. *Marc. q. 52. part. 2. num. 11.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, & fieri poſſit, vel non.

Tranſactio facta à pluribus, an reſtringatur ad jus omnibus competens. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 176.* ¶ Tranſactio poteſt ante litis conteſtationem fieri reſpectu futuræ litis. *Bart. in l. 16. C. de tranſact. num. 3.* ¶ Tranſactio reſoluta, accepti reſtitutio eſt facienda. *Veml. part. 3. d. deciſ. 317.* ¶ De contentis in teſtamento, tranſactio fieri non poteſt, niſi viſis verbis teſtamenti, tamen ſtud non procedit in tranſactione jurata. *Cravet. conſ. 172. vide comment. D. Sol. in antiq. conſtit. gloſſ. ſuper decreto, Blancha, tit. de tranſact. fol. 144.* ¶ Item non procedit contra tertium emptorem bonorum ſubjectorum fideicommiſſo. *Idem Senator. ibi. num. 14.*

Cap. III. Quando ſit licita tranſactio, contraveniri poſſit.

Super quibus criminibus licita ſit tranſactio, & de quibus non, *vide Jul. Clar. in ſua pract. crimin. quaſt. 58. & Mamu. in ſuo Spec. part. 6. tit. & pervenitur aliq. n. 73. fol. 280.* ¶ Quando ſuper crimine admittatur tranſactio. *Hare. cap. 1. & 2. tit. de pactis. & tranſact. lib. 2.* ¶ Tranſigi ſuper jure ſangvinis de jure civili permittitur; ſecus de jure canonico, *Ludov. Rom. ſing. 688.* ¶ Tranſactio ubi prohibita eſt ſine certa ſolemnitate, eſt permiſſa, quando res, ſuper qua tranſigitur, remaneret penes prohibitum alienare. *Capic. deciſ. 166. num. 15.* ¶ Tutori permiſſa eſt tranſactio. *Ozaſ. deciſ. 58 num. 14.* tamen gratuito remittere non poteſt, neque donare. *ibid. num. 31.* an, & quando ſit permiſſa tranſactio tutori, curatori, & adminiſtratori civitatis, *vide Andr. Gail. obſervatio. 72. lib. 2. Dec. conſil. 479.* vel prælato, aut Principis procuratori, *vide Ant. Trig. ſingul. 97.* ¶ Contraveniens tranſactioni ſi eſt victus, poteſt ad eam redire. *Bart. in l. 122. §. Seia ff. de verb. oblig.* ¶ Tranſactioni contravenire dicitur, qui non ſolvit in tempore, etiam in re minima, vide ibi, quid ſi evincatur aliqua res tranſactionis cauſa data. *Joſeph. Lud. deciſ. 101.*

Cap. IV. Quæ fieri poſſint ob tranſactionem.

In tranſactione evictioni locus eſt, quando ex cauſa tranſactionis res traditur, ſecus ſi dimittitur. *Franc. Marc q. 52. part. 2.* ¶ Vaſſallus de jure communi, poteſt ſine domini licentia tranſigendo dimittere feudum penes poſſeſſorem: quia tunc non dicitur alienare. *Capic. deciſ. 156. num. 16.* ¶ Mora purgari non poteſt, ubi in tranſactione eſt pactum reſolutivum defectum non impletæ tranſactionis *Puc. dec. 66. lib. 3.*

Cap. V. Quando renunciari, & quæ remitti poſſint.

An legi, *de his. ff. tranſact.* renunciari poſſit, *Ozaſ. dec. 112. num. 2.* & d. lex de his requirit plenam & certam ſcientiam teſtamenti, non autem ſufficit habere quandam opinionem, ſeu credulitatem. *ibid. n. 6. vide ſupra tit. de renunciat.* ſed an ipſa lex habeat locum in teſtamento nuncupativo, *vide num. 13.* ¶ Renuncians liti & cauſæ cenſetur etiam renunciare juri, quod habet tam in cauſa profana, quam ſpirituali. *DD. de Rot. deciſ. 32. de ſenten. & re judic. in antiq.* quando intelligatur renunciatum cauſæ, liti, & inſtantiæ, *vide Caſſad. deciſ. 2. tit. de appellat. Bart. in l. 4. C. de pact.* ¶ Tranſactione facta in cauſa appellationis, videtur ſolum illi inſtantiæ renunciatum, & ſententia prima remanet firma, ſi id, quod devenit in tranſactione, non impleatur. *Bartol. in l. 41. §. qui procuravit. ff. de pact.* ¶ Dolum ex propoſito in tranſactione allegans, admittitur ad probandum dato termino, non obſtante renunciatione doli facta in inſtrumento: quia dolo futuro renunciari non poteſt: item quia eadem facilitate qua contrahitur, eadem renunciare. *Afflict. d. deciſ. 220. num. 6.* ¶ Dolus quando videatur remiſſus in generali tranſactione, & ſi committatur in tranſactione qualiter agatur, vel in non obſervando promiſſa, *vide per Bartol. in l. 4. C. de tranſactio. & gloſſ. in l. unica. C. de plus petitio.* ¶ Tranſigens cum tutore, vel curatore adjecta clauſula, quod non vult eum poſſe conveniri, videtut etiam dolum præteritum remiſiſſe. *Ozaſ. deciſ. Pede. 58. num. 13. & 35.*

Cap. VI. Qui tranſigere poſſit, vel non.

Exequutores teſtamenti, qui relinquuntur, non poſſunt ſuper bonis pauperibus relictis, tranſigere. *Cravet. conſ. 323.* ¶ Pater, ut legitimus adminiſtrator, poteſt pro filiis tranſigere, & quid, quando promittit pro eis de rato, *vide Puc. deciſio. 22. lib. 2.* quando pater poſſit tranſigere, *Natt. 543.* ¶ Tranſigere prohibitus, ſine decreto tranſiget, quando faceret conditionem ſuam meliorem. *Capic. deciſ. 113.*

Vel non.

Procurator generalis ſine libera, non poteſt tranſigere. *l. mandato. ff. de procurat.*

Cap. VII. Quando tranſigi poſſit, vel non.

Tranſigi poteſt, vel paciſci in omni pœna ſanguinis, excepta pœna adulterii, & falſi. *Bart. ſing. 138.* ¶ Tranſigi poteſt ſuper dolo, metu, & uſuris præteritis. *Ozaſ. dec. 134.* ¶ De raptu virginis poteſt tranſigi, tamen maleficium non remanet impunitum. *l. 3. C. quib. ex cauſ. ſerv.* ¶ Tranſactio ubi ſit ſuper negotio principali, an videatut tranſactum de expenſis, *vide Guido. Pap. quaſtion. 55.* ¶ Tranſigi ſuper controverſiis à teſtamento dependentibus non poteſt, niſi inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti, *vide Ozaſ. d. deciſ. 112. in princ. & numer. 20.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus tranſactionis.

Petenti ex cauſa tranſactionis, non objicitur exceptio non numeratæ pecuniæ. *l. 11. C. de non num. pecu.* ¶ Si cauſa ſuper querela inofficioſi tranſactione deciditur, teſtamentum remanet validum, & debentur legata. *l. 29. §. pen. ff. de inoſ. teſtam.* ¶ Tranſactio, non partis perceptio, impedit reſidui petitionem. *l. 13. C. de furtis.* ¶ Tranſactio fratris, non nocet alteri fratri, etiam ſecum communem cauſam habenti. *l. 1. Codic. ſi in commun. eademque cauſ. in integr. reſtitut. poſtul.* ¶ Minor adverſus tranſactionem poteſt reſtitui, quo reſtituto, adverſarius ejus in priſtinum ſtatum reponitur. *l. 1. C. ſi adverſ. tranſact. vel diviſio.* ¶ Titulus tranſactionis ex quo ſequuta eſt traditio, eſt idoneus ad præſcribendum: ſecus ſi non continet traditionem, ſed liberationem à controverſia mota, quia per hoc non datur titulus in ipſa re. *l. 8. C. de uſucapio. pro empt. vide ibid gloſſ.* ¶ Tranſactio ſuper inſtrumento de cujus fide tranſigens

dubi-

dubitabat, repellit eum à contraveniendo. *l. 7. C. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Tranſactiones ſunt favorabiliores: ideo etiam obſtat exceptio tranſactionis, licet liberatio non ſit ſequuta, nec aliqua delegatio. *§. ſoror. l. 96. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Tranſactio, & petitio ſpecialis etiam extra judicium facta, non præjudicat alteri rei, vel perſonæ, niſi eſſet de appendiciis. *Bart. in l. 36. ff. de pact.* ¶ Tranſactio ſi eſt facta inter me, & te ex certa cauſa expreſſa, & poſtea agam rei vendicatione nulla cauſa expreſſa, excipiatur de tranſactione, non impeditur litis conteſtatio. *Bartol. in l. 7. ff. de per hæred.* ¶ Res de novo repertæ non reſtitutæ, debent reſtitui, niſi prima reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata. *l. Lucius Titius. §. fin. ff. ad Senatuſconſultum Trebel.* ¶ Tranſactio facta pacto nudo, tollit actionem ope exceptionis, ſed ſi facta fuerit per acceptilationem, tollit ipſo jure, quod ſi pater fuit in dolo tranſigendo, datur filiæ contra eum actio in factum, loco actionis de dolo. *l. 5. C. de dol. mal.* ¶ Solutum indebite ex cauſa tranſactionis, non repetitur, eſto, quod ſit ſolutum per errorem. *Dec. conſil. 351. volum. 2.* ¶ Renuncians liti, non videtur fateri adverſarium habet jus. *Roma. ſing. 790.* ¶ Tranſactio tribuit titulum poſſidenti, in re, quæ ex cauſa tranſactionis traditur. *Bartol. in l. 33. Cod. eod.* ¶ Tranſactio in cauſa famoſa irrogat infamiam, ſed non pactum gratuitum, nec purgatio per juramentum. *l. 18. C. ex quibus cauſis in fam. irrog.* ¶ Tranſigens ſuper crimine aliquo, an, & quando pro confeſſo, & conjuncto habeatur, *vide Mynſing. obſerv. 22. Cent. 6. Bartol. in l. 2. ff. ad Senatuſ. Sylla.* ¶ Tranſactioni contraveniens (etiam in minima parte) poteſt privari commodo tranſactionis. *Vem. deciſ. 316. num. 3. vide ibid. deciſ. 317.* ¶ Licet tranſactio ſit facta animo novandi, & ex ea pignus datum ſi, ſit tamen tranſactio non ſervatur, pignus non reſtituitur, ſed pro obligatione nova retinetur. *Hipp. ſing. 145.* ¶ Ex pacto nudo tranſactionis poſſidendi datur exceptio; ſed non poſſidenti non datur actio, ſi perfecte non implevit tranſactionem, pro parte ſua, ſed contra non ſervantem tranſactionem poterit redire ad primam actionē, ſuper qua tranſactū fuit. *l. cum proponas. C. de pact.* ¶ Si fides tranſactionis non ſervatur, poteſt exhæredatus ad querelam redire. *l. 27. ff. de inoff. teſta.* ¶ Actor cedens liti in re exiſtente penes reum conventum, nihil transfert in eum, niſi jus excipiendi. *Capic. deciſ. 156. num. 9.* ¶ Quando contractus tranſactionis propter inobſervantiam eſſet reſolutus, ex illo contractu non poteſt quis ſe juvare: quia licet ex actu reſoluto. *Idem Put. deciſ. 343. lib. 3. num. 6. vide ibid. deciſ. 343.* ¶ In poſſeſſionem non eſt immittendus ille, cui obſtat exceptio inobſervantiæ tranſactionis, nec poteſt alium impedire, quin immittatur in poſſeſſionem vigore. *l. fin. C. de edic. Divi Adria. tol. Paul. Acm. Vem. deciſ. 246. part. 2.* ¶ Recuperandæ remedium competit illi, qui ex voluntate ſua cecidit à poſſeſſione, quando contractus tranſactionis non fuit per partem adverſam adimpletus *Idem deciſ. 6. par. 3.* ¶ Tranſactio correſpectiva non prodeſt agenti, niſi doceat ſe pro parte ſua adimpleviſſe, nec ſufficit docere de adimplemento in parte, etiam majori. *Idem Vem. deciſ. 316. par 3. & deciſ. 317. ib.* ¶ Tranſactione generalibus verbis facta per fideicommiſſarium, an illi præjudicet, *leg. de his. ff. tranſact.* cenſeatur renunciatum, cum juramento, *vide Ozaſ. deciſ. 112.* ¶ Tranſactione reciſſa ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus per transactionem inductus. *l. 96. §. cum pupilla ff. de ſolut. & liber.* ¶ Tranſactio ſi non ſervatur, an poſſit reverti ad actionem, primævam ſubvenitur etiam actori condictione ob cauſam, *vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 101. par. 2.* ¶ Tranſactio generalis, tollit omnea actiones, & obligationes, etiam in judicio non deductas. *Gram. deciſ. 66. numer. 62.* ¶ Tranſactione media promittens dare, tenetur dare liberam rem promiſſam, alias poteſt rediri ad primam actionem. *Joſeph. Lud. deciſ. 101. part. 2.* ¶ Solutio ex cauſa tranſactionis tollit primum antiquum debitum, & tranſactione novatur prior obligatio. *Benint en. deciſ. 88. num. 20.* ¶ Per tranſactionem à cautione de judicio ſiſti contingit liberatio, & ſi erāt commiſſa paratur exceptio. *l. 2. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Qui corrumpit judicem, vel adverſarium, litem perdere debet, ſecus ſi bona fide tranſigit. *l. 1. §. ſed. & conſtitutio. ff. de calumnia.* ¶ Exceptio tranſactionis impedit litis conteſtationem, ipſa doli mali exceptione oppoſita, & ſi omittatur, non reddit judicium nullum, ſi vero poſt litem conteſtatam incipiat competere, reliquam partem judicii impedit, ſi opponatur, alias procedit judicium, & ea non obſtante ſententia valet; ſed datum ob tranſactionem, repetitur. *l. 23. §. ſi quis ff. de condict. indeb.* ¶ Tranſactio facta ſuper una cauſa, non obſtat agenti ad eandem, ex alia cauſa, *leg. 135 § ſilia. ff. de verb. oblig.* ¶ Tranſactioni contraveniens efficitur infamis, & eſt magis obſervanda, quando ultra juramentum intervenit auctoritas curatoris. *Joſeph. Lud. d. deciſ. Peruſ. 18. num. 48.* ¶ Clauſula, rato manente pacto in tranſactione poſita, quid operetur. *Afflict. deciſ 22. numer. 5.* ¶ Tranſactio, quamvis per enorme damnum reſcindi nequeat, tamen ſi quis illicite reſiſtendo pro reſtitutione rei debitæ recipit aliquid, conveniri poteſt condictione ob turpem cauſam. *Capic. deciſ 95.* ¶ Tranſactione omnia acta cenſentur extincta, ideo non valet exequutio priorum actorum, ſed pars de novo eſt citanda, & proceſſus inchoandus. *Mobeda. deciſ. 315.* ¶ Tranſactio introducta fuit cauſa litium finiendarum & tranſactione finita non eſt amplius locus pœnitentiæ. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 18. num. 38.* ideo tranſactionis exceptio æquiparatur exceptioni rei judicatæ. *ibid. n. 42.* ¶ An ex tranſactione oriatur actio. *And. Fach. lib. primo contr. c. 10.*

Cap. IX. Quando valeat, vel non.

Tranſactio rei immobilis Eccleſiæ, non eſt de jure valida ſine ſolitis ſolemnitatibus adhibitis in alienatione. *Venl. deciſ. 318. part. 3.* ¶ Tranſactio facta cum prælato, & capitulo quando valeat, ut non poſſit retractari, *vide Dec. conſ. 474. Ant. Trigo ſing. 93.* ¶ In quibus caſibus tranſactio poſt rem judicatam valeat, *vide Mynſing. obſervat. 47. cent. 4. Joan. Pap. lib. 19. tit. 9. arreſt. 1. & ſeqq.* ¶ Tranſactio poſt rem judicatam, ſuper ea facta, quæ ſit ratio, cur non valeat, etiamſi fiat per aquilianam ſtipulationem, *vide l. 23. ff. de condict. indeb. & ibidem Bartol.* ¶ Virtute juramenti tranſactio, quæ non valet in vim tranſactionis, valebit in vim pacti. *Jaſ. de actio, §. item ſi quis. num. 14.* ¶ Reſcriptum contra tranſactionem impetratum, quando valeat, *vide Rebuff. in ſuis comment ſuper conſtitut. reg. tract. de reſciſ contract. artic. 1. gloſſ 6. fol. 430. Tom. 2.* ¶ Tranſactio facta bona fide, licet ſuper cautione dolo extorta, valet. *Bartol. in l. unica. Cod. de plus petitio.* ¶ Tranſactio, quæ per conſenſus defectum eſt inanis, adveniente conſenſu, puta, per ratificationem, vires aſſumet. *Afflict. deciſ. 220. num. 7.* ¶ Tranſactio, quæ non valet in vim tranſactionis, valet in vim pacti, ubi juramentum appoſitum eſt. *Ozaſ. deciſ. 91. n. fi.* ¶ Valet tranſactio facta ſuper contentis in teſtamento viſis, neque cognitis verbis teſtamenti, quando pars illi fuit præſens, ex qua præſentia inducitur actus intelligentia. *Dec. conſ. 630.* ¶ Tranſactio non poteſt pro una parte valere, & pro alia non, quia contractus eſt pro utroque obligatorius. *Mobed. deciſ. 313.* ¶ An tranſactio valeat ſi reperiatur læſio, *Rol. conſ. 28. tom. 4.*

Vel non.

Tranſactio quando prætextu erroris calculi ſit nulla, vel revocetur, *vide Bart. in tit. C de error. calcu.* ¶ Et ſi liceat unicuique à vexationibus ſe redimere, id tamen non procedit, ubi de calumnis appsret, nam tunc tranſactio erit nulla, & ſolutum ejus virtute, repetitur. *vide Mago. decif.85. Rota.Floren.* ¶ Licet tranſactio ſit contractus ſtricti juris, tamen dolus agentis dans cauſam contractui reddit eam nullam. *l. 65. ff. de cond.indeb.* ¶ Tranſactio dolo facta, eſt nullius momenti, ope actionis, exceptionis, & replicationis. *Gome. Leo. decif. 78. in decif. divers. Tom.2.* ¶ Tranſactio facta per evidentem calumniam continens enormiſſimam læſionem, dicitur ipſo jure nulla. *Joſeph. Ludov. decif. Peruſ. 27.* ¶ Tranſactio ubicunque eſt calumnioſa ex parte actoris, non tenet ipſo jure, & competit repetitio. *Abb. conſil. 113. lib. 2.* ¶ Tranſactio ſuper alimentis firmatur juramento. *Guid.Pap.q 190.*

Cap. X. Quando reſcindi poſſit, vel non.

Tranſactio facta ſuper re clara, reſcindi debet tanquam doloſa, & inita dolo ex propoſito. *Crav. conſ. 160.* tranſactio enim non valet in debito liquido. *Abb. conſ. 97. lib.2.* ¶ Quando tranſactio reſcindi poſſit ex inſtrumentis noviter repertis, vel ſi fuerit ex falſis inſtrumentis inita, *vide Menoch. de arbit.lib.2.caſ.15. Dec. conſ. 479. n. 10. Jo. de Arno. ſing.79.* ¶ An tranſactio facta per mandatarios cujuſdam caſtri, an poſſit prætextu enormia, & enormiſſimæ læſionis reſcindi, *Corneus conſ.284. vol 4.* ¶ An tranſactio reſcindi poſſit ob læſionem ultra dimidiam. *Andr.Fach. lib.2. contr.capit. 26.* affirmat, *l. ſic ſuperſtite l. de dolo. l. in ſumma, ff. de cond. indeb.* ¶ Tranſactionis contractus, an ex enormiſſima læſione reſcindatur, *Lud. d.18. num. 44. Dec. conſ 479. & 597. num. 10. Rol. conſ.28. vol. 4.* ¶ Tranſactio, in qua pupillus eſt læſus, reſcinditur. *Bart. in l.96. §. ſi eum pupilla, ff. de ſolu. & libe.*

Vel non.

Tutor licet non poſſit remittere debitum liquidum, tamen non liquidum poteſt. *Abb. conſ.39. lib. 1.* & tranſactio facta à tutore, non poteſt à pupillo reſcindi. *Bart. in l.96. §. ſi cum pupilla. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Tranſactio non reſcinditur prætextu læſionis ultra dimidiam, conſiderata æſtimatione, dubii litis eventus. *Afflict. decif. 220. vide Gramm. decif.66. num. 20 & ſeqq. & num. 61. cum decif. 101. num. 54.* ¶ Et in omni caſu tranſactionem ex capite læſionis reſcindere volena, receptum ex cauſa tranſactionis offerre debet. *Afflict. d. decif. 22. n. 4. Gram. d. decif. 66. num. 61.* ¶ Tranſactio vitiatur propter defectum exiſtentis litis, quæ exigitur pro ejus ſubſtantia, nec fingere litem ſufficit. *Dec. conſil. 351 num. 3* ſed de ejus veritate conſtare debet. *Ozaſ. decif.91. vide tamen ibid. numer. 23.* ubi tenet contrarium, quia tranſactio de re dubia eſt valida, etiamſi in judicium ras non ſit deducta. *Mohed. decif.5.*

Cap. XI. Quando habeat locum, vel non.

Quando in tranſactione, in qua quis dicitur ultra dimidiam læſus, habeat locum remedium. *l. 2. C. de reſcind. vend. vide Jaco. Put. decif. 230. lib.1. Mynſing. obſerv. 91. cent. 6. & And. Gail. obſ.70. lib. 2.* ubi concludit pro parte negativa concurrentibus requiſitis, de quibus ibi. *Cravet. conſ.151. num.26. Dec. conſil. 60. & conſil. 203. Guid. Pap. ſing. 736. Bart. in l. 78. § hæres. ff. ad Trebell. Abb. conſil. 12.* ¶ Liberationis favor maximus eſt adeo, ut in tranſactione non habeat locum pœnitentia, licet ſit contractus innominatus. *Marc. de Mant. ſing. 659.* ¶ Quando habeat locum de tranſa. de his, *vide plene per Natt. conſil. 148. Tom. 1. Rol. conſil. 13. volum. 1.* ¶ L. ſi quis major. de tranſac. habet locum in quolibet contractu jurato. *Mago. decif.96. Rot. Floren.* ſed ut locum habeat, quæ requirantur, *vide Rol. conſil.57. volum. 1. Menoch. conſil. 84. num.69.* ¶ Pœna d. legis ſi quis, ſine dolo non incurritur, & dolus non præſumitur, niſi probetur. *Mago. d. decif. 96. n. 2. & 3.* ¶ Secundo difficultas, & impotentia obſervandi, excuſat à dicta pœna, & à perjurio. *ibid. num. 1. 4. 5. & 10.* ¶ Tertio d. l. ſi quis non habet locum, quando contrahentes in caſu contraventionis ſibi providerint de certa pœna. *Idem Mago. d. decif. 98. num. 6.* ¶ Demum d. l. ſi quis, rigoroſa eſt, & in practica difficilis obtentu. *ibid. num. 9. & in hac patria Pede. per antiq. conſtit. Sabaudiæ. titul. de tranſactio. decret. Blanchà.* modificatur, & reſtringitur: quis non poteſt quis agere ad pœnas dictæ legis, niſi præcedat una ſaltem interpellatio extrajudicialis, cum proteſtatione quoque agendi ad dictas pœnas, de quibus interpellatione, & proteſtatione publico conſtare debet inſtrumento, quo facto, ſi poſtea convenienti in judicio paſſi fuerint labi. 40. dies, à die porrectæ petitionis, priuſquam ſatisfecerint, eo caſu, & non aliter, dicta lex locum habet, *vide comment. D. Sol. fol. 144.* ¶ Si emptor intra tempus conventum non ſolverit reſiduum pretii, incidit in pœnam: *l. ſi quis major. Dec. conſil. 452. vide Rol conſil 57. volum. 1.* quid amittat contraveniens tranſactioni juratæ, *vide Bartol. ſing.139.* ¶ Dicta lex ad hoc ut locum habeat, quæ requirantur, *vide Rol. conſ.57. vol.1. Menoch. conſ.84. num.69.*

Cap. XII. Quando recedi poſſit, vel non.

Quis poteſt recedere à tranſactione parte non ſervante in ea contenta, niſi ille, qui vult recedere pro parte jam egiſſet ad implementum tranſactionis: quia tunc non poſſet amplius recedere, ſed ſolum agere ad implementum. *Jaco. Put. decif.340. lib. 1.* ¶ Si per tranſactionem recedatur ab aliquo inſtrumento, cenſetur receſſum ab illo, ſi pars impleverit ex parte ſua contenta in tranſactione, alias poterit adhuc cogi ex primo inſtrumento, non obſtante ipſa tranſactione. *Crav. conſil. 83. Natt. conſil. 60. Tom. 1. vide tamen conſil. 133. num. 31. ejuſd. Natt.* ubi videtur tenere contrarium, *vide etiam Bart. in l.96. §. ſi eum pupilla ff. de ſolutio. & liberatio. & l. fina. ff. quib. ex cauſ. pign. vel hypoth. taci. contrah.* ¶ Univerſitas non poteſt impugnare tranſactionem ex defectu mandati, ſi juxta tranſactionem fuerit obſervatum, & fuerit de antiquo: nam ex temporis antiquitate mandatum præſumitur. *Cravet. conſil. 317.* ¶ De pacto reſolutivo appoſito in tranſactione, *Put. e. decif. 315. lib. 3.*

TITULUS CCCLXII.

De mutuo.

Cap. I. Mutuum: Quod dicatur, vel non.

Mutuum, an, & quando dicatur uſurarium *Rol. à Valle conſil. 98. Tom. 4.* ¶ Mutuum eſt triplex, videlicet naturale tantum, & eſt quando ſit numeratio ſine ſtipulatione, civile tantum, quando ſtipulatio intervenit da ſolvendo ſine numeratione, civile, & naturale, quando numeratio, & ſtipulatio interveniunt. *gloſſ. ibid.* mutuum naturale, & civile quod ſit, & qua actione poſſit agi, *vide per Bart. conſ. 20. volum. 2.* ¶ Quando ex permiſſione de utendo re depoſita contractus depoſiti transferatur in contractum mutui, *vide Dec. in l. certi condic. ff. ſi cer. pet.* ¶ Pecunia debita ſolutioni non parata, in mutuum non convertitur nudo pacto, ſecus ſi eſſet ſolutioni parata. *l. 34. ff. manda.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Artifex accipiens pecuniam mutuo, in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis, & paterfam. accipiens etiam

Digitized by Google

im pecuniam mutuo in dubio videtur accepiſſe pro familia nutrienda. *Bartol. in l. 7. C. ad Senatuſconſ. Maced.* ¶ Mutuavi tibi centum, & apparet: item conſtat quod promiſiſti centum ex cauſa mutui, intelligitur de iiſdem centum, quæ mutuaſti. *Bart. in l. 9. ff. de adimen. lega. vide eundem Bartol. in l. 94. ff. de ver. obli.* nam ſtipulatio ſequens intelligitur in dubio de illa quantitate, in qua præceſſit mutuum. *Bart. in l. 94 ff. de verb. oblig.* ¶ In mutuo tacite ineſt dilatio ad reſtituendum, *Gaſp. Cabal. milleloq. 296.* ¶ Mutuum accipitur dupliciter, nempe per prius, & poſterius, *vide Raud. tract. de Anal. lib. 1. c. 6. num. 27.* ¶ Pœna inſerta in contractu mutui, videtur inſerta loco uſurarum. *l. 15. C. de uſuris.*

Cap. III. Quæ probanda, probetur, & præſumatur.

Agens ex mutuo quamvis in libello ponat ſe dominum, tamen non eſt neceſſe probare dominium, *Jaſ. de actio. in §. ſequens. num. 12.* ¶ Petens centum ex cauſa mutui, debet probare mutuum factum antequam libellum obtineat. *Bart. in l. 8. §. ſed ut probari. ff. de oper. nov. nunt.* ¶ Teſtator, ſi in teſtamento jurat ſe centum ab uxore recepiſſe mutuo, debitum non probatur. *Bart. in l. 29. § quidam. ff. de liber. legat.* ¶ Mutuavi centum, poſtea promiſiſti quinquaginta, an præſumatur promiſſio facta de illis centum, *vide Bartol. in l. 94. de verb. oblig. num. 5.*

Cap. IV. Quando mutuum poſſit contrahi.

An tutor poſſit ſibi ipſi mutuare pecuniam pupilli. *Fach. lib. 11. cap. 45.* negat, niſi palam, & bona fide fiat. *l. non exiſtimo. ff. de admin. tut.* ¶ An mutuum contrahi poſſit, ut una res detur pro alia, ut frumentum pro vino. *ibid. lib. 11. cap 49.* affirmat. *l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.* ¶ Contractus, ſive obligatio mutui, contrahitur re, & in his, quæ pondere, numero, menſurave conſiſtunt, & in mutuarium tranſit dominium rei, & per conſequens periculum ipſius rei ad illum ſpectat. *l. 1. §. mutui. ff. de actio. & oblig.* & dicitur mutuum, quia de meo tuum fit. *§. 1. inſtitut. quib. mod. re contrah. obliga.*

Cap. V. Quæ opponi poſſint, & fieri.

Dominii exceptio, an, & quando poſſit opponi in mutuo, *vide Marc. q. 509. part. 2. Jaſ. de actio. in §. ſequens. num. 13.* ¶ Si occaſione ſalarii ex cauſa mutui promittatur, poteſt infra tempus legitimum, id eſt biennium, legitima exceptio opponi, & liberatio conduci. *l. 3. C. de poſtul.* ¶ Mutuans filiofam. quem probabili ratione patremfam. arbitratur, non repellitur exceptione Senatuſconſul. *Maced.* ¶ Mutuo probato in genere, ſuper quantitate poteſt deferri juramentum ſuppletivum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 100. part. 2.*

Cap. VI. Qui obligetur, vel non.

Accipiens mutuum obligatur mutuanti, non ei, ad quem pecunia pervenit per matrimonium. *l. 13. C. de act. & oblig.* ¶ Ex contractu præpoſiti ad mutuum accipiendum. obligatur præponens ad exemplum inſtitoriæ. *l. 5. C. de inſtito. & exercit.* ¶ Mutuans nomine alterius, illi quærit obligationem perſonalem, & hypothecariam ſine ceſſione. *l. 0. C. per quas perſ. nob. acquir.* nam ex numeratione per liberam perſonam quæritur actio abſenti. *l. 126. §. Chriſogonus. ff. de verb. oblig.* ¶ Mulier accipiens mutuum obligatur ex eo; nec refert qualiter utatur, nec juvatur Vellejano, etiam ſi convertat pecuniam in uſus mariti. *l. 13. C. ad Senatuſcon. Vellejan.* ¶ Ad hoc. ut aliquis obligatur mihi ex mutuo non ſufficit, ut de meo ſuum fiat, ſed ut eo animo dem, ut ipſe accipiat, & obligetur tantundem reddere ejuſdem generis, & qualitatis. *l. 3. ff. eodem de actio. & oblig.*

¶ Ex mutui contractu facto cum procuratore domini contemplatione, dominus tantum obligatur. *l. 6. § item ſi procurator. ff. de neg. geſt.* ¶ Mutuans ex mandato alterius obligat ſibi recipientem, tanquam principalem ex eo contractu, & mandantem tanquam acceſſorium per actionem mandati. *l. 7. Codic. mandati.*

Vel non.

Si aliquis acceperit mutuum, & inde fiat inſtrumentum, quod uxor ſua, non ipſe receperit, tunc mulier non obligatur: quia veritas prævalet ſimulationi ſcripturæ. *l. 17. Cod. eod.* ¶ Si pupillus ſine auctoritate tutoris dat pecuniam mutuo, non obligat accipientem, ſi pecunia extat, ſi conſumpta ſit bona fide, condicitur, ſi mala, agitur ad exhibendum, *§. nunc inſtitution. quibus alien. licet, vel non.*

Cap. VII. Actio cui competat, vel non.

Mutuare promittens, ſi non mutuet in id, quod intereſt tantum conveniri poteſt. *Natt. conſil. 50. Tom. 1. num. 8.* ¶ Si pecunia mutuo accepta per tutorem in utilitatem pupilli ſit converſa, in eum competit actio. *l. 3. Cod. quando ex facto tutoris.* ¶ Quando poſt mutuum ſequitur ſtipulatio de reſtituendo, non ex numeratione agitur, ſed ex ſtipulatione, & ſic non ex implente, ſed ex implemento. *l. 6. §. fin. & l. 7. ff. de nova. & deleg.*

Vel non.

Agens ratione numerationis ex cauſa mutui, & probans tantum de confeſſione mutui, ſuccumbit, ſed *vide Jaffr. Lanfr. Balb. deciſ. 309. & Bartol. in l. 126. §. Chriſogonus. ff. de verb. oblig.* ¶ Quando mutuum in inſtrumento non continetur, ſed ſola confeſſio, ex contractu mutui non agitur, neque ex ſtipulatione, ſed certi condictione. *Bartol. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. obl.* ¶ Ex mutuo facto filiofam. non competit actio cum effectu contra ipſum, etiam factum ſui juris: quoniam obſtat exceptio Macedoniani. *l. 1. & tot. tit. ff. ad Senatuſconſ. Macedon.* ¶ Fallit ſi mutuatus fuerit in cauſa patris, vel patre conſentiente. *l. 9. §. ſed et ſi. ff. ad Senatuſconſ. Maced.* ¶ An ex mutuo facto in ludo oriatur actio, *vide gloſſ. final. in l. final. Codic. de relig. ſumpt. funer.* ¶ Mutuum poteſt repeti, finito uſu, propter quem mutuum factum eſt, & multo magis excipi antequam factum ſit. *Natta conſ. 50. Tom. 1.*

Cap. VIII. Qui teneatur ex mutuo, vel non.

Si mutuavi tibi decem, quæ confiteris recepiſſe nomine mutui, non tamen promittis reſtituere, vel promittis non adjecto die, quid juris, *vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. reg. tract. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 1. num. 24. Tom. 1.* ¶ Mutuatius tenetur etiam de caſu, commodatarius de omni culpa. *§. item is, inſtitutio. quibus modis re contrahent. oblig.* ¶ Ubi conſulto certæ perſonæ mutuari, an teneat mandati, *vide §. 2. in fin. & ibid. gloſſ. inſtitut. tit. mand.* ¶ Qui accipit pecuniam mutuo ab officialibus fiſci, punitur, *vide tot. titul. C. de his, qui ex publicis rationibus lib. 10.* ¶ Confeſſus plus ſe recepiſſe, quam revera receperit, poteſt non recepti liberationem condicere. *l. 4. C. de condict. cauſ. dat.* ¶ Confeſſus per ſcripturam ſe mutuum recepiſſe ſpe futuræ numerationis non ſequutæ, infra biennium poteſt condicere cautionem, & etiam poſtea, ſi intra biennium ſit proteſtatio facta. *l. fin. C. de cond. ex lege.* ¶ Vinum motuo accipiens liberatur, ſi tantundem in bonitate reddat, licet pretium ſit mutatum: idem in cæteris rebus, in quibus conſiſtit mutuum. *Boer. deciſ. 327.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Originalis cauſa mutui plurimum facit ad præſumendum contractum uſurarium. *Oʒaſch. deciſ. Pedemont 41.*

¶ Mu-

Digitized by Google

¶ Mutuans alienam pecuniam ſuo nomine, quærit ſibi jus pignoria, & non domino pecuniæ. *l. 16. de pignoribus.* ¶ Mutuans in emptionem prædiorum cum pacto, ut illa ſint ei obligata, præfertur cæteris, etiam anteriorem hypothecam habentibus; alias ſecus, *l. 7. C. qui potiores.*

Cap. X. Miſcellanea.

Minor in mutuo læſus præſumitur, niſi probetur verbum in rem minoris; alias reſtituitur. *l. 1. C. ſi adverſ. credit.* ¶ Filiusfam. minor reſtituitur adverſus mutuum, niſi juſſus patris intervenerit. *l. fin. Cod. de filiofam. mino.*

TITULUS CCCLXIII.

De commodato, vel contra.

Generalia.

De precario, *vide ſupra part. 1. tit. de preca.*

Cap. I. Commodatum: Quæ requirantur.

Ad hoc, ut ſit vere commodatum duo neceſſario requiruntur, nempe, ut res concedatur ad certum uſum, & ad certum tempus tacitum, vel expreſſum, alias his deficientibus, non erit commodatum. *Doctor. in l. 2. ff. ſi cert. petat.* ¶ Si trado tibi rem utendam, ut eandem reſtituas, dicitur contractus commodati, ſi vero ut reſtituas tantundem pondere, dicitur contractus innominatus. *l. fi. ff. de præſc. verb.*

Cap. II. Quale ſit.

Inter commodatum, & precarium differentiæ duæ: *Cujac. lib. 23. obſerv. cap. 21.* ¶ An aliqua ſit differentia inter pignoratitiam, & commodati actionem, cum quæritur veniat culpa, an & cuſtodia. *Cujac. lib. 19. obſ. c. 24.* ¶ In quibus differant commodatum, & precarium, *vide gl. in l. 1. ff. de preca.*

Cap. III. Quando præſumatur, & quæ dari poſſint.

Arma accommodans alicui præſumitur accommodaſſe, ad actum licitum. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 31.* ¶ Uxorem, quæ ſunt mariti commodato dare poſſe, ſcribit *Menoch. ibidem. caſ. 29.* ſed intra quod tempus illa recuperare poſſit, *vide ibidem.* ¶ Commodatum fit, quando ad certum uſum res conceditur, precarium autem datur ſine certi uſus præfinitione. *gloſſa. in reg. contractus. de reg. jur.*

Cap. IV. Actio cui competat, vel non.

Qua actione commodatario cui res commodata ſurrepta eſt ſuccurſum oporteat. *Vaud. Var. q. 34.* ¶ Officio judicis agit, qui rem ſibi commodatam apud alium repetit. *Bartol. in l. 21. ff. de peti. hæred.* ¶ Commodatam rem ſi vendidiſti, ago ad rei reſtitutionem, & ſi non poſſit reſtituere, ago, ad veram æſtimationem, non ad pretium. *Bartol. in l. 23. ff. ſi cert. pet.* ¶ Ille, contra quem agitur actione commodati, poteſt opponere exceptionem proprii dominii. *Bartol. in l. 15. ff. depoſiti*, ſed an commodanti poſſit referri quæſtio dominii, *vide gloſſam in l. 8. §. ſed hæc. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* ¶ Actio commodati eſt bonæ fidei, & quæ veniant in ea, *vide §. actionum autem, inſtit. de actio. & ibid. gloſſ.* ¶ In actione commodati, non admittitur compenſatio, *gl. in §. in bonæ fidei, inſtit. eod.* ¶ Si marito res commodata ab uxore ſubtrahatur, ſi uxor à domino eligatur convenitur furti, (marito non exiſtente ſolvendo) ſi eligatur, maritus, tenetur ei uxor actione in factum propter res amotas, nec poteſt uxor eligi à domino rei, ſi maritus extiterit ſolvendo etiamſi hoc affectaverit maritus. *l. fi. §. cum autem. Cod. de ſerv. corrup.* ¶ Commodatarius, an, & quando habeat actionem furti, *vide tit. ff. de furtis. Bartol. in l. 22. §. fi, C. de furtis.*

¶ Commodatario ſi res commodata fuerit ſurrepta, dominus habet electionem, utrum velit agere contra furem actione furti, an contra commodatarium commodati, & uno electo, alius liberatur, ſecus ſi fuerit ignorans, vel dubitans, *§ qua de fullone, inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.* ¶ Si commodo, ut commodes, agitur præſcriptis verbis: quia commodatum non eſt gratuitum. *l. 19. §. ff. de præſcrip. verb.*

Vel non.

Contra commodantem falſa pondera, vel menſuras, non datur actio de dolo, ſi inter contrahentes aliis actionibus poteſt eſſe conſultum, alias recurritur, ad ipſam actionem de dolo. *leg. 19. §. de eo. ff. de dol. mal.* ¶ Commodatarius non habet actionem furti contra dominũ, niſi impenſas in re fecerit. *l. 15. §. dominus, qui. ff. de furtis, & l. 61. ibid.* ¶ In re propria non conſiſtit commodatum, ideo tunc commodati agi non poteſt, idem in precario. *l. 15. ff. depoſiti.* ¶ Et accommodans arma alicui, qui cum ipſis captus fuit à birvariis, non poteſt illa ab ipſis repetere, ſi commodatarius ea in loco prohibito detulerit ipſo ſciente, ſed tantum pretium à commodatario, *vide ibid.*

Cap. V. Qui teneatur ex commodato, vel non.

Uxor commodans res viri ad quid teneatur, *vide Bart. in l. 25. §. ſi uxor. ff. eod.* ¶ Commodatarius, qua actione recuperet rem ſibi commodatam à fure, *vide gl. ibid.* ¶ Commodatarium furto teneri ſi re commodata, ad alium uſum utatur, ſed quomodo, & quando hoc procedat, tradit *Menoch. ibid. caſ. 298. vide Hartman. capit. 4. titul. de contractibus lib. 2.* ¶ Commodatarius ſi rem contrectat ad alium uſum invito domino, tenetur commodati, & conditione furtiva, ſed una intentata tollitur alia, præterea ſi rem commodatam fregerit, vel devaſtaverit, tenetur etiam actionem legis Aquiliæ, *l. 33. §. ſi is, cui rem, ff. de act. & oblig. facit etiam l. 75. ff. de furtis.* ¶ Prætendentibus intereſſe ex juſta cauſa, & probabili, competit actio furti, & è commodata ſubtracta domino datur electio agendi contra furem, vel commodatarium, quorum uno ſciente electo, vel à commodatario domino ſatisfacto, ei non competit amplius jus variandi *l. fin. C. de furt. & ſervat. corrupt.* ¶ Commodatario minus favetur, quam fuloni. *gl. ib. l. fi. C. de fur.* ¶ Qui jumenta ſibi commodata longius duxerit, aliove modo invito domino uſus fuerit, furtum facit. *l. 41. ff. de furtis, §. furtum, inſtitut. de obliga. quæ ex delict. naſcun.* ſecus ſi credebat hoc facere non invito domino. *l. 78. ibid.* ¶ Qui aliquid utendum accipit, ſi ipſe alteri commodaverit, furti tenetur. *l. 56. §. 1. eod.* ¶ Commodatarius, obligatur re, & tenetur ad idem reſtituendum, *§. is quoque l. 1. ff. de actio. & oblig.* ¶ Commodatarius, ad majorem diligentiam tenetur, quam creditor, *gloſſ. in §. cum autem. l. fi. Cod. de ſerv. corrupt.* ¶ Qui recipit commodatum obligatur re, & differt à mutuo, quia in commodato non transfertur dominium, nec tenetur de caſu fortuito, niſi culpa ejus præcedat caſum, & hoc ſi gratis conceditur, alias ſi cum mercede eſſet locatio uſus, *§. item ſi quis inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig.* & de materia, *vide ibid. per. gloſſ.* ¶ Commodatarius gratia ſui, tenetur etiam de leviſſima culpa, non de caſu, niſi per culpam ejus, caſus acciderit, vel ex pacto, aut ſi eſſet in mora, & commodans ante uſum completum, non revocat, *l. uni. contra, de ſi commoda.*

Vel non.

Si commodatarius à fure rem, & pœnam exigit, non tenetur domino pœnam reddere, quia ſuo periculo eſt expertus. *l. fi. §. ſed cum. C. de furtis.* ¶ Commodatarius juſſu commodantis rem tradens, etiamſi per latorem perdatur, à cuſtodia liberatur, *Afflict. deciſ. 170. n. 9.*

¶ Com-

¶ Commodatarius equi non tenetur, ſi ille equus eſt ab alio equo percuſſo ſine culpa ſua. *leg. final. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Si invadorem, quam alii commodavi, vel apud alium depoſui, non teneor, *vide tamen Bart. in l. num. 20. C. unde vi.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Commodatum, ad libitum commodantis revocari non poteſt, ſecus in precario, & de differentiis, *vide per Menoch. de arbit. judic. lib. 2. caſ. 23.* ¶ Impenſa facta in curando equum commodatum non repetitur, ſi fuit modica, *leg. 8. §. impendia. ff. ſolut. matrim.* ¶ Res commodatæ, non veniunt in judicio. *famil. eriſ. gl. in l. 45. ff. famil. eriſc.*

TITULUS CCCLXIV.

Depoſiti, vel contra.

Cap. I. Conſignatio, oblatio, depoſitum: quid ſit, vel non.

DEpoſitum non eſſet, niſi gratis fieret. *Jaſ. de actio. in §. ſequens, num. 30.* ¶ Commodare nihil aliud eſt, quam deponere. *l. 186. ff. de verborum & rerum ſignificatio.* ¶ Depoſitum poteſt probari, non ſolum per inſtrumenta, verum etiam per teſtes, & per omnem aliam ſpeciem probationis. *l. 1. C. de eden.*

Cap. II. Quale ſit, & quæ requirantur.

Depoſitum ad hoc, ut liberet deponentem, & ligetobligatum reſtituere, & recipere, debet eſſe integrum, & de bona moneta. *Borg. Caval. deciſ. 16. de commiſſ. part. 2. num. 40.* & de tota ſumma liquida. *Jo. Pap. lib. 11. tit. 8. arreſt. 1. Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 15. Menoch. conſ. 372. num. 26. lib. 4.* ¶ Niſi pars illud non integrum depoſitum acceptaſſet, tunc enim tenet depoſitum ſalvo jure agendi ad reſiduum. *Cravet. conſil. 106.* ¶ Res depoſita apud defunctum non dividitur inter hæredes. *l. 45. & ibid gloſſ. ff. famil. eriſc.* ¶ Inſtrumentum depoſiti dicitur probatio probata, & veritas apparens, atque inducens evidentiſſimam probationem, & non poteſt allegari ſimulatum, maxime ſi eſſet juratum. *Rol. conſ. 47. vol. 4.* ¶ Debitum ex cauſa depoſiti poteſt in cauſam mutui converti ſola contrahentium voluntate. *Bart. in l. depoſui, & in l. certi condictio. ff. ſi certum petat. lib. 9. ibid.* ¶ Depoſitio pecuniæ exigit citationem, qua neglecta firmitatem non obtinet. *Cravet. conſil. 1. pro genero. numer. 14. vide tamen ibidem num. 259.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

In actione depoſiti contraria, (quæ datur depoſitario contra dominum) venit leviſſima culpa. *Bart. ſing. 47.* ¶ Maritus, & uxor ſi faciant depoſitum, intelliguntur feciſſe pro virili. *Natt. conſ. 30. Tom. 1.* ¶ Rei depoſitæ poſſeſſionem, & proprietatem retinemus: fallit in pecunia, quam aliquis apud alium depoſuiſſet numerando. *Mart. de Mant. ſing. 333.* ¶ Debitoris res depoſita penes aliquem, in cauſam pignoris capitur, modo ille, qui eam detinet confiteatur eſſe debitoris. *Bart. in l. à Divo Pio. §. final. ff. de re judica.*

Cap. IV. Quando fieri poſſit conſignatio: depoſitum.

In debitis ex conventione requiritur conſignatio, nec ſufficit ſola oblatio, *Gaſp. Cabal. milleloq. 330.* ut ſequatur liberatio. *vide l. 9. C. de ſol. & liber.* ¶ Conſignare quis debet, ut non incidat in pœnam, vel ut conſequatur actionem, & conſignaſſe non videtur, qui pecuniam reaſſumit. *Boer. deciſ. 32. & 33.* ¶ Solvere volens ad evitandam pœnam ſi non reperit eum, cui ſolvere vult, poteſt judicis auctoritate deponere. *Bart. in l. 73. ff. de procur.* ¶ Lite inter duos dominos pendente de aliqua re, colonus, vel emphyteuta neutri ſolvet, ſed conſignabit. *Boer. deciſ. 106.* ¶ Depoſitum, ut quis non incidat in pœnam privationis, non eſt neceſſarium, quando non reperitur perſona, cui erat facienda ſolutio. *Jacob. Petr. deciſ. 8. lib. 1.*

Cap. V. Oblatio, quando ſufficiat, vel non.

Sola oblatio verbalis ſufficit, ubicunque debitum liquidum non eſt. *Cravet. pro genero, conſil. 1. numer. 207.* ideo rationem reddere, qui tenetur, poteſt depoſitum facere, etiam in uno nummo cum proteſtatione tamen, quod ſi apparebit in plus teneri, ſolvet, & tunc non impeditur agere. *Benvenuten. deciſ. 77.* idem in quolibet debito non liquido. *ibidem, & Rot. Genuen. deciſ. 103. num. 11. & deciſ. 177. num. 11.* cautione tamen idonea præſtita de ſupplendo facta liquidatione. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 207.* ¶ Quando aliquid debetur alicui, contra quem quis agit, an tunc ſufficiat ſola oblatio, vel requiratur conſignatio, & depoſitio, *vide Boer. deciſion 124. numer. 22.* ¶ Ad hoc, ut liberetur ab uſuris, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 231. Bartol. ſingul. 159. Pet. de Raven. ſing. 77.* ¶ Oblatio, quando fit cum conſignatione, & depoſitione, habet duodecim effectus, de quibus *vide per Guid. Pap. quæſt. 570.* ¶ Oblatio debiti, & conſignatio, ac depoſitio tempore, & loco congruo, curſum uſurarium impedit, & à periculo caſus fortuiti liberat debitorem, & pignora diſſolvit, creditori vero parat actionem contra depoſitarium, & quemlibet detentorem, ſed ſi debitor depoſitum recuperaverit, intereſſe in obligationem re incidit. *l. 19. C. de uſuris.*

Cap. VI. Quæ opponi poſſint contra depoſitum, vel non.

Contra depoſitum, an, & quando poſſit opponi compenſatio, *vide Rot. Genuen. deciſ. 34.* quod non admittitur *ſcribunt Vincent. de Franc. deciſ. 151. Rolan. conſil. 17. vol. 1. & conſ. 4. & 47. vol 4. vide tamen Matth. Maheſil. ſingn. 5. §. in bona fidei, inſtitutio. de actio.* ¶ Dilatio quinquennalis, non admittitur contra creditorem ex cauſa depoſiti. *Vincen. de Franc. deciſ. 151.* ¶ In depoſito confeſſionato, non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. *Rol. conſ. 17. n. 7. volum. 1. & conſil. 4. vol 4. l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non num. pecun.* ¶ Depoſitum non poteſt ſequeſtrari. *Roland. conſil. 4. num 5. volum. 4.*

Cap. VII. Actio cui competat.

De actione, quæ competit creditori in illum, contra quem pecunia eſt depoſitata, *vide per Bartol. in l. 19. C. de uſuris numer. 13.* ¶ Depoſitam rem ſi vendidiſti, ago ad rei reſtitutionem, etſi non poſſis reſtituere, ago ad veram æſtimationem; non ad pretium venditionis. *Bart. in l. 23. ff. ſi cert. pet.* ¶ Fiduciæ depoſitivæ ratione, utilem actionem dari ei, cujus res ab alio, ut reddatur domino depoſita eſt, reperitur deciſum in libris placito curiæ. *lib. 9. tit. 5. q. 2. in deciſ. diverſ.* ¶ Actio depoſiti habet tria privilegia, de quibus *Auth. de depoſ. & denunciat. per gloſſ.* ¶ Ubi non eſt peculium, non poteſt actio de peculio intentari, ſed eſt ad alias actiones congruas recurrendum, ut ſi depoſui apud filium, vel ſervum: quis illud, quod depoſui non eſt in peculio, ſed remanet deponentis, agitur actione depoſiti. *l. 39. ff. de peculio.* ¶ Actio depoſiti facti metu tumultus, incendii, ruinæ, aut naufragii, quæ ab initio datur in ſimplum, ex negatione datur in duplum. *§. ſequens inſtitut. de actio. vide Joan. Criſp. in ſuo tract. termino. actio. poſt volumen, Jaſ. de actio. num 30. & de actione depoſiti, vide ibid. num. 152.* ¶ Creditori contra depoſitarium, datur actio, contra vero creditorem non, niſi debitor id receperit. *Bartol. ſingul. 39. Petr. de Raven. ſingul.*

ſingul. 772. ❡ Actio depoſiti eſt bonæ fidei. *§. actionum autem inſtit. de actio. & ibid. gloſſ.*

Cap. VIII. Quando reſtituendum, vel non.

Depoſitæ rei reſtitutio, quæ ad ſecundum pervenerit depoſitarium, à quo facienda ſit, & an per ceſſionem actionum primus liberetur. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. q. 77* ❡ Recipiens depoſitum qualiter compellatur ad reſtituendum illud, *vide Joan. Pap. libr. 13. titul. 8. Arreſt. 2.* ❡ Non valet denunciatio, ne reddatur depoſitum & qui talem denunciationem fecerit, tenetur ad intereſſe creditoris. *Auth. de depoſiti. & denunc.* ❡ Furioſo non eſt reddendum depoſitum. *Guid. Pap. q. 152.* ❡ Depoſitum reddi debet ad ſolam patris deponentis petitionem, ſequeſtrum non, niſi judicis mandato, & de aliis differentiis inter ſequeſtrum, & depoſitum, *vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. regnl. Tom. 3 tracta. de ſequeſtris. articul. primo. gloſſ. 1.* ❡ Cui debeat reddi depoſitum, mutata perſonæ conditione deponentis, *vide Math. Matheſ. ſingul. 5. in additio.*

Cap. IX. Depoſitarius, quæ facere poſſit.

Depoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. *Afflict. deciſ. 147.* ❡ Depoſitarius, an poſſit petere ſibi conſtitui mercedem, *vide Marc. q. 443.* ❡ Depoſitarius, quando poſſit referre quæſtionem dominii, *vide Bart. in l. 15. ff. commod. & l. 8. ibi. gloſſ. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum.*

Cap. X. Ad quæ teneatur, vel non.

Depoſitarius non niſi ſimplex cuſtos eſt, & in eum non transfertur dominium: ideo utens re depoſita, vel mutuans contra voluntatem domini, vel præter, tenetur actione furti, & ad intereſſe. *Franc. Marc. q. 443. Joſeph. Lud. deciſ. 21. num. 51. Crav. conſil. 106. numer. 7.* ❡ Quod procedit, quando pecunia deponitur obſignata in ſacculo ſine numeratione; ſecus ſi fuerit numerata. *Ludovic. à Pegu. in ſuis quæſtion. crimin. cap. 38. vide l. 34. ff. locati. Capel. Tholo. quæſtio. 168.* ſed hoc ultimo caſu, tenebitur ad intereſſe poſt moram. *Rot. Genuen. deciſ. 34.* ❡ Depoſitarius ſine dilatione, compellendus eſt ad reſtitutionem, nec poteſt objicere compenſationem, vel dicere ſibi in contrarium factam poteſtationem. *Petr. de Raven. ſingular. 128.* an in depoſito confeſſionato admittatur compenſatio. *vide Natta. conſil. 938.* ❡ Hoc verum, quando conſtat de depoſito per inſtrumentum: ſecus ſi per teſtes. *Matheſ. ſingul. 128.* ❡ Si duo depoſuerint veſtimenta penes Titium, & Titius ea reſtituit uni eorum altero abſente, vel ea oſtendit adverſario litis eorum, graviter punitur. *l. 38. §. inſtrumenta duorum. ff. de pœnis.* ❡ Depoſitarius etiamſi ſit clericus cogi poteſt per judicem ſecularem ex officio executive implorato, ad reſtitutionem depoſiti. *Capel. Tholo. q. 268.* ❡ Depoſitarius poteſt cogi, ut reſtituat depoſitum, per judicem non ſuum. *Marant. in ſuo Specul. part. 4. diſtinct. 9. judicio. numer. 84.* ❡ Depoſitarius re obligatur, & quia non ſui gratia depoſitum fit, tantum tenetur de dolo, & lata culpa, id eſt magna negligentia. *l. 1. §. is quoque. ff. de actio. & obligat.* ❡ Etiam in contractu depoſiti reus non tenetur edere actori librum rationum, ad fundandam ipſius actionem. *d. leg. 1.* ❡ Damnatus in actione depoſiti efficitur infamis. *l. 1. & 6. §. illud. ff. de his, qui notat. infam. §. ex quibuſdam, inſtitut. de pœna temere litigant.* ❡ Ex depoſito facto penes inſtitorem, tenetur dominus. *l. 8. C. quod cum eo.* ❡ Depoſitarius, qui dolo deſiit poſſidere, ſi conveniatur quando ſibi actio cedatur, *vide Bart. in l. ff. de re judic.* ❡ Depoſitarius de ſolo dolo tenetur, & etiam de culpa, ſi obtulerit ſe depoſito, vel aliquid receperit pro cuſtodia; ſed de caſu non tenetur, niſi ex pacto, vel ſi culpa, aut mora præceſſerit caſum, & depoſitum poteſt revocari, quandocunque voluerit deponens. *c. fin. de depoſito.* Ad quid teneatur depoſitarius, *vide gloſſ. ib.* ❡ Depoſitarius tantum dolum præſtat. *l. contractus. ff. de reg. jur. §. præterea, & ibid. gloſſ. inſtitut. quib. mod. re contrahat. obligat.* ❡ Juramentum in litem defertur contra depoſitarium, ſi ciſta, vel valiſia diſſigillata fuit, & quare depoſitarius tam ſevere puniatur, ſi fidem fallat, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 208.* ❡ Si depoſui apud te ſacculum ſignatum, & non reſtituis, vel reſtituis apertum, tunc ſtatur juramento deponentis ſuper rebus, quæ ibi dicebantur eſſe. *Abb. conſil. 110. lib. 2. facie. l. 10. Cod. de rebus creditis.* ❡ Si quis confiteatur habere apud ſe centum in cauſa depoſiti, & non conſtet de reali numeratione, an ex tali confeſſione poſſit fieri condemnatio, *vide Boer. conſil. 25.* ❡ Contrectans rem depoſitam contra voluntatem domini, tenetur furti. *l. 3. §. ſi rem. ff. de acq. vel amit. poſſ.*

Vel non.

Depoſitarius juſſu deponentis rem tradens, etiam ſi per latorem perdatur, à cuſtodia liberatur. *Afflict. deciſ. 130. num. 3.* ❡ Si quis ſuam ratam à depoſitario recipit, licet poſtea depoſitarius fiat non ſolvendo, tamen non tenetur communicare cum cæteris. *Bald. ſing. 42.* ❡ Depoſitarii ſuperveniens inopia, non nocet deponenti pro executione obtinenda, ut iterum deponere cogatur. *Afflict. deciſ. 172.* ❡ Ex depoſito facto apud clericum Eccleſiæ, non tenetur Eccleſia, niſi in utilitatem Eccleſiæ ſit verſum. *c. 1. exe. de depoſito.* ❡ Depoſitario non poteſt interdici, ut depoſitum non reſtituat, & *l. fin. Cod. depoſiti*, hodie corrigitur, *vide Bart. in Authen. de depoſit.* ❡ Si pecunia per poſſeſſorem hæreditatis depoſita perditur, poſſeſſor cedendo actionem liberatur, *l. 20. ff. de pet. hæred.* ❡ Depoſitarius reſtituens depoſitum juſſu judicis, an ſit liberatus, *vide Marant. part 4. diſtinct. 9. judic. 10. num. 148.* ❡ Depoſitarius non tenetur reſtituere lucrum factum ex pecunia depoſita, ſed tantum legitimas uſuras, ſeu intereſſe. *Gaſp. Cabal milleloq. 439.* ❡ Depoſitarius (penes quem pecunia ad numerum deponitur), non tenetur eandem reſtituere in ſpecie; ſed aliam in eodem genere, & tunc poteſt illa pecunia uti ſolutis uſuris à die moræ, & hoc caſu in ipſum tranſit periculum pecuniæ depoſitæ. *Lud. à Pegue. in ſuis q. crimin. c. 38.* ❡ Depoſita rea præſumitur abeſſe dolo depoſitarii, ideo ad ipſum pertinet onus probandi, quod caſu fortuito perierit. *Natt. conſ. 131. Tom. 1.* ❡ Depoſiti cuſtodiam non videtur ſuſcepiſſe, qui præſens, & tacens illud in domo ſua fieri paſſus eſt, niſi ſit amicitia inter eos, vel conjunctio ſanguinis. *Natt. ibid. num. 3.* ❡ Depoſitarius utens re depoſita non committit furtum, ſi crediderit ſe hoc facere non invito domino. *l. 78. ff. de furtis.* ❡ Depoſitarius, qui tantum tenetur de dolo, non habet furti actionem, niſi ſua intereſſet rem non eſſe furto amiſſam, veluti ſi in re depoſita culpam promiſiſſet vel mercedem recepiſſet. *gl. in §. ſed ſi is, inſt. de obl. quæ ex quaſi delict. naſc.* ❡ Depoſitarius non habet furti actionem, quia ſua non intereſt, ſi dolus abſit, quod ſi dolum commiſerit, neque eam habet, quia non debet ex ſuo dolo actionem conſequi. *l. 14. §. is apud quem. ff. de furtis.*

Cap. XI. Deponens: quando liberetur: excuſetur, vel non.

Deponens mandato tertii, aut alias; ne in mora conſtituatur, pecuniam apud eum, qui ab omnibus opinione integræ reputabatur, ſi per ejus fugam deperdatur, liberatur. *Marc. de Mant. ſing. 651.* ❡ Per depoſitum

insuffi-

Inſufficiens ſine oblatione ſupplendi,non excuſatur deponens. *Rot. Genuen. deciſ. 144. num. 14.* ¶ Idem in depoſito cum conditione indebita. *Rot. Genuen. deciſ. 177. num. 6. vide Menoch. conſil. 373. numer. 29. libr. 4.* ¶ Etiam per depoſitum conditionale, non liberatur deponens de debito puro. *ead. Rot. d. deciſ. 144. num. 15.*

Cap. XII. Cujus ſit periculum depoſiti.

Depoſitarius ſi deceſſit, ſive (ut vulgo dicitur) fallitus ſit, tunc periculum deponentis eſt, maxime ſi creditor ex juſta cauſa recuſat pecuniam depoſitam. *Dec. conſil. 554. num. fin.* ¶ Si depoſitum ſit gratia recipientis, ad eum ſpectat periculum. *l. 4. ff. ſi cert. pet.* ¶ Periculum caſus fortuiti in depoſito, quando ſpectet, ad recipientem, & quando reguletur ſecundum naturam mutui, & ſi ſit factum gratia utriuſque, cujus ſit periculum, *vide Bart. in l. 4. ff. ſi cert. pet.* ¶ Eligens malum depoſitarium eſt in culpa, & ejus eſt periculum, ſed eligens in depoſitarium nummularium, quem omnes communiter elegiſſent, excuſatur. *Bart. in l. 39. ff. de ſolutio.* ¶ Emptor, & venditor quando invicem non confidunt, fit depoſitum, & tunc ejus ſit periculum, *vide Bartol. ibid. n. 3.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Depoſitum, quando habeat exequutionem paratam, *vide Boer. deciſ. 295. num. 7. & conſil. 25. Borg. Caval. deciſ. 27. part. 2. num. 91. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 6. gl. 3. n. 16. Tom. 1. Matth. Matheſ. ſing. 5. Guid. Pap. ſing. 485.* ¶ Inſtrumentum depoſiti habet exequutionem paratam, ſed quid in depoſito confeſſionato, *vide Rol. conſil. 17. vol. 1.* ¶ Quod dicitur depoſitum habere exequutionem paratam procedit, quando de illo conſtat per inſtrumentum, vel aliam publicam ſcripturam. *Matth. Matheſ. ſingul. 5.* ¶ Depoſitione pecuniæ facta à debitore animo abdicandi dominium à ſe, creditor poteſt accipere, & liberat debitorem. *Bart. l. 39. ff. de ſolutio.* ¶ Tantum valet conſignatio, & depoſitio, quantum ipſa ſolutio. *Bart. in l. 1. C. qui potiores.* ¶ Inficiendo depoſitum nemo facit furtum, nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licet prope furtum ſit, ſed, ſi poſſeſſionem ejus adipiſcatur intervertendi cauſa, furtum committit. *l. 69. ff. de furtis.* ¶ Confeſſio depoſiti recepti facta parte abſente, præjudicat confitenti ut ab eo depoſitum exigi poſſit. *Franc. Crem. ſing. 105. Pet. de Rav. ſing. 885.* ¶ Utile depoſitum non habetur, neque prodeſſe ſolet, ubicunque ſolvere quiſpiam tenetur, aliud enim eſt ſolvere, aliud deponere. *Cravet. conſ. 1. pro genero, num. 13.* ¶ Licet quis ſuum alterius nomine deponat, donare tamen non videtur *Bartol. ſingul. 175. Pet. de Rav. ſingul. 131.* ¶ Debitor ſi creditori pecuniam obtulerit loco, & tempore congruis, qui acceptare nolit, & debitor hac cauſa deponat, non poterit amplius eam repetere, etiam antaquam creditor acceptet. *Marc. de Mant. ſingul. 405. vide Bart. in l. 19. C. de uſuris.* ¶ Pactum, quod depoſitum reſtituatur alteri, quam deponenti, non inducit donationem, in perſonam illius. *l. 32. §. ejuſmodi, ff. de donatio.*

Cap. XIV. Quibus modis valeat.

An, & quomodo depoſitum dicatur ſimulatum, & validum. *Rol. conſil. 47. t. 4.* ¶ Conſignatio pecuniæ coram judice loci valet, licet ibi non valeat citatio abſentis. *Boer. deciſ. 11. num. 4.* ¶ Ut depoſitum validum ſit, Primo opus eſt, quod pecunia coram teſtibus numeretur, Secundo debet fieri parte præſente, vel citata, Tertio in depoſito judiciali debet fieri de mandato judicis, & penes perſonam eligendam per eum: Quarto depoſitarius debet promittere ſe reſtituturum depoſitum parti, contra quam ſit depoſitum. *Roland. conſil. 63. vol. 1. n. 24. vide Bartol. in l. 81. ff. de cond. ct. & demonſt.* ¶ Ut depoſitum validum ſit octo præcedere debent, de quibus, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2 caſ. 232. Guid. Pap. ſing. 998. & Cravet conſ. 1. pro genero. num. 13. & ſeqq.* ¶ Item obligatio debet præcedere depoſitum. *Menoch. conſ. 372. n. 35.* ¶ Quid, ſi fiat poſt lapſum tempus ad ſolvendum, *vide Menoch. ibidem n. 16.*

Vel non.

Depoſitum ex pecunia improbata eſt illegitimum, & ſi pendente depoſito fuerit reprobata periculum erit crediroris. *Dec. conſ. 668.* Depoſitum ſuæ rei non conſiſtit, *l. 46. ff. quib. mod. re contrah. oblig.*

TITULUS CCCLXV.

Pro ſocio, & de ſocietatibus.

Genemlia.

QUæ ſocietas ſit licita, & quæ illicita, & in iſta quæ conventiones valeant, & quæ non, *Abb. conſ. 77. libr. 1.* ¶ Unde etiam de pertinentibus ad hunc titulum, *ſupra part. 1. tit. commun. divid.* ¶ Societas quid ſit, quotupliciter contrahatur tacite, vel expreſſe, quæ veniant in ea, demum multa alia de materia ſocietatis, *vide per Maran. in ſuo ſpec. tit. an ſit judicium civil. vel crimin. diſt. 4.* ¶ De contractu ſocidæ animalium, *vide Marc. quæſt. 887. & ſeq. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 23. gl. 1. n. 53.*

Cap. I. Societas: Quæ dicatur, vel non.

Fraternitas inter extraneos conſtitui poteſt ut ſocietas, ſed an ab inteſtato inter tales fratres detur ſucceſſio, *vide Excell. P. Theſ. deciſion. 113.* ¶ Ubi res ad meliorandum traditur, ut, quod melioratur, dividatur, ſi dominium transferatur in totum, erit actio, præſcriptis verbis, at ſi in partem tantum, erit ſocietas, *l. 14. ff. de præſcript. verb.* ¶ Societas non dicitur, ſed mutuum, ſi quis det negotiatori pecuniam ad merces emendas, ita ut lucra percipiat, periculum capitalis non ſentiat, & eſt hoc pactum illicitum, & uſurarium. *Natt. conſ. 403. & 404.* ratio, quia in tali mutuo transfertur dominium pecuniæ in recipientem, quod eſt contra naturam ſocietatis, nam ſocietatem contrahendo nemo rei ſuæ deſinit eſſe dominus. *Natt. d. conſ. 403.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

In ſocietate in quam alter pecuniam confert alter operam, & induſtriam utrum pecunia videatur eſſe communicata, atque ideo finita ſocietate dividenda ſit, *Fac. libr. 2. cap. 94.* ait non eſſe dividendam. *l. 1. cap. pro ſocio. tranſ.* ¶ In ſocietate, in qua unus pecuniam præſtat, alter operas, cujus impenſis operæ præſtabuntur, *vide Marc. quæſt. 888.* ¶ Uno ponente in ſocietate pecunias, & alio opera, cum diſſolvitur pecuniæ reſtituuntur ei, qui poſuit, ſi fuit conventum (prout fieri poteſt, *And. Gail. obſerv. 24. lib. 2.*) ſed quod ſi non fuit hoc actum, *vide deciſ. 159. Rot. Gen. Jaſ. de actio. in §. ſequent, num. 45.* ¶ Opera unius æquiparatur pecuniæ alterius poſitæ in ſocietate, quid de interuſurio pecuniarum, *vide ibidem n. fin. deciſ. 159.* ¶ Uno ponente pecuniam, altero operam, alio non expreſſo damna, & lucra debent eſſe communia. *Abb. conſil. 77.* & tunc talis ſocietas eſt licita. *gl. in v. plerique 34. quæſt. 5.* ¶ Quando unus ſociorum promiſit pati damnum inſolidum uſque ad certam ſummam, vel in aliqua re ſocietas, in caſibus, & ſupra ſummam reſervatam, damnum erit commune. *Dec. conſil. 697.* ¶ An inter ſocios ſit tacitum mandatum ad licita, & etiam ad vendendum partem conſocii: *vide in addition. ad Bartol. in l. 2. C. de conſort. ejuſd. lit.* ¶ In duobus reis ſociis, debitum utrique pro parte videtur deberi active, & paſſive. *l. in lege. falcid.* ¶ Societas à libera voluntate procedere debet. *l. 1. Labeo, & ibidem gloſſ. de oper. liber.* ¶ Res empta per ſocium ex pecunia communi, quando ſit communis, *vide Bart.*

in l. 4. C. commun. utriuſque jud. ¶ Promiſſio de aſſociando aliquem in officio intelligitur, quando promittens teneret officium nomine ſuo proprio: fallit quando hoc feciſſet in fraudem ſocii; quia tunc teneretur ad intereſſe, & fraus poterit probari per conjecturas, *de quibus vide per Cravet. conſil. 100.* ¶ In ſocietate generali unius negotiationis, ille ex ſociis, qui plus in ſocietate contulit, plus lucri conſequi debet, & judex hoc caſu rationem habere debet pecuniæ, & induſtriæ à ſociis collatæ in ſocietatis commodum. *Menoch. conſil. 222. libr. 3.* ¶ Lucrum aſſumit ſibi naturam illam, quam habet capitale: ideo ſi inter plures ſocios fuit contracta ſocietas ad certum tempus, ſicut non debet minui capitale miſſum in ſocietate, ita nec debet capi de lucro, *vide tamen Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera L. ſingul. lucrum.* ¶ Societas, quod lucrum, damnumve ſenſerit, non cognoſcitur, niſi ea finita, & factis computis. *Rot. Genuen. deciſion. 173. n. 6.* ¶ Æſtimatio, quæ fit de rebus, quæ traduntur in ſocidam, non transferri dominium, neque conſtitui emptionem, ſed fit, ut ſciatur quanti ea res erat tempore initæ ſocietatis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 10. numer. 2.* ¶ Capitale eſt dominii in iſtis ſocietatibus beſtiarum, fœtus autem, & melioramenta ipſarum ſunt communia inter dominum, & ſocium. *ibidem numer. 10. vide Franciſc. quæſt. 887.* ¶ Quod damnum ſit commune procedit, quando paſtor non eſt in culpa. *Joſ. Lud. deciſ. 10. Peruſ. num. 11. vide Marc. quæſt. 887.* ¶ Summæ datæ conſocio, qui poſuit pecunias durante tempore ſocietatis, in dubio cenſentur datæ ex lucro facto in negotiatione, & non ex ſuo capitali. *Menoch. conſil. 121. volum. 1.* ¶ Damnum contingens inter ſocium, & dominum commune eſſe debet, quemadmodum utilitas, niſi damnum ex culpa alterius proveniret. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 10.* ¶ Lucrum debet eſſe commune inter ſocios quando unus ponit pecuniam, alter operam. *Rot. Genuen. deciſ. 31. Cabal. milleloqu. 427. num. 16. & Marc. quæſt. 887.* idem in damno, & tunc talis ſocietas eſt licita. *Marc. ibid. num. 12. vide Cabal. Milleloq. 427.* ¶ Societas ſummam rationem in ſe continere debet: ideo judicis arbitrium verſatur ſuper inæqualitate rerum ſocietatis, & æſtimatione. *Afflict. d. deciſ. 58. num. 5.* ¶ Exercitium perſonale venit in ſocietate conſiderandum. *ibidem num. 8.* ¶ In ſocietate inter patruum, & nepotes majores, patruus ſolum debet reputari pro uno, & ſic pro virili tantum debet concurrere cum nepotibus, *vide Menoch. conſ. 22.*

Cap. III Quibus modis probetur, vel non.

Licet frater acquirens feudum pro ſe, fratre, confiteatur in acquiſitione dicti feudi, nihil cum eo habere indiviſum, tamen ex hac confeſſione, non probatur ſocietas omnium bonorum. *Natt. conſ. 94. Tom. 1.* ¶ Liber ſocietatis ſcriptus à ſociis aliis ſcientibus, & patientibus, plene probat, *Rot. Genuen. deciſ. 173.* ¶ Libri mercatoris probant, cujus nomine mercatura exerceatur, *vide Bartol. l. Commun. utriuſ. jud. num. 6.* ¶ Libris ſociorum fidem adhiberi inter eos ſcribit *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 92. vide tamen ibi de limitationibus, & Bart. in conſil. 35. volum. 1.* ¶ Quando ſocius bonorum probet pro ſocio, vel contra, *vide ibidem caſ. 474.* ¶ Societas probatur per intitulationem librorum. *Marant. lib. 6. de teſtium product. part. 4. diſtinction. nona.*

Cap. IV. Quando inducatur, vel non.

Societas, an videatur inducta inter patruum, & nepotem ſtante maxime teſtamento, in quo teſtator damnavit ejus hæredes ad ſocietatem, & communitatem, & quæ ſocietas fuerit. *Socin. Senenſ. conſ. 4. libro quarto.* ¶ Socii, ſi poſt diviſionem retineant bona communia, inducitur inter eos recommunicatio. *Cravet. conſil. 73. numer. 13. vide Boer. deciſ. 8. num. 5.* ¶ Mutuans pecuniam ad mercandum ad medium lucrum, & damnum, non dicitur facere contractum uſurarium, ſed ſocietatis. *Papon. quæſt. 186. vide Franc. Marc. quæſt. 887.*

Cap. V. Quæ præſumantur in ſocietate, vel non.

Merces emptæ de pecunia communi, an præſumantur communes. *Maran. part. 4. diſtinction. 9. libr. 6. de teſtium productione, numer. 76.* ¶ Solutio dotis in dubio, an præſumatur facta de pecunia propria ſolventis, aut de communi, *num. 15.* ¶ An ſocius ſolvens pro negotio ſpectante ad ſocietatem, præſumatur ſolviſſe de pecuniis propriis, aut communibus, ipſius ſocietatis, *vide Cravet. conſil. 129.* ¶ In dubio præſumitur ſocietes lucrata fuiſſe, non autem perdidiſſe, & dicenti non eſſe ſalvum capitale, incumbit unus probandi. *Rot. Genuen. deciſ. 24. num. 5.* ¶ Mercator in dubio de pecunia ſibi commiſſa præſumitur lucratus, niſi intra annum proteſtetur de contrario, & poteſt tradi pecunia ad honeſtum lucrum. *Marc. qu. 886. n. 34. vide qu. 887.* ¶ Societas ſemel contracta, præſumitur inde durare, & manere, *deciſ. 97. num. 12.*

Vel non.

Ex dominio de præſenti, non præſumitur in præteritum: ideo bona mobilia per ſocios poſſeſſa, non præſumuntur omnia eſſe communia, niſi hoc probetur. *Natt. conſil. 100. num. 16.* ¶ Fraus præſumta non eſt, ſi adhibeatur major diligentia in propriis, quam in communibus, *Bartol. in l. 32. ff. depoſiti.* ¶ Ex communi habitatione fratrum, non præſumitur ſocietas omnium bonorum, ideo ſi unus fratrum emat prædia nomine proprio, non tenetur illa communicare aliis fratribus. *Dec. conſil. 651. Crav. conſ. 131. num. 13. vide tamen ibidem.* ¶ Quid ſi patruus tutor nepotum exiſtentium in communione cum eo, emerit, *vide Crav. conſ. 286.*

Cap. VI. Quando reddenda ratio.

Ratio adminiſtrationis pecuniæ datæ ad ratificandum, reddi debet ſolum in fine anni, *Lud. Rom. ſing. 121. Bart. in l. 4. C. de ſuſceptoribus. lib. 10.* Rationem reddi an petere poſſint illi, qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem damni, & lucri, *vide Jaſ. de action. in §. ſequent. n. 43.* ¶ Particeps, ſeu ſocius dans ordinem adminiſtrationi ſocietatis, ſeu habens facultatem eligendi inſtitorem, tenetur reddere rationem participibus, *Rot. Genuen. deciſ. 71.* ¶ Socii, ad quos ſocietatis pervenerunt merces, tenetur inſolidum de illis rationem reddere. *Rot. Gen. deciſion. 8.*

Cap. VII. Quæ veniant in ſocietate, vel non.

Expenſæ factæ ex cauſa ſocietatis, ipſi ſocietati, imputantur, quando eſt ſocietas univerſalis. *Crav. conſil. 159. num. 7.* ¶ Dictum doris venit in communione fratrum, & ſociorum omnium bonorum. *num. 25.* idem in prælegatis, & aliis lucris. *Borg. deciſion. 11.* ¶ Et generaliter debita, & credita facta inter ſocios, & eorum filios, omnium bonorum, debent communicari, & ire in communione etiam, quod ſint facta extra cauſam ſocietatis, dummodo non ſint exceſſiva. *Borg. deciſ. 11. num. 28. & ſeq.* ¶ In ſocietate univerſalis, an veniant bona obventa ex titulo hæreditario, *vide Cravet. conſil. 26. num. 8.* quod veniant quæſita ex ſubſtitutione ſcribit *Dec. conſil. 395.* ¶ In ſocietate univerſali omnium bonorum, omnes expenſæ ſunt imputandæ ſocietati, niſi veniant ex delicto, vel culpa ſocii. *Natt. d. conſ. 81. num. 3. & conſ. 260.* ¶ In ſocietate ita contracta, ut veniat juſta hæreſtas, venit illa, in qua fuit inſtitutus ſocius ab eo, cur ſucceſſurus erat ab inteſtato. *Bartol. in l. 3. de legat. 1.*

Digitized by Google

Vel non.

Principes non veniunt, niſi pro ſumma, per eos poſita in ſocietate. *ead. Rot. deciſ. e4. num. 111. & num. 152.* ¶ Filia unius ex ſociis, dotari non debet de bonis communibus, niſi ſocietas ſit univerſalis, & omnium bonorum. *Cravet. conſ. 159. n. 9. Rol. conſ. 91. vol. 1. Natt. conſ. 91. Tom. 1. & conſ. 264.*

Cap. VIII. Cujus ſit periculum, vel non.

Cum in ſocietate alter pecuniam, alter operam, & induſtriam conſert, utrum ſi pecunia fuerit omiſſa periculum ſit commune. *Fach. lib. 2. cap. 95.* ait damnum ad eum pertinere, qui pecuniam contulit. *l. 1. C. pro ſoc. accur. Bart. ibid.* ¶ An periculum capitalis ſit commune, *Marc. qu. 887. Jaſ. de actio. in §. ſequens n. 46.*

Cap. IX. Actio cui competat, vel non.

Contra ſocios acquiſitionis vectigalium agi poteſt, ſicut contra acquirentes. *Rot. Gen. deciſ. 7. 166. 14 num. 25.* ¶ Socius poteſt agere contra ſocios, pro quibus ſolvit, ſibi quæſita ceſſione. *Dec. conſ. 99.* ¶ Participes an agere debeant contra ſocios pro rata pecuniarum penes eos exiſtentium, *Rot. Gen. deciſ. 176. num. 8. & 21.* ¶ Si ſocii habeant res corporales communes, & alter eorum vult eas res dividere, poteſt agere judicio commun. divid. ¶ Actio pro ſocio eſt bonæ fidei. *§. actionum autem, inſtitut. de actio.* ¶ Quæ veniant in actione bonæ fidei, *vide ibid. gl.* ¶ Socius rei, & negotii particularis ſolvens debitum commune, & dotem ſorori, ac marito, nomine aliorum fratrum de bonis ſtabilibus ſuis, poſt aliquod tempus, nullum poteſt prætendere intereſſe, ſed ſolum agere poteſt ad ratam pecuniæ ſolutæ. *Borg. Caval. deciſion. 10. de contract. part. 2.* ¶ In cauſa ſervitutis prædii communis, quod unus ex ſociis expendit ab alio repetit, per actionem neg. geſt. *l. 38. §. fin. ff. de neg. geſt.* ¶ Actio pro ſocio ad quos effectus detur, *vide Jaſ. de action. in §. ſequens numer. 37.* ¶ Actio pro ſocio, quando incipiat competere, *vide gloſſ. in l. 1. §. ad hac. ff. de annals exceptio.* ¶ Particeps, commendans, committens, deponens, & mutuans, habet actionem adverſus ſocium, etiam ſi ſocietatem non adminiſtraverit. *Rot. Genuen. deciſ. 39* ¶ Si ſunt plures mercatores ſocii unius mercis, vel plurium, quilibet eorum poterit agere inſolidum contra debitores ejuſdem mercis, *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. reg. Tom. 2. tract. de mercato. artic. ult. gloſ. 1. n. 25.* ¶ Socius pro ſociis abſentibus ſine mandato agere poteſt, cum ſint conſortes ejuſdem litis. *gl. in verbo ſocii. n. cap. 9. ext. de conſtitut.* ¶ Si ſocius quiſpiam nomine proprio nuncupetur, & dicatur Titius, & ſocii, non magis quæritur Titio, quam aliis ſociis, quorum unuſquiſque habet actionem activam, & paſſivam, quod procedit, quando contractus ſit nomine ſocietatis. *Jaſ. Lud. deciſ. 31.* ¶ Qui agit pro ſe, & ſociis, & declarat; declarati cenſentur principales actores. *Rot. Gen. deciſion. 13. n. 24. & n. 130.*

Vel non.

Habens actionem adverſus aliquem, ſi ſocietas lucrum, vel damnum ſuſtineat, non poteſt adere contra eum, quin prius ille, qui adminiſtravit, reddat rationem, etiamſi librum rationis præſentet. *Rot. Genuſ. deciſ. 173.* ¶ Unus ex pluribus ſociis unius mercantiæ, non poteſt agere inſolidum pro rebus ſocietatis ſine mandato. *Bart. in l. eum te. C. ſi cert. pet.*

Cap. X. Qui conveniri poſſit, vel non.

Duo, qui negotiantur, ut duo rei inſolidum conveniri poſſunt. *Rot. Genuen. deciſ. 97. n. 7.* ¶ Emens rem à pluribus, ſi ipſa res reperiatur morboſa, & pars eorum aufugerit, alios ſocios inſolidum convenire poteſt redhibitoria. *Franc. Cremen. ſingul. 166.* ¶ Socii communem ſervum habentes, poſſunt conveniri inſolidum de peculio, & ſi unus eorum aliquid præſtiterit, ab alio repetit. *gloſ. in l. 131. ff. de regulis juris.* ¶ Unus ſociorum poteſt convenire, & conveniri pro omnibus inſolidum, ſi alii conſocii tolerant, & non contradicant, vel eſſent abſentes, aut ex conventione. *Boer. conſ. 45.* ¶ Socius ſolus adminiſtrans, eſt ſolus conveniendus. *Rot. Gen. dec. 97. num. 7.*

Cap. XI. Societas, quando contrahi poſſit, vel non.

Pupillus cum authoritate tutoris ſocietatem contrahere poteſt; alias ſecus. *Ozaſ. deciſ. 150.* ¶ Societas etiam tacite contrahitur. *Rot. Gen. deciſ. 31.* & præſumitur durare, donec per ſocios fuerit renunciata, vel morte diſſoluta & eſt præſumptio, quod perſeveraverint in ſocietate tacendo, & faciendo actus ad ſocietatem pertinentes. *ibidem num. 10.* ¶ Diverſos modos contrahendi ſocietatem, *vide ibid. deciſ. 39.* & quæ requirantur ad faciendum aliquem ſocium. *ibid.* ¶ Societas contrahi poteſt ſuper officio emendo. *Put. deciſ. 67. lib. 3.* ¶ Fratres ſimul cohabitantes, & lucra eorum hinc inde inter ſe, & in communi conſerentes, videntur inter eos contraxiſſe ſocietatem. *Pet. Gerar. ſing. 99. vide Bartol. in l. 3. n. 6 ff. de concubinis, & in l. 48. §. altero. ff. de adminiſtr. & peri. tut. & cum. Bal in ſuo tract. de duob. fratrib. inter tract. Bart.* ¶ Societas inter fratres tacite contrahitur ex ſolo uſu, in eo, in quo tantum apparet uſus inter eos. *Bart. in l. 1. § ſi quis interdicto. ff. de itin. actuq; privato.* ¶ Socius non capax, capit per ſocium capacem, & traditur conſilium relinquendi filio ſpurio nempe, ut pater contrahat ſocietatem, & inde inſtituat ſocium hæredem, *Bartol. in l. 30. ff. de liber. leg.* ¶ Societas utrum contrahatur, ſi unus ponit operam, alius pecuniam, & conveniatur, quod diſcedens à conventione ſolvat mille, non facta mentione communicationis lucri, & capitalis. *vide Cap. dec. 174.* ¶ Societas omnium bonorum, & rei particularis, quando intelligatur inita, & quæ requirantur ad hoc, ut cenſeatur contracta inter fratres ſimul habitantes, vel nepotes, *vide per Borg. Caval. dec. 10. & 11. de contract. per 2. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſ. Rub. 7. §. 5. gloſ. 5. n. 24. Natt. conſ. 91. Tom. 1. Bartol. in l. 4. C. commun. utriuſque judic. num. 9. Bald. in ſuo tract. de duobus fratribus, inter tract. Bartol.* ¶ Quæ requirantur ad hoc, ut dicatur contracta ſocietas omnium bonorum tacite, & quæ poſſint adduci contra eum, qui dicit eam contractam, *vide Cravet. conſ. 26. 12. & 159. Menoch. conſ. 222. libr. 3. Dec. conſ. 21. 66. & 68.* ¶ Societas tacita ex ſolo uſu contrahitur inter fratres, & tacite diſſolvitur, *vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera S. ſing. ſocietas. 2.* ¶ De ſocietate, quæ ex conſuetudine contrahitur inter virum, & uxorem, de rebus quæſitis durante matrimonio, & de pertinentibus ad talem ſocietatem, *vide per Joan. Pap. libr. 15. tit. 2.* ¶ Societas poteſt tacite contrahi per actus, qui tacite ſocietatem inferunt. *Abb. conſil. 87. libr. 2.* ¶ Contractus ſocietatis ſolo conſenſu contrahitur, ideo neque verba, neque ſcriptura requiruntur ad obligationis ſubſtantiam, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt conſentire, quare inter abſentes recte contrahitur, veluti per nuncium, vel epiſtolam, & alter alteri obligatur in eo, quod ex bono, & æquo præſtare oportet. *l. 2. ff. de act. & obligat.* ¶ Fœmina poteſt contrahere ſocietatem cum maſculo, & uxor cum marito. *Borgn. deciſion. 11. part. 2. numer. 6.* ſed quando hæc procedant de viro, & uxore, *vide Hieronym. Magon. deciſion. Rot. Flor. Petr. Gerar. ſingul. 99.* ¶ Societas, etiam ex partibus inæqualibus, fieri poteſt. *num. 9.* ¶ Dans bona mobilia, ſpeciarias, vaſa, & alia, quæ quis habet in una appotheca ſpeciariæ, æſtimata, cum termino ad ſolvendum, & ad rationem octo pro centenario,

pro lucro ſocietatis, ne recipiens teneatur ſingulo anno reddere rationem ſocietatis, intelligitur vendidiſſe dicta bona, & licitam ſocietatem contraxiſſe. *Borgn. deciſ. 13. part. 2. de contract.*

Vel non.

Societas expreſſa omnium bonorum dici non poteſt contracta, quando aliqua reſervatio bonorum facta fuit in ſocietate, *Natta conſ. 100.* ¶ Societas inter fratres contrahi non poteſt, quando alter erat pupillus; ideo tunc alter frater major rem communem alienare non poteſt. *Dec. conſil. 556. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſiones. Rub. 7. §. 5. gl. 5. n. 24.* ¶ Societas inter fratres non videtur contracta in relictis bonis, quomodo mortuo patre retinuerunt hæreditatem ipſius in communi, & eam pro indiviſo poſſiderunt ſimul cohabitantes. *Natt. conſ. 264.* & tanto magis hoc procedit, quando unus ex fratribus negotiatur, alii non; quia tunc nullo modo videtur contracta ſocietas. *Natt. ibid.*

Qua acquirantur.

Acquiritur poſſeſſio in contractu ſocietatis ex ſolo titulo. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de materi. poſſeſſ. in præfat. num. 105.* ¶ Inſtitor ſocietatis, in qua ſunt plures ſocii, qualiter acquirat, *vide Bart. in l. 37. ff. de ſtipul. ſervo.*

Cap. XII. Quando ad hæredes tranſeat, vel non.

Idem mandatum teſtatoris, quo præcipit ſocietatem poſt mortem durare, parit actionem adverſus hæredes mandantis. *Ozaſ. deciſion. 150.* & de ſocietate cum majore inchoata, an, quando, & quomodo ad hæredes tranſeat, *vide Magon. deciſion. 1. Rot. Floren.* ¶ Societas, quæ morte finitur, quando in hæredem ſocii tranſire poſſit, *vide Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 242.* ¶ Societas regulariter morte alicujus ex ſociis ſolvitur, & ad hæredes non tranſit, licet conventum ſit. *Ozaſ. deciſion. Pedem. 76. n. 4. & deciſ. 150. vide Franc. Marc. quæſt. 626. Thom. Minad. deciſ 30. n. 5. & 7. Rot. Genuen. deciſ. 71. Abb. conſ. 86. libr. 2.* ¶ Fallit in ſocietate vectigalium, quæ ad hæredes tranſire poteſt. *Ozaſ. d. deciſ. 76. num. fin.*

Cap. XIII. Quando, & quæ dividi poſſint, vel non.

Societas, licet finiatur morte, commoda tamen & emolumenta cum hærede dividi poſſunt. *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. d. deciſion. 242. num. fin.* ¶ Pupillus habens ſocium rixoſum, poteſt provocare ad deciſionem, cum auctoritate judicis, & majore ſocio provocante, minores poſſunt dividere inter ſe. *Bartol. in l. 20. ff. de auctor. & conſen. tuto.* ¶ Qui fuere ſocii, & poſtea per decennium in diviſione ſteterunt, licet non probetur aliter ſocietatis diviſio, ex diuturnitate tamen temporis præſumitur. *Fely. conſ. 2. & 3.* ¶ Sicut lucrum, quod ex ſocietate provenit, eſt communicandum, ita & opera ſunt dividenda. *Idem Marc. quæſt. 626.* ¶ Socii, qui non ſunt æqualis induſtriæ, an lucra æqualiter dividant, *vide Cravet. conſ. 159. n. 3. & fin.* ¶ Socii duo, ſi acceperint quædam prædia ad laborandum, & unus eorum habeat duos filios, qui ſimiliter laborant, alius vero nullos habet, qualiter divident quæſita. *Jaſ. de act. §. ſequens. n. 47.* ¶ Cum inter ſe ſocietatem contrahunt ſocii, nulla inter eos certa & clara forma diviſionis declarata, quæ tunc diviſio partium eſſe debeat inter ſocios, ſi unus plus altero in ſocietate contulit, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 125.* ¶ Item in ipſa diviſione, an habeatur ratio: quod unus ſociorum plus altero expendit: quia majorem habebat familiam, *vide Crav. d. conſ. 159.* ¶ Cum ſocii dividunt ſocietatem de eo, quod ſub conditione debetur, cautiones intervenire ſolent. *l. 16. ff. eod.* ¶ Pecunia communis obventa ad manus unius ſocii, pro rata conſocio reſtituenda eſt. *Magon. deciſion. Luc. 59.* ¶ In diviſione ſocietatis fructus bonorum uxoris conſumpti, repeti non poſſunt, *Cravet. conſ. 159. n. 5.* ¶ Pactum valet, quod ſocietas intra certum tempus non dividatur. *Luc. deciſ. 174. num. 7.*

Cap. XIV. Qui perſeverare poſſit, vel non.

Diſpoſitio *l. adeo. & l. actionem. §. morte. ff. pro ſocio,* non habet locum, ſi ſocietas fuerit ordinata à patre inter plures filios, ideo eo in caſu uno moriente, cæteri tenentur proſequi patris ordinationem, & remanet ſocietas. *Tho. Minad. deciſ. 30.* ¶ In eo caſu hæres non cogitur perſeverare in ſocietate poſt mortem alterius ex ſociis, tamen tenebitur ad pœnam illorum mille, & quid ſit ſocietas. *Capic. deciſ. 174.*

Cap. XV. Quando ſocietas continuari poſſit, vel non.

Societas licet in hæredes non tranſeat, poteſt tamen in hæredes continuari interveniente diſpoſitione teſtatoris, & renovari inter pupillos cum eorum tutore, qui erat ſocius teſtatoris defuncti, qui tutor poteſt, & pecunias mutuo accipere pro conſervatione dictæ ſocietatis, & petere intereſſe lucri ceſſantis. *Dec. conſ. 441.* ¶ Mortuo uno ex fratribus ſociis relicto ſocio pupillo, in eo non cenſetur continuata ſocietas. *Menoch. conſil. 12. volum. 1. vide conſil. 222. libr. 3. ejuſdem.*

Cap. XVI. Quando ratificari poſſit, vel non.

Poſſunt pupilli poſt finitam ætatem pupillarem ſocietatem ratificare, quando patruus negotiatus fuit de bonis communibus. *Crav. conſ. 268.* ¶ Pactum unius ex ſociis in eo caſu prodeſt inſolidum aliis, quo ſocius contra ſocios eſt habiturus regreſſum. *Bartol. in l. ex duobus. ff. de duobus reis.* ¶ Ratificare cenſetur ſocius alienationem factam à conſocio, alienando pluris valentiam ipſius rei. *Cravet. conſ. 159. n. 5.* ¶ Quæſitum nomine ſociorum, debet ab omnibus ratificari, & non ſufficit, quod ab aliquibus, *Jac. Put. deciſ. 70. libr. 2.*

Cap. XVII. Quando renovari.

Communio reſoluta per diviſionem, poteſt renovari, ſicut ſocietas, veluti quando poſt diviſionem denuo fratres ſimul habitant & renovant ſocietatem; ſed quando hoc caſu cenſeatur tacite contracta ſocietas, *vide Dec. conſ. 548.* ¶ Finito dicto tempore ſocietatis, quando & ex quibus actibus cenſeatur renovata ſocietas, & quando non. *Menoch. conſ. 121. volum. 1.* ¶ Mortuo patre, ſi filius cum ſocio ipſius patris, iiſdem inſtitoribus utatur, quibus pater in vita uſus fuerat, intelligitur ſocietas cum filio renovata. *Gom. Leo. deciſion. 5. num. 10. in deciſ. diverſo. num. 11.* ¶ Societas finitur morte unius ex ſociis; ſed quando renovata cenſeatur ex conſenſu aliorum, vel hæredum defuncti, *Dec. conſ. 213.* ¶ Societas renovata (alio non apparente) intelligitur pactis, quibus à principio fuerat ordinata. *Rot. Genuen. deciſ. 59.*

Cap. XVIII. Quando duret, vel non.

Societate diſdicta, etiam in quindecim diebus diſdictæ dicitur durare. *Jacob. Put. deciſ. 68. lib. 3.* ¶ Societas præſumitur durare mortuo uno ex conjugibus ſociis. *Gom. Leo. deciſ. 5. num. 10. in deciſion. diverſo.* ¶ Mortuo uno ex fratribus, ſocietas durat cum filiis, quando exercetur eadem mercantia, & negotiatio. *Gom. ibidem num. 10. & 11.* ¶ Societas alicujus negotiationis, an duret quouſque negotio ſit impoſitus finis, *vide Rot. Gen. deciſ. 27. num. 9.* ¶ Societas inita ad tempus non durat ultra præfixum diem, licet negotia non ſint perfecta. *Rot. Genuen deciſ. 27.* & ſocii mei ſocius, non eſt meus ſocius. *ibidem.*

Cap. XIX.

Cap. XIX. Qui ſint effectus.

Hypotheca conſtituta per unum ex ſociis in re communi, non extinguitur diviſione: nam res tota remanet obligata pro indiviſo. *Ægid. Magiſt. tract. ſubbaſta. cap. 43. in deciſion. diverſo.* ¶ Si unus ex ſociis renunciet ſocietati malitioſe aliis non judicat. *Gomez. Leo. deciſion. 1. num. fin. in deciſ. diverſo.* ¶ In duobus reis debendi ſociis, mora unius nocet alteri, *gloſſ. pen. in l. 134. §. pen. ff. de reg. jur.* ¶ Effectus ſocietatis, durat etiam extincta ſocietate, donec pertinentia ad ea ſint exacta. *Genuen. Rot. deciſ. 71. num. 7.* ¶ Culpa alterius ex ſociis, quando præjudicet aliis, *Bart. in l. 19. ff. ſi ſervit. vendi.* ¶ Damnari in actione pro ſocio efficiuntur infames. *l. 1. & 6. §. illud. ff. de his qui not. infam. §. ex quibuſdam, inſtitut. de pœn. teme. litig.* ¶ Socii, quod aliqui ſint quomodo intelligatur, & liberato uno ex illis, ad quos pervenit commune negotium, an talis liberatio proſit alteri, cum non ſint ſocii, *Bart. in l. 3. §. nunc. ff. de liberæ. cauſ.* ¶ Confeſſio receptæ ſolutionis per unum ex reis ſociis credendi, quando præjudicet alteri ſocio, *Afflict. deciſ. 94. Rot. Genuen. deciſ. 1.* ¶ Ætas unius ex ſociis, quando proſit aliis, *Bart. in l. 1. C. ſi in commun. eadem cauſa.* ¶ Sententia abſolutoria ex cauſa ſocietatis pro uno ſociorum debendi lata, parit exceptionem rei judicatæ reſpectu aliorum. *Hieron. de Mont. quæſt. 29. num. 17.* ¶ Lucrum, & damnum, ex re effecta communi per ſocietatem, etiamſi poſt mortem ſocii proveniat, dicitur eſſe cum hæredibus ſocii commune. *Ozaſ. deciſ. 76. num. 4.* nam etiam ſocietate finita lucrum præparatorum debetur ſocio, & ejus hæredibus. *Vinc. de Franc. deciſ. 249. n. fin.*

Cap. XX. Quæ valeant in ſocietate, vel non.

Contracta ſocietas inter plures, ut unus eorum emat merces nomine aliorum, ita ut merces ſint communes inter omnes, ſi ſocius emens merces illas emat nomine proprio, & inde oppignoraverit, conſtitutio pignoris tenet, & valet, ut creditores in mercibus aliis ſociis præferantur, habent tamen ipſi actionem perſonalem contra conſocium oppignorantem ad intereſſe. *Menoch. conſ. 122.* ¶ Pactum factum inter ſocios valet, ut ſi quis aliquid ſuperadderet ſocietati certum quid habeat. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 444.* ¶ Pactum, quod unus ex ſociis ſupponatur ſolus periculo rei, valet. *Rot. Genuen. deciſ. 183.* licet regulariter res pereat ſociis, & ſocietas leonina, quæ dicatur, *vide ibidem.* ¶ An, quando ſocietatis pactum continens inæqualitatem, valeat, & an extenſio fiat in tali pacto de caſu ad caſum, *Cravet. conſil. 173. & conſil. 245. num. 5.* ¶ Pactum factum in ſocietate, ut periculum ad eum, qui accepit, ſpectet, & lucrum dividatur an valeat, *Marc. qu. 887. num. ibidem.* ¶ Teſtatoris præceptum, quod in vita alicujus diviſio ſocietaria non fiat, an valeat, *vide Decium conſil. 442.* ¶ Si duo ſocii faciant pactum, ut non liceat dividere ſocietatem pro toto tempore, *vide Jaſon. de action. in § quadam. num. 41.*

Vel non.

Diviſio erronea inter ſocios ſuper ſocietate non valet, licet æqualitas præſumatur ſervata in ſocietate. *Afflict. deciſ. 38.* ¶ Ipſa æqualitas non ſolum conſideranda eſt reſpectu numeri rei, puta pecudum, verum etiam reſpectu bonitatis, vel deteriorationis ipſius rei poſitæ in ſocietate. *Afflict. d. deciſ. 58.*

Cap. XXI. Quando ſolvatur ſocietas & finiatur, vel non.

Societas ſolvitur, quando ſeparatim ſocii agere cœperunt, & ſibi quiſque negotiari. *Boer. deciſ. 58. num. 4.* ¶ Societatis finitæ ſigna, quæ ſint, *vide Magon. deciſ. 1. num. 5. & 45. Rot. Floren.* ¶ Societas finitur egeſtate alterius ſocii decocti, nec requiritur, quod ceſſerit bonis, *Vincent. de Franc. deciſ. 249. part. 1. Borg. deciſ. 11. num. 3. part. 2. de contract.* ¶ Societas re integra altero ex ſociis pœnitente, diſſolvitur. *c. 2. extra de ſponſa. & matrimo. Bartol. in l. 5. ff. de condict. cauſ. dat. num. 9.* ¶ Societas diſſolvitur tacito conſenſu, ut ſi ſocii cœperint ſeparatim negotiari. *Natt. conſil. 110. n. 4.* ¶ Finito tempore convento ſocietatis, ſocietas finita cenſetur ipſo jure, & facto. *Menoch. conſil. 121. volumine ſecundo.* ¶ In contractu ſocietatis perſonæ induſtria electa eſſe videtur, & morte unius ex ſociis, diſſolvitur ſocietas. *Ozaſc. deciſ. 76. numero octavo & decimo., Magon. deciſion. Rot. Flor. 106.* ¶ Si paſcatur ſocius, ne partem ſuam petat, effectu tollitur ſocietas. *l. 25. §. fin. regun.* ¶ Si unus ex ſociis intravit monaſterium ad ſerviendum per annum, ſocietas diſſoluta non eſt, & lucra per alium communicantur, *Bartol. conſ. 35. vol. 1.*

Cap. XXII. Quando renunciari poſſit.

Societati coitæ ad tempus, poteſt ante tempus renunciari ex eo, quod promiſſa non ſervantur à parte. *Capic. deciſ. 174. n. fin.* ¶ Societati quandoque quis poteſt renunciare altero ſocio invito, *vide Bart. in l. 5. C. de actio. & oblig. antiq. lect.*

Cap. XXIII. Socius: Qualis ſit.

Socii cenſentur habere partes in ſocietate pro viriliš. *Joſeph. Lud. deciſ. 31. Luc.* ¶ Socius, non eſt inſtitor præſumptus, & non cenſetur habere mandatum ab alio ſocio, niſi quoad venialia. *Rot. Genuen. deciſ. 14. n. 67. vide n. 122. & 125.*

Cap. XXIV. Quando dicatur ſocius, vel non.

Socius non dicitur, niſi aliquid ponat in ſocietatem, nempe rem, vel operam. *l. 35. §. ſi quis. ff. de mort. cauſ. donat.* ¶ Quando duo habent æquale jus, & eſt locus præoccupationi, ſi unus eſt impeditus, impeditor ſocius. *l. 15. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Ego & ſocius meus adverſarii eſſe non poſſumus, ſed unus loco alterius habetur, *l. 4. §. ſi communem. ff. firm. regu.* ¶ Plures ſocii unius negotiationis in diverſis locis, videntur invicem inſtitores, & invicem præpoſiti. *Bart. in l. 41. ff. ſi cert. pet. n. 31.* ¶ Socii finguntur una & eadem perſona. *Bald. in l. 1. ff. de offic. conſul. n. 17.* ¶ Socius & particeps iidem ſunt, cum participare in alia ſocietate, tam de lucro, quam de damno, proportionabiliter, nihil aliud ſit, quam ſocium eſſe. *Rot. Gen. deciſ. 46.* ¶ Particeps an ſit ſocius, *Rot. Genuen. deciſ. 39.*

Cap. XXV. Quæ facere, habere poſſit, vel non.

Socius, an & quando poſſit obligare bona ſocii. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 219.* ¶ Licet ſocio reponere aliquam ſummam ſuo proprio nomine in negotio ſocietatis, & lucrum factum pro illa ſumma habere proprium. *Menoch. conſil. 121. volum. 2.* ¶ Correus ſocius opponit compenſationem de eo, quod alteri correo debetur. *l. 10. ff. de duobus reis.* ¶ Si ſocius vult uti, ſeu reficere in re communi, nunquid melior ſit conditio prohibentis, vel non, *vide gl. in §. religioſum. inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Compenſatio non admittitur inter debitum ſociale, & creditum proprium. *Rot. Gen. deciſ. 20. n. 30.* tamen debitor proprio nomine poteſt cum ſociali nomine compenſare. *ibidem deciſion. 72.* ¶ Cum quæſtus & compendii ſocietas initur, quicquid ex operis ſuis ſocius acquiſierit, in commune confert, ſibi tamen quiſque hæreditatem acquirit; quia aditio hæreditatis non conſiſtit in opera. *l. 45. §. & cum quæſtus. ff. de acquir. vel omit. hæred.* ¶ Socius imputat ſocietati damnum, quod paſſus fuit nomine ſocietatis, veluti ſi cum eſſet in itinere propter negotium ſocietatis fuerit captus ab hoſtibus, & inde coactus ſe redimere. *Natt. conſ. 248.* ¶ Socii poſſunt inter ſe convenire, ut alter habeat duas partes lucri,

lucri, *Abb. conſil. 77. lib. 1.* ¶ Socius, an de tota re diſponere poſſit, & quando, *Rot. Gennen. deciſ. 14. num. 69.* quando vero non obligetur creditoribus, *vide ibid. n. 87. & 94.* & an, qui minime ſunt nominati, obligentur de geſtis nomine ſocietatis, *vide ibid. dict. deciſ. 14. n. 100.* ¶ Socius re communi invito ſocio, uti poteſt. *gl. in l. 13. ff. de uſufruct.* ¶ In ſocietatibus negligentiæ ad negligentiam admittitur compenſatio. *l. 10. ff. de compenſat.* ¶ Quando eſt diſcordia inter ſocios circa locationem rei communis, quid juris, quomodo & quando jure poſſit ſocius de re communi diſponere, *vide Menoch. de Arbitr. caſ. 442.* ¶ Poteſt unus ſociorum inſolidum diſponere de re communi. *Cravet. conſil. 319. num. 10.* ¶ Socius ſocios obligare non poteſt, niſi factum per eum in communem utilitatem verſum fuerit. *Hieron. de Mont. in ſuis quaſtion. quaſt. 29. num. 5. vide Menoch. conſil. 375. lib. 4.* Ideo ſocius in præjudicialibus ex facto alterius ſocii, non obligatur, *ibid. num. 6.* contrarium tamen ſcribit *Joan. Papon. libr. 10. titul. 1. arreſt. 5.* ¶ Socius, ao poſſit cauſam ſocietatis compromittere, *vide Marant. in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 9. judicio. num. 47.* ¶ Propter communionem, vel ſocietatem, inhabiles gaudent beneficio habilium, & privilegio, *Hippol. ſingul. 180.* ¶ Solutio poteſt fieri alteri ex conſociis, & ſolvens liberatur, etiam quod ille haberet minorem partem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 25. Paul Æmil. deciſ. 384. part. 2. & deciſ. 168. part. 3. vide Hieron. de Mont. in ſuis quaſtion. quaſt. 24. Magon. deciſion. Luc. 5.* ¶ Unus ex ſociis poteſt litem conteſtando totum debitum præoccupare. *Æmil. deciſ. 168. num. 4. lib. 3.* ¶ Socium à ſocietate ante tempus recedere poſſe ob nimiam ſævitiam ſocii, *ſcribit Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 2. caſ. 138. num. 7.* ¶ Ceſſio, an poſſit fieri inter ſocios, & qualiter, *Bartol. in l. 22. C. mand. num. 18.* ¶ Socius, qui vult recedere, an poſſit ponere alium loco ſui, invito ſocio. *Bald. ſing. 137.*

Velnon,

Socius finita ſocietate ſolidum non exigit. *Mago. deciſ. 106. Rot. Flor.* ¶ Quod ſocius pro ſocio in civili non poſſit teſtificari, ſcribit *Bartol. in l. 10. C. de teſtib.* ¶ Impendens in communi negotio, non poteſt repetere impenſas à ſocio, quas pro ſua tantum parte facturus erat. *Natt. conſil. 303.* ¶ Expendens nomen in ſocietate cantante in uno loco, non pro dicta ſocietate in alio loco gerere. *Rot. Genuen. deciſion. 2.* ¶ Si duo, vel tres emerint gabellas portarum, & poſtea dividant inter ſe emolumenta, quod unus habeat emolumentum talis portæ, & alter alterius, non poteſt ſocius petere ſibi communicari plus exactum. *l. 9. §. ſocii. ff. de public. & vectig.* ¶ Unus ex ſociis non poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. *l. 7. ff. de ſervit. urbar. præd.*

Habere.

Socius, an habeat beneficium, ne conveniatur, niſi in quantum facere poteſt. *Maran. part. 4. diſtinct. 9. jud. n. 100.* ¶ Beneficium, quod datur uni ex ſociis, quando porrigatur ad alium, *vide Bart. in l. 1. C. ſi in commun. eademque cauſa.* ¶ Socius ſe exercens, debet habere ſuum ſalarium. *Rot. Gen. deciſ. 16. n. 15.*

Cap. XXVI. Ad quæ teneatur, obligetur, velnon.

Socius, qui adminiſtravit, tenetur ſocio rationem reddere adminiſtrationis, niſi ambo ſocii adminiſtraverint: quia tunc non poteſt unus ab altero rationem adminiſtrationis petere, *Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Peruſ. num. 7. vide tamen ibid. num. 20.* ubi contra, *& Rot. Genu. deciſion. 173.* ¶ Socius non habet omnes ſocios inſolidum obligatos, ſed duntaxat ſocium adminiſtratorem. *Rot. Gennen. deciſion. 46.* tamen illo adminiſtrante non exiſtente ſolvendo, alii tenentur, *ibidem d. deciſ. 46.* ¶ Adminiſtratores tenentur inſolidum erga participes *ibid. deciſ. 59. num. 3.* & ſocius qui adminiſtravit, conveniendus eſt. *Natt. conſil. 123.* ¶ Vendens communem rem cum alio tanquam communem, tenetur ſocio reſtituere partem pretii actione negot. geſt. *l. 19. C. de negot. geſt.* ¶ Socius, ſeu ejus hæres, an teneatur ad debita ſocietatis inſolidum, val pro parte, *vide Ozaſc. deciſ. 150. n. 6. & num. 8.* ¶ Mercimonium, ubi plures exercent miniſterio unius, tunc quilibet inſolidum tenetur, & obligatur, *Ozaſc. dict. deciſ. 150. num. 7.* ¶ Socius non omnium bonorum, dotem filiæ promiſſum tenetur ſolvere de proprio, nec eam poteſt ſocietati imputare. *Natt. conſ. 264. num. 3.* ¶ Adminiſtrator ſocietatis promittens ſocio ſolvere ſummam aliquam, ad illam, etiam ante redditam rationem, tenetur; licet in redditione rationis habenda ſit ratio de ſumma ipſa, *Rot. Genuen. deciſion. 112.* ¶ Socius exigens partem debiti, quod ſocietati debebatur, tenetur communicare partem exactam alteri ſocio, qui ob debitoris ſocietatis inopiam, nihil conſequi potuit. *Menoch. conſ. 64. vol. 1.* ¶ An finita ſocietate ſocius, qui retinuit pecunias, teneatur ad intereſſe, *vide Menoch. conſ. 121. n. 207. volum. 2.* ¶ Quod unus ratione communionis conſequitur, alteri communicare tenetur. *l. 19. ff. de noxa. act.* ¶ Habens curam bonorum ſocietatis, non poteſt ea bona uni ſociorum tradere; ſed ſolum illis, qui poſſunt ſocietatem gubernare. *Rot. Genuen. deciſ. 172.* ¶ Tranſactionis ab altero ſociorum initæ, utilitatem alteri ſi velit communicandam, obſervatum fuiſſe legitur *in libris placit. curia. lib. 11. de litigio. titul. 7. in deciſ. diverſo.* ¶ Participi debetur portio mercium in qualibet parte, ſeu balla mercium. *Rot. Genuen. deciſ. 177.* tamen tenetur pro rata concurrere ad impenſas. ¶ Fidejubens pro inſtitore, qui præfuerat alicui ſocietati inſtante uno ex ſociis dictæ ſocietatis, an teneatur etiam erga alium ſocium abſentem; & non nominatum in cautione, *vide Hieron. Magon. deciſ. 17. Rot. Floren.* ¶ Socius de culpa, & negligentia tenetur, unde præponitur ad debita ſocietatis exigenda, ſi neglectu ipſius deteriora nomina facta ſint, ac non ſolvendo conſociis de negligentia tenebitur: ideo tales debitores in diviſione ſocietatis, debent aſſignari in portione ipſius, *Hippol. ſingul. 281.* ¶ Socio debet fieri copia omnium inſtrumentorum ſine cauſæ cognitione. *Bartol. in l. 7. C. de eden.* ¶ Socii plures, ubi committunt negotiationis adminiſtrationem uni eorum, tunc quilibet ſociorum ex facto & contractu illius, tenetur inſolidum, ſi contraxit nomine ſocietatis, ſeu ſociorum, & creditores ſciant eum eſſe talem, & habeant animum obligandi omnes ſocios, alias ſecus, *vide Natt. conſil. 567.* ¶ Sociorum unus, quando ſolus cauſam defendit, inſolidum debet comdemnari. *Cravet. conſil. 60. numer. 9.* ¶ Socius tenetur pro ſocio in his, quæ contracta ſunt ex cauſa ſocietatis, *idem Crav. conſ. 159. num. 8.* ¶ Magiſtris ſocietatum pactum prodeſſe conſtat, *l. 15. ff. de pact.* ¶ Plures ſocii obligati ſimul, pro virili ſolummodo tenentur; ſecus ubi unus ſeparatim ab alio ſe obligat, expendens nomen ſocietatis: tunc enim omnes ſocii inſolidum tenentur, ratio eſt, ne in plures diſtinguatur, quod cum uno actum eſt. *eadem Rot. Genuen. deciſion. 15. & deciſ. 162.* idem in debito contracto ab alio conſtituto à pluribus, *ibidem deciſ. 29.* ¶ Si ſocius omnium bonorum callide renunciaverit ſocietati, nempe propter lucrum aliquod, quod ſibi ſoli cupiebat habere factum ſuum ſibi nocet; quia ſi alter ſocius, cui renunciatum eſt, aliquid quæſierit, renuncianti non communicabit, renuncians autem lucrum, propter quod renunciaverit, communicare tenetur. *gloſſ. in l. 198. de reg. jur.* ¶ Societate omnium bonorum inita, ſolvere teneri ſocium pro ſua portione contingente, æs

alienum

alienum ab altero ſocio contractum, *ſcribit Menoch. conſil. 375. libr. 4.* etiam ſi non conſtet in utilitatem ſocietatis converſum; ſecus erit in ſocietate particulari: ſed in ea particulari, ex quibus conjecturis probetur converſum in utilitatem ſocietatis ad hoc, ut alter ſocius teneatur pro portione ſua, *vide Menoch. conſil. 375. lib. 4.* ¶ Expendentes nomen inſimul tenentur inſolidum erga creditores, & ſocius nomen ſuum expendi patiens, & non contradicens, ſibi præjudicat. *Rot. Genuenſ. deciſ. 97. & deciſ. 185.* ¶ Mercatores accipientes pecuniam ad partem lucri & damni, ſi dicant ſuſtinuiſſe damnum furti, rapinæ, vel incendii, de his fidem facere tenentur. *Jaſo. de actio. §. ſequens. num. 44.* intra annum, alias poſtea non audiuntur. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus. litera M. ſingul. Mercator.* ¶ Damna ſocio occurrentia culpa aliorum ſociorum, damno eorum cedunt, qui culpam habent. *Grammat. deciſ. 71. numer. 10.* ¶ Socius tenetur ſocio pro rata; ſed aliis inſolidum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 96. num. 8.* ¶ Socii tenentur inſolidum de collatis in burſam communem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 161.* ¶ Si plures ſocii habent facultatem adminiſtrandi, quilibet eorum tenetur inſolidum de adminiſtratis per unum ipſorum, & facienda eſt diviſio nominum debitorum æqualiter. *Rot. Genuenſ. deciſ. 176.* ¶ Socius tenetur communicare ſocio bona acquiſita, quando ſocietas eſt univerſalis, quæ non impeditur ex eo, quod unus ſocius negotiatur, alter non, *vide Cravet. conſil. 158.* ¶ Si dedero mercatori pecuniam ad lucrum & damnum, ſi patiatur damnum per caſum fortuitum, debet ſocius illud mihi intra annum nunciare alioqui poſt annum non audietur. *Rebuff. in ſuis commentariis. Tom. 2. tractat. de mercat. artic. ult. gloſſ. 1. num. 19 vide Capell. Tholoſan. quæſt. 448.* ¶ Socii omnium bonorum tenentur communicare omnia undecunque provenientia, & ſic bona adventitia, lucra, hæreditates, legata & fructus dotis, ac lucrum ex ſtatuto, & etiam damna atque incommoda ipſorum, & eorum filiorum, nulla habita conſideratione majoritatis familiæ, & expenſarum; ſecus in ſocietate particulari & ſingulari, ac limitata. *ibid. Borg. d. deciſ. 11.* ¶ An ſocius videns ſocium ponere res malas in ſocietate, proteſtari debeat, ne videatur tacite conſentire. *Afflict. deciſ. 58.* ¶ An in dividenda ſocietate ſocius cogatur ſolvere, quod ipſe debet creditoribus ex cauſa ſocietatis, vel illud deducat, *vide Doct. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* ¶ Si invado rem communem mihi, & alteri ſocio poſſidenti, quomodo tenear, *vide Bartol. in l. 7. C. unde vinum. 33.* ¶ Sociorum, ſi unus negligat reficere rem communem, alius vero reficiat, an negligens, & non ſolvens partem impenſarum reficienti, intra quatuor menſes dominium perdat. *Jaſon. de actio. in §. ſequens. num. 48. vide Maran. in ſuo ſpecul. part. 4. diſtinct. 9. judic. num. 102.* ¶ Socius tenetur conſocio de dolo & culpa. *Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 9. judic. num. 104.* ¶ Si quis habens facultatem adminiſtrandi ſocietatem, nominet in literis aliquem (adjecto pronomine, noſtrum) vocando eum uti ſocium, tenetur ex facto illius. *Rot. Genuenſ. deciſ. 2.* ¶ De ſocio, qui idem ſit tutor pupilli: ſi de mandato conſocii præmortui ſocietatem cum pupillo continuet, an ad compendium, vel potius ad rationem uſurarum, teneatur rationem reddere, maxime poſt diſdictam ſocietatem, *vide Magon. deciſ. 1. Rot. Floren.* ¶ Quando unus ex ſociis teneatur pati damnum, quod paſſus fuit ex pecunia reprobata in civitate, *vide Dec. conſil. 697.* ¶ Impenſæ factæ per inſtitorem, debent refici per ſocios. *Rot. Genuenſ. deciſion. 170.* ¶ Socii ſunt obnoxii damnis ſocietatis. *Rot. Genuenſ. deciſion. 14. numero 14.*

Vel non.

Socii omnium bonorum non tenentur communicare illicite quæſita, tamen ſi communicaverint, lucrum inde quæſitum erit commune. *Capic. deciſ. 180. num. 18.* ¶ Socius omnium bonorum non condemnatur ultra quam facere poſſit. *l. 16. ff. de re judic.* nam ſocius conventus judicio ſocietatis, habet beneficium, ut non conveniatur, niſi in quantum facere poteſt. *Jaſo. de act. §. ſunt præterea, verſ. ſed & ſi. num. 6.* ¶ Fallit ſi ex dolo conveniatur. *Natt. conſ. 361. num. 12.* ¶ Socius non cenſetur habere mandatum à ſocio, niſi in his, quæ ſocietatem reſpiciunt. *Cravet. conſ. 129.* ideo ſocius non tenetur ex obligatione ſocii, quæ non cedit ad utilitatem ſocietatis. *Cravet. ibid. num. fin. vide tamen conſil 159. num. 8. ejuſdem.* Socius non tenetur ad caſus fortuitos. *Rot. Genuenſ. deciſ. 124.* ¶ Emens bona de pecuniis ſocietatis omnium bonorum publice, vel ſcientibus aliis conſociis, & tacentibus nomine proprio, non tenetur bona communicare, ſed ſolum pretium. *Borg. Caval. deciſ. 11. de contract. num. 12. 33. & 40.* idem in ſocietate particulari. *ibid. num. 41.* ¶ Si ex duobus ſociis unus (altero invito) vadit ad mercandum ſuſcipiens in ſe periculum, & lucratur, non communicat cum ſocio lucrum. *Bart. in l. 4. num. 7. ff. ad Trebel.*

Obligatur.

Hæredes ſociorum omnium, ſi ſocietatem inierint novo conſenſu, ex poſtea geſtis obligantur tanquam ſocii. *Abb. conſil. 87. lib. 2.* ¶ Geſta per ſocium, quando ſocium obligent, *vide Rot. Genuenſ. deciſ. 7.* ¶ Quando quilibet ſociorum habet facultatem, nomen ſocietatis expendendi, tunc qui habet unum ex illis obligatum, habet & alterum, una cum ſocietate. *Rot. Genuenſ. deciſ. 8. num. 8. vide ibid. deciſ. 166.* ¶ Sed ad hoc, ut ſocii inſolidum obligentur erga contrahentem cum inſtitore, & præpoſito ſocietati, quæ requirantur, *vide Ozaſcl. deciſ. 150. num. fin. Rot. Genuenſ. deciſ. 13. num. 29. & 30.* ¶ Perſeverans in negotio ſocietatis ſub ſuo nomine, remanet obligatus, ac ſi nomen ſuum expenderetur, licet de ſuo conſenſu nomen mutetur. *Rot. Genuenſ. deciſ. 51.* ¶ Socio contrahente nulla facta mentione ſocietatis, & non apparente de utilitate ſociorum ex eo contractu, an ex illo, alii ſocii remaneant obligati, *Theſ. deciſ. 136.*

Vel non.

Frater ex facto fratris non obligatur, etiam quod ſint ſocii dummodo non appareat verſum in ſocietatem, vel ſociali nomine fuiſſet factum, vel geſtum debitum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 26. num. 29.* ¶ Geſta extra ſocietatem non obligant ſocios. *Rot. Genuenſ. deciſ. 12. numer. fin.*

Cap. XXVII. Miſcellanea.

Inter ſocios liberalitatis imperialis factæ etiam inter vivos, eſt locus juri accreſcendi, ſi conſocius ſine hærede diſcedat. *l. unic. C. ſi liberalit. imperial. lib. 10.* ¶ Quod pro indiviſo cum alio poſſideo, ejus partem poſſidere dicor. *l. 25. §. fin. ff. de verb. & rer. ſignif.*

TITULUS CCCLXVI.

De mercatoribus, commerciis, nundinis & literis cambii.

Generalia.

DE literis cambii, & pertinentibus ad illa, *vide per Marane. in ſuo ſpec. part. 6. titul. de except. num. 35.* ¶ Multa pertinentia ad mercatores, mercaturam & merces, *vide per Marant. in ſpec. diſt. 9. n. 109.* ¶ Vide etiam de materia *in tit. prox. ſeq.*

Cap. I. Mercator: Mercatum: Nundina: Litera: cambium: Quis dicatur mercator, vel non.

Piſtor an dicatur mercator. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 313.* ¶ Mercator eſt, qui rem emit, & non mutata forma illam vendit, ut lucretur, artifex contra, ideo ex artificio uberior & honeſtior quæſtus percipitur. *Cabal. milleloq 796.* ¶ Mercatura an ſit ars ſordida, *vide Maran. in ſuo ſpecul. part. 4. diſtinct. 9. judic. num. 57.* ad hoc multa requiruntur, de quibus *vide per Rebuff. in ſuis commentariis. tractat. de mercat. minut. vend. fol. 457.* ¶ Quinque requiſita concurrere debent ad hoc, ut quis dicatur mercator, de quibus *vide per Caſſad. in conſuet. Borg. tit. Des droicts. Rub. 4. §. 1. gloſſ. 11. num. 2.* ¶ Et mercator non dicitur, qui uno actu mercaturam exercet. *Bart. in Rub. proœm. ff. orum. & in l. 63. de legat. 1.*

Cap. II. Quando fieri poſſit.

Mercatores publici de jure communi permiſſi ſunt, & poſſunt ſine Principis permiſſu fieri, nundinæ vero non; ſed an præſes provinciæ poſſit hoc concedere, *vide Franc. Marc. quæſt. 53.* ¶ Mercata ſine Principis licentia, an fieri poſſint, *vide Excellent. P. Theſſaur. deciſ. 264.*

Cap. III. Quando navigari, mercari poſſit, vel non.

An licitum ſit mercatoribus ad inimicos, aut etiam ad alios Barbaros & Saracenos navigare, & mercantias quaſcunque transferre, & ſi cenſeantur prohibiti, an confiſcentur merces cum navibus & beſtiis, & quid ſi reperiantur in itinere antequam pervenerint ad locum prohibitum, *vide per Boer. deciſ. 178.* ¶ Frumentum, vel merces ſi vendantur plus juſto pretio, ut poſt aliquod tempus ſolvat, an hoc liceat, *vide cap. navigandi. ext. de uſuris.*

Vel non.

Conventiones inter mercatores & artifices, ne quis eorum minori pretio ab eis taxatores vendant, vel ne per unum inchoatum, per alium expediatur, ſeu perficiatur, ſunt à jure reprobatæ, & hoc facientes puniantur pœnis, de quibus *in l. unica. C. de Monopol. & conv nt. negot. vide Azo. in ſumma ejuſdem titul. de Monopol.* ¶ Mercari & negotiari prohibentur Clerici, Nobiles & Milites. *Rebuff. in ſuis commentariis. Tom. 2. tractat. de mercatoribus fol. 448.* ¶ Licet prohibeatur quis exercere mercaturam per ſe, tamen per alium exercere poterit, *idem Rebuff. ibid. art. 1. gloſſ. 15.* ¶ Vendere vinum ex propriis bonis habitum, non eſt mercaturam exercere, & læſi mercatores non reſtituuntur, *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. eod. tit. de mercat. art. ult. gloſſ. 1. num. 23.* ¶ Frumentum deferre, & alias merces ad barbaros prohibitum eſt. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. eod. titul. de mercat. art. ult. gloſſ. 1. num. 27.* ¶ Quando mercatura, ſeu eſſe mercator prohibeatur, ut liceat exercere mercantiam, *vide in cap. eiicientes. diſtinct. 89. cum ſeq.*

Cap. IV. Mercator, quæ facere poſſit, vel non.

Mercatores ſolent in libris ſcribere, ſolviſſe illos, quorum nomine, ſeu ordine ſolvitur, & non qui pro aliis ſolvunt. *Rot. Genuenſ. deciſ. 26. num. 18.* ¶ Si ſunt plures mercatores ſocii unius mercis, ut plurium, quilibet eorum poterit agere inſolidum contra debitores ejuſdem mercis. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de mercat. art. ult. gloſſ. 1. num. 25. Tom. 2.* ¶ Mercatores ſtatuta facere poſſunt, quando reſpicerent actus eorum. *Cabal. milleloq. 792. vide Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſt. 9. Judic. num 71. Rebuff. in ſuis comment. ſuper reg. conſtit. tract. de mercat. art. 2. gloſſ. 1. Tom. 2.* ¶ Mittens merces ad alium pro vendendo, qua ſpecie contractus contrahat. *Rot. Genuenſ. deciſ. 31. num. 3.* ¶ Ille, ad quem ſpectant merces (licet directæ ad alium) poteſt agere contra tertium, in quem pervenerunt. *Rot. Genuenſ. dec. 171.* ¶ Signum unius alter non poteſt accipere. *Cabal. milleloq. 796. & in tit. de inſign. & armis.* & aſſumens punitur. *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 318. n. 25.*

Cap. V. Ad quæ teneatur, vel non.

Mercator accipiens pecuniam ad partem damni & lucri, ſi patiatur damnum, naufragium, vel aliquid ſimile, intra quod tempus teneatur hoc probare, & an vocata parte, *vide Capel. Tholoſ. quæſt. 448. ſupra tit. præced. pro ſocio*, ubi habetur eum teneri denunciare intra annum, ut ſcribit etiam *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. Tom. 2. tract. ult. gloſſ. 1. n. 19.* ¶ Quid ſtatuatur contra falſos mercatores, qui arripiunt fugam cum pecuniis alienis, *vide Boer. deciſ. 215.* ¶ Expendentes nomen inſimul de ſtylo & conſuetudine mercatoria, tenentur inſolidum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 30. num. 5. & deciſ. 97 vide ſupra tit. prox. præced.* Sed expendentes nomen inſimul in diverſis locis, quomodo obligetur unus pro alio, *vide ibidem numer. 6. d. deciſ. 90.* ¶ Vectores quando de mercibus teneantur, & propter res illicitas exiſtentes in ſalma cum rebus licitis, an tota ſalma perdatur, *vide Bartol. in l. 3. C. de naut. fœno. & infra tit. ſeq.* ¶ Socius in mercantia, nunquid inſolidum teneatur pro contractu ſocii, *vide Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 9. num. 94. & ſupra titul. præced. pro ſocio.* ¶ Si ex pluribus mercatoribus unus contrahat, an quilibet teneatur inſolidum, & ſint duo rei, *vide Bart. in Auth. hoc ita C. de duobus reis.* ¶ Plures exercentes unam mercantiam ſimul, ſive per ſe, ſive per alium, qualiter teneantur, *vide Bart. in l. 4 de exercit. action.* & conveniri, vel agere poſſint, *vide eundem Bartol. in l. 9 num. 9. ff. de duobus reis.* ¶ Mercator ex facto juvenis obligatur, ſed quis dicatur juvenis, *vide Rot. Genuenſ. deciſ. 121. n 4.* ¶ Quando mercatores recipiunt merces crediti nomine animo decipiendi creditores, & occultant ipſas, quomodo contra illos procedatur, *vide Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de mercat. art. ult. gloſſ. 1.* ¶ Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis circa id, ad quod præponitur. *Bart. in l. 1 familia ff. de public. & vectig.* ¶ Artifex faciens aurum & argentum de minori liga, quam civitas requirat, punitur de falſo. *Bart. in l. 9. ff. ad l. Cornel. de falſis.*

Vel non.

Recipiens pecuniam pro emendis mercibus, & non emens, non tenetur ad intereſſe, niſi poſt interpellationem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 152. num. 131.* ¶ Dominus recipiens merces à tertio, non tenetur ſolvere pro eis pecunias ordinatas ab eo, qui merces miſit. *Rot. Gen. dec. 153.* ſecus erit pro expenſis factis in mercibus. *ibid.*

Cap. VI. Quando conveniri poſſit.

An conveniri quis poſſit coram judice mercatorum, *vide Maran. in ſuo ſpec. de ordin. judic. part. 4. diſtinct. 9. Judic. num. 82.* an, & quando coram judice nundinarum, quando quis venit ad nundinas. *ibid. numer. 86.* quod pro aliis cauſis, non concernentibus mercaturam, & quid de hærede mercatoris, *vide ibid. num. 88. & 93.* ¶ Tria requiruntur antequam conſervator nundinarum poſſit cognoſcere de cauſa mercatorum, de quibus *vide per Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. minuta. venden. num. 15. fol. 460.* ¶ Mercator convenitur ex qualibet promiſſione. *Maran. diſtinct. 9. num. 139.* ¶ Conveniri ibi poſſunt mercatores, ubi tabernas habent, vel officinas, vel factores. *Rebuff. Tom. 2. de mercatoribus num. 20.* ¶ Domini terrarum poſſunt facere ſtatuta pœnalia, ne ſubditi extra territorium mercatum eant. *Franc. Marc. quæſt. 357.*

Digitized by Google

Cap. VII. Qui ſint effectus mercaturæ.

Quando filius lucratur cum pecunia patris, medietas lucri eſt patris, altera filii. *Bartol in l. 1. C. pro ſocio.* ¶ Mulier ſi conſtante matrimonio exercens aliquam artem aliquid acquirat, ſibi acquirit, & non viro, *vide Menoch. conſil. 154. libr. 2. numer. 14.* ¶ Nobilis exercens mercalem artem, perdit nobilitatem quamdiu eam exercet. *Cabal. milleloq. 794.* nobilitas enim mercatura amittitur; ſed quando recuperetur, *vide per Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. minut. vendent. num. 21. fol. 458. Tom. 2.*

Cap. VIII. Quando impediri, mercatum expelli poſſit mercator.

Mercatum alterius loci, an poſſit una civitas, vel oppidum eadem die per concurſum impedire. *Theſſ. deciſ. 264. num. 4. & 5.* ¶ Princeps mercatores extraneos ſine cauſa, expellere non poteſt. *Rebuff. Tom. 2. de mercat. gloſſ. 1. art. ult num. fin.* ¶ Mercatores non poſſunt expelli, niſi ex cauſis, ex quibus banniri poſſunt. *Petr. Gerar. ſing. 59.*

Cap. IX. Inter mercatores, quæ attendantur, fieri poſſint?

In foro mercatorum attenditur æquitas & bona fides: ideo in illo non habet locum beneficium excuſſionis. *Capel. Tholoſ. quæſt. 197. Boer. deciſ. 221. vide ſupra, part. 1. tit. de excuſſio.* ¶ In negotio mercatorum veritas eſt attendenda, rejecta omni ſubtilitate & ſolemnitate juris. *Rot. Genuenſ. deciſ. 3. num. 23. deciſ. 30. 96. & deciſ. 195. num. 12.* & inter eos eſt procedendum ex æquo & bono. *Rot. Genuenſ. deciſ. 23. num. 15. Gaſp. Cabal. milleloq. 792.* ¶ Qualiter procedatur in foro mercatorum, & quod jus ſervetur inter eos, *vide Maran. in ſuo ſpecul. part. 6. titul. de except. num. 35.* ¶ Stylus & obſervantia mercatorum eſt attendenda. *Rot. Genuenſ. deciſ. 6.* & in cauſis ipſorum attenditur mos & conſuetudo illorum. *ibid. deciſ. num. 11.* ¶ Dictio unius teſtis cum aliis adminiculis ſtandum eſt intra mercatores, in quorum cauſis proceditur, ut in curia eccleſiaſtica, in qua confeſſio extrajudicialis probat. *eadem Rot. Genuenſ. deciſ. 171.* etiam facta parte abſente, *Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 9. judic. num. 49.*

Fieri poſſint.

Contrahentibus non licet circa quantitatem, vel qualitatem ponderis, aut menſuræ in mercibus ſe decipere. *DD. de Rot. deciſ. 2. tit. de pact. in antiq.* ¶ Partitæ, de quibus eſt facta ſcriptura per campſorem, ſeu mercatorem in libericulo feriæ, poſſunt ceſſari, contraſcribi & proteſtari durante ipſa feria. *Rot. Genuenſ. deciſ. 1.* ¶ Cum mercatores vendant mercantias, ſi propter eorum inimicitias ementes ſpolientur, debet fieri remiſſio debiti. *Bart. in l. 28. § culpa. ff. locati* ¶ Delegatio etiam ſine ſtipulatione inter mercatores fieri poteſt. *Put. deciſ. 134. lib. 3.* & nudo pacto obligantur. *Gaſp. Cabal. milleloq. 793. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tit. de mercat. art. ult. gloſſ. 1. n. 26.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Valet prohibitio, ne quis audeat portare pannum, niſi talis valoris ſub pœna. *Rebuff. tract. de mercat. Tom. 2. art. ult. num. 17.* ¶ Pactum cum bancha, fallitis non eſt ſervandum. *Boer. deciſ. 215. n. 8.*

Cap. XI. Cujus ſit periculum.

Solvens de propriis pecuniis ſoper cambiis, an damnum fallimenti ſpectet ad ipſum, vel ad committentem. *Put. deciſ. 369. lib. 3.* ¶ In cambio. decoctio ſuperveniens ad ipſum ſpectet, *Veral. deciſ. 82. part prima.*

Cap. XII. Cambium, Nundina, quid, & qualce ſint.

Cambii contractus, an ſit nominatus, ſeu innominatus. *Rot. Genuenſ. deciſ. 35. num. 5.* ¶ Cambia ſicca, ſapiunt uſuram, ſed quæ hujusmodi dicantur, quæ realia, & quæ licita, *Borg. deciſ. 2. de contra. part. 2.* ¶ Nundinæ & mercata quomodo differant, vel conveniant, & de ipſis nundinis & mercatis, *Marau. in ſuo ſpecul. part. 4. diſtinct. 9. judic. num. 50.* ¶ Ex ſignis & ſignaculis res cognoſcuntur: ideo ballæ mercatorum præſumuntur eſſe eorum, quorum ſint ſignacula. *Boer. deciſ. 105. num. 9. vide Marun. in ſuo ſpec. part. 6. tit. de teſtium productione, num. 62.*

Cap. XIII. Quæ ſint privilegia Nundinarum: Banquerii: Mercatorum.

Nundinæ remiſſæ propter diem feſtum in ſequentem diem, eodem privilegio gaudere debent, ac ſi non eſſent remiſſæ, & nundinas liberas eſſe, eſt de jure communi. *Franc. Marc. quæſt. 68.* ¶ Feria, an dicatur concurſus, & negotiationes mercatorum, & conceſſum privilegiatum pro feria, quanto tempore duret. *Rot. Genuenſ. deciſ. 1. num. 30.* ¶ Civitas habens privilegium faciendi nundinas, & per decem annos non fecerit, privilegium perdit. *Capic. deciſ. 134. Marc. quæſt. 52. Aud. Gal. obſerv. 60. lib. 2. Felin. conſ. 1. num. 22.* ¶ Quando quis vult uti privilegio nundinarum, quas qualitates probare debeat. *Joan. Papon. lib. 10. titul. 7. arreſt. 1.* ¶ Banquerii falliti non habent beneficium ceſſionis, nec immunitatis Eccleſiæ *Boer. deciſ 215. num. 6. & 7.* ¶ Mercatores occultantes merces, non gaudent immunitate, & reputantur pro latronibus. *Rebuff. de mercat. Tom. 2. n. 8. 9.* & qualiter puniantur, *num. 11.* ¶ Mercatorum exterorum cauſæ ſummarie tractari debent, *num. 12.* ¶ Mercatoribus privilegia conceduntur propter pericula. *Rebuff. tit. de mercat. minut. vendent. num. 9. fol. 497.* & mercatores, qui nobiliores, *ibid. Rebuff. gloſſ 3.*

Cap. XIV. Quando inſtituta nundina, & permiſſæ ſint.

Nundinas in oppidis, vel civitatibus concedere ſolus Princeps poteſt; ſed an illarum exercitium per longiſſimi temporis ſpacium præſcriptum, auferre etiam poſſit, *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 264* ¶ Nundinas ad alterius injuriam nemo inſtituere debet, quare privilegium nundinarum Imperator non concedit, niſi prius vicinis audiitis. *Andr. Gail. obſerv. 69. num. 24. lib. 2.* tamen jus nundinarum auferri poteſt per Principem ſine ulla cauſa, dato etiam quod univerſitas alicujus loci haberet jus nundinandi per tempus immemorabile. *Natt. conſ. 511. & 512.*

Cap. XV. Computum: litera: calculum: quid ſit: Quibus modis intelligantur.

Computum quid ſit, & quid ratiocinari; rationes autem ſunt, in quibus accepta & data, ſeu ſoluta continentur. *Boer. deciſ. 295.* ubi plene de materia computorum. ¶ Computorum exemplar unum, debet penes dominum remanere. *Boer. ibid. num. 4.* ¶ Verba literarum mercatorum debent intelligi ſecundum ſtylum mercatorum. *Jacob. Put. deciſ. 19. lib. 1.* ¶ Literæ cambii ſcriptæ alicui probant, contra ſcribentem ad favorem tertii, cui ſolvendum erat cambium *Rot. Genuenſ. deciſ. 146.* ¶ Computa cum literis tranſmiſſa, probant contra tranſmittente, qui propterea tenetur de adminiſtratis rationem reddere. *Rot. Genuenſ. deciſ. 146.* ¶ Literæ mercatorum probant, & habentur pro inſtrumento. *ibidem deciſ. 8. & deciſ. 142.* ¶ Receptio mercium probata per literas directas ad alium, probat miſſionem illarum ab illo. *Rot. deciſ. 175.* ¶ Nota dati, & recepti facta inter aliquos inducit fidem & probationem quoad alios. *Rot. Genuenſ. deciſ. 202. num. 2.* ¶ Memorabile probat inter mercatores contra ſcribentem, & habet vim inſtrumenti. *Rot. Genuenſ. deciſ. 126.*

Cap.

Cap. XVI. Quæ præſumantur, probentur.

Numeratio & ſatisfactio ſummæ in literis cambii contentæ, quando præſumatur, *Rot. Genuenſ. dec. 32. num. fin.* ¶ Literæ cambii ſi probantur eſſe factæ, præſumuntur in temporo eſſe. *Put. deciſ. 112.*

Cap. XVII. Qui ſint effectus & quando revocari poſſint literæ.

Literæ cambii inducunt delegationem & liberationem. *idem Put. deciſ. 124. lib. 3. vide deciſ. 126. ibid.* ¶ Literæ cambii per debitores factæ à mandatario acceptatæ, cum res integra non ſit, revocari non poſſunt. *Put. deciſ. 126. lib. 3. num. 3.* ſcribens enim literas cambii illis acceptatis, non poteſt ordinem revocare. *Rot. Genuenſ. deciſ. 168.*

Cap. XVIII. Scribens literas, ad quæ teneatur, vel non.

Scribens literas cambii, eo non ſoluto tenetur: ideo nunquam cenſetur liberatus, quouſque ille, cui ſunt directæ ſolverit, nec ſufficit, quod ille, qui ſolvere debebat, ſcripſerit in ſcartafaccio ſe debitorem illi, cui ſolvere debebat virtute ipſarum literarum, niſi fuerit acceptatus ab eo, qui recipere pecunias debebat. *Rot. Genuenſ. deciſ. 1.* imo etiam ſi fuerit acceptatus per literas, non cenſetur liberatus, *ibid. deciſ. 2.* ¶ Proteſtu literarum ſequuto, ſcribens literas cambii tenetur. *deciſ. 50.* ¶ Non adimplens literas cambii ſolvendo pecunias cambiatas, tenetur ad intereſſe. *ibid num. 42.* ¶ Quotieſcunque quis facit literas cambii, & ille, cui diriguntur, acceptat, & poſtea non ſolvit: ſcribens literas remanet obligatus, & ille, qui dedit cambio, habet utrumque obligatum *eadem Rot. deciſ. 2. num. 4. & deciſ. 8.* ¶ Scriptor literarum cambii, tunc obligatur ad reſtituendum pecunias numeratori, cum aperuerit ejus literas, vel non eſſe acceptas, vel non completas. *Rot. Genuenſ. deciſ. 4.* tamen obligatur & tenetur ad faciendum literas acceptari & compleri, vel ad reddendum pecuniam acceptatam à cambio, & à tali obligatione non cenſetur liberatus, niſi acceptatis & completis literis. *ibid. num. 8. & deciſ. 8.* ¶ Idem ſi ille, cui literæ ſcriptæ erant effectus fuerit non ſolvendo. *Rot. Genuenſ. deciſ. 8.* ¶ Scribens literas cambii reverſas cum proteſtu, tenetur ad reſtitutionem, & ad ſolutionem intereſſe. *ibid.* & ſolvens ſupra proteſtu, quo actione petere poſſit totum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 19.* ¶ Acceptans literas cambii, & promittens ſolvere in tempore, de quo, illis tenebitur, etiam quod is, qui ſcripſerit (pendente termino ſolutionis) ſit decoctus. *Vincent. de Franc. deciſ. 393. part. 2.* ratio, quia acceptans ipſas literas, cenſetur fidejuſſor ſcribentis. *ibid. num. 3.*

Cap. XIX. Solutio, quæ dicatur, præſumatur.

Cedula bancharia depoſita in manibus auditoris, habet vim ſolutionis. *Put. deciſ. 163. lib. 1.* ¶ An promiſſio facta per campſorem pro alieno debito, habeat vim ſolutionis. *Rot. Genuenſ. deciſ. 4. num. 9 & 11.* ¶ Scriptura in libris mercatorum ad debitum, & creditum, quomodo operetur ſolutionem. *Rot. Genuenſ. dict. deciſ. 1. num 5.* ¶ Acceptans literas cambii cum proteſtatione, & poſtea ſolvens ſimpliciter cenſetur ſolviſſe juxta formam literarum, ſine proteſtu. *Rot. Genuenſ. deciſ. 6.*

Cap. XX. Quando fienda.

Solutiones faciendæ in termino ſolutionum feriæ, quo tempore fieri debeant, *vide d. Rot. Genuenſ. deciſ. 1. num 5.* ¶ Solvens literas cambii etiam ſibi non directas acquirit actionem, & habet obligatum ſcribentem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 6. num. 8.* poteſt enim quilibet ſolvere cambia pro aliis honore literarum, & ex ipſa ſolutione ſibi acquirere actionem. *eadem Rot. deciſ. 32.* tamen ſolvens non poteſt petere intereſſe, niſi poſt moram. *ibid. deciſ. 30.* ¶ Qui exigere debet cambium, poteſt eo non ſoluto, pecuniam cambio capere, proteſtatione facta, *Rot. Genuenſ. deciſ. 143.* ¶ Non nominatus in literis, aut contractu cambii, non poteſt jure exequutivo exigere pecunias datas cambio, licet prætenderet eſſe ſuas. *Rot. Genuenſ. deciſ. 10.*

Cap. XXI. Qui ſint effectus.

Solvens cambium non habet obligatum illum, cui ſolvit, ſed eum cujus mandato ſolvit, & recipiens obligatur erga mandantem, non erga ſolventem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 168.* ¶ Summans calculum, & in eo ſcribens acceptat, & partita pro reſto, denotat omnia præcedentia ſolidata. *Rot. Genuenſ. deciſ. 152.* ¶ Solvens ſuper proteſtu tractam, habet obligatum ſcribentem, & eum, de cujus ordine tracta fuit facta. *Rot. Genuenſ. deciſ. 32.*

Cap. XXII. Miſcellanea.

Recognitio eſt facienda, integra apocha banchi exhibita. *Vincent. de Franc. deciſ. 304. part. 2.* ¶ Lucrum turpe eſt, quando non neceſſitate ductus, emo, ut carius vendam. *Ludov. Roman. ſingul. 220.* ¶ Obviantes portantibus victualia in rempublicam, ſive in civitatem, aut in ſuburbia, tenentur lege Julia de annona. *Boer. deciſ. 296.* ¶ Debitores cambii nihil, aut tarde ſolventes conductori ipſius cambii, non poterunt locatores cambii aliquod intereſſe prætendere; ſed tranſacto cambii tempore contra productorem ad rationem reddendam agere. *Put. deciſ. 121. lib. 3.* ¶ Mutatio viagii diſſolvit contractum aſſecurationis mercium ſuper navi factum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 40.*

TITULUS CCCLXVII.

De publicanis & vectigalibus, gabellis, pedagiis & locationibus publicarum functionum.

Generalia.

De fide gabellariorum libris adhibenda, & de fruentibus perceptis ex iiſdem libris liquidantibus. *deciſ. 336. Joan. Petr. Surdus.* ¶ De gabella & ejus ſolutione, *vide etiam infra titul. de laudemiis.* ¶ Multa de gabellis ſcribuntur *per Caſſan. in conſuet. Burg. titul. de gabellis. in fine libri.* ¶ Vide de materia *in tit. C. de locatio. prædio. civil. lib. 11. cum tit. ſeq. & in tit. ff. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertin.*

Cap. I. Gabella: vectigal: pedagium: quæ dicatur. Gabella.

Gabella res odioſa dicitur, & contra diſpoſitionem juris civilis, ac jure canonico prohibita. *Ozaſch. deciſ. 1. num. 7.* ¶ Quæ dicantur publica vectigalia, *vide in l. 17. §. fin. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ In venditione gabellæ debet cauſa cognita intervenire decretum. *Tho. Minad. deciſ. 14.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Locus contractus conſideratur reſpectu gabellarum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 107.* ¶ An de gabella deduci debeat interuſurium medii temporis, quando ſolutio pretii differtur, *vide Jaſ. de actio. §. omnes. num. 11.* ¶ Pedagium, ut dicatur venditum, tribus modis conſiderari poteſt. *Bar. quæſt. 4. num. 14.* ¶ Et ſtatutum, vel privilegium permittens extrahi victualia de loco abſque ſolutione pedagii, intelligi debet de victualibus ſcriptis *per Natt. conſ. 139.* ¶ Et pariter prohibens extrahi fruges, intelligi debet de frugibus ibi enunciatis. ¶ Tributorum, ſeu pedagiorum ad octavæ partis rationem fieri debere, juris communis eſt, tamen ſuper hoc ſtandum eſt conſuetudini. *Marc. quæſt. 420.* ¶ Licentia extrahendi res, vel frumentum extra Comitatum; durat ſolum per

ſeptem

ſeptem dies. *Corſet. literis G. ſing. gabella. 4. Bart. in l. unic. C. de tranſactoriis lib. 12.*

Cap. III. Quando probetur, acquiratur.

Gabellæ exigendæ poſſeſſio non probatur, ſcientia & patientia domini non probatis. *Afflict. deciſ. 400. num. fin.* ¶ Jus colligendi pedagia, ſeu vectigalia, quomodo acquiratur ex præſcriptione. *Hartman. cap. 2. titul. de praſcript.*

Cap. IV. Quibus modis exigi poſſit, vel non.

Jus exigendi vectigal, acquiritur allegatione tituli cum probatione temporis immemorabilis exactionis vectigalis. *Rol. conſ. 66. num. 21.* ¶ Licet jus exigendi vectigal, ſit de jure regalium, attamen tale jus per conſuetudinem acquiritur. *Guid. Papon. quaſt. 498.* ¶ Exactionem vectigalis præſcribit privatus tempore longiſſimo, ſi ipſe per dictum tempus vectigal exegerit. *Hier. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. praſcriptio. num. 4.* ¶ Privatus contra privatum præſcribit decem annis, ſi tanto tempore vectigal exigere ceſſaverit. *Boer. ibid. num. 5.* ¶ Jus commune ſolum impedit publicanos exigere vectigalia ex his rebus, quæ cauſa exercitus proprii Principis, parantur. *Menoch. conſ. 312. n. 9. lib. 4.*

Cap. V. Quibus modis concedi non poſſit.

Nova vectigalia inconſulto Principe, etiam per ſententiam non poſſunt concedi. *Guid. Pap. quaſt. 197. vide Capell. Thol. quaſt. 452. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. art. 2. gloſſ. 1. Tom. 2. Roland. conſil. 91. vol. 2. Dec. conſil. 649.* Quia vectigalia ſunt in numero regalium, & ſine conceſſione ſummi Principis inſtitui nequeunt, poſſunt tamen etiam conſuetudine immemorabili acquiri. *Mynſing. obſerv. 29. cent. 5. vide Dec. conſil. 534. & 649. & Bartol. in l. 4. C. nova vectigalia inſtitui non poſſ. Abb. conſil. 83. libr. 2.* ſed quis probare teneatur diuturnam Imperatoris patientiam, ad acquirendum jus exigendi vectigalia, *vide ibid. obſerv. 20.*

Cap. VI. Quando fraudari, tolli poſſit, vel non.

Regulariter non eſt licitum fraudare pedagia vel gabellas, quod limitatur quatuor in caſibus, de quibus, *vide per Guid. Pap. ſingul. 726.* ¶ Gabellarum fraudatores puniri, & gabellam fraudare peccatum eſſe (modo juſta ſit) *ſcribit Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 397. Aut. Trig. ſingul 99.* ¶ Civitas non poteſt auferre gabellam emptori ejus fructuum, ſi tempore ſtatuto ſolvit. *Bart. in l. 1. C. de adminiſt. rer. public. lib. 11.* ¶ Vectigalia acquiſita exactione immemorabili, non poſſunt per Principem annullari & tolli. *Rol. conſ. 66. vol.* a.

Cap. VII. Pedagium: Gabella quando ſolvenda ſit, vel non.

An emptor frumenti ab Eccleſia non teneatur ſolvere gabellam cum Eccleſia ſit immunis. *Roland. conſil 61. Tom. 4.* ait teneri. ¶ An Clerici & Eccleſiaſtici non teneantur de reditibus & fructibus beneficiorum & eccleſiaſticarum ſolvere gabellam, nec de his rebus, quæ vehentur cauſa ſui uſus & familiæ. *Roland. conſ. 71. Tom. 4.* ¶ An ſtante ſtatuto, quod de quolibet inſtrumento debiti ſolvatur, gabella ſit ſolvenda à debitore, vel à creditore: item ab emptore, vel à creditore. *Fab. lib. 11. cap. 58.* ait creditore, & ab emptore, *l. debet. ff. de ædil. edic.* ¶ Gabella, an pro cenſu ſolvenda ſit. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 204.* Gabella an ſolvatur pro retrovenditione convenia à principio. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 321.* ¶ Gabella ſolvi, an debeat pro retrodatione facta vigore reſervationis dominii facta in venditione. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 305.* ¶ Gabella ſolvanda de contractu, ſolvi debet in loco contractus celebrati. *Cravet. conſil. 325. num. 3.* licet res ſit alterius loci, *vide Dec. conſil. 457.*

¶ Tamen ſi ſtatutum diſponat, quod de quolibet contractu ibi celebrato, ſolvi debeat, ſi ſolutio in illum locum deſtinata ſit, ibi ſolvi debet, etiam ſi contractus alibi fuerit celebratus. *Jaſon. de action. in §. ſi quis agens. verſ. plus autem. numer. 15.* alias ſolvenda eſt gabella ſecundum ſtatuta loci, ubi forenſes contrahunt. *Ludov. Rom. ſingul. 478.* ¶ Pro gabella, ſi ſtatuto caveatur, quod de pretio rei venditæ ſolvatur tantum, an intelligi debet de pretio, quod in effectu remanet penes venditorem, deductis omnibus expenſis factis in ſubhaſtationibus, vel aliter, *vide Jaſon. de action. §. omnis autem verſic. triplic. Bartol. in l. 61. §. cuidam. ff. de condition. & demonſtration.* ¶ Vectigal an ſolvant officiarii Principis, Conſules, Secretarii, & hujuſmodi perſonæ, *vide Boer. deciſ. 246.* ¶ Vectigal, eſt munus reale, & gabellam tenetur ſolvere dominus mercantiæ pro ſalma, mulio pro mulo. *Bartol. in l. placet C. de Sacroſanct. Eccleſ. in repet. vide eundem in l. 3. C. de nau. fœno.* ¶ Gabella, ſeu pedagium, quod ſolvitur à tranſeuntibus, eſt munus reale. *Bartol. in l. 1. Cod. de muneribus, in quo loco. lib. 10.* ¶ Gubernator generalis non poteſt liberare quem à ſolutione oneris, in præjudicium publicani, ſed quid in rege, *vide Papon. lib. 13. titul. 9. arreſt. 6.* ¶ Nullus à vectigalium præſtatione excuſatur, & ſi ex Principis reſcripto privilegium immunitatis habeat. *Marc. quaſt. 204. part. 2.* ¶ Mercatores, non mercium vectores pedagium ſolvere tenentur. *Marc. quaſt. 41. part. 2.* ¶ Forenſes vendentes, aut ementes aſtringuntur ad ſolutionem gabellæ nuper impoſitæ. *Capic. deciſ. 148. num. fin.* ¶ Gabella, ſi debet ſolvi de quolibet contractu virtute ſtatuti, intelligitur de contractu valido. *Gram. deciſ. 24. numer. 27.* ¶ Ex quo per perfectionem inſtrumenti fuit jus quæſitum gabellariis, dicta gabella debet perſolvi, & ſi poſtea inſtrumentum perſolvatur. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 113. part. 2.* ¶ Gabella ſolvenda de ſucceſſione, non procedit in filio. *Gaſp. Cabal. milleloq. 51.* ¶ Statutum, ut de pretio cujuſcunque rei ſolvatur, gabella intelligitur de venditione. *Gom. Leo. deciſ. 34. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Timore hoſtium in civitate confugientes, an teneantur gabellam ſolvere, *vide deciſ. 150. Rot. Aven. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Gabella, ſive daria, quæ ex forma ſtatuti, aut conſuetudine ſolvi debet, juxta uniuſcujuſque rei æſtimationem, in judicium deductæ, ſi res ab aliquo poſſeſſa petatur, ſolvenda eſt ſecundum æſtimationem poſſeſſionis tantum. *Ozaſ. deciſ. Pede. 11.* ¶ Vide *Maran. ad pract. Papien. lib. excep. res in ver. animo non conteſtandi Cavagnol. ad decret. Montiſerm. in verſ. datia.* ¶ Gabella ſi unica eſt ſolvenda pro qualibet cauſa in judicium deducta, ſi plurea ſint deductæ, ea attenditur, quæ gabellam minuit. *Ozaſc. deciſ. 1. num. 10.* ¶ Socius non debentis gabellam ex privilegio, tenetur in juribus communibus ſolvere pro parte conſocii non privilegiati. *Boer. deciſ. 300.* ¶ Emptor tenetur gabellam ſolvere, niſi ſtatuto aliter caveatur, & gabella in groſſo ſoluta, non debet rurſus exigi, ſi contingat emptorem merces in minuto vendere. *Capel. Tholoſ. quaſt. 452. Joſeph. Ludov. deciſ. 113. num. fin. Marc. quaſt. 285. Rom. ſing. 538.* ¶ Conducens frumentum emptum ab Eccleſia exempta a ſolutione pedagii, tenetur ad ſolutionem ipſius, quia privilegium mutatur, mutatione perſonæ. *Roland. conſil. 61. volum. 4. Petr. de Raven. ſingul. 85.* contrarium tamen tenet, *Menoch. conſ. 136. lib. 2.* ¶ Quando ex forma ſtatuti pro quolibet contractu ſolvi debet gabella, quid juris, *vide Bartol. in l. 4. C. de cenſentibus. libr. 11.* ¶ Si caveatur, omnes habentes merces in die fori, in platea debere ſolvere gabellam, tenetur etiam, qui habet merces ſuper bancho domi ſuæ, licet non ſit in platea. *Bartol. in l. 7. ff. de ſervit. ruſticor. prædio.* ¶ Nego-

tiato

tiatores tenentur ſolvere vectigal pro mercibus transferendis, quare immunitas à pedagii ſolutione conceſſa hominibus alicujus loci, non videtur conceſſa hominibus negotiatoribus illius loci. *Natt. conſil. 139. Tom. 1.*

Vel non.

Si imponatur vectigal omni tranſeunti ſuper territorio alicujus loci, & quis tranſeat per viam communem ipſius & alterius, non tenetur ad ſolutionem vectigalis: quia hoc in caſu, quod cummune eſt, meum non eſt. *Abb. conſil. 83. lib. 2.* ¶ Statutum jubens ſolvere gabellam de quolibet contractu, ſubditos extra territorium contrahentes, non ligat. *Dec. 475. numer. 6.* ¶ Gabella, quod ſolvi non debeat, in dubio judicari debet. *Dec. ibid. num. 8.* ¶ Appellatione bladi, nec farina, nec panis veniunt, ideo pro illis non debet ſolvi gabella, vel pedagium. *Marc. quaſt. 162. part. 2. vide DD. de Rot. deciſ. 7. titul. de conſuetud. in antiq.* comprehenduntur tamen in prohibitione de non extrahendo. *Marc. ibid. num. 6. d. quaſt. 162. Manm. in ſuo ſpecul. de ordin. judic. part. 2. num. 20. fol. 9.* ¶ Navis, (quæ ventorum impetu ad portum non deſtinatum pervenit) pedagium ſolvere non tenetur. *Marc. quaſt. 893. num. 11. part. 2.* ¶ Portantes res Principis non ſolvunt pedagium, & ſtatutum, quod de contractu ſolvatur gabella, comprehendit contractus etiam a Principe celebratos. *Bartol. in l. 1. Cod. de navicularsis, lib. 10.* ¶ Fugiens in territorium alienum propter timorem hoſtium, non tenetur ad gabellam, & qui tempore æſtatis vadit in alienum territorium ad macinandum, pariter non tenetur ad gabellam. *Bartol. in l. 1. Cod. de naufragiis. lib. 10. Marc. quaſt. 893. part. 2.* ¶ Gabella, ſi debet ſolvi de qualibet negotiatione, non ſolvitur de legato. *Bart. in l. 43. §. ſed etſi de leg. 1.* ¶ Gabella ſolvi non debet pro blado & vino perceptis ex bonis propriis, ſtante ſtatuto, quod pro negotiatione bladi & vini ſolvatur gabella. *Cravet. conſil. 6. num. 116.* ¶ Si fiat inſtrumentum conditionale, de quo fuit ſoluta gabella gabellariis exiſtentibus tempore inſtrumenti, non debet denuo ſolvi aliis gabellariis exiſtentibus in conductione gabellarum tempore evenientis conditionis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 114. lib. 2.* ſed an debeat ſolvi gabellario exiſtenti tempore contractus, vel illi, qui eſt tempore evenientis conditionis, *vide Boer. deciſ. 5. num. 23.* ¶ Etſi ſtatuto caveatur, quod gabella ſolvatur pro rebus provenientibus ad aliquem ex cauſa lucrativa, non tamen maritus pro lucro dotis, tenetur. *Petr. de Raven. ſingul. 832.* ¶ Pedagium non debetur pro victualibus in mercatum ad collum delatis, ſecus ſi equo deveherentur. *Marc. quaſt. 285.* ideo ementes in mercato victualia, quæ deferuntur ſui uſus neceſſarii cauſa, pedagium ſolvere non tenentur. *idem quaſt. 285.* ¶ Gabellam ſolvere non tenentur perſonæ eccleſiaſticæ de fructibus & reditibus ſuarum Eccleſiarum, minus pro rebus, & aliis, quæ deferuntur uſus ſui cauſa. *Rol. conſil. 71. vol. 4.* ¶ Eccleſiæ non tenentur ad ſolutionem gabellæ vini, licet minuatim vendant: niſi eſſet impoſita pro oneribus, ad quæ Eccleſia tenetur. *Gram. deciſ. 100. num. 26.* ¶ Gabellam non ſolvit communitas, ſi ipſamet eam privato vendiderit, ſeu locaverit, *vide Boer. deciſ. 213.* ſunt tamen, qui tenent contrarium, quid in Principe, vel Fiſco, *vide Marc. quaſt. 423.* & in officiariis. *ibid. Petr. de Raven. ſingul. 850.* ¶ Pro vitulis, qui ſugunt non debet ſolvi portorium, ſeu gabella. *Boer. deciſ. 218. num 10.*

Cap. VIII. Quando debeatur, vel non.

Gabella, an debeatur à filio legitimato, & emancipato pro donatione ſibi facta, *Johan. Petr. Surd. deciſ. 96.* ¶ Gabella debetur de ipſa venditione, non de promiſſione vendendi, niſi de promiſſione fuiſſet ſoluta. *Idem Cabal. milleloq. 202.* ¶ Gabella debetur ex revenditione ſtante ſtatuto, quod de quolibet contractu ſolvatur; ſecus eſt, quando reſolvitur contractus ipſo jure per pactum legis commiſſione, vel additionis in diem, & hujusmodi. *Cabal. milleloq. 107.* ¶ Si pro re vendita debeatur gabella, & per pactum venditor ſibi reſervaverit dominium rei, donec pretium ſolvatur, interim emptor non poteſt condemnari. *Dec. conſil. 440.*

Vel non.

Pro rebus, quæ vehuntur ad uſum proprium cujuslibet privati, non debetur vectigal. *Guid. Pap. quaſt. 4.* ſed ſi aliquid cauſa domus faciendæ, vel reficiendæ aliquis faciat vehi, tunc illud non dicitur ad uſum proprium: ideo debetur laudemium. *Guid. ibidem.* ¶ Pro relictis Eccleſiæ, & locis piis gabella non debetur. *Dec. conſil. 469.* ¶ De petitione redditionis rationis nulla debetur gabella. *D. Senator. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 6. ſuper 1. part. decreti quitationem titul. de minoribus, fol. 106.* ¶ Pariter pedagium non debetur pro faldagio, quod portatur cauſa ſui uſus retro equum. *Marc. quaſt. 285. num. 3. circa finem quaſt. 41. & 214. part. 2.* ¶ Item non debetur pro annulis, quos quis defert in digito, vel pro veſtibus, quas quis defert ſui uſus cauſa. *ibid. num. fin. d. quaſt. 285. Bart in l. 4. §. Julianus. ff. nautæ, caupones, ſtabularii.* ¶ Et ſuper veritate præmiſſorum ſtatur juramento deferentis. *idem Marc. quaſt. 286. & quaſt. 41. part. 2.* ¶ Gabella non debetur de contractibus nullis. *Cabal. milleloq. 108. Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 291.*

Cap. IX. Qui ſint exempti à gabella; vel non.

Cives omnes ſi ſolvunt gabellam (excepto uno) qui non ſolvit per 40. annos, erit in hoc caſu, præſcripta immunitas, quoad non ſolventem. *Gram. deciſ. 100. n. 25.* ¶ Quanto tempore præſcribatur exactio, vel liberatio vectigalis, *vide Petr. de Raven. ſingul 898.* ¶ Familia, an intelligatur exempta, exempto domino, & familiæ appellatio quid contineat. *Boer. deciſion. 213.* ¶ Exemptus res deſignare, & fidem de apodixa facere tenetur. *Marc. quaſt. 204.* ¶ Veteranus excuſatur à pedagio, *vide Bartol. in leg. 1. Cod. de veteranis. libr. 12.* ¶ Mulio licet non ſit deſcriptus in licentia mihi data per datiarium portandi res ſuas extra civitatem, tamen illas licite portat. *Bartol. in l. 4. Cod. de curſu publico. lib. 12.* ¶ Gabellarum conductor, quando ob caſum fortuitum excuſetur à ſolutione penſionis, & quid ſi ſuſceperit in ſe caſus fortuitos, *Menoch. de Arbitr. jud. lib. 2. caſ. 80.*

Vel non.

Immunitas à pedagio, vel gabellis, an abuſu, vel fraude, aut ex enormi damno, perdatur, *vide Marc. quaſt. 528.* ¶ Immunis à ſolutione gabellarum, alios excuſare non debet, alias privilegium amittit *Corſet. lit. G. ſing. 8.* ¶ Exceptionem, ſi concedat Princeps uni de loco, an ejus onus aliis accreſcat, vel decreſcat Principi, *vide Boer. deciſ. 13.*

Cap. X. Quando imponi, inſtitui poſſit, vel non.

Gabella, utrum imponi poſſit aliquibus contradicentibus, *Capic. deciſ. 148. num. 5.* ¶ Solus Rex & Imperator poſſunt inducere pedagium, *cap. 16. extr. de verb. ſignif.* ¶ Princeps imponere poteſt gabellas in mari, & eas exigere à vehentibus merces per mare ſuæ terræ adjacens, ſaltem intra centeſimum miliare. *Ozaſ. deciſ. 255.* ¶ Quod Principes non recognoſcentes ſuperiorem, imponere poſſint, & tributa ſcribit *Marc. quaſt. 39. part. 2.* ¶ Gabella poſtquam eſt impoſita per Principem, ejus exactio-

exactio non eſt quid regale. *Gram. deciſ. 105. n. 14.* ¶ Gabella, quando dicatur impoſita pro oneribus. *Gram. deciſ. 100.*

Vel non.

Statutum imponens vectigal non includit Eccleſias, aut bona Clericorum. *Gram. deciſ. 100. num. 19.* ¶ Nec Princeps ſupremus, nec quivis alius privilegium ab eo habens, vectigalia, vel gabellas, niſi cum rationabili cauſa imponere poteſt, ſed quænam ſint legitimæ cauſæ, *vide Rolan. conſil 91. volum. 2.* ¶ Ceſſante cauſa rationabili, & juſta impoſitionis vectigalis, vel gabellæ, ceſſare etiam debet illius exactio. *Rol. ibid. num. 45.* ¶ Vectigalia inſtituere & exigere nemo poteſt inferior Principe, niſi ab ipſo Principe fuerit conceſſum, maxime quando conceditur univerſum territorium alicujus civitatis, ſeu caſtri cum mero & mixto imperio: quia tunc regalia, & alia ſervata Principi alienari poſſunt. *Natt. conſ. 661.*

Inſtitui, vel non.

Civitates, quæ recognoſcunt ſuperiorem, non poſſunt inſtituere novas gabellas, ſine licentia ſuperioris, tamen hodie ex quo civitates Italiæ habent merum, mixtum imperium, obtinuerunt de facto, ut imponere poſſint ex juxta cauſa. *Capic. deciſ. 148.* ¶ Univerſitas poſt venditionem pedagii, non poteſt augere exactionem ipſius. *Menoch. conſil. 34. vol. 1.* ¶ Vendere promittens non obligatur ad gabellam, donec ſit completa venditio. *Boer. deciſ. 48. num. 9.*

Cap. XI. Qui effectus producantur, ob non ſolutionem.

An merces, quæ non ſolvitur tranſiendo pedagium gabellam cadat in commiſſum, & dominium tranſeat in pedagiarium ſine facto hominis. *Rol. conſil. 42. tom. 3.* ¶ Si emptores gabellarum deficiant ſolvere in aliquo termino, ſtatim poteſt eis auferri gabella. *Pet. de Raven. ſingul. 852.* ¶ Propter non ſolutam penſionem annuam gabellarum, vel aliarum rerum publicarum conductor privatur conductione, ſecus in privato. *Guid. Papon. quæſt. 3.* ſed an talia arrendamenta ſint locationes, vel venditiones, ut propter caſum ſupervenientem debeat fieri remiſſio mercedis, *vide ibid.*

Cap. XII. Quæ valeant, vel non.

Si plures res diverſo pretio vendantur, ſi pro una fuit ſoluta gabella, licet non pro omnibus, valet contractus pro ea parte, pro qua fuit facta ſolutio, *vide Boer. deciſ. 263.* ¶ Pedagii ſecundii impetratio, non valet ſine mentione primi. *Boer. deciſ. 162.* ¶ Pactum initum per officiales deputatos ad venditionem gabellarum cum emptoribus ipſarum, eſt nullum, ſi eſt factum contra ſolitum modum vendendi. *Bortol. in l. 1. Cod. de paſcuis publicis. lib. 11.* ¶ Venditio gabellæ facta ultra ſolitum morem & modum, eſt nulla. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera C. ſingul. conſuetudo.* ¶ Privilegium Principis ſuper pedagio non valet, ſi de pedagiis in eodem loco impoſitis, mentio non fiat. *Guliel. Caſſad. deciſ. 3. titul. de penſion. vide Mynſinger. obſerv. 31. cent. 5.*

Cap. XIII. Quæ privilegia competant.

Receptus pro cive, aut incola, an iiſdem privilegiis gaudere debeat, quibus cives originarii, vel an receptio talis cenſeatur facta in fraudem gabellarum, ad quas originarii cives non tenentur, *vide Marc. quæſt. 528. numer. 6.* ¶ Piſtores emendo blada, ut panes conficiant, mercari non videntur, & habentes domicilium iiſdem privilegiis, & libertatibus gaudere debent, quibus cæteri municipes. *Marc. quæſt. 162. part. 2.*

Cap. XIV. Gabellarius: Firmarius: Quæ facere poſſit, vel non.

Publicanus unus, ſi non exigit, non prohibetur alius exigere, & procedit in eo, quod ſemel fuit exactum, nam tunc indulgentia publicani, ſeu negligentia, non nocet. *Vincent. de Franc. deciſ. 397. part. 2. num. 9. & 14.* ¶ Firmarius ad certum tempus, an ob bellum, peſtem, vel aliam cauſam poſſit renunciare affitamento, & conductioni, vel petere remiſſionem mercedis, *vide Boer. deciſ. 249. num. 2.* ¶ Publicanus, & exactor pedagii poteſt retinere viatores, donec ſibi ſit ſatisfactum, *Papon. libr. 13. tit. 9. arreſt. 7. 8.* ¶ Conducens rem à Fiſco in perpetuum, tenet locum domini, & vendere poteſt. *Bartol. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11.* ¶ Qui conduxit à Fiſco, poteſt alteri plus locare, & ſolvere tantum, quantum à Fiſco conduxit, non plus. *leg. 47. §. Æmilius. ff. de jure Fiſci.*

Vel non.

Conductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt, nec minoribus 25. ann. debet fieri locatio fundi fiſcalis. *l. 45. §. conductor. ff. de jure Fiſci.* ¶ Firmarii non debent gaudere privilegio Fiſci in exigendis eorum debitis. *Guid. Pap. quæſt. 208. Boer. deciſ. 180. num. fin.* niſi in locatione eſſet conceſſum tale privilegium. *Boer. ibid.* ¶ Conductor datii, non poteſt aliquid facere in præjudicium ſecundi datiarii. *Joſeph. Ludov. deciſ. 62. Peruſ. num. 36.* ¶ Decuriones non poſſe per ſe, nec per interpoſitam perſonam reditus, & prædia civitatis conducere, tradit *Menoch. de Arbitr. caſ. 459. n. 17.*

Cap. XV. Quæ habere poſſit.

Publicanus, ſeu conductor emolumentorum, & pœnarum criminalium, non habet bona confiſcata propter crimen falſæ monetæ. *Joan. Papon. libr. 13. titul. 9. arreſt. 3.* ¶ Pedagii collectæ, ſi caſu duplicantur, an ſit utilitas firmarii, *vide Boer. deciſ. 180.* ¶ Augumentum gabellæ emptoribus gabellarum acquiritur. *Dec. conſil. 4.* ¶ Et ſi fuit auctum, tale augumentum debet ſpectare ad emptorem. *Menoch. conſil. 201. numer. 143.* ¶ Alveo mutato jus arrendamenti gabellarum, non augetur. *Marc. quæſt. 110. part. 2. fol. 90.* ¶ Flumen (mutato alveo) ſi in priſtinum alveum, revertatur, an prior dominus jus portus, vel pedagii recuperet, *vide Franc. Marc. quæſt. 79. part. 1. & quæſt. 741. part. 2.* ¶ Si quis habuit vectigal anno præcedenti, non admittitur ad offerendum, niſi reddiderit rationem anni præcedentis. *Petr. de Raven. ſingul. 847.* tamen publicanus antiquus, qui ſatisfecit pro tempore præterito, præfertur pro tempore futuro cuilibet alteri, dummodo offerat tantum, quantum alter. *ibid. ſingul 848.* ¶ Condemnationes in cauſis criminalibus, ſpectant ad conductores exiſtentes tempore ſententiarum, nec attenditur tempus commiſſi delicti. *Pap. lib. 13. tit. 9. arreſt 9.*

Cap. XVI. Ad quæ teneatur, vel non.

Publicanus, qui conduxit vectigalia à fiſco, ſi differat ſolvere tempore ſtatuto, poteſt cogi ad ſatisfaciendum, non tamen incidit in pœnam. *Abb. conſil. 68. lib. 1.* ¶ Vectores mercium ſingula pro pedagio ſolvendo collectoribus indicare tenentur. *Idem Marc. quæſt. 128.* nec ſtatur eorum dicto, vel juramento. *Marc. quæſt. 509. part. 2.* ¶ Gabellarius, qui libros ſuarum rationum laceravit & combuſſit, an cadat in crimen falſi, & an pœna falſi ſit puniendus, *vide Excell. P. Theſſaur. dec. 171.* ¶ Qui nova vectigalia exercent, vel inſtituunt, lege Julia de vi publica, tenentur. *l. fin. ff. ad leg. Jul. de publ. & lege Julia de ambitu. l. ff de ambitu.* ¶ Publicanus non tenetur dicere tranſeunti, ſolve. *Bald. ſing. 35. Petr. de Raven. ſingul. 854.* ſed, quando petiit ſolvere debens, an ſit gabella ſolvenda, & publicanus reſpondit,

quod

quod non, & deinceps auferat rem, propter gabellam non ſolutam, tenetur, ad reſtitutionem rei, cum altero duplo. *ibid. ſingul. 860.* ¶ Firmarius, qui lucratus eſt, pro eodem precio, tenetur reconducere, ſi alius non invenitur. *Boer. deciſ. 249. num. 2.* ¶ Publicanus, qui ſciens nonnihil præter debitum accipit, actione furti tenetur, qui vero ignoranter, ad duplum. *Marc. quæſt. 421. part. 2. vide Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termin. actio poſt volum. Jaſ. de act. num. 117.* imo, quod in quadruplum puniatur. *ſcribit Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 443.* ¶ Ille, qui recipit pedagium, vel vectigal, tenetur ſalvare ſolvente juxta poſſe in perſona, & rebus infra ſuum deſtrictum: quia propter hoc ſolvitur vectigal, alioqui tenetur ei ad emendationem perditorum in defectu juſtitiæ. *Marc. quæſt. 803. part. 2. vide Dec. conſ. 534. num. 9.* ¶ Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factum, quamvis erraverit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poteſt, ſi dolo careat; alias ſecus. *l. 2. §. ſi publicanus. ff. vi bonor. rapt.*

Cap. XVII. Quando fienda remiſſio, vel non.

Remiſſio mercedis pedagii ob bladii, & victualium extractorum prohibitionem, fieri debet, quia talis inhibitio inter caſus fortuitos numeratur. *Franc. Marc. quæſt. 62.* ſed non fit ratione peſtis, vel belli ſecundum. *Marc. quæſt. 1066.* quando in vectigalibus fiat remiſſio, *vide Bart. in l. 11. §. qui maximus. ff. de publicat. & vectig.* ¶ Pedagium, quot modis accipiatur, & an in contractu pedagii, vel vectigalis debeat fieri remiſſio, *Bart. quæſt. 22.* ¶ Gabellas ementibus à civitatibus, ſi facto ipſarum bellum ſupervenerit. debet fieri remiſſio. *Bartol. in l. 28. §. culpa. ff. locati.* ¶ Conductor pedagii conducent pro pluribus annis unico pretio ſolvendo uno tempore, dicitur emere, & tunc non fit remiſſio propter bellum, niſi eſſet propter culpam vendentis, vel locantis. *Bartol. quæſt. 4. num. 14.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

Statutum prohibens extractionem grani extra civitatem, non comprehendit portantem, vel extrahentem granum pro uſu ſuo, etiam ſi poſtea mutata voluntate, illud alienaverit. *Hippol. ſingul. 86.* ¶ Statutum prohibens frumentum extrahi de Comitatu, non intelligitur de eo, quod quis extrahit cauſa ſui uſus, & frumentum emptum in uno loco, non poteſt prohiberi locum medium, ne portetur in alium. *Bartol. in l. 43. §. ſed & ſi de legat. 1.* ¶ Probans ſe præſcripſiſſe jus colligendi pedagium, obtinet in illa ſpecie, quam probat. *Bartol. in leg. 1. §. ſi quis. ff. de itinere actuque privato.* ¶ Agi poteſt contra tertium poſſeſſorem ad recognoſcendum cenſum debitum reſpectu rei, quam poſſidet. *Guid. Pap. quæſt. 42.* ¶ Verba pro ſe, filiis. & deſcendentibus poſita in conceſſione vectigalis facta à Principe ex cauſa oneroſa, non tribuunt jus filiis acquirentis, quo minus ipſe poſſit de hujusmodi vectigal ſicut de cæteris ſuis bonis diſponere. *Menoch. conſil. 309. lib. 4.* ¶ Licitator primus, an liberetur alio plus offerente, ſi ille aufugiat, *vide Boer. deciſ. 248. Petr. de Raven. ſing. 844.* Finito tempore locationis, ſolvitur contractus ipſius locationis. *leg. 2. §. cum quinquennium. ff. de jure fiſci.* ¶ Quando pro animalibus, quæ introducuntur in civitatem debet ſolvi gabella, ſi introducantur timore latronum, non debetur. *Petr. de Rav. ſing. 861.* ¶ Fiſci vectigalia non debent pro minori tempore, quam triennio locari. *Boer. deciſio. 249.* ¶ Licitatione firmarum ad candelæ extinctionem facta, an quis poſt tres menſes parte non vocata, ad licitandum admittatur, *vide Marc. quæſt. 85.*

TITULUS CCCLXVIII.

De commiſſis, & pœnis fraudantium pedagia, gabellas, & datia.

Cap. I. Quæ incidant in commiſſum, vel non.

Ficta traditio per conſtitutum, non operatur veram traditionem, adeo res prohibita alienari, ſine conſenſu domini, cadat in commiſſum. *Guid. Pap. quæſt. 101. vide tamen ibid. in addition.* ¶ De eo, qui ignoravit proclamata facta in civitate, & repetita, ut quilibet habens grana, illa intra certum tempus conſignare debeat, an ſi non conſignaverit in pœnam proclamatum incurrat, *vide ibid. ſupra titul. de jur. fact. ignor. libr. 1.* ¶ Vectigal ſolvendum eſt, ne res incidat in commiſſum, ſed quando commiſſo locus ſit, *vide Hartman. cap. 6. titul. de præſcript. lib. 2.* ¶ Si frumentum non poſſit extrahi de territorio, ſi mulio oneraverit mulum frumento & cœperit itinerari, ſed nondum exiverit, an incidat in pœnam, *vide Bartol. in l. 3. C. de naut. fœno.* ¶ Si ſalma tua incidat in commiſſum, & vendatur à fiſco, an poſſis alteri mandare, ut eam emat, *vide Bart. in l. unic. C. ſi ſervus extero.*

Vel non.

Quando tamen petiit, an ſit gabella ſolvenda, & publicanus reſpondit, quod non, & deinceps auferat rem, propter gabellam non ſolutam, tenetur ad reſtitutionem rei, cum altero duplo. *de Raven. dict. ſingul. 860.* ¶ Quando eſt dubium, an pro re ſit ſolvenda gabella, debet ſaltem conſignari publicano. *ibid. ſingul. 862.* ¶ Qui emit, vel tranſportat, blada, vel victualia cauſa ſui neceſſarii uſus, vel familiæ, non incidit in pœnam edicti. *Marc. quæſt. 287.* ¶ Si minor ob non ſolutum, & defraudatum vectigal inciderit in commiſſum, intra 30. dies ſervatur illæſus, & poſt illos, reſtituitur in integrum. *Boer. deciſ. 63. num. 2. facit l. 10. §. pen. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Statutum prohibens exportari frumentum, non comprehendit minorem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 80. part. 2. num. 8.* ¶ Equos ſi de Provincia non licet educere, tamen licet aliunde adductos per illam Provinciam tranſitare, & transducere. *Boer. deciſ. 178. n. 12.* ¶ Profeſſio mercium, ubi eſt facta, ſed omiſſa pedagii ſolutio, merces non cadunt in commiſſum, ſed duplicatur pedagium. *Rol. conſil. 42. num. 8. vol. 3.* ¶ Quando quis per errorem omiſit ſolvere pedagium auctum, vel aliud, tunc etiam res non cadit in commiſſum; ſed ſolum duplicatur pedagium. *ibidem.* ¶ Quid quando omiſit ſolvere per ignorantiam, *vide Rol. ibid. num. 17.* ¶ Gabellæ fraudator, non tenetur ad pœnam, ſi dolo non fraudaverit. *Menoch. conſil. 98. volum. 1.* ¶ Quando conductores non ſolventes pedagium non ſunt ſolvendo, datur domino mercium reſtitutio ad ſolvendum, ad evitandum commiſſum. *Rol. conſil. 42. num. 30. vol. 3.* ¶ Quando dominus non poſſet recuperare valorem rei ſuæ contra delinquentem, ipſa res non incidit in commiſſum. *Gomez. Leo. deciſ. 30. num. fin. in deciſ. diverſ. Tom. 2.*

Cap. II. Quæ confiſcentur, vel non.

Cadunt in commiſſum tantum merces, pro quibus non fuit facta profeſſio, vel ſolutum vectigale non aliæ pro quibus facta fuit. *Bart. in l. cotem. §. dominus, num. 1. de publ. per l. public. 1. eod.* ¶ Si prohibitæ mercantiæ, cum non prohibitis reperiantur, non prohibitæ etiam cenſentur confiſcatæ cum aliis prohibitis, dolo interveniente. *Guid. quæſt 571. Boer. deciſ. 178. num. 22. & ſeq. idem Guid. ſingul. 620. Anton. Trigo. ſing. 90. vide Bart. in l. 3. C. de naut. fœno.* ¶ Idem dicendum in mercatore non

ſolven-

ſolvente pedagium, ut etiam cadant in commiſſum mercantiæ, pro quibus non tenebatur ſolvere pedagium, ſi pro aliis, pro quibus tenebatur, non ſolverat. *Boer. ibid. num. 26.* ¶ Merces, quas vehendas, ut pedagium non ſolveretur exemptus ſuſcepit, confiſcationi ſubjacent. *Marc. quæſt. 528. num. 5.* ¶ Quando fit prohibitio, ne bladum extrahatur extra territorium, quid juris, *vide ibid. quæſt. 617.* ¶ Si res vetita portari, nondum devenerit ad locum prohibitum, an debeat dici confiſcata, *vide Guid. Pap. quæſt. 572. Boer. decif. 178. num. 23.* ¶ Pedagium, ubi fraudatur bona ipſo jure ſunt confiſcata. *Cravet. conſil. 115.* ideo Pedagium non ſolvens dè mercibus, quas ducit, facit eas cadere in commiſſum, adeo quod dominium earum tranſit ipſo jure in dominium pedagii, non autem poſſeſſio, quæ non tranſit niſi interveniente facto hominis, nempe ſententia judicis. *Rol. conſil. 42. vol. 2.* res ob delictum quando ipſo jure confiſcentur, *vide per Bart. in l. 68. §. duorum, de lega. 2. num. 25* ¶ Animal commodatum conſcio commodante, ad extrahendum mercantias prohibitas, cenſetur confiſcatum, una cum mercantia. *Guid. Pap. quæſt. 572. Boer. decif. 178. n. 28.* ¶ Non ſoluta gabella, non ſolum merces confiſcantur; ſed etiam animal portans illas. *Pet. de Raven. ſing. 583.*

Vel non.

Publicanus, ſeu conductor emolumentorum, & pœnarum criminalium, non habet bona confiſcata propter crimen falſæ monetæ. *Jo. Pap. lib. 13. tit. 9. arreſt. 3.* ¶ Si mulus portat merces non ſunt publicatæ, niſi probetur dominum duxiſſe. *Bald ſingul. 34.* ¶ Si famulus meus tranſit mercantias meas non ſolvendo pedagium, non propter hoc mercantiæ meæ debent dici confiſcatæ. *Guid. Pap. ſing. 21.*

Cap. III. Ad quem ſpectet pœna; res commiſſa, vel non.

An publicanus debeat habere pœnam commiſſi, *vide Joan. Pap. ibid. arreſt. 4.* vel aliam, *vide etiam Guid. Pap. ſingul. 455. Pet. de Raven. ſingul. 97.* ¶ Conductor debet habere res in commiſſum devolutas, etiam quæ contigerunt ante ejus conductionem, quorum tamen eſt facta compoſitio, ſeu declaratio de tempore ipſius conductionis, *vide Cravet. conſil. 212.* ¶ Ad eum ſpectant pœnæ fraudandium pedagium, ad quem ſpectat exactio ipſius pedagii, aut alterius vectigalis. *Menoch. conſ. 189. lib. 2. num. 14.* ¶ Pedagium ſi quis fregerit emolumentum condemnationis debet firmario applicari, niſi de ſtylo aliter ſervetur. *Guid. Pap. quæſt. 413. Boer. decif. 180.* ¶ Et pedagium qui emit, an videatur pœnas transgreſſorum emiſſe, *vide Guid. & Boer. ibidem.* ¶ Maritus, cui in dotem datum eſt caſtrum, an lucretur pœnas, & emendas, *vide Boer. decif. 180.* ¶ Pœnæ commiſſæ tempore locationis, vel debitæ reſpectu delicti commiſſi tempore locationis, non debentur conductori, niſi intra illud tempus fuerit lata ſententia. *Guid. Pap. quæſt. 535. Boer. decif. 5. num. 16. & 17. vide tamen ibid. num. 18. & 20.* ubi ſcribitur contrarium: quod attendatur tempus ſententiæ, & non commiſſi delicti ſcribit *Papon. lib. 13. tit. 9. arreſt. 9.*

Cap. IV. Pedagium, qui fregiſſe, fraudare dicatur, vel non.

Ille, qui non tranſit per iter conſuetum cauſa fraudandi pedagium, debet dici fregiſſe pedagium. *Guid. d. quæſt. 572. num. 2.* quia dolus arguitur contra transeuntem per viam non rectam, ſed inuſitatam. *Cravet. conſil. 115. num. 5. vide Bartol. in l. 5. C. de navicular. lib. 10.* ¶ Mercator dicitur fregiſſe pedagium tranſeundo locum, in quo pedagium ſolvi debet. *Guid. Pap. ſingul. 875.* ¶ Publicano rei vendicatio datur, quando res in commiſſum incidit, & dicitur quis fraudare gabellam, non profitendo, neque ſolvendo pedagium, etiamſi gabellarius eum non interpellaverit. *Marcus quæſt. 422.*

Cap. V. Qui puniantur, vel non.

Delinquens forenſis, debet puniri ſecundum bandimenta loci commiſſi delicti. *Joſeph. Lud. decif. Peruſ. 80. part. 2. numer. 15.* ¶ Suſpecti, quod aliquid portent prohibitum, ſi non dimittunt ſe inquiri, poſſunt capi, & ex ſola reſiſtentia puniri. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera G. ſingul. gabella. 4.* ¶ Pœna ſtatuti impoſita vendenti, extenditur ad ementem, & econtra. *Boer. decif. 48. num. 4. vide num. 21.* ¶ Fraudantes, & extrahentes granum, oleum, & alia victualia, quomodo, & qualiter puniantur, etiam ſi reperiantur adhuc in territorio non prohibito, in itinere tamen exeundi, *vide Joſeph. Ludov. decif. Peruſ. 80 part. 2.* ¶ Pœna fraudantis pedagium, habet locum in forenſi. *Idem Marc. quæſt. 528.* ¶ Statuto ſtante, quod portans bladum extra territorium perdat animal, & condemnetur in decem, & alio ſtante ſtatuto, quod in maleficiis de nocte commiſſis pœnæ duplicentur, quomodò puniatur extrahens frumentum de nocte, & quid ſi plures diverſo tempore ſuper eodem mulo extraxerint, *vide Bartol. in l. 68 §. duorum de legat. 2.* ¶ Pœna fraudantis pedagium, vel gabellas, quæ ſit. *vide Marc. quæſt. 528.*

Vel non.

Prohibitio ſub pœna animalium, & bladorum confiſcationis, ne victualia extra Provinciam deferantur, licite fieri poteſt, maxime tempore caritatis, & quid tunc, ſi in illa Provincia forenſis prædia habeat, an poſſit extrahere ſaltem pro ejus proviſione, *vide Franc. Marc. quæſt. 155. part. 1. & quæſt. 617. part. 2.* ubi tenet affirmativam. ¶ Qui frumentum aut aliud uſus ſui gratia evexit, quod alieno non licuit, ſi mutato conſilio vendidit, pœnam non patitur *Petr. Roy decif. 3. litua. n. 549. in decif. diverſ. Tom. 2. fol. 416.*

Cap. VI. Qui excuſetur à commiſſo, vel non.

Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor, rem venditam francam, & liberam aſſerat, licet falſo, ideo excuſatur à commiſſo. *Guid. quæſt. 24.* ¶ Forenſis excuſatur, ſi non ſolvit gabellam debitam contra jus commune ex forma ſtatuti, allegando ignorantiam ipſius ſtatuti. *Cravet. conſil. 115. num. 4. ſed vide Menoch. conſil. 397. & ſupra. lib. 1. tit. de jur. & fac. ignor.* ¶ Statutum, dicit, qui emit rem immobilem, & non ſolvit gabellam, Incidat in aliquam pœnam, accuſatus poteſt evitare pœnam, ſi ſolverit gabellam ante ſententiam. *Petr. de Raven. ſing. 844.*

Vel non.

Ignorantia minimè excuſat forenſem non ſolventem gabellam; tamen propter ignorantiam minus punitur, quia res non cadit in commiſſum; ſed vectigal duplicatur. *Pet. de Raven. ſingul. 858.* ¶ Forenſis exiens portam cum re, pro qua debet ſolvi gabella, videntibus publicanis, & nihil ſibi dicentibus, non excuſatur, *Pet. de Raven. ſing. 859.* ¶ In pœna commiſſi, quis non excuſatur prætextu ignorantiæ, quia debet inquirere tranſeundo, de juribus pedagii. *Joſeph. Lud. decif. 80. Marc. quæſt. 63. vide tamen ibid. quæſt. 155. num. 3. & Andr. Gail. obſerv. 43. lib. 2. num. 26.* ¶ Prætextu ignorantiæ à pœna commiſſi nemo excuſatur. *Marc. quæſt. 523. part. 2.* ſecus tamen eſt in pœna ſtatuti, quando quis allegat cauſam probabilem ignorantiæ, ut quia tempore publicationis erat abſens, vel eſſet forenſis, offerens ſe jurare. *Marc. ibid. d. quæſt. 523.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Gabellam frangens, utrum amittere poſſit merces, quæ non erant propriæ, ſed alterius. *D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. libr. 1. quæſt. 52.* ¶ Mercator falſo aſſerens merces eſſe alterius non ſolventis gabellam, perdit merces. *Boer. deciſ. 300. numer. 4.* ¶ Statuto ſtante, quod ſi quis exportaverit granum extra civitatem, amittat plauſtra, & animalia cujusvis fuerint, ſi contraventum ſit, amittunt plauſtra, & animalia etiam ſi fuerint alterius, & dominus ignoraverit, cui tamen ſuccurritur, ut ſcribit *Ozaſc. deciſ. Pedem. 71. num. 8* ¶ Sententia lata contra unum ex mercatoribus pro ſolutione pedagii, nocet aliis, qui partem non fecerunt. *Guid. Papon. quæſt. 549.* ¶ Statutum, quod ſi quis alienaverit rem, & gabellam non ſolverit eam perdat, quando habeat locum, *vide Bartol. in l. 3 §. fin autem. C. commun. de legat.* ¶ Statuto cavente, quod ſi quis alienaverit rem, & non ſolverit gabellam perdat eam, ſi alienet, & alienatio ſit nulla, non habet locum pœna ſtatuti, ſi hoc fuerit oppoſitum. *Guid. quæſt. 590.*

Cap. VIII. Miſcellanea.

Datiarii multis privilegiis gaudent, quia adverſus datia, & gabellas fraudantes, probationes per conjecturas ſufficiunt. *Hippol. ſing. 168. Cravet. conſil. 115.* ¶ Commiſſi pœna quinquennio præſcribitur. *ibid. d. quæſt 422. Guid. Pap. ſingul. 875. Ludov. Rom. ſingul. 483. Henr. Boer. in ſuis ſingularibus, titul. præſcriptio, num. 9. Hippol ſingul. 307.* re cadente in commiſſum, an dominus poſſit agere poſt quinquennium, *vide Guid. Pap. quæſt 412.* ¶ Publicanus agens ad pœnam fraudati datii, non auditur ex eo, quod ſit in quaſi poſſeſſione datii exigendi, niſi de titulo doceat. *Capic. deciſ. 77. numer. 8.* ¶ Culpa imputatur non inveſtigare, an in loco debeatur gabella, imo culpa lata dicitur, non inquirere de eo, de quo alii inquirere conſueverunt. *Cravet. conſil. 115. numer. 3.*

TITULUS CCCLXIX.

De repræſaliis.

Cap. I. Repræſaliæ: Quando concedantur, vel non.

REpræſaliæ non debent concedi, niſi tribus concurrentibus cauſis, de quibus *vide per Joan. Pap. lib. 5. titul. 3. Arreſt. 1.* ¶ An repræſaliæ debeant concedi contra eum, qui habet ſalvum conductum, *vide Pap. ibid. Arreſt. 2.* ¶ Repræſaliæ ſolum conceduntur contra bona, & non contra perſonas. *ibid. arreſt. 3.* ¶ Contra officialem extraneum, qui inique judicaverat, conceduntur repræſaliæ. *Pap. ibid. Arreſt. fin.* ¶ Non licet vaſallo unius Regis ad ulciſcendas injurias ſibi in alienis regnis illatas, perſonas, & bona ipſorum, alienorum, regnorum, pro aliorum noxa capere, repræſaliis propria auctoritate utendo, quod ſi fecerit, punitur, licet poſſit ſimilia facere Principis auctoritate, *vide Ludov. à Peguo in ſuis quæſt. crimin. cap. 11.* ¶ Cauſa, ob quam repræſaliæ conceduntur juſta, & vera eſſe debet, alioqui nullo modo concedi poſſunt. *Menoch. conſil. 244. libr. 3. num. 42.* ¶ Repræſaliæ non debent concedi contra mandatarium, & gubernatorem, ſed contra mandantem, ſeu ſuperiorem. *Menoch. num. 43.* & caſu, quo concedantur contra mandatarium, ſeu gubernatorem, Princeps, ſeu ſuperior tenetur reſarcire damnum paſſum per gubernatorem ob repræſalias. *ibid. num. 58.* illi quoque contra quos fuerunt conceſſæ repræſaliæ indebite, & ſine legitima cauſa, poſſunt agere pro damnis paſſis contra eum, cujus cauſa fuerunt conceſſæ. *Menoch. dict. conſil. 244. num. 71.* ¶ Propter negatam juſtitiam á judice, vel rectore loci, conceduntur repræſaliæ contra omnes cives ipſius loci, ſeu civitatis. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera I. ſingul. judex. 5.* ¶ De repræſaliis Bart. ſcripſit tractatum, de quo *vide inter tractatus ipſius, Bart.* ¶ Repræſaliæ ſunt de jure divino, ſed quibus ex cauſis concedantur, an debeat adiri ſuperior in conceſſione, & an poſſint concedi contra Clericos, *vide Guid. Papon. quæſt. 32. 33. & 34.* ¶ Repræſalia eſt poteſtas impignorandi contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro injuriis, & damnis, & ejus uſus à Romanis legibus originem ſumpſit. *Mynſing. obſervat. 10. Cent. 6.* ¶ Repræſaliæ, quibus caſibus in jure ſint permiſſæ, & concedendæ, *vide ibidem.* ¶ Cauſam dans repræſaliis tenetur omne damnum inde proveniens, damnum paſſo reſarcire, niſi injuſtè conceſſæ ſint. *Mynſing. ibidem num. 10.* ¶ Captus pro repræſaliis contra communitatem, vel ſpecialem perſonam conceſſis, repetit ab eis, illud quod ſolvit. *Hieron. de Mont. in ſuis quæſtionibus, quæſt. 27. num. 38.*

TITULUS CCCLXX.

De locato, & conducto.

Generalia.

DE locatione rerum Eccleſiaſticarum, & beneficiorum, *vide ſupra part. 1. tit. de locat. rer. Eccl.* ¶ Vide de materia locationum *in tit. C. de mancip. & colon. patrimon. lib. 11. & tit. de locat. prædio. ibid.*

Cap. I. Locatio: Conductio: Quæ dicatur, vel non.

Locatio ea eſſe dicitur, quæ vel in ſingulos annos, vel ad triennium, ſimileque modicum tempus ſit, mercede æquivalente fructibus, quibus correſpondet. *Menoch. conſil. 297. lib. 3. num. 4.* ¶ Locatio facta pro multis annis, dicitur unica locatio, & penſio ſolvitur regulariter in fine anni, *gloſſ. in leg. 65. ff. de uſufructu,* niſi aliter conventum ſit, vel aliter diſponatur per ſtatutum, *Hieron. Mago. deciſ. Luc. 69. vide Bartol. in l. 1. §. fin. penſio ff. de migrando & in l. 1. Cod. de primip. lib. 12.* ¶ Tot ſunt locationes, & tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, pro quibus ſolutio permiſſa eſt *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſentent. exequut. art. 9. gloſſ. 5. Tom. 1.* ¶ Depoſitum dicitur, quando nulla merces pro cuſtodia datur, alias dicitur locatio, & in primo caſu, venit dolus, & lata culpa in ſecundo, venit etiam levis. *leg. 1. §. ſi veſtimenta. ff. depoſit.* ¶ Contractus qui ex ſui natura habet effectum locationis, & conductionis, debet ita adjudicari licet ſonet in emptionem, & venditionem. *Menoch. conſil. 27. num. 41.* ¶ Si locatur res pro pluribus annis, uno pretio, & præſtatio ſit diverſa per ſingulos annos, dicitur una locatio. *Bart. quæſt. 4. num. 6.*

Vel non.

Locatio non conſtat, quando merces fuit repoſita in arbitrio tertii, qui poſtea non fuit arbitratus. *Abb. conſil. 80. lib. 2. l. fin. C. de contrah. empt. & vend.* ¶ Locatio non eſt, niſi merces in pecuniæ quantitate conſiſtat, & non datur actio locati, ubi tale eſt factum, quod non conſuevit locari. *l. 5. §. at cum do. ff. de præſcript. verb. & ibid. Bartol.* ¶ In his, qui exhibent operas ſuas, quæ conſiſtunt in artificio, vel in aliqua arte liberali, vel ſcientia, non dicitur locatio, vel conductio, ſed magis dicuntur præbere operas beneficii cauſa. *Bart. in l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dix.*

Qualis ſit.

Locatio rei, ſi eſt facta ſucceſſive duobus & ſecundo tradita eſt poſſeſſio, præfertur ſecundus poſſeſſor; alias

non.

hon. *DD. de Rotæ deciſ. 2. titul. de locat. & conduct. in antiq. vide Borg. Caval. deciſ. 25. part. 2. de contract. num. 19. Natt. conſil. 261. num. 10.* licet traditio rei locatæ nullum jus in re conſtituat. *ibid. d. deciſ. 2.* ¶ Locatio conſiſtit etiam in rebus non conſuetis locari, habentibus tamen ſimilitudinem cum eis. *Bortol. in leg. 2. §. ſi cert. pet.* ¶ Contractus locationis habet tacitam hypothecam. *Felin. conſil. 25. l. 4. ff. de pact.* ¶ Locatio fundi facta ad tempus, cum ſterilis fundus eſſet, factus fertilis diligentia conductoris, ex hoc redditur dicta locatio perpetua. *Hippol. ſingul. 556.* ¶ Quomodo cognoſcatur contractus locationis à contractu emptionis. *vide gloſſ. in l. 65. §. de contrahen. empt. & vend.* ¶ Implicitur dies, quo penſio debet præſtari, non dies, quo fructus percipiuntur. *l. fin. §. fin. ff. de jur. fiſci.* ¶ Licet verbum, vendo, ponatur in contractu locationis, & conductionis, non tamen mutat naturam contractus. *Bald. ſing. 56.* ¶ Inſtrumentum locationis non eſt liquidum facta promiſſione certæ ſummæ, & reſervata menſura non legitime facta. *Vincent. de Franc. deciſ. 292. part. 2.*

Cap. III. Quibus modis intelligantur.

In locatione ambigua oratio interpretatur contra locatorem. *l. vectoribus. ff. de pact.* ¶ Fructuum locatio non comprehendit id, quod datur pro jucundo adventu. *Boer. deciſ. 133. numer. 4. & deciſ. 180. numer. 9.* ¶ Fundo locato, veniunt inſtrumenta. *Bart. in l. 2. C. de verb. & rer. ſign.*

Cap. IV. Quæ probentur, & probanda ſint in locatione.

Agens contra eum, qui uſus eſt domo ſua, debet probare, quod reus tanti conducturus fuiſſet, & quod tanti ipſa domus locari poterat. *Natt. conſil 53* ¶ Penſionis ſolutio probat cauſam, & titulum locationis. *Mago. deciſ. Luc. 79.* ¶ Conductor poteſt probare caſum fortuitum eventum in re conducta, ubi evenit, etiam abſente, & non vocato locatore. *Petr. de Raven. ſingul. 756.* Actor debet probare ſe rem locaſſe, vel precario conceſſiſſe in judicio, unde vi, & reum contumacem fuiſſe in reſtituendo, & contra hæredes conductoris ſcientes rem conductam, datur condictio legis, non ab re. *C. unde vi. Bart. ibid.* ¶ Equi conducti mors, non probatur ex probatione, mortuum fuiſſe equum qui probantem portabat. *Raud. tractat. de Anal. 30. num. 133.* ſed debet probari, quod equus mortuus erat illemet, qui fuerat conductus. *Cravet. conſil. 112. numer. 3.* ¶ Colonum eſſe, vel inquilinum probatur, quando per decem annos ipſe reſpondet de penſione. *Bartol. in l. 19. Cod. de agric. libr. 11.* ¶ Quando locator agit rei vendicatione contra conductorem, & producit inſtrumentum locationis, illud inſtrumentum non probat dominium. *Afflict. deciſ. 14. num. 8. Cravet. conſil. 157. cap. 6. ext. de fid. inſtr.* ¶ Niſi concurrentibus aliis indiciis. *Gaſp. Cabal. milleloq. 511. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des juſtices, §. 2. gloſſ. 9.* ¶ Probat tamen poſſeſſionem inter ipſos, non autem quoad extraneos *DD. de Rot. deciſ. 1. de fide inſtrument. in antiq.* ſed quando, *vide Afflict. deciſ. 225. & 331. Boer. deciſ. 105. num. 14. & 15 & deciſ. 220. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 454. lib. 2. & dec. 30. lib. 3.*

Vel non.

Tamen per locationem, non probatur poſſeſſio in præjudicium tertii, ſed adverſus conductorem tantum. *Idem milleloq. 907.* ¶ Locatio non probat poſſeſſionem, quando reperitur poſſidere. *Dec. conſil. 303. num. 16.* ¶ Dominium non probatur ex locatione reſpectu tertii, & conductor non poteſt refricare quæſtionem dominii minus ejus hæredes. *Idem Joſeph. deciſ. Luc. 54. nec poſſeſſio probatur. Caſſa. deciſ. 20.*

Cap. V. Quæ attendantur: præſumant, obſtent in locatione.

Initium contractus conductionis ſpectandum eſt. *Ozaſ. deciſ. 76. num. 5.* ¶ Conductor probans ſolutionem penſionis per annos proximos, præſumitur ante ſolviſſe. *Franc. Crement. ſingul. 79.* vide tamen *ſingul. 80.* ¶ Patientia in juribus incorporalibus pro traditione habetur. *Ozaſc. deciſ. 551. num. 4.* Ideo in locatione jurium incorporalium ceſſio præſumitur, & locatio pro traditione habetur. *ibid num. 7.* ¶ Locator petenti mercedem obſtat exceptio rei non traditæ. *num. 10. Joſeph. Ludov. deciſ. 2. Luc.* ideo niſi probet tradidiſſe rem, & præſtitiſſe patientiam non poteſt obtinere. *Natt. conſ. 360.* ¶ Dolus locatori opponi poteſt, quando propter taciturnitatem ipſius, conductor remaneret læſus, & deceptus. *Auguſt. Bero. quæſt. 61.*

Cap. VI. Quæ transferantur, tranſeant in alios in locatione, vel non.

Contractus non dicitur ſimulatus, licet venditor remaneat in poſſeſſione rei venditæ titulo condictionis, imò per talem locationem transfertur poſſeſſio in emptorem. *Abb. in conſil. 49 lib. 1.* vide tamen *conſil. 12. ejuſdem lib. 2.* ¶ Qui ædificat in alieno ex cauſa conductionis, dominium ædificii in dominum ſoli transferet. *leg. 40. ff. de rei vend.* ¶ Si venditor, vel donator rem conducat ab eo, cui dedit, ipſa conductio transferet poſſeſſionem, quam habet, & dominium. *l. 76. ff. de rei vendic.* ¶ Admiſſus cum conſenſu locantis ad contractum locationis, ſive conductionis cum principali conductore, ſi deinde diſcedat, an illud jus transferatur ad ejus hæredes; ita ut perſeverare poſſunt in conductione, an verò tanquam contractus ſocietatis, non extendatur ad ipſos hæredes, *vide Ozaſ. deciſ. 76.* ¶ Si poſſeſſor conducit rem à non poſſeſſore, transfert in illum poſſeſſionem, quam habet. *l. 19. ff. de acquir. vel amit. poſſ. vide l. 28. ff. eo.* ¶ Locatio facta usque ad mortem alicujus, non tranſit ad hæredes in ipſius conductoris, ſecus ſi eſſet facta usque ad certum tempus: quia tunc tranſit, tametſi conductor ante moriatur. *Boer. conſil. 13. vide tamen Franc. Crem ſingul. 171.* ¶ Licet conductor promiſerit ſolvere mercedem, dato quod eſſet impeditus adipiſci poſſeſſionem, ſeu quaſi rei conductæ, tamen non tenetur, quando eſſet impeditus ex culpa, & facto locatoris. *Menoch. conſil. 128. volum. 2. vide conſ. 246. volum. 3.*

Cap. VII. Quæ dicantur hypothecata in locatione, vel non.

Tria requiruntur, ut bona aliena inducta in domum ſint tacite obligata: Primo, ut res ſit inducta; Secundo, ut domino rei ſciente, & patiente: Tertio, ut perpetuò ibi maneant durante locatione. *Afflict. deciſ. 184. num. 3.* ¶ De tacita hypotheca pro rebus invectis, *vide Jaſ. de actio. §.* Item Serviana: quomodo, & quæ bona dicantur tacitè hypothecata pro penſione, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 44.* ¶ An illata per minorem in domum conductam, ſint tacitè hypothecata pro penſione, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 75. part. 2.* negativam tenet *Bart. in l. 25. num. 57. ff. ſolut. matrim.* ¶ Lecti locati an ſint tacitè obligati pro penſione domus, & quid de veſte penes ſutorem exiſtente, *vide Afflict. d. deciſ. 184. num. fin. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 84.* ¶ Pro deteriotatione domus invecta à conductore, ſunt tacite obligata, & fidejuſſor datus pro penſione, tenetur pro deterioratione. *Gaſp. Cabal. milleloq. 635.* ¶ Inventa, & illata pro penſione domus ſunt tacite obligata, ob quam obligationem, poteſt dominus ea includere, ſi non ſolvatur ei penſio, & locatores bona conductorum capere per ſervientem poſſunt, & ea vendere, ſi penſiones conductores in terminis non ſolverint. *Robuff.*

in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tractat. de liter. obligat. artic. 4. gloſſ. 2. num. 6. idem in ſecundo conductore, *Rebuff. ibid. num. 13. Tom. 1.* ¶ Quod procedit etiam in conductore clerico, doctore, vel alio privilegiato, ſive locatio fuerit facta pro pecunia, ſive pro ſpecie, in ſcriptis, & ſine ſcriptis, in hærede locatoris, vel conductoris, & etiam ſi illa invecta ſolum eſſent in area, porticu, vel diverſorio ante domum. *Idem Rebuff. ibid. num. 11.* ¶ Res invectæ in fundum conductum ſunt tacitè hypothecatæ pro penſiona fundi, & ſi alienentur, poteſt evocari earum poſſeſſio, per interdictum Salvianum, probata ſolummodo poſſeſſione rerum invectarum. *l. 1. ff. de Salvian. interd.* ¶ Invecta, & illata in domum locatam, ſunt locatori tacitè obligata; ſed hoc non procedit, quando pro penſione ſolvitur ſpecies. *Lud. Rom. ſing. 236.*

Vel non.

Invecta, & illata per ſecundum conductorem, non ſunt tacite obligata primo locatori. *Idem ſingul. 391. vide Bart. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pign. act.* ¶ Invecta in prædium ruſticum non ſunt tacitè hypothecata, niſi fuerint illata ſciente domino. *Rebuff. de lit. oblig. art. 4. gloſſ. 2. num. 35.* ¶ Quando eſſet perſona inhabilis ad contrahendum, tunc invecta, & illata non ſunt tacitè hypothecata. *ibid. num. 41.*

Cap. VIII. Quibus modis fieri poſſit, vel non.

Locatio facta ad decennium, dicitur facta ad longum tempus, & non poteſt fieri per emphyteutam. *Dec. conſil. 204.* ¶ In locationibus, & conductionibus conſenſu fiunt obligationea, neque ad contractus ſubſtantiam requiruntur verba, vel ſcriptura, ſed ſufficit, eos, qui negotia gerunt inter ſe, conſentire: ideo, & inter abſentes contrahuntur, veluti per nuncium, vel epiſtolam, & in his alter alteri obligatur de eo, quod ex bono, & æquo præſtare oportet. *l. 2. ff. de action. obligat.* ¶ Locatio vectigalia debet fieri per triennium, & ei, qui plus offert in licitatione tempore ſtatuto debet concedi, quo triennio finito, ad novam locationem debet procedi. *leg. 4. Cod. de vectig. & com.* ¶ Locatio quando dicatur ſolita fieri, *Borg. deciſ. 25.* de contra, *lib. 2. num. 12.*

Cap. IX. Actio cui competat, vel non.

Conducens à privato, non habet actionem, niſi conducat ad longum tempus. *Bartol. in leg. 1. ff. de loco publico fruen.* ¶ Actio in rem competit conductori ad longum tempus, non ad modicum, & tempus longum dicitur decennium, & illa eſt ratio, quam dicimus, emptorem poſſe expellere conductorem ad modicum tempus, quia nullum jus habet in re. *Bartol. in l. 1. §. quod. ff. de ſuperficiebus.* ¶ Officium judicis detinentibus tantum, veluti conductoribus, & ſimilibus, competit, ad recuperandam tenutam rei defentæ. *Ozaſch. deciſion. 40. num. 4. & 7.* ¶ Colonus quamvis agere poſſit actione furti; non tamen poteſt agere condictione furtiva; ſed poterit ex conducto agere contra dominum, ut vindicet, & quod inde ſequutus fuerit colono præſtet. *Gaſp. Cabal. milleloq. 2.* ¶ Colonus non facit fructus ſuos, niſi ſoluta mercede. *Cabal. milleloq. 185.* ¶ Colonus, vel inquilinus dejecti, poſſunt agere interdicto poſſeſſorio recuperandæ. *Natt. conſil. 161. Tom. 1.* ¶ Salvianum interdictum competit pro rebus tacite obligatis, contra ipſum colonum, vel inquilinum, ſed actio ſerviana competit contra quemlibet poſſeſſorem. *l. 1. Cod. de ſalu. interd. vide §. Item Serviana inſtit. de actio.* ¶ Procuratore falſo locante rem alterius, ipſa re à domino recuperata, an conductori detur actio ad intereſſe contra falſum ipſum procuratorem, *vide Gom. Leo. deciſ. 76. in deciſ. diverſo.*

¶ Locavi tibi fundum, & convenimus inter nos, ut fructus ob mercedem mihi pignori eſſent, ſi eos deportaveris, furti tecum agere poſſum. *l. 63. §. locavi. ff. de furtis.* ¶ Quæ remedia dentur locatori pro recuperanda re locata, *vide in addit. ad Bart. ſing. 168.* ¶ Actio locati, vel conducti eſt bonæ fidei. *§. actionum autem. inſtit. de actio.* ¶ Fulloni ſolventi æſtimationem rei amiſſæ competit repetitio, & actio ex conductore ad dominum reverſa; pro qua ipſe ſolverat æſtimationem. *l. 2. ff. de cond. ſine cauſ.* ¶ Mulier, quando poſſit agere contra colonum ſine ceſſione, cum fundus ad ipſam reverſus eſt, *vide Bartol. in l. 8. num 10. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Actio ex locato ad quid competat, & ad quid actio ex conducto, *vide Jaſ. de action. in §. omnium. num. 159.* ¶ Ex locatione prædonis, non competit actio domino: Item ex locatione ſervi, vel domini non recte ſolvitur prædoni. *l. 55. ff. de cond. indeb.*

Cap. X. Qui locare, vel relocare poſſit, vel non.

Dominus fundi, ân teneatur invitus relocare eidem, ſi non vult, *vide Afflict. deciſ. 238. Boer. deciſ. 107. Vincent. de Franc. deciſ. 123.* quod non cogatur permanere in conductione, *ſcribit Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 106. part. 2. num. 24. & 26.* ¶ Locatione finita per lapſum 29. ann. ad quod tempus fuerat facta conceſſiu dominus cogitur relocare hæredibus conductoris. *Vinc. de Franc. deciſ. 123. vide Cravet. conſ. 107.* ¶ Quando ſunt plures domini unius rei & aliqui volunt locare, & alii non, quid ſtatuendum ſit, *vide Marc. quæſt. 512. part. 2. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 442.* ¶ Firmarius, qui lucratus eſt, pro eodem pretio, reconducere, ſi alius non invenitur. *Boer. deciſ. 249.* ¶ Inquilinus, ſi diu abſuerit domino conceditur licentia rem locatam ingrediendi, & alteri locare. *Joſeph. Ludov. deciſ. 17. num. 14. vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 79.* ¶ Locator poteſt alteri locare, vocante hæreditate, ſeu nullo exiſtente conductoris hærede. *Capic. deciſ. 87. numer. fin.* ¶ Locator finito tempore poteſt domum alteri locare jure civili; ſecus jure canonico in ſcholari inquilin. *Bartol. in ſuo tractat. different. inter jus civil. & canon. numer. 100.* ¶ Donator domus, ſalva habitatione in vita, poteſt alteri locare, etiam invito donatario. *Afflict. deciſ. 401.* ¶ Locator generalis rem particulariter locare an poſſit, *vide Marc. quæſt. 1068.* ¶ Conductor poteſt alteri locare non obſtante ſtatuto hoc prohibente, propter illa verba appoſita in inſtrumento locationis, pro ſe, & ſuis, &c. *Rot. Aven. deciſ. 68. in deciſ. diverſ.* ¶ Qui conduxit à fiſco poteſt alteri plus locare, & ſolvet tantum, quanti à fiſco conduxit, non plus. *l. 47. §. Æmilius. ff. de jure fiſci*, tamen non poteſt alteri locare, niſi æque idoneo. *Afflict. deciſ. 401.* ¶ Debitor poteſt conducere pignus à creditore, *l. 25. §. fin. ff. de pign. act.* ¶ In locationibus, in quibus non eſt opus ſermone, etiam ſurdus intervenire poteſt, quia habet conſenſum, quo perficitur locatio. *l. 47. ff. de actio. & obligat.* ¶ Creditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoria locare rectè poteſt. *leg. 23. ff. de pignoribus.* ¶ Sive legetur mihi habitatio, ſive uſusfructus habitationis, videtur legatum inhabitandi, & per me poſſum habitare, & alteri locare, *leg. 13. C. de uſu. & habitatio.* ¶ Decuriones non poſſe per ſe, nec per interpoſitam perſonam conducere prædia civitatis ſcribit *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 459. num. 17.* ¶ Quando unus rem communem locare poſſit, & poteſtas locandi rem communem perpetuo, in alium transferri non poteſt. *Dec. conſil. 283.* ¶ Prohibitus vendere, vel obligare, non videtur prohibitus locare. *leg. 91. §. inſtituto. de leg. 2.*

Cap. XI.

Cap. XI. Quæ locari poſſint, vel non.

Boves, ſeu alia animalia locari poſſunt, ſub certo reditu. *idem qu 886.n.10.* ¶ Res, quæ eſt locata per decem annos, dicitur ſolita locari. *Mohed. decis. 249.* ¶ Locari facta, quæ poſſint, & quomodo cognoſcantur, & locatio non eſt, niſi intervenerit pecunia numerata. *Bartol. in l. 5. §. at cum do. ff. de præſcript. verb.*

Vel non.

Locato caſtro cum territorio, & terreno, non cenſentur locata ſylveſtria ad culturam peritus inhabilia. *Bare. in l. 1. C. de manicipiis, lib. 11.* ¶ Tutor, vel curator, prohibetur vectigalia conducere tutela non finita, vel ratione non reddita, ſub pœna falſi, quam evitat, ſi ſponte ſatisfecerit, ante tutelam vero conducens, excuſatur à periculo. *leg. 1. Cod. ne tutores, vel curat. vectig. condu.* ¶ Beneficium locari non debet, ultra triennium. olim tamen poterat ad ſeptennium. *Boer. decis. 224.* ¶ Qui habet nudum uſum, non poteſt illum locare. *l. 11. ff. de uſu. & habita. vide tamen l. 2. ibid.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

An hæres mariti teneatur ex conductione ei cui maritus prædium dotale locavit ut præſtet frui licere, *Cujac. lib. 23. obſerv. cap. 38.* ¶ Lex ædem. C. locari, non favet his, qui ſe in neceſſitate poſuerunt. *Ozaſc. deciſion. 168. num. 6.* ¶ Locatio ad longum tempus transfert utile dominium, & conductor longi temporis, non ſoluta penſione, cadit à jure ſuo, ad exemplum emphyteotæ. *Boer. decis. 234.* ¶ Locationis contractus ſub conditione illa factus, ne moleſtetur ſi ſolverit, omnem purgationem moræ excludit. *Mohed. decis. 26.* ¶ Scienter conducens rem ſuam ſibi non præjudicat in dominio, ſecus in poſſeſſione. *Cabal. Milleloq. 39.* ¶ Sententia lata in favorem locatoris, prodeſt conductori, qui non intervenerat in cauſa. *Jac. Put. deciſion. 12. lib. 1.* ¶ Locatione transfertur poſſeſſio, quia conductor non poteſt ſuo nomine poſſidere, nec poteſt rem ſuam conducere. *Cabal. Milleloq. 906. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de remed. poſſ. Tom. 3. in præfa. num. 97.* ¶ Si quis conduxerit rem ſuam, quam fatetur in ſui odium fuiſſe captam per exequutionem factam, ad inſtantiam locatoris, talis conductio, & confeſſio non præjudicat, ſi non conſtat de ipſa exequutione, aliter quàm per confeſſionem ipſius conductoris. *Cravet. conſ. 157.* nam conductio rei propriè non valet, neque nocet. *Natta conſ. 26.* ¶ Per colonum ſuo nomine poſſidentem, licet uſumfructum locaverit, & annuam receperit penſionem, ſed per colonum coloni benè retinet. *l. 29. ff. quib. mod. uſufr. amit.* ¶ Familia domus conductoris, non nocet dominio locatori. *l. 5. de hæred. & mani.* ¶ Dominus poſſeſſor, ſi ignorans conducit à non poſſeſſore, an perdat dominium, & poſſeſſionem, *vide Bartol. in l. ſi aliquam, ff. de acquir. poſſeſ.* ubi plene de materia, quando dominus ignorans, vel ſciens conduxit rem propriam, *vide l. 18. C. de rei vendit. & l. 21. ff. de uſucapio.* quod locatio rei ſuæ non ſubſiſtat, neque valeat, habetur *in reg. neque pignus.* ¶ Per conductionem pignoris à debitore factam, creditor retinet poſſeſſionem, ratione enim poſſeſſionis, locatio, & precarium ſuæ rei eſt. *l. 37. ff. de act. pign. & ibid. gloſſ.*

Cap. XIII. Quibus modis valeat, vel non.

An domus communis inter fratres ab uno fratre locata ſit valida nec ne, *Surdus conſ. 43. libr. 1.* ¶ Contractus locationis boum ad arandum, quando ſit licitus, & quando non, *vide per Borg. Caval. decis. 3. p. 2.* ¶ Locans alicui apothecam ſpeciariæ cum vaſis, & rebus omnibus, in d. apotheca poſitis, certo pretio fictus quolibet anno, cum hoc, quod in fine locationis teneatur conductor eadem bona res, & apothecam reſtituere ſaltem in genere, non dicitur contractum illicitum facere, nec ſapere uſurariam pravitatem. *idem decis. 13. part. 2.* ¶ Locatio facta ab uno ex pluribus cum promiſſione de rato, ſi ſumus in re communi individua, & ſit ſolita locari valet, ſi tota eſt locata, niſi alter fratrum vellet ipſe totam conducere, quia eſſet præferendus, *idem Borg. deciſion. 25. num. 11. de contract. part. 2.*

Vel non.

An conductio ob id ſolum reſcindi poſſit, quod magno pretio contracta ſit, *Cujac. lib. 26. obſerv. cap 39.* ¶ An, & quando poteſt recedi à contractu locationis. *Roland. conſ. 69. tom. 4.* ¶ Non valet denunciatio, ne ſolvatur penſio domus locatæ, & qui talem denunciationem fecit, punitur ad intereſſe creditoris. *Auth. de depoſitio. & denunciat.* ¶ Finito tempore locationis, finitur contractus ipſius locationis. *l. 3. §. cum quinquennium. ff. de jure fiſci.*

Cap. XIV. Qui expelli, & diſcedere poſſit à locatione, vel non.

Emptor rei locatæ, quo caſu non poſſit expellere conductorem ad declarationem text. *in l. emptionem. C. locat. D. Gaſp. quæſt. For. libr. 2. quæſt. 13.* ¶ Emens domum, quam prius conduxerat, non cenſetur diſcedere à locatione. *Joan. Pet. Surd. decis. 51.* ¶ An ſocius præferatur alteri extraneo in locatione rei communis, *Dec. conſil. 283.* ſuſtinet partem negativam niſi aliter caveretur ſtatuto, vel conſuetudine. ¶ Inquilinus ſi timet ruinam domus conductæ, poteſt inde recedere, dummodo ſolvat penſionem temporis præteriti, ſi autem non ſolveret, poteſt locator retinere propria auctoritate invecta, & illata in domum conductam, tanquam pignora, debet tamen circa ea diligentiam adhibere *l. leg. 33. ff. de damn. infect.* ¶ Locator propter propriam indigentiam, poteſt à locatione diſcedere, tamen quando hoc procedat, *vide Magon. deciſion. 75. Luc.* ¶ Qui primo rogat precario poſtea conduxit eandem rem ab eodem cenſetur à precario receſſiſſe, cum poſſeſſionem (quam habebat) transtuliſſe videatur. *l. 21. §. final. ff. de acquir. vel amitten. poſſeſſ.* ¶ Conductor reſcindens arbores fructiferas expelli poteſt, quod intellige, ſi damnum ſit notabile; alias non. *Roland. conſ. 49. volum. 2.* ¶ Conductor ad longum tempus, etiam ſi ſolvat mercedem in alia re, quam pecunia, an poſſit expelli, non ſolvendo mercedem intra triennium, ſicut emphyteota, *vide Felin. conſ. 25. num. 9.* ¶ Quando conductor, vel alter, qui tantum habet utile dominium, poſſit expelli à conductione, *vide gloſſ. in l. 10. §. nondum in verbo repellere. ff. de publica & vectigal.* ¶ Conductorem propter neceſſariam refectionem rei locatæ expellere licet. *l. 3. §. cum inquilinus. ff. uti poſſidetis,* ſed de ea refecta poteſt conductor petere ſe in re locata reponi. *Ludov. Roman. ſing. 235. Franciſc. Cremen. ſing. 72.* ¶ Conductor quando poſſit expelli propter deteriorationem rei conductæ, *vide Joſeph. Ludov. decis. Peruſ. 22. Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 78. Roland. conſ. 49. vol 2. Menoch. conſil. 372. libr. 4.* ¶ Conductor an ob deteriorationem poſſit expelli à locatione, & tunc, an amittere debeat melloramenta, *vide Borg. decis. 32. num. 9. 10. 11 33. & 6. part. 2.* ¶ Inquilino à re conducta recedere neceſſitatis cauſa (ſicuti domino eo caſu) licitum eſt. *Marc. quæſt. 1066. num. 2.* vel aliam ob juſtam cauſam, *Andr. Gail. obſerv 23. lib. 2. Hippol. ſingul. 615.* ¶ Conductor inducendo in domum conductam meretrices, poteſt expelli. *Marc. de Mant. ſingul. 7.*

Vel non.

Pacto inito, quod res non exeat de manu emptoris, locata re, non receditur à pacto, *Bart. in l. 4. ff. de juſtit. & jure.* ¶ Verba generalia à quocunque prolata, debent intelligi ſecundum juris diſpoſitionem, & ex hoc infertur ad quæſtionem de locante domum, & promittente nunquam expellere conductorem, quia in tali promiſſione non comprehenditur perſona locatoris, quotieſcunque pro uſu ſuo proprio, vellet uti re, vel alio modo jure permittente. *Marc. de Mant. ſingul. 87.* ¶ Conductor volens dare tantum, quantum alius expelli non poteſt à re conducta, *Guliel. de Lud. ſingul. 65. facit. l. pen. cum ſin. C. de locat. præd. civil. lib. 11.* ¶ Emphyteota Eccleſiæ non poteſt expellere colonum benè laborantem de fundo, in quo per maximum tempus ſtetit, *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera E. ſing. emphyteuſis. 3. Hippol. ſing. 548.* ¶ Quando faber conduxit hoſpitium juxta ſcholas, vel domum Doctoris expellitur, *Cap. Thol. qu. 159. in additio.*

Cap. XV. Quando reſcindi poſſit.

Contractus locationis reſcinditur, quando pacta, & conditiones ſunt cauſa finalis contractus, & non obſervantur ad unguem; alias non: quia ſolvendo intereſſe quis liberatur. *Borg. Cabal. deciſion. 25. de contract. part. 2. num. 42.* ¶ Lex ſecunda de reſcind. vendi. locum habet etiam in contractu locationis. *Rot. Floren. deciſ. 22. Magon.*

Cap. XVI. Exequutio quando concedi & fieri poſſit, & cujus ſit periculum in locatione.

Exeqvutio pro penſione etiam poteſt fieri in illis rebus noviter repertis, licet non eſſent illatæ, ut ubi perpetuo ſtarent: nam, & ſi illa requirantur, ut ſint tacite obligatæ non tamen, ut exeqvutio fiat in illis. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. oblig art. 4 gloſſ. 2. num. 25* idem ſive dominus ſciverit, vel ignoraverit, ſive datus fuerit fidejuſſor, vel non, *ibidem num. 26.* ¶ Quid concludi, & peti debeat contra conductorem, qui ſua extra domum detulit, & quid ſi nolet deſerre mobilia pro penſione unius anni, *vide Rebuff. ibidem num. 29. & 30* & quando præmiſſa limitentur, *vide ibid. num 31.* ¶ Contra conductorem (cujus bona ſunt invecta, & illata in domum conductam) conceditur executio pro penſione, & contra eum agitur exeqvutivè. *Rebuff. ibid. art. 6. gloſſ. 3. num. 39.* ſed quid pro alio debito, *vide Bartol. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pigno. act.* ¶ Sententia lata contra conductorem, quando poſſit exequi contra dominum, *vide Bartol. in Authent. qui in provincia. C. ubi de criminibus. num. 10.* vel noceat domino, *Bart. in l. 2 C. ubi in rem. actio.* ¶ Exeqvutio pro penſione, an poſſit fieri in bonis alienis, in domo conducta repertis, *vide Afflict. deciſion. 184. Joan. Pap. lib. 10. titul. 3. arreſt. 4. & 5.* ¶ Qui dat pecuniam dicitur conductor qui recipit locator. *l. 1. §. ſi quis ſervum. ff. depoſiti.* ¶ Si equus conductus à conductore percuſſus ligno, pereat, ad conductorem periculum ſpectat: ſecus ſi ſolum fuit percuſſus calcaribus, vel flagello. *Ant. Corſet. lit. C. ſingul. conductor. Bartol. in l. 1. C. de curſu publico. lib. 12.*

Cap. XVII. Conductor: locator: colonus: inquilinus: Quæ facere poſſit, vel non.

Conductor an pro anno, quo ſeminavit poſſit perſeverare, ſi conduxit judicio ſubhaſtationis pendente. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 30.* ¶ Emphyteota poteſt vendere bona ſua alteri, hac conditione, quod ſibi dentur in emphyteoſim, vel in conductionem ad longum tempus, & poteſt etiam in hoc committi uſura, quod cognoſci poterit ex conjecturis traditis per eundem. *Borg. deciſ. 92. num. 55. de contract.* ¶ Et ſic locatio, & conductio præſumitur ſimulata, & ſapere uſurariam pravitatem ex conjecturis, ſicut quilibet alius contractus. *ibidem num. 25. & ſeqq.* ¶ Conductor impeditus facto locatoris, vel ejus fidejuſſor, poteſt retinere penſionem, pro intereſſe paſſo ob impeditam reſidui temporis ſuæ conductionis exactionem. *Menoch. conſ. 119. volum. 2.* ¶ Conductor poteſt auri venas, vel argenti inquirere in re conducta. *Cravet. conſ. 209.* ¶ Locator poteſt expellere conductorem a domo ante finitum tempus conductionis, ſuperveniente nova neceſſitate, etiam ſi promiſiſſet moleſtiam non inferre, & tunc non tenetur ad intereſſe: quia hoc facit lege permittente. *Natt. conſ. 25. Tom. 1.* ¶ Idem ſi non ſolviſſet mercedem. *Abb. conſ. 61. libr. 2. Magon. deciſion. Luc. 7. Boer. conſ. 13. numer. 17. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. oblig. artic 4. gloſſ. 2. num. 11. Tom. 1.* ¶ Quod procedit etiam, quando promiſiſſet non expellere cum juramento. *Natt. conſ. 456. Put. deciſ. 166. lib. 2.* ¶ Conductor, quæ & quando melioramenta repetat, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 24. 34. & 58. Marc. quæſt. 457 num. 56. Borg. Caval. deciſ 15. de contract. num. 46. Hartman. cap. 3. tit. de emphyteuſi. libr. 1.* ¶ Soluta penſione, conductor non impeditur migrare è fundo cum rebus ſuis: idem ſi paratus ſit ſolvere, alias ſecus, etiam ſi in diem debeat: quia interim res ejus debent in domo remanere loco pignoris, donec ſolverit. *l. 1. ff. de Migran.* ¶ Colonus reſiſtens domino ne ingrediatur poſſeſſionem rei conductæ, dicitur dominum ſpoliare ſua poſſeſſione, quod procedit in vero domino ſecus in alio, qui locaverat nomine alieno, & qui nunquam habuit poſſeſſionem rei locatæ. *Natt. conſ. 160. Tom. 1.* ¶ Conductor corporaliter tantum detinet & non poſſidet ſibi, ſed domino, & ideo non præſcribit. *l. 1. C. commun. de uſucapio.* ¶ Inquilinus non poteſt procuratorio nomine domini, nunciare novum opus. *Bart. in l. 3. §. ſi ego. ff. de oper. nov. nuncia.* tamen conductor videtur habere mandatum à domino, & poterit nunciare novum opus ſi in inſtrumento adeſt clauſula, quod poſſit uti re conducta tanquam re ſua, & idem ſi poſuit eum in locum ſuum. *Bartol. ibidem.* ¶ Cum fundum in plures annos locarem convenit, ut conductores foſſas, & cavamenta quædam facerent, ideoque libras centum, quotannis de penſionibus ſolvendis retinere poſſint, retentis libris centum, primo, ſecundo, & tertio anno, conductores opus non inchoarunt, quærebatur utrum hoc illis liceret fuit reſponſum *per Auguſt. Bero. quæſt. 88.* licuiſſe. ¶ Locator domus poteſt expellere inquilinium ante finitam locationem, ſi ipſe vult in ipſa domo morari, vel illam reparare probabiliter; fallit in locatione facta ad annos decem. *Joan. Papon. libr. 10. titul. 3.* ¶ Quod dicitur locatorem poſſe expellere inquilinum debet intelligi, quando locator nullam aliam haberet domum, & ſoluto intereſſe conductori, ſed dictum limitatur, quando ex neceſſitate oporteret locatorem, habere nullo ſoluto intereſſe. *Joan. Papon. libr. 1. tit. 3. arreſt. 3. & fin.* ¶ Sylva cædua conducta, licet conductoribus incidere ne mora ipſius ſylvæ, & prædia illius (evulſis radicibus) colere, & ſeminare. *Menoch. conſil. 13. volum. 1.* ¶ Conducens rem in perpetuum. poteſt eam vendere, donare, & ad poſteros transferre. *Corſet. litera L. ſingul. locatio. 2.* ¶ Locatori ſufficit ad probandam poſſeſſionem non eſſe laboratam, juxta conventa producere inſtrumentum locationis, & tempus laboraturæ eſſe lapſum. *Benincen. deciſ. 16.* ¶ Conductor propter contraventionem locatoris, habet pro damnis, & intereſſe hypothecam omnium bonorum locatoris, & poteſt uti retentione penſionis debitæ lite pendente, ſine periculo caducitatis. *Paul. Æmil.*

Vinc.

Vera. deciſion. 180. part. 1. ¶ Quando locator poſſit propria auctoritate expellere conductorem finito tempore locationis, & projicere mobilia conductoris extra domum, *vide Papon. libr. 10. titul. 3. arreſt. 6. Guid. Papon. quaſtion. 480.* ¶ Conductor domus, qui in annum habitationem conduxerat, poteſt penſionem totius anni ſolutam pro dimidia, vel pro rata temporis repetere, quando domum caſu fortuito collapſam, habitare non potuit, *Ozaſ. deciſion. 98. numer. 9.* ¶ Inquilinus novus, an poſſit veterem expellere, *vide Afflict. d. deciſ. 238. num. fin.* ¶ Lite inter duos dominos pendente, colonus neutri ſolvet; ſed conſignabit, *Boer. deciſ. 106.* imò tunc ſufficit cautio de ſolvendo, cui erit de jure obligatus, *Boer. dec. 25. de contr. part. 2. n. 20.* ¶ Molendini conductor, ſi novam addat rotam, an pro rota augeat mercedem, *vide Boer. deciſ. 213. numer. 10.* tamen pro augmento fructuum, non debet augeri penſio. *Marc. quaſt. 210. part. 2.*

Vel non.

Conductor rei alienæ, non poteſt accuſare intrantem, vel damnum dantem in ipſa re, virtute ſtatuti diſponentis contra damnum dantes, vel intrantes in re aliena. *Jaffred. Lanfr. Balb. deciſ. 96.* ¶ Licet conductor non poſſit referre quæſtionem dominii, eo quia nullus poſſit eſſe conductor rei ſuæ, tamen poſt quæſtionem dominii ab utraque parte intentam, non poteſt actor accumulare ſuper eadem re, quæſtionem penſionis. *Ægid. Bellam. concluſ. 138.* ¶ Quando conductor eſſet ejuſdem rei ſibi locatæ venditor, tunc non poſſet allegare hanc exceptionem rei non traditæ, *Magon. d. deciſ. 11. Luc. num. 6.* ¶ Exceptio dominii, non impedit quo minus fiat reſtitutio rei locatæ. *Afflict. d. deciſ. 12.* nam conductor oon poteſt refricare quæſtionem dominii. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 9. Boer. conſil. 13.* vel allegare rem ſibi obligatam. *Borg. Caval. deciſ. 15. de contract. num. 106. Bartol. ſingul. 168.* ſecus erit in petitorio. *Cravet. conſil. 157. vide Bartol. in l. 15. ff. commodati & in l. 21. ff. de uſucapio. & ibidem gloſſ.* ¶ Quod limita, quando eſſet notorium locatorem agentem non habere jus in re; ſed conventum conductorem. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſion. 498.* ¶ Item, quando conductor agaret uti procurator tertii procuratorio nomine. *Borg. Caval. deciſ. 15. de contract. num. 113.* ¶ Emptor ſciens locationem, non recuperat intereſſe ſolutum; ſecus ſi ignorabat, *Ludovic. deciſ. 38. num. 16. & 17.* ¶ Dictum intereſſe, quando eſt liquidum, debet ſtatim perſolvi, alias admittitur ſatiſdatio, qua præſtita, conductor poteſt expelli, tamen conſideratur qualitaa perſonarum. *Ludovic. deciſion 38. num. 17. & 18.* ¶ Non obſtante conventione conductorum alterantium conſuetudinem exigendi vectigal, dominus poterit deinde exigere tale vectigal, ut exigi olim conſueverit, cum per exactionem conductorum nullum ei ſit illatum præjudicium, *Menoch. conſil. 189. libr. 2.* de locatione vectigalis, & de materia, *vide ſupra titul. de publicanis.* ¶ Furnarius, ſi operam ſuam alicujus familiæ panibus coquendis locaverit ad certum tempus, aucta familia, non amplius conſequitur quàm fuerit conventum, *Hippol. ſingul. 134.*

Cap. XVIII. Qua habere poſſit, vel non.

Intereſſe, & damnum emergens, & pœna, quando poſſint peti contra illum, qui promiſit opus facere, & non fecit, *Borg. part. 2. de contract. deciſ 26* ¶ Promittens facere ædificium ad arbitrium boni viri, ſi illo facto ante approbationem minatur ruinam, vel ſit vitioſum, aut caſmate pereat, omne periculum ſpectat ad conductorem, & fabricantem, niſi promiſiſſet tantum operas ſuas dietim. *Borg. ibidem numer. 23. & 38.* ¶ Licite, & ſine peccato quia locando agrum ſuum recipit annuam penſionem, quia videtur quodammodo lucrum accipere, quod alias habuiſſet. *Abb. quaſtion. 5. numer. 9.* ¶ Conductor ſi decedat, an debeatur integrum ſalarium, locanti operas ſuas, *vide Bartol. in conſ. 42. volum. 2.* ¶ Scholaris debet ſolvere penſionem domus in fine anni, licet ſtipulatio ſit commiſſa in principio, & domus ſi eſt locata, & promiſſa penſio in annos, & menſes ſingulos, una eſt locatio, ſed plures præſtationes. *Bartol. in l. 18. §. cum ſervus. ff. de ſtipulat. ſervor.* ¶ Nomen hæredis, ad ſucceſſorem ſingularem pertinet in nominatione hæredis in conductione facta ad vitam. *Gome. tom. 3. deciſion. 87.* ¶ Locator operarum ſuarum, ſi per eum non ſtetit, quo minus operas ſuaa præſtaret, debet habere integram mercedem. *Ozaſc. deciſion. 98.* ¶ Secundus conductor agens una cum domino, contra primum conductorem allegantem habere relocationem ab ipſo domino, quam ſe offert probaturum per teſtes, debet obtinere, nam primus conductor hoc caſu non admittitur ad probandam relocationem per teſtes. *Vincent. de Franciſc. deciſ. 278. part. 2.* quod non procederet, quando dominus jam paſſus fuiſſet fieri probationes per teſtes, *vide eundem de Franciſc. deciſ. 287. numer. 7.* ¶ Ad quem pertineat res in commiſſum deducta, nempe, an ad primum conductorem, cujus tempore res cecidit in commiſſum, vel ad ſecundum, de cujus tempore res fuit pro commiſſa declarata, *vide ſupra tit. de publicanis, & vectigal.* ¶ Emolumentum pœnarum ſpectat ad conductorem exiſtentem, tempore perpetrati delicti, & non ad exiſtentem, tempore ſententiæ. *Roland. conſil. 77. volum. 4.*

Vel non.

Conductor emolumentorum, & pœnarum criminalium, generaliter non habet bona publicata ex crimine falſæ monetæ. *Papon. libr. 13. titul. 9. arreſt. 3.* ¶ Conductor ſimplex modicum tempus, non dicitur habere jus in re, & tamen pro laboribus, & cuſtodia poteſt rem conductam retinere, donec expenſæ, & meliotamenta ei ſolvantur. *Borg. Caval. deciſ. 15. de contract.* ¶ Operarius à pluvia impeditus, non debet habere mercedem totius diei integrè; ſed tantum pro rata temporis, quo operatus eſt: quia caſus fortuitus, qui contingit in perſonam locatoris, vel in re locata, cedit ad damnum locatoris. *Natt. conſil. 229.* ¶ Debitores cambii nihil, aut tardè ſolventes conductori cambii, non poterunt locatores ipſius cambii, aliquod intereſſe prætendere; ſed tranſacto cambii tempore, contra conductorem ad rationem reddendam agere. *Puc. deciſ. 21. lib. 3.*

Cap. XIX. Ad qua teneatur, vel non: ut probare, ſolvere, &c.

Conductor, qui prædium conduxit à ſuo religioſo, & fortuna an teneatur de caſu fortuito contingenti in re conducta, caſibus fortuitus ab initio ſuppoſita. *D. Gaſp. Theſ. quaſtion. For. quaſtion. 47. lib. 2.* ¶ Conductor an teneatur iterato ſeminare prædia, quæ ſeminata fluminis inundatione fuerant corrupta. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 87.* ¶ Conductores quando ſunt plures, quilibet cenſetur pro rata obligatus, & quid quando principaliter, & inſolidum eſſent obligati, *Rot. deciſion. 25 part. 2. de tent. num. 25.* ¶ Conductor, qui promiſit facere molendinum certo pretio, præparata materia per dominum, ſi cœpit ædificare, & poſtea derelinquat opus, tenetur de omni damno & intereſſe uſque ad tempus, quo dominus potuerit providere. *Borg. deciſ. 26. de contract. part. 2.* ¶ Conductor, qui

annua-

Digitized by Google

annuatim tenetur dare decem corbes frumenti, tenetur dare de illo, quod naſcitur in illo prædio. *Bartol. in l. 5. C. de agric. lib. 11.* ¶ Conductor equi mortui in conductione, ſi in ſe ſuſcepit periculum caſus fortuiti, tenetur ad æſtimationem, ſi non ſuſcepit, quando teneatur etiam de leniſſima culpa. *Hartman. cap. 2. tit. de locationibus. &c. lib. 1.* ¶ Conductor præſtat dolum, & culpam. *l. contractus. ff. de reg. jur.* ¶ An conductor, qui dimiſit equum in paſcuis, quem juris comedit, teneatur ſolvere domino æſtimationem, *Boer. deciſ. 218. n. fin.* ¶ De conductore equi, ac de cuſtode, & quando teneatur, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 10.* & an conductor teneatur de cuſtodia, ſi locans miſerit famulum. *vide Bartol. in l. 1. ff. fin. de ff commodati.* ¶ Conductor equi pro eundo ad unum locum ſi eum conducat ad alium, tenetur de actione furtiva. *Joſeph. ibid. n. 28. 9. Magon. deciſ. 56. Rot. Floren.* ſed quando excuſetur, *ibid. num. 3. 4 & 5 & Magon. deciſ. 56. Rot. Floren.* ¶ Conductores equi tenentur ad intereſſe, ſi non dant ei bene comedere, & contra eos poſſet jurare in litem. *Joſeph. deciſ. 10 n. 16 & 17. Bart. in l. 18. C. de curſu publico. libr. 12.* ¶ Quid, quando famulus cum equo aufugit, *Magon. deciſ. 56. Rot. Flor.* ¶ Conductor quid teneatur facere in fundo conducto, *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ 58.* ¶ Conductor illatam ſolutionem ad ſtatutum diem non adimplens, locationem invalidam reddit, juſque ſuum amittit, *Jo. Mohed. deciſ. 26.* & expelli poteſt. *Auguſt. Bero. quaſt. 100.* ¶ Conductor a llongum tempus, ſeu in perpetuum habet utile dominium, & jus in re, & poſſidet pro ſuo: ideo tenetur ad collectas. *Natt. conſil. 36. Tom. 1. Crav. conſil. 107. Ægid. Bellam. concluſio. 158.* ¶ Conductor promittens ſuis ſumptibus ſolvere onera, conſtruere & meliorare molendinum, & domum, tenetur reficere, & tempore diſtructionis currit penſio. *Idem Borg. deciſ. 28. part. 2. num. 35.* ¶ Molendino impedito, & reparatione egente, ad quid conductor teneatur, *vide Boer. deciſ. 213. num. 18.* quod refectio murorum molendini ſpectet ad locatorem, ſcribit *Roland. conſil. 83. volum. 3.* ¶ Conductor tenetur nunciare locatori lites motas, & moleſtias illatas. *Magon. deciſion. Luc. 69.* ¶ Medicus, quando teneatur de cura ſua. *Hartm. c. 23. tit. Miſcellaneorum ex jure civili, lib. 2.* ¶ Conductor antiquus non poteſt in fine anni fundum exfructuari in præjudicium novi conductoris, imo tenetur reſtituere prædia in ſtatu, in quo reperiit tempore conductionis. *Joſeph. Ludov. deciſion. Peruſ. 62. part. 2.* & non poteſt in fraudem ſecundi conductoris aliquid facere in re conducta, *Vincent. de Franc. deciſ. 95.* ¶ Mulier conducens prædia obligatur pro ſe, ſed ſi maritus conducit, non poteſt obligari pro marito. *l. 10. Cod. ad Senatuſconſult. Velleia.* ¶ Locator an teneatur tradere conductori ſemen pro agro ſeminando, vel ipſe conductor teneatur proprio ſemine ſeminare. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 201.* ¶ Expenſæ, quas locator operarum in præſtatione fecit, non deducuntur ex conventa mercede, ſi per eum non ſtetit, quo minus præſtarentur. *Gulicl. Caſſad. deciſion. 1. tit. de locat. & conduct.* ¶ Refectio, licet de jure communi immineat locatori; tamen ex pacto, poteſt pertinere ad conductorem. *Abb. conſ. 10. libr. 1.* ¶ Locatio fundi, ſi ſit facta, certa conſtituta penſione frumenti, ad ipſum colonus tenetur, non ad præſtationem pecuniæ, niſi conſuetudo aliud ſuadeat. *Bart. ſing. 131.* ¶ Alias locator non præſtans uſum rei locatæ conductori, tenetur ad intereſſe, id eſt, ad mercedis receptæ reſtitutionem ac ad lucrum, quod ex dicta conductione facturus fuiſſet conductor. *Natt. conſil. 261. Tom. 1. Roland. conſ. 59. vol. 4. n. 22. vide Menoch. conſ 55 vol. 1. Ozaſ. deciſ. 82. Vera. deciſ. 183. part. 1.* ſed ceſſante intereſſe, conductor nullam habet actionem. *Mohed. deciſion. 322.* ¶ Locator in libello ſuo neceſſario patientiam ex ſui parte præſtitam inſerere debet. *Ozaſc. dict. deciſ. 31. num. 12.* ¶ Locator ad factum tenetur, ut patiatur conductorem ſervare conducta. *ibidem. num. 8.* ¶ Locator ante finitum locationis tempus rem alienans, tenetur ad totale intereſſe conductoris, & hoc locum habet facta conventione, etiam quod ſi locator intra medium tempus locationis alienaret rem, teneretur ad certum quid, nam tunc re conducta alienata poſt tempus conventionis, adhuc locator tenetur ad intereſſe. *Auguſt. Bero. quaſt. 97.* ¶ Locator tenetur ad intereſſe, etiam nulla adhibita hypotheca, quando fuiſſet dejectus ab emptore, nullo ei ſoluto intereſſe. *Joſeph. Ludovic. deciſ. 39. num. 18.* ¶ Qui locavit operas ſuas, ut certum opus faceret, tenetur de operis vitio, ſive in ſingulos dies præſtita fuerit, qui autem operas ſuas ſingulis diebus locat, nec ad certum tempus ſe adſtringit, de vitio operis, non tenetur. *Bartol. ſingul. 122. Pet. de Raven. ſingul. 332. Ludovic. Roman. ſingul. 31. Franc. Cremen. in ſingul. 81.* ¶ Locans operas ſuas alteri in dubio, debet operari ſumptibus alterius. *Pet. Genar. ſingul. 14. num. 18.* ¶ Operibus locatis ſimpliciter, locator tenetur operarī ſolum a ſummo mane uſque ad veſperas; fallit in his quæ poſſunt fieri die, noctuque. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit des juſtices. Rub. 1. §. 8. gloſſ. 6. num. 14.* ¶ Coloni, qui faciunt colere agros, vel vineas per inexpertos, tenentur dominis, ſi ex hoc agri fiant deteriores. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera C. ſing. colonus. Bart. in l. 1. C. de Mancip. lib. 11.* ¶ Colonus, vel inquilinus tenens ab alio rem titulo locati, ſi uſque ad ſententiam in reſtitutione moratur ſine cauſa, condemnandus eſt ultra rei reſtitutionem, in ipſius rei æſtimationem. *l. 10. C. unde vi.* ¶ Si aliquid ex fundo colonus ſubtraxerit, tenetur conditione furtiva, furti, & ex locato. *l. 33. §. huic. ff. eod.* ¶ Colonus, vel inquilinus conventus actione reali debet nominare dominum, alias non præjudicat domino ignoranti, *DD. ac Rota deciſ 4. de judic. in antiq.* ¶ Locator tenetur non ſolum rem tradere, ſed habere patientiam ſucceſſivam, quare titulus locationis, quo conductor confitetur rem recepiſſe, non ſufficit ad fundandam intentionem locatoris. *Joſeph. Ludov. deciſ. 2. Luc. num. 67.* ¶ Inquilinus, cui claves domus locatæ traditæ fuerunt, tenetur ad totam mercedem. *Marc. quaſt. 1067.* & tunc fortuitos caſus in ſe ſuſcipere videtur, *ibidem.* ¶ Inquilinus ad poſſeſſionis reſtitutionem condemnatur propter ſimplicem poſſidendi aſſertionem in principio cauſæ, licet poſtea dicat quod poſſidet titulo locationis. *Afflict. deciſ. 126.* & tunc condemnatur in expenſis propter mendacium, *ibidem num. fin.* ¶ Dominus tenetur famulo ſubvenire Infirmanti, quoad expenſas. *Capel. Thol. quaſt. 269. in additio.* ¶ Sutor malè incidens, aut ſuens veſtem, tenetur ad damna, & intereſſe: quia artifex exercendo artem, videtur fateri eſſe peritum, & tenetur de imperitia. *Borg. Caval. deciſion. 26. de jud.* ¶ Fullo, & ſarcinator, ſi utantur veſtibus illis, quas acceperunt ad fulliendum, furti tenentur. *l. 84. de furtis.* ¶ Nauta, caupo, & ſtabularius, ut recepta reſtituant, tenentur ex locato: Idem in fullone, & ſarcinatore. *l. 5. ff. nautæ, caupones.* ¶ Si ſcriptor incepit mihi ſcribere quoddam opus, ſi non vult complere, poteſt cogi. *Idem ſingul. 60. & ſingul. 135.* ¶ Tinctores, corrumpentes in tinctura pannos, tenentur, quia eorum culpa factum præſumitur. *Bart. in l. 2. C. de Murilegulis, lib. 10.* Idem in ſculptoribus & pictoribus. *ibidem.* ¶ Mareſcallus equorum pollicendo ſanare equum, & certa alia verba proferendo, ut quis reddatur audacior ad emendum, an teneatur ad damna, & intereſſe, & quid in alio artifice, *vide Franc. Marc. quaſt. 522.* ¶ Fidejuſſor intercedens pro conductore

domins.

domus, non ſolum tenetur pro penſione; ſed etiam pro rerum deterioratione. *l. 53. §. fidejuſſores. ff. de fidejuſſor. & mandat. in additio.*

Velnon.

Conductori decepto in mercede ultra dimidiam juſti pretii ſuccurritur, ut moderetur pretium mercedis, etiam finito tempore conductionis. *Gom. Leo. deciſ. 44. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* ¶ Habitans in domo, non præcedente locatione, non tenetur ad penſionem ex locato, ſed alio jure. *Magon. deciſion. 340. Rot. Floren.* ¶ Conductor non tenetur, niſi de dolo, lata, & levi culpa. *Gramm. deciſ. 3.* ¶ Conductor domus pro putei, & viæ reparatione, non tenetur; ſed dominus. *Marc. quæſt. 457. num. 35.* ¶ Conductor non tenetur de ſuo cooperire tectum, facere Scalas, Feneſtras, Oſtia, purgare puteum, & viam adaptare, nec collectas ſolvere ſed locator, & ſi ſolverit. poterit repetere, *Borg. d. deciſ. 15. num. 49. de contract.* fallit, *ut ibid. num. 15. & ſeqq. vide Barral. in l. 3. ff. de via publ. & itin. publ., ref. num. 3.* ¶ Conductor non tenetur portare affictum & frumentum ad domum locatoris, ſuis expenſis. *Borg. Caval. deciſ. 3. de contract. part. 1.* ¶ Conducens equum ad vecturam, non tenetur ei dare tantam præbendam, quando avena eſt cara, ſicut quando eſt vilis. *Bartol. in l. 18. C. eadem.* ¶ Princeps concedens alicui immunitatem, ne ſolvat vectigal, ad quod detinebatur, debet rependere de proprio, & præſervare indemnes conductores. *Menoch. conſ. 312. libr. 4.* ¶ Locator, ſi non obtulit conductori quæ promiſit, ſimiliter conductor locatori conventa, obſervare non tenetur; ideo non poteſt agere locator, niſi prius probet implementum ex parte ſui. *Roland. conſil. 59. volum. 4. Menoch. conſ. 55. volum. 1.* ¶ Locator non tenetur de eo, quod conductor vi, vel clam fecit; niſi ad ſolam patientiam operis reſtituendi. *l. 15. §. is, cui fundum. ff. quod vi aut clam.* ¶ Qui promiſit reficere domum, & ſemel refecerit ſi rurſus ceciderit, non amplius tenetur. *Bald. in l. licet. ff. locari.* ¶ Inquilinus non cavet de damno infecto: quia hæc cautio eſt remedium extraordinarium; ideo ceſſat, cum habeat locum ordinarium. *l. 13. §. de illo ff. de damn. infec.* locator tamen, tenetur cavere inquilino de vitio aliarum ſuarum ædium. *l. 8. §. ſed inquilino. ff. de dam. infect.* ¶ Dominus rei, non debet pati damnum ex facto, & culpa conductoris, *gl. 1. C. de deſertoribus. lib. 12. & Bartol. in l. 1. C. de mancipiis. libr. 12.* ¶ Dominus, & non conductor, debet conferre pro via reficienda. *Guid. Pap. quæſt. 444.* ¶ Mulus oneratus ſecundum conſuetum. ſi deceſſit, onerans non tenetur, *Bart. in l. 14. C. de curſu publico. lib. 12.* ¶ Impenſæ, quæ gratia fructuum percipiendorum fiunt, à conductore perſolvuntur. *Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 215. vide Natt. conſ. 149. Menoch. conſil. 64. volum. 1.* Idem in impenſa, quæ fit in fructibus colligendis. *Menoch. ibid. d. caſ. 215. n. 3.* & quæ non ſultra tempus conductionis, protenditur. *Natt. conſ. 13. Tom. 1.*

Cap. XX. Ut probare, ſolvere, &c.

Conductor, ut ab incendio excuſetur, quæ probare tenetur, *vide Afflict. deciſ. 57. Joſeph. Ludov. Peruſ. 25.* alias conductor tenetur ad emendam domus combuſtæ. *Gramm. deciſion. 3.* ¶ Conductor pendente lite ſuper caducitate, ſi ceſſat in ſolutione penſionis, incurrit caducitatem. *Paul. Æmil. deciſ. 181.* ¶ Conductor ex ceſſatione unius termini tantum, incidit in caducitatem, ſi in contractu eſt appoſitum juramentum, vel ſtante ſtatuto, ut quis cadat ceſſando in ſolutione, & hoc proceſſit ex defectu ſolutionis etiam in uno nummo. *Idem Æmil. deciſion. 182. part. 1.* ¶ Agens virtute locationis tenetur probare traditionem rei locatæ, & patientiam præſtitiſſe parte opponente, quod etiam procedit licet in inſtrumento dictum fuiſſet de rei traditione, *Magon. deciſion. Luc. 11.* ¶ Agens remedio. *l. ſi quis conductionis. C. locati*, debet probare locationem, eam tamen ſufficit probare per duas ſemiplenas probationes, puta per unum teſtem & per confeſſionem partis extrajudicialem, *Afflict. deciſ. 12.* ¶ Remedium, *d. l.* quod remedium ſit, & quæ requirat, *vide ibidem.* in dicto remedio dominii exceptio non admittitur. *Bart. in l. 15. ff. depoſiti.* ¶ De eo, qui vendidit, ſeu locavit oblationes, ſive queſtas ſub certa mercede, an ei incumbat onus probandi patientiam fuiſſe præſtitam percipiendi hujuſmodi oblationes, ſeu eleemoſynas, an verò conductori. *Ozaſ. deciſ. Ped. 51.* ¶ Patientia in dubio præſtita fuiſſe præſumitur in incorporalibus, & conductori dicenti impeditum, uti frui re conducta, incumbit onus probandi. *Ozaſ. ibid.*

Solvere.

Salarium, quo tempore ſolvi debeat, tam in locatione reum, quam locatione operarum, *vide Bart. in l. 1. §. Divus. ff. de variis, & extraor. cognit. numer. 16.* ¶ Conductores percipientes omnes fructus, & ſolventes mercedem in pecunia an tenentur ad ſolutionem collectarum, vel locatores. *Ozaſ. deciſion. 83.* ¶ Eccleſiæ firmarius, vel colonus, an ſolvat gabellam, taleas, vel decimas, quas ſolveret Eccleſia. *Boer. deciſ. 213. n. 19.* ¶ Melioramenta non ſolvuntur (etiam liquidata) niſi in fine locationis. *Borg. Caval. deciſion. 28. part. 2. num. 50.* ¶ Impenſa, quæ cauſa proprietatis fit, & nullam de illa dominus ſentire habet utilitatem & non pertinet ad ipſum dominum; ſecus ſi ex ea ſentiret commodum: quia tunc teneretur pro modo illius. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 215. num. 4.* ¶ Impenſa magna facta ad perpetuam rei utilitatem, ſpectat domino rei; ſecus impenſa modica. *Natt. conſil. 13. Tom. 1. vide Bartol. in l. impenſa. ff. de impen. in reb. dot. fact.* ¶ Quæ autem magna, vel modica dicatur, relinquitur arbitrio judicis. *Menoch. d. caſ. 215. num. 5.* ſed talis impenſa conſiderari debet, non ſecundum tempus, quo fuit facta, ſed ſecundum valorem temporis reſtitutionis, *vide Natt. d. conſ. 13. Menoch. conſ. 14. vol. 1.*

Cap. XXI. A quibus excuſetur: liberetur.

Conductor propter moleſtiam ſibi illatam in re conducta, quando excuſetur à penſione, & rei reſtitutione. *Magon. deciſion. 60. Luc.* ¶ Conductor, qui dicit contractum invalidum non excuſatur, niſi offerat mercedem locatori; & deponat, *Paul. Æmil. deciſion. 118. part. 2.* ¶ Locator, ſi non poteſt præſtare rem locatam, præſtando æquè commodam rem, & habitationem, liberatur, & ille, qui locavit navim ad vehendum triticum, ſi aliquo caſu ipſum triticum non poſſit haberi, tenetur recipere in navi alias res, loco tritici. *Gom. Leo. deciſ. 33. in deciſion. diverſo. Tom. 2.* ¶ Animalia mea cuſtodire obligatus, ſi ad me pelles deferat, non excuſatur, quia tenetur probare animalia fuiſſe mortua caſu fortuito, *Joan. de Anono. ſing. 31.*

Liberetur.

Locator primus, an liberetur alio plus offerente, ſi ille aufugiat. *Boer. deciſ. 248.* ¶ Aſſignatio operis perfecti (facta a conductore) liberat eum à caſu fortuito ſuperveniente. *l. 1. §. fin. ff. de pollicita.*

Cap. XXII. Miſcellanea.

Ad penſionem conſequendam ſufficit impoſitum eſſe in navi, niſi aliud actum ſit. *l. 10. ff. ad leg. Radb. de Jact.* ¶ Famulus cui dominus mercedem perſolvere denegat, ſubtrahere pecunias, & res domini poterit impunè. *Ozaſ. deciſ. 68.* ¶ Æſtimatio equi locati, non

non facit emptionem, licet ob hoc, veniat læviſſima culpa. *Bart. in l. 5. §. nunc, videndum. ff. commodati.* ¶ Licet propter ſterilitatem fiat remiſſio mercedis, non tamen ob id, ſi proventus rei locatæ augeantur, penſio debet augeri. *Hipp. ſingul. 134.*

TITULUS CCCLXXI.

De colono partiario.

Cap. I. Colonus: Quis dicatur.

Colonus eſt, qui prædium ruſticum colit, inquilinus, qui urbanum, *gloſſ. §. item ſerviana inſtit. de actio.* ¶ Coloni ſunt multiplices, *de quibus vide in Rub. C. de agricol. & cenſ. libr. 11.* ¶ Colonus eſt quaſi procurator domini. *Bartol. in l. ſi pignori res. ff. famil. erciſc.*

Cap. II. Quæ facere poſſit, vel non.

De poſſeſſione, quam retinet dominus per colonum, & an illa poſſit privari facto coloni, *vide Beninten. deciſion. 42. Joſeph. Ludovic. deciſion. Luc. 20. Put. deciſ. 131. libr. 2. Bartol. in l. 32. §. ſi conductor ff. de acquir. poſſe. faciunt. l. 30. §. ſi ego. l. 31. 32 37. & 40. §. ſi forte. ff. de acquir. poſ.* ¶ Colonus corporaliter tantum detinet, & non poſſidet ſibi, ſed domino, & ideo non præſcribit *l. 1. C. commun. de uſucapio. & l. 33. § quod vulgar. ff. eod. & ibid. gloſſ.* ¶ Dominus non privatur poſſeſſione per ſolam apprehenſionem ejus, ab alio factam, relicto colono, quo mediante poſſidebat. *Magon. deciſ. 69. num. 10.* ¶ Paleæ ultimi anni ſunt dividendæ inter dominum, & colonum, etiam ſi colonus nullas in primo anno invenerit. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 13.* ſed quid de conſuetudine, *vide ibidem.* ¶ Dominus & colonus dicuntur contraxiſſe inſimul ſocieratem: ideo lucrum, & damnum inter eos participare tenentur *Joſ. ibidem num. 6.* quod procedit impropriè. *num. 8.* ¶ Hæres poſſidet per colonum defuncti, & ſi defuncto locatore, alius ingrediatur poſſeſſionem illius rei, quam colonus poſſidet, eam non acquirit, niſi expellat colonum, vel colonus dicat ſe tenere nomine illius, qui intravit poſſeſſionem, quod non procedit, quando colonus hæredi locatoris ſolviſſet penſionem, quia non nocet hæredi aſſertio coloni. *Afflict. deciſ 325. num. 3. vide Magon. deciſion Luc. 38.* ¶ Colonus recognoſcens & reſpondens de fructibus, quando conſtituat aliquem poſſeſſorem, *vide Afflict. ibidem num. fin. Pet. Beninten. deciſ. 93. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 20.* ¶ Poſſeſſio, an amittatur, ſi colonus ipſam rem animo deferendi, fundum egrediatur, *vide gloſſ. in l. 1. Cod. commun. de uſucap.* ¶ Fructus omnes debent dividi inter dominum, & colonum, non obſtante aliqua præſcriptione. *Joſeph. Ludov. 106. Peruſ. part. 2.* Ideo colonus, & ſi ſteterit per centum annos quin reſponderit de fructibus, tamen non præſcribit. *ibid. num. 12.* fallit ſi ante eſſet requiſitus, & recuſet. *ibidem num. 150.* ¶ Colonus detinet poſſeſſionem domini, an habeat remedium poſſeſſorium, *vide Put. deciſ. 13. libr. 1. 14. & 170. ibidem.* ¶ Poſſeſſio ſine apprehenſione hæredi acquiritur defuncto ſuo animo poſſidente, & corpore alieno t puta per colonum. *Afflict. deciſ. 167.*

Vel non.

Colonus cujus corpore poſſidemus, diſſimulando, vel patiendo, non præjudicat domino circa poſſeſſionem, tametſi realiter tradat, dominus privatur ipſa poſſeſſione. *Capic. deciſ. 57. vide Magon. deciſion. 38. Luc.* ¶ Tamen colonus, qui per viginti annos ſtetit in colonia, inde recedere non poteſt, neque dominus poterit veterem conſvetudinem immutare, quod procedit concurrentibus requiſitis, de quibus *per Lud. deciſ. 13. num. 22.* ¶ Colonus, qui fundum ad tertiam partem fructuum, accepit, propter paucitatem fructuum, expenſas non deducit. *Franc. Marc. quæſtion. 886.* ¶ Colonus non poteſt præſcribere contra annuam præſtationem in futurum, niſi interpellatus recuſet ſolvere, & intervertat poſſeſſionem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 106. part. 2.*

Cap. III. Quæ habere poſſit, vel non.

Locato fundo colono ad dimidiam fructuum, colonus ſolus debet habere dimidiam fructuum pro opera; & impenſa, & ſic hoc caſu fructus non dicuntur, deducta impenſa, licet regulariter contra. *Matth. Mathеſ. poſt ejus ſingularia, ad l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & Bart. ibid.* ¶ Legato uſufructu, colonus tria ex hoc legato conſequitur: Primo petet uſumfructum: Secundo à mercede erit liberatus; Tertio expenſas, quas fecit gratia rei, recuperabit. *l. 42. §. colono. ff. de uſufruct. & quemad. quis utatur.* ¶ Locator partiarius conſequitur ſuam portionem fructuum, ſine aliqua impenſa, quæ in illis colligendis ſit per colonum. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 215. num. 2.* ¶ Vendens fundum excepto jure coloni, & nullus ſit colonus, an debeat habere medietatem fructuum, *vide Bartol. in l. 74. de leg. 1.* ¶ Fructus rei legatæ adita hæreditate, pertinent ad legatarium, & colonus habet actionem contra hæredem. *l. 123. §. fi. de legat. fidei. 1.* ¶ Colonus non admittens emptorem fundi, habet interdictum contra dejicientem, ſi dejectus ſit. & dominus habet interdictum contra colonum non admittentem emptorem. *l. 12. ff. de vi & vi arma.* ¶ Coloni poſſunt habere actionem furti. *l. 14. §. præterea. ff. de furtis.*

Vel non.

Colonus partiarius vendito fundo non habet portionem fructuum, ſed ſolum actionem perſonalem contra dominum vendentem, & retentionem pro melioramentis. *Vincent. de Franc. deciſ 334. part. 2.* ideo fundo per dominum alienato pendentibus fructibus, in quo colonus erat partiarius, fructus ipſi ſpectant inſolidum ad emptorem. *Marcus de Mant. ſingularib. 310.*

Cap. IV. Ad quæ teneatur, vel non.

Colonus arare, & ſeminare tenetur, & colonus partiarius de fructibus arborum non percipit, niſi dictum ſit, *Marc. quæſtion. 886. n. 12. & 13.* ¶ Mercedis remiſſio propter ſterilitatem colono partiario fieri non debet, nec contractus coloniæ ad hæredem coloni tranſit, negotia tamen per defunctum inchoata, per hæredem poſſunt finiri. *Marc. quæſtion. 211. part. 2.* ¶ Colonus partiarius ſuis impenſis mediam fructuum partem integrè domino præſtare tenetur, & debet portare partem domini ad domum ipſius, quando ſunt ejuſdem fori. *Marc. d. q. 211. part. 2.* ¶ Colonus debet potius fructus vendere domino quam aliis. *Borg. deciſion. 107. vide Bartol. in l. 1. C. de Metal. lib. 10.* ¶ Colonus, & ſimiles tenentur pedare vites, & tenere agros benè cultos. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 22. num. 25.* ¶ Colonus poteſt fundum deſerere, ſi dominus ipſum moleſtet in cultura, vel pacta innovaverit. *Bartol. in l. 2. C. de agricolis lib. 11.* quid ſi ſtatutum in contrarium diſponat, *vide Bartol. in l. 22. ibidem.* ¶ Colonus, quando poſſit refricare quæſtionem dominii. *vide Bart. in l. 19. ibidem.* ¶ Hæredes coloni, ſi remanent in colonia ſine renovatione pactorum, pacta facta inter dominum, & colonum,

¶ Hæredes coloni, ſi remanent in colonia ſine renovatione pactorum, pacta facta inter dominum, & colonum, ſervari debent. *Bartol. in l. 22. C. de agricolis. libr. 11.* ¶ Coloni, qui colonia finita perſeverant in ea, conſuetum fictum præſtare tenentur. *Bartol. in l. 1. Cod. in quibus cauſis col. libr. 11.* ¶ Colonua de jure tenetur ponere ſemen, & omnia de ſuo. *Natt. conſil. 243. Bald. ſingul. 85.* ¶ Colonus, quando teneatur purgare foſſata fundi conducti, vel communis cum eo. *vide Bartol. in conſil. 193. volum. 1.* ¶ Si colonus ſit, qui reſciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi poteſt, ſed una actione contentus eſſe debet actor. *l. 9. ff. de arbor. furt. cæſa.* ¶ In colonis partiariis an imponi poſſit collecta, prætextu fructuum partis colonicæ. *Ozaſc. deciſion. 83.* ¶ Coloni decimam ſolvere tenentur. *Ozaſc. d. deciſ. 83.* ¶ Coloni expulſorum ſpoliati a communi, & coacti portare bladum, & pecuniam, non ſunt per iſtam ſpoliationem liberati. *Afflict. deciſ. 19.*

Vel non.

Colonus partiarius non cogitur perſeverare, quando res fuit alienata. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 52.* ¶ A colono facta venditio, non præjudicat domino. *l. 5. C. de acquir. & retin. poſſeſſio.* ¶ Colonus non tenetur facere foſſata perpetua, ſed quæ ſunt ad utilitatem temporis, quo conduxit *Bartol. in l. 27. §. ita legatum de fundo inſtruct. leg.* ¶ Coleno male ſe habente in cultura agri, dominus hoc allegans, tenetur probare, niſi expreſſe aliquid facere per inſtrumentum promiſerit, tunc enim tenetur probare ejus implementum. *Magon. deciſ. 101. Rot. Floren.* ¶ Colonus partiarius à domino non poteſt conveniri, niſi in quantum facere poſſit, deducto non egeat. quia, & ipſe eſt ſocius qui non convenitur ulterius. *Franc. Crem. ſing. 156.*

Cap. V. Quando expelli poſſit, vel non.

Colonus anni præcedentis penſionem volens illam ſacere, quam novus, an poſſit per dominum expelli, & quando, *vide Afflict. deciſ. 238.* ¶ Colonus; qui fundos ſteriles reddit bonos, & fertiles ſua cultura, non poteſt à domino de eorum cultura removeri, nec ei penſio augeri. *Bart. in l. 7. C. de omni agro relicto lib. 11. num. 4.*

Cap. VI. Miſcellanea.

An exceptio præſcriptionis perpetuæ coloniæ de jure ſubſiſtat, doctores variè locuti ſunt, tandem fuit deciſum, quod quando conſtat de prima cauſa, & primordio tituli brevis, ac ſimplicis locationis temporalis tacite renovabilis, non procedat talis exceptio, etiam ſi conſtiterit de ſucceſſivis ſolutionibus penſionum per longiſſimum tempus, factis uniformiter, *vide deciſ. 2. Rot. Floren. Magon. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, liter. E. ſing. emphyteuſis 3. Hippol. ſingul. 548.* ¶ Locatio non dicitur inducta inter partiarios. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 106. num. 24.*

TITULUS CCCLXXII.

Locationi, ſeu colono, an, & quando ſucceſſor ſtare teneatur.

Cap. I. Qui teneatur ſtare colono, vel non.

Succeſſor, quando teneatur ſtare colono. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 225.* ¶ Succeſſor tenetur ſtare colono, quando ſcivit rem eſſe locatam, & venditori agenti ad pretium, quando non obſtet exceptio rei non traditæ. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 265.* ¶ Succeſſor, an teneatur ſtare colono deputato à tutore. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 299.* ¶ Succeſſor univerſalis ſemper tenetur ſtare colono, ſed quid de aliis ſucceſſoribus. *vide Guido. Pap. quæſt. 480.* ¶ Immiſſus ex primo decreto tenetur ſtare colono, & locatio jurata operatur, quod alienatio non poſſit fieri in præjudicium conductoris. *Magon. deciſ. 97.* ¶ Dos eſt titulus univerſalis; ideo ſuccedens ex eo, tenetur ad obſervationem locationis. *Gom. Leo. deciſ. 63. in deciſ. diverſo.* ¶ Ideo etiam mulier ſoluto matrimonio, tenetur ſtare colono. *Roland. conſ. 49. volum. 2. l. 26. §. ſi in ff. ſolut. matrimonio.* ¶ Emptor domus tenetur ſtare inquilino, propter juramentum a locatore præſtitum, juncta hypotheca, licet quando adeſſet ſola hypotheca à præſtando intereſſe, non teneatur. *Rot. Avenio. deciſ. 108. in deciſion. diverſo.* ¶ Fallit, quando eſſet facta hujuſmodi locatio à tutore ſine decreto: quia ipſa hypotheca non valet, nam bona pupillorum non poſſunt obligari ſine decreto. *Vincent. de Franc. deciſ. 302. part. 2.* tamen locatio facta per tutorem, vel curatorem ad certum tempus, durat etiam tutela, vel cura finita. *Roland. conſ. 49. volum. 2. num. 7.* ¶ Succeſſor prælati; pariter tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem nomine Eccleſiæ. *Roland. ibidem Rom. ſingul. 63. Hippol. ſingul. 358.* ¶ Emphyteuta fiſci, tenetur ſtare colono, *Ludov. Rom ſing. 65. Hipp. ſing. 558.* ¶ Quæ perſonæ teneantur ſtare colono, *vide Borgn. Caval. deciſion. 25. de contract. part. 2. num. 7.* penſio ſoluta anticipata locatori, non nocet ſucceſſori non hæredi, licet teneatur ſtare locationi, ſed de novo tempore futuro debet ſolvi. *Borg. ibid. num. 4.*

Vel non.

Succeſſor ſingularis, neceſſarius, quando non teneatur ſtare locationi factæ ab authore. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 172.* ¶ Succeſſor etiam ex titulo lucrativo, non tenetur ſtare colono, quia colonus non habet jus in re, ſecus ſi haberet. *DD. de Rot. deciſion. 2. titul. de emp. & vend. in antiq.* ¶ Succeſſor ſingularis, regulariter non tenetur ſtare facto prædeceſſoris, quod limita in ſucceſſore, qui non ſuccedit in pleno jure: ideo emptor fructuum, tenetur ſtare locationi factæ per dominum ante emptionem *Vincent. de Franc. deciſ. 216. Jo. Papon. libr. 10. tit. 3. arreſt. 1.* ¶ Succeſſor ſingularis, non tenetur etiam ſtare facto prædeceſſoris, quando prædeceſſor non habet plenum jus in re: item quando ſuccedit non per viam tranſmiſſionia; ſed per viam privationis, quia reſoluto jure datoria, reſolvitur jus acceptoria. *Vincent. de Franc. d. deciſ. 216.* ¶ Locatio expirat per venditionem ſimpliciter factam niſi pactum aliter fiat præſente conductore; ſecus ſi abſente. *Felyn. in conſil. 54. num. 6.* & tunc poteſt emptor reſiſtere conductori volenti exportare fructus. *Felin. ibidem.* ¶ Emptor uſusfructua rei, poteſt expellere conductorem, niſi, & ipſe haberet per hypothecam, jus in re. *Capel. Thol. quæſt. 421.* ¶ In feudis quando res revertitur ad dominum jure priviationis, vel commiſſi, tunc dominus non tenetur ſtare locationi factæ, per vaſſallum, & hoc caſu hypotheca nihil operatur. *Ozaſc. deciſ. 150. num. 7. vide tamen num. 7.*

Cap. II. Conductor. Quæ facere poſſit.

Conductor, qui habet hypothecam in re, habet cautelam, quod non amittat emptorem in re per ipſum conductam, donec ei ſolvatur intereſſe, alias ipſo emptore admiſſo, contra locatorem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 38.* ¶ Jus habens in re conductor propter generalem hypothecam, poteſt rem locatam alteri venditam retinere pro ſuo intereſſe, & ipſi rei inſiſtere, donec ei ſolutum ſit intereſſe. *Ozaſc. deciſ. 156. n. 6. Gram. deciſ. 58. Gom. Leo. deciſ. 63. in deciſ. diverſo Hipp. ſing. 321. Natt. conſ. 426.* quo intereſſe ſoluto, ſolvitur jus retentionis. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 133.*

TITULUS CCCLXXIII.

De conductione, ſeu reconductione tacita.

Cap. I. Quibus modis intelligatur.

CONductio rei continuata nullo expreſſo pretio, intelligitur eodem pretio, quo ante, continuari. *Franc. Cremen. ſingul. 13.* ¶ Locatio tacita, & tacita reconductio, dicitur ſtare ſub eiſdem pignoribus & hypothecis, pactis, & qualitatibus, quibus expreſſa. *Magon. deciſ. 140. Rot. Floren. Bero. quaſtion. 100.* ¶ Quando inſtrumentum locationis habet paratam executionem, hoc non extenditur ad tacitam continuatam reconductionem. *Gome. Leo. deciſ. 83. in deciſ. diverſo. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. obligat. art. 2. gloſſ. 1. num. 902.* ¶ Locatam ſemel rem, præſumitur quis eodem titulo poſtea poſſidere, *Boer. deciſion. 58. num. fin.* Locatio tacita poſt lapſum terminum, an retineat conditiones priorls, *vide Boer. deciſion. 284.* ¶ Pro affirmativa ſcribit *Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 159.* ¶ De tacita reconductione finito tempore locationis, & qualiter in ea procedatur, *vide Afflict. deciſ. 365. Put. deciſ. 189. & 184. libr. 1.*

Cap. II. Quibus modis fieri poſſit.

Reconductio rei locatæ tacitè, an fieri poſſit, lapſo locationis tempore propter conſenſus defectum, & conſenſus abeſt, ubi furor eſt. *Put. deciſ. 184. l. 1.* ¶ In reconductione tacita pro eodem tempore, interventio ſcripturæ ad effectum probandi, videtur facta. *Afflict. d. deciſ. 505. num. 10.* ¶ Locatio inceptura poſt primam finiendam, poſt certum tempus, habet locum ſtatim, licet alio modo ante tempus finiatur prima locatio. *Natt. conſ. 34. Tom. 1.*

Cap. III. Qui ſint effectus.

Tacita relocatio de jure communi operatur in prædio urbano pro eo tantum tem ore, quo habitatum eſt, tamen lapſus modici temporis, non inducit tacitam relocationem. *Magon. deciſ. Luc. 47.*

Cap. IV. Quando renovetur.

Renovatio contractus locationis in terminis. *l. item quaeritur. §. qui impleto. ff. locati.* reſtringitur ad contractum locationis, & precarii, nec fit renovatio ex parte ejus, qui non implevit ex parte ſua. *Cravet. conſ. 87. num. 3.* ¶ Conductor quando poſt tempus in prædio ruſtico remanet, conductio tacitè renovata cenſetur. *Franc. Marc. qu. 538. num. 6 Abb. conſil. 87. lib. 2.*

Cap. V. Ratificetur.

Succeſſor locatoris recipiendo penſionem rei locatæ, contractum locationis ratificare videtur. *DD. de Rot. deciſion. 2. tit. de locatio. & conduct. in novis.* ¶ Confirmatio locationis valet, non facta mentione de mala perceptione fructuum. *Mohed. deciſion. 251.*

TITULUS CCCLXXIV.

De remiſſione mercedis facienda conductori, & quando fieri debeat.

Generalia.

DE remiſſione penſionis, quæ fit inquilino impedito uti re conducta, ſeu domo ad uſum à ſe deſtinatum, & quomodo cognoſcatur cauſa, ob quam domus conducta ſit, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 440.*

Cap. I. Remiſſio mercedis : Reſtaurum. Quando probetur.

De modo probandi ſterilitatem, & qualiter intelligatur, ut debeat fieri remiſſio mercedis, *vide Marc. de quaeſt. 208.* ¶ Quando propter caſum qois non potuit uti re conducta, debet probare ipſum caſum, & quod propter illum impeditus fuit, & ipſo non exiſtente, uſus fuiſſet re conducta. *Dec. conſ. 552.*

Cap. II. Quando fieri poſſit remiſſio, vel non.

Remiſſio mercedis eſt facienda in cauſa à jure permiſſo, quando propter caſum fortuitum valdè inſolitum conductor damnum patiur, licet ſuſceperit in ſe omnes caſus fortuitos. *Menoch. conſil. 27. volum. 1.* ¶ Si rea emphyteutica ſit ab hoſtibus occupata, an remittenda ſit penſio emphyteutæ. *Fach. libr. 1. cap. 90. affirmat. l. cum unus. §. ult. de bon. authorit. judic. poſſid. Gail. lib. 2. obſerv. 23.* ¶ Propter ſterilitatem fit remiſſio mercedis, ſed quid, ubi fructus jam percepti corrupti ſunt vitio tantum territorii, in quo nati fuerant, & non culpa coloni, *vide Hippol. ſing. 85.* ¶ Propter ſterilitatem fit remiſſio mercedis, & circa æſtimationem hujus ſterilitatis communis, & circumcolentium opinio conſideranda eſt, regula traditur cum ampliationibus, & limitationibus per *Andr. Gail obſerv. 23. lib 2.* ubi omninò videbis pro pleniori intelligentia hujus articuli. ¶ Conductori remiſſio eſt facienda, ſi ager publicetur. *Natt. conſil. 284 num. 10.* ¶ Si pactum ſit in inſtrumento locationis datiorum, locatores teneri in caſo peſtis, aut belli conductoribus remiſſionem facere, & peſtis eveniat poſt dictum contractum, ante tamen ingreſſum quaſi poſſeſſionis datiorum, an remiſſio ſit facienda, *vide Auguſt. Bero. quaſt. 54.* ubi concludit pro parte affirmativa, quando conductores propter peſtem antecedentem paſſi fuerunt damnum. ¶ Fructus molendi ſi aliquis emit, vel alterius ædificii quod leget magna reparatione, propter quam fructus interim non percipiuntur, cujus erit periculum, *Bart. in l. 11. §. qui maximos. ff. de public. & vectig. num. 13.* ¶ Sterilitas eſt digna remiſſionis penſionis, quando fructus percepti non ſufficiunt ad perſolvendam dimidiam penſionia ſumptibus. *Roland. conſil. 68.* & circa hanc remiſſionem, quid probandum veniat, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 76. & 77. Bartol. in l. 11. §. qui maximos. ff. de public. & vectig.* ¶ Conduxit quis rem emphyteuticam, penſione magna, & generaliter omni actioni, & exceptioni renunciavit, an tunc locus ſit remiſſioni propter bellum, concluditur affirmativè (modo penſio ſit magna, & æquivalens fructibus) per *Bero. queſtion. 125.* ¶ Propter edacitatem locuſtarum fit remiſſio mercedis. *Magon. deciſ. 67. Rot. Flor.* & hoc caſu, ſi ex probabili cauſa timore locuſtarum condoctor, qui ex conventione tenebatur ſerere, non ſeverit, non propterea amittit beneficium remiſſionis. *ibidem d. deciſ. 67.* ¶ Colono ad longum tempus fit remiſſio propter ſterilitatem: idem in locatione ad vitam. *Gom. Leo. deciſ. 67. in deciſ. deverſo.* alias ipſi colono remiſſio non fit propter ſterilitatem. *Franc. Marc. quaſt. 211. part. 2. Andr. Gail. obſerv. 23. num. 15. lib. 2.* ¶ Propter damnum paſſum, & datum per exercitum regis, an fieri debeat remiſſio, *vide Afflict. deciſ. 365.* ¶ Remiſſio fieri debet, quando per conductorem non ſtat, quo minus utatur re conducta, niſi renunciatum ſit omni legum auxilio, vel impedimentum procedat à facto ſuo. *Capic. deciſ 87. num. 8.* ¶ Penſionis remiſſio debet fieri propter belli, aut peſtis interventum. *Guid. Pap. quaſt. 630 vide Afflict. deciſ. 258. Boer. deciſ. 249. Marc. quaſt. 1065. gloſſ. in cap. 4. §. Vaſſalli. de pace conſtantia. in uſib. feudo.* ¶ Fallit, ſi conductio ſit facta tempore belli, vel peſtis, *Joſeph. Ludov. deciſ. 106. Peruſ. part 2. num. 26.* vel conductor ſciebat tempus belli imminere. *Cravet. conſ. 77.*

¶ Licet

¶ Licet in contractu locationis fiat remiſſio penſionis propter bellum, non tamen hoc procedit in contractu venditionis, vel permutationis. *Dec. conſil. 313.* nam emptori uſusfructus, non fit remiſſio mercedis, ſeu pretii. *Bart. quæſtion. 4. num. 16.* ¶ Penſionis remiſſio, quæ fit propter bellum, ad belli timorem extenditur, & exceptio facta de bello, & peſte extenditur ad caſum caritatis, & famis, in quo eadem ratio videtur. *Dec. conſil. 555. num. 9.* ¶ Remiſſionis mercedis pro penſione rei locatæ, & refectionis intereſſe ob damnum paſſum, materia late tractatur. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 326.*

Vel non.

Damnum levis momenti non eſt in conſideratione, ut conductoribus fiat remiſſio mercedis. *Joſeph. Ludov. deciſ. 50. Peruſ. num. 8. Menoch. conſil. 120. libr. 2. numer. 16.* & reſtaurum debetur damno non probato. *Æmil. deciſ. 184.* nec non Principis factum, ſemper cenſetur excluſum. *Joſeph. d. deciſion. 50. num. fin.* ¶ Remiſſio mercedis non fit regulariter, niſi in fine locationis. *Borg. deciſ. 28. parc. 2. num. 50.* ¶ Locator nunquam facit reſtaurum, & remiſſionem mercedis con- conductori, niſi concurrente læſione ultra dimidiam penſionis omnium bonorum in locatione contentorum, compenſato etiam anno ſterili cum præterito, & futuro pinguiori. *Borg. Caval. deciſ. 15. num. 33. de contract. vede Excell. P. Theſſaur. deciſ. 108. Roland. conſil. 86.* ¶ Remiſſio mercedis non fit conductori propter clauſulas, & renunciationes inſtrumenti, vel ſi non probaverit diminutionem introitus conſueti ultra dimidiam, cauſa mortalitatis inſolitæ. *Capic. deciſ. 187.* vel ſterilitatis, *vide Marc. quæſtion. 208. part. 2. num. 14.* ¶ De remiſſione mercedis, *vide per Natt. conſil. 149.* tamen non fit remiſſio mercedis licet conductor non perceperit tot fructus aſcendentes ad dimidiam ejus, quod ſolitus erat percipere, quando dicti fructus adeo facti ſunt cariores, ita quod per venditionem eorum, penſio integra ſolvi poteſt. *Roland. d. conſil. 86. num. 8. volum. 3.* ¶ Item non eſt facienda, quando facta denunciatione ſterilitatis, locator obtulit ſe paratum ſuo periculo recipere fructus, & remittere penſionem, & conductor oblationem recuſavit. *Roland. conſil. 86. num. 9. volum. 8.* ¶ Conductori propter ſterilitatem non fit diminutio mercedis, ſi non ſolverit decimam curato. *Guid. Papon. quæſt. 630.* tamen onus decimarum, non ſpectat ad conductorem. *Vincent. de Franc. deciſ. 107. vide cap. 24. extra de decimis. Abb. conſil. 30. libr. 3.* ¶ Secundo non fit, quando ubertas unius anni compenſatur cum ſterilitate alterius, & econtra. *Guid. d. quæſt. 630. num. 2.* quod procedit, quando locatur fundus certis annis ſub eodem contextu, ſecus ſi eſſent diverſæ locationes. *Marc. quæſt. 208. part. 2. vide Andr. Gail. obſervat. 23. num. 12. libr. 2. Papon. libr. 13. titul. 9. arreſt. 2.* ¶ Tertio in conductionibus ſtantibus in manibus fortunæ non fit remiſſio, nec è contra. *Joſeph. Ludov. deciſ. 50. Peruſ.* ¶ Quarto non fit remiſſio, quando colonus non colit fundum. *Marc. quæſtion. 208. part. 2. Roland. conſ. 85. volum. 3.* ¶ Quinto non fit, quando conductor ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti. *Marc. quæſt. 208.* quod ex conſuetudine fieri poteſt. *Idem Marc. quæſt. 1065.* quando ſpecialiter, & nominatim ſuſcepit conductor in ſe omnes caſus. *Magon. deciſion. 67. numer. 14. Rot. Flor. vide Dec. conſil. 86. volum. 3.* alias conductori impedito uti re conducta caſu, vel fortuna, ex natura contractus locationis debetur penſionis remiſſio. *Magon. deciſion. 67. Rot. Floren.* quod procedit, etiam ſi conductor in conductione exceperit, quoſdam caſus, quia tunc poterit petere nihilominus remiſſionem in aliis caſibus ſimilibus exceptis. *ibid. deciſion. 68.* & ampliatur dictum, licet conductor ſuſceperit in ſe quibuſdam verbis generalibus omnem caſum, & adverſam fortunam; nam tunc non obligatur ad caſus valdè inſolitos. *Magon. ibidem num. num. 15.* ¶ Remiſſio mercedis non fit niſi damnum ſit intolerabile, etiam ad dimidiam, tam ſi damnum contingat in fructibus quam eo, quia non poſſit conductor, vi parte rei cum fortuitu, vel facto tertii, & etiam ſi ſit pactum, quod fiat remiſſio, quam ſi non. *Surdus conſ. 34. num. 4. & 9. & ſeqq.*

Cap. III. Quando peti poſſit, vel non.

An, & quando conductor poteſt petere reſtaurum ob ſterilitatem fructuum. *Roland. conſ. 86. Tom. 3.* ¶ Libelli in concluſione quando petitur remiſſio mercedis, *vide per Bartol. in conſil. 193. volum. 1.* ¶ Quando conductor timebat ſterilitatem rei conductæ, ſi ſuper ea aliquid ſit conventum; quid juris, *vide l. 2. §. fin. ff. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertinent.* ¶ Quando ex forma ſtatuti inſtrumentum debet habere executionem (ſaltem media cautione) tunc exequutio inſtrumenti locationis pro penſione non retardatur, præſtita dicta cautione, per exceptionem conductoris petentis remiſſionem penſionis propter ſterilitatem, vel alium caſum requirentem altiorem indaginem. *Borgn. Caval. deciſ. 28. part. 2.* Et exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, ſi non poteſt eadem inſtantia probari, & finiri, qua principalis cauſa finitur, *ibidem num. 12. 22. 20. & 39.*

Vel non.

Quando conductor ſuſcepit in ſe omnes caſus fortuitos adeo quod non poſſit petere remiſſionem mercedis propter illos, an poſſit evenire talis caſus, qui non eſſet comprehenſus in iſta generali renunciatione, ob quem poſſet petere remiſſionem mercedis, *vide Cravet. conſil 95. Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſu 80.* qui caſus fortuiti excuſent conductorem, *vide Menoch. ibidem.* ¶ Conductor, qui in una parte rei conductæ vi tempeſtatis damnum paſſus eſt, in alia non, poteſt petere reſtaurum pro parte, in qua paſſus eſt damnum, niſi in totum renunciet conductioni. *Bartb. de Capu. ſingul. 65.* ¶ Conductor, qui ſcit, aliquid ſolitum evenire, non poteſt petere remiſſionem mercedis, & idem ſi culpa ſua evenit. *Borg. ibidem num. 33. 34. & 94.*

Cap. IV. Quando obtineri poſſit.

Conductor petens remiſſionem ex duabus cauſis, ſi unam probat, obtinet. *Bartol. in conſ. 193. vol. 1. in fin.* ¶ Conductor propter moleſtiam, & damna ſibi à militibus illata in rebus conductis, poteſt à conductione migrare, & mercedis conſequi remiſſionem, etiam ſi omnibus exceptionibus renunciaſſet. *Natt. conſ. 610.* ¶ Molitor ſi molendino non poſſit uti, qualem mercedis remiſſionem habere debeat, *vide Gail. obſerv. 23. n. 8. lib. 2.* ¶ Denunciatio ſterilitatis requiritur intra annum, ut remiſſio mercedis obtineatur, *vide Perilluſt. Domin. Præſ. Theſſau. deciſion. 108.*

Cap. V. Qui excuſetur à ſolutione penſionis, vel non.

Impeditus exigere vectigal locatum, non poteſt conveniri ad præſtationem penſionis, & ſi conductor ſuſceperit omnes caſus fortuitos, non cenſetur ſuſcepiſſe illos, qui facto locatoris proveniunt. *Menoch. conſil. 119. volum. 2. & conſil. 246. volum. 3.* ¶ Conductor excuſatur à ſolutione penſionis ob inſolitam ſiccitatem. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 80.* ¶ Conductor (ſi impeditur uſus rerum, propter quas principaliter fuit facta conductio) liberatur etiam à penſione rerum principaliter, & propter ſe non locatarum dato, quod uſus

earum ei non prohibeatur. *Natt.conſ.610.n 6.* ¶ Colonus denunciare debet domino illatam ſibi violentiam, & non excuſatur à ſolutione penſionis, cum de domo receſſit, nulla facta denuncitaione domino, *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 137.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Licet conductor, quando impeditur facto tertii teneatur denunciare, moleſtiam locatori, tamen hoc non procedit, quando impeditur re uti, facto ipſius locatoris, vel impedimentum eſt notorium. *Menoch. conſil. 110. libr. 2. vide conſil. 128. ibidem.* ¶ Locator tenetur præſtare conductori damnum datum in fructibus pendentibus, quod procedit etiam in fructibus à ſolo ſeparatis, nondom tamen exportatis. *Natt. conſil. 284.*

TITULUS CCCLXXV.

De cenſibus, & contractu cenſuali, & annuis præſtationibus.

Generalia.

MUlta alia de cenſibus, *vide per eundem Caſſan. ibid. per tot. tit.*

Cap. I. Cenſus : Reditus : penſio : Quis dicatur cenſus.

Cenſus dicitur, quando in poſſeſſorem translatum eſt dominium directum, & utile, ſed recognitionis cujuſdam cauſa, aliquid annuatim præſtatur. *Menoch. conſil. 291. numer. 5.* ¶ Principium cujuſlibet anni, in ſtipulatione annua inſpicitur, & ſtipulatio annua, quando ſit una, & quando plures, *vide Bartol. in l. 18. §. cum ſuus. ff. de ſtipul. ſervo.*

Cap. II. Qualis ſit : Quibus modis intelligatur.

Differentia eſt inter ſolutionem cenſus pro recognitione directi dominii, & ſolutionem cenſus, reſpectu pecuniæ receptæ. *Afflict. deciſ. 80.* ¶ Cenſus debiti ratione certorum jugerum terræ, moderantur ſecundum numerum jugerum, quando in eis eſt decepto. *Marc. quæſtion. 366.* ¶ Annui reditus inter immobilia computantur. *Guliel. libr. 2. obſerv. 10.* ¶ Et ſi ſolutio canonis individua dicatur, tamen volente domino ſit dividua, & tunc deficiente uno in ſolutione ipſius canonis, ejus pars ſolum efficitur caduca. *Hieronymus Magon. deciſion. Luc. 9.* ¶ Res cenſualis pro penſione præteriti temporis, remanet hypothecata, quando cenſus ſuper ea fuit conſtitutus, quo caſu res afficitur onere reali, quod onus ſequitur quemcunque poſſeſſorem, *Cravet. conſil. 217.* ¶ Annua præſtatio, quando ſequatur fundum poſſeſſum per tertium, *vide Caſſan. titul. des cenſes, Rub. 51. gloſſ. 4. §. 6.* ¶ Item eſt differentia inter contractum cenſualem, & emphyteuticarium, nam in contractu cenſuali transfertur dominium directum, & utile in recipientem, & nihil juris ſuper illa re remanet penes concedentem, & ex non ſolutione cenſus res non perditur, ſed compellitur cenſuarius ad ſolutionem, at in contractu emphyteuticario tranſit tantum dominium utile in emphyteutam directo remanente apud dominium. *Hartman. libr. 2. tit. de cenſib. cap. 1.* ¶ Cenſus ſunt in duplici differentia, alii enim ſunt parvi reditus, alii magni, ſed de utriuſque natura, & differentiis ipſorum, *vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtit. redit. art. 1. gloſſ. 17. Tom. 2.* ¶ Quæ differentiæ ſint inter contractum cenſualem, & emphyteuticarium, *vide Rebuff. ibid. num. 7. & 2. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des cenſes. Rub. 11. Natt. conſil. 3. Tom. 1. Cabal. milleloq. 815.* ¶ Licet annua publica præſtatio, cenſus tributum, idem ſint, hoc tamen eſt verum, quando debentur fiſco, ſed ſi privato, Eccleſiæ, vel Civitati, tunc eſt differentia, *vide Hartman. cap. 1. tit. de cenſibus, libr. 2.*

Quibus modis intelligatur.

Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua. *Bart. in l. 34. §. ſi quis autem. C. de donat.*

Cap. III. Quando dicatur ſolutum, & præſumatur.

Solutio cenſus trium annorum proximè præteritorum antequam reus conveniatur, facit præſumere ſolutionem in præteritum, non tamen trium annorum ſolutio per multum tempus, antequam debitor conveniatur. *Vincent. de Franciſc. deciſion. 137 vide Gaſp. Cabal. milleloq. 226. Borg. Caval. deciſ. 29. part. 2. vide Cravet. conſil. 313. Franc. Crem. ſing. 79. & 80. Dec. conſil. 650. num. 15.* ¶ Probans tres ſolutiones annales proximas, præſumitur in præteritum ſolviſſe, quod procedit, quando dictæ ſolutiones fuerunt factæ diverſis temporibus, ſecus vero ſi omnes uno contextu factæ fuiſſent. *Mynſing. obſerv. 39. cent. 5. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des cenſes Rub. 11. §. 5. gloſſ. 5. Pet. de Raven. ſingul. 21. vide Excell. P. Thiſſaur. deciſ. 114.* ¶ Qui tribus ſolvit annis proximè præteritis, tributum, aut cenſum præſumitur anteriori ſemper tempore ſolviſſe, & ipſa ſolutio triennalis, nedum inducit obligationem, liberationem, & quittationem pro omni tempore præterito, ſed etiam probat ſummam, & quantitatem reditus debiti talem fuiſſe, ſic ſummam ſolutam. *Boer. deciſ. 236. vide Capel. Thol. quæſt. 236. Franciſc. Marc. quæſtion. 587. Bartol. in l. 3. C. de Apoch. public. libr. 10.*

Cap. IV. Quando probetur, probet; & quæ probentur.

Solutio cenſus melius probatur per monumenta publica, quæ ſunt apud magiſtratum, quam per teſtes, *l. 10. ff. de probatio.* ¶ Non ſufficit producere inſtrumentum, quo quis ſe obligat ad certum cenſum, niſi probetur traditio rei, reſpectu cujus fuit facta promiſſio. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 2.* ¶ Quando venditor in inſtrumento venditionis, vendit aliquam rem emphyteuticariam, vel cenſualem cum expreſſo onere alicujus cenſus directi dominii, vel penſionis annuæ, per hujuſmodi confeſſionem, non probat cenſum, vel directum dominium. *Marc. quæſt. 614.* ¶ Per recognitiones jus transfertur in dominum, & ex illis probatur de dominio directo. *Cravet. conſil. 154. num. 5. vide tamen ſupra lib. 1. tit. de fide inſtrumen. Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtit. redit. art. 2. gloſſ. 1. Cravet. conſil. 57. D. Sol in ſuis comment. in antiq conſtit. gloſſ. 1. ſuper 1. part. decreti rempublicam. tit. de jure emphyteut.* ¶ Solutio canonis in contractu emphyteotico ſcripturam requirente, poteſt probari per teſtes. *Afflict. deciſion. 13. numer. 26.* cenſus ſolutio, quomodo probetur, *vide Hartman. cap. 4. titul. de cenſibus. libr. 2.* ¶ Ex præſtatione cenſus certo tempore facta, probatur quaſi poſſeſſio ſubjectionis, quando cenſus fuit præſtitus in ſignum ſubjectionis apertè, quia hoc fuit expreſſum, vel tacite, quia quo tempore alii ſubditi ibant ad certum locum, & cenſum ſolvebant, eo tempore, & loco, talis cenſus fuit ſolutus, *vide Hartman. cap. 3. tit. de cenſibus.* ¶ Liber monaſterii, dicens rem eſſe redditițiam, an probet, *vide Afflict. deciſion. 364. num. 7.*

Cap. V. Quando augeri, diminui, & fieri poſſit, vel non.

Diminutio cenſus ſoliti, ad modum conſuetum reducitur, reſcripto obtemo illicito non obſtante. *l. fin. C. ne rei dominicæ.* ¶ Si res augeatur, vel fructus, penſio non debet augeri. *Marc. q. 210. part. 2.* ¶ Si fuerit ſterilitas

Digitized by Google

ſterilitas in uno anno, debet diminui cenſus. *Caſſan. num. fin. tit. des cenſes rub. 11. §. 4. gloſſ. 2.* ¶ Obligatio annua ab initio, ad tempus contrahi poteſt. *Cabal. milleloq. 331.* ¶ Quot modis res fieri poſſit cenſualis, *vide Cravet. conſ. 217. num. 4.*

Quando conſtitui, emi, & exigi poſſit.

An annuus cenſus neceſſario conſtitui poſſit, & debeat ſuper certis rebus frugiferis, *Fach. libr. 2. cap. 44.* affirmat, *ex conſtit. Martini, & Caliſti extravag. de empt. & vend. Aretin. conſ. 151.* ¶ Promittens recognoſcere cenſum ſuper molendinis, cenſetur ipſa molendina obligare, & hypothecare. *Cravet. conſil. 20. num. 10.* ¶ Annuus reditus licitè de novo conſtitui poteſt, & emi, ſicut licet emere reditum annuum, ab antiquo jam conſtitutum, abſque labe uſurarum. *Natt. conſ. 341.* ¶ Qualiter conſtituatur hypotheca in annuis præſtationibus, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des cenſes Rub. 11. §. 4. gloſſ. 2. Ozaſc. deciſ. 50.* ¶ Cenſus conſtitutio, quæ in patria noſtra uſitatur, ad octo, vel minus pro centenario, an ſit licita, & quando per dominum cenſus ſit facienda penſionis remiſſio, *D. Gaſp. Theſſ. quaſt For. libr. 1. quaſt. 32.* ¶ Cenſus, an emi poſſint, & de bullis circa hunc contractum cenſualem, & alia ad materiam, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſion. 154.* ¶ Cenſus, & victualia menſurabilia, non exiguntur, niſi cum menſura loci, in quo debentur, *vide D. Sol. in dd. ſuis comment. fol. 49. ſuper antiq. conſtit. Sabaudiæ.*

Cap. VI. Actio, Quæ, cui & contra quem competat.

Pluribus rebus pro cenſu hypothecatis, & alienatis diverſis perſonis, creditor habet electionem agendi contra quemlibet poſſeſſorem inſolidum, pro conſequutione cenſus, nec tenetur dividere petitionem, & agere contra omnes poſſeſſores pro virili. *Gome. Leo. deciſ. 17. in deciſ. diverſo. Tom. 1. Jo. Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 4. vide tamen Franc. Marc. quaſt. 433. part. 2.* ¶ Pro ſolutione cenſus capiuntur fructus rei cenſualis poſſeſſæ ab alia. *Idem Papon. libr. 18. titul. 5. arreſt. 20.* tamen de jure actio perſonalis pro cenſu privati non ſequitur fundi poſſeſſorem; ſecus eſt in cenſu, & tributo Principis, poteſt tamen agi contra ipſum tertium poſſeſſorem ad recognoſcendum cenſum ipſum. *Guid. Papon. quaſt. 42. vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des cenſes, Rub. 11. §. 6. gloſſ. 5. num. 14.* ¶ Fiſcus, & Eccleſia poſſunt agere pro cenſu contra tertium poſſeſſorem. *Franc. Marc. quaſt. 549.* & habent electionem agendi contra ipſum, tertium poſſeſſorem, vel contra auctorem pro tempore præterito. *Idem Marc. quaſt. 550.* ¶ Res emphyteut. pro canone eſt obligata: de eo poſſeſſor poteſt conveniri hypothecaria. *Pet. de Rav. ſing. 183. Gaſp. Cabal. milleloq. 191.* ¶ Res emphyteutica ad quemcunque pervenerit, poteſt ille conveniri ad canonem ſolvendum: *Abb. conſ. 30. lib. 2.* ¶ Poſſeſſor novus convenitur pro decima præteriti temporis. *Thom. Minad. deciſ. 10.* ¶ Dominus directus non cogitur recipere cenſum à non comprehenſo; tamen poteſt agere pro cenſu, tam contra comprehenſum, quam contra poſſidentem. *Joſeph. Ludovic. Luc. 9. num. 22.*

Cap. VII. Cenſus, quando ſolvatur, vel non.

Emens fundum ea lege, ne ſolvat cenſum, tali pacto non excuſatur, quin ſolvere compellatur pro futuro, & præterito tempore. *l. 2. C. ſine cenſu, vel reliquis.* nam poſſeſſor rei emphyteuticæ poteſt conveniri hypothecaria pro cenſu præterito, non ſoluto ante alienationem. *Affl. deciſ. 95.* ¶ Stante ſtatuto, quod poſſidentes prædia ruſtica, vel urbana, quæ moventur de directo dominio alicujus, vel alicui ſunt hypothecata, aut obnoxia, teneantur ſolvere cenſum, ſive canonem illi, hypothecata ſunt, an primus creditor poſſidens rem ſecundo hypothecatam, vigore hujus ſtatuti conveniri poſſit à ſecundo creditore, *vide Ozaſc. deciſ. 59.* ¶ Emphyteuta canonem ſolvere per partes, non poteſt invito domino: ideo per diviſionem rei emphyteuticæ canonis ſolutio non dividitur, ſed quilibet ex dividentibus poterit inſolidum conveniri. *Affl. deciſ. 153. Borg. deciſion. 25. part. 2. numer. 26. & deciſion. 30. num. 118. ibidem.* ¶ Succeſſor particularis loci, quando certos reditus ſolvere teneatur, *vide Boer. deciſion. 66. Guid. Papon. quaſt. 576.* ¶ Conſenſus de qua moneta ſolvi debeat, *vide Sol. gloſſ. 8. ſuper d. decreto rempubl. part. 2. fol. 27. & ſupra libr. 1. titul. de augmento monet.* ¶ Si quis promittat ſolvere quolibet anno, utrum perinde habeatur, ac ſi diceretur, ſingulis annis, *vide Guid. Papon. ſingul. 389.* ¶ Emphyteuta tenetur cenſum ſolvere, quando rem ipſam vere poſſidet. *Capic. deciſ. 14. numer. 21. & 22.* ſed emens rem ſub cenſu annuali, an teneatur, ad cenſum, re perempta. *vide Papon. libr. 13. titul. 2. arreſt. fin.* ¶ Solvens aliquid annuatim, an poſſit compelli in futurum, *vide Bartol. in l. 6. §. non. ff. de offic. proconſul. Cabal. milleloq. 319.* & an ex hoc probetur emphyteuta, *vide Jaſ. de action. in §. præjudiciales, numer. 60.* ¶ Quando quis vellet cedere prædio ad evitandam ſolutionem cenſus, an & quando eſſet audiendus, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des mains mortes, Rub. 9. §. gloſſ. 2.* ¶ Emphyteuta, an poſſit particulariter ſolvere canonem. *vide Bartol. in l. 15. ff. de annuis leg.* ¶ Cenſus plurium annorum debet ſolvi ſecundum magis communem æſtimationem eorundem annorum reſpective, nec attendendus eſt valor rei major, qui minori tempore anni fuit. *Papon. libr. 13. titul. 2. arreſt. 12. & 13.* habemus in hac patria hac in re decretum antiq. tit. de cenſu. ſolutione, ſed pro intelligentia, *vide comment. D. Sol. ibidem.* ¶ Fallit ſi per interpellationem legitimam, debitor fuiſſet in mora conſtitutus. *ibidem d. arreſt. 13.* ¶ Cenſus quandoque ſolvitur in ſignum ſubjectionis, quandoque in ſignum perceptæ poteſtatis, interdum in ſignum præſtitæ libertatis, & quandoque præſtatur cenſus de re aliqua, & tunc ſi ruſticus aliquis certum cenſum quolibet anno ſolverit, an teneatur demonſtrare, & aſſignare rem cujus nomine talem cenſum ſolverit, *vide ibid. cap. 2.*

Vel non.

Canonem, vel cenſum non ſolvens per 40. ann. erit in hoc caſu præſcripta immunitas, & non tenetur impoſterum. *Grammat. deciſ. 100. numer. 21.* nam cenſus particularis præſtatio eſt præſcriptibilis. *Franc. Marc. quaſt. 352. num. 5. vide tamen Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg. tract. de conſtit. redit. art. 2. gloſſ. 1. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des cenſes, Rubr. 11. § 2. gloſſ. final.*

Quando debeatur.

Cenſus ſuper eadem re duobus dominis recognitus, ambobus debetur, ſecus in laudemio, *vide Joan. Papon. lib. 12. tit. 2. arreſt. 9.* ¶ An maritus ſoluto matrimonio teneatur annuos cenſus, quos mulier ſibi in dotem dederat reſtituere hæredibus uxoris. *Franc. Sarm. lib. 3. Selecl. interp. cap. 10.*

Cap. VIII. Quando peti poſſit, vel non.

Annua penſio ſuper furno aſſignata, furno minuto, nihilominus integra peti poteſt à conſtituente, ſeu à donante, etiamſi non promiſerit de evictione. *Guid. Papon. quaſt. 8.* ¶ Poſtquam dominus declaraverit voluntа-

Digitized by Google

luntatem ſuam, & expulit emphyteutam, poteſt adhuc penſionem petere præteriti temporis. *Cravet. conſ. 212. num. 9.*

Cap. IX. Qui teneantur recognoſcere, & ad cenſum.

Quando annua penſio imponitur ſuper re, quæ non eſt ſufficiens ad ſupportandam penſionem, promittens tenetur ſupplere ſuper alia. *Caſſan. rub. 11. §. 2. gloſſ. 1.* ¶ Emens rem ſub cenſu annuali, an teneantur ad cenſum re perempta, ſeu inutilis effecta, *vide Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. fin.* ¶ Condemnatus ad par caponum, ut majores conſueverunt, ſimpliciter cenſetur condemnatus, neque poteſt petere, ut oſtendatur de conſuetudine majorum. *Boer. deciſ. 16.* ¶ Domini plures cogi debent ad eligendum unum exactorem ad colligendum, & recipiendum cenſum, diſtribuendum deinde unicuique pro rata. *Idem Senat. Rub. decreti rem gl. 5. de jur. emphyt. n. 7.* ¶ Tertius poſſeſſor rei cenſualis tenetur illam recognoſcere, cum ſuo onere ab alio impoſito. *Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 18.* ¶ Condemnatus ad ſolvendum reditum annuum, tenetur ad recognoſcendum. *ibidem arreſt. 21.* ¶ Quando aliquid debetur domino directo reſpectu alicujus commoditatis, omnes ad illud tenentur, non obſtante præſcriptione, & unus de univerſitate, non poteſt recuſare illud ſolvere, ſi alii ſolvunt. *Cravet. conſ. 27.* ¶ Domo emphyteutica diruta, emphyteuta tenetur ad penſionem, quam præſtabat pro domo integra, & hoc ratione ſoli. *Natt. conſil. 377.* ¶ An dominus directus, vel emphyteuta teneatur indicare bona pro quibus canon, ſeu penſio ſolvitur, *vide Hieron. Magon. deciſ. 2. Rot. Floren.* ¶ Conventi ad ſolutionem cenſus obligantur oſtendere, quæ bona ſint cenſualia, alias bona præſumuntur affecta onere cenſus. *Crav. conſ. 217. num. fin. vide Hartm. cap. 2. tit. de cenſib. lib. 2.* ¶ Emphyteuta poteſt dominum cogere recipere penſionem pluribus annis, *Bartol. in l. 3. §. quod ſi ſervus. ff. de ſtatu. liberis.* ¶ Conſortes plures, qui à ſubditis exigunt cenſus minutos ratione feudi, an teneantur deputare unum exactorem, cui ſoli ſolvatur, *Gaſp. Theſ. qu. Foren lib. 1. quaſt 19.*

Vel non.

Cenſum non tenetur emphyteuta ferre, ad dominum extra locum, quamvis dominus alibi domicilium habeat. *ibid. n. fin. vide gloſſ. 1. ſuper 3. part. decreti, licet, num. 10. eod. tit. fol. 38.* ¶ Emphyteuta ſolvens canonem inſtitori de cujus mandato non conſtat, an ſit liberatus, diſtingue, ut per *Guid. d. qu. 173.*

Cap. X. Qua praſcribere poſſit, vel non.

Præſcriptio contra annuam præſtationem, eſt propria uniuſcujusque anni, ideo quot ſunt anni, tot ſunt præſcriptiones. *Mynſing. obſerv. 13. cent. 3.* quare in annuis præſtationibus nulla currit præſcriptio continua, *vide Andr. Gail. obſerv. 76. lib. 2.* quod procedit in legatis, ſecus in annuis præſtationibus debitis ex ſtipulatu, quibus ſpacio 30. ann. unica præſcriptione, nocet præſcriptio. *Hieron. Magon. deciſion. 95. Rot. Floren. vide Joan. Papon. lib. 12. titul. 3. arreſt. 5. & 1.* ¶ Cenſui, ſeu penſioni emphyteuticæ, quanto tempore præſcribatur, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 114. & deciſion. 179.* ¶ Præſcriptio ſuper annuo reditu non incipit currere, niſi ab eo tempore, quo ceſſatum eſt in ſolutione. *Caſſan. titul. des cenſes. rubr. 11. gloſſ. 1. §. 2. num. 43.* ¶ Præſcriptio adverſus ſolutionem cenſus inducitur ſpacio 40. ann. ſeu ex ceſſatione per illud tempus, nec in hoc caſu tenetur poſſeſſor probare negativam videlicet, quod non ſolverit, ſed debet agens probare affirmativam. *Crav. conſ. 57.*

Vel non.

Res hypothecata pro annua præſtatione, non poteſt proſcribi per tertium poſſeſſorem poſſidentem cum titulo, & bona fide per ann. 30. ſi interim præſtabatur ipſa penſio per principalem conſtituentem, vel ejus hæredem. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des cenſes, Rub. 11. §. 2. gloſſ. 1. num. 36.*

Cap. XI. Qui effectus producantur.

An vaſallus feudi amiſſione, ſeu privatione dignus ſit; ſi annuum cenſum, domino ceſſaverit præſtare, *Fach. lib. 7. cap. 78.* negat, *cap. licet ſi de feudo controv. fuerit inter domin & agnat. Menoch. conſ. 9. num. 33. lib. 3.* ¶ Habens reditum, non dicitur dominus directus: ideo non habet privilegia, quæ habet dominus cenſus. *Caſſan. ibidem num. 6 gloſſ. 4.* ¶ Dominus recipiendo ſolutionem præteriti temporis cenſus, ſibi præjudicat in pœna commiſſi, niſi contrarium fuerit proteſtatus, *Franc. Marc. quaſt. 613.* ¶ Dominus ſibi non præjudicat in cenſu ſe non opponendo ſubhaſtationibus, quibus res cenſualis alienatur, nam intelligitur ſemper alienata cum ſuo onere. *Pap. libr. 13. tit 2. arreſt. 26.* ¶ Canon, cenſus & penſio, quid ſint, & cenſus ſolutio nullam arguit juriſdictionem, nec perſonæ ſubjectionem, *vide Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 5. ſuper rubrica decreti, rem publ. titul. de jure emphyteu. fol. 11.* ¶ Solvens pro alio penſionem publicam, dominus rei non efficitur. *l. 25. C. de rei vend. vide l. 46. ff. de acq. rer. dom.* ¶ Non ſolvens cenſum, non privatur jure ſuo, ſicut emphyteuta. *Cabal. Milleloq. 814. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtient. reg. tract. de conſtit. redit. art. 1. gloſſ. 17 num. 7.* nec alienando. *Capic. deciſ. 103. num. fin.* ¶ Pater cenſuarius, filios cenſum debere ſcribens, non præjudicat ſibi. *l. 8. C. de donat.* ¶ Præſtatio longa operatur, ut omnia ſolemniter acta præſumantur. *Marc. quaſt. 557. num. 4.* ¶ Per contractum cenſualem transfertur omne jus in eum, cui ſit conceſſio, ſed per albergamentum, ſeu emphyteuſim perpetuam non, ſed ſolum utile dominium. *Cravet. conſil. 20. vide Borg. Caval. deciſ. 29. num. 52. part. 2.* ¶ Solutio cenſus facta per alium tertium, etiam proprio nomine prodeſt vero emphyteutæ. *Dec. conſil. 650. num. 16.* ſed an extraneus ſolvere poſſit domino recuſanti, *vide per Cabal. Milleloq. 228.* ¶ Cenſus ſolutio nullam arguit juriſdictionem, nec perſonæ ſubjectionem. *D. Sol in ſuis comment. in antiq. conſtit. gl. 5. ſuper decreto rempub. tit. de jure emphyten.* tamen contractus emphyteuticus arguitur ex ſolutione affictus, *Dec. conſil. 303. numer. 22.* ¶ Allegato titulo probata annua præſtatione, quæ præſumtio inſurgat. *Cabal. Milleloq. 593.* ¶ Pater non ſolvendo canonem præjudicat filio in re emphyteutica, *vide Bart. in conſil. 55. num. fin. volum. 1. & conſ. 60. num. fin. & inſra tit. prox.* ¶ Emphyteutæ, qui rem ſterilem fecit fertilem, non debet augeri penſio. *Boer. deciſ. 50.*

Cap. XII. Remiſſio mercedis, penſionis, quando ſit, vel non.

Propter bellum ſit remiſſio canonis. *Guid. Papon. qu. 171. num. fin. vide Gaſp. Cabal. Milleloq. 227.* ¶ Remiſſio mercedis, an fiat in contractu emphyteutico, *vide Pet. Beuinten. deciſ. 6.* ¶ Licet emphyteutæ non fiat diminutio mercedis ob ſterilitatem, ſive modica, ſive magna penſio ſolvatur, uno tamen caſu ſit, nempe quando propter bellum non potuit fundus coli, nec aliquid ex eo percipi. *Natt. conſ. 49. Tom. 1. & conſ. 154. Tom. 2. Auguſt. Bero. qu. 125. Bart. in l. 21. §. quod ex naufragio, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Vel non.

Propter ſterilitatem non ſit remiſſio emphyteutæ, vel cenſuario, *vide Cab. Millel. 227.* ¶ Regulariter emphyteutæ

non

non ſit remiſſio, quia non præſtat canonem conſideratione fructuum, ſed in recognitionem dominii. *Gom. Leo. deciſ. 67. in deciſ. diverſ. vide Bartol. in l. 3. C. de fund. patrim. lib. 11.* ¶ Fallit, quando emphyteuta penſionem ſolveret ratione & conſideratione fructuum, nam eo caſu propter bellum, inundationem & ſimilia, ſit remiſſio. *ibid. Gom. 2.*

Cap. XIII. Res, contractus cenſualis, quis dicatur.

Cenſus ubi ſolvitur annuus pro terris feudalibus, ipſæ terræ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ, ſed ſimpliciter cenſuales habentes propriam naturam ſeparatam, ideo poſſunt alienari pro francis. *Capic. deciſ. 103.* ¶ Quando contractus debeat judicari cenſualis, & quando emphyteuticarius, *vide Natt. conſ. 3. Tom. 1.* ¶ Contractus cenſualis dicitur, quando in contractu exprimitur, quod contrahens poſſit diſponere, prout de re ſua propria. *Cravet. conſil. 20. num. fin.* ¶ Cenſus ubi ſolvitur annuus, pro terris feudalibus, ipſæ terræ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ, ſed ſimpliciter cenſuales habentes naturam ſeparatam, ideo poſſunt alienari irrequiſito domino, nec irritatur alienatio. *Capic. deciſ. 103.*

Cap. XIV. Præſumatur.

An cenſualis res in dubio potius, quam emphyteuticaria præſumatur, *vide Creſcent. deciſ. 3. alias 242. tit. de præſumpt.* an ſit emphyteuticus contractus, vel cenſualis ex multis dignoſcitur, *vide Cravet. conſ. 20. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. q. 1. & 2.* ¶ Feudalis res non conceſſa in feudo, de qua præſtatur annua penſio in dubio an ſit præſumenda emphyteutica. vel cenſualis, *vide Afflict. deciſ. 129. num. 4. & 8.* ¶ Contractus, in quo conceditur res, ad annuum reditum, videtur præſumendus potius cenſualis, ſeu emphyteuticarius, quam feudalis. *Gram. deciſ. 77.*

Cap. XV. Quando non ſit locus caducitati.

In contractu cenſuali non eſt locus caducitati ob canonem non ſolutum, ſed quando in dubio præſumatur cenſualis, *vide Myns. obſervat. 65. cent. 3. Hippol. de Marſ. ſing. 95. Auguſt. Bero. quæſt. 14 Natt. conſ. 3.* ¶ Quod in contractu cenſuali non ſit locus caducitati, ſcribit *Borg. deciſ. 16. de contract. num. 91.* ob non ſolutam penſionem, *Guhel. Caſſad. deciſ. 2. tit. de jurejur.* ſed quid ſi intervenerit juramentum, *vid. ibid. Caſſad.* tiam tunc ſolutione cenſus, non facta cenſuarius privatur jure ſuo. *Rol. conſil. 6. num. 41. vol. 1.*

Cap. XVI. Quibus modis valeat, vel non.

Contractus cenſualis valet, ſi cenſus conſtituatur ſub re certa, licet in camera imperiali contratium obſervetur. *Gail. obſerv. 7. num. 11. lib. 2.* ¶ Ex conſtitutione imperii, emptionis redituum ad rationem viginti pro uno floreno approbantur, & quid ſupra eam penſionem accipitur, tanquam uſurarium rejicitur. *Guhel. obſervat. 9. lib. 2.* ¶ Contractus cenſus & fictus perpetui, valet usque ad [illegible]to pro centenario. *Borg. Caval. deciſ. 13. de contract. [illegible]. 2. num. 39. vide tamen Andr. Gail. obſ. 7. lib. 2. n. 14.* [illegible] ſcribit non licere accipere ultra quinque pro centen[illegible]rio, ut quis ſit tutus in conſcientia, & eſt contractus licitus à jure approbatus. *Andr. Gail. obſerv. 7. libr. 2. Afflict. deciſ. 397. Marc. quæſt. 2. part. 2.* ¶ Emptio redituum ad vitam valet, quia vita hominia eſt incerta, & incertitudo facit licitum, quod alias eſſet illicitum. *And. Gail obſerv. 8. lib. 2.* ¶ Emptiones cenſuum, ſeu redituum annuorum, tam conſtitutorum ab antiquo, quam de novo conſtituendorum valent. *Ozaſ. deciſ. 95. num. 7. Marc. quæſt. 21 part. 2.* & etiam de jure pontificio ſunt approbatæ. *Rebuff. in ſuis comment Tom. 2. tractat. de conſtitu. reditu. gloſſ. 1.* ¶ Solutio cenſus erronea eſt, ſi conſtet de proprietate ſolventis, neque nocet. *Afflict. deciſ. 83. num. 10.* ¶ Argumentum non valet de emphyteuſi ad cenſum, & econtra. *Gaſp. Cabal. milleloq. 178.*

Cap. XVII. Contractus uſurarius, qui ſit.

Contractus uſurarius eſt, ſi pecunia ſoluta pro conſtitutione cenſus, ab emptore infra certum tempus exigi poſſit. *Gail. d. obſerv. 7. num. 14.* licet ſit in poteſtate venditoris ſolvere ſortem, & ſe liberare à præſtatione cenſus, & non valet pactum in contrarium. *Andr. Gail. obſerv. 9. lib. 2.*

Cap. XXVIII. Miſcellanea.

De intellectu *l. cum in rem verſo. ff. de uſuris, vide per Cabal. milleloq. 320.* ¶ An & quando acquiratur annua præſtatio ex temporis diuturnitate, *vide Rebuff. infra.* ¶ Poſſunt contrahentes facere, ut dominus non habeat rem cenſualem jure prælationis, puta ſi vendatur res inter eos, ſi dominus laudaverit. *Rebuff. titul. Des cenſes, Rub. 11. §. 1. gloſſ. 4.*

TITULUS CCCLXXVI.

De jure emphyteutico.

Generalia.

De materia emphyteuſis, *vide in § adeo autem. inſtit. de locat. & conduct. & ibid. gloſſ.* ¶ De penſione & canone, qui ſolvitur pro re emphyteutica, *vide ſupra titul. prox. de cenſibus, &c.* ¶ De emphyteuſi Eccleſiæ, *vide in prima parte titul. de bonis emphyteuticis Eccleſ.* ¶ De caducitate, & commiſſo rei emphyteuticæ, *vide infra, titul. prox. ſeq.* ¶ Julius clarus ſcripſit amplum tractatum de jure emphyteutico, *ut in ſua pract. §. emphyteuſis*, & pariter Illuſt. Senator Sol. *in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Saband. titul. de jure emphyt.* late ſcripſit de hac materia juris emphyteutici, quem omnino videbis pro intelligentia & cognitione univerſæ materiæ.

Cap. I. Emphyteuſis, contractus emphyteuticus, quis dicatur.

Res quando traditur ſub annuo cenſu, vel penſione, an contractus cenſeatur cenſualis, vel emphyteuticarius, *vide Marc. quæſt. 553. Borg. deciſ. 30. num. 103. part. 2. Cravet. conſil. 120. Natt. conſil. 3. ſupra tit. prox. de cenſibus, &c. Clar. in ſua pract. emphyteuſis.* ¶ Emphyteuſis dicitur, quando rei dominus eam alteri concedit, transferendo in eum utile dominium, & retinendo in ſe directum, cujus cauſa ille emphyteuta quotannis, certam penſionem perſolvit. *Menoch. conſil. 291. num. 6. lib. 3.* ¶ Libellus ſeu contractus libellarius proprie dicitur, quando vaſallus, vel emphyteuta concedit alteri pro annua penſione prædium, quod ipſe habuerat ab alio, in feudum, vel emphyteuſim, & ſic quando concedens non eſt dominus directus. *Menoch. ibid. num. 7.* ¶ Feudum conceſſum ſub annuo reditu, non eſt feudum, ſed contractus emphyteuticarius, & talis contractus præſumendus eſt, non obſtantibus verbis conceſſionis in feudum, ex quo dicta verba impropriari debent. *Gram. deciſ. 77.*

Cap. II. Qualis ſit.

Contractus emphyteuticus habet tacitam hypothecam, *Fel. conſil. 25. num. 9.* ¶ Contractus libelli, & emphyteuſis in effectu non differunt. *Dec. conſil. 146.* ¶ Ager vectigalis, & ager emphyteuticarius non ſunt ſynonima, nec convertuntur. *Cabal. milleloq. 174* ¶ Emphyteuticus contractus dupliciter & proprie accipitur. *Cabal milleq. 175.* ¶ Arg. non valet de emphyteuſi ad cenſum, & econtra. *Cabal. milleloq. 178.* ¶ Emphyteuticus contractus non eſt bonæ fidei. *Capic. deciſ. 14. num. 22.*

Cap. III. Quæ præſumantur.

Emphyteuta probans tres continuas ſolutiones ultimorum trium annorum, præſumitur ſemper retro ſolviſſe, niſi illæ ſolutiones eſſent factæ per viam depoſiti, contradicente ex aliqua cauſa domino directo. *Borg. deciſ. 29. part. 2. num. 42. vide ſupra titul. prox. de cenſibus, &c. Dec. conſil. 550. num. 15.* ¶ Emphyteuta ſi decem annis ſolvat canonem, an talis præſtatio ſufficiat domino ad probandom eum ſuum emphyteutam, *vide Jaſ. de actio. in §. præjudiciales. num. 61.* quod ex ſolutione affictus, arguatur contractus emphyteuticus, *ſcribit Dec. conſil. 303. num. 21.* ¶ Emphyteuta ſolvens fictum, uti emphyteuta perpetuus per ann. 40. & ultra, præſumitur rite inveſtitus, & præceſſiſſe, quæ præcedere debent. *Borg. Caval. deciſ. 29. num. 4. part. 2.* ſed limita, *ut ibid. num. 15.* ¶ Contractus præſumitur eſſe emphyteuticus, ſi locatio eſt perpetua, & penſio parva, & etiam ex qualitate pactorum, nec non ex conſuetudine penſionis, & communi uſu loquendi, alias præſumitur eſſe contractus locationis, ſi penſio correſpondet fructibus. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera C. ſingul. contractus.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

An emphyteuſis conceſſa alicui, & filiis ſuis veniant fœminæ. *Fach. libr. 8. cap. 95. affirmat. §. emphyteuſim. authent. de non alien. reb. eccleſ.* ¶ An emphyteuſim non eccleſiaſticam, ſi quis ſtipuletur filiis ſuis, etiam filiis naturalibus ſtipulatus videatur. *ibid. cap. 98. affirmat. leg. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad S. C. Trebell.* ¶ Verba in inveſtitura poſita, & quibus dederit, quid importent, *vide Dec. conſil. 171.* ¶ In emphyteuſi primum dominum eſſe attendendum, & illi ſoli laudemium deberi, *ſcribit Cabal. milleloq. 179.* ¶ In contractibus emphyteuticariis conſuetudo maxime dominatur. *Guid. Pap. ſingul. 594. Hippol. ſingul. 425.* ¶ Stipulatio patris ſtipulantis rem in emphyteuſim pro ſe, & filiis, intelligitur ordine ſucceſſivo; ſecus in matre, & filia. *Jacob. Put. deciſ. 289. lib. 2.* ¶ Bona emphyteutica judicantur abſolute, ut hæreditaria, quando eſt data facultas alienandi; ſed quando intelligatur data hæc facultas, *vide Menoch. d. conſil. 216.* ¶ Recepta pro ſe, & hæredibus ſuis, intelligitur de hæredibus ſanguinis. *Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 30. vide num. 98.* ¶ Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis, & deſcendentibus, quomodo interpretetur, *vide Hieron. Magon. deciſ. 7. Luc.*

Probatur.

Dominium directum, an probetur ex recognitione, & an ex ea transferatur, *vide Guid. Pap. quæſt 272. ſupra titul. præced. de cenſibus, &c. Cravet. conſil 154. Rebuff. in in ſuis commentariis. Tom. 2. de recognit. redit. art. 2.* an ſint neceſſariæ duæ recognitiones, *vide Rebuff. ibid. num. 8. Bartol. in l. 14. ff. de adimen. legat.* ¶ Aſſertio venditoris, rem ſe moveri de directo dominio talis domini, facta in inſtrumento venditionis, non probat ipſum directum dominium. *Guid. Pap. quæſt. 24. Franc. Marc. quæſt. 614. Joan. Papon. lib. 13. titul. 2. arreſt. 19.* ¶ Illa ſolummodo dicuntur allodialia, quæ à nomine recognoſcuntur, niſi à Deo. *Guid. Pap. quæſt. 112.* ¶ Quando agitur contra tertium, ut recognoſcat rem ſub certo cenſu impoſito per alium, cui tertius non fuit hæres, minus ab eo cauſam habet, non ſufficit ad victoriam productio inſtrumenti recognitionis, niſi probetur de jure recognoſcentis, vel de præſtatione dicti cenſus in vim ipſius recognitionis. *Cravet. conſil. 57. D. Sol. in ſuis commentariis. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ. gloſſ. 1. ſuper 1. part. decreti. rempubl. titul. de jure emphyteut.* ¶ Quid ſi amiſerit inſtrumenta ſuarum inveſtiturarum, & an ex diutina præſtatione canonis emphyteutici probetur, qood præceſſit conceſſio in emphyteuſim, *Jaſon. de actio. §. præjudiciales. num. 62.* ¶ Si dominus agat contra emphyteotam, & is neget ſe emphyteutam, quis probare debeat, *vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de recognitio. reditu. Tom. 2. art. 2. gloſſ. 1. num. 12.*

Cap. V. Quæ requirantur.

Scriptura an ſit de eſſentia contractus emphyteutici, ita ut ea deficiente talis contractus, nec per teſtes probari poſſit. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 331.* ¶ De contractu emphyteutico, & ejus diſſolutione, & an in eo ſcriptura requiratur, *vide Ozaſc. deciſ. Pedem. 53. Afflict. deciſ. 72.* qui tenet affirmativam. *Cravet. conſil. 112. num. 8.* quod de ſubſtantia emphyteuſis, non requiratur ſcriptura, tradit *Cabal. milleloq. 177. vide Bartol. in l. 45. §. quod autem. ff. de jure fiſc.* ¶ Conſuetudo res feudales redditias alienare concedens irrequiſito domino, quæ requirat, *vide Afflict ibid. num. 13.* ¶ Bulla Juliana habet etiam locum in contractu emphyteutico, ut canon non excedat ſeptem pro centenario, *vide deciſ. 94. Rot. Aven. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Emphyteuſis, quæ conceditur, cujus ſummæ requirat ingreſſum, *vide Afflict. deciſ. 72. n. 4.* emphyteutica penſio excedens in annis 25. valorem prædii emphyteutici, an retractari debeat, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 120.* ¶ Emphyteuſis conceſſa alicui pro filiis & hæredibus, quando requirat concurſum utriusque qualitatis, & quando dicatur hæreditaria emphyteuſis, *vide Mago. deciſ. 117. Rot. Flor.* ¶ Conſenſus domini non requiritur in venditione rei emphyteuticæ neceſſaria, puta in adjudicatione, & in ſolutum datione per judicem facta creditori, ſalvo jure canonis. *Capic. deciſ. 99 num. 3. & 9.*

Quæ veniant.

In contractu emphyteutico appellatione filiorum, veniunt fœminæ. *Dec. conſ. 171. num. 4.*

Cap. VI. Quando acquiratur.

Emphyteutæ quæritur alia poſſeſſio, cum emphyteuſis conceditur ſibi ab eo, qui civiliter tantum poſſidet. *Bartol. in l. 21. §. qui alienam. ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Si maritus receperit emphyteuſim pro ſe, & uxore, utrique pro dimidia acquiritur, & maritus renunciando, illi præjudicare non poteſt, dummodo uxor ratam habuerit acquiſitionem: ſed quando videatur ratificaſſe, *vide Dec. conſil. 58.* ¶ Conceſſio in emphyteuſi pluribus facta & conceſſa, unicuique acquiritur pro virili parte. *Dec. conſ. 327.*

Retineatur.

Si pater accipiat emphyteuſim pro ſe & filiis, poſt mortem patris à domino rei videntur filii accipere. *Bartol in l. 31. ff. de donatio.* ¶ Eccleſia, an pro ſe retinere poſſit emphyteuſim ad ſe reverſam, propter lineam finitam, *vide Petr. Beninten. deciſ. 19.* ¶ Filius, qui renunciavit hæreditati paternæ, non poteſt emphyteuſim retinere, ſi eſt accepta pro ſe, filiiſque ſuis, & hæredibus; ſecus ſi pro ſe, & filiis. *Bart. in l. 7. ff. de oper. liber. §. 1. n. 7.*

Cap. VII. Quando ſit locus juri accreſcendi.

Emphyteuſis recepta à patre pro ſe, & filiis, & nepotibus, uno filiorum decedente ſine filiis, accreſcit alteri. *Bart. conſil. 58.* etiam poſt factam diviſionem, & quittationem ipſius rei emphyteuticæ. *Bart. ibid.* ¶ Emphyteuſi conceſſa & recepta pro ſe, & eorum cujuscunque filiis, non eſt juri accreſcendi inter plures recipientes, & principaliter inveſtitos, quemadmodum eſſet inter eorum filios, propter dictionem, cujuscunque, diſtributivam. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 8.* ¶ Quando inter plures emphyteoticos habeat locum jus accreſcendi, *vide Dec. conſ. 262. & conſ. 327.* ¶ Emphyteuſis ab uno recepta, & ab eodem veluti à fonte

ad

ad alios derivata, ſi dividatur inter eos pars unius deficiens non accreſcit alteri, niſi per lineam finitam illius. *Magon. deciſ. 62. Rot. Flor.*

Cap. VIII. Qui admitti, & ſuccedere poſſit.

Emphyteuſis, quando non eſt hæreditaria, an ad illam admittatur proximior primi inveſtiti, vel ultimi morientis, *vide Joſeph. d deciſ. 29. num. 35.* ¶ Fœmina ab emphyteuſi eccleſiaſtica ſemel excluſa, an admittatur iterato. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 95.* ¶ Emphyteuſis recepta pro ſe, filiis, & nepotibus, nepotes non concepti admittuntur ad eam. *Bart. in l. 8. ff. de ſuis. & legit. hæred.* ¶ Quando emphyteota vendit ſua melioramenta cum conſenſu domini, poteſt alterari diſpoſitio primæ inveſtituræ, & ex hac ſecunda conceſſione poteſt admitti fœmina excluſa ex tenore primæ inveſtituræ. *Magon. deciſ. Luc. 14.* ¶ Filius ad emphyteuſim acquiſitam pro ſe, & liberis, admittitur repudiata patris hæreditate. *Ozaſ. deciſ. 162. num. 7.* idem in acquiſita per patrem pro ſe, & filiis. *Andr. Gail. obſerv. 128. lib. 2. num. 18. vide Bart. in l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Nepos ad emphyteuſim eccleſiaſticam admittitur virtute contractus, licet neque natus, neque conceptus eſſet tempore contractus, non obſtante patris repudiatione. *Marc. quæſt. 104. part. 2.* ¶ Emphyteuſi conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, nepos ſubintrat locum patris ſui, & una cum patruis admittitur. *Idem Magon. deciſ. 19. Luc.* ſed quid in emphyteuſi eccleſiaſtica, *vide ibidem.*

Vel non.

Emphyteuſi recepta pro ſe, & deſcendentibus maſculis, in illa non venit nepos ex filia, nec pronepos ex nepte ex filio. *Cabal. milleloq. 104.* an filia comprehenditur, *vide Dec. conſil. 320.* ¶ Prohibita alienatione emphyteuſis in perſonas prohibitas, non admittuntur milites, mulieres, Eccleſiæ & pauperes. *Gom. Leo. deciſ. 56. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Contra recognitionem, quis non poteſt admitti ad contrarium probandum, neque ejus hæres. *Jacob. Put. deciſ. 225. lib. 2.* ¶ Emphyteuſis accepta pro ſe, ſuiſque filiis legitimis, maſculis & fœminis, pertinet ad fœminas, ſicut ad maſculos, niſi conſuetudine, vel ſtatuto aliter caveatur, quia tunc admittuntur ordine ſucceſſivo, *Barc. in l. 7. de op. libert. n. 5. & in conſ. 60. vol. 1.* ¶ Fœminæ excluduntur in emphyteuſi conceſſa alteri fœminæ pro ſe, & filiis; ſecus ſi eſſet conceſſa maſculo. *Benint. deciſ. 52.*

Cap. IX. Quando ſuccedi poſſit.

Filii inæqualiter à patre inſtituti, vel hæreditatem etiam juramento repudiantes, æqualiter ſuccedunt in emphyteuſi, patri conceſſa pro ſe, & filiis & nepotibus; ſecus ſi ſimpliciter repudiaverint bona: quia appellatione bonorum, venit etiam emphyteuſis. *Petr. Gerar. ſingul. 89.* ¶ Neptis ex filio, dicitur ex linea maſculina, inde ſi quis acceperit fundum emphyteuticum pro ſe, & ſuis hæredibus deſcendentibus per virilem ſexum, ad talem fundum ipſa neptis cenſetur vocata; ſecus eſt in maſculo ex filia, *vide Hippol. de Mar. ſing. 33.* ¶ In emphyteuſi accepta pro ſe, filiis & hæredibus, quis non ſuccedit, niſi ſit hæres, & is quidem univerſalis, nec ſufficit eſſe hæres inſtitutus in re certa. *Menoch. conſil. 194. lib 2.* ¶ Filii poſſunt acceptata emphyteuſi patri pro ſe & liberis data, hæreditatem repudiare, ſed filia dotata excluſa ab hæreditate paterna per filium, an in emphyteuſi ſuccedat, *vide Mann. in ſuo ſpec. in repet. l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. fol. 627.*

Cap. X. Quando concedi poſſit.

Emphyteuſis poteſt concedi cum pactis fidelitatis, etiam ex intervallo factis, & erit contractus emphyteuticus. *Bart. conſil. 161. volum. 1.* ¶ Magiſter redituum Principis etiam exiſtentibus aliis collegis, poteſt ſolus & abſque interventu aliorum, concedere in emphyteuſim prædia Principis. *Natt. conſil. 428.* ¶ Emphyteutica res concedi poteſt poſt mortem primorum conductorum, etiam durante vita ipſorum. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 63.* ¶ Emphyteuſis conceſſa pro ſe & filiis, intelligitur conceſſa pro maſculis tantum. *Joſeph. Lud. dec. Luc. 29. n. 16 24. & 34.* quod procedit in dubio. *Boer. conſil. 10. num. 11.* & tunc illis non poteſt fieri præjudicium. *idem Ludov. deciſ. Luc. 48. num. 34.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo, quando poſſint concedi in emphyteuſim, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 64.* ¶ Emphyteuſis quando poſſit aliis concedi per auctorem in præjudicium aliorum vocatorum, *vide eundem deciſ. Luc. 66.* ¶ In antiqua emphyteuſi non poteſt pater præjudicare vocatis: quia licet jus ſit quæſitum in ſpe, non poteſt tamen ab eis tolli, & non conſideratur diligentia acquirentis, niſi concurreret gratia concedentis. *Joſeph. ibid. numer. 10.* ¶ Conceſſionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſſio intuitu patris, vel filiorum, etiam in conceſſione nova. *ibid. num. 9.* ¶ Emphyteuſis ſimpliciter patri conceſſa ſine filiorum mentione, cenſetur pro ſe & filiis (non ut hæredibus) conceſſa, ita ut illis præjudicare non poſſit alienando. *Paul. Æmil. deciſ. 302. part. 1.* ¶ Emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis & hæredibus, in dubio videtur recepta pro deſcendentibus omnibus in infinitum, *vide Dec. conſil. 411. volum. 2.* ¶ Emphyteuta primus non poteſt dare in emphyteuſim, & locare ad longum tempus ſecundo emphyteutæ irrequiſito domino directo, conſuetudine, aut ſtatuto non exiſtente, alias cadit à jure ſuo. *Borg. deciſ. 30. part. 2. num. 111.* ¶ Conceſſio ad libellum facta pro ſe, filiis & hæredibus ab alio, quam ab Eccleſia, dicitur comprehendere etiam hæredes extraneos. *Menoch. conſil. 216. lib. 3.* ¶ Emphyteuſis pluribus immediate conceſſa pro virilibus portionibus intelligitur conceſſa, tam reſpectu acquiſitionis utilis dominii, quam canonis ſolutionis. *Hieronym. Magon. deciſ. Luc. 9.* ¶ Emphyteota, non poteſt irrequiſito domino, & ſine ipſius conſenſu, rem in emphyteuſim alteri concedere. *Specul. titul. de locat. quæſt. 125. Jaſ. in l. fin. num. 110. Cod. de jure emphyt. Jul. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. quæſt. 20.*

Cap. XI. Quando fieri, recipi, retineri poſſit, vel non.

Contractus emphyteuticus, quando & ex quibus præſumatur factus in fraudem juris congrui, *vide Afflict. deciſ. 72.*

Vel non.

Emphyteuſis rei propriæ fieri non poteſt, neque præjudicat domino rei, ſcienti, vel ignoranti, & ipſam rem propriam in emphyteuſim recognoſcenti. *Natt. conſil. 26. Tom. 1. vide Bartol. in l. 28. num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Recipi.

Emphyteuſis poteſt per patrem recipi, pro ſe & filio ſpurio, & ejus hæredibus, *Afflict. deciſ. 99.* ſed iſta emphyteuſis imputabitur in alimentis debitis ſpurio. *Afflict. ibid.*

Retineri.

Quando emphyteuſis propter generationem finitam, reverſa eſt ad dominum, deſcendentes ipſius emphyteutæ, poſſunt petere rem emphyteuticam ſibi confirmari & renovari, & domino recuſante, poſſunt appellare ad ſuperiorem. *Idem Hippol. ſingul. 416. Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſtiva. Afflict. deciſ. 238.* & tunc non requiritur, quod deſcendentes ſint hæredes ejus, in cujus perſona emphyteuſis fuit finita, *Dec. conſ. 78.* ¶ Conceſſio in emphyteuſim finita, quando debeat renovari, & ſolutio cenſus facta poſt tempus finitum, an habeat vim renovationis, & quanto tempore finia-

finiatur jus petendi renovationem, *vide Dec. conſil. 328. & 329.* ¶ Quando renovatio emphyteuſis intelligatur facta cum ſua cauſa, & ſecundum naturam primæ conceſſionis, *vide Hieron. Magon. decıſ. Luc. 14.* ¶ Renovatio facta uni comprehenſorum in inveſtitura emphyteuſis, aliis prodeſt. *Magon. decıſ. 117 Rot. Floren. num. 41.* ¶ Dominus directus poteſt petere renovationem recognitionis, quatuor in caſibus, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des cenſes. §. 6. gloſſ. 5. num. 14.*

Cap. XII. Ad quos transferatur, tranſeat.

Emphyteuſis accepta pro ſe, & filiis & hæredibus, ad filios tranſit, ſi ſint hæredes, ſaltem in una parte, & non aliter: ſed ſi ſuit dictum pro hæredibus maſculis, non requiritur, quod ſint hæredes, dummodo ſint maſculi. *Franc. Crement. ſingul. 15.* ¶ Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & hæredibus, tranſit ad hæredes extraneos. *Vincent. de Franc. decıſ. 235. part. 2.* ¶ Emphyteuſis conceſſa mihi & ſucceſſoribus quibuscunque, tranſit ad hæredes, etiam extraneos. *Afflict. decıſ. 386. num. 5.* ¶ Quando ſuit acceptata & conceſſa pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus quibuscunque, tunc tranſit in extraneos hæredes, *Rolan. conſil. 96. volum. 1.* ¶ Emphyteuſis proprie non dicitur, ubicunque canon fructibus reſpondet; ſed potius locatio judicatur. *Ozaſ. dict. decıſ 53. num. 8.* ¶ Emphyteuſi accepta pro ſe & filiis, quando tranſit ad filios, non ut hæredes, ſpectat ipſa emphyteuſis ad omnes æqualiter, non pro hæreditariis portionibus. *Bortol. in l. 26. §. libertus. ff. de condict. indeb. num. 34. vide eundem Bartol. in l. 7. §. 1. ff. de oper. lib.*

Vel non.

Emphyteuſis non poteſt transferri in Eccleſiam: quia debet transferri in perſonam ejusdem conditionis. *Gaſp. Cabal. milleloq. 164.* ¶ Emphyteuſis conceſſa minus ſolemniter pro ſe & hæredibus, non tranſit ad hæredes extraneos. *Afflict. decıſ. 110.* ¶ Habens fundum ſterilem in emphyteuſi, ſi ſua cultura faciat eum meliorem, an poſſit illum tranſmittere ad hæredes extraneos, licet hoc in inſtrumento non dicatur, *vide Bart. in l. 7. C. de omni agro deſerto. lib. 11.*

Cap. XIII. Quando alienari poſſit, vel non.

Alienatione facta (ſalvo domini aſſenſu) non tenet, domino conſentiente. *Tho. Minad. decıſ. 24.* ¶ Publicatis bonis ob delictum, an veniant bona emphyteutica, *vide Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect.* ¶ Inter plures emphyteutas ejusdem rei permiſſa eſt alienatio irrequiſito domino, cum diſtinctione tamen, de qua *per Cabal. milleloq. 98.*

Vel non.

Bonis alicujus publicatis, non venit emphyteuſis accepta pro ſe, filiis ſuis, & nepotibus. *Bartol. in l. 3. de interd. & releg.* ¶ Illæ perſonæ prohibentur rem emphyteuticam alienare. quæ non ſunt ſolvendo, aut quia emptor eſt ita magnus dominus, quod non eſſet auſus dominus canonem petere. *Guid. Pap. q. 454. num. fin.*

Legari.

Legans fundum emphyteuticum, legare videtur jus, quod habet. *l. 19. C. de legat. & ibid. Bart.* ſed quod fundus emphyteuticus non poſſit legari, neque donari domino irrequiſito, *ſcribit idem Bartol. in l. 74. §. ſi fundus de leg. 1. & in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficiebus. & Abb. conſil. 74.* ¶ Bona emphyteutica poſſunt ſupponi fideicommiſſo, quando ſunt hæreditaria, *vide Joſeph. Ludov. decıſ. Luc. 29.* & cadunt ſub fideicommiſſo, *Hieron. Mago. decıſ. 7. Luc.*

Cap XIV. Quis præferatur.

Si res vendatur per ſecundum emphyteutam, quis præferatur in jure prælationis, an prior dominus, vel ſecundus, *vide DD. de Rot. decıſ. 1. de loc. in antiq.* ¶ Contrahentes poſſunt inter ſe facere cautelam ad evitendum, quod dominus in venditione non poſſit rem capere jure prælationis, hoc eſt, vendendo rem ſub conditione, ſi dominus directus laudare voluerit. *Guid. Pap. quæſt. 47. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. Des cenſ. s. §. 1. gloſſ. 4. in fin.* quando ſunt duo domini, & unus vult uti jure prælationis, alter non, quid juris, *vide eundem Guid. quæſt. 411.*

Cap. XV. Qui ſint effectus.

An per receptionem canonis emphyteuſis videatur remiſſa caducitas, & facta non recognitio. *Ludov. Rom. conſil. 103. num. 5.* ¶ An emphyteuſis conceſſa pro filiis & deſcendentibus, comprehendat fœminas. *Tach. lib. 11. cap. 20. affirmat.* ¶ Recognitio facta uni, non nocet vero domino, ſi tamen emphyteuta poteſt illis duobus dominis (quos recognovit) ſatisfacere tenetur, & illa noviſſima recognitio valebit, quoad obligationem perſonalem, ſed non quoad realem. *Rebuff. in ſuis comment. in reg. conſiſtit. tractat. de recognit. reditu. Tom. 2. artic. 2. gloſſ. 1. num. 10.* ¶ Emphyteuta litigando, non præjudicat domino ignoranti. *Bartol. in l. 8. §. quidam. ff. qui ſatisd. cog.* ¶ Per contractum cenſualem transfertur omne jus in eum, cui fit conceſſio. ſed per emphyteuſim perpetuam non transfertur, niſi utile dominium. *Cravet. conſil. 20.* ¶ Emphyteutæ non præjudicatur per ea, quæ fiunt contra dominum directum. *Joſeph. Ludov. decıſ. 14. Luc. num. 21.* tamen ſententia lata contra dominum directum, ſciente emphyteuta, ipſi nocet. *ibid. num. 22.* ¶ Recipiens emphyteuſim pro ſe, ſuis filiis & nepotibus, ſi primus deliquit, non ſolvendo canonem, vel alienando ſine conſenſu domini, non nocet ſequentibus. *Bart. in l. ff. de interd. & releg.* ¶ Patre non ſolvente canonem, an præjudicetur filiis, diſtingue; ſi pater recepit emphyteuſim pro filiis & hæredibus, tunc ceſſando ſolvere, ipſis præjudicat, ſi vero receperit pro filiis, ut filiis, non præjudicat. *Mynſing. obſerv. 66. cent. 3. vide Bart. conſil. 55. num. fin. & conſ. 60. num. fin. vol. 1.* ¶ Filius tenendo emphyteuſim, an videatur hæres, *vide Bartol. in l. 72. ff. de acquir. hæred.* ¶ Filius petendo poſſeſſiones emphyteuticas, quæ ex forma pactorum debent venire ad filium, an videatur ſe immiſcere hæreditati, *vide Bart. in l. 73. ff. de acquir. hær.*

Cap. XVI. Quibus modis finiatur.

Dominus directus, habet jus prælationis in re emphyteotica, ut præferatur cuilibet alteri emptori. *Ozaſ. decıſ. 156. Capic. decıſ. 99. Guid. Pap. quæſt. 47. DD. de Rot. decıſ. 1. de locat. & conduct. in antiq. Boer. conſil. 52. num. fin. vide Excell. Præſ. Theſſaur. decıſ. 170.* quando vult pro ſe rem retinere, alias ſecus. *Guid. quæſt. 411. Caſſan. in conſuet. Burgun. titul. des cenſes. §. 1. gl. 4.* quod non procedit, quando res eſſet donata. *Guid. quæſt. 47.* ceſſat etiam in diviſionibus, *Caſſan. dict. tit. des cenſ. §. 1. gl. 4.* ¶ Domo emphyteutica incendio abſumpta, an emphyteuſis finiatur. *Joan. Pet. Surd. decıſ. 198.* ¶ Emphyteuſis, an finiatur re emphyteutica deſtructa, *vide Afflict. decıſ. 83. num. 12.* & redintegratio fit ejus, quod loco rei ſubrogatur. *Afflict. ibid. in fin.* ¶ Emphyteuſis recepta pro ſe, & nomine fratris ſui, dicitur finita in perſona fratris decedentis ante ceſſionem ſibi factam à fratre, vel ante ratihabitionem. *Bartol. in l. 29. ff. de uſufruct. legat.* ¶ Dominus ſi receperit penſionem ab emphyteuta poſt triennium, an jus emphyteutæ reſtauretur, *vide Bartol. in l. 68. §. duorum. n. 21. de legat. 2.*

Vel non.

An emphyteuſis conceſſio ab univerſitate facta, non adhibitis omnibus acquiſitis ſolemnitatibus, ſit valida. *Cravet. conſ. 652. Ruin. conſ. 41. n. 741. Tom. 1. & conſ. 175.*

Tom.

Tom. 1. Roſ. à valle. conſ. 90. n. 20. Ruin. conſ 65. num. 11. libr. 5. ¶ Pactum, ut emphyteuta non poſſit expelli ex ceſſatione ſolutionis canonis, valet. *Abb. conſil. 72. lib. 1.*

Cap. XVII. Quæ facere poſſit emphyteuta.

An emphyteuta, qui 30. vel 40 annis canonem non ſolvit, præſcriptionem allegare poſſit, ne in futurum ſolvere cogatur. *Fachin. lib. 8. cap. 99.* affirmat, ſi ſit in bona fide, *arg. l. eos Cod. de uſur.* ¶ Emphyteuta poteſt donare jus ſuum irrequiſito domino, dummodo donatio non ſit in præjudicium & fraudem laudemiorum, & gabellarum, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 8. Bartol. in l. 1. C. de fundis patrimonia. lib. 11.* ¶ Emphyteuta poteſt vendicare rem emphyteuticam, etiam à domino, dummodo ſolverit penſionem, ergo non ſoluta penſione, reſoluta eſt emphyteuſis, quoad ipſum dominum; alias autem poſſet rem vendicare antequam reſolveretur judicis anctoritate. *Abb. conſil. 67. lib. 2 l. 1. & tot. tit. ff. ſi ager vectigalis.* ¶ Emphyteuta injuſte expulſus à domino directo, poteſt contra illum agere ad intereſſe, & omnia lucra, quæ toto tempore erat ab emphyteuſi percepturus *Paul. Æmil. deciſ. 292. part. 1.* ¶ Si emphyteuta, qui cecidit à poſſeſſione rei emphyteuticæ, dicat rem ad ſe pertinere jure dominii, ſuſtinetur libellus. *Bartol. in l. 1. C. de uſufruct. num. 16.* ſed ſi in libello dicatur rem pertinere ratione dominii, vel quaſi videtur deductum deminium utile. *Bart. ibid. num. 17.* ideo ſi emphyteuta agendo dicat ſe dominum, obtinebit, ſi probaverit ſe quaſi dominum. *Bartol. in l. 11. §. item. ff. de jurejurand.* ¶ Emphyteuta poteſt excidere arbores pro refectione ædium, & non poteſt privari jure emphyteutico pro parva deterioratione, quæ & quanta ſit, remittitur arbitrio judicis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 8. num. 10. & 11.* ¶ In contractu emphyteutico, qualitas appoſita in una parte orationis, non cenſetur repetita in alia, *vide Menoch. conſil. 111. num. 21. volum. 2.* ¶ Emphyteuta, qui emphyteuſim vendidit, & reemit, an poſſideat ſicut privatus, & eo jure, *vide Bart. in l. 29. ad leg. Falcid.* ¶ Nam emphyteuta poteſt permutare rem emphyteuticam cum alia, abſque conſenſu domini directi, & abſque pœna caducitatis, quod procedit etiam in emphyteuſi Eccleſiæ, modo cedat permutatio in utilitatem ipſius Eccleſiæ. *Menoch. conſil. 287. num. 50. lib. 3.* imo quod non poſſit permutare domino irrequiſito, ſcribit *Abb. conſil. 74. lib. 1.* ¶ Emphyteota, an poſſit rem hypothecare, ſervitutem illi imponere, *vide Ozaſ. deciſ. 86. num. 8. & 13. Afflict. deciſ. 380. Guid. Pap. quæſt. 576. Boer. deciſ. 181. Papon. lib. 13. titul 2. arreſt. 8.* quod non poſſit in præjudicium directi domini jure prælato rem recuperantis, *ſcribit Vincent. de Franc. deciſ 226.* tamen quod emphyteotica res veniat in generali hypotheca, & poſſit obligari, tenet *Afflict. deciſ. 191. vide Hartman. cap. 1. tit. de emphyteota. lib. 2.* ¶ Melioramenta quando repeti poſſint, finita emphyteuſi, *vide Dec. conſ. 518.* ¶ Locans poſſeſſionem ſuam in emphyteuſim hac lege, ut emphyteuta locationis tempore abſoluto, auferre poſſit melioramenta, domino offerente æſtimationem illorum meliotamentorum, ipſa auferri non poſſunt. *Hippol. ſingul. 410.* ¶ Molendinum habens in flumine publico emphyteuticum, ſi eſt deſtructum, refectum an Eccleſia poſſit illud, ut emphyteuticum, repetere, *vide Bart. in l. 3. §. ſi aquam. ff. de aqua quoti & æſt.* ¶ Emphyteuta alienans, præjudicat ſibi & ſucceſſoribus, ſequuta maxime traditione. *Lud. deciſ. Luc. 9. n. 6.* ¶ Emphyteutæ ſi eſt data licentia vendendi cuicunque voluerit, an domino irrequiſito vendere poſſit. *Caſſad. deciſ. 3. titul. de locat. & conduct.* ¶ Fundum emphyteuticum poſſidentes communem, an poſſint eum dividere irrequiſito domino, *vide Capel. Thol. quæſt. 75. Bartol. in leg. 8. §. ſi uni ff. de tranſact. & in conſil. 58.* quod poſſint facit. *l. 10. ff. famil. ercíſ.* ¶ Emphyteuta licet non poſſit rem alienare, tamen illam locare poteſt, etiam usque ad 100. annos. *Hippol. ſing. 76.*

Vel non.

Emphyteutici fundi poſſeſſio ſi ad te pervenit, fundus ipſe a te non poterit vendicari. *Bartol. in l. 15. §. ſed et ſi ff. de conduct. indeb. num. 12.* ¶ Emphyteota non poteſt ſine domini conſenſu ſua melioramenta vendere. *Afflict. deciſ. 129. num. 8.* ¶ Emphyteuta nunquam præſcribit contra dnminum directum. *Bart. in Authent. perpetua. num. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. vide eundem Bart. in l. 6. C de præſcript. 30. vel 40. ann.* ¶ Emphyteuta non poteſt rem emphyteuticam donare irrequiſito domino, vel ſaltem donatarius, vel emptor debet accipere rem à manu domini directi, & ei ſolvere laudemium, alias enim donando, vel vendendo non transfert dominium, ſi ſequuta inveſtitura, & conſtitutum in hoc caſu, nihil operatur. *Guid Pap. quæſt. 46. vide Franc. Marc. quæſt. 549.* ¶ Emphyteuta, qui recognovit emphyteuſim, non poteſt domino invito renunciare. *Franc. Marc. quæſt. 325. vide Bartol. in l. 7. §. hoc edictum ff. de dam. infect. Felin. conſil 20. Excell. P. Theſſaur. deciſ. 20.* & ſi habet duo molendina, non poteſt remittere aliud dirutum, imò illud poteſt cogi reædificari. *Marc. d. quæſt. 325.* ¶ Emphyteuſis meliorationes quomodo ſolvantur, & quomodo de iſtis fiat æſtimatio, *vide Felin. conſ. 42. num. 9.* ¶ Emphyteuta non poteſt abſente, vel invito domino, rem alteri concedere, ſed an poſſit uſumfructum conſtituere, *vide Ludov. Rom. ſing. 606. Franc. Crem. ſingul. 86.* ¶ Emphyteuta ejectus propter non ſolutum canonem, non repetit melioramenta. *Bart. in l. 63. de locat. & conduct.*

Cap. XVIII. Ad quæ teneatur.

An emphyteuta teneatur oſtendere inveſtituram, *vide Marc. quæſt. 606. Abb. conſil. 72. lib. 1.* ¶ Emphyteuta quando poſſit rem emphyteuticam in dotem dare, *vide Milleloq. ait. ibid.* vel filio propter nuptias. *Hippol. ſing. 443.* ¶ Emphyteuta, qui diu penſionem alicui ſolvit, an rem, pro qua ſolvit, domino demonſtrare teneatur, *vide Franc. Marc. quæſt. 557.* vel dominus teneatur illam oſtendere emphyteutæ. *vide Hieron. Mago deciſ. 2. Rot. Floren.* ¶ Quid ſi oſtendere non vult, vel ſolvere recuſet, niſi inſtrumentum dominus oſtendat. *vide ibidem Marc. d. quæſt. 557. Bald. in capit. vaſallus ſi de feud. fuer. controv. int. domin. & vaſall. & in cap. illud de prohib. feud. alien.* ¶ Emphyteuta tenetur ad collectas. *leg. 3. §. Idem reſpondit. ff. ad municipal & de incol.* ¶ Emphyteuta tenetur oſtendere domino inſtrumentum rei emphyteuticæ, quando fatetur eum dominum, ſecus ſi negaret: quia tunc dominus tenetur oſtendere de juribus ſuis, niſi eſſet in quaſi poſſeſſione percipiendi cenſum: quia eo caſu debet manuteneri in ipſa perceptione. *Boer. conſil. 52. vide Dec. conſil. 61.* ſed ſi noluerit oſtendere in fraudem domini, res caderet in commiſſum, *Boer. ibid. dict. conſ. 52.* ¶ Emphyteuta tenetur ad ſolutionem collectarum. *Bartol. in repet. l. placet. C. de Sacroſanct. Eccl.* ſed ſi emphyteuta, & ſimiles non ſolvant tributa, à domino exiguntur, & dominus poteſt emphyteutam ſuo jure privare. *Bartol. in l. 9. C. de annon. & tribut. lib. 10.* ¶ Emphyteuta tenetur ad refectionem furni diruti, & non dominus, *Nact. conſil. 377.* ¶ Emphyteuta, vel vaſallus tenetur domino de damno per eum illato in re. *Guid. Pap. quæſt. 282. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 22.* ¶ Emphyteuta tenetur recognoſcere totiens, quotiens fuerit per dominum requiſitus. *Guid. quæſt 417.* & poſtea cogi ad renovandum conſignamentum. *Joan. Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 15. vide ibid. arreſt. 31.* & tertius poſſeſſor tene-

Digitized by Google

tenetur recognoſcere rem cum onere, ab alio ipſi rei impoſito. *idem ibid. arreſt. 18. vide ibid. arreſt. 31.*

Vel non.

An emphyteuta eccleſiæ teneatur ſolvere collectas, & tributa fiſcalia domino temporali. *cap. 91. Fach. lib. 1. negat Eugen. conſil 96. lib. 1. num. 22.* ¶ Si particulare damnum contingat, ex quo tota rei emphyteuticæ ſubſtantiæ non depereat, an ad emphyteutam pertineat, etiam quando non exiguam penſionem ſolvere tenetur domino, ſed magnam, & reſpondentem fructibus. *Fach. lib. 1. cap. 89. affirmet. leg. 1. C. de jure emphyt. Natt. conſil. 49. 194.* ¶ Extraneus poſſeſſor non poteſt contra emphyteutam agentem ad fundum, de canone non ſoluto excipere. *Bart. in authent. de non alienando. §. ſcire autem. Abb. conſil 67. lib. 2. num. 2 circa medium. l. 2. & ibid. gl. ff. ſi ager vectigalis.* ¶ Emphyteuta habet utile dominium, & non tenetur emere a domino jura dominii per allodium. *Bart. in l. 12. C. de fund. patrim. lib. 11.*

Cap XIX. Privari poſſe.

Emphyteuta ob inciſionem arborum poteſt privari jure ſuo, quod tamen non procedit, quando loco inciſarum arborum alias plantaſſet. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 94.* nam emphyteuta non poteſt ſcindere arbores fructiferas, niſi ceſſent vetuſtæ. *Franc. Marc. quæſt. 551. Bartol. in l. 8. §. ſi fundum. ff. ſolut. matrim.* ¶ An emphyteota, qui per triennium canonem totum non perſolvat, ſit privandus jure ſuo. *Fach. lib. 1. cap. 96.* diſtinguit ſed tandem affirmat. ¶ Emphyteuta permutando irrequiſito domino, non privatur jure ſuo; ſecus in venditione. & datione in ſolutum, ſed quid quando permutatio eſt facta ſub ſpetie permutationis, & tamen erit venditio, *vide Dec. conſ. 160.* ¶ Emphyteotam, an poſſit dominus expellere propter canonem non ſolutum, *vide Jaſ. in l. 2. Cod. de jure emphyteut. Capic. deciſ. 119. num. 9.* ¶ An dominus propria auctoritate poſſit emphyteutam propter canonem non ſolutum per triennium, expellere. *Fach. lib. 1 cap. 95.* negat. *l. creditores. C. de pign.* ¶ Quando autem emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationem, *vide eundem Lud. deciſ Peruſ. 22 & 94.* quod tria requirantur, habetur *in quæſt. 354. Capel. Thol.*

Vel non.

Emphyteuta non poteſt expelli propter deteriorationem, quando verſa vice feciſſet multas meliorationes, quia admittitur compenſatio. *Lud. deciſ. 6. num. 12.* item non privatur jure ſuo, quando deterioratio concernit damnum ipſius emphyteutæ, non autem domini. *ibid. num. 13.* ¶ Res emphyteutica non poteſt ab emphyteuta evelli, licet alius offerat meliorem conditionem. *Bart. in l. 3. C. de fund. patrim. lib. 11.* ¶ Emphyteuta, cui regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio mercedis, an propter devaſtationum majoris partis rei emphyteuticæ, à ſolutione canonis (ſaltem pro parte) liberetur, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 20.*

Cap. XX. Dominus, quæ facere poſſit.

Dominus poteſt petere ab emphyteuta, ut exhibeat inſtrumentum emphyteuticum. *Abb. conſil. 74. libr. 1.* ¶ Si in jure emphyteutico admittatur in facto, de tempore recognitionis recognoſcentem eſſe dominum, & poſſeſſorem rei poterit ipſe imponere rei ſuæ onus reale penſionis, quod onus poſtea tranſit contra quoſcunque poſſeſſores, qui inde poterunt aſtringi ad recognoſcendum probata rei identitate; ſed qualiter probetur, *vide Cravet. conſil. 112.* dana emphyteuſim qualiter probavit ſe dominum, *vide Bart. in l. 3. ff. de uſucap.* ¶ Flumen, mutato alveo, ſi in priſtinum alveum redeat, an prior dominus jus portus, vel pedagii recuperet maxime, ſi recognoverit de feudo emphyteuſis ſuperioris, & ſolverit cenſum, non obſtante prima mutatione alvei, *vide Marc. quæſt. 79* ¶ Dominus directus rem emphyteuticam poſſidet ſaltem civiliter *Capic. deciſ. 99. num. 5.* & emphyteuta naturaliter. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 63. num. 36. Bartol. in l. 5. §. ſi duob. ff. commodati. n. 21.*

Vel non.

Emphyteuta diu abſente, non poteſt dominus emphyteuſim vindicare, dummodo quis ſolvat canonem, niſi dominus mortem emphyteutæ, & conſequentes finitam emphyteuſim, probet. *Gaſp. Cabal. milleloq. 16.* ¶ Dominus directus non poteſt vendicare bona poſſeſſa à tertio, durante prima emphyteuſi, ſed dicta vendicatio competit emphyteutæ, qui poteſt opponere contra dominum, tua non intereſt. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 9. num. 16.* ¶ Dominus directus (ſine cujus conſenſu fuit facta alienatio rei emphyteoticæ) non poteſt propria auctoritate emptorem expellere, ſed debet præcedere citatio, & etiam ſententia. *Afflict. deciſ. 97.*

Cap. XXI. Ad quæ teneatur.

Prætendens rem eſſe emphyteuticam, debet oſtendere, & docere de titulo. *Cabal. milleloq. 168.* ¶ Dominus directus non cogitur invitus habere alium emphyteutam, eum recognoſcere volentem. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 9. n. 3.*

Cap. XXII. Miſcellanea.

Actio in rem utilis, quando detur emphyteutæ, *vide Marant. in ſuo ſpec. part 4. tit. an ſit jud. civil. vel crimin. diſtinct. 3. numer. 3.* ¶ Exequutio ſententiæ latæ ſuper emphyteotici prædii ſervitute, an ſuſpendi debeat ad petitionem domini directi, *vide Afflict. deciſ. 380.* ¶ Licet locator propter neceſſitatem rem à ſe locatam revocare poſſit, ſecus tamen eſt in re data in emphyteuſim. *Hippol. ſing. 94.* ¶ Res, pro qua ſolvitur cenſus, poteſt alienari irrequiſito domino. *Capic. deciſ. 103.* ¶ Emphyteuſis, quibus caſibus revertatur ad dominum, *vide per Fel. conſil. 42. num. 8.* ¶ Augmentum omne emphyteutæ cedit, ſine penſionis augmento. *Marc. quæſt. 210. part. 2.*

TITULUS CCCLXXVII.

De caducitate, & commiſſo rei emphyteuticæ.

Generalia.

DE caducitate rei emphyteoticæ Eccleſiæ, *vide ſupra part. 1. tit. de bonis emphytheoticis Eccleſiaſticis.*

Cap. I. Quæ probentur, & qui probare teneatur.

Quæ veniant.

Agens ad caducitatem, probare debet legitime rem eſſe emphyteuticam. *Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ, gloſſ. 1. ſuper decreto, licet, tit. de jure emphyteut. num. 19.* & non ſufficit inſtrumentum recognitionis, *vide ibid. gloſſ. 2. fol. 40.* ¶ Tempus caducitatis in principis emphyteuſi, eſt biennale; ſicut in Eccleſia. *Marc. quæſt. 612.* ¶ Emphyteutica bona favore dotis veniunt in generali obligatione. Et ſtatuta includunt emphyteutica eccleſiæ. *Johan. Petr. Surd. deciſ. 160.*

Cap. II. Quando peti, declarari poſſit caducitas.

Dominus directus non poteſt commiſſum firmiſ, & penſionem non ſolutam per triennium petere, cum proteſtatione, quod recipiendo, unum ſibi non præjudicet ad aliud, ſed ſolummodo poteſt petere commiſſum, aut penſionem. *Guid. Pap. quæſt. 171.* ¶ An dominus poſſit accipere rem in commiſſum, & etiam penſionem, vel cenſum petere, *vide Boer. deciſ. 309.* ¶ Emphyteuticæ caducitas jam commiſſa poteſt declarari pendente judicio. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 29.* ¶ Citatio preconia contra

emphy-

Google

abſque citatione particularium propter ignorantiam, & multitudinem citandorum, & non ſoluto canone caducitaa poteſt contra emphyteutas declarari, illia abſentibus, & ignorantibus & atiam contra hæreditatem jacentem, per quem autem, & quomodo poſſit fieri declaratio, *Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2.* ¶ In patria hac Pedem. juramentum non accelerat caducitatem attento decreto edito ſuper *l. ſi is qui major. C. de tranſact.* ut teſtator D. Senat. Sol. *in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto; licet. titul. de jure emphyteut. numer. 25.*

Cap. III. Actio quando competat.

Agi ut poſſit ad commiſſum, quæ requirantur, & qua actione agatur, *vide Guid. Pap. quæſt. 454.* ¶ Re cadente in commiſſum, an dominus poſſit agere poſt quinquennium, *vide Guid. Pap. quæſt. 412.* negativam tenet *Lud. Rom. ſing. 483.* ¶ Non obſtante pœna oppoſita inſtrumento emphyteuſis, agi poteſt ad pœnam caducitatis. *Jacob. Put. deciſ. 205. lib. 2.*

Cap. IV. Quæ incidant in commiſſum, vel non.

Bona cenſualia, an cadant in commiſſum, & an commiſſa poſſint franchitari, ſtante pacto affranchitandi. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. quæſt. 12. lib. 1.* ¶ De caducitate ob non petitam à domino feudi inveſtituram, ubi plura de excuſatione ab ipſa caducitate. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 342.* ¶ Cenſum non ſolvens incidit in commiſſum, ſi contractus ſit juratus, & ceſſat purgatio moræ; ſecus ſi non ſit juratus. *Joan. Mohed. deciſ. 26.* ¶ Minor ſi non ſolvit cenſum rei emphyteuticæ, quam tenet, res illa devolvitur ad dominum, poteſt tamen petere reſtitutionem in integrum. *Gram. deciſ. 52. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 54. num. 6. Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 120. Magon. deciſ. 70. num. 17. Rot. Floren.* idem in Eccleſia, & alio loco pio. *Borg. dict. deciſ. 30. num. 120.* ¶ Pendente judicio caducitatis injuſto, poteſt quis de novo in commiſſum incidere. *Jacob. Put. deciſ. 427. lib. 3.* ut ſi pendente eo judicio, emphyteuta ceſſaverit in ſolutione cenſus. *Paul Æmil. deciſ. 299. part. 8* tamen emphyteuta excuſatur à pœna caducitatis, ſi non ſolvit penſiones decurſas lite pendente ob prætenſionea damnorum, & intereſſe ratione injuſtæ expulſioois. *idem Æmil. deciſ. 298. part. 1.* alias emphyteuta debet ſingulo anno ſolvere fictum lite pendente, quando dubitatur, an in caducitate declarata, ſit facta remiſſio, vel non alioqui tranſacto tempore debito, poteſt denuo nova caducitaa declarari, & convalidatur judicium. *Borg. deciſ. 29. part. 2. num. 64.* ¶ Solutio canonis, licet individua ſit, tamen volente, conſentienteque domino directo ſit dividua, & tunc deficiente uno debitore in ſolutione ipſius canonis, ejus pars ſolum efficitur caduca. *Mago. deciſ. 9. Luc.* alias ſecus, quando non eſt diviſa penſio. *ibid.* ¶ Emphyteuta non ſolvens canonem, perdit fructus rei cum ipſa re à tempore, quo res incidit in commiſſum, non autem à quo ceſſavit ſolvere, *vide Petr. de Benint. deciſ. 37. Mynſing. obſerv. 83. cent. 6.* ¶ Emphyteuta canonem ſolvere per partes non poteſt, invito domino; ideo per diviſionem rei emphyteuticæ canonis ſolutio non dividitur, ſed quilibet ex dividentibus poterit inſolidum conveniri, & non facta ſolutione legitimo tempore per unum, res cadit in totum in commiſſum, licet alter ſolverit pro parte ſua; quod procedit, quando dominus non conſenſit diviſioni: alias ſecus. *Afflict. deciſ. 153. Borg. Caval. deciſ. 26. part. 2. num. 26. & dec. 30. part. 2. num. 18. vide Bartol. in l. 8. §. ſi unus ff. de pignoribus. & in l. 8 ff de publican. & vectigalib.* tamen partem cenſus qui ſolvit, evitat commiſſum totius rei emphyteuticæ. *Guid. Pap. quæſt. 174. vide Magon. deciſ. Luc. 34.* ¶ Emphyteuta incidit in caducitatem propter juramentum ob ceſſationem unius termini tantum in ſolutione canonis. *Paul. Æmil. deciſ. 300. part. 1. Borg. Caval. deciſ. 14. de contract. ubi plene, vide Anton. Trigo. ſing. 33.* tamen emphyteuta, qui juravit ſolvere in tempore canonem, & propter paupertatem non ſolvit, non fit periurus, nec cadit à jure ſuo. *Joan. de Arnono. ſingul. 62.* ¶ Emphyteuta alienando abſque conſenſu domini rem ſibi in emphyteuſim conceſſam, ipſa res cadit in commiſſum. *Gram. deciſ. 77. Roland. conſil. 51. volum. 2.* ſed tunc an ſit locus purgationi moræ, *vide Marc. quæſt. 576.* ¶ Feudalis res in emphyteuſim à domino conceſſa ſub canone, alienata ſine conſenſu, commiſſum contrahit. *Afflict. deciſ. 129. num. 7.* ¶ Si emphyteuta vendat rem ſine conſenſu domini directi, & conſtituat ſe eam tenere nomine emptoris, donec poſſeſſionem realem adeptus fuerit, vel retineat ſibi uſumfructum, an rea tunc ante realem traditionem cadat in commiſſum, *vide Guid. Pap. quæſt. 101. Boer. deciſ. 12. n. 5. Franc. Marc. quæſt. 569. Cabal. milleloq. 93. Rolan. conſ. 51. Menoch. conſ. 38. volum. 1. Hippol. ſingul. 412.* ¶ Res emphyteutica data in ſolutum ex cauſa voluntaria irrequiſito domino, cadit in commiſſum; ſecua ſi fuit data in ſolutum ex cauſa neceſſaria; quia tunc non cadit: ſed quando dicatur data ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria, *vide Afflict. deciſ. 19.* & quando fuit capta per executionem judicialem. *Afflict. ibid.* & data in ſolutum creditori. *Cabal. milleloq. 212.* ¶ Rea emphyteutica propter non ſolutum laudemium, in caſu mutationis dominii, cadit commiſſum, poteſt tamen novus emphyteuta moram porgare, ſed intra quod tempus, *vide deciſ. 143. Rot. Aven. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Emphyteuta, qui non recognovit intra tempora ſtatuta, facit locum commiſſo, *Franc. Marc. quæſt. 573.* ¶ Si emphyteuta in fraudem domini noluerit rem oſtendere, res cadit in commiſſum: idem ſi fraudem fecerit circa pretium appoſitum in inſtrumento amptionis, deſcribendo plus, vel minus; in fraudem laudemii, vel juris prælationis. *Boer. conſil. 52.* ¶ Emptor pariter, qui emit rem, quam credebat liberam, quæ tamen erat emphyteuticaria, & per biennium non ſolvit cenſum, non incidit in commiſſum reſpectu ignorantiæ. *DD. de Rot. deciſ 1. titul. de empt. & vend. in antiq.* ¶ Emphytautæ ſolvere obligati quotannis quatuor denarioa, ſi unus ex hæredibus ſolvit pro duobus annis duos denarios, alter ceſſaverit, an ſolutio duorum annorum conjungi debeat pro utroque, & ſic habeatur, ac ſi ſolviſſent ambo pro uno anno, ne res incidat in commiſſum, *vide Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera E. ſingul. emphyteuſis. 4.* ¶ Commiſſum rei emphyteuticæ locum non habet contra pupillum, nec in eo eſt opus reſtitutione, ſed in adulto ſic. *Guid. quæſt. 435.* ¶ Res amphyteutica non dicitur commiſſa, antequam dominus directus declaraverit voluntatem ſuam, quod vult rem haberi pro commiſſa; ideo res tunc debetur conductori, cujus tempore fuit facta declaratio. *Cravet. conſil. 212.* de jure tamen communi, rea commiſſa pertinet ad dominum directum, non ad conductorem, cui poteſt derogari per pactum, vel per verba conductionis veriſimilia, & prægnantia, ad talia jura pertinentia. *Cravet. conſil. 212. num. fin.* ¶ Res amphyteuticæ in hac patria, non cadunt in commiſſum propter ceſſationem ſolutionis canonis per triennium, niſi conſtet emphyteutam ſuper ſolutione fuiſſe interpellatum ad ſolvendum, & poſt petitionem ceſſaverit per triennium, ita cavetur *in antiq. conſtit. decet. licet. titul. de jure emphyteut.* ſed quomodo fieri debeat dicta interpellatio, ſeu monitio, *vide comment. D. Sol. in antiq. conſtitut. ibid. gloſſ. 1. fol. 37.* & an decretum comprehendat emphyteuſim Eccleſiæ, *vide eundem ibidem.* quid ſi emphyteuta juraverit ſolvere canonem ſingulo anno, *vide ibid. num. 5.* ¶ Emphyteuta non poteſt alienare rem ſine conſenſu domini,

& ſi vendat, tradatque, alienatio eſt nulla: ideo ex tali contractu nullo, res non cadit in commiſſum, ſi hoc fuerit oppoſitum. *Guid. quæſt. 590.* imo emphyteuta alienans præjudicat ſibi, & ſucceſſoribus ſequuta maxime traditione. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 9. num. 6.* nam alienatio fundi emphyteutici facta irrequiſito domino, & & ceſſatio à ſolutione cenſus, faciunt rem emphyteuticam cadere in commiſſum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 35. & deciſ. 54.* ¶ Fallit, quando emphyteuta non poſſidebat: quia tunc ſive per tranſactionem remiſerit jus ſuum poſſeſſori, ſive non ſolverit canonem, non cadit à jure ſuo. *Joſeph. d. deciſ. 35.* quia ad hoc, ut emphyteuta privetur jure ſuo, requiritur vera & effectualis traditio. *ibid. Cabal. milleloq. 93.* ¶ Commiſſi pœna in pacto legis commiſſoriæ, locum non habet, ubi res ad venditorem ipſo jure revertitur. *Marc quæſt. 568. num. 6.* ¶ Si emphyteuta eſt creditor domini, quapropter non ſolverit, dominus petens commiſſum, poteſt repelli exceptione compenſationis, quæ in pœnalibus fit ipſo jure. *Guid. Pap quæſt. 171. & quæſt. 174. in fin. vide Cabal. milleloq. 222. Joan. de Peruſ. ſingul. 3.* ¶ Alienatione facta rei emphyteuticæ ſalvo domini conſenſu, & quod dicta proteſtatio habeatur pro repetita in traditione, tunc res non incidit in commiſſum; tamen contractus non tenet, domino non conſentiente. *Tho. Minad. deciſ. 14. vide Menoch. conſil. 138. volum. 1.* ¶ Emphyteutica res valoris coronatorum mille, pro parvo cenſu ſubmiſſa, hoc eſt, pro ducatis 300. quos recipit emphyteuta ſubmittens rem illam pro ducatis quindecim annuatim, non cadit ex toto in commiſſum propter non ſolutum canonem lapſo triennio; ſed tantum pro illis ducatis 300. quos à principio receperat emphyteuta, & hoc procedit etiam, ſi adeſſet pactum, ut canone non ſoluto per triennium, res tota caderet in commiſſum. *Afflict. deciſ. 80.* ¶ Quando ex parte domini propter ſui abſentiam eſt impedimentum, ceſſat comiſſum. *Cabal. milleloq. 214.* ¶ Emphyteuta, qui non percipit fructus, non poteſt cadere, nec ſibi poteſt declarari caducitas. *Borg. Caval. deciſ. 13 num. 42. part. 2. & deciſ. 30. num. 78. & num. 101.* ¶ Emphyteuta recuperans in continentia ea, quæ domino irrequiſito alienaverat, pœnæ commiſſi locum non facit. *Franc. Marc. quæſt 568. vide Bartol. in l. 1. §. ſi rem ff. depoſit.* & multo magis hoc procedit in alienatione, non ſequuta traditione. *Ibid. Marc.* ¶ Caducitas non committitur ob non ſolutum laudemium. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 200.*

Cap. V. Qui cadat à jure ſuo, vel non.

Qui lite pendente non ſolvit, an cadat. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 6* ¶ Emphyteota, qui non petiit inveſtituram intra annum, an cadat à re emphyteotica. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſtion. Foren. quæſt. 23. lib. 1.* ¶ Emphyteuta an cadat ob non ſervata pacta, quæ rem, vel rei uſum reſpiciunt. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 170.* ¶ Emphyteuta alienans irrequiſito domino cadit ipſo jure, ſed dictum limitatur pluribus in caſibus, de quibus *vide per Afflict. deciſ. 97.* an dictum procedat in hac patria attenta generali conſuetudine in contrarium faciente, *vide Excell. Prof. Theſſaur. deciſ. 169.* ¶ Emphyteuta vendens rem emphyteuticam non exprimendo, quid ſit emphyteutica, cadit à jure ſuo: idem in vaſallo. *Cravet. conſil. 112. num. 11.* ¶ Idem ſi pro parte vendiderit, non exprimendo. *Rol. conſil. 17. vol. 2.* ¶ Mandatum ſuperioris, excuſat à pœna caducitatis. *Afflict. deciſ 328.* ¶ Emphyvendens cadit à jure ſuo; ſecus ſi ſolummodo promiſit vendere. *Capic deciſ. 155. num. 7.* ¶ Si emphyteuta partem emphyteuſis irrequiſito domino ſolum alienavit, pro illa parte tantum cadit à jure ſuo. *Gaſp. Cabal. milleloq. 65. vide Natt. conſ. 479. & 480.* & quid ſi alienaverit ſalvo conſenſu domini; *vide Gram. deciſ. 49.* ¶ Emphyteuta Eccleſiæ biennio ſolvere canonem ceſſans, & privati triennio, à jure ſuo cadit, niſi in hujuſmodi biennio, aut triennio unicus fictus ſit perceptus; tunc enim requiritur ceſſatio biennii, vel triennii. *Hippol. ſingul. 409. Bart. in authent. qui rem. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in tit. C. de Annon. tribut. lib. 10.* ¶ Emphyteuta fiſci ſi ceſſat in ſolutione per triennium, cadit à jure ſuo. *Amanel. de claris aquis ſingul. 69.* ¶ Ubicunque emphyteuta, vel vaſallus ex facto ſuo debet cadere à jure ſuo intelligitur in ſciente, & non ignorante qualitatem rei cauſantem caducitatem; ita quod dominus petens commiſſum, debeat probare ſcientiam, & dicitur probabilis ignorantia in hærede. *Gaſp. Cabal. milleloq. 94.* quod ignorantia excuſet à caducitate, *ſcribit And. Gail. obſerv. 48. lib. 2. num. 4.* ¶ Emphyteuta ceſſans in ſolutione, ita demum cadit à jure ſuo, ſi dominus voluerit. *Pet. de Benint. deciſ. 37. num. 15.* & ſic non ipſo jure, *Mynſing. obſervat. 65. cent. 3.* ideo emphyteuta ut cadat ab emphyteuſi ob caducitatem, requiritur domini explicita declaratio, nec facta per procuratorem generalem ſufficeret *Æmil. deciſ. 301. part. 1. & deciſ 181. part. 2.* declarationem domini, & petitionem requiri ut rei, vel juris alicujus privatio incurratur, traditur per *Mynſing. obſerv 77. cent. 6.* qualiter fieri debeat. *Magon. deciſ 76. Rot. Flor. num. 24.* ¶ Emphyteuta jure civili ſi non ſolvit canonem elapſo biennio. cadit a jure ſuo, jure canonico non. *Bartol in ſuo tract. de differ. inter jus civile & canon. num. 101.* ¶ An emphyteuta ceſſans per 20. annos continuos à ſolutione canonis, nulla facta interpellatione, cadat à jure ſuo, vel præſcribat contra canonis ſolutionem reſpectu præteriti temporis. *Excell. P. Theſſ. deciſ. 179.*

Vel non.

Mulier ex ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi vendat rem emphyteuticam non ſervata ſolemnitate ſtatuti, domino irrequiſito, non cadit à jure ſuo: quia contractus remanet nullus. *Franc. Crement ſingul. 113.* ¶ Emphyteuta alienans conſocio partem habenti, non cadit à jure ſuo. *Hippol. ſingul. 28.* ¶ Emphyteuta locans ad longum tempus domino irrequiſito, non cadit. *Cabal. milleloq 213.* ¶ Quod dicitur emphyteutam ceſſantem, à ſolutione canonis non cadere à jure emphyteutico, niſi dominus voluerit, & declaraverit ſe velle, hoc adeo verum eſt quod niſi dominus voluntatem ſuam declaraverit, emphyteuta adhuc vivente non poſſit poſtea adverſus ipſius hæredem declarare, quod intellige procedere in domino ſciente, & valente revocare; alias ſecus. *Mynſing obſerv 97. cent. 3. Borg. Caval. deciſ. 14. contract. num. 18* quod declara. *ut ibid. num. 21. & 26. vide Magon. deciſ. 70. Rot. Floren. Caſſad. deciſ. 2. tit. de locat. & conduct. Pet. Benint. deciſ. 37. num. 17.* ¶ Emphyteuta non cadit à jure ſuo, quando per biennium non ſolvit cenſum de rebus boſcatis, de quibus ſingulo quinquennio ſolet fructus colligi. *Joſeph Ludov. deciſ. Peruſ 79. num. fin. p. 2.* ¶ Emphyteuta non cadit à jure ſuo, ſi in parte aliqua minima defecerit in ſolutione. *Pet. de Benint. deciſ. 6. vide tamen Paul. Æmil. Ven. deciſ. 300. part. 1. num. fin. & Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto, licet. tit. de jure emphyt. n. 14.*

Cap. VI. Qui privetur re, vel non.

Qui pendente generali ſubhaſtationis judicio male verſatur, an privari poſſit. *Johan. Petr. Surd. deciſ. 102.* ¶ Vendendo partem rei, cum haberet licentiam vendendi, an cadat. *Jo. Pet. Surd. dec. 188.* ¶ Qui deſtruit domum à ſe exſtructam, an privetur. *Jo. Pet. Surd. dec. 300.* ¶ Emphyteuta ſi vendiderit rem irrequiſito domino, & poſtea redemerit, privatur nihilominus re ipſa. *Bart. in l. 4.*

§. *idem Labeo. de uſucapio.* ¶ Emphyteuta cadens, an perdat omnia melioramenta, *vide diſtinct. de qua per Cabal. milleloq. 176* ¶ Emphyteuta privatur emphyteuſi cum in ea male verſatur; ſed quando dicatur male verſari. *Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 78.*

Vel non.

Qui tenetur ad ſolutionem penſionis in loco deſtinato, non incurrit in pœnam privationis (licet non ſolvat) quando in loco deſtinato creditor non eſt, cui fiat ſolutio. *Joan. Mohed. deciſ. 307.* ¶ Cenſualia bona poſſunt alienare per poſſeſſorem ſalvo cenſu, & cenſuarius non privatur jure ſuo non ſolvendo, vel alienando. *Capic. deciſ. 103. num. 6. & 7. & deciſ. 197. Caſſad. deciſ. 2. de jurejur. Cravet. conſ. 204. num. 20.* Nam in contractu cenſuali non eſt locus caducitati. *Mynſing. obſerv. 95. cent. 3. vide ſupra tit. de cenſibus, &c. Dec. conſ. 149.*

Cap. VII. Quando remittatur caducitas, vel non.

Dominus recipiendo canonem præteriti temporis, an remittat caducitatem. *Jo. Petr Surd. deciſ. 317.* ¶ Ratio, quia dominus tacendo videtur caducitatem remiſiſſe, & condonaſſe. *Magon. d. deciſ. 70. num. 4.* ¶ Ampliatur, etiam ſi in conceſſione emphyteuſis fuiſſet expreſſe pacto conventum, quod res ipſo facto caderet in commiſſum, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 20. & 138* tamen caducitas declarata contra emphyteutam, non ſolum præjudicat ipſi, ſed etiam omnibus ejus deſcendentibus, & hæredibus, & etiam fideicommiſſariis, & creditoribus. *Borgn. deciſ. 30. p. 2. n. 5.* & multa de caducitate, *vide ibi per Borgn.* ¶ Emphyteutæ caducitatem remittere poteſt Prælatus recipiendo canonem, quod intellige, quando Prælatus ſolus adminiſtrationem habet. *Cabal. Milleloq. 135.* ¶ Pœna commiſſi remiſſio inducitur per receptionem canonis, ſive cenſus debiti, nulla facta proteſtatione. *Ozaſ deciſ. 136. num fin. Guid. Pap. quæſt. 171. Franc. Marc quæſt. 613. Cabal. Milleloq. 22*. Imo etiam facta proteſtatione. *Guid. quæſt. 172* quod procedit ita demum, ſi dominus caducitatem incurſam ſciebat, *vide Hier. Mago. deciſ. 145. Rota Floren.* ¶ Exactor fictuum non remittit caducitatem. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 181.*

Cap. VIII. Quando evitari poſſit, vel non.

Oblatio verbalis non congruo loco, neque tempore facta, imo de ſola parte pretii habetur pro bona, & legitima, pro excuſatione à pœna caducitatis. *Paul. Æmil. deciſ. 271. p. 2.* quod ad evitandum commiſſum oblatio verbalis ſufficiat, etiam per tertium facta, *ſcribit Cabal. milleloq. 220 vide Borg. deciſ 29. part. 2. n. 40.* ¶ Communitas ad evitandum caducitatem, poteſt ſolvere pro negligentibus, aut contumacibus. *Sol. decreto licet. gloſſ. 2. part. 3. num. 11. fol. 41.* ¶ Emphyteuta faciens depoſitum evitat caducitatem, licet non eſſet formaliter factum, quando deponens eſſet ruſticus, ſive idiota. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 8.* ¶ Emphyteuta debet realiter offerre fictuum ad evitandam pœnam caducitatis, nec ſufficit verbalis oblatio; tamen non eſt neceſſaria aliqua depoſitio, vel conſignatio. *Natt. conſil. 3. Tom. 1.* ¶ Emphyteuta non evitat caducitatem, quamvis tertius, & extranea perſona velit pro eo canonem ſolvere, invito domino directo. *Borg. Caval. deciſ. 29. n. 40. p. 2.*

Cap. IX. Moræ. Quando purgari poſſit, vel non.

Etiam caducitas decretalis non indicitur ipſo jure, ſed ſi domino placuerit: ideo ante domini declarationem admittitur purgatio moræ ſuper ipſa caducitate: ſed an ſententia declaratoria requiratur, vel ſufficiat ſimplex domini declaratio, *vide comment. D. Sola in antiq. conſtitut. gloſſ. 11 ſuper decreto licet tit. de jure emphyteut. num. 17. 24. & 18. & gloſſ. 2. ibid fol. 40.* ubi tenet emphyteutam monitum, lapſo triennio non poſſe moram purgare. ¶ In emphyteuſi admittitur purgatio moræ, etiam ſi dicatur in conceſſione, quod non facta ſolutione canonis, res cadat in comiſſum: quia hoc intelligitur, domino volente: ideo ante declarationem domini mora purgari poteſt, Imo ſemper de æquitate canonica. *Dec. conſil. 138.* ¶ Emphyteuta, an, & quando poſſit moram purgare, ut evitet commiſſum, referuntur tres opiniones, & concluditur pro affirmativa (ſolvendo, vel deponendo ante litem conteſtatam) *per Guid. Pap. quæſt. 123. & quæſt. 171. vide Bart. in §. ſcire. Authen. de non alienand. aut permut. reb eccleſ.* ¶ Pactum appoſitum in contractu emphyteuſis, quod propter canonem non ſolutum, res non revertatur ad dominium; ſed liceat moram purgare per quinquennium, valeat. *Bart. in conſil. 161. vol. 1.*

Vel non.

Emphyteuta, qui per triennium non ſolvit canonem, non poteſt moram purgare, deponendo canonem penes judicem, maxime ſi ſit emphyteuta privati *Afflict. deciſ. 174.* & tunc res cadit in commiſſum abſque moræ purgationem. *Afflict. ibid. vide Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 90. part. 2. Franc. Marc. quæſt. 576.* ¶ Emphyteuta privati non poteſt moram purgare infra modicum tempus; ſicut in emphyteuta Eccleſiæ. *Cabal. milleloq. 221.* imo quod in utroque caſu vocatus in jus ſtatim celeri ſatisfactione poſſit moram purgare, plene ſcribit *Hieron. Magon. deciſ. Rot. Floren.* ¶ Poſt domini declarationem declarantis velle rem haberi pro commiſſa, non admittitur purgatio moræ. *Dec. conſ. 146. n. 4.*

Cap. X. Quando expelli poſſit, vel non.

Non ſolvens Eccleſiæ canonem per biennium, vel rem deteriorem efficiens, repelli poteſt ab emphyteutico jure, & punitur aliis damnis, de quibus in Authen. *qui rem C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Quando emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationem, *vide deciſ. 22. Peruſ. Joſeph. Ludov. & ſupra tit. prox.* ¶ Emphyteuta propter deteriorationem ab ipſo cauſatam in re emphyteuticaria expelli poteſt, & conſequenter ipſe ab omni ſuo jure cadit tribus concurrentibus, de quibus *vide per Mynſing. obſerv. 86 cent. 6. Magon. deciſ. 146.* ſed qualis debeat eſſe deterioratio, ut poſſit expelli, *vide Menoch. conſ. 372. lib. 4. Natt. conſ. 481.* ¶ Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis, an poſſit propra domini auctoritate expelli, ut ſit neceſſaria ſententia declaratoria, *vide Caſſad. deciſ. 2. tit. de locat. & conduct.* quod poſſit nulla præcedente judicis ſententia declaratoria, *ſcribit Dec. conſ. 146. Bart. in Authen. de non alienandis, aut permut. rebus Eccleſiaſt. § ſcire autem. Abb. conſ. 67. & vol. 2. Fel. conſ. 25. num. 10.* ¶ Et quid, ſi hoc ex conventione fuerit dictum, *vide Caſſad. ibid. deciſ. 3.*

Cap. XI. Qui excuſari poſſit, vel non.

Detentus in carcere tanquam legitime impeditus excuſatur a caducitate: idem erit in quolibet altero legitime impedito. *Gram. deciſ. 52. n. 10.* ¶ Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor rem venditam aſſerit francam, & liberam, falſo tamen; ideo tunc excuſatur à commiſſo *Guid. Pap. quæſt. 24.* ¶ Ignorantia, ut quis à pœna commiſſi excuſetur, ſufficit; ideo hæredi non ſolventi canonem ſubvenitur beneficio reſtitutionis in integrum. *Marc. quæſt. 579. facit l. 1. §. fin. cum. gloſſ. ib. ff. quando appellan. non ſit.* quomodo & quando ignorantia excuſet, ſaltem quoad purgationem moræ. *vide Pap. lib. 12. tit. 8. arreſt. 1.* ¶ Pluribus in cauſis emphyteuta poteſt excuſari à caducitate, de quibus *vide per Rol. conſ. 87. vol. 1.* ¶ An per clauſulam, ſalvo jure domini excuſetur, *vide Dec. conſ. 160.* ¶ Perſuaſiva probatio à pœna caducitatis liberat, ad quam etiam vitandam oblatio habet

vim ſolutionis. Item factum ab alio nomine meo, pro meo facto reputatur. *Dec. conſil. 550.* veluti ſi quis ſolvat canonem, etiam nomine proprio. *Dec. ibid. num. 16. Roman. ſingul. 562.* ¶ Solutio à quovis facta excuſat emphyteutam, à pœna caducitatis. *D. Sol. dec. licet. gloſſ. 1. de jur. emph. num. 13. fol. 38.* ¶ Oblatio verbalis, an excuſet à caducitate, à qua excuſatur emphyteuta in octo & viginti caſibus, de quibus *vide per D. Sol. in dd. ſuis comment. gloſſ. 1. ſuper decreto licet. tit. de jure emphyteut. num. 24. fol. 39.* ¶ Emphyteuta, qui negavit rem eſſe emphyteuticam, poſtea convictus, beneficio decreti non gaudet. *Idem ibid. gloſſ. 2. part. 3. fol. 40.*

Cap. XII. Qui effectus producatur.

Delictum, quando circa rem præjudicet creditori, cui res erat obligata. *Jo. Pet. Surd. decis. 286.* ¶ Penſio per alienantem ſoluta procuratori, ante declaratum commiſſum per dominum, præjudicat ipſi domino ſcienti. *Afflict. ibid. num. 9. vide Cabal. milleloq. 135. & milleloq. 216.* alias procurator generalis recipiendo canonem, jus domini donare non poteſt. *Afflict. deciſ. 129. num. 11. vide tamen Gaſpar. Cabal. milleloq. 101.* ¶ An reſtitutio minoris (quoad caducitatem) profit majori condebitori emphyteutæ, *vide Petr. Beninten. deciſ. 4. Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 121.* ubi tenet affirmativam. ¶ Patre non ſolvente canonem, an præjudicetur filiis, diſtingue, aut pater recipit emphyteuſim pro filiis, & hæredibus, & tunc ceſſando ſolvere illis præjudicat, aut recipit pro filiis, & tunc illis non præjudicat. *Mynſing. obſerv. 66. cent. 3. vide comment. D. Sol. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto. licet titul. de jure emphyt. Bart. in conſil. 55. num. fin. vol. 1. & conſ. 60. ibi in fine.* ¶ Aſſenſus domini reſervatio, an operetur tradita poſſeſſione, ad caducitatem evitandam, ſaltem quando fuit facta alienatio, cum clauſula, nec aliter, nec alio modo, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 267. lib. 2.*

Cap. XIII. Dominus. Quæ facere poſſit.

Dominus directus, an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate rei ſibi commiſſæ, *vide Guid. Papon. quæſt. 107.* vel emphyteutam expellere. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 17.* ¶ Rem caducam utrum Dominus retinere poteſt in præjudicium agnatorum, & communitatis ratione regiſtri. *Sol. dec. licet de jur. emph. gloſſ. 1. num. 5.* ¶ In caſibus, in quibus licet domino directo accipere poſſeſſionem rei emphyteuticæ propria auctoritare, non eſt neceſſaria ſententia declaratoria. *Cravet. conſil. 212.* ¶ Dominus directus poteſt jure contra quemlibet poſſeſſorem, & propria auctoritate ingredi poſſeſſionem ob non ſolutionem canonis, deteriorationem, vel alienationem. *Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 132. & 133.*

Vel non.

Emphyteuſim propter canonem non ſolutum ad dominum translatam, hæredes ipſius vendicare non poterunt, ſi dominus tacuerit. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 123. num. 6. Caſſan. deciſ. 3. titul. de locat. & conduct. Magon. deciſ. 70. Rot. Floren.* ¶ Dominus directus non poteſt convenire tertium poſſeſſorem detinentem bona emphyteutica, niſi præcedente declaratione ſuper caducitate. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 9.* ¶ Quando res libellaria efficitur caduca, applicatur emphyteutæ domino immediato, & non domino directo mediato. *Menoch. conſ. 330. lib. 4.* ¶ Quando ſunt duo domini, & unus tantum inveſtivit, quid juris. *Marc. quæſt. 573. & ſeq.*

Cap. XIV. Ad quæ non teneatur.

Dominus directus non tenetur reſarcire emphyteutæ impenſam factam in domus exſtructione, ſi res cadat in commiſſum; alias ſecus. *Guid. Pap. quæſt. 437.* nam emphyteuſis devolvitur ad directum dominum cum omnibus meliorationibus, & augmento, quando devolutio oritur ex culpa emphyteutæ; ſecus ſi ſine culpa, & hæc vera ſunt etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica. *Vincent. de Franc. deciſ. 191.*

Cap. XV. Emphyteuta. Quæ facere poſſit, vel non.

Emphyteuta, an ſine licentia, & aſſenſu domini, poſſit vendere emphyteuſim cum pacto, quod emptore non ſolvente pretium poſſet tantam emphyteuſis partem capere, quanta ſufficeret pro pretio non ſoluto. *Johan. Petr. Surd. deciſ. 344.* ¶ Domum à ſe exſtructam, an demoliri poſſit authoritate propria. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 78.* ¶ Emphyteuta poteſt ſervitutem conſtituere, & rem obligare, & valet obligatio pignoris: tamen ſi res pervenerit ad dominum jure prælationis, vel cadat in commiſſum, dictæ obligationes evaneſcunt, nec nocet domino directo præſcriptio; ſecus ſi pervenerit alio jure. *Guid. quæſt. 576. Boer. deciſ. 181.* ¶ Emphyteuta poteſt permutare rem emphyteuticam cum alia, abſque conſenſu domini, & pœna caducitatis, quod procedit etiam in emphyteuſi eccleſiæ, *vide Menoch. conſil. 287. num. 50. lib. 3.* ¶ Emphyteuta, qui cecidit à jure ſuo per canonem non ſolutum, an nihilominus repetat meliorationes. *Jaſ. de actio. in §. actionum. num. 161.*

Vel non.

Emphyteuta expulſus à re, propter rei deteriorationem, non poteſt ſua melioramenta cum deterioratione compenſare. *Natt. conſil. 482.* ¶ Emphyteuta non habens poſſeſſionem, canonem ſolvere non tenetur, & ſi non ſolvit propter aliquam probabilem ignorantiam, ei competit reſtitutio, adverſus caducitatem. *Dec. conſ. 58. & conſ. 163.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Imputatur tutori, ſi res emphyteutica propter canononem non ſolutum, redit ad dominum. *l. 23. C. de adminiſtrat. tutor. vel curat.* ¶ Factum non ſufficit ſcire, niſi ſimul ſciatur ejus modus, & qualitas. *Cabal. milleloq. 99.* ¶ Canonis ſolutio, an ſit individua, *vide Petr. de Benint. deciſ.* quod ſit individua etiam in pluribus ſociis, *ſcribit Borg. deciſ. 30. part. 2. num. 118.*

TITULUS CCCLXXVIII.

De feudis in genere.

Generalia.

PLura de materia feudorum, *vide per Ozaſc. deciſ. 26. Jaſ. in præludiis feudo. poſt tit. de jure emphyt. C. Jacob. de Franc. in tract. poſt deciſiones Vinc. de Franc. Jul. Clar. in ſua pract. crim. §. feudum.* ¶ De Vaſallo proteſtante, & renunciante juri vaſſallagii, propter retardatam ſerviciorum remunerationem. *vide per Afflict. deciſ. 308* ¶ Vide multas obſervationes, circa materiam feudorum *per Hartm. tit. de feudis lib. 1.* ¶ In feudalibus cauſis, & controverſiis definiendis, quid obſervandum, *vide obſerv. 76. Mynſing. cent. 5.* Multa alia de materia feudorum, *vide per eundem Senatorem, ibi in proœmio, in titul. de foro competenti fol. 4. in titul. de jure emphyt. fol. 8. & ſeqq. 71. 73. 75. 76. in tit. de feudis. fol. 78. & ſeq. & alibi fol. 86. 87. 167. & fol. 196.*

Cap. I. Feudum: Inveſtitura: Allodium. Quod dicatur.

Feudum quid ſit, & quomodo diffiniatur, *vide Caſſad. in conſuetud. tit. des fiedz. Rub. 3.* ¶ Duplex eſt feudorum inveſtitura, altera propria, & altera impropria, quæ dicitur abuſiva, propria dicitur realia ipſa feudi poſſeſſio, abuſiva vero eſt, per quam fit quædam imaginaria futuræ poſſeſſionis repræſentatio per traditionem annuli, vel aliter, & ad quid teneatur dominus

faciens

faciens abuſivam inveſtituram, *vide Mynſing. obſerv. 61. cent. 4. Hartm. cap. 7. titul. de feudis. lib. 2.* ¶ Quælibet res præſumitur libera, niſi probetur contrarium, fallit, ſi eſſet fama de antiquo: ſaltem centum annorum, quod bona eſſent feudalia, vel alter conſtet per inveſtituram: *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des fiedez, §. 4. gloſſ. 4. num. 16. vide Rol. conſ. 82. vol. 2.* ¶ Omnis res dicitur feudalis, in qua quis jus habet, *Capic. deciſ. 121. num. 9.* ¶ Feudi conceſſio pro ſervitio certo, eſt donatio, in qua liberalitas maxime attenditur. *Ægid. Bellam. concluſ. 741. num. 7.* ¶ Inveſtitura vim contractus obtinet. *Afflict. deciſ. 265. num. 102.* & poſſeſſio, ſeu quaſijurium incorporalium tranſit, per ſolum privilegium, juriſdictionem, ſaltem ratione juriſdictionis. *Caſſan. ibid. num. 18.* ¶ Fidelitas eſt cauſa infeudandi. *Tho. Minad. deciſ. 37. num. 8.* Ideo reditus non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas, & illud proprie dicitur feudum, in quo quis habet præſtare ſervitium perſonale. *Afflict. deciſ. 128. Gram. deciſ. 77. Cravet. conſil. 293. num. 9.* ſecus quando ſolvitur pecunia. *ibid. Afflict. vide Marc. quæſt. 3. part. 2. Cravet. conſil. 293. num. 9.* imo feudum pro quo ſolvitur annuus cenſus prox. accedit ad naturam emphyteuſis. *Raud. tract. de Anal. cap. 21. num. 95.* ¶ Annulus eſt ſignum inveſtituræ, & inveſtitura eſt ſignum traditæ poſſeſſionis. *gloſſ. in c. 2. ext. de conſtitut.*

Vel non.

Contractus permutationis dicitur, & non feudalis, quando in infeudatione reperitur aliquid datum in recompenſam; feudum enim gratis, & non pretio conceditur. *Guid. Pap. quæſt. 155.* ¶ Feudalis res non conceſſa in feudo, de qua præſtatur annua penſio in dubio, an ſit præſumenda empbyteutica, vel cenſualis, *vide Afflict. d. deciſ. 129.* ¶ Cenſus ubi ſolvitur annuus pro terris feudalibus, illæ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ ſed ſimpliciter cenſuales. *Capic. deciſ. 103. ſupra titul. de cenſibus.* ¶ Contractus quo conceditur res ad annuum reditum dicitur cenſualis, non obſtantibus verbis conceſſionis in feudum ex quo dicta verba impropriari debent. *Grammat. deciſ. 77. numer. 10.*

Cap. II. Quale ſit.

An ex ſimplici conceſſione Principis cenſeatur feudum, vel donatio facta. *Rol. conſ. 1. volum. 4.* ¶ An bona, quæ allegantur feudalia, ſint libera à ſolutione tallearum, veluti ſi feudum eſſet improprium, *Crav. conſil. 293.* ¶ Feudum apud emptorem ejuſdem debet eſſe naturæ, qualis erat apud auctorem. *Sol. in antiq. conſtit. gloſſ. 1. prohemii num. 27.* quia feudi conditio non immutatur, alterius perſonæ mutatione. *ibid. num. 28.* ¶ Feudà à Duce Sabaudiæ conceſſa eandem ſequuntur naturam, quam feuda ab Imperatore tradita. *idem ibid. gloſſ. 2. num. 6.* ¶ Vaſallus mei vaſalli, non eſt homo meus. *Guid. quæſt. 551. num. 7.* ¶ Caſtrum poteſt eſſe ſine territorio, & juriſdictione, quo caſu de jure communi nullo gaudet privilegio ſpeciali, ſed civitati vicinæ ſubeſt: ſecus ſi ſubditos habeat, & jus territorii, ſed quando de pertinentiis controverſia incidit, utrum talis fundus, villa, aut pagus pertineat ad caſtrum, quomodo hoc dignoſcatur, *vide per Andr. Gail. obſerv. 62. lib. 2.* & de probatione pertinentiarum in judicio poſſeſſorio, *vide ibid. obſerv. 63.* ¶ Feudum creditoribus vaſalli obnoxium non eſt, nec de eo illis ſatisfieri debet ſed tantum de ejus commoditatibus, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, *vide Cravet. conſil. 197.* ¶ Status ultimus terræ feudalis, an debeat eſſe in conſideratione, *vide Afflict. deciſ. 305. num. 18.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An cap. agnat. vel filii, quod diſponit filium non poſſe recuſare hæreditatem patris, & feudum acceptare, ſed utrumque amplecti, & reſpuere locum habeant in feudo hæreditario, vel ſolum in feudo, ex pacto, & providentia. *Rol. conſ. 28. t. 3.* ¶ Superioritatem denotant, perceptiones laydæ, bladorum, & aliorum. *Franc. Marc. quæſt. 454. num 32.* ¶ Si de juriſdictione villæ, vel caſtri diſceptetur, in dubio de territorio propinquioris domini, & adjacentis, intelligitur. *Marc. quæſt. 454. num. 33.* ¶ Feudi naturam in jure duplicem conſiderari; generalem ſ. & ſpecialem, & naturam ſpecialem derogare generali tradit *Menoch. conſil. 148. num. 9. & 10.* ¶ Caſtrum quomodo, & ex quibus actibus, & conjecturis eſſe ſubjectum alicujus civitatis cognoſcatur, & de ejus finibus eſſe, *vide Menoch. conſil. 269. lib. 2.* & quæ poſſint adduci ad probandam ſubjectionem, *vide ibid.* ¶ Reſervatio facultatis diſponendi appoſita in decreto domini, repetita cenſetur in omnibus inveſtituris poſtea ſequutis, ad formam ipſius decreti. *Cravet. conſ. 135. num. 14.* ¶ Per inveſtituras poſteriores declarantur anteriores. *Cravet. pro genero conſil. 1. num. 358.* & inveſtitura nova relata ad antiquas, ſecundum antiquas regulatur. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gl. 1. proœmii. num. 26.* ¶ Privilegium conceſſionis, licet cantet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, non tamen comprehendit omnes hæredes; ſed intelligitur de primo hærede. *Gram. deciſ. 59. num. 8. & 23. vide Put. deciſ. 225. lib. 2 num. 13.* ¶ Fidelitas eſt de eſſentia feudi, adeo quod in conceſſione feudi facta ſimpliciter, fidelitas intelligitur, etiam nulla de ipſa facta mentione, *Guid. Pap. quæſt. 518.* ¶ Nomen hæredum in feudo intelligitur usque ad eam generationem, quæ ex natura ſuccedit in feudo. *Fel. conſil. 28.* ¶ Cum Princeps concedens feudum vult illud manere individuum intelligitur voluiſſe, quod unus conſortum alteri ſuccedat, jure non decreſcendi. *Menoch. conſ. 304. lib. 3.*

Cap. IV. Quæ veniant, comprehendantur, vel non.

Vendito caſtro, ſeu conceſſo per Principem, venit juriſdictio, ſed an veniant regalia, *Boer. deciſ. 50. num. 11.* ¶ Feuda, quæ tranſeunt ad filios, ſi ſunt hæredes, veniunt in petitionem hæreditatis, & feudale jus tanquam ſingulare, non eſt trahendum ad conſequentiam. *Bart. in l. 7 §. ſi liberi. ff. de ope. liberto.* ¶ Conceſſo caſtro, veniunt molendina, merum, & mixtum Imperium, cum juriſdictione, & omnibus pertinentiis. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera P. ſing.* Princeps recognoſcens caſtrum, an territorium recognoſcere videatur. *vide Andr. Gail. obſerv. 62. lib. 2.* ¶ Merum, & mixtum Imperium, venit in donatione caſtri ſeu villæ ſimpliciter facta; tamen ſuprema juriſdictio, remanet penes concedentes. *Nat. conſ. 405.* ¶ Caſtrum, ſive feudum ſi petatur cum juribus ſuis, videtur etiam peti homines feudi, ſeu caſtri. *Blaſ. de Mureone. ſing. 11.* ¶ Feudi fructus veniunt deductis expenſis. *Afflict. deciſ. 252. num. 6.*

Vel non.

Conceſſione facta de caſtro, cum toto territorio, non venit locus ſterilis, nec uſus fluvium. *Ludov. Rom. ſingul. 64.* ¶ Feuda non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. *Bartol. in l. 35. ff. ad Trebellian.* ¶ In generali diſpoſitione, appellatione bonorum, non veniunt bona feudalia. *Rolan. conſ. 29. vol. 3.* ¶ De validitate conceſſionis feudi conceſſi, per habentem jus in eo, *vide Rol. conſil. 100. vol. 4.* ¶ Feudum non venit in petitione hæreditatis. *Cabal. milleloq. 463.*

Comprehendantur.

Verba tua, omnia beneficia curata, & non curata, comprehendunt feuda, *Dec. conſ. 76.* ¶ Licet appellatione liberorum comprehendantur tam maſculi quam fœminæ; tamen hoc eſt verum in materia indifferenti, quæ conveniunt utrique, ſecus ſi maſculo tantum,

ut in materia feudorum. *Pet. de Raven. ſing. 237.* ¶ Princeps concedens feudum alicui pro ſe, ſuiſque filiis, filiorum nomine comprehenduntur etiam nepotes. *Jo. Ant. Trigo. ſing. 35.* ¶ An bona particularium exiſtentia intra confines caſtri venditi cum pertinentiis dicantur comprehenſa in emptione. *vide Cravet. conſ. 293.* ¶ Marchio tanquam habens titulum ſpecialem, non comprehenditur in generali feudatariorum ſubjectione, alicui facta per Imperatorem; ſecus in ſpecifica. *Natt. conſ. 686.*

Cap. V. Quæ attendantur.

Tenor inveſtituræ primæ eſt attendendus non autem actus medius, qui non habetur in conſideratione, maxime ſi conſtat de extremo concordante cum primo tenore inveſtituræ. *Afflict. deciſ. 195. num. 5. Cabal. milleloq. 496. Mago. deciſ. 54. Rot. Floren. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſt titul. de feud. fol. 83.* ¶ In contractibus feudalibus conſuetudo maxime dominatur. *Guid. Pap. ſingul. 594.* ¶ Conceſſionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſſio intuitu patris, vel filiorum, etiam in conceſſione nova. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 66.* ¶ Ad originale inveſtiturarum recurrendum eſt, quando dubitatur de qualitate feudi. *Cabal. milleloq. 188.* ¶ Neutra feudi genus eſt, & tenor inveſtituræ ſpecies, quæ derogat generi, eſtque tenor ipſe diligenter intuendus, ad quem (veluti ſcopum) feudi ſtatus dirigitur, & inveſtitura eſt ſignum feudi neceſſarium, à cujus tenore non diſceditur, ſed præciſam habet formam, à qua cæteræ inveſtituræ reſtringuntur, quamvis feudum tranſierit in aliam familiam, aut in eadem fuerit innovatum. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. ſuper 3. part. decreti, quia in pleriſque titul. de feudis. fol. 83. Rol. conſ. 67. vol. 1. & conſ. 53. vol. 3.* ¶ In feudis attenditur conſuetudo loci, ubi eſt ſitum feudum, & non loci reſidentiæ Domini directi. *ibid. Pap. arreſt. 16. lib. 13.*

Cap. VI. Quibus modis probetur; Quæ probentur, & probent, vel non.

Feudum quibus modis poteſt probari antiquum. *Surd. conſil. 5. libr. 1.* ¶ De fundamentis, quæ poſſint adduci pro una Civitate ad probandum, quod non ſit ſubjecta alteri, *vide per Dec. conſil. 360. volum. 2.* ¶ Inveſtituræ antiquæ probatio fit per ejus tenorem, in alia inveſtitura relatum. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 4.* ¶ Inveſtitura probat titulum, ſed non jus inveſtientis. *Cravet. conſil. 124 num. 11.* ¶ Dominus prætendens aliquas ſervitutes ſibi deberi à vaſallis, ſibi incumbit onus probandi ipſarum præſtatione, & per tantum tempus cujus initii memoria hominis non exiſtat in contrarium, nec ſufficit longævus uſus cum tituli allegatione. *Gram. vot. 12.* ¶ Feudum conceſſum alicui pro ſe, & deſcendentibus, ubi quis petit, tenetur probare ſe ab eo cui fuerat conceſſum deſcendiſſe, vel aliter eſſe de perſonis in inveſtitura, comprehenſis. *Natt. conſil. 615. num. 6. vide Rol. conſil. 3. num. 41. vol. 1. & conſil. 10. lib. 3.* quo loci habetur, qualiter fiat hæc probatio, & an ſufficiat probatio per famam. ¶ Feudalis res qualiter probanda, *vide Afflict. deciſ. 255. & 277. Gram. deciſ. 77. num. 12. Cravet. conſil. 276. Rol. conſil. 90. volum. 4.* quæ poſſint adduci ad probandum bona eſſe feudalia, *vide eundem Cravet. conſil. 203. Menoch. conſil. 252. 255. lib. 3. D. Sol. in ſuis comment. fol. 28. in antiq. conſtit.* ¶ Narrativa Principis motu proprio facta licet non probet, tamen transfert onus probandi contrarium in adverſarium. *Put. deciſ. 323. lib. 2.* ¶ In ſucceſſione feudi, primi acquirentis probatio requiritur, niſi conſuetudine aliter inductum ſit, ſed de hac probatione, *vide Gail. obſerv. 149. lib. 2.* ¶ Limita, quando feudum novum conceditur, ut antiquum, avitum, & paternum. *ibid. num. fin.* ¶ Eccleſia agens interdictiicto recuperandæ contra ſpoliantis hæredem, qui longo tempore poſſedit, cum confirmatione regis, quid habeat probare, *vide Afflict. deciſ. 324.*

Vel non.

Licet aliquis recognoſcat bona, & præſtet juramentum fidelitatis, non tamen videtur induci, aut probari feudum, niſi recognoſcantur bona tanquam feudalia, & præſtetur juramentum fidelitatis ratione feudi, nam bona poſſunt recognoſci ab aliquo, alia ratione, quam feudi, veluti emphyteuſis. *Cravet. conſil. 297.* ¶ Aſſertio venditoris, facta in inſtrumento venditionis rem venditam ſe moveri de directo dominio talis domini, non probat ipſius domini favore, dictum directum dominium. *Guid. Pap. quæſt. 24.* ¶ Feudum non probatur ex eo, quod in inveſtituris dicitur, conceſſum caſtrum cum juribus, & pertinentiis, niſi oſtendatur ex longa conſuetudine, vel conceſſione eſſe aſſignatum aliquid pro pertinentiis. *Natt. conſil. 313. vide Menoch. conſil. 395.* ¶ Vaſallus quis non probatur, probando, quod per decem annos præſtiterit ſervitia alicui tanquam domino. *Bartol. in l. 19. Cod. de agricolis, lib. 11.* ¶ Contra feudi recognitionem quis non poteſt admitti ad contrarium probandum, neque ejus hæredes. *Jacob. Put. deciſ. 225. lib. 2.*

Cap. VII. Quæ præſumantur. & requirantur, vel non.

Feudalia eſſe prædia præſumuntur, quando nullo intermedio connexa ſunt caſtro infeudato, præſertim ſi non fuerunt poſſeſſa per alios, quam per dominos caſtri, & quando bona ruſticalia præſumantur feudalia. *vide Natt. conſil. 446.* ¶ Bona à jure præſumuntur allodialia, & non feudalia. *Ozaſc. deciſ. 26. num. 13. Cruv. pro genero, conſ. 1. num. 427. Natt conſ. 514. num. 26. Rol. conſ. 46. vol. 3. num. 39. Menoch. conſil. 395. lib. 4.* niſi contrarium probetur. *Afflict. deciſ. 277.* & illa ſola dicuntur allodialia, quæ à nemine recognoſcuntur, niſi à Deo. *Guid. Pap. quæſt. 112. vide Vincent. de Franc. deciſ. 131. num. 11.* tamen juriſdictio non præſumitur allodialis. *Franc. Marc. quæſt. 80.* ¶ Quando conſtat de recentioribus inveſtituris, concernentibus inveſtituras unius territorii, præſumitur, quod etiam antiquæ continerent territorium. *Johan. Mohed. deciſ. 282.* ¶ Feudatarii in feudis jure Francorum, quando dicantur vivere, *vide ibid. num. 4.* in Gallia enim feuda ſunt redacta, ad inſtar patrimonialium. *Boer. deciſ. 123.* ¶ Feudi inveſtitura præſumitur ex longitudine temporis. *Fel. conſil. 28. num. 12.*

Vel non.

Licet prædia feudalia non præſumantur, ſed allodialia, tamen hoc fallit, quando adſunt bonæ præſumptiones, ex quibus probantur feudalia, ſed de hujuſmodi præſumptionibus, *vide per Natt. conſ. 520.* ¶ Quod vivatur jure francorum non præſumitur, ideo ille, qui allegat illud, debet probare, quia eſt ſpeciale jus, quo non probato præſumitur, quod jure Longobardorum vivatur. *Afflict. deciſ. 248. num. 3.* ¶ Tertorium, ſeu fundus repertus infra fines feudi non præſumitur feudalis. *Afflict. deciſ. 267.*

Requirantur.

An inveſtitura requiratur ad inducendum feudum. *vide Raud. tractat. de Anal. cap. 21. num. 79. Afflict. deciſio. 129.*

Cap. VIII. Quibus modis extendatur, detrahatur, vel non.

Inveſtitura facta uſque ad tertiam generationem, non extenditur ultra neptem, & primus inveſtitus in prima generatione comprehenditur. *Paul. Æmil. deciſ. 18. part. 2.* ¶ An inveſtitura feudalis loquens de filiis

exten-

extendatur ad nepotes, *vide Alex. Raud. tractat. de Analog. c. 14.* ¶ Confiſcatio bonorum ad feudum ante condemnationem ceſſum, & donatum, non extenditur. *Natt. conſil. 628. n. 5.*

Vel non.

Cridæ loquentes de bonis confiſcatis, non trahuntur ad feudalia. *Raud. tract. de Anal. cap. 32. num. 60. vide tamen ibid. numer. 61.* ¶ Feudorum jura ſunt ſpecialia contra regulas juris communis, & ideo non ſunt trahenda in conſequentiam. *Caſſad. deciſ. 1. tit. de acquir. rer. domi.*

Cap. IX. Qui ſint capaces,
vel non.

Monachus, & clericus quando feudi, & de quo capaces eſſe poſſint, *vide per Natt. conſ. 600.* ubi ſcribit ſex diſtinctiones quas omnino videbis pro perfecta intelligentia hujus dicti. ¶ Eccleſia de ſe feudi incapax. *Afflict. deciſ. 324.* ¶ Spurii feudorum ſunt incapaces, tamen ex voluntate domini poſſunt admitti, ſed ex quibus poſſit domini voluntas colligi, ita voluiſſe, *vide Raud. de Anal. cap. 35.*

Cap. X. Qui ſuccedere poſſit feudo,
vel non.

An agnatus poſſit admitti ad feudum hæreditarium cui nulla fuit delata hæreditas vaſſalli defuncti, *Rol. conſ. 53. num. 15. tom. 3.* ¶ An agnati tranſverſales poſſint ſuccedere feudo antiquo, & novo. *Roland. conſ. 16. & 32. tom 3.* ¶ An filius legitimatus poſſit ſuccedere feudo, *Surdus conſil. 1. lib. 1. ait poſſe.* ¶ An agnatus in genere non tamen in gradu quarto certo collateralis poſſit ſuccedere feudo, an vero Camera. *Surdus conſil. 5. lib. 1.* ait Cameram. ¶ Agnatus ejuſdem cognominis, & familiæ, an ſine alia probatione ad feudi ſucceſſionem excluſo Domino admittatur, & de agnationis, & proximitatis probatione, quando teſtator proximiorem vocavit. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. lib. 1. quæſt. 61.* ¶ Miles, ſeu Eques, Hieroſolimitanus, an ſuccedat in feudo. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. lib. 1. qu. 18.* ¶ Agnatus ſuccedens inveſtito, an teneatur recognoſcere intra annum, & diem. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 148.* ¶ An mulieres admittantur ad feudum caſtrum ſc. quod fuerat venditum. *Rol. à Valle. conſ. 80. tom. 4.* ¶ An mulier poſſit admitti ad aliquod feudum, *Rol. à Valle. conſ. 41. tom. 4.* ¶ Etiam ſi conceſſio feudalis facta ſit pro ſe & ſuis hæredibus, *Rol. à Valle. conſ. 42. tom. 4.* ¶ An mulieres ſuccedant in bonis allodialibus, & feudalibus. *Rol. à Valle. conſ. 43. tom. 4.* ¶ An feudum ſuſceptum pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque tranſeat ad hæredes extraneos, *Rol. conſ. 42. tom. 4.* ¶ In feudis, quis dicitur decedere ſine hærede, qui decedit ſine filiis. *Bartol. in l. unic. C. ſi liberalitas imperialis libr. 10.* ¶ Qui dicit aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet ſuam intentionem fundatam de jure communi, niſi contrarium probetur. *Bart. in l. 10. §. cum in bello. ff. de reb. dub.* ¶ Circa ſucceſſionem feudorum, & bonorum allodialium, traduntur 16. differentiæ, *per Caſſan. ibid. §. 5. gl. 1.* ¶ Quando propter delictum vaſallus fecit compoſitionem, ſi in executione ipſius compoſitionis factæ, ad aliquam ſummam propter delictum, dominus de novo mediante ipſa ſolutione concedat feudum etiam in antiquum, in illo ſolum ſuccedunt deſcendentes excluſis tranſverſalibus. *Raud. tract. de Anal. c. 34. n. 89.* ¶ Hæres ſanguinis tantum ſuccedit in feudo, nam hæredis appellatione, talis ſolum venit. *Capic. deciſ. 10. n. 8. & deciſ. 34.* Nepos ex fratre prædefuncto, ubi agitur de ſucceſſione patrui etiam in feudalibus, ſuccedit una cum patruo vivente. *Natt. conſ. 107. n. 31.* ¶ Quando feudum propter defectum lineæ debet reverti ad Principem, ſi ipſe Princeps det facultatem ultimo feudatario nominandi aliquem, qui ſuccedat in feudo, quid juris. *vide Raud. tract. de Anal. c. 15. n. 4.* ¶ Pater ſi dederit filio feudum, ipſo filio mortuo, ad patrem feudum revertitur, cum onere tamen ſolvendi æs alienum. *Vinc. de Franc. dec. 3.* ¶ De ſucceſſione collateralium in feudis, & quouſque duret, *vide Mynſing. obſ. 95. cent. 2.* ¶ Facta donatione de feudo filio naturali, & ejus liberis maſculis, evenit, quod talis naturalis habuit filium, & filiam, moritur filius relicta filia, poſtea moritur filia relicto filio, ſuperſtite dicto naturali avo, quo defuncto, oritur quæſtio de ſucceſſione dicti feudi inter filiam filii donatarii, & filium filiæ judicatum pro filia filii. *Joan. Pap. lib. 20. tit. 3. arreſt. 27.* ¶ Clericus in feudo, an ſuccedere jure poſſit, & quid in militibus hieroſolymitanis. *vide Ozaſ. dec. 27. Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 21.* ¶ De ſucceſſione monachorum, ſeu monialium in feudis, & de ſervitio in illis, & quo regulariter monachi, vel clerici ad feuda non admittantur, *vide per Affl. dec. 320. Capic. dec. 10. & 31.* ¶ Fratrum filii, an in ſtirpes, vel capita ſuccedant patruo in feudis, *cent. 3. obſ. 94. Mynſing.* ¶ In feudis frater utrinque conjunctus, non excludit fratrem ex uno latere tantum, ſed ambo æqualiter admittendi ſunt. *Gail. obſ. 151. libr. 2. Dec. conſ. 444. n. 56.* Si pater fecerit inveſtiri filiam, quæ moriatur ſine hærede maſculo, feudum ad proximiores agnatos revertitur, *Dec. deciſ. 193.* ¶ An miles hieroſolymitanus ſuccedat in feudo, *vide Cravet. conſ. 303.* quando ſit capax feudi, *vide Natt. conſ. 507. & conſ. 508.* ubi tenet affirmativam, vide tamen. *Rolan conſil. 23. libr. 1. Menoch. conſ. 54. vol. 1.* ¶ Filii in feudo ſuccedunt æqualiter, licet inæqualiter inſtituti ſint. *Bart. in l. 7. §. liberi. ff. d. oper. libert.*

Vel non.

Agnati tranſverſales in feudum non ſuccedunt ultra ſeptimum gradum. *Rol. conſ. 3. vol. 1. n. 7.* quod declara, *ut ibid. n. 8. vide conſil. 10. vol. 3. n. 21. ejuſdem. Menoch. conſ. 373. lib. 4. num. 84.* ſed deſcendentes ſuccedunt in infinitum. *Rol. conſil. 3 num. 21. Menoch. d. conſil 373. n. 85. Felyn. conſil. 28. num. 12.* ¶ In feudis aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus. *Harteman. cap 18. tit. de feudis. libr. 2. vide ibidem cap. fin.* excepto uno caſu, nempe quando feudum à filio ad patrem revertitur. *Mynſing. obſ. 93. cent. 3. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, Rub. 7. §. 6. gl. 1.* ubi ſcribitur regula cum quatuor limitationibus. *vide Abb. conſ. 82. num. 8.* ¶ Naturalis filius non ſuccedit in feudo, *Bartol. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* ¶ Frater uterinus non ſuccedit in feudo fratri ſuo defuncto: quia in feudalibus, jure cognationis non ſucceditur. *Gail. obſerv. 151. num. 6. lib. 2.* ¶ Clericus beneficiatus conſtitutus etiam in minoribus non poteſt ſuccedere in feudo. *Rol. conſ. 23. vol. 1.* etiam ſi poſtea affectus fuerit Cardinalis. *Menoch. conſil. 202. num. 117. lib. 3.* ¶ Quod clericus etiam Cardinalis non poſſit ſuccedere in feudo, & illud retinere, ſi ſit feudum antiquum rectum, & francum, & habeat dignitatem, ſcribit *Menoch. conſil. 181. num. 71. & 99. lib. 2.* ¶ Inhabiles ad ſerviendum, cenſentur inhabiles ad ſuccedendum: tamen ſi fiant habiles ad ſerviendum, poſſunt per ſubſtitutum ſervire. *Ozaſ. ibid. n. 16.* ¶ Clericus, aut Eccleſia regulariter non ſuccedit in feudo: fallit pluribus in caſibus, & decem ſcribuntur per *Caſſan. in conſuetut Burg. tit. des fiedz. §. 5. gloſſ. 4.* & etiam quando monaſterium poteſt ſervire domino per ſubſtitutum, vel quando adeſt tale ſervitium quod præſtari poteſt per eccleſiaſticam perſonam. *Cravet. conſil. 303.*

Cap. XI. Qui non admittantur, & obligari
poſſint.

Feudum conceſſum ſecundum propriam ſui naturam, in quo juratur ea ſervari, quæ continentur in veteri, & nova forma fidelitatis, non admittit clericum religionem ingredientem ad ſucceſſionem, imo quod habet clericus, amittit. *Natt. de conſtit. 600. num. 10. vide Bartol. in authen. ingreſſ. C. de Sacroſan. Eccleſ.* ¶ Fructus feudi ex pacto & providentia, non poſſunt

 obligari;

obligari; ſecus in feudo hæreditario. *Afflict. deciſion. 26.* ¶ De obligationibus, quibus tenetur vaſſallus domino & de his, quibus tenetur dominus vaſſallo, *vide per Afflict. deciſ. 265. Guid. Pap. qu. 57. Boer. deciſ. 128. Caſſan. in conſuetud. Burg. cit. des fiedz Rub 3 §. 4. Hartm. cap. 31. & ſequentibus tit. de feudis. lib. 2.*

Cap. XII. Qui præſcribere poſſit, vel non.

Vaſallus, an poſſit contra dominum præſcribere, ſtante fidelitatis juramento. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 3.* ¶ Feudum, ubi eſt receptum pro ſe, & deſcendentibus, deſcendentes non dicuntur illud habere à vaſallo proximo defuncto; ſed à primo inveſtito. *Natt. conſ. 534.* ¶ An feuda contra dominum poſſit præſcribi, *vide And. Gail. obſerv. 160. lib. 2.* tamen proceſſio immemorabilis vim Regis aſſenſus, & privilegii habet. *Afflict. ibidem* imo præſcriptio 30. an. nocet. *Thom. Minad. deciſion. 37. n. 15.* ¶ Præſcribi, quando poſſint ſervitia, quæ vaſallus domino debet, & dominus non poteſt augere cenſum ſubditis ſuis, imo ſervitia nova, & indebita, præſumantur per vim extorta. *Boer. deciſ. 132.* ¶ Quanto tempore præſcribatur jus exigendi pedagium, & quid requiratur ad hoc, ut procedat præſcriptio, *vide Bart. in leg. 4. §. in omnibus. ff. de publica. & vectig.* ¶ Feudum habere in alio feudo, & terras ſeparatas, non eſt inconveniens. *Afflict. deciſ. 334.*

Vel non.

An feudum fœmineum à muliere tentum, & poſſeſſum in quo nullum jus habet frater abſque conſenſu domini directi futuro ſuo conjugi in dotem dare poſſit. *Roland. conſ. 19. tom. 4.* ¶ Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt retinere feudum. *Joan. Pap. libr. 13. tit. arreſt. 1.* ¶ Eccleſia ſine habilitate, non poteſt retinere feudum in Regno Franciæ, niſi fuiſſet præſcriptum, præſcriptione 30. ann. *Idem Papon. ibid. arreſt. 17.* ¶ Dominus qui reduxit feudum ad manus ſuas, non præſcribit ſuum vaſſallum, *Jo. Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 22.* ¶ In feudus præſcriptio non habet locum contra agnatos. *Dec. conſil. 144.* feudum poteſt præſcribi reſpectu utilis dominii. *gl. in cap. 13. ex. de præſcriptio.* ¶ Feudi pars nullo tempore præſcribi poteſt. *Afflict. deciſion. 254. n. 4.* ſeu particularis res. *Afflict. deciſ. 267.*

Cap. XIII. Qui alienare, emere: dividere poſſit.

Ruſticus poteſt emere dignitates, & juriſdictiones, quæ ſunt de proprio patrimonio venditoris, & licet de jure communi juriſdictiones, non poſſint vendi, tamen de conſuetudine hoc permittitur. *Abb. conſ. 3. num. 12.* ¶ Feudum ex cauſa dotis Princeps alienare non poteſt, *Marc. qu. 87. 549. part. 2.* ¶ Feuda majora annexam dignitatem habentia, de jure feudali, etiam conſentientibus conſortibus, dividi non poſſunt, licet de conſuetudine aliter ſervetur, ſed feuda inferiora non habentia dignitatem annexam dividi poſſunt, etiam ſine domini conſenſu. *Gail. obſerv. 153. lib. 2. Bartol. in l. 12. ff. de cond. furt. Abb. conſ. 3. n. 11. lib. 2.* ¶ Qualiter feudum dividatur, *vide Cravet. conſ. 318.* & quando, *vide Rol. conſil. 80. volum. 1. Menoch. conſ. 299. lib 7.* ¶ In diviſione bonorum feudalium, non ſufficit provocatio unius vaſſalli, ſed omnes convaſſalli debent convenire, & concordare, alias non poteſt fieri diviſio. *Hippol. de Marc. ſing. 9.* ¶ Juriſdictionis fructos ſicut alii fructus, dividi debent, pro portionibus dominii, vel quaſi, *Capic. deciſ. 27. num. 16.* ¶ An vaſſallus poſſit alienare feudum ex cauſa neceſſitatis, ut famis ſine conſenſu domini directi, *Roland. conſ. 56. tom. 4.* ¶ Uti non poteſt quis jure inveſtituræ, niſi utatur cum omnibus ſuis qualitatibus, *Cravet conſil. 135. num. 26.*

Cap. XIV. Quando concedi poſſit ſecundum, vel non.

An quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & ſuis hæredibus, & hæreditarium, quod acceperint cum beneficio. l. & inventarii teneantur ſatisfacere creditorib. hæreditariis de feudo, vel quando eſt feudum ex pacto, & providentia, *Roland. conſil. 44. tom. 3.* ¶ Quando caſtrum conceditur cum ſuis pratis, juriſdictione, paſcuis, bannis, taſquis, cenſibus, montibus, nemoribus, & defenſionibus, &c. probantur prædicta eſſe de pertinentiis ipſius caſtri, quia bona, quæ ſunt in territorio comprehenduntur in conceſſione facta de caſtro cum ſuis pertinentiis niſi aliter probentur exempta, & quicquid eſt intra fines Comitatus, præſumitur eſſe de Comitatu, *Cravet. conſil. 54. num. 9.* ſed, an per talem conceſſionem bona probentur feudalia, *vide Roland. conſ. 2. volum. 3.* ¶ Caſtrum ſolitum infeudari, poteſt ſemper in feudum concedi. *Cravet. conſil. 54.* ¶ Prælatus res infeudari ſolitas ſine conſenſu capituli in feudum concedere poteſt, alias ſecus. *And. Gail. obſervat. 161. libr. 1.* ¶ Prælatus, etſi feudum novum tanquam antiquum concedat, tamen non ſortitur qualitatem feudi antiqui ſed novum manet. *Mynſing. obſerv. 18. Cent. 6.* ¶ Si fuit feudum conceſſum duobus fratribus, uno mortuo, pars ſua non accreſcit fratri ſuperſtiti. *Abb. conſil. 103. lib. 2.* ¶ Conceſſa juriſdictione cum mero, & mixto Imperio, & cognitione primæ, & ſecundæ appellationis, non cenſetur conceſſa cognitio, & punitio criminis falſæ monetæ, quia tale crimen cenſetur tacite reſervatum, in vim ſupremi dominii. *Vincent. de Franc. deciſion. 275. part. 2.* ¶ Quando conceditur caſtrum in feudum cum paſcuis, prædiis, nemoribus, juribuſque omnibus, ad caſtrum ipſum pertinentibus, quæ bona cenſeantur conceſſa, & ad quem pertineat onus probandi ipſa bona eſſe de pertinentiis, *vide Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 430.* ¶ Quid ſi concedatur caſtrum ſimpliciter nulla facta mentione de pertinentiis, & prædiis, *vide ibidem num. 430.* ¶ Princeps concedens in feudum caſtrum, vel villam, & demum jura quæcunque videtur etiam tranſtuliſſe juriſdictionem. *Natt. conſil. 405.* ¶ Quando Princeps conceſſit feudum, & vult illud denuo concedere alteri, an ſit neceſſaria citatio, *vide Natt. conſil. 509.* ¶ Hodie Epiſcopi decimas in feudum concedere non poſſunt. *gloſſ. in capitu. 7. ex. de præſcriptio.* & datæ poſſunt revocari. *cap. 7. ex de his, quæ fiunt à prælato.* ¶ Feudum ſemel conceſſum, an, & quando poſſit per principem alteri concedi, *vide Afflict. deciſion. 392. num. 18.* ¶ Conceſſio feudi facta, ſicut venerandæ memoriæ genitor meus tibi, vel tuo genitori tale feudum conceſſit, ſic, & nos concedimus, non erit neceſſe vaſſallo oſtendere de prima conceſſione. *Gramm. deciſion. 59. num. 27. & 28.* ¶ Conceſſio feudi ex pacto, & conventione legem accipit. *Gramm. deciſ. 103. num. 131.* ¶ Cum Princeps concedit feudum nobile, & gentile, & nihil ſibi reſervat, videtur concedere ſine omni genere obligationis. *Abb. conſil. 30. lib. 2.* Res per ſpatium 30. ann. poſſeſſa, tanquam res concedi ſolita dicitur, per duas vices. *Afflict. deciſ. 305.* ¶ Conceſſo caſtro à Rege, dicitur etiam conceſſa juriſdictio criminalis. *Barth. de Capu. ſingul. 66.* & omnis alia. *Bart. in l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect.* ¶ Vaſſalli etiam aſſerentes ſe eſſe in poſſeſſione alicujus juris, ſeu rei, & fuiſſe per tempus immemorabile, debent in ea manuteneri, lite pendente, *Gram. deciſ. 67. num. 7.* ¶ Conceſſio caſtri ſimpliciter, quando dicatur libera, & non in feudum facta, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 131.* ¶ In dubio conceſſio facta à Principe, videtur facta potius ex titulo donationis, quam in feudum ut major ſit liberalitas, propter qualitatem Principis. *Dec. conſil. 269. & 413.* etiamſi fuerit reſervata fidelitas. *Dec. ibidem Roland. conſ. 2. volum. 1. num. 6. vide conſil. 3. num. 72. conſil. 50. vol. 3. & conſ. 1. volum. 4. ejuſdem Roland.* nam conceſſio non cenſetur feudalis, quando in ea nulla ſit mentio de feudo,

ſeudo, ſed ſimpliciter fit donatio, ſed ex quibus aliis præſumptionibus præſumatur ſimplex donatio, & non feudum, *vide per Rol. d. conſ. 1. vol. 4. & conſil. 85. Menoch. conſ. 2. vol. 1. n. 247. conſ. 101. ibidem.*

Vel non.

Facultas indulgendi, in dubio in inveſtitura conceſſa non cenſetur, cum ſolis ſupremis principibus computat. *Ozaſc. deciſ 29 num. 5.* ¶ Princeps non concedit ſubditis vaſſalli contra ipſum vaſſallum, ſalvum conductum. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 5.*

Reſervari.

Princeps reſervando ſibi in inveſtituris feudorum jus ſuperioritatis, & reſorti, videtur ſibi reſervaſſe ſaltem ſecundas appellationes. *Ozaſ. deciſ. 101. num. 9.* ¶ Idem quando ſimpliciter concedit feudum. *Franc. Marc. quaeſt. 233. & quaeſt. 454. num. 8.*

Cap. XV. Quando renovari poſſit, vel non.

Poſt mortem vaſalli, ſi ad eccleſiam feudum revertatur, Prælatus tenetur illud renovare proximioribus agnatis, etiam tranſverſalibus. *Dec. conſ. 131.* ¶ Sed an debeat hoc petere, & obtinere ab omnibus filiis domini defuncti, *Caſſa. gl. 3. §. des fiedz. num. 5.* ¶ Vaſſallus petendo inveſtituram debet petere renovationem inveſtituræ, & polliceri fidelitatem. *Caſſan. ibidem. §. 1. gloſſ. 3.*

Cap. XVI. Quæ, & ad quos tranſeant, transferantur, vel non.

An per inveſtituram dominium, & poſſeſſio transferantur feudi, adhoc, ut quis habeat interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, & plene quale jus transferatur per ipſam inveſtituram Regis, vel Principis, *vide Afflict. deciſion. 299. Capic. deciſ. 162. num. 7. Guid. Pap. quaeſt. 304. & quaeſtion. 415. Magon. deciſ. 38. Luc.* ¶ In perpetuum, verbum in feudo, & ſimilibus conceſſionibus appoſitum, facit conceſſionem tranſitoriam ad hæredes. *Fel. conſ. 27. num. 12.* ¶ Succeſſio in feudis titulatis, quæ habent ſpeciem ſeparatam, tranſit in infinitum. *Capic. deciſion. 10. num. 7.* ¶ Per inveſtituram non transfertur poſſeſſio; ſed datur facultas & licentia ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. poſſeſſio, & inveſtitura, num. 5.* ¶ Feudum fœminæ tranſit ad monaſterium durante vita monialis, ex quo ſemel fuit habilitata. *Capic. deciſion. 10. num. 9.* ¶ Regnum transfertur ſucceſſori jure hæreditario; non autem electione. *Capic. deciſ. 121. num. 13.* ¶ Feudum receptum pro ſe, & ſuis deſcendentibus uſque in infinitum, non tranſit ad agnatos transverſales. *Raud. num. 247.*

Cap. XVII. Quæ fieri poſſint.

Inveſtitura non poteſt alicui fieri per dominum feudi ſine conſenſu vaſſalli: ideo ſi quis allegaret ſe habere titulum à vaſſallo, & ſub hac falſa allegatione, inveſtituram obtineret à domino, cujus virtute poſſediſſet per 20. ann. ei non proderit inveſtitura, neque poſſeſſio. *Dec. conſil. 144.* ¶ An bona allodialia poſſint fieri feudalia per recognitiones. *vide Cravet. conſil. 293.* ¶ Princeps poteſt de burgenſaticis, & allodialibus facere feuda, & è contra de feudalibus burgenſatica, *Gramm. deciſ. 103. num. 132.*

Cap. XVIII. Quæ recognoſci poſſint, vel non.

Feudi recognitio ſuſcepta per Principem ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ad novam reducitur conceſſionem, quatenus prima non teneret. *Natt. conſil. 628.* ¶ Caſtro recognito, prædia recognita cenſetur. *Franc. Marc. quaeſtion. 392. part. 2.* ¶ Feudum receptum ab Imperatore exiſtente in territorio alicujus Ducis, non licet recognoſcere ab ipſo Duce, inconſulto Cæſare, & ad detrimentum hominum ſubditorum ratione dicti feudi. *Menoch. conſil. 32. volum. 1.* & quando per inveſtituram habitam ab ipſo Duce oppida feudalia fuiſſent effecta dicti Ducis, non ob id poterit Dux ipſe, vel ejus adminiſtratores, collectare dictos homines ſubditos mediatos, ratione dicti feudi. *Menoch. dict. conſ. 32.*

Cap. XIX. Quæ acquiri poſſint.

An feudum hæreditarium poſſit recuperari à filiis, & hæredibus abnepotum alienatum per eorum patres. *Rol. à Valle conſil. 3. volum. 4.* ¶ Homagii præſtatione, an quæratur quaſi poſſeſſio juriſdictionis, & homagii, *vide Marc. quaeſt. 354.* ¶ Vaſſallus, cui conceſſa eſt in Regno ſubinfeudandi facultas, an ſibi, vel Regi ſubvaſſallum acquirat, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 200.* ¶ Feuda quæruntur privilegio, ſucceſſione, & inveſtitura (etiam præſumpta,) ut quia quis tenuit feudum per annos 30. præſtando ſervitium. *Capic. deciſ. 77. numer 13.* ¶ Feudum quomodo acquiratur, *vide Hartm. cap. 19. t. de feudis. lib. 2.* ¶ Feudum, quandoque præmio, quandoque gratia acquiritur, *Idem Hartm. ibid. c. 5.* ¶ Quando quis jurat fidelitatem domino pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, non eſt iterum juranda fidelitas novo ſucceſſori, tanquam comprehenſo in juramento primo fidelitatis. *Cravet. conſil. 215. n. 8.*

Cap. XX. Qui præferri poſſit.

Vaſſallo mortuo cujus familia cum ipſo extincta eſt, conſanguinei extraneis præferendi, & inveſtiendi, feudo aperto, concurrentibus notatis *per Mynſing obſerv. 79. cent. 6.* ¶ Duobus Dominis concurrentibus circa eandem rem, ille præfertur, qui prius fuit conſtitutus Dominus ejuſdem rei, quoad perceptionem laudemii: ſed quoad cenſum ſubditus poſſeſſor tenetur ſolvere ambobus ipſum cenſum ſecundum recognitiones. *Papon. lib. 12. arreſt. 9.* ¶ Inveſtitura ſecundi, præfertur primo per annum tacenti. *Boer. deciſ. 211. num. 10.* ¶ Si dominus duos de eodem feudo diverſis temporibus inveſtiat, quis horum ſit præferendus, *vide Mynſing. obſerv. 61. cent. 4. Dec. conſil. 686.*

Cap. XXI. Qui infeudari, inveſtiri poſſit.

Vaſſallus inveſtitus de juriſdictione, & ejus emolumentis, cenſetur privative (quoad inveſtientem) inveſtitus, *Ozaſc. d. deciſ. 29. num. 8.* ¶ Ideo dum quis eſt inveſtitus de feudo, non poterit Princeps in primis cauſis concurrere in juriſdictione cum vaſſallo, *Gramm. deciſ. 30. num. 11. Roland. conſ. 22. vol. 4.* Princeps tamen alicui juriſdictionem concedens, cenſetur eam cumulative, & non privative, conceſſiſſe. *Mynſing. obſerv. 99. cent. 6. Roland. conſil. 80. vol. 2.* & poteſt in terris feudatariorum citare homines ibi exiſtentes, & examinari facere teſtes, ſine licentia vaſſalli, habentis juriſdictionem in primis cauſis. *Natt. conſil. 580.* ¶ Doctores acquirentes feudum debent inveſtiri ſolvendo ſimplicia laudemia, ſicut alii nobiles, licet aliter ſervetur in plebejis, qui debent ſolvere duplicia laudemia. *Guid. Pap. quaeſtion. 88.* ¶ Bona feudalia, ſi revertantur ad Eccleſiam, poſſunt rurſus infeudari, non tantum extraneis, ſed etiam conſanguineis prælatorum. *Mynſing. obſervat. 47. centu. 5.* ¶ Spurii poſſunt inveſtiri de feudo, & ad honores promoveri. *Ægid. Bellam. concluſ 741. num. 13. vide tamen. Capic. deciſ. 32. num. 7.* ¶ De feudo inveſtiri poteſt quælibet perſona. *Hartm. c. 1. tit. de feudis. libr. 2.* ideo etiam ruſtici poſſunt emere feuda, dignitates, & juriſdictiones. *ibid. cap. 2.* & poſſunt ipſi ruſticum infeudare, & habere vaſſallos ſub ſe, dummodo habeant legitimam adminiſtrationem horum bonorum. *ibidem cap. 6.* & univerſitas feudum acquirere, & aliis dare poteſt. *ibidem cap. 3.* Eccleſia quoque monaſterium, Clericus, Abbas, Abbatiſſa, poſſunt habere feuda à Laicis. *ibid. cap. 4.*

Cap.

vaſſalli debita, *vide Boer. deciſ. 181.* ¶ Feudum quando perdatur ob non petitam inveſtituram. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 221.*

Feudatarius.

Feudatarius inveſtitus de mero & mixto Imperio, ſtatuta condere poteſt, & ſtatuere, quod pro qualibet beſtia in bonis ejus damnum dante, certum quid ſolvatur, & conſtituere camparium. *Natt. conſil 550.* ¶ Feudatarius poſſidet naturaliter, & dominus civiliter. *Boer. deciſ 211.*

Dominus.

Dominus loci poteſt prohibere delationem armorum ſubditis *Curvet. conſil. 314.* & multa alia facere poteſt, de quibus *ibid.* ¶ Quando dominus feudi poſſit cogere vaſſallum, ad oſtendendum ſibi inſtrumentum ipſius feudi, vel è contra, *vide Dec. conſ. 61. Boer. conſil. 52* quod vaſſallus poſſit cogi, ſcribit *Rol. conſ. 98 volum. 2.* ¶ Dominus ſicut poteſt concedere jus ſubjectionis, quod habet in ſubditos, ita poteſt concedere primam, & ſecundam cognitinnem, ad eum ſpectantes. *Natt. conſil. 367.* ¶ Domini non poſſunt compellere ſubditos etiam juramento fidelitatis aſtrictos, ut eant ad eorum molendina, vel ad furnum, niſi eſſet præſcriptum ; oſt inhibitionem. *Natt. conſ 227.* nam inferior à Principe non poteſt ſtatuere contra à jure communi diſpoſita, *Natt. ibidem num. 3* ¶ Item Dominus, & eorum officialibus, competit dare tutelas & curas, *Guid. q. 631.* ¶ Domino competit cogere Syndicos ad rationes reddendas de adminiſtratis in rebus communibus, *ibidem.* ¶ Dominus res proprias vaſſallorum, vendicare poteſt pro neceſſitate. *Afflict. deciſ. 265. num. 105.* ¶ Sed privatur feudi proprietate, ſi ſine legitima cauſa deneget vaſſallum de feudo inveſtire *Guid. Pap. qu. 168.* ¶ Dominus, qui habet merum & mixtum Imperium, poteſt facere inventarium bonorum decedentium relictis filiis pupillis. *Guid quaſt 631.* ¶ Quando domini, & in quibus caſibus poſſint collectam extraordinariam imponere ſubditis, *vide infr. tit. de tribut. & collect.* ¶ Operas debitas domino per vaſſallum, an poſſit ipſe dominus alteri delegare, *vide Boer. d. deciſ 212.* ¶ Domini locorum habentes juriſdictionem, poſſunt petere cauſas etiam contra ſe motas, & ſe remitti. *Joan. And Gail. qu. 25.* ¶ Capitaneum poteſt Dominus in caſtro ponere invitis hominibus ſuis, & caſtro conceſſa, privilegia an debeantur alteri, in quo habitantes ſe conferunt, *vide Boer. deciſion. 212.*

Princeps.

An Princeps habeat intentionem ſuam fundatam ſuper juriſdictione, *vide Marc. quaſt 542. part. 2.* ¶ Princeps feudatariorum ſubditos publica utilitate, & neceſſitate urgente, collectare poteſt. *Natt. conſ. 487.* ¶ Princeps poteſt facere caſtrum à caſtro, quando ſolum tractatur de ejus præjudicio ; ſecus ſi caſtrum eſſet ſubjectum juriſdictioni alicujus Civitatis ; tunc enim non poteſt de tali caſtro infeudare Dominum ipſius cum omnimoda juriſdictione, & per conſequens, nec ipſum caſtrum ſperare ab ipſa Civitate, *vide Menoch. conſ. 269. lib 3.* ¶ Licet Princeps conceſſerit feudum cum ampla juriſdictione vaſallo, cum privilegio, quod non poſſit etiam ex cauſa retardatæ, vel denegatæ juſtitiæ cauſas ad ejus officiales advocare, tamen non obſtantibus ſimilibus clauſulis, in dicto caſu poterit hoc facere. *Gram. vot. 28* ¶ Princeps monachum ad feudom habilitans, tacite videtur concedere, ut poſſit per ſubſtitutum ſervire, *Afflict. deciſ. 320. num. 8.* ¶ Princeps an matrimonii cauſa caſtrum limitroſum famulo in feudum concedere poſſit, *vide Franc. Marc. quaſt. 87 & qu. 549. part. 2.* ¶ Princeps privilegia ſubditis conceſſa ob eorum ingratitudinem, revocare poteſt. *ibid n. 9. & 11.* & quando mera privilegia ſubditis conceſſa, revocari poſſint, *vide ibidem num. 22.* ¶ Princeps eſt fundatus de jure communi in Eccleſiarum temporalitate, & juriſdictione temporali. *Franc. Marc. qu. 454.* ¶ Princeps inveſtituram feudi à vivente poſſeſſi, & ad Principem poſt mortem pertinentis, facere poteſt, & valet talis conceſſio. *Afflict. dec. 392. Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 63. And. Gail. obſerv. 155. lib. 2.* ſed an expiret, ſi aperiatur feudum poſt mortem concedentis, vel ſucceſſor teneatur habere ratam, *vide Capic. deciſion. 162.*

Imperator, Rex.

Imperator poteſt infeudare de Civitatibus quæ olim creabant per ſe Magiſtratus, & per eos Rempubl. adminiſtrabant, & ſuis legibus vivebant *Natt. conſ. 640.* ¶ Rex donationes facere poteſt regiam dignitatem graviter non lædentes, quas ſucceſſor in regno tenetur obſervare. *Cuv. conſil. 54.*

Marchio.

Marchio in ſuo Marchionatu habetur loco Principis, ideo poteſt ſtatuta condere jure communi contraria, cum clauſula, non obſtantibus, *Cravet. conſil. 135.* ¶ Comes in perpetuum inveſtitus de Comitatu, dicitur eſſe Princeps, & ea in ipſo Comitatu poteſt, quæ imperator in ſuo Imperio. *Ozaſc. deciſion 130. num 5.* intellige *ut ibidem num. 16.* ¶ Si Barones abutuntur ſua juriſdictione receptando potius, quam puniendo latrones publicos, & alios delinquentes, an, & quando poſſint Reges, vel Principes ponere ſub ſequeſtro Regio juriſdictionem eorum, *vide Ludov. à Pegue. in ſuo quaſtionum. cap. 36.*

Miſcellanea.

Furcas erigendi poteſtatem habet ille, ad quem declaratum fuit pertinere, & ſpectare merum Imperium. *Dec. conſil. 249.* ¶ Procurator vigore procuratoris, an habeat poteſtatem concedendi terram in feudum, & quid ſi conceſſit. *vide Afflict. deciſion. 305.* ¶ Nobiles habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodam juriſdictionem, poſſunt inhibere dilationem armorum in ſuo territorio. *Rol. conſil. 3. vol 2.* ¶ Pater licet pro filia maritanda poſſit taleare ſubditos, non tamen poteſt pro filio. *Boer. ibid. num. 14. & 15.*

Quæ facere non poſſit vaſſallus.

Vaſſallus feudum remittere non poteſt, domino nolente. *Afflict. deciſ 156. num. 13. vide Capic. deciſion. 118. n. 13. & Mynſing. obſerv. 65. cent. 5. & obſerv. 23 cent. 6. Capel. Thol. qu. 405. Cabal. milleloq 35. Bartol in l. 7. ff. de aqua plu. arcend.* ¶ Vaſſallus non poteſt onus imponere feudo in præjudicium directi domini. *Papon, lib. 13. tit. 1. arreſt 2.* ¶ Vaſſallus non poteſt vocare in jus Principem, vel fiſcum ſine venia. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3 § 4. n. 8.* ¶ Vaſſallus recognoſcens omne jus, quod in tali loco habet, excepta tali domo, neque juriſdictionem, neque feudum recognoſcere videtur. *Marc. qu. 393. part. 2.*

Dominus.

Domini non poſſunt cogere ſubditos, ad cuſtodiam nocturnam caſtri. *Natt. conſ. 185. Tom. 1.* tamen quando cuſtodire turrim debeat dominus, & quando communitas, *vide Boer. deciſ. 212 Papon. libr. 13. tit. 4. arreſt. 2. & ibidem tit. 5.* qui debeant facere excubias, *vide ib. plene.* ¶ Dominus directus nullam habet juriſdictionem in vaſſallum ex eo qood ſit vaſſallus niſi reſpectu rerum feudalium. *Natt. conſil. 313. n 4.* ¶ Dominus non poteſt prohibere ſubditis ædificationem columbarii, ubi columbæ morantur. *Pap. ibid. arreſt. 32.*

Princeps.

Princeps non poteſt deputare conſultorem juſdicentibus vaſſallorum, quia tunc turbaret juriſdictionem ipſorum, quod fieri non debet. *Natt. conſilio 408.* ¶ Contra eos, qui ſubditi non dicuntur, niſi ratione contra-

ctus,

ctus, vel delicti, aut rerum, Princeps non exercet poteſtatis plenitudinem. *D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudia in proœmio. gl. 2. num. 15.* ¶ Præſertim contemplatione bonorum, reſpectu quorum juriſdictio non fundatur. *D. Sol. In proœm. antiq. conſt. gl. 2. num. 6.* nam ſubditum ſola bonorum poſſeſſio non facit, *ibid.* ¶ Prælatus in feudo eccleſiaſtico, quod ſolet concedi ſub certa forma, & modo, non poteſt mutare naturam feudi, & adjicere aliquid. *Natta. conſil. 393. & conſil. 414.*

Cap. XXIX. Ad qua teneatur vaſſallus.

Vaſſallus contra dominum denegantem eum recipere, agit dupliciter, & dominus, an præciſe cogatur inveſtire, *Boer. decis. 103. num. 7.* ¶ Vaſſallus, an ſuis ſumptibus teneatur domino in bello ſervire, *vide Boer. decis. 303.* ¶ Quando vaſſallus malè utitur re feudali, quis tunc cognoſcat, *vide Hartm. obſerv 37. tit. de feudis. lib 2.* ¶ Quando in ſævitiam domini, ſubditus eximatur a ſua juriſdictione, *vide Pap. lib. 23. tit 5.* ¶ Titulum bonorum oſtendere tenetur vaſſallus domino requirenti. *Afflict. d. decis. 265. num. 87.* ¶ Vaſſallus, qui petendo feudum obtulit ſe præſtare homagium & fidelitatem, an iterum teneatur facere homagium domino condemnato, ad reſtitutionem feudi, antequam fiat iſta reſtitutio, *vide Boer. decis. 103.* ¶ Vaſſallum lapſum à poſſeſſione, quam dominus acquiſivit, an teneatur ipſe dominus iterum inveſtire, *vide Boer. d. dec. 103.* ¶ Feuda non poſſunt ſine titulo poſſideri. *Tho. Minad. deciſio. 1.* vaſſallus quando, & quomodo teneatur petere inveſtituram, *vide Hartm. c. 9. tit. de feudis, lib. 2.* ¶ Feuda dantur pro militari ſervitio, ideo vaſſallus tenetur ſervire Regi (quando eſt bellum in regno) de ſua perſona cum tribus equitibus, tribus menſibus in anno, ſi feudum eſt valoris 20. unciarum. *Afflict. d. decis. 10. num. 12.* ¶ Vaſſallus ad petitionem domini, an cogatur fidelitatem alteri promittere, *vide Bart. in l. 2. n. 14. ff. ſolut. matrim.* ¶ Vaſſallus an conveniri poſſit, tanquam talis. ex ſervitio diuturno, *vide Bart. in l. 6. § non vero ff. de offic. proconſul. num. 9.* ¶ Si dominus à vaſſallo recipit feudum in pignus abſtinendum ab ejus ſervitio, non tenetur computare fructus in ſortem. *c. 1. ext. de feud.*

Dominus.

Dominus territorii tenetur de prædato reſarcire rapinam, in territorio ſuo commiſſam. *Gail. obſerv. 64. lib. 2.* ubi dictum limitatur. ¶ Feudi dominus, an teneatur vaſſallum inveſtire, *vide Hartm. c 8. tit. de feudis li. 2.* ¶ An dominus teneatur feudum ad ſe devolutum, hæredibus ultimi inveſtiti concedere, *vide Excel. P. Teſſau. decis. 146. num fi.* ¶ Utilis dominus tenetur recognoſcere bona coram commiſſario, à domino directo deputato. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 15.* ¶ Dominus negligens purgare terram ſuam hæreticis, privatur feudo. *c. 13. §. moriantur. ex. de hæreticis.* ¶ Dominus malè tractans quam plures ejus vaſſallos, & eos minus debite coercendo nonnullis gravibus injuriis afficiendo, & alia faciens illicita, debet privari ſua juriſdictione, etiam quoad alios, qui non fuerunt gravati, & punitur, *vide Gramma. decis. 104. Boer. decis 304. Gult. Caſſa. decis. 6. titul. de privilegiis.* ¶ Dominus debet privari proprietate, ſi committit in vaſſallum, ſed an ſit idem, ſi committat in familiam vaſſalli, *vide Capic. decis. 69. n. 28.* ¶ Dominus quando privetur feudo ob ſævitiam in vaſſallum, *vide Boer. decis. 304. Guid. Pap. ſing. 620. Natt. conſil. 174. Rol. conſil. 18. vol. 3. & conſil. 40. vol. 4.* ¶ Quando mandatis pœnalibus coerceri poſſit, *vide Andr. Gail. obſerv. 17. lib. 1.* ¶ Tempore belli quam poteſtatem habeat dominus directus in caſtris, & quam feudatarius, & ad quid tunc teneatur, *vide Capic. dec. 27.* quando ſubditi teneantur ad cuſtodiam caſtri, & quando non, *vide Papo. lib. 13. tit. 4. arreſt. 1. & ibid. tit. 5.* ¶ Dominus concedens feudum nobile, tenetur de evictione, ſi vaſſallus patiatur aliquam moleſtiam. *Abb. conſil. 30. lib. 2.* & ſi non dat feudum promiſſum, vaſſallus non tenetur ſervare juramentum. *Abb. conſ. 94. libr. 2. num. fi.* ¶ Domino captivo, vel carcerato, quando ſubditi teneantur præſtare auxilium, & curare ejus liberationem, *vide Joa. Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ Si duo ſunt Domini ejuſdem caſtri, & de ejus regimine inter ſe diſſentiant, alternis annis quilibet regere debet. *Roma. ſing. 766.*

Feudatarius ſuccurrere ſubditi.

Feodatarius, qui fatetur ſe vaſſallum, tenetur domino judicare bona feudalia, quæ ab ipſo tenet, ſi non vult oſtendere, omnia bona ſua præſumuntur feudalia, niſi eſſet in juſta ignorantia, ut quia ſucceſſerit in jus alterius. *Rol. conſil. 66. vol. 3.* ¶ Feudatarius poteſt habere duos ſuperiores, unum ratione domicilii, alium ratione feudi. *Natt. conſil. 3. Tom. 1.* ¶ Succeſſor in contractu, an ligetur tranſactionibus, conventionibus, & pactis ab anteceſſoribus ſuis cum ſubditis initis, *vide Ozaſ. decis. 130.* & fuit deciſum pro affirmativa. ¶ Feudi ſucceſſor non tenetur ad onera feudatarii defuncti, niſi debita ſint contracta occaſione ipſius feudi puta pro illo meliorando. *Crav. conſil. 197.* ¶ Succeſſor Principis non tenetur ſtare ex nova cauſa contractibus anteceſſorum, cum ſubditis initis *Ozaſ. decis. 139. num. 8.* alias ſecus, *ibid. num. 11. & 12.* ¶ Agnatus proximior habens facultatem revocandi feudum ab agnato remotiori, perdit jus ſuum, niſi illud infra annum conſequatur. *Gram. decis. 101. num. 39. vide decis. 103. num. 206. 203. & ſeq. Hiero. Mago. decis. 54. Rot. Flor. n. 23.* ¶ An ſubditi teneantur pro dotanda filia, tam patre vivente, quam ipſo defuncto, *vide Boer. decis. 129. & 130. Marc. q. 65. par. 2.* & an pluries hoc facere teneantur, *vide decis. 131. ibid.* ¶ Minus poterunt collectari à domino immediato, niſi ex pacto & conventione. *Menoch. conſ. 32.* ¶ Subditi, qui tenentur præſtare dominis operas integras, & perfectas, poſſunt ab opere recedentes ire domum pro prandio, ſic ſe habente conſuetudine. *Natt. conſ. 227. n. 6.* ¶ Tamen tenetur ſpecifice deſignare feodum, alias præſumerentur omnia, quæ poſſidet, feudalia. *Marc. quæſt. 393. par. 2.* ¶ Quando ſubditi extraordinarie poſſit gravari per Dominum ex aliqua juſta cauſa, *vide Nat. conſ. 380.* ¶ Agnatus inveſtitus in feudis non tenetur ad debita illius, qui dedignatus fuit ipſum hæredem inſtituere, niſi in ſubſidium. *Cap. decis. 199.*

Vel non.

Homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi: ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorum. *Capic. decis. 162. num. 12. vide ſupra lib. 1. t. de juramento fidelita. homag.* ¶ Fideles imperii non tenentur ſequi Imperatorem, ſi fructus feudi ad impenſas, non ſufficiant. *Bart. in l 13. §. uxor. ff. de annu. legat.* ¶ Vaſſallus non tenetur dominum egenum alimentare, exceptis certis caſibus, de quibus *vide Pet. Rol. conſ. 5. vol. 3.* ¶ Vaſſallus non tenetur juvare dominum injuſtè prælian-tem. *Bart. in l. 3. §. ſi maritus. ff. ad Syllanianum.*

Cap. XXX. Miſcellanea.

Condemnato ad retrovendendum feudum mortuò feudatario, debet ſolvi pretium retrovenditionis per hæredem, qui ſuccedit in feudo, & non per alius ſuccedentes in burgenſaticis. *Gram. d. decis. 103. numer. 47.* ¶ Feudum, ſi duo fratres pro ſe, & liberis ſuis acciperent, pars unius accreſcit liberis alterius, *Boer. decis. 214.* ¶ Filius adiens hæreditatem etiam cum inventario, tenetur creditoribus ſatisfacere de fructibus feudi. *Boer. deciſion. 109. numer. ſexto.* illius anni, quo mortuus eſt vaſſallus, & hoc procedit etiam in feodo

& ſi vendat, tradatque, alienatio eſt nulla: ideo ex tali contractu nullo, res non cadit in commiſſum, ſi hoc fuerit oppoſitum. *Guid. quæſt. 590.* imo emphyteuta alienans præjudicat ſibi, & ſucceſſoribus ſequuta maxime traditione. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 9. num. 6.* nam alienatio fundi emphyteutici facta irrequiſito domino, & & ceſſatio à ſolutione cenſua, faciunt rem emphyteuticam cadere in commiſſum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 35. & deciſ. 54.* ¶ Fallit, quando emphyteuta non poſſidebat: quia tunc ſive per tranſactionem remiſerit jus ſuum poſſeſſori, ſive non ſolverit canonem, non cadit à jure ſuo. *Joſeph. d. deciſ. 35.* quia ad hoc, ut emphyteuta privetur jure ſuo, requiritur vera & effectualis traditio. *ibid. Cabal. milleloq. 93.* ¶ Commiſſi pœna in pacto legis commiſſoriæ, locum non habet, ubi res ad venditorem ipſo jure revertitur. *Marc quæſt. 568. num. 6.* ¶ Si emphyteuta eſt creditor domini, quapropter non ſolverit, dominus petena commiſſum, poteſt repelli exceptione compenſationia, quæ in pœnalibua fit ipſo jure. *Guid. Pap quæſt. 171. & quæſt. 174. in fin. vide Cabal. milleloq. 222. Joan. de Peruſ. ſingul. 3.* ¶ Alienatione facta rei emphyteuticæ ſalvo domini conſenſu. & quod dicta proteſtatio habeatur pro repetita in traditione, tunc res non incidit in commiſſum; tamen contractus non tenet, domino non conſentiente. *Tho. Minad. deciſ. 14. vide Menoch. conſil. 138. volum. 1.* ¶ Emphyteutica res valoris coronarorum mille, pro parvo cenſu ſubmiſſa, hoc eſt, pro ducatis 300. quos recipit emphyteuta ſubmittens rem illam pro ducatis quindecim annuatim, non cadit ex toto in commiſſum propter non ſolutum canonem lapſo triennio; ſed tantum pro illis ducatis 300. quos à principio receperat emphyteuta, & hoc procedit etiam. ſi adeſſet pactum, ut canone non ſoluto per triennium, res tota caderet in commiſſum *Afflict. deciſ. 80.* ¶ Quando ex parte domini propter ſui abſentiam eſt impedimentum, ceſſat comiſſum *Cabal. milleloq. 214.* ¶ Emphyteuta, qui non percipit fructus, non poteſt cadere, nec ſibi poteſt declarari caducitas. *Borg. Caval. deciſ. 13 num. 42. part. 2. & deciſ. 30. num. 78. & num. 101.* ¶ Emphyteuta recuperans in continentia ea, quæ domino irrequiſito alienaverat, pœnæ commiſſi locum non facit. *Franc. Marc. quæſt 568. vide Bartol. in l. 1. §. ſi rem ff. depoſit.* & multo magis hoc procedit in alienatione, non ſequuta traditione. *ibid. Marc.* ¶ Caducitas non committitur ob non ſolutum laudemium. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 200.*

Cap. V. Qui cadat à jure ſuo, vel non.

Qui lite pendente non ſolvit, an cadat. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 6* ¶ Emphyteota, qui non petiit inveſtituram intra annum, an cadat à re emphyteotica. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſtion. Foren. quæſt. 23. lib. 1.* ¶ Emphyteuta an cadat ob non ſervata pacta, quæ rem, vel rei uſum reſpiciunt. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 170.* ¶ Emphyteuta alienans irrequiſito domino cadit ipſo jure, ſed dictum limitatur pluribus in caſibua. de quibus *vide per Afflict. deciſ. 97.* an dictum procedat in hac patria attenta generali conſuetudine in contrarium faciente. *vide Excell. Præſ. Theſſaur. deciſ. 169.* ¶ Emphyteuta vendens rem emphyteuticam non exprimendo, quid ſit emphyteutica, cadit à jure ſuo: idem in vaſallo. *Cravet. conſil. 112. num. 11.* ¶ Idem ſi pro parte vendiderit, non exprimendo. *Rol. conſil. 17. vol. 2.* ¶ Mandatum ſuperioris, excuſat à pœna caducitatis. *Afflict. deciſ 328.* ¶ Emphyvendens cadit à jure ſuo; ſecus ſi ſolummodo promiſit vendere. *Capic deciſ. 155. num. 7.* ¶ Si emphyteuta partem emphyteuſis irrequiſito domino ſolum alienavit, pro illa parte tantum cadit à iure ſuo. *Gaſp. Cabal. milleloq. 65. vide Natt. conſ 479. & 480.* & quid ſi alienaverit ſalvo conſenſu domini, *vide Gram. deciſ. 49.* ¶ Emphyteuta Eccleſiæ biennio ſolvere canonem ceſſans, & privati triennio, à jure ſuo cadit, niſi in hujusmodi biennio, aut triennio unicus fictus ſit perceptua; tunc enim requiritur ceſſatio biennii, vel triennii. *Hippol. ſingul. 409. Bart. in authent. qui rem. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in tit. C. de Annon. tribut. lib. 10.* ¶ Emphyteuta fiſci ſi ceſſat in ſolutione per triennium, cadit à jure ſuo. *Amanel. de claris aquis ſingul. 69.* ¶ Ubicunque emphyteuta, vel vaſallus ex facto ſuo debet cadere à jure ſuo intelligitur in ſciente, & non ignorante qualitatem rei cauſantem caducitatem; ita quod dominus petens commiſſum, debeat probare ſcientiam, & dicitur probabilis ignorantia in hærede. *Gaſp. Cabal. milleloq. 94.* quod ignorantia excuſet à caducitate, *ſcribit And. Gail. obſerv. 48. lib. 2. num. 4.* ¶ Emphyteuta ceſſans in ſolutione, ita demum cadit à jure ſuo, ſi dominus voluerit. *Pet. de Benint. deciſ. 37. num. 15.* & ſic non ipſo jure, *Mynſing. obſervat. 65. cent. 3.* ideo emphyteuta ut cadat ab emphyteuſi ob caducitatem, requiritur domini explicita declaratio, nec facta per procuratorem generalem ſufficeret *Æmil. deciſ. 301. part. 1. & deciſ 181. part. 2.* declarationem domini, & petitionem requiri ut rei, vel juris alicujus privatio incurratur, traditur per *Mynſing. obſerv 77. cent. 6.* qualiter fieri debeat. *Magon. deciſ 76. Rot. Flor. num. 24.* ¶ Emphyteuta jure civili ſi non ſolvit canonem elapſo biennio. cadit a jure ſuo, jure canonico non. *Bartol in ſuo tract de differ. inter jus civile & canon. num. 101.* ¶ An emphyteuta ceſſans per 30. annos continuos à ſolutione canonis, nulla facta interpellatione, cadat à jure ſuo, vel præſcribat contra canonis ſolutionem reſpectu præteriti temporis. *Excell. P. Theſſ. deciſ. 179.*

Vel non.

Mulier ex ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum, ſi vendat rem emphyteuticam non ſervata ſolemnitate ſtatuti, domino irrequiſito, non cadit à jure ſuo: quia contractus remanet nullus. *Franc. Crement ſingul. 113.* ¶ Emphyteuta alienans conſocio partem habenti, non cadit à jure ſuo. *Hippol. ſingul. 23.* ¶ Emphyteuta locana ad longum tempus domino irrequiſito, non cadit. *Cabal. milleloq. 213.* ¶ Quod dicitur emphyteutam ceſſantem, à ſolutione canonis non cadere à jure emphyteutico, niſi dominus voluerit, & declaraverit ſe velle. hoc adeo verum eſt quod niſi dominus voluntatem ſuam declaraverit, emphyteuta adhuc vivente non poſſit poſtea adverſus ipſius hæredem declarare, quod intellige procedere in domino ſciente, & valente revocare; alias ſecus. *Mynſing obſerv 97. cent. 3. Borg. Caval. deciſ. 14. contract. num. 18* quod declara. *ut ibid. num. 21. & 26. vide Magon. deciſ. 70. Rot. Floren. Caſſad. deciſ. 2. tit. de locat. & conduct. Pet. Benint. deciſ. 37. num. 17.* ¶ Emphyteuta non cadit à jure ſuo, quando per biennium non ſolvit cenſum de rebus boſcatis, de quibus ſingulo quinquennio ſolet fructus colligi. *Joſeph Ludov. deciſ. Peruſ 79. num. fin. p. 2.* ¶ Emphyteuta non cadit à jure ſuo, ſi in parte aliqua minima defecerit in ſolutione. *Pet. de Benint. deciſ. 6. vide tamen Paul. Æmil. Ven. deciſ. 300. part. 1. num. fin. & Illuſt. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto, licet. tit. de jure emphyt. n. 14.*

Cap VI. Qui privetur re, vel non.

Qui pendente generali ſubhaſtationis judicio male verſatur, an privari poſſit. *Johan. Petr. Surd. deciſ. 102.* ¶ Vendendo partem rei, cum haberet licentiam vendendi, an cadat. *Jo. Pet. Surd. dec. 188.* ¶ Qui deſtruit domum à ſe exſtructam, an privetur. *Jo. Pet. Surd. dec. 300.* ¶ Emphyteuta ſi vendiderit rem irrequiſito domino, & poſtea redemerit, privatur nihilominus re ipſa. *Bart. in l. 4.*

§ idem

§. *idem Labeo. de uſucapio.* ¶ Emphyteuta cadens, an perdat omnia melioramenta, *vide deſtinct. de qua per Cabal. milleloq. 176* ¶ Emphyteuta privatur emphyteuſi cum in ea male verſatur; ſed quando dicatur male verſari. *Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 78.*

Vel non.

Qui tenetur ad ſolutionem penſionis in loco deſtinato, non incurrit in pœnam privationis (licet non ſolvat) quando in loco deſtinato creditor non eſt, cui fiat ſolutio. *Joan. Mobed. deciſ. 307.* ¶ Cenſualia bona poſſunt alienare per poſſeſſorem ſalvo cenſu, & cenſuarius non privatur jure ſuo non ſolvendo, vel alienando. *Capic. deciſ. 103. num. 6. & 7. & deciſ. 197. Caſſad. deciſ. 2. de jurejur. Cravet. conſ. 204. num. 20.* Nam in contractu cenſuali non eſt locus caducitati. *Mynſing. obſerv. 95. cent. 3. vide ſupra tit. de cenſibus, &c. Dec. conſ. 149.*

Cap. VII. Quando remittatur caducitas, vel non.

Dominus recipiendo canonem præteriti temporis, an remittat caducitatem. *Jo. Petr Surd. deciſ. 317.* ¶ Ratio, quia dominus tacendo videtur caducitatem remiſiſſe, & condonaſſe. *Magon. d. deciſ. 70. num. 4.* ¶ Ampliatur, etiam ſi in conceſſione emphyteuſis fuiſſet expreſſe pacto conventum, quod res ipſo facto caderet in commiſſum, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 20. & 138* tamen caducitas declarata contra emphyteutam, non ſolum præjudicat ipſi, ſed etiam omnibus ejus deſcendentibus, & hæredibus, & etiam fideicommiſſariis, & creditoribus. *Borgn. deciſ. 30. p. 2. n. 5.* & multa de caducitate, *vide ibi per Borgn.* ¶ Emphyteutæ caducitatem remittere poteſt Prælatus recipiendo canonem, quod intellige, quando Prælatus ſolus adminiſtrationem habet. *Cabal. Milleloq. 135.* ¶ Pœna commiſſi remiſſio inducitur per receptionem canonis, ſive cenſus debiti, nulla facta proteſtatione. *Ozaſ deciſ. 136. num fin. Guid. Pap. quæſt. 171. Franc. Marc quæſt. 613. Cabal. Milleloq. 221.* Imo etiam facta proteſtatione. *Guid. quæſt. 172* quod procedit ita demum, ſi dominus caducitatem incurſam ſciebat, *vide Hier. Mago. deciſ. 145. Rota Floren* ¶ Exactor fictuum non remittit caducitatem. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 181.*

Cap. VIII. Quando evitari poſſit, vel non.

Oblatio verbalis non congruo loco, neque tempore facta, imo de ſola parte pretii habetur pro bona, & legitima, pro excuſatione à pœna caducitatis. *Paul. Æmil. deciſ. 271. p. 2.* quod ad evitandum commiſſum oblatio verbalis ſufficiat, etiam per tertium facta, *ſcribit Cabal. milleloq. 220 vide Borg. deciſ 29. part. 2. n. 40.* ¶ Communitas ad evitandum caducitatem, poteſt ſolvere pro negligentibus, aut contumacibus. *Sol. decreto licet. gloſſ. 2. part. 4. num. 11. fol. 41.* ¶ Emphyteuta faciens depoſitum evitat caducitatem, licet non eſſet formaliter factum, quando deponens eſſet ruſticus, ſive idiota. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 8.* ¶ Emphyteuta debet realiter offerre fictuum ad evitandam pœnam caducitatis, nec ſufficit verbalis oblatio; tamen non eſt neceſſaria aliqua depoſitio, vel conſignatio. *Natt. conſil. 3. Tom. 1.* ¶ Emphyteuta non evitat caducitatem, quamvis tertius, & extranea perſona velit pro eo canonem ſolvere, invito domino directo. *Borg. Caval. deciſ. 29. n. 40. p. 2.*

Cap. IX. Moræ. Quando purgari poſſit, vel non.

Etiam caducitas decretalis non indicitur ipſo jure, ſed ſi domino placuerit: ideo ante domini declarationem admittitur purgatio moræ ſuper ipſa caducitate: ſed an ſententia declaratoria requiratur, vel ſufficiat ſimplex domini declaratio, *vide comment. D. Sola in antiq. conſtitut. gloſſ. 11 ſuper decreto licet tit. de jure emphyteut. num. 17. 24. & 18. & gloſſ. 2. ibid fol. 40.* ubi tenet emphyteutam monitum, lapſo triennio non poſſe moram purgare. ¶ In emphyteuſi admittitur purgatio moræ, etiam ſi dicatur in conceſſione, quod non facta ſolutione canonis, res cadat in commiſſum: quia hoc intelligitur, domino volente: ideo ante declarationem domini mora purgari poteſt, imo ſemper de æquitate canonica. *Dec. conſil. 138.* ¶ Emphyteuta, an, & quando poſſit moram purgare, ut evitet commiſſum. referuntur tres opiniones, & concluditur pro affirmativa (ſolvendo, vel deponendo ante litem conteſtatam) *per Guid. Pap. quæſt. 123. & quæſt. 171. vide Bart. in §. ſcire. Authen. de non alienand. aut permut. reb eccleſ.* ¶ Pactum appoſitum in contractu emphyteuſis, quod propter canonem non ſolutum, res non revertatur ad dominium; ſed liceat moram purgare per quinquennium, valeat. *Bart. in conſil. 161. vol. 1.*

Vel non.

Emphyteuta, qui per triennium non ſolvit canonem, non poteſt moram purgare, deponendo canonem penes judicem, maxime ſi ſit emphyteuta privati *Afflict. deciſ. 174.* & tunc res cadit in commiſſum abſque moræ purgationem. *Afflict. ibid. vide Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 90. part. 2. Franc. Marc. quæſt. 576.* ¶ Emphyteuta privati non poteſt moram purgare infra modicum tempus; ſicut in emphyteuta Eccleſiæ. *Cabal. milleloq. 221.* imo quod in utroque caſu vocatus in jus ſtatim celeri ſatisfactione poſſit moram purgare, plene ſcribit *Hieron. Magon. deciſ. Rot. Floren.* ¶ Poſt domini declarationem declarantis velle rem haberi pro commiſſa, non admittitur purgatio moræ. *Dec. conſ. 146. n. 4.*

Cap. X. Quando expelli poſſit, vel non.

Non ſolvens Eccleſiæ canonem per biennium, vel rem deteriorem efficiens, repelli poteſt ab emphyteutico jure, & punitur aliis damnis, de quibus in Authen. *qui rem C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Quando emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationem, *vide deciſ. 22. Peruſ. Joſeph. Ludov. & ſupra tit. prox.* ¶ Emphyteuta propter deteriorationem ab ipſo cauſatam in re emphyteuticaria expelli poteſt, & conſequenter ipſe ab omni ſuo jure cadit tribus concurrentibus, de quibus *vide per Mynſing. obſerv. 86 cent. 6. Magon. deciſ. 146.* ſed qualis debeat eſſe deterioratio, ut poſſit expelli, *vide Menoch. conſ. 372. lib. 4. Natt. conſ. 481.* ¶ Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis, an poſſit propria domini auctoritate expelli, ut ſit neceſſaria ſententia declaratoria, *vide Caſſad. deciſ. 2. tit. de locat. & conduct.* quod poſſit nulla præcedente judicis ſententia declaratoria, *ſcribit Dec. conſ. 146. Bart. in Authen. de non alienandis, aut permut. rebus Eccleſiaſt. § ſcire autem. Abb. conſ. 67. & vol. 2. Fel. conſ. 25. num. 10.* ¶ Et quid, ſi hoc ex conventione fuerit dictum, *vide Caſſad. ibid. deciſ. 3.*

Cap. XI. Qui excuſari poſſit, vel non.

Detentus in carcere tanquam legitime impeditus excuſatur à caducitate: idem erit in quolibet altero legitime impedito. *Gram. deciſ. 52. n. 10.* ¶ Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor rem venditam aſſerit francam, & liberam, falſo tamen; ideo tunc excuſatur à commiſſo *Guid. Pap. quæſt. 24.* ¶ Ignorantia, ut quis à pœna commiſſi excuſetur, ſufficit; ideo hæredi non ſolventi canonem ſubvenitur beneficio reſtitutionis in integrum. *Marc. quæſt. 579. facit l. 1. §. fin. cum. gloſſ. ib. ff. quando appellan. non ſit.* quomodo & quando ignorantia excuſet, ſaltem quoad purgationem moræ. *vide Pap. lib. 12. tit. 8. arreſt. 1.* ¶ Pluribus in cauſis emphyteuta poteſt excuſari à caducitate, de quibus *vide per Rol. conſ. 87. vol. 1.* ¶ An per clauſulam, ſalvo jure domini excuſetur, *vide Dec. conſ. 160.* ¶ Perſuaſiva probatio à pœna caducitatis liberat, ad quam etiam vitandam oblatio habet

vim ſolutionis. Item factum ab alio nomine meo, pro meo facto reputatur. *Dec. conſil. 550.* veluti ſi quis ſolvat canonem, etiam nomine proprio. *Dec. ibid. num. 16. Roman. ſingul. 562.* ¶ Solutio à quovis facta excuſat emphyteutam, à pœna caducitatis. *D. Sol. dec. licet. gloſſ. 1. de jur. emph. num. 13. fol. 38.* ¶ Oblatio verbalis, an excuſet à caducitate, à qua excuſatur emphyteuta in octo & viginti caſibus, de quibus *vide per D. Sol. in dd. ſuis comment. gloſſ. 1. ſuper decreto licet. tit. de jure emphyteut. num. 24. fol. 39.* ¶ Emphyteuta, qui negavit rem eſſe emphyteuticam, poſtea convictus, beneficio decreti non gaudet. *Idem ibid. gloſſ. 2. part. 3. fol. 40.*

Cap. XII. Qui effectus producantur.

Delictum, quando circa rem præjudicet creditori, cui res erat obligata. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 286.* ¶ Penſio per alienantem ſoluta procuratori, ante declaratum commiſſum per dominum, præjudicat ipſi domino ſcienti. *Afflict. ibid. num. 9. vide Cabal. milleloq. 135. & milleloq. 216.* alias procurator generalis recipiendo canonem, jus domini donare non poteſt. *Afflict. deciſ. 129. num. 11. vide tamen Gaſpar. Cabal. milleloq. 101.* ¶ An reſtitutio minoris (quoad caducitatem) proſit majori condebitori emphyteutæ, *vide Petr. Beuinten. deciſ. 4. Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 121.* ubi tenet affirmativam. ¶ Patre non ſolvente canonem, an præjudicetur filiis, diſtingue, aut pater recipit emphyteuſim pro filiis, & hæredibus, & tunc ceſſando ſolvere illis præjudicat, aut recipit pro filiis, & tunc illis non præjudicat. *Mynſing. obſerv. 66. cent. 3. vide comment. D. Sol. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto. licet titul. de jure emphyt. Bart. in conſil. 55. num. fin. vol. 1. & conſ. 60. ibi in fine.* ¶ Aſſenſus domini reſervatio, an operetur tradita poſſeſſione, ad caducitatem evitandam, ſaltem quando fuit facta alienatio, cum clauſula, nec aliter, nec alio modo, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 267. lib. 2.*

Cap. XIII. Dominus. Quæ facere poſſit.

Dominus directus, an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate rei ſibi commiſſæ, *vide Guid. Papon. quæſt. 107.* vel emphyteutam expellere. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 17.* ¶ Rem caducam utrum Dominus retinere poteſt in præjudicium agnatorum, & communitatis ratione regiſtri. *Sol. dec. licet de jur. emph. gloſſ. 1. num. 5.* ¶ In caſibus, in quibus licet domino directo accipere poſſeſſionem rei emphyteuticæ propria auctoritate, non eſt neceſſaria ſententia declaratoria. *Cravet. conſil. 212.* ¶ Dominus directus poteſt jure contra quemlibet poſſeſſorem, & propria auctoritate ingredi poſſeſſionem ob non ſolutionem canonis, deteriorationem, vel alienationem. *Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 132. & 133.*

Vel non.

Emphyteuſim propter canonem non ſolutum ad dominum translatam, hæredes ipſius vendicare non poterunt, ſi dominus tacuerit. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 123. num. 6. Caſſan. deciſ. 3. titul. de locat. & conduct. Magon. deciſ. 70. Rot. Floren.* ¶ Dominus directus non poteſt convenire tertium poſſeſſorem detinentem bona emphyteutica, niſi præcedente declaratione ſuper caducitate. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 9.* ¶ Quando res libellaria efficitur caduca, applicatur emphyteutæ domino immediato, & non domino directo mediato. *Menoch. conſ. 330. lib. 4.* ¶ Quando ſunt duo domini, & unus tantum inveſtivit, quid juris. *Marc. quæſt. 573. & ſeq.*

Cap. XIV. Ad quæ non teneatur.

Dominus directus non tenetur reſarcire emphyteutæ impenſam factam in domus exſtructione, ſi res cadat in commiſſum; alias ſecus. *Guid. Pap. quæſt. 437.* nam emphyteuſis devolvitur ad directum dominum cum omnibus meliorationibus, & augmento, quando devolutio oritur ex culpa emphyteutæ; ſecus ſi ſine culpa, & hæc vera ſunt etiam in amphyteuſi eccleſiaſtica. *Vincent. de Franc. deciſ. 191.*

Cap. XV. Emphyteuta. Quæ facere poſſit, vel non.

Emphyteuta, an ſine licentia, & aſſenſu domini, poſſit vendere emphyteuſim cum pacto, quod emptore non ſolvente pretium poſſet tantam emphyteuſis partem capere, quantá ſufficeret pro pretio non ſoluto. *Johan. Petr. Surd. deciſ. 344.* ¶ Domum á ſe exſtructam, an demoliri poſſit authoritate propria. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 78.* ¶ Emphyteuta poteſt ſervitutem conſtituere, & rem obligare, & valet obligatio pignoris: tamen ſi res pervenerit ad dominum jure prælationis, vel cadat in commiſſum, dictæ obligationes evaneſcunt, nec nocet domino directo præſcriptio; ſecus ſi pervenerit alio jure. *Guid. quæſt. 576. Boer. deciſ. 181.* ¶ Emphyteuta poteſt permutare rem emphyteuticam cum alia, absque conſenſu domini, & pœna caducitatis, quod procedit etiam in emphyteuſi eccleſiæ, *vide Menoch. conſil. 287. num. 50. lib. 3.* ¶ Emphyteuta, qui cecidit à jure ſuo per canonem non ſolutum, an nihilominus repetat meliorationes. *Jaſ. de actio. in §. actionum. num. 161.*

Vel non.

Emphyteuta expulſus à re, propter rei deteriorationem, non poteſt ſua melioramenta cum deterioratione compenſare. *Natt. conſil. 482.* ¶ Emphyteuta non habens poſſeſſionem, canonem ſolvere non tenetur, & ſi non ſolvit propter aliquam probabilem ignorantiam, ei competit reſtitutio, adverſus caducitatem. *Dec. conſ. 58. & conſ. 163.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Imputatur tutori, ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum, redit ad dominum. *l. 23. C. de adminiſtrat. tutor. vel curat.* ¶ Factum non ſufficit ſcire, niſi ſimul ſciatur ejus modus, & qualitas. *Cabal. milleloq. 99.* ¶ Canonis ſolutio, an ſit individua, *vide Petr. de Beuint. deciſ.* quod ſit individua etiam in pluribus ſociis, *ſcribit Borg. deciſ. 30. part. 2. num. 118.*

TITULUS CCCLXXVIII.

De feudis in genere.

Generalia.

PLura de materia feudorum, *vide per Ozaſc. deciſ. 26. Jaſ. in præludiis feudo. poſt tit. de jure emphyt. C. Jacob. de Franc. in tract. poſt deciſiones Vinc. de Franc. Jul. Clar. in ſua pract. crim. §. feudum.* ¶ De Vaſallo proteſtante, & renunciante juri vaſſallagii, propter retardatam ſervitiorum remunerationem. *vide per Afflict. deciſ. 308* ¶ Vide multas obſervationes, circa materiam feudorum *per Hartm. tit. de feudis lib. 1.* ¶ In feudalibus cauſis, & controverſiis definiendis, quid obſervandum. *vide obſerv. 76. Mynſing. cent. 5.* Multa alia de materia feudorum, *vide per eundem Senatorem, ibi in proœmio, in titul. de foro competenti fol. 4. in titul. de jure emphyt. fol. 8. & ſeqq. 71. 73. 75. 76. in tit. de feudis. fol. 78. & ſeq. & alibi fol. 86. 87. 167. & fol. 196.*

Cap. I. Feudum: Inveſtitura: Allodium. Quod dicatur.

Feudum quid ſit, & quomodo diffiniatur, *vide Caſſad. in conſuetud. tit. des fiedz. Rub. 3.* ¶ Duplex eſt feudorum inveſtitura, altera propria, & altera impropria, quæ dicitur abuſiva, propria dicitur realis ipſa feudi poſſeſſio, abuſiva vero eſt, per quam fit quædam imaginaria futuræ poſſeſſionis repræſentatio per traditionem annuli, vel aliter, & ad quid teneatur dominus

faciens

faciens abuſivam inveſtituram, *vide Mynſing. obſerv. 61. cent. 4. Hartm. cap. 7. titul. de feudis. lib. 2.* ¶ Quælibet res præſumitur libera, niſi probetur contrarium, fallit, ſi eſſet fama de antiquo: ſaltem centum annorum, quod bona eſſent feudalia, vel alter conſtet per inveſtituram: *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des fiedez, §. 4. gloſſ. 4. num. 16. vide Rol. conſ. 82. vol. 2.* ¶ Omnis res dicitur feudalis, in qua quis jus habet, *Capic. deciſ. 121. num. 9.* ¶ Feudi conceſſio pro ſervitio certo, eſt donatio, in qua liberalitas maxime attenditur. *Ægid. Bellam. concluſ. 741. num. 7.* ¶ Inveſtitura vim contractus obtinet. *Afflict. deciſ. 265. num. 102.* & poſſeſſio, ſeu quaſijurium incorporalium tranſit, per ſolum privilegium, juriſdictionem, ſaltem ratione juriſdictionis. *Caſſan. ibid. num. 18.* ¶ Fidelitas eſt cauſa infeudandi. *Tho. Minad. deciſ. 37. num. 8.* Ideo reditus non eſt de ſubſtantia feudi, ſed fidelitas, & illud proprie dicitur feudum, in quo quis habet præſtare ſervitium perſonale. *Afflict. deciſ. 128. Gram. deciſ. 77. Cravet. conſil. 293. num. 9.* ſecus quando ſolvitur pecunia. *ibid. Afflict. vide Marc. quæſt. 3. part. 2. Cravet. conſil. 293. num. 9.* imo feudum, pro quo ſolvitur annuus cenſus prox. accedit ad naturam emphyteuſis. *Raud. tract. de Anal. cap. 21. num. 95.* ¶ Annulus eſt ſignum inveſtituræ, & inveſtitura eſt ſignum traditæ poſſeſſionis. *gloſſ. in c. 2. ext. de conſtitut.*

Vel non.

Contractus permutationis dicitur, & non feudalis, quando in infeudatione reperitur aliquid datum in recompenſam; feudum enim gratis, & non pretio conceditur. *Guid. Pap. quæſt. 155.* ¶ Feudalis res non conceſſa in feudo, de qua præſtatur annua penſio in dubio, an ſit præſumenda emphyteutica, vel cenſualis, *vide Afflict. d. deciſ. 129.* ¶ Cenſus ubi ſolvitur annuus pro terris feudalibus, illæ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteuticæ ſed ſimpliciter cenſuales. *Capic. deciſ. 103. ſupra titul. de cenſibus.* ¶ Contractus quo conceditur res ad annuum reditum dicitur cenſualis, non obſtantibus verbis conceſſionis in feudum ex quo dicta verba impropriari debent. *Grammat. deciſ. 77. numer. 10.*

Cap. II. Quale ſit.

An ex ſimplici conceſſione Principis cenſeatur feudum, vel donatio facta. *Rol. conſ. 1. volum. 4.* ¶ An bona, quæ allegantur feudalia, ſint libera à ſolutione tallearum, veluti ſi feudum eſſet improprium, *Crav. conſil. 293.* ¶ Feudum apud emptorem ejusdem debet eſſe naturæ, qualis erat apud auctorem. *Sol. in antiq. conſtit. gloſſ. 1. prohemii num. 27.* quia feudi conditio non immutatur, alterius perſonæ mutatione. *ibid. num. 28.* ¶ Feuda à Duce Sabaudiæ conceſſa eandem ſequuntur naturam, quam feuda ab Imperatore tradita. *idem ibid. gloſſ. 2. num. 6.* ¶ Vaſallus mei vaſalli, non eſt homo meus. *Guid. quæſt. 551. num. 7.* ¶ Caſtrum poteſt eſſe ſine territorio, & juriſdictione, quo caſu de jure communi nullo gaudet privilegio ſpeciali, ſed civitati vicinæ ſubeſt: ſecus ſi ſubditos habeat, & jus territorii, ſed quando de pertinentiis controverſia incidit, utrum talis fundus, villa, aut pagus pertineat ad caſtrum, quomodo hoc dignoſcatur, *vide per Andr. Gail. obſerv. 62. lib. 2.* & de probatione pertinentiarum in judicio poſſeſſorio, *vide ibid. obſerv. 63.* ¶ Feudum creditoribus vaſalli obnoxium non eſt, nec de eo illis ſatisfieri debet ſed tantum de ejus commoditatibus, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, *vide Cravet. conſil. 197.* ¶ Status ultimus terræ feudalis, an debeat eſſe in conſideratione, *vide Afflict. deciſ. 305. num. 18.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An cap. agnat. vel filii, quod diſponit filium non poſſe recuſare hæreditatem patris, & feudum acceptare, ſed utrumque amplecti, & reſpuere locum habeant in feudo hæreditario, vel ſolum in feudo, ex pacto, & providentia. *Rol. conſ. 28. t. 3.* ¶ Superioritatem denotant, perceptiones laydæ, bladorum, & aliorum. *Franc. Marc. quæſt. 454. num 32.* ¶ Si de juriſdictione villæ, vel caſtri diſceptetur, in dubio de territorio propinquioris domini, & adjacentis, intelligitur. *Marc. quæſt. 454. num. 33.* ¶ Feudi naturam in jure duplicem conſiderari; generalem ſ. & ſpecialem, & naturam ſpecialem derogare generali tradit *Menoch. conſil. 148. num. 9. & 10.* ¶ Caſtrum quomodo, & ex quibus actibus, & conjecturis eſſe ſubjectum alicujus civitatis cognoſcatur, & de ejus finibus eſſe, *vide Menoch. conſil. 269. lib. 2.* & quæ poſſint adduci ad probandam ſubjectionem, *vide ibid.* ¶ Reſervatio facultatis diſponendi appoſita in decreto domini, repetita cenſetur in omnibus inveſtituris poſtea ſequutis, ad formam ipſius decreti. *Cravet. conſ. 135. num. 14.* ¶ Per inveſtituras poſteriores declarantur anteriores. *Cravet. pro genero conſil. 1. num. 358.* & inveſtitura nova relata ad antiquas, ſecundum antiquas regulatur. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gl. 1. proœmii. num. 26.* ¶ Privilegium conceſſionis, licet cantet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, non tamen comprehendit omnes hæredes; ſed intelligitur de primo hærede. *Gram. deciſ. 59. num. 8. & 23. vide Put. deciſ. 225. lib. 2 num. 13.* ¶ Fidelitas eſt de eſſentia feudi, adeo quod in conceſſione feudi facta ſimpliciter, fidelitas intelligitur, etiam nulla de ipſa facta mentione, *Guid. Pap. quæſt. 118.* ¶ Nomen hæredum in feudo intelligitur usque ad eam generationem, quæ ex natura ſuccedit in feudo. *Fel. conſil. 28.* ¶ Cum Princeps concedens feudum vult illud manere individuum intelligitur voluiſſe, quod unus conſortum alteri ſuccedat, jure non decreſcendi. *Menoch. conſ. 304. lib. 3.*

Cap. IV. Quæ veniant, comprehendantur, vel non.

Vendito caſtro, ſeu conceſſo per Principem, venit juriſdictio, ſed an veniant regalia, *Boer. deciſ. 50. num. 11.* ¶ Feuda, quæ tranſeunt ad filios, ſi ſunt hæredes, veniunt in petitionem hæreditatis, & feudale jus tanquam ſingulare, non eſt trahendum ad conſequentiam. *Bart. in l. 7 §. ſi libert. ff. de ope. liberto.* ¶ Conceſſo caſtro, veniunt molendina, merum, & mixtum Imperium, cum juriſdictione, & omnibus pertinentiis. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera P. ſing.* Princeps recognoſcens caſtrum, an territorium recognoſcere videatur. *vide Andr. Gail. obſerv. 62. lib. 2.* ¶ Merum, & mixtum Imperium, venit in donatione caſtri ſeu villæ ſimpliciter facta; tamen ſuprema juriſdictio, remanet penes concedentes. *Nat. conſ. 405.* ¶ Caſtrum, ſive feudum ſi petatur cum juribus ſuis, videtur etiam peti homines feudi, ſeu caſtri. *Blaſ. de Mureone. ſing. 11.* ¶ Feudi fructus veniunt deductis expenſis. *Afflict. deciſ. 252. num. 6.*

Vel non.

Conceſſione facta de caſtro, cum toto territorio, non venit locus ſterilis, nec uſus fluvium. *Ludov. Rom. ſingul. 64.* ¶ Feuda non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. *Bartol. in l. 35. ff. ad Trebellian.* ¶ In generali diſpoſitione, appellatione bonorum, non veniunt bona feudalia. *Rolan. conſ. 19. vol. 3.* ¶ De validitate conceſſionis feudi conceſſi, per habentem jus in eo, *vide Rol. conſil. 100. vol. 4.* ¶ Feudum non venit in petitione hæreditatis. *Cabal. milleloq. 463.*

Comprehendantur.

Verba tua, omnia beneficia curata, & non curata, comprehendunt feuda, *Dec. conſ. 76.* ¶ Licet appellatione liberorum comprehendantur tam maſculi quam fœminæ; tamen hoc eſt verum in materia indifferenti, quæ conveniunt utrique, ſecus ſi maſculo tantum

ut in materia feudorum. *Pet. de Raven. ſing. 237.* ¶ Princeps concedens feudum alicui pro ſe, ſuiſque filiis, filiorum nomine comprehenduntur etiam nepotes. *Jo. Ant. Trigo. ſing. 35.* ¶ An bona particularium exiſtentia intra confines caſtri venditi cum pertinentiis dicantur comprehenſa in emptione. *vide Cravet. conſ. 293.* ¶ Marchio tanquam habens titulum ſpecialem, non comprehenditur in generali feudatariorum ſubjectione, alicui facta per Imperatorem; ſecus in ſpecifica. *Natt. conſ. 686.*

Cap. V. Quæ attendantur.

Tenor inveſtituræ primæ eſt attendendus non autem actus medius, qui non habetur in conſideratione, maxime ſi conſtat de extremo concordante cum primo tenore inveſtituræ. *Afflict. decıſ. 195. num. 5. Cabal. milleloq. 496. Mago. deciſ. 54. Rot. Floren. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſt titul. de feud. fol. 83.* ¶ In contractibus feudalibus conſuetudo maxime dominatur. *Guid. Pap. ſingul. 594.* ¶ Conceſſionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſſio intuitu patris, vel filiorum, etiam in conceſſione nova. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 66.* ¶ Ad originale inveſtiturarum recurrendum eſt, quando dubitatur de qualitate feudi. *Cabal. milleloq. 188.* ¶ Neutra feudi genus eſt, & tenor inveſtituræ ſpecies, quæ derogat generi, eſtque tenor ipſe diligenter intuendus, ad quem (veluti ſcopum) feudi ſtatus dirigitur, & inveſtitura eſt ſignum feudi neceſſarium, à cujus tenore non diſceditur, ſed præciſam habet formam, à qua cæteræ inveſtituræ reſtringuntur, quamvis feudum tranſierit in aliam familiam, aut in eadem fuerit innovatum. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. ſuper 3. part. decreti, quia in plerisque titul. de feudis. fol. 83. Rol. conſ. 67. vol. 1. & conſ. 53. vol. 3.* ¶ In feudis attenditur conſuetudo loci, ubi eſt ſitum feudum, & non loci reſidentiæ Domini directi. *ibid. Pap. arreſt. 16. lib. 13.*

Cap. VI. Quibus modis probetur; Quæ probentur, & probent, vel non.

Feudum quibus modis poteſt probari antiquum. *Surd. conſil. 5. libr. 1.* ¶ De fundamentis, quæ poſſunt adduci pro una Civitate ad probandum, quod non ſit ſubjecta alteri, *vide per Dec. conſil. 360. volum. 2.* ¶ Inveſtituræ antiquæ probatio fit per ejus tenorem, in alia inveſtitura relatum. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 4.* ¶ Inveſtitura probat titulum, ſed non jus inveſtientis. *Cravet. conſil. 124 num. 11.* ¶ Dominus prætendens aliquas ſervitutes ſibi deberi à vaſallis, ſibi incumbit onus probandi ipſarum præſtatione, & per tantum tempus cujus initii memoria hominis non exiſtat in contrarium, nec ſufficit longævus uſus cum tituli allegatione. *Gram. vot. 12.* ¶ Feudum conceſſum alicui pro ſe, & deſcendentibus, ubi quis petit, tenetur probare ſe ab eo cui fuerat conceſſum deſcendiſſe, vel aliter eſſe de perſonis in inveſtitura, comprehenſis. *Natt. conſil. 615. num. 6. vide Rol. conſil. 3. num. 41. vol. 1. & conſil. 10. lib. 3.* quo loci habetur qualiter fiat hæc probatio, & an ſufficiat probatio per famam. ¶ Feudalis res qualiter probanda, *vide Afflict. deciſ. 255. & 277. Gram. deciſ. 77. num. 12. Cravet. conſil. 276. Rol. conſil. 90. volum. 4.* quæ poſſint adduci ad probandum bona eſſe feudalia, *vide eundem Cravet. conſil. 203. Menoch. conſil. 252. 255. lib. 3. D. Sol. in ſuis comment. fol. 28. in antiq. conſtit.* ¶ Narrativa Principis motu proprio facta licet non probet, tamen transfert onus probandi contrarium in adverſarium. *Put. deciſ. 323. lib. 2.* ¶ In ſucceſſione feudi, primi acquirentis probatio requiritur, niſi conſuetudine aliter inductum ſit, ſed de hac probatione, *vide Gail. obſerv. 149. lib. 2.* ¶ Limita, quando feudum novum conceditur, ut antiquum, avitum, & paternum. *ibid. num. fin.* ¶ Eccleſia agens interdictio recuperandæ contra ſpoliantis hæredem, qui longo tempore poſſedit, cum confirmatione regis, quid habeat probare, *vide Afflict. deciſ. 324.*

Vel non.

Licet aliquis recognoſcat bona, & præſtet juramentum fidelitatis, non tamen videtur induci, aut probari feudum, niſi recognoſcantur bona tanquam feudalia, & præſtetur juramentum fidelitatis ratione feudi, nam bona poſſunt recognoſci ab aliquo, alia ratione, quam feudi, veluti emphyteuſis. *Cravet. conſil. 297.* ¶ Aſſertio venditoris, facta in inſtrumento venditionis rem venditam ſe moveri de directo dominio talis domini, non probat ipſius domini favore, dictum directum dominium. *Guid. Pap. quæſt. 24.* ¶ Feudum non probatur ex eo, quod in inveſtituris dicitur, conceſſum caſtrum cum juribus, & pertinentiis, niſi oſtendatur ex longa conſuetudine, vel conceſſione eſſe aſſignatum aliquid pro pertinentiis. *Natt. conſil. 313. vide Menoch. conſil. 395.* ¶ Vaſallus quis non probatur, probando, quod per decem annos præſtiterit ſervitia alicui tanquam domino. *Bartol. in l. 19. Cod. de agricolis, lib. 11.* ¶ Contra feudi recognitionem quis non poteſt admitti ad contrarium probandum, neque ejus hæredes. *Jacob. Put. deciſ. 225. lib. 2.*

Cap. VII. Quæ præſumantur, & requirantur, vel non.

Feudalia eſſe prædia præſumuntur, quando nullo intermedio connexa ſunt caſtro infeudato, præſertim ſi non fuerunt poſſeſſa per alios, quam per dominos caſtri, & quando bona ruſticalia præſumantur feudalia. *vide Natt. conſil. 446.* ¶ Bona à jure præſumuntur allodialia, & non feudalia. *Ozaſc. deciſ. 26. num. 13. Crav. pro genero, conſ. 1. num. 427. Natt. conſ. 514. num. 26. Bol. conſ. 46. vol. 3. num. 39. Menoch. conſil. 395. lib. 4.* niſi contrarium probetur. *Afflict. deciſ. 277.* & illa ſola dicuntur allodialia, quæ à nemine recognoſcuntur, niſi à Deo. *Guid. Pap. quæſt. 112. vide Vincent. de Franc. deciſ. 131. num. 11.* tamen juriſdictio non præſumitur allodialis. *Franc. Marc. quæſt. 80.* ¶ Quando conſtat de recentioribus inveſtituris, concernentibus inveſtituras unius territorii, præſumitur, quod etiam antiquæ continerent territorium. *Johan. Mohed. deciſ. 282.* ¶ Feudatarii in feudis jure Francorum, quando dicantur vivere, *vide ibid. num. 4.* in Gallia enim feuda ſunt redacta, ad inſtar patrimonialium. *Boer. deciſ. 123.* ¶ Feudi inveſtitura præſumitur ex longitudine temporis. *Fel. conſil. 28. num. 12.*

Vel non.

Licet prædia feudalia non præſumantur, ſed allodialia, tamen hoc fallit, quando adſunt bonæ præſumptiones, ex quibus probantur feudalia, ſed de hujuſmodi præſumptionibus, *vide per Natt. conſ. 520.* ¶ Quod vivatur jure francorum non præſumitur, ideo ille, qui allegat illud, debet probare, quia eſt ſpeciale jus, quo non probato præſumitur, quod jure Longobardorum vivatur. *Afflict. deciſ. 248. num. 3.* ¶ Tertorium, ſeu fundus repertus infra fines feudi non præſumitur feudalis. *Afflict. deciſ. 267.*

Requirantur.

An inveſtitura requiratur ad inducendum feudum. *vide Raud. tractat. de Anal. cap. 21. num. 79. Afflict. deciſio. 129.*

Cap. VIII. Quibus modis extendatur, detrahatur, vel non.

Inveſtitura facta uſque ad tertiam generationem, non extenditur ultra neptem, & primus inveſtitus in prima generatione comprehenditur. *Paul. Æmil. deciſ. 18. part. 2.* ¶ An inveſtitura feudalis loquens de filiis exten-

extendatur ad nepotes, *vide Alex. Raud. tractat. de Analog. c. 14.* ¶ Confiſcatio bonorum ad feudum ante condemnationem ceſſum, & donatum, non extenditur. *Natt. conſil. 628. n. 5.*

Vel non.

Cridæ loquentes de bonis confiſcatis, non trahuntur ad feudalia. *Raud. tract. de Anal. cap. 32. num. 60. vide tamen ibid. numer. 61.* ¶ Feudorum jura ſunt ſpecialia contra regulas juris communis, & ideo non ſunt trahenda in conſequentiam. *Caſſad. deciſ. 1. tit. de acquir. rer. domi.*

Cap. IX. Qui ſint capaces, vel non.

Monachus, & clericus quando feudi, & de quo capaces eſſe poſſint, *vide per Natt. conſ. 600.* ubi ſcribit ſex diſtinctiones quas omnino videbis pro perfecta intelligentia hujus dicti. ¶ Eccleſia de ſe feudi incapax. *Afflict. deciſ. 324.* ¶ Spurii feudorum ſunt incapaces, tamen ex voluntate domini poſſunt admitti, ſed ex quibus poſſit domini voluntas colligi, ita voluiſſe, *vide Raud. de Anal. cap. 35.*

Cap. X. Qui ſuccedere poſſit feudo, vel non.

An agnatus poſſit admitti ad feudum hæreditarium cui nulla fuit delata hæreditas vaſſalli defuncti, *Rol. conſ. 53. num. 15. tom. 3.* ¶ An agnati tranſverſales poſſint ſuccedere feudo antiquo, & novo. *Roland. conſ. 16. & 31. tom 3.* ¶ An filius legitimatus poſſit ſuccedere feudo, *Suranus conſil. 1. lib. 1. ait poſſe.* ¶ An agnatus in genere non tamen in gradu quarto certo collateralis poſſit ſuccedere feudo, an vero Camera. *Surdus conſil. 5. lib. 1.* ait Cameram. ¶ Agnatus ejuſdem cognominis, & familiæ, an ſine alia probatione ad feudi ſucceſſionem excluſo Domino admittatur, & de agnationis, & proximitatis probatione, quando teſtator proximiorem vocavit. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. lib. 1. quæſt. 61.* ¶ Miles, ſeu Eques, Hieroſolimitanus, an ſuccedat in feudo. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. lib. 1. qu. 18.* ¶ Agnatus ſuccedens inveſtito, an teneatur recognoſcere intra annum, & diem. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 148.* ¶ An mulieres admittantur ad feudum caſtrum ſc. quod fuerat venditum. *Rol. à Valle. conſ. 80. tom. 4.* ¶ An mulier poſſit admitti ad aliquod feudum, *Rol. à Valle. conſ. 41. tom. 4.* ¶ Etiam ſi conceſſio feudalis facta ſit pro ſe & ſuis hæredibus, *Rol. à Valle. conſ. 42. tom. 4.* ¶ An mulieres ſuccedant in bonis allodialibus, & feudalibus. *Rol. à Valle. conſ. 43. tom. 4.* ¶ An feudum ſuſceptum pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque tranſeat ad hæredes extraneos, *Rol. conſ. 42. tom. 4.* ¶ In feudis, quis dicitur decedere ſine hærede, qui decedit ſine filiis. *Bartol. in l. unic. C. ſi liberalitas imperialis libr. 10.* ¶ Qui dicit aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet ſuam intentionem fundatam de jure communi, niſi contrarium probetur. *Bart. in l. 10. §. cum in bello. ff. de reb. dub.* ¶ Circa ſucceſſionem feudorum, & bonorum allodialium, traduntur 16. differentiæ, *per Caſſan. ibid. §. 5. gl. 1.* ¶ Quando propter delictum vaſallus fecit compoſitionem, ſi in executione ipſius compoſitionis factæ, ad aliquam ſummam propter delictum, dominus de novo mediante ipſa ſolutione concedat feudum etiam in antiquum, in illo ſolum ſuccedunt deſcendentes excluſis tranſverſalibus. *Raud. tract. de Anal. c. 34. n. 89.* ¶ Hæres ſanguinis tantum ſuccedit in feudo, nam hæredis appellatione, talis ſolum venit. *Capic. deciſ. 10. n. 8. & deciſ. 34.* Nepos ex fratre prædefuncto, ubi agitur de ſucceſſione patrui etiam in feudalibus, ſuccedit una cum patruo vivente. *Natt. conſ. 107. n. 31.* ¶ Quando feudum propter defectum lineæ debet reverti ad Principem, ſi ipſe Princeps det facultatem ultimo feudatario nominandi aliquem, qui ſuccedat in feudo, quid juris. *vide Raud. tract. de Anal. cap. n. 4.* ¶ Pater ſi dederit filio feudum, ipſo filio mortuo, ad patrem feudum revertitur, cum onere tamen ſolvendi æs alienum. *Vinc. de Franc. dec. 3.* ¶ De ſucceſſione collateralium in feudis, & quouſque duret, *vide Mynſing. obſ. 95. cent. 2.* ¶ Facta donatione de feudo filio naturali, & ejus liberis maſculis, evenit, quod talis naturalis habuit filium, & filiam, moritur filius relicta filia, poſtea moritur filia relicto filio, ſuperſtite dicto naturali avo, quo defuncto, oritur quæſtio de ſucceſſione dicti feudi inter filiam filii donatarii, & filium filiæ judicatum pro filia filii. *Joan. Pap. lib. 20. tit. 3. arreſt. 27.* ¶ Clericus in feudo, an ſuccedere jure poſſit, & quid in militibus hieroſolymitanis. *vide Ozaſ. dec. 27. Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 21.* ¶ De ſucceſſione monachorum, ſeu monialium in feudis, & de ſervitio in illis, & quo regulariter monachi, vel clerici ad feuda non admittantur, *vide per Affl. dec. 320. Capic. dec. 30. & 31.* ¶ Fratrum filii, an in ſtirpes, vel capita ſuccedant patruo in feudis, *cent. 3. obſ. 94. Mynſing.* ¶ In feudis frater utrinque conjunctus, non excludit fratrem ex uno latere tantum, ſed ambo æqualiter admittendi ſunt. *Gail. obſ. 151. libr. 2. Dec. conſ. 444. n. 56.* Si pater fecerit inveſtiri filiam, quæ moriatur ſine hærede maſculo, feudum ad proximiores agnatos revertitur, *Dec. deciſ. 193.* ¶ An miles hieroſolymitanus ſuccedat in feudo, *vide Cravet. conſ. 303.* quando ſit capax feudi, *vide Natt. conſ. 507. & conſ. 508.* ubi tenet affirmativam, vide tamen. *Rolan conſil. 23. libr. 1. Menoch. conſ. 54. vol. 1.* ¶ Filii in feudo ſuccedunt æqualiter, licet inæqualiter inſtituti ſint. *Bart. in l. 7. §. libert. ff. de oper. libert.*

Vel non.

Agnati tranſverſales in feudum non ſuccedunt ultra ſeptimum gradum. *Rol conſ. 3. vol. 1. n. 7.* quod declara, *ut ibid. n. 8. vide conſil. 10. vol. 3. n. 21. ejuſdem. Menoch. conſ. 373. lib. 4. num. 84.* ſed deſcendentes ſuccedunt in infinitum. *Rol. conſil. 3 num. 21. Menoch. d. conſil 373. n. 85. Felyn. conſil. 28 num. 12.* ¶ In feudis aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus. *Hartman. cap 18. cet. de feudis. libr. 2. vide ibidem cap. fin.* excepto uno caſu, nempe quando feudum à filio ad patrem revertitur. *Mynſing. obſ. 93. cent. 3. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, Rub. 7. §. 6. gl. 1.* ubi ſcribitur regula cum quatuor limitationibus. *vide Abb. conſ. 82. num. 8.* ¶ Naturalis filius non ſuccedit in feudo, *Bartol. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell.* ¶ Frater uterinus non ſuccedit in feudo fratri ſuo defuncto: quia in feudalibus, jure cognationis non ſucceditur. *Gail. obſerv. 151. num. 6. lib. 2.* ¶ Clericus beficiatus conſtitutus etiam in minoribus non poteſt ſuccedere in feudo. *Rol. conſ. 23. vol. 1.* etiam ſi poſtea affectus fuerit Cardinalis. *Menoch. conſil. 202. num. 117. lib. 3.* ¶ Quod clericus etiam Cardinalis non poſſit ſuccedere in feudo, & illud retinere, ſi ſit feudum antiquum rectum, & francum, & habeat dignitatem, ſcribit *Menoch. conſil. 181. num. 71. & 99. lib. 2.* ¶ Inhabiles ad ſerviendum, cenſentur inhabiles ad ſuccedendum: tamen ſi fiant habiles ad ſerviendum, poſſunt per ſubſtitutum ſervire. *Ozaſ. ibid. n. 16.* ¶ Clericus, aut Eccleſia regulariter non ſuccedit in feudo: fallit plutibus in caſibus, & decem ſcribuntur per *Caſſan. in conſuetut Burg. tit. des fiedz. §. 5. gloſſ. 4.* & etiam quando monaſterium poteſt ſervire domino per ſubſtitutum, vel quando adeſt tale ſervitium quod præſtari poteſt per eccleſiaſticam perſonam. *Cravet. conſil. 303.*

Cap. XI. Qui non admittantur, & obligari poſſint.

Feudum conceſſum ſecundum propriam ſui naturam, in quo juratur ea ſervari, quæ continentur in veteri, & nova forma fidelitatis, non admittit clericum religionem ingredientem ad ſucceſſionem, imò quod habet clericus, amittit. *Natt. de conſtit. 600. num. 10. vide Bartol. in authen. ingreſſ. C. de Sacroſan. Eccleſ.* ¶ Fructus feudi ex pacto & providentia, non poſſunt

ſeudo, ſed ſimpliciter ſit donatio, ſed ex quibus aliis præſumptionibus præſumatur ſimplex donatio, & non ſeudum, *vide per Rol. d. conſ. 1. vol. 4. & conſil. 85. Menoch. conſ. 2. vol. 1. n. 247. conſ. 101. ibidem.*

Vel non.

Facultas indulgendi, in dubio in inveſtitura conceſſa non cenſetur, cum ſolis ſupremis principibus computat. *Ozaſc. deciſ 29. num. 5.* ¶ Princeps non concedit ſubditis vaſſalli contra ipſum vaſſallum, ſalvum conductum. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 5.*

Reſervari.

Princeps reſervando ſibi in inveſtituris ſeudorum jus ſuperioritatis, & reſorti, videtur ſibi reſervaſſe ſaltem ſecundas appellationes. *Ozaſ. deciſ. 101. num. 9.* ¶ Idem quando ſimpliciter concedit ſeudum. *Franc. Marc. quæſt. 233. & quæſt. 454. num. 8.*

Cap. XV. Quando renovari poſſit, vel non.

Poſt mortem vaſalli, ſi ad eccleſiam ſeudum revertatur, Prælatus tenetur illud renovare proximioribus agnatis, etiam tranſverſalibus. *Dec. conſ. 131.* ¶ Sed an debeat hoc petere, & obtinere ab omnibus filiis domini defuncti, *Caſſa. gl. 3. §. des fiedz. num. 5.* ¶ Vaſſalus petendo inveſtituram debet petere renovationem inveſtituræ, & polliceri fidelitatem. *Caſſan. ibidem. §. 1. gloſſ. 3.*

Cap. XVI. Quæ, & ad quos tranſeant, transferuntur, vel non.

An per inveſtituram dominium, & poſſeſſio transferantur ſeudi, adhoc, ut quis habeat interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, & plene quale jus transferatur per ipſam inveſtituram Regis, vel Principis, *vide Afflict. deciſion. 299. Capic. deciſ. 162. num. 7. Guid. Pap. quæſt. 304. & quæſtion. 415. Magon. deciſ. 38. Luc.* ¶ In perpetuum, verbum in ſeudo, & ſimilibus conceſſionibus appoſitum, facit conceſſionem tranſitoriam ad hæredes. *Fel. conſ. 27. num. 12.* ¶ Succeſſio in ſeudis titulatis, quæ habent ſpeciem ſeparatam, tranſit in infinitum. *Capic. deciſion. 10. num. 7.* ¶ Per inveſtituram non transfertur poſſeſſio; ſed datur facultas & licentia ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. poſſeſſio, & inveſtitura, num. 5.* ¶ Feudum fœminæ tranſit ad monaſterium durante vita monialis, ex quo ſemel fuit habilitata. *Capic. deciſion. 10. num. 9.* ¶ Regnum transfertur ſucceſſori jure hæreditario; non autem electione. *Capic. deciſ. 121. num. 13.* ¶ Feudum receptum pro ſe, & ſuis deſcendentibus uſque in infinitum, non tranſit ad agnatos transverſales. *Raud. num. 247.*

Cap. XVII. Quæ fieri poſſint.

Inveſtitura non poteſt alicui fieri per dominum ſeudi ſine conſenſu vaſſalli: ideo ſi quis allegaret ſe habere titulum à vaſſallo, & ſub hac ſalſa allegatione, inveſtitutam obtineret à domino, cujus virtute poſſediſſet per 20. ann. ei non proderit inveſtitura, neque poſſeſſio. *Dec. conſil. 144.* ¶ An bona allodialia poſſint fieri ſeudalia per recognitiones. *vide Cravet. conſil. 293.* ¶ Princeps poteſt de burgenſaticis, & allodialibus facere ſeuda, & è contra de ſeudalibus burgenſatica, *Gramm. deciſ. 103. num. 132.*

Cap. XVIII. Quæ recognoſci poſſint, vel non.

Feudi recognitio ſuſcepta per Principem ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ad novam reducitur conceſſionem, quatenus prima non teneret. *Natt. conſil. 628.* ¶ Caſtro recognito, prædia recognita cenſetur. *Franc. Marc. quæſtion. 392. part. 2.* ¶ Feudum receptum ab Imperatore exiſtente in territorio alicujus Ducis, non licet recognoſcere ab ipſo Duce, inconſulto Cæſare, & ad detrimentum hominum ſubditorum ratione dicti ſeudi. *Menoch. conſil. 32. volum. 1.* & quando per inveſtituram habitam ab ipſo Duce oppida ſeudalia fuiſſent effecta dicti Ducis, non ob id poterit Dux ipſe, vel ejus adminiſtratores, collectare dictos homines ſubditos mediatos, ratione dicti ſeudi. *Menoch. dict. conſ. 32.*

Cap. XIX. Quæ acquiri poſſint.

An ſeudum hæreditarium poſſit recuperari à filiis, & hæredibus abnepotum alienatum per eorum patres. *Rol. à Valle conſil. 3. volum. 4.* ¶ Homagii præſtatione, an quæratur quaſi poſſeſſio juriſdictionis, & homagii, *vide Marc. quæſt. 354.* ¶ Vaſſallus, cui conceſſa eſt in Regno ſubinfeudandi facultas, an ſibi, vel Regi ſubvaſſallum acquirat, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 200.* ¶ Feuda quæruntur privilegio, ſucceſſione, & inveſtitura (etiam præſumpta,) ut quia quis tenuit ſeudum per annos 30. præſtando ſervitium. *Capic. deciſ. 77. numer 13.* ¶ Feudum quomodo acquiratur, *vide Hartm. cap. 19. t. de feudis. lib. 2.* ¶ Feudum, quandoque præmio, quandoque gratia acquiritur, *Idem Hartm. ibid. c. 5.* ¶ Quando quis jurat fidelitatem domino pro ſe. & ſucceſſoribus ſuis, non eſt iterum juranda fidelitas novo ſucceſſori, tanquam comprehenſo in juramento primo fidelitatis. *Cravet. conſil. 215. n. 8.*

Cap. XX. Qui præferri poſſit.

Vaſſallo mortuo cujus familia cum ipſo extincta eſt, conſanguinei extraneis præferendi, & inveſtiendi, ſeudo aperto, concurrentibus notatis *per Mynſing obſerv. 79. cent. 6.* ¶ Duobus Dominis concurrentibus circa eandem rem, ille præfertur, qui prius fuit conſtitutus Dominus ejuſdem rei, quoad perceptionem laudemii: ſed quoad cenſum ſubditus poſſeſſor tenetur ſolvere ambobus ipſum cenſum ſecundum recognitiones. *Papon. lib. 12. arreſt. 9.* ¶ Inveſtitura ſecundi, præfertur primo per annum tacenti. *Boer. deciſ 211. num. 10.* ¶ Si dominus duos de eodem ſeudo diverſis temporibus inveſtiat, quis horum ſit præferendus, *vide Mynſing. obſerv. 61. cent. 4. Dec. conſil. 686.*

Cap. XXI. Qui infeudari, inveſtiri poſſit.

Vaſſallus inveſtitus de juriſdictione, & ejus emolumentis, cenſetur privative (quoad inveſtientem) inveſtitus, *Ozaſc. d. deciſ. 29. num. 8.* ¶ Ideo dum quis eſt inveſtitus de ſeudo, non poterit Princeps in primis cauſis concurrere in juriſdictione cum vaſſallo, *Gramm. deciſ. 30. num. 11. Roland. conſ. 22. vol. 4.* Princeps tamen alicui juriſdictionem concedens, cenſetur eam cumulative, & non privative, conceſſiſſe. *Mynſing. obſerv. 99. cent. 6. Roland. conſil. 80. vol. 2.* & poteſt in terris ſeudatariorum citare homines ibi exiſtentes, & examinari facere teſtes. ſine licentia vaſſalli, habentis juriſdictionem in primis cauſis. *Natt. conſil. 580.* ¶ Doctores acquirentes ſeudum debent inveſtiri ſolvendo ſimplicia laudemia, ſicut alii nobiles, licet aliter ſervetur in plebejis, qui debent ſolvere duplicia laudemia. *Guid. Pap. quæſtion. 88.* ¶ Bona ſeudalia, ſi revertantur ad Eccleſiam, poſſunt rurſus infeudari, non tantum extraneis, ſed etiam conſanguineis prælatorum. *Mynſing. obſervat. 47. centu. 5.* ¶ Spurii poſſunt inveſtiri de ſeudo, & ad honores promoveri. *Ægid. Bellam. concluſ 741. num. 13. vide tamen. Capic. deciſ. 32. num. 7.* ¶ De ſeudo inveſtiri poteſt quælibet perſona. *Hartm. c. 1. tit. de feudis. libr. 2.* ideo etiam ruſtici poſſunt emere ſeuda, dignitates, & juriſdictiones. *ibid. cap. 2.* & poſſunt ipſi ruſticum infeudare. & habere vaſſallos ſub ſe, dummodo habeant legitimam adminiſtrationem horum bonorum. *ibidem cap. 6.* & univerſitas ſeudum acquirere, & aliis dare poteſt. *ibidem cap. 3.* Eccleſia quoque monaſterium, Clericus, Abbas, Abbatiſſa, poſſunt habere ſeuda à Laicis. *ibid. cap. 4.*

Cap.

Cap. XXII. Qui ſint effectus gratiæ, recognitionis &c.

Vaſſalli factum præjudicat filiis, ſed non agnatis. Cravet. num. 10. ¶ Affrancatio vaſſalli facta per dominum, quid operetur, vide Boer. deciſion. 263. ¶ Vaſſallorum diviſio in juriſdictionibus generat maximum præjudicium, ideo vitanda. Thom. Minad. deciſion. 19. ¶ Quando aliquid debetur ratione domicilii, ſeu fogagii, an facta diviſione plurium ſimul habitantium, & eorum bonorum, qui cœperunt poſtea ſeparatim domicilium tenere, multipliciter debitum, & quid è contra, quando plures, qui ſeparatim habitabant, cœperunt ſimul habitare, an minui debeat debitum. vide Papon. lib. 13. tit. 5. ¶ Quare ſi vaſſallus non alia ratione, quam feudi, Domino ſubjiceretur (cum Imperium Domino feudum non tribuat) vaſſallus ſub Domini poteſtate non eſſet. Sola in proœm. gl. 2. in antiq. conſtit. num. 14. ¶ Et ſic media inveſtitura non nocet, ſi de contrario conſtet in prima, & ultima. Afflict. d. deciſion. 169. n. 6. ¶ Inveſtituræ tenor, omni feudorum naturæ derogat. Afflict. deciſ. 265. n. 103. ¶ Conſtitutiones feudales faciunt jus apud omnes. Guid. Pap. ſing. 450. ¶ Confeſſio prædeceſſoria, ut nocet ſucceſſori in re feudali, ita & in ejus recognitione particulari, quoque hæredi nocet, Idem Put. deciſ. 265. num. 11. lib. 2. ¶ Inveſtituram habens mittendus eſt in poſſeſſionem bonorum feudalium, maxime, quando ille, à quo petitur, habet facultatem illa tradendi. Roland. conſil. num. 82. vol. 1. ¶ Per recognitiones jus transfertur in dominum & ex eis probatur de dominio directo ipſius domini. Cravet. conſil. 154. num. fin. ¶ Gratia Principis in dubio non præjudicat domino mediato, reſpectu pœnæ pecuniariæ incurſæ, ipſi domino competentis. Marc. quæſtion. 243. part. 2. ¶ Sententia de feudo contra vaſſallum lata, nocet domino, & èxcontra. Afflict. deciſ. 396. n. 5. ¶ Si homo ſe recognoſcit hominem alterius, unica recognitio non nocet, ſed ſaltem duæ recognitiones requiruntur. Guid. ſing. 876. ¶ Feudales conſtitutiones clauſulæ in libris feudorum, faciunt jus commune contra omnea, niſi contrarium ſervetur per conſuetudinem ut in patria Delphinatua, ubi fœminæ ſuccedunt in feudo. Guid. Pap. quæſt. 297. ¶ Feudorum liber an fidem faciat vide Guid. Papon. quæſt. 59. num. 4. ¶ Præſcriptio decurſa contra unum agnatum, non nocet aliis agnatis, datur enim vendicatio ſuccedentibus, quæ poteſt fieri non obſtante præſcriptione. Joſeph. Lud. deciſion. Luc. 48. num. 38. ¶ Quando non apparet de natura feudi, per ſucceſſorea ſtandum eſt confeſſioni prædeceſſorum, ſuper hac natura factæ. Hieron. Magon. deciſ. 54. Rot. Flor. num. 7. ¶ Si per errorem recognitio feudi aliter facta ſit, quam ſolito more, talis recognitio non nocet poſteris. Dec. conſil. 93. vide conſ. 263. & 498. ejuſdem Dec. & tunc non derogatur prioribus inveſtituris. Dec. dicto conſil. 498.

Cap. XXIII. Quando valeat feudum, vel non.

An agnatus, qui eſt hæres alienantis feudum antiquum, illud revocare poſſit. Andr. Fach. lib 7. contra capit. 13. ¶ An feudi venditio valeat in præjudicium domini directi, vel in præjudicium emptoris. Roland. conſil. 57. n. 18. t. 3. ¶ Quomodo quia poteſt privari feudo à domino directo propter culpam commiſſam. Rol à Val. conſ. 18. tom 3. ¶ Inveſtitura poteſt tacite approbari, & ratificari. Joan. Petr. Surd. deciſ. 159. ¶ De validitate donationia factæ de Marchionatu Montisferrati quondam Illuſtriſſ. Duci Amedeo ſine conſenſu Cæſaris, quæ poſtea tamen fuit ab ipſo confirmata, & ab his, ad quos feudum erat recaſurum, vide per Rol. conſ. 2. vol. 1. ubi ſcribit pro invaliditate dictæ donationis, ſed Menoch. conſ. 1. volum. 1. illam ſuſtinet, & pro ejus validitate ſcripſit. ¶ Inveſtitura obreptitiè impetrata parte opponente, non valet. Afflict. deciſ. 282 num. 6. ¶ Inveſtitura collata in tempus, quo feudum erit apertum domino, valet. Rol. conſ. 2. n. 46. ¶ Decretum factum per ſuperiorem circa ſucceſſionem feudorum valet, tamen illo non obſtante, poteſt ipſe ſuperior derogare juri quæſito primo ex inveſtitura conceſſa juxta dictum ſtatutum. Cravet. conſil. 135.

Vel non.

Licet ſtante inveſtitura, quod poſſit quis exigere decimas juxta formam antiquarum inveſtiturarum, & ſecundum quod anteceſſores uſi fuerunt, & poſſederunt, non ſit neceſſe probare, quod anteceſſores receperunt decimas (quia dictio illa exponitur cauſaliter pro quia, ex qua apparet certitudo diſpoſitionis) ſi tamen ex adverſo probetur contrarium, non valet conceſſio. Gram. deciſ. 59. num. 8. & 23. vide Put. deciſ. 225. lib. 2. ¶ Inveſtitura de feudo facto, aut alia geſta lite pendente, ſunt nulla. Fely. conſ. 32. n. 13. ¶ Stipulari poſſe fratrem fratri, ſpeciale eſt in feudo, Raud. tract. de Anal. c. 54. n 71. ideo in aliis remotioribus gradibus, non valet ſtipulatio. Raud. ibid. n. 269.

Vitiatur.

Inveſtitura vitiatur, ſi ex multia cauſis una falſa in ea exprimatur, etiam ſi aliæ multæ veræ ſubeſſent. Feiyn. conſil. 32. num. 13. ¶ Feudorum jura, & conſuetudines poſſunt tolli, contraria conſuetudine, Dec. conſil. 269. num. 8.

Cap. XXIV. Qui privari poſſit.

An ſi quis feudatarius malam tractationem fecerit contra ſubditos feudatarii injuſte carcerandos violentias indebitas, extorſiones faciendo, poſſit privari feudo a Cæſarea majeſtate. Roland. conſil. 40. tom. 4. ¶ An vaſſallus mortuo domino infra annum, & diem à morte ipſius domini non poterit renovationem inveſtituræ, & debitum fidelitatis juramentum non exhibeat, privetur feudo, vel ſi vaſſallua moriatur ſuperſtite domino, quia idem tenetur filius, Rol. conſ 64. t. 3. ¶ Feudum ex his cauſis revocatur, ex quibus legatum. Bartol. in l. 9. ff. de his, quibus ut indig. legat. auſer.

Cap. XXV. Quæ fieri poſſint in feudis.

Exequutio in defectum aliorum bonorum fieri poteſt in feudalibus, ſaltem quoad fructus percipiendos durante vita vaſſalli. Andr. Gail. obſerv. 117. lib. 1. ¶ Licet exequutio in feudalibus fieri non poſſit ob defectum aſſenſus domini, tamen in fructibus, qui ſunt hæredis, fieri poteſt. Gram. deciſ. 103. num. 147.

Cap. XXVI. Servitium: Quando præſtandum, vel non.

Feudum ſi eſt exiguum, non præſtatur ſervitium militare integrum; ſed fit ſolutio in pecunia. Capic deciſ. 32. num. 3. ¶ Hæredes plures unius vaſſalli, qui diviſerunt ſibi feudum, præſtabunt unum de ſe ipſis ad ſervitium domino præſtandum. Capic. deciſion. 32. num. 1. vide Boer. deciſion. 213. ¶ Vaſſallus non poſſidens feudum, non tenetur ad ſervitia. Cabal. milleloq. 206. ¶ Vaſſallus non tenetur poſtponere ſalutem ſuam; ſaluti domini: ſed tenetur illi ſervire ſalva ſua perſona, & vita, quam præponere debet ſaluti domini. Gram. deciſ. 18. n. 7. ¶ Remiſſio ſervitii non inducitur taciturnitate ſola, cum poſſeſſione feudi abſque præſtatione ſervitii. Thom. Minad. deciſ. 37. n. 13. ¶ Prætendens ſe liberum à ſervitiis perſonalibus, ſeu ab angariis, vel parangariis, in quibus verſari dicitur cauſa ſtatus, ſemper pro libero haberi debet pendente lite: quia conſervari debet homo in eo ſtatu, in quo reperitur, niſi aliud doceatur ipſum facere debere. Gram. deciſ. 67.

Cap. XXVII. Quæ ad dominum ſpectent, vel non.

Feudi cauſa poſſeſſoria poteſt cognoſci per judicem ordina-

Digitized by Google

ordinarium, & tamen quæſtio proprietatis feudi non cognoſcitur, niſi per dominum feudi, *vide Ozaſc. deciſ. 78. num. 3. vide ſupra lib. 1.* ¶ Juriſdictio competens alicui virtute privilegii facit, ut non ſit locus præventioni alterius judicis: ſecus ſi eſſet juriſdictio, quæ ad plures pertineret, quia tunc habet locum præventio. *Grammat. deciſ. 30. numer. 30.* ¶ Quibus juribus Marchiones Montiſferrati effecti fuerint Domini Civitatis Caſalis. *vide per Natt. conſ. 436.* ¶ Si vaſſallus in territorio, de quo fuit inveſtitus invenerit venas, illæ ad ipſum pertinere debent; & non ad Principem. *Cravet. conſil. 209.* ¶ Vaſſalli qui feudum habent ab alio vaſſallo, ſubfeudatarii, ſeu ſecundi vaſſalli, dicuntur, quos ſubfeudando vaſſallus retinet quoddam quaſi utile dominium jure vaſſallicii, & in patria Pedem. ſubfeuda hæc, retrofeuda vocantur. *idem D. Sol. ibid. tit. denominatio. gl. 2. ſuper decreto, Baronis, fol. 85.* ¶ Quando iſti retrofeudatari dicantur nobiles, *vide ibidem num. 6. 8.* ¶ Angarii, vel parangarii non ſunt vaſſalli baronis, licet univerſitas teneatur anno quolibet dare camerarium, vel ærarium: ideo poſſunt ab ipſo recedere, & alibi habitare. *Capic. deciſ. 168.* ¶ Oppidum ſe ſubjiciens alicui Domino cum certis tamen capitulis, cenſetur eſſe ſubditum, quoad illa capitula tantum, non autem quoad alia. *Ozaſ. deciſ. 139. n. 23.* ¶ Jus appelationis pertinet ad ſuperiorem jure ſuperioritatis, quod jus remiſſum non cenſetur, cum vaſſallus recognoſcit Dominum in ſuperiorem. *Cravet. conſ. 209. n. fin.* ¶ Subditus, an quis dicatur ratione bonorum, ſi alibi habitat, *vide Cravet. conſil. 1. part. 2. n. 10.* ¶ Cui competunt regalia, videntur competere & jura fiſcalia. *Cravet. conſ. 209.* ¶ Feudi incrementum, non per aluvionem, ſed ex induſtria, & opera manuali vaſſalli, eſt ipſius. *Caſſad. deciſ. 1. 2. de acquir. rer. domi.* ¶ Fructus feudi, mortuo vaſſallo poſt Calendas Martii, ſpectant ad hæredes vaſſalli; non ad dominum, vel agnatum. *Vincent. de Franc. deciſ. 19.* ¶ Proprietas fructuum, ſive poſſeſſio penes feudatarium eſt, & non domini. *cap. 1. ex. de feudis.* ¶ Pecunia ex fructibus feudalibus durante tutela collecta à tutoribus, ad maſculos ſolum ſpectat, & non ad fœminas, ſi feudum erat maſculinum. *Mynſing. obſerv. 100. Cent. 6.* ¶ Quod intelligo in bonis ſitis in ejus territorio, cætera vero applicantur fiſco loci, ubi exiſtunt. *Guid. q. 76.* ¶ Pœna pecuniaria pertinet ad fiſcum vaſſalli, per cujus judicem fuit reus condemnatus, qui appellaverat, & ſententia fuit confirmata, & executio pœnæ corporalis ſit etiam per ipſum primum judicem. *Guid. Pap. q. 257.* ¶ Pœna pecuniaria ſubrogata, ſeu mutata de pœna corporali utrum ſit Baronis, vel alterius domini juriſdictionis, vel ad quem ſpectet, & a quibus poſſit fieri hæc communicatio, *vide Capic. deciſion. 2. num. 13.* ¶ Pœnæ commutatio, & bona confiſcata, ſunt fructus juriſdictionis. *Capic. ibid.* ¶ Pœnæ pecuniæ pro delictis impoſitæ, non ſunt de mero Imperio: ideo ſunt domini juriſdictionis, excepta pœna confiſcationis bonorum, vel niſi habet quis merum Imperium in feudo. *ibid. num. 17.* ¶ Fiſcalia competunt Domino habenti merum Imperium. *Crav. conſil. 209.* ¶ An vaſſallo, cui competunt emolumenta juriſdictionis, etiam privative quoad dominium, ſpectet emenda, in qua ſubditus temere appellans fuit condemnatus per Senatum, *vide Excell. P. Theſſa. deciſ. 250.* ¶ Vaſſallo inveſtito de juriſdictione an expectet cognitio, & emolumentum pœnarum, quando offenditur in judicio ſupremus Judex, ut in præſentatione falſæ ſcripturæ, vel in depoſitione falſi teſtis, *vide Excell. P. Theſſau. deciſ. 266.* ¶ Ex quibus cauſis poſſit ſpectare ad Dominos feudatarios cognitio cauſarum privatarum appellationum, adeo quod Princeps non poſſit eos privare hac cognitione, *vide per Natt. conſ. 38. Tom. 1.* ¶ Vaſſallus habet utile dominium in caſtro, & territorio, & ad eum ſpectat omnis utilitas, ſicut ad uſufructuarium, *Natt. conſil. 415.* ¶ Pœna, quam incurrit ſubditus vaſſallus citatus à Principe, propter inobedientiam, an veniat applicanda ipſi Principi, vel vaſſallo, *vide Natt. conſ. 580.* ¶ Baronea & Vaſſalli cœperunt eſſe tempore Imperatorum modernorum. *Capic. deciſion. 268.* ¶ An feudum revertatur ad dominium, quando vaſſallus in perſonam offendit dominum directum, an vero agnatis applicetur. *Roland. conſ. 15. Tom. 4.* ait agnatis. ¶ An feudum alienatum ſine conſenſu domini directi revertatur ad dominum directum, vel ad agnatos. *Roland. conſilio 60. Tom. 3.*

Vel non.

Princeps dicitur eſſe in bona fide, dum conceſſit rem devolutam ob mortem feudatarii, abſque legitimis hæredibus deſcendentibus, quia habuit juſtam cauſam credendi, quod eſſe ſua, *Put. deciſ. 225. lib. 2. num 34 Gram. deciſ. 65.* ¶ Non omne quod eſt intra omnes confines territorii alicujus domini, pertinet ad ipſum dominum: quia præſumptio pro domino ſolum comprehendit dominium caſtrorum, & juriſdictionis. *Jacob. Put. deciſ. 323. lib. 2.* ¶ Proventus criminales licet de jure ſint Regis; tamen hoc non procedit in caſtro Baronis. *Capic. deciſ. 185.* ¶ Vaſſalli Principis etiam inveſtiti cum mero & mixto Imperio, non habent cognitionem primarum appellationum de jure communi. *Natt. conſ. 309. Rol. conſ. 75. vol. 3. num. 15.* ¶ Quilibet habens merum Imperium habet fiſcum ex quadam conſequentiâ, quantum ad confiſcationem, & annotationem bonorum, & ſic in crimine hæreſis bona damnatorum applicantur Baroni illius loci, & non Principi, vel Regi, à quo habet feudum, *Guid. Papon. quæſt. 76. vide Ægid. Bellam. concluſio. 724.* quod pœnæ pecuniariæ ſpectent ad vaſſallum, ſcribit *Roland. conſil. 42. volum. 2. vide conſil. 4. 1. volum. 4.*

Cap. XXVIII. Vaſſallus: feudatarius: dominus: Princeps: Rex: Marchio: &c. Quæ facere poſſint, vel non.

Dato, quod vaſſallus poſſit de feudo diſponere in judicium vocatorum, vel dato, quod feudum ſit antiquum, an vaſſallus poſſit de feudo diſponere in remotiorem agnatum non immediate ſucceſſorum abſque domini conſenſu. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 343.* ¶ An vaſſallus poſſit feudum ſuum alteri infeudare, vel vendere, *vide Hartm. cap. 38. tit. de feudis lib. 2.* & facta tali infeudatione, quale jus retineat, *vide ibidem cap. 39.* ¶ Vaſſallus realiter inveſtitus, habet utile dominium, & poteſt ſolus, vel etiam cum Domino, agere conta poſſeſſorem feudi. *Hart. c. 13. tit. de feud. lib. 2.* ¶ Vaſſallus non poteſt prorogare juriſdictionem alterius judicis, invito domino. *Bartol. in l. 1. ff. de judiciis. Abb. conſ. 3. lib. 2. n. 5.* ¶ Vaſſallus non poteſt Domini conditionem deteriorem facere. *Abb. conſ. 82. n. 6.* ¶ Vaſſallus poteſt recedere à domino non ſervante leges Imperatoris. *Lud. Rom. ſing. 506.* ¶ Vaſſallus in feudo regulariter per ſubſtitutum domino acceptabilem, ſervire poteſt. *Ozaſ. deciſ. 87. n. 3.* ¶ Vaſſallus, quando non poſſit ſine conſenſu domini directi litigare coram alio judice, *vide Ozaſ. deciſ. 78. num. 3.* ¶ Vaſſallus habet electionem regulariter in omni feudo, an velit ſervire perſonaliter, vel ſolvere pecuniam, ubi non eſſet electa induſtria perſonæ. *Capic. deciſ. 10. num. 11. & deciſ. 32.* ¶ Vaſſallus poterit reſiſtere domino, imo ipſum occidere ob malam tractationem. *Capic. d. deciſion. 69. num. 33.* ¶ Vaſſallus frui debet feudo, ſi duo domini poſſeſſionem ipſius feudi ratione directi dominii procurarunt, ſi tantum actio cum manus injectione concurrat. *Ægid. Magiſtr. tract. de feudis cap. 5. in deciſion. diverſo.* ¶ Vaſſallus an poſſit ſervitutem conſtituere, & rem pignori dare, & quando dominus teneatur ſolvere

vaſſalli

vaſſalli debita, *vide Boer. deciſ. 181.* ¶ Feudum quando perdatur ob non petitam inveſtituram. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 221.*

Feudatarius.

Feudatarius inveſtitus de mero & mixto Imperio, ſtatuta condere poteſt, & ſtatuere, quod pro qualibet beſtia in bonis ejus damnum dante, certum quid ſolvatur, & conſtituere camparium. *Natt. conſil 550.* ¶ Feudatarius poſſidet naturaliter, & dominus civiliter. *Boer. deciſ 211.*

Dominus.

Dominus loci poteſt prohibere delationem armorum ſubditis *Cravet. conſil. 314.* & multa alia facere poteſt, de quibus *ibid.* ¶ Quando dominus feudi poſſit cogere vaſſallum, ad oſtendendum ſibi inſtrumentum ipſius feudi, vel è contra, *vide Dec. conſ. 61. Boer. conſil. 52* quod vaſſallus poſſit cogi, ſcribit *Rol. conſ. 98 volum 2.* ¶ Dominus ſicut poteſt concedere jus ſubjectionis, quod habet in ſubditos, ita poteſt concedere primam, & ſecundam cognitionem, ad eum ſpectantes. *Natt. conſil. 367.* ¶ Domini non poſſunt compellere ſubditos etiam juramento fidelitatis aſtrictoa, ut eant ad eorum molendina, vel ad furnum, niſi eſſet præſcriptum; oſt inhibitionem. *Natt. conſ 227.* nam inferior à Principe non poteſt ſtatuere contra à jure communi diſpoſita, *Natt. ibidem num. 3* ¶ Item Dominus, & eorum officialibus, competit dare tutelas & curas, *Guid. q 631.* ¶ Domino competit cogere Syndicos ad rationes reddendas de adminiſtratis in rebus communibus, *ibidem.* ¶ Dominus res propriaa vaſſallorum, vendicare poteſt pro neceſſitate. *Afflict. deciſ. 265. num. 105.* ¶ Sed privatur feudi proprietate, ſi ſine legitima cauſa deneget vaſſallum de feudo inveſtire *Guid. Pap. qu. 168.* ¶ Dominus, qui habet merum & mixtum Imperium, poteſt facere inventarium bonorum decedentium relictis filiis pupillis. *Guid quaſt 631.* ¶ Quando domini, & in quibus caſibus poſſint collectam extraordinariam imponere ſubditis, *vide infr. tit. de tribut. & collect.* ¶ Operas debitas domino per vaſſallum, an poſſit ipſe dominus alteri delegare, *vide Boer. d. deciſ 212.* ¶ Domini locorum habentes juriſdictionem, poſſunt petere cauſas etiam contra ſe motas, & ſe remitti. *Joan. Aud Gart. qu. 25* ¶ Capitaneum poteſt Dominus in caſtro ponere invitis hominibus ſuis, & caſtro conceſſa, privilegia an debeantur alteri, in quo habitantes ſe conferunt, *vide Boer. deciſion. 212.*

Princeps.

An Princeps habeat intentionem ſuam fundatam ſuper juriſdictiono, *vide Marc. quaſt 542. part. 2.* ¶ Princeps feudatariorum ſubditos publica utilitate, & neceſſitate urgente, collectare poteſt. *Natt. conſ. 487.* ¶ Princeps poteſt facere caſtrum à caſtro, quando ſolum tractatur de ejus præjudicio; ſecus ſi caſtrum eſſet ſubjectum juriſdictioni alicujus Civitatis; tunc enim non poteſt de tali caſtro infeudare Dominum ipſius cum omnimoda juriſdictione, & per conſequens, nec ipſum caſtrum ſperare ab ipſa Civitate, *vide Menoch. conſ. 269. lib 3.* ¶ Licet Princeps conceſſerit feudum cum ampla juriſdictione vaſallo, cum privilegio, quod non poſſit etiam ex cauſa retardatæ, vel denegatæ juſtitiæ cauſas ad ejus officiales advocare, tamen non obſtantibus ſimilibus clauſulis, in dicto caſu poterit hoc facere. *Gram. vot. 28* ¶ Princeps monachum ad feudum habilitans, tacite videtur concedere, ut poſſit per ſubſtitutum ſervire. *Afflict. deciſ. 320. num 8.* ¶ Princeps an matrimonii cauſa caſtrum limitroſum famulo in feudum concedere poſſit, *vide Franc. Marc. quaſt. 87 & qu. 549. part. 2.* ¶ Princepa privilegia ſubditia conceſſa ob eorum ingratitudinem, revocare poteſt. *ibid n. 9. & 11.* & quando mera privilegia ſubditis conceſſa, revocari poſſint, *vide ibidem num. 22.* ¶ Princeps eſt fundatus de jure communi in Eccleſiarum temporalitate, & juriſdictione temporali. *Franc. Marc. qu. 454.* ¶ Princeps inveſtituram feudi à vivente poſſeſſi, & ad Principem poſt mortem pertinentis, facere poteſt, & valet talis conceſſio. *Afflict. dec. 392. Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 63. And. Gail. obſerv. 155. lib. 2.* ſed an expiret, ſi aperiatur feudum poſt mortem concedentis, vel ſucceſſor teneatur habere ratam, *vide Capic. deciſion. 162.*

Imperator, Rex.

Imperator poteſt infeudare de Civitatibus quæ olim creabant per ſe Magiſtratus, & per eos Rempubl. adminiſtrabant, & ſuia legibus vivebant *Natt. conſ. 640.* ¶ Rex donationes facere poteſt regiam dignitatem graviter non lædentes, quas ſucceſſor in regno tenetur obſervare. *Cap. conſil. 54.*

Marchio.

Marchio in ſuo Marchionatu habetur loco Principis, ideo poteſt ſtatuta condere jure communi contraria, cum clauſula, non obſtantibus, *Cravet. conſil. 135.* ¶ Comes in perpetuum inveſtitus de Comitatu, dicitur eſſe Princeps, & ea in ipſo Comitatu poteſt, quæ imperator in ſuo Imperio. *Ozaſc. deciſion 130. num 5.* intellige *ut ibidem num. 16.* ¶ Si Barones abutuntur ſua juriſdictione receptando potius, quam puniendo latrones publicos, & alioa delinquentes, an, & quando poſſint Regea, vel Principes ponere ſub ſequeſtro Regio juriſdictionem eorum, *vide Ludov. à Peguo. in ſuo quaſtionum. cap. 36.*

Miſcellanea.

Furcas erigendi poteſtatem habet ille, ad quem declaratum fuit pertinere, & ſpectare merum Imperium. *Dec. conſil. 249.* ¶ Procurator vigore procuratoris, an habeat poteſtatem concedendi terram in feudum, & quid ſi conceſſit. *vide Afflict. deciſion. 305.* ¶ Nobiles habentes merum, & mixtum Imperium, & omnimodam juriſdictionem, poſſunt inhibere dilationem armorum in ſuo territorio. *Rol. conſil. 3. vol 2.* ¶ Pater licet pro filia maritanda poſſit talleare ſubditos, non tamen poteſt pro filio. *Boer. ibid. num. 14. & 15.*

Quæ facere non poſſit vaſſallus.

Vaſſallus feudum remittere non poteſt, domino nolente. *Afflict. deciſ 156. num. 13. vide Capic. deciſion. 118. n. 13. & Mynſing. obſerv. 65. cent. 5. & obſerv. 23 cent. 6. Capel. Thol. qu. 405 Cabal. milleloq 35. Bartol. in l. 7. ff. de aqua plu. arcend.* ¶ Vaſſallus non poteſt onus imponere feudo in præjudicium directi domini. *Papon. lib. 13. tit. 1. arreſt 2.* ¶ Vaſſallus non poteſt vocare in jus Principem, vel fiſcum ſine venia. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3 § 4. n. 8.* ¶ Vaſſallus recognoſcens omne jus, quod in tali loco habet, excepta tali domo, neque juriſdictionem, neque feudum recognoſcere videtur. *Marc. qu. 393. part. 2.*

Dominus.

Domini non poſſunt cogere ſubditos, ad cuſtodiam nocturnam caſtri. *Natt. conſ. 185. Tom. 1.* tamen quando cuſtodire turrim debeat dominus, & quando communitas, *vide Boer. deciſ. 212. Papon. libr. 13. tit. 4. arreſt. 2. & ibidem tit. 5.* qui debeant facere excubias, *vide ib. plene.* ¶ Dominus directus nullam habet juriſdictionem in vaſſallum ex eo qood ſit vaſſallus niſi reſpectu rerum feudalium. *Natt. conſil. 313. n 4.* ¶ Dominus non poteſt prohibere ſubditis ædificationem columbarii, ubi columbæ morantur. *Pap. ibid. arreſt. 32.*

Princeps.

Princeps non poteſt deputare conſultorem juſdicentibus vaſſallorum, quia tunc turbaret juriſdictionem ipſorum, quod fieri non debet. *Natt. conſilio 408.* ¶ Contra eos, qui ſubditi non dicuntur, niſi ratione contractus,

ctus, vel delicti, aut rerum, Princeps non exercet poteſtatis plenitudinem. *D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ in proœmio. gl. 2. num. 15.* ¶ Præſertim contemplatione bonorum, reſpectu quorum juriſdictio non fundatur. *D. Sol. In proœm. antiq. conſt. gl. 2. num. 6.* nam ſubditum ſola bonorum poſſeſſio non facit, *ibid.* ¶ Prælatus in feudo eccleſiaſtico, quod ſolet concedi ſub certa forma, & modo, non poteſt mutare naturam feudi, & adjicere aliquid. *Natta. conſil. 393. & conſil. 414.*

Cap. XXIX. Ad quæ teneatur vaſſallus.

Vaſſallus contra dominum denegantem eum recipere, agit dupliciter, & dominus, an prætiſe cogatur inveſtire, *Boer. decíſ. 103. num. 7.* ¶ Vaſſallus, an ſuis ſumptibus teneatur domino in bello ſervire, *vide Boer. decíſ. 303.* ¶ Quando vaſſallus malè utitur re feudali, quis tunc cognoſcat, *vide Hartm. obſerv 37. tit. de feudis. lib 2.* ¶ Quando in ſævitiam domini, ſubditus eximatur à ſua juriſdictione, *vide Pap. lib. 23. tit 5.* ¶ Titulum bonorum oſtendere tenetur vaſſallus domino requirenti. *Afflict. d. decíſ. 265. num. 87.* ¶ Vaſſallus, qui petendo feudum obtulit ſe præſtare homagium & fidelitatem, an iterum teneatur facere homagium domino condemnato, ad reſtitutionem feudi, antequam fiat iſta reſtitutio, *vide Boer. decíſ. 103.* ¶ Vaſſallum lapſum à poſſeſſione, quam dominus acquiſivit, an teneatur ipſe dominus iterum inveſtire, *vide Boer. d. dec. 103.* ¶ Feuda non poſſunt ſine titulo poſſideri. *Tho. Minad. deciſio. 1.* vaſallus quando, & quomodo teneatur petere inveſtituram, *vide Hartm. c. 9. tit. de feudis. lib. 2.* ¶ Feuda dantur pro militari ſervitio, ideo vaſſallus tenetur ſervire Regi (quando eſt bellum in regno) de ſua perſona cum tribus equitibus, tribus menſibus in anno, ſi feudum eſt valoris 20. unciarum. *Afflict. d. decíſ. 10. num. 12.* ¶ Vaſſallus ad petitionem domini, an cogatur fidelitatem alteri promittere, *vide Bart. in l. 2. n. 14. ff. ſolut. matrim.* ¶ Vaſſallus an conveniri poſſit, tanquam talis. ex ſervitio diuturno, *vide Bart. in l. 6. §. non vero. ff. de offic. proconſul. num. 9.* ¶ Si dominus à vaſſallo recipit feudum in pignus abſtinendum ab ejus ſervitio, non tenetur computare fructus in ſortem. *c. 1. ext. de feud.*

Dominus.

Dominus territorii tenetur de prædato reſarcire rapinam, in territorio ſuo commiſſam. *Gail. obſerv. 64. lib. 2.* ubi dictum limitatur. ¶ Feudi dominus, an teneatur vaſſallum inveſtire, *vide Hartm. c 8. tit. de feudis li. 2.* ¶ An dominus teneatur feudum ad ſe devolutum, hæredibus ultimi inveſtiti concedere, *vide Excel. P. Teſſau. decíſ. 146. num fi.* ¶ Utilis dominus tenetur recognoſcere bona coram commiſſario, à domino directo deputato. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 15.* ¶ Dominus negligens purgare terram ſuam hæreticis, privatur feudo. *c. 13. §. moriantur. ex. de hæreticis.* ¶ Dominus malè tractans quam plures ejus vaſſallos, & eos minus debite coercendo nonnullis gravibus injuriis afficiendo, & alia ſaciens illicita, debet privari ſua juriſdictione, etiam quoad alios, qui non fuerunt gravati, & punitur, *vide Gramma. decíſ. 104. Boer. decíſ 304. Guli. Caſſa. deciſ. 6. titul. de privilegiis.* ¶ Dominus debet privari proprietate, ſi committit in vaſſallum, ſed an ſit idem, ſi committat in familiam vaſſalli, *vide Capic. decíſ. 69. n. 28.* ¶ Dominus quando privetur feudo ob ſævitiam in vaſſallum, *vide Boer. decíſ. 304. Guid. Pap. ſing. 610. Natt. conſil. 174. Rol. conſil. 18. vol. 3. & conſil. 40. vol 4.* ¶ Quando mandatis pœnalibus coerceri poſſit, *vide Andr. Gail. obſerv. 17. lib. 1.* ¶ Tempore belli quam poteſtatem habeat dominus directus in caſtris, & quam feudatarius, & ad quid tunc teneatur, *vide Capic. dec. 27.* quando ſubditi teneantur ad cuſtodiam caſtri, & quando non, *vide Papo. lib. 13. tit. 4. arreſt. 1. & ibid. tit. 5.* ¶ Dominus concedens feudum nobile, tenetur de evictione, ſi vaſſallus patiatur aliquam moleſtiam. *Abb. conſil. 30. lib. 2.* & ſi non dat feudum promiſſum, vaſſallus non tenetur ſervare juramentum. *Abb. conſ. 94. libr. 2. num. fi.* ¶ Domino captivo, vel carcerato, quando ſubditi teneantur præſtare auxilium, & curare ejus liberationem, *vide Joa. Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ Si duo ſunt Domini ejuſdem caſtri, & de ejus regimine inter ſe diſſentiant, alternis annis quilibet regere debet. *Roma. ſing. 766.*

Feudatarius ſuccurrere ſubditi.

Feudatarius, qui ſatetur ſe vaſſallum, tenetur domino judicare bona feudalia, quæ ab ipſo tenet, ſi non vult oſtendere, omnia bona ſua præſumuntur feudalia, niſi eſſet in juſta ignorantia, ut quia ſucceſſerit in jus alterius. *Rol. conſil. 66. vol. 3.* ¶ Feudatarius poteſt habere duos ſuperiores, unum ratione domicilii, alium ratione feudi. *Natt. conſil. 3. Tom. 1.* ¶ Succeſſor in contractu, an ligetur tranſactionibus, conventionibus, & pactis ab anteceſſoribus ſuis cum ſubditis initis, *vida Ozaſ. decíſ. 130.* & fuit deciſum pro affirmativa. ¶ Feudi ſucceſſor non tenetur ad onera feudatarii defuncti, niſi debita ſint contracta occaſione ipſius feudi puta pro illo meliorando. *Cnuv. conſil. 197.* ¶ Succeſſor Principis non tenetur ſtare ex nova cauſa contractibus anteceſſorum, cum ſubditis initis *Ozaſ. decíſ. 139. num. 8.* alias ſacus, *ibid. num. 10. & 12.* ¶ Agnatus proximior habens facultatem revocandi feudum ab agnato remotiori, perdit jus ſuum, niſi illud infra annum conſequatur. *Gram. decíſ. 10. num. 39. vide decíſ. 103. num. 206. 203. & ſeq. Hiero. Mago. decíſ. 34. Rot. Flor. n. 23.* ¶ An ſubditi teneantur pro dotanda filia, tam patre vivente, quam ipſo defuncto, *vide Boer. decíſ. 129. & 130. Marc. q. 65. par. 2.* & an pluries hoc facere teneantur, *vide decíſ. 131. ibid.* ¶ Minus poterunt collectari à domino immediato, niſi ex pacto & conventione. *Menoch. conſ. 32.* ¶ Subditi, qui tenentur præſtare dominis operas integras, & perfectas, poſſunt ab opere recedentes ire domum pro prandio, ſic ſe habente conſuetudine. *Natt. conſ. 227. n. 6.* ¶ Tamen tenetur ſpecifice deſignare feudum, alias præſumerentur omnia, quæ poſſidet, feudalia. *Marc. quæſt. 393. par. 2.* ¶ Quando ſubditi extraordinarie poſſit gravari per Domioum ex aliqua juſta cauſa, *vide Nat. conſ. 380.* ¶ Agnatus inveſtitus in feudis non tenetur ad debita illius, qui dedignatus ſuit ipſum hæredem inſtituere, niſi in ſubſidium. *Cap. decíſ. 199.*

Vel non.

Homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi: ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorum. *Capic. decíſ. 162. num. 12. vide ſupra lib. c. 1. de juramento fidelit. homag.* ¶ Fideles imperii non tenentur ſequi Imperatorem, ſi fructus ſeudi ad impenſas, non ſufficiant. *Bart. in l 13. §. uxor. ff. de annu. legat.* ¶ Vaſſallus non teoetur dominum egenum alimentare, exceptis certis caſibus, de quibus *vide Pet. Rol. conſ. 5. vol. 3.* ¶ Vaſſallus non tenetur juvare dominum injuſtè præliantem. *Bart. in l. 3. §. ſi maritus. ff. ad Syllanianum.*

Cap. XXX. Miſcellanea.

Condemnato ad retrovendendum feudum mortuo feudatario, debet ſolvi pretium retrovenditionis per hæredem, qui ſuccedit in feudo, & non per alius ſuccedentes in burgenſaticis. *Gram. d. decíſ. 103. numer. 47.* ¶ Feudum, ſi duo fratres pro ſe, & liberis ſuis accipient, pars unius accreſcit liberis alterius, *Boer. decíſ. 214.* ¶ Filius adiens hæreditatem etiam cum inventario, tenetur creditoribus ſatisfacere de fructibus feudi. *Boer. deciſion. 109. numer. ſexto.* illius anni, quo mortuus eſt vaſallus, & hoc procedit etiam in feudo

ex pacto, & providentia in alium proveniente. *And. Gail. obſervat. 154. leg. 2.* ¶ Clauſula, de plenitudine poteſtatis, ubi poteſt inferior à Principe, quando ea uſus eſt per tempus, cujus initii memoria non extat in contrarium. *Crav. conſil. 235.* ¶ An debeantur laudemia pro re feudali, ſicut pro emphyteutica. *vide Guid. Pap 405. & infra t. de laudem. rei feudalis.* ¶ Argumentum à contrario ſenſu in conſtitutionibus feudalibus non procedit, maximè ſi ex eo reſultet peccatum. *Ozaſ. deciſ. 77. num. 19.* ¶ Appellationes ratione feudi etiam eccleſiaſtici, ad feudi Dominum devolvi debent. *Mar. q. 454. num. 10.* ¶ Feudi poſſeſſio in filium non continuatur ipſo jure ſine apprehenſione. *idem Gail. obſ. 152. lib. 2. Mynſing. obſerv. 38. cent. 3.* ¶ Dignitas Vicariatus imperii, non confertur ex eo ſolum, quod imperator aliquem in inveſtitura nominavit Vicarium. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 18.* ¶ Caſtri reintegratio ubi datur, etiam datur juriſdictionis reintegratio, ubi caſtrum eſt exemptum, & ſeparatum. *Jaco. Put. deciſ. 300 lib 2.* ¶ Diſpoſitio juris communis ſupplet in his quæ per leges feudorum deciſa non ſunt. *Capic. deciſ 186. num fin.* ¶ De permutatione facta inter Regem Franciæ, & Comitem Sabaudiæ certorum locorum ipſius Sabaudiæ, *vide per Mar. q. 233. p. 2.* ¶ Venatio de jure prohiberi non poteſt, licet dominus feudi poſſit prohibere, ne venandi cauſa ejus, feudum quis ingrediatur. *Gm. deciſ. 67. n. 9.* ¶ Venatio dum prohibetur per dominos ſubdita, illis fit præjudicium, ſi acquieverint prohibitioni. *ibid num. 12. vide infra t. de venatio.* ¶ Diſpoſitio feudalis cauſæ non videtur facta, niſi exprimatur, quia natura bonorum feudalium, ſeparata eſt ab aliis. *Gmm. deciſ. 101. num. 11.* ¶ Quæ melioramenta facta ſuper rebus feudalibus, debeantur hæredibus meliorantis. *vide Ang. Bero. q. 96.* ¶ Exceptio competens Domino directo, non poteſt inter vaſallos prætendentes opponi. *Rand. tract. de anal. c. 25. num. 13.* ¶ Spoliatus ante omnia reſtituendus, procedit etiam in feudalibus, & ſi de titulo non doceatur. *Capic. deciſ. 69. num. 28.* ¶ De juramento fidelitatis, & homagii, *vide ſupra t. de juramentum. fidelit.* ¶ Legitima non debetur de bonis feudalib. *Crav. conſ. 236. vide infra t. de legitima. Capic. 2.* maxime in dignitatibus, veluti in Comitatu. *Abb. conſ. 3. lib. 2. num 3.* ¶ Adhærentes dicuntur eſſe liberi, & non ſubditi juriſdictioni ejus, cui adhærent, & ideo ab eo collectari non poſſunt. *Nat. conſ. 301.* ¶ De juribus vaſallorum circa bona vacantia, piſcationes, nemora, communia, & paſcua territorii, *vide Pap. Li3. tit. 2. arreſt. 2. & 3.* ¶ De carreagiis, & ſimilibus, quæ debentur domino, *vide Pap. lib. 13. tit. 6.*

TITULUS CCCLXXIX.

De feudi alienatione, & diſpoſitione.

Generalia.

DE alienatione feudi ex pacto, & providentia hæreditarii, vel mixti, *vide infra tit. de feudo ex pacto, & providentia, &c.* ¶ Etiam de alienatione feudi antiqui, *vide infra tit. de feud. antiq.* & de alia; de feudo novo, *infra tit. de feudo novo.* ¶ De alienatione feudi franchi, & recti, *vide infra tit. de feudo franco, &c.* ¶ De feudi alienatione, & revocatione, *vide per Hart. cap. 5. tit. de feudis lib. 1.* ¶ De aſſenſu regio ſuper alienatione feudi, per verbum fiat, *vide Afflict. deciſ 253.*

Cap. I. Abenatio: diſpoſitio: Qualis ſit.

Dotis conſtitutio, ſive reſtitutio, dato quod ex matrimonio voluntarie contracto procedat, nihilominus voluntaria non dicitur. *Ozaſ. deciſion. 168. numer. 19.* ¶ Juramentum alienantis feudum habet in ſe tacitam conditionem, nempe, ſi dominus alienationi conſenſerit. *Capic. deciſ. 100.* ¶ Aſſenſus non regiſtratus intra tempus datum in regia camera, pro non præſtito habetur. *Afflict. deciſ. 335. num. 16.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, procedat, extendatur vel non.

Debita voluntarie contracta ante conceſſam licentiam alienandi, an dicantur cauſam vetuſtiorem habere; ita ut pro eis valida ſit alienatio, *Ozaſ. num. 16. deciſ 167. Pedem.* ¶ Decretum Blanchæ loquens de debitis, intelligitur de neceſſariis, quod multis rationibus comprobatur. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 22.* ¶ Verba univerſalia in decretis poſita, ad ſubveniendum quibuſcunque neceſſitatibus, reſtringuntur ad habilitatem, ut contrarietas, abſurditas, & quanto minus fieri poſſit, correctio juris communis feudorum evitetur. *Ozaſ. deciſ. 169.* ¶ Verba decreti Philippi Ducis incipientis, item quia verba, per quæ ſucceſſor feudi cogi poteſt alienare feudum, pro ſolvendis debitis pro quibus poterat defunctus, declarantur. *ibid. deciſ. 170.* ¶ Alienabilis res ſemel facta, perpetuo durat alienabilis. *Capic. deciſ. 156. num. 21.* tamen quod dicitur, bona ſemel alienata, alienabilia perpetuo manere, intelligitur, quando adeſt prohibitio perſonalis; ſecus ſi realis. *Crav. pro genero conſil. 1. num. 489. vide Nat. conſil. 322.* ¶ Hæredis dictio in materia feudali, regulariter intelligitur de hærede ſanguinis, non bonorum. *Ozaſ. deciſ. 161. n. 15.* imo de filiis. *Gmm. deciſ. 103. num. 116. Guid. Pap. q. 50. Fel. conſ. 28. gloſſ. in l. 17. §. fin. ff. ad Senatuscon. Trebel.* ¶ Statuta correctoria juris communis etiam in materia feudorum, qualiter intelligi debeant, & pro quibus cauſis permittatur alienatio feudorum, *vide Ozaſ. deciſ. 167.* ¶ Decreta dominicalia diſponentia ſuper alienatione bonorum feudalium, ſunt ſtricte intelligenda, eorumque forma debet obſervari, & probari, alias alienatio eſt nulla. *Ozaſ. deciſ. 169.* & forma, vel qualitas in dicto decreto requiſita, ad unguem obſervari, & probari debet. *ibid. num. 4.* ¶ Clauſula pro te, & quibus dederis, æquiparatur clauſulæ pro te, & quibuſcunque hæredibus: Idem in clauſula, & quibus jura tua concedere volueris. *Rolan. conſ. 79. num. 20. vol. 2.* ¶ Per decretum antiquum verbum univerſale appoſitum in inveſtitura hoc modo, pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunque reſtringitur, ne ob id feudum intelligatur alienabile; ſecus de jure communi. *Crav. pro genero conſil. 1. num. 320.* ¶ Feudum acquiſitum etiam pro ſe, & filiis numerato pretio, non cenſetur ex pacto, & providentia dantis conceſſum, & conſequenter nullum jus quæritur ipſis filiis beneficio concedentis, ſed ſolius patris acquirentis, qui ob id ad libitum diſponere de eo poteſt. *Menoch. conſ. 158. lib. 2. num. 76.* ¶ Licet clauſula, pro ſe, & quibus dederit, importet alienandi licentiam; tamen iſtud intelligitur, dummodo non fiat alienatio in perſonas prohibitas. *Natt. conſ. 491.* ſed quæ dicantur perſonæ prohibitæ, *vide ibid.* ¶ Facultas conceſſa vaſallo alienandi feudum, debet intelligi, ut poſſit alienare ſine Domini conſenſu. *Rol. conſil. 3. num. 13. & 60. vide conſ. 79. num. 25. volum. 2. ejuſdem. & conſil. 55. vol. 3.* ¶ Idem judicandum eſt de caſtris donatis ab Imperatore pleno jure, quod de bonis mere patrimonialibus. *Rol. conſ. 2. vol. 1. & conſ. 3. n. 71.*

Vel non.

Regis aſſenſus de perſona ad perſonam, non extenditur. *Afflict. deciſ. 335. numer. 17.* ¶ Feudi hypotheca ſine regio aſſenſu non procedit, neque aſſenſus poſtea interveniens retrotrahitur in tertii præjudicium, cujus quæſitum erat, per emptionem legitime factam. *Affli. deciſ. 286.* ¶ Aſſenſus ſuper facta venditione præſtitus, ad fa-

ad faciendam non porrigitur. *Vinc. de Franc. d. deciſ. 105.* ¶ Caſtro à Domino vendito, jura alteri infeudata non intelliguntur vendita; quia jus, quod habet conceſſor, in conceſſione tantum venit. *Afflict. deciſ. 334.* ¶ Decretum dominicale tribuens facultatem alienandi feuda propter dotes, & alia debita neceſſaria, non porrigitur ad debita ab initio voluntaria, ſed ſolù ad neceſſaria, ad quæ quia à lege, vel à natura perſolvenda, cogi poteſt, *Raud. tract. de anal. c. 15. num. 214. vide Ozaſ. dec. 171.*

Cap. III. Quando probanda: probetur, vel non.

Agnatus debet eſſe cautus, ut probet ſe eſſe de deſcendentibus primi inveſtiti, alias non obtineret, & non ſufficit probare ſe eſſe ex tranſverſalibus. *Ozaſ. dec. 161. num. 7.* ¶ Feudum proprium in dubio cenſetur; ideo qui improprium, hæreditarium ſimpliciter, atque alienabile feudum aſſerit, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. *Cnrv. conſ. 1 pro genero, num 314.* ¶ Quæ cauſa neceſſaria debet legitime probari, nec ſufficit aſſertio partis, vel Principis. *Cnrv. conſ. 303. n. 24.* quæ vero dicantur cauſæ neceſſariæ. *vide ibid. num. 52.* ¶ Aſſenſus regis faciens mentionem de inſtrumento venditionis viſo, probat inſtrumentum. *Capic. deciſion. 86.* ¶ Aſſenſus in teſtamentis poteſt impetrari, etiam poſt mortem teſtatoris. *Capic. deciſ. 115.* ¶ De probatione aſſenſus ſuper alienatione, vel obligatione feudali, *vide per Afflict. deciſ. 398.* ¶ Tempus antiquum, quod hominum memoriam excedat, conſuetudo feudi alienandi expoſtulat. *Cnrv. conſ. 1. pro genero. num. 486.* & tunc etiam probare oportet feudum fuiſſe alienatum ob cauſas voluntarias. *ibid. num. 487.* limita. *ut. n. 490.* ¶ Conſuetudo per quam dicitur feudum fuiſſe effectum alienabile quomodo probanda, & quid probandum ſit, ut ſit valida, *vide Menoch. conſil. 226. c. 39. lib. tertio.*

Extendatur, vel non.

Revocatio alienati feudi facta per hæredem, non extenditur ad bona feudalia obligata pro dote uxoris defuncti, alienantis ſalvo aſſenſu domini, dummodo poſt ipſam revocationem mulier impetraverit aſſenſum Domini. *Afflict. deciſ. 111.* ¶ Tempus unius anni, quod competit filiis, ut agnatis ad recuperationem feudi alienati in agnatum remotiorem, ad annos 30. extenditur, quando alienatio eſt facta in extraneum, & utroque caſu non alias currit præſcriptio, niſi à die ſcientiæ, *Ozaſ. decif 176. n. 2.* & feudum ex cauſa neceſſitatis alienatum ſervatis ſervandis, an poſſit per proximiorem agnatum recuperari oblato pretio. *vide Perilluſt. D. P. Teſſa. deciſ. 99.* ¶ Idem judicandum eſt de pertinentiis, quod de re ipſa principali, à qua ipſa pertinentiæ regulantur. *Menoch. conſ 373. num 76. lib 4.* ¶ Decretum Principis, per quod prohibetur alienatio feudi in extraneos, & fœminas, non procedit in feudo conceſſo propter benemerita. *Menoch. ibid. n. 12.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

Oblatio in caſu alienationis facienda eſt agnatis; ſed qualiter, *vide Ozaſ. deciſ 175.* ¶ Tempus ad revocandum feudum alienatum non currit, niſi à die ſcientiæ, & ſcientia debet eſſe certa. *Ozaſ. deciſ. 176.* ¶ De conſenſu, ſive licentia Principis à decreto in alienatione feudi requiſita, *vide Ozaſ deciſ. 166.* ¶ Conſenſus Principis habetur pro non adhibito, quando non eſt ſervata forma tradita. *ibid. num. 6.* & ratificatio Domini ſuperveniens, agnatis non præjudicat. *ibid. num. 11.* ¶ Quando feudum de conſenſu Domini poteſt alienari, requiritur conſenſus, non ſolum Domini mediati, ſed etiam immediati. *Menoch. conſ. 229. l. 3.* ¶ In feudi ſubinfeudati alienatione, cujus conſenſus requiratur. *vide Hartma. capit. 40. tit. de feudis lib. 2.* ¶ Inveſtitura, quæ verba continere debeat, ut feudatarius inveſtitus in alienatione non teneatur Dominum requirere, *vide ibid. num. 130. Tho. Mmad. deciſ. 5.* ¶ Conſuetudo res feudo redititias alienare concedens irrequiſito domino, quæ requirat, *vide Afflict. deciſ. 320. n. 14.* ¶ In caſibus, in quibus Domini conſenſus requiritur in alienatione feudi, an ſufficiat tacitus conſenſus, & quid ſi Domini ratihabitio ſit ſequuta, *Mynſing. obſ. 87. cent. 4.* ¶ Quando in alienatione feudi concurrunt major, ſive ſuperior ac proximior dominus, an utriuſque conſenſus requiratur, vel majoris domini conſenſus ſufficit, *vide Mynſing. obſ. 66. cent. 5.* ¶ Aſſenſus Regis in pacto de vendendo feudo requiritur. *Vincen. de Fran. deciſ. 48. vide deciſ. 105.* Afflict. tamen tenet contrarium. ¶ Aſſenſus Regis, an præſtandus ſuper feudo pro dote obligato per maritum; qui delictum nondum accuſatum. commiſit, *vide Afflict. deciſ. 385.* ¶ Subfeudatarius ſi renunciet feudum Domino immediato, non requiritur in hujuſmodi ceſſione Regius aſſenſus. *Capic. dec. 155. num. 13. & 20.*

Vel non.

Aſſenſus Regis in ratificatione alienationis rei feudalis non eſt neceſſarius. *Afflict. deciſ. 255. num. 13.* ¶ Non requiritur aſſenſus, ubi alienatio fit in præſentia Domini ſcientis *Capic. deciſ. 100. num. 6.* quia tunc præſentis habetur pro aſſenſu. *Capic. deciſ. 156. n. fin.* ¶ Aſſenſus præſtari non poteſt in alienatione, mortuo alienante, niſi hæres conſentiat, & ſuper hoc conſenſu alius impetretur aſſenſus. *Capic. ibid. num 4. Gram deciſ. 103 n. 106. & n. 120.* ¶ Aſſenſus non requiritur, ubi in inveſtitura fuerat adjecta clauſula, ad vendendum, & alienandum, inter vivos, & in ultima voluntate *Capic. deciſ 64. num 3.* ¶ Feudi alienatio facta in augmentum illius, non requirit conſenſum Domini, & dicitur facta in augmentum, quando juvenis vendit ſeni, & habens filios, non habenti vel aptiori ad præſtandum ſervitium, aut promittenti ſervitium duplicatum. *Capic. deciſ. 100.*

Cap. V. Quæ non veniant.

Feudalia bona ſub generali locatione, vel donatione, non veniunt. *Afflict. deciſ. 14* ¶ Item bonorum paternorum appellatione, non includuntur feudalia. *ibid Afflict.* ¶ In fideicommiſſo bonorum generali, non veniunt feuda, nam in diſpoſitione generali, bonorum appellatione non continentur. *Hier. Mago. deciſ. 54. Roc. Floren. num. 17.* & feudalium alienatio non includitur in generali alienatione. *Raud. tract. de anal. c. 22. n. 92.* vel diſpoſitione, *Cnrv. conſ. 256. & 303.*

Cap. VI. Quæ alienari poſſint, vel non.

Feuda dum ſunt alienabilia, ſunt ad inſtar allodialium. *Gram deciſ. 101. num. 127.* ¶ Ex decreto antiq. permiſſa eſt feudi alienatio ex cauſa neceſſaria: Item valet alienatio, ſi fiat de conſenſu actoris. *Cnrv. conſ. 303. n. 21.* ¶ Licet feudum poſſit alienari in alium agnatum: tamen hoc non procedit in feudo Marchionatus. *Nat. conſ. 289.* ¶ Quando opponitur feudum fuiſſe effectum alienabile per commutationes, & diſpoſitiones ſuper eo factas, quid juris, *vide Menoch. conſ 220. num. 72. l. 3.* ¶ Quando feuda fuerunt conceſſa accipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ad faciendum & diſponendum ad libitum, tunc feuda non amplius retinent naturam feudi: quia poſſunt eo caſu transferri in extraneum, *Cnvet. conſil. 256. num. 4.* & clauſula ad habendum, tenendum, &c. an faciat feudum alienabile, *vide Peril. D. P. Theſſ. deciſ. 146. numer ſexto.* ſed per clauſulam appoſitam in inveſtitura, quod inveſtiti

faciant quicquid voluerint de feudo, tale feudum redditur alienabile: quia ex tali clauſula cenſetur data facultas alienandi. *Cravet. conſ. 1. pro genero, n. 202.* quod intellige hoc procedere, quoad Dominum; ſecus quoad agnatos. *Crav. ibi. n. 295. n. 297.* ¶ Abbas, qui poteſt alienare feudalia, an illa potuerit alienare, quæ ad Eccleſiam erant reverſa. *vide Bart. in l. 5. C. de bonis vocant. lib. 10.* ¶ Quando in inveſtitura adſunt hæc verba, concedo tibi feudum, & quibus dederis, per illa cenſetur data alienandi facultas. *Caſſ. tit. des fiedz. §. 8. gloſſ. 2. num. 49. conſ. 3. num. 61. vol. 1.* ¶ Idem, quando fuit conceſſum feudum alicui pro ſe, & hæred. ſuis, & quibus dederit, tunc enim poteſt alienari, etiam in extraneam perſonam. *Nat. conſil. 159. num. 18. & conſil. 322. Rol. conſ. 42. idem in feudo empto. Nat. d. conſ. 150. vide & conſ. 216.* vel conceſſo pro annuo cenſu. *Nat. ibid. n. 15. & conſ. 216.* & tranſit ad extraneos hæredes ab inteſtato, ex tacito judicio defuncti. *Nat. conſ. 246.* ¶ An feudum dicatur alienabile, vel non, *vide plene Cravet. conſ. 292. pro genere, num. 202. & ſeq.* ¶ Stantibus allodialibus, non poſſunt feudalia ex forma decreti alienari. *Ozaſ. deciſ. 474.* ¶ Licet feudum non poſſit alienari directe, vel indirecte ſine conſenſu Domini: tamen in augmentum feudi, poteſt fieri alienatio ipſius, ſine conſenſu Domini. *Afflict. deciſ. 111. n. 5. & deciſ. 232.* ¶ Stante ſtatuto, & conſuetudine, quod bona feudalia poſſunt alienari in caſu neceſſitatis, non habet locum ſtatutum, quando quis ſuo facto, vel prodigalitate ſe in neceſſitate conſtituit. *Ozaſ. deciſ. 170. num. 6.* ¶ Mulier habens feudum pro dote hypothecatum cum aſſenſu regio, poteſt hypothecam remittere ſine aſſenſu. *Capic. deciſ. 155. num. 7.*

Vel non.

Feudum de jure communi ex cauſa dotis, vel alia neceſſaria non poteſt alienari. *Ozaſ. deciſ. 167. num. 21.* nec obligari. *Afflict. deciſ. 111.* niſi ad vitam vaſalli. *DD. de Rota deciſ. 1. de feudis in novis, vide Mynſing. obſerv. 36. cent. 4. Rol. conſ. 97. vol. 1.* ¶ Ex actu revocato conſuetudo alienandi feudum, induci non poteſt. *Cravet. conſil. 1. pro gen. n. 484.* Omnes alienationes in feudis ſunt prohibitæ, ſed quid in alienatione, quæ fit ob urgentem neceſſitatem, quando fieri poſſit abſque conſenſu domini. *Mynſing. obſerv. 30. cent. 6.*

Cap. VII. Alienatio quando fieri poſſit, vel non.

Prohibitio alienationis feudi non habet locum, quando fieret alienatio in fraudem, aut alium agnatum habilem ad ſucceſſionem feudi, in quem poteſt fieri alienatio ſine conſenſu Domini. *Cravet. conſil. 303. num. 4. Caſſa. in conſ. Burg. tit. des fiedz. §. 8. gloſſ. 2. n. 8.* ſi agnatus emptor erat immediate ſucceſſurus. *Rol. conſ. 64. vol. 2. num. 10. Afflict. deciſ. 111. num. 5.* ¶ Compromiſſum de re feudali ſine conſenſu Domini fieri non poteſt, maxime quando tractatur de præjudicio Domini. *Rol. conſ. 22. vol. 4.* ¶ Vaſſallus alienans feudum ob aliquam neceſſitatem, non poteſt talem alienationem facere ſine conſenſu Domini, & aliter facta, non tenet. *Roland. conſil 56. volum. 4.*

Cap. VIII. Feudum qui alienare poſſit, vel non.

Feudum non poteſt donari, ſed an poſſit hypothecari, ſuper eo tranſigi, vel juramentum deferri, aut poſſit vaſallus de feudo alium infeudare, vel locare, vel dare in dotem, aut permutare, *vide Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. §. 8. gloſſ. 2. n. 9.* ¶ Socius, an & quando partem caſtri ad conſocii emulationem, vendere poſſit, vel teneatur ipſam vendere conſocio. *vide Marc. q. 366.* ¶ Feudum conceſſum tibi, & cui dederis, tu poteris alteri dare. *Cap. deciſ. 121.* ¶ An feudum francum, & liberum poſſit alienari irrequiſito Domino, *vide Rol. conſ. 2. num. 29. & 134.* ¶ Feudum licet non poſſit alienari invito Domino, tamen hoc fallit, quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſuſtinebat primus feudatarius. *Ant. Corſ. in ſuis ſing. litera F. ſing. Feudum. Bart. in l. 11. C. de murileg. lib. 11.* ¶ Feudum poteſt capi in cauſa judicati ex ſecundo decreto. *Bart. in l. ſi. finitu. §. ſi de vectigal ff. de dam. infect.* ¶ Nobilis, cui eſt conceſſum jus colligendi pedagium, an poſſit illud vendere ſine conſenſu concedentis, *vide Bart. in l. 9. ff. de aqu. plu. arc.* ¶ An, & quando vaſallus poſſit alienare feudum Domino irrequiſito, *vide Caſ. in conſuet. Burg. tit. des fiedz. §. gl. 8. 2. num. 44.* ¶ Subditi inferiorem dominum habere non coguntur. *Ozaſ. deciſ. 139. n. 15.* nam dominus directus non poteſt alienare jus ſuum, ſive feudum invito vaſallo: ſicut eo contra, nec vaſallus abſque Domini voluntate. *Capic. deciſ. 162. vide Jaco. Put. deciſ. 39. & 40. Franc. Marc. q. 338. Crav. conſ. 54. & 318. Nat. conſ. 67. Hartm. cap. 41. tit. de feudis. lib. 2.* ¶ Feudum licet à creditoribus capi, & vendi poſſit conſuetudine, vel ſtatuto: tamen directus Dominus offerre, & redimere poteſt ab ipſis creditoribus. *Capic. deciſ. 99. num. 7.* an Dominus habeat jus prælationis in feudo quotieſcunque Vaſallus vult vendere, *vide Marc. qu. 364. Joa. Pap. lib. 3. t. 1. arreſt. 5. 6.* an tale jus poſſit cedi, *vide per Mar. qu. 2. par. 2.*

Vel non.

Feudum non poteſt pignori obligari. *Bart. in l. 96. de l. 3.* ¶ Vaſallus non poteſt feudum alienare, niſi de conſenſu domini, licet inveſtitura dicatur, ad dandum vel vendendum, *vide Dec. conſ. 614. & conſ. 180.* ¶ Vaſſallus non poſſet ſibi aſſociare alium in feudo ſibi collato ab Imperatore, ſine ejus conſenſu: quia talis aſſociato eſſet alienato. *Natt. conſ. 288.* ¶ Vaſallus invitus alienari non poteſt; ſecus in juribus pecuniariis, vel quando vaſallus alienatur cum univerſitate, *Gaſp. Cabal. milleloq. 21. Alc. Rau. in ſuo tract. de anal. c. 34. n. 30. vide D. Sol. in ſuis comm. in ant. conſtit. gl. ſuper 1. part. decreti fraquent ib. t. de pact. inter empt. & vend. num. 66. Abb. conſ. 4. lib. 2.*

Cap. XIX. Ad quod tranſeat.

Jus revocandi alienationem feudi, an tranſeat in ſucceſſorem. *Afflict. deciſ. 112.* ¶ Feudale ſervitium tranſit ad emptorem pro tempore præterito vaſallo feudum de Regis conſenſu alienante, *Afflict. deciſion. 93. num. 4.*

Cap. X. Qui ſuccedere feudo poſſit.

Non obſtante quittatione omniom bonorum facta per fratrem, ipſe admittitur ad ſucceſſionem feudi. *Ozaſ. deciſ. 161. n. ſi.* quia renuntiatio ſucceſſionis bonorum non extenditur ad bona feudalia. *Cra. deciſ. 102. n. 9. And. Gail. obſ. 154. lib. 2. n. 16. Dec. conſ. 269. num. 24. vide tamen Mynſing. obſerv. 66. cent. 6.* fallit in caſu, de quo *per Rol. conſ. 64. vol. 2.* ¶ De jure communi omnes filiæ æqualiter ſuccedunt in feudo, niſi in feudo Comitatus, vel Marchionatus. *Afflict. deciſ. 119.* vel niſi probetur, quod in ipſo feudo vivatur jure francorum. *Afflict. ibid.*

Cap. XI. Quibuſmodis valeat alienatio, vel non.

Alienatione drohibita, cenſetur prohibita tranſactio per quam transſertur res in alium: ideo tranſactio per quam feudum alienatur non valet. *Cravet. conſil. 197.* ¶ Feudi venditio ſine regio aſſenſu eſt nulla: *Afflict. deciſ. 60.* nam diſpoſitio nulla valet in feudis ſine regio aſſenſu; ſed pro intelligentia dicti, *vide Afflict. deciſ. 119.* ¶ Renunciatio hypothecæ rei feudalis facta ſine Domini conſenſu, valet, *Afflict. deciſ. 232.* ¶ Alienandi facultate alicui conceſſa in caſu neceſſitatis ad hoc, ut valida ſit alienatio, quæ concurrere debeant, *vide Ozaſ. d. dec. 171. n. 14.* ubi plene de licentia alienandi feudū, *& dec. 172.* quod reſtringi debeat ad vitā alienantis, *ſcribit Ozaſ. d. deciſ.*

d. deciſ.164. num.16. & ad ſeudum novum. *Jac. Put. deciſ.66. l.1.* ¶ Valet conſuetudo, qood bona ſeudalia alienari poſſint, & licet conſuetudo eſſet limitara in venditione idem procederet in datione inſolutum. *Dec. conſ.586. Natt.conſ.322.*

Vel non.

Alienatio feudi ſine regio aſſenſu, non excuſatur etiam in contractu nullo propter nullitatem. *Afflict. deciſ. 197.* Conſenſu domini, & aliter alienatio facta eſt nulla, adeo ut nec longiſſimo tempore tuna feudum præſcribi poſſit, nec defendi poſſet alienatio ex licentia conceſſa alienandi primo inveſtito nominatim, quando ſucceſſor ſeudum alienaſſet, quia interpretatur perſonalis. *Nat. conſil. 163. & ſeq. Tom. 1.* ¶ Ceſſio litis, & cauſæ ſuper ſeudo, non valet ſine Regio aſſenſu, ſed ceſſio juris hypothecæ in ſeudo, valet abſque conſenſu regio. *Capi. deciſ. 155.*

Cap. XII. Quibus modis revocari poſſit, vel non.

Principalis, ſi non revocavit obligationem bonorum feudalium ſine aſſenſu, poſt ejus mortem, non poteſt ejus hæres revocate, ſed favore dotis cogitur habere ratum. *Gram. deciſ. 101. num.121.* ¶ Feudum emptum pro ſe, ſuiſque hæradibus, & ſucceſſoribus, poteſt aſſignari per maritum pro reſtitutione dotis ſuæ uxoris, ſed quid ſi per rebellionem fuerit hoc ſeudo privatus, & deinde reſtitutus, an facultas alienandi primo loco data, cenſeatur revocata, *vide Menoch conſil.373 l. 4.* ¶ Feudi revocatio, an permittatur agentis vivo alienante, & extantibus filiis, *vide Peril. D.P. Theſſ. deciſ.99.* ¶ Feudum etiam Domini permiſſu, agnato remotiori alienatum, alienatore extincto, recte ab agnato proximiore pretio non reſtituto, avocatur. *Cra. conſ. 1. pro genero. num.21. 204. 291. & 295.* ¶ Feudi alienatio Rege conſentire nolente, revocari poteſt non obſtante juramento. *Afflict. deciſ. 335. numer. 11.* ¶ Alienatio feodi facta ſine regio aſtenſu, revocari jure proprio poteſt, per alienantem, vel ejus hæredem niſi in dote. *Afflict. deciſ.111.* ¶ Alienatio feudi facta per patrem ſine filii conſenſu, interveniente regio aſſenſu an poſſit per filium revocari, vide diſtinctionem, *Afflict. deciſ. 112.* ¶ Feudum alicui conceſſum pro conſtituendis dotibus ejus filiabus, revocari poterit, ſi de aliis bonis paternis filiæ dotentur. *Ozaſ. deciſ.171. num.7.* Sufficit conſenſus Baronis in alienatione feudi plani, & de tabula: ideo non revocatur alienatio ex quo non intervenit conſenſus Regis, & conſenſus ipſius Baronis poteſt probari teſtes. *Afflict. deciſ. 243.* alias conſenſus Regis requiritur, quando Baro infeudat. *Idem deciſ.282. num. 5.*

Cap. XIII. Qui effectus producatur.

Legatum de feudo roborari poteſt per conſenſum Domini; ſicut roboratur alien tio. *Capic. deciſ.155.* ¶ Aſſenſus factus Titio, quod alienet feudum, prodeſt hæredi Titii decedentis ante alienatinnem, & quod moriatur Rex ante alienationem, an requiratur aſſenſus, *vide Cap. deciſ. 121. num. 11.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris, & ſi in feudalibus non valeat: tamen fallit ſi confirmetur à directo Domino, de cujus præjudicio tractatur. *Rol. conſ.7. vol. 2. num. 15. Menoch. conſ. 104 num.26. l. 1.* Privilegium venditionis factæ per Regem, contineos clauſulam, cum regalibus, angariis operatur, quod Baro poſſit exigere ſervitia, quæ poterat Rex. *Cap deciſ.118.* ¶ Verba pro ſe, filiis, & deſcendentibus oppoſita conceſſione vectigalis, facta à Principe ex cauſa oneroſa, non tribuit jus filiis, acquirentis, quo minus ipſe de ipſo vectigali, ſicut de cæteris bonis, poſſit diſponere. *Menoch. conſil.309. l.4.* ¶ Vaſſallo alienante ſalvo conſenſu Domini, ſi Domin⁹ poſt mortem vaſſalli conſentiat, talis conſenſus non præjudicat agnatis, quib jus erat quæſitum. *Ozaſ. 119. num. 26.* ¶ Proximior agnatus conſentiens alienationi feudi, præjudicat filiis. *Mynſin. obſerv.50. cent.1. & obſerv 55 cent.5.* ¶ Feudi antiqui renunciatio facta in manibus Domini, licet agnatis non præjudicet, tamen ubi feudum per competentes inveſtituræ clauſulas eſt alienabile (ex quo poteſt in extraneus alienari) fieri poteſt, etiam in agnatorum præjudicium: ita ut renuncians inveſtiatur de feudo novo. *Natt. conſ.615.* ¶ Aſſenſus Regis præſtitus ſuper alienatione feudi, ita præjudicat Regi, quod alienanre ſine deſcendentibus mortuo, non revocetur per Regem. *Afflict. deciſ. 112. num.8.* ¶ Etiam ſi Domini permiſſu feudum alienetur agnatis, tamen noxia alienatio non eſt, quo minus alienatore ſublato, ad feudum adſpirent. *Crav. conſ. pro genero, conſ.1. num.295.* ¶ Aſſenſus feudatario præſtitus ſuper alienatione facienda, vel exequutione, non poteſt, ſi alienatio, vel exequutio erat per prius facta, Domino inſcio. *Afflict. deciſ.355.* ¶ Aſſenſus impetratus poſt revocationem obligationis bonorum, nihil operatur. *Afflict. deciſ 355. n 14* nam aſſenſus Regis poſt jus quæſitum parti, noo valet in ejus præjudicium. *Afflict. ibid.*

Cap. XIV. Dominus: Vaſallus: Feudatarius. Quæ facere poſſit, vel non.

Vaſallus, an hypothecam, vel ſervitotem ſeudo imponere poſſit. *Ozaſ. deciſ. 156. num. 8. & 13. Harım. cap. 21. & 29. t. de feud. l. 2.* Vaſſallus volens feudum alienare, debet habere Domini conſenſum, & Dominus ſciens, & tacens conſentire non videtur. *Rom. ſing.720.* ¶ Secus ſi ſit præſens, & taceat non contradicendo. *Hiero. Bocr. in ſuis ſingularib. 1. auctoritas n 15.* ¶ Vaſſallus in ſui præjudicium feudi naturam mutare poteſt: ideo non poteſt venire contra ſuam alienationem, licet illa non noceat agnatis. *Crav. conſ. pro genero 1. n. 3. 8.* ¶ An poſſit conſtituere ſuper feudo ſervitutem, vel uſumfructum, aut penſionem. *Caſſ. tit. des fiedz. § 8. gl. 2. n. 9.* ¶ Feudum, ſi recipitur pro ſe, & hæredibus, & quibuſcunque habentibus cauſam ab eis, alteratur natura ejus, ita ut poſſit vaſſallus diſponere de eo, ſine licentia Domini, in teſtamento, & inter vivos. *Nat. conſ.216. Tom. 1. Rol. conſ.3. vol.1. num.61.* & tunc tranſit in extraneum. *Rol. conſ.42. vol.4.* ¶ Vaſallus de jure communi poteſt ſine Domini licentia tranſigendo, dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia tunc non dicitur alienare. *Cap. deciſ.156. num. 16.* ¶ Qualiter vaſallus poſſit diſponere de feudo, & ſe juvare de illo, *vide Jo. Pap. l. 3. t. 1. arreſt. 4.* ¶ Vaſſallus poteſt feudum alteri infeudare ſine conſenſu Domini, agnatis tamen non præjudicat talis infeudatio. *Mynſing. obſerv. 62. cent. 1.* ¶ Quando vaſallus poſſit de feudo teſtari. *Menoch. conſ. 104. & conſ. 79. vol.2. conſ. 10. num.30. vol.3.* ¶ Vaſallus, an poſſit pignorare feudum pro ſervitio militari. *vide Jo. Ant. Trigo. ſin.50.* ¶ Feudatarius, qui facit alium feudatarium, non poſſidet. *Bart. in l. avita §. hac ſatiſdatione. C. uti poſſidetis. n.10.*

Feudatarius.

Feudatarius, an poſſit rem infeudare in perpetuum irrequiſito Domino, *Afflict. deciſ. 305.* ¶ Feudatarius abſque conſenſu Domini, uſumfructum conſtituere non poteſt alias eſſet alienare, ſecus quoad fructuum commoditatem. *Nat. conſ 563.* ¶ Feudatarius non poteſt remittere minimom quid in feudo. *Afflict. deciſ. 232. n. 8.* ¶ Feudatarius poteſt alteri in feudum dare ſuum feudum, etiam invito Domino, tamen primus feudatarius poteſt renunciare jus feodi in manibus Domini, in præjudicium ſecundi. *Ludo. Roman. ſingul.184.*

Dominus.

Dominus, an poſſit dominium vaſalli in alium trsnſferre ir requiſito ipſius vsſslli conſenſu, *vide Guid. Pap. q. 560. Vin. de Fran. deciſ. 17.* ¶ Feudi Dominus incultam rem ſub canone, poteſt redigere ſine regio conſenſu, ut fertileſcat. *Affl. deciſ. 119. num. fin.* ¶ Rem feudalem, ſi emerim, & velim præſtare fidelitatem Domino, cum recognitione bomagii, an Dominua poſſit recuſare, & ſic an teneatur conſentire vaſallo vendenti, *vide Guid. Pap. 415.* ¶ Teſtator de rebus feudalibus teſtsri non poteſt. & aliquod onus imponere regulariter. *Fran. Marc. quaſt. 335.*

Imperator, &c.

Poteſt imperator ex csuſa concedere facultstem vaſſallo, ut poſſit de feudo teſtari, in præjudicium agnatorum. *Dec. conſ. 588.* ¶ Camera, ſi ſibi videtur emptorem non aſſe inveſtiendum ſecundum formam, & antiquam feudi naturam, debet ab inveſtiendo abſtinere, ut facultatem emptor habeat recedendi à contractu. *Illuſt. Senator Sol. in ſuis com. in antiq. conſtitutio. gl. in proœmio. num. 31.* ¶ Regulariter filius familiss de feudo teſtari non poteſt: fallit in feudis regalibus, & donationibus imperialibus. *Vincen. de Fran. deciſ. 4.*

Vaſallus, &c. Qua facere non poſſit.

Vsſallus non poteſt de feudo (etiam pro anima) diſponere de jure civili; ſecus de jure canonico. *Rom. ſing 535.* ¶ Vaſallus inveſtitus de feudo ſub verbis, quod poſſit diſponere, & ordinare prout ipſe Princeps ante contractum poterat, non ob id, poterit feudum alienare maxime, ſi hæc verba ſint appoſita in clauſulis acceſſoriis, & exequutivis. *Natt. conſ. 582.*

Cap. XV. Ad qua teneatur, vel non.

Si agnatus habeat feudum ab agnato, cui etiam erat ſucceſſurus, tenetur petere renovstionem inveſtituræ intra annum, & diem. *Caſſan, tit. des fiedz. §. 8 gl. n. 46.* ¶ Si hæres pstris vult venire contra factum ipſius patris alienantis rem feudalem, ut allodialem, tenetur emptori bonæ fidei reſtituere pretium, exiſtens tempore revocationis, ſi fuit augumentatum, & talia emptor fecit fructus ſuos propter ignorantiam, ſecus ſi ſciviſſet rem eſſe feudalem: qui tunc non fecit fructus ſuos, minus recuperaret pretium *Affl. deciſ. 278.* ¶ Directus Dominus non cogitur recipere alium vaſſallum, volentem eum recognoſcere. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 9.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Licet agnatus alleget bona eſſe feudalia, & ſe offerat parstum probare, non ob id poteſt impediri extraneus hæres quo minus debeat mitti in poſſeſſionem bonorũ hæreditariorum. *Rolan, conſ. 2. volum. 3.* ¶ Feudum datum in dotem revertitur, ſi non oſtendatu r ſcripturæ aſſenſus. *Affl. deciſ. 398.* ¶ Commercium omne ſuper feudis ſine Domini conſenſu eſt probibitum, & remiſſio jurium ad feudum dicitur donatio. *Affl. deciſ. 232 num. 3.* ¶ Communio inter duas civitates ſine regio aſſenſu, an præſcribi poſſit longiſſimo tempore, *vide Affl. deciſ. 254.*

TITULUS CCCLXXX.

De feudo fœmineo.

Cap. I. Quod dicatur, vel non.

Subinfeudatio nihil aliud eſt, quam quædam ſubſtitutio, & ſubſtitutus induit perſonam ejus, cujus loco ſubſtituitur. *Menoch. conſ. 148. vol. 1. num. 16. 17.* ¶ Quando conceditur feudum pro aliquo ſervitio reali, aut annuo cenſu, vel reditu, iſtud non dicitur proprie feudum, licet conceſſio ſonet in feudum, *Crav. conſ. 233.* dicitur tamen faudum conditionatum, in quo etiam fœmina admittitur, licet in eo præſtetur juramentum fidelitatis. *Menoch. conſ. 65. vol. 1.*

Cap. II. Quale ſit.

Quando feudum habet primordialem naturam, & qualitatem fœmineam, talis natura durat, adeo quod feudum tale ſubfeudatum, tranſeat in ſubfeudstionem cum hac qualitate: quia membra regulantur à capite, & per alias rationes, de quibus *per Menoch. conſ. 148. n. 11. vol. 1.* ¶ Subfeudum dicitur derivari à feudo principali, & illius retinet naturam, ab eoque regulatur, & multa alia de natura hujus feudi ſubfeudati, *vide ibid. numer. 18.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Verba inveſtituræ, pro hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, intelliguntur ſucceſſivè, ut primo maſculus admittatur, deinda fœmina. *Dec. conſ. 139 & conſ. 208. Fran. Cremen. ſing 71.* Quando feudum eſt fœmineum, nomen deſcendentes appoſitum in inveſtitura, comprehendit etiam fœminas. *Menoch. conſ. 331. n. 9. lib. 4.*

Cap. IV. Quando quis præferatur.

Soror primogenita, & dotata à patre in feudis paternis; quando præferatur filiæ, ſeu ſorori exiſtenti in capillo. *Vincen. de Franc. deciſ. 328. part. 2.* ¶ An filia in feudi ſucceſſione patruo præferatur, qua in quæſtione tenor inveſtituræ potiſſimum attandendus eſt, *vide Ozaſ. deciſ. Pedem. 23.* ubi plura circa feudi ſucceſſionem, & de materia feudorum. ¶ Feudum conceſſum alicui cum facultate alienandi, & faciendi quicquid animus ejus decreverit, tranſit ad fœminas. *Rol. conſil. 1. num. 70. vol. 1.* & idem judicandum eſt de caſtris donatis ab Imperatore pleno jure, quod de bonis mere patrimonialibus. *Rol. conſ. 30. num. 73.*

Cap. V. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

Valet conſuetudo, quod mulier in feudo ſuccedat. *Dec. conſil 588 num. 7.* ſed quando admittitur, fœmina tenetur petere inveſtituram intra annum, & diem. *Nat. conſil 569.* ¶ Clauſula in inveſtitura appoſita, pro quibuſcunque hæredibus, vel pro ſe, & quibus dederit, includit quoſcunque extraneos hæredes, & tunc fœminæ ſuccedunt in feudis, *vide Alex. Raud. tract. de Analog. c. 16. num. 14. 39. & 49.* ¶ Pro ſorore vsſalli in poſſeſſorio continuanda in poſſeſſionem feudorum, fuit pronunciatum. *id. Raud. ib. c. 36. n. 81.* ¶ Fœmina eo ipſo, quod hsbilitata eſt ad ſuccedendum vigore inveſtituræ dicentis, quod hæredes utriuſq; ſex⁹ ex acquiſitoris corpore deſcendentes ſuccedant, videtur etiam hsbilitata ad præſtandam adobam, ſeu admittendum ſubſtitutum. *Capic. deciſ. 10. num. 16. & deciſ. 31. num. 3.* ¶ Soror ſuccedit fratri in feudis, in quibus vivitur jure Francorum; ſecus ſi vivatur jure Longobardorum, quia tunc maritata, & dotata à fratre, non ſuccedit fratri. *Affl. deciſ. 248.* ¶ Quando ſuccedat fœmina, *vide eundem Dec. 208. 269. 390. & conſ. 424. Menoch. conſil. 548. lib. 2.* ¶ Fœmina quando ſuccedet in feudo recto, & proprio, *vide Excel P. Theſſau. deciſ. 227.* ¶ Fœminæ maſculis deficientibus, ſuccedunt in feudo plano, quando pro tali feudo ſolvitur cenſus. *Vinc. de Franc. deciſion, ſeptima.*

Vel non.

Regulariter fœminæ, non ſuccedunt in feudo, propter quinque rationes, quas ſcribit *Caſſan. in conſuet, Burgun. titul. des fiedz. §. 5. gloſſ. prima numer. 28.* limita ut ibid *vide Rolan. conſil. 41. volum. 2. & conſil. 41. vol. 4.* ¶ In feudo fœmineo hæreditario, fœmina hæres inſtituta, excludit maſculum agnatum, qui non erat

hæres

hæres ſcriptus cum ipſa fœmina. *Rolan. conſil. 67. vol. 2. num. 13.* ¶ Soror exiſtens in capillo excludit maritatas, quoad feudi ſucceſſionem. *Capic. deciſ. 115. num. 13.* ¶ In bonis feudalibus regulariter fœmina non ſuccedit; fallit in feudo, pro quo nullum præſtatur ſervitium, *vide Dec. conſil. 85. num. 6. 126. & conſil. 193 Natt. conſil. 216. num. 15. Rom. ſingul. 180. Hippol. ſingul. 411.* ¶ Fœminas in feudalibus extantibus maſculis, ſuccedere non debere juris feudorum eſſe ſcribit *Marc. quaſt. 315.* tamen in patria Delphinali ſuccedunt: quia ibi feuda ſunt redacta ad inſtar allodialium. *Marc. d. quaſt. 315.* ¶ Feudalis ſucceſſionis incapax eſt fœmina, licet inveſtitura recepta fuiſſet ſimpliciter pro ſe, & hæredibus: nam nomen hæredum, & ſucceſſorum in inveſtitura prolatum, & in feudis, non comprehendit fœminas. *Mynſing. obſerv. 72. cent. 5. Natt. conſ. 460. & conſilio 569. Rol. conſ. 71. num. 39. vol. 2.* & feudum conceſſum tibi, tuiſque hæredibus, intelligitur conceſſum pro maſculis. *l. 17. §. ſi quis ita ff. ad Treb.* & alios ſolum comprehendit. *Bartol. in l. Gallus. §. etiam ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ Fœminæ ex quibus verbis inveſtituræ excludantur à feudi conceſſione, *vide Paul. Æmil. Vera. deciſ. 16. part. 2.*

Cap. VI. Qui admittuntur, vel non.

Quando deſcendentes ex fœminis admittantur ad feudum, *vide Dec. conſ. 208. part. 2. & 390.* ¶ Rex poteſt habilitare filiam vaſſalli ad feudum, etiam in præjudicium agnatorum. *Dec. conſ. 269. & 498. idem in Papa. Dec. n. con. 498. nu. 24.* ¶ Feudum dicitur fœmineum pluribus modis, nempe quando feudum nulli antea conceſſum conceditur ab ipſo initio fœminæ, quo caſu admittitur filia, filio maſculo aliquo non exiſtente. *Menoch. conſ. 331. l. 4. Rol. conſ 67. vol. 2. idem Menoch. conſ. 148. lib. 2.* ¶ Item quando feudum eſt conceſſum ab ipſo initio pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, & deinde mortuis maſculis feudum pervenit ad fœminam, & hoc caſu origine ipſa dicitur maſculinum, verum ob id quod pervenit ad fœminam dicitur effectum fœmineum. *Menoch. ibid.* ¶ Idem quando feudum ab initio conceſſum fuit pro ſe, & filiis maſculis, & deinde concedens nullis exiſtentibus maſculis alterat, & immutat naturam ipſam feudi, atque ita concedit, quod fœminæ ſuccedat. *Menoch. d. conſil. 331. nu. 5. Rol. conſ. 41. nu. 21.* Quando feudum ſemel fuit effectum fœmineum, non poteſt concedens alterare naturam ipſius, & excludere fœminas ante vocatas. *Menoch. ibid. num. 64.* ¶ Ad feudum conceſſum pro ſe, & omnibus hæredibus, fœmina ſolum admittitur, ubi non ſuperſit maſculus de agnatione, alias ſecus, ex quibus aliis, maſculus in eodem gradu exiſtens in tali feudo, excludat fœminas, *vide Menoch. conſil. 91. lib. 1.* ¶ Fœmina, ſi regulariter inhabilis ſit in ſucceſſione feudi; tamen ſcienter inveſtita, admittitur. *Ozaſ. deciſ. 27. num. 15. Tho. Minad. deciſ. 36. Guid. Pap. quaſt. 59. Bartol. in §. emphyteuſim, Authent. de non aliena. aut permut. reb. eccle.* ¶ Filia hæres inſtituta petens immiſſionem in poſſeſſionem, in dubio admittitur in rebus feudalibus, nec agnati hoc caſu erunt legitimi contradictores, ad impediendam dictam immiſſionem. *Afflict. deciſ. 119. Mynſing. obſerv. 25. cent. 5. Dec. conſ. 424. 467. 498. & 588. Rol. conſ 1. vol. 1.* idem in nepte. *ibid. Rol. Natt. conſil. 592.* niſi in continenti parati eſſent de jure eorum edocere. *Put. dec. 229. lib. 1. vide Mynſing. obſerv. 25. cent. 5. Natt. conſil. 502.* ¶ Minus ipſa immiſſio impeditur per inveſtituram poſt mortem patris impetratam: quia quando titulus eſt quæſitus poſt ipſam mortem, non impedit remedium. *l. fin. C. de edicto Divi Adria. Afflict. d. deciſ. 119. num. 6.* ¶ Feudum pro hæredibus maſculis, & fœminis à patre acquiſitum, non extantibus maſculis, ad filiam devolvitur, ſi vero filius extat, ille ſolus feudum obtinet: eo autem ſine liberis deinde mortuo, an filia adhuc admittatur, vel feudum revertatur ad Dominum, valde controverſum eſt, *vide Mynſing. obſerv. 74. cent. 5.* ¶ Fœminæ licet non admittantur ad bona feudalia; tamen admittuntur ad bona donata, & primæ inveſtituræ, quæ loquitur de bonis donatis, non derogatur ab aliis inveſtituris poſterioribus quæ loquuntur de bonis feudalibus, & in dubio bona allodialia præſumuntur. *Dec. conſ. 468.* ¶ Feudum emptitium deficientibus maſculis, etiam revertitur ad Dominum excluſis filiabus. *Mynſing. obſervat. 73. cent. 5.* imo feuda emptitia empta mediante pecunia, ad fœminas ſunt tranſitoria. *And. Gail. obſ. 159. lib. 2. Alex. Raud. tract. de analog. cap 34. num. 253. Matt. conſ. 216.* quod dicitur in feudo empto fœminam admitti, limitatur pluribus in caſibus, de quibus vide per *Rol. conſ. 41. volum. 5. Excell. Praſ. Theſſau. deciſ. 146.* ¶ Feudum dicitur mercenarium, ubi vaſſallus dedit notabilem pecuniæ quantitatem, in quo feudo deſcendentes ex fœmina admittuntur, & ita fuit judicatum, ut teſtatur *Raud. tract. de analog. c. 34. num. 57. 353. & 58.*

Vel non.

Fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione feudi, in perpetuum cenſetur excluſa, in tantum quod nullo etiam exiſtente de deſcendentia, vel agnatione maſculo, non admitteretur: quia habetur pro mortua. *Natt. conſ. 676. num. 33.* plene per *Menoch. conſ. 160. lib. 2. conſ. 400. vol. 4.* vide tamen *Menoch. conſ. 331. num. 50. lib. 4.* ubi videtur tenere contrarium. ¶ Si fœmina non admittitur ad ſucceſſionem feudi, maſculi ex ea deſcendentes non admittuntur. *Caſſan. ibid. num. 66. Marc. q 315. Cabal. milleloq. 102. Menoch. conſ. 400. num. 34. lib. 4.* quando deſcendentes ex fœminis admittantur ad feudum, *vide Dec. conſ. 208. par. 2. & conſ. 396.* ¶ Fœmina non agnata non admittitur in feudis acquiſitis pro ſe & hæredibus, vel cum clauſulis, & quibus dederit, vel habentibus cauſam ab eis: ſecus erit in fœmina agnata, quæ in tali feudo admittitur. *Rol. conſ. 42. volum. 4.* ¶ Quando per inveſtituram vocantur deſcendentes maſculi, & illis deficientibus, fœminæ, filii fœminarum non cenſentur vocati: quia fœmina eſt finis familiæ. *Menoch. conſ. 400. num. 49. lib. 4. Hippol. ſing. 411.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Poſſeſſorium recuperandæ in feudis poſt annum; non poteſt intentari, ſed ſolum petitorium. *Afflict. deciſ. 198.* ¶ Feudum fœmineum poteſt dari in dotem abſque conſenſu Domini, cum qualitatibus tamen, de quibus per *Rolan. conſil. 29. vol. 4.* quæ vero requirantur ad hoc, ut maritus ex forma ſtatuti lucretur feudum, vel partem ejus, datam in dote, *vide Raud. tract. de analog. cap. 21.*

TITULUS CCCLXXXI.

De feudo primogenitura.

Cap. I. Quod. Quibuſque modis intelligatur, vel non.

Primogenitura à jure divino introducta eſt & quæ dicatur primogenitura, *vide per Ozaſ dec. Pedem. 100. num. 39.* ¶ Feudum Marchionatus eſt indiviſibile, & multo magis ſi ſit inductum jus primogenituræ. *Natt. conſ. 288.* ¶ Feudi inveſtitura facta in perſona patris pro ſe, & filiis, poteſt per inveſtituram limitari in primogenitum, cæteris excluſis. *Natt. conſ. 501.* ¶ Et quid tunc primogenitus teneatur aſſignare, ſecundo genito, *vide Natt. ibid. n. 37.*

Cap. II. Quando alienari poſſit, vel non.

Jua primogenituræ competens ex conſuetudine, vel ſtatuto, tranſmiſſibile ad filium, & ad hæredem ipſius primogeniti *Ægid. Bellam. concluſ. 717.* ratio quia jus primogenituræ eſt reale, *ibid.* ¶ Feudum antiquum, in quo vivitur jure Francorum, poteſt alienari in præjudicium, & ſine conſenſu primogeniti: quia in eo, ipſe primogenitus ſuccedit. *Afflict. deciſ. 248.* ¶ Feudo novo noviter obvento per legatum cum regio aſſenſu, an poſſit pater tale feudum dare tertio, vel ſecundogenito, in præjudicium primogeniti, *vide Afflict. ibidem.* ¶ Juri primogenituræ renunciari, illudque vendi poteſt, *Ozaſ. deciſ. 100. num. 40.* ¶ Feudum in quo vivitur jure Francorum, non poteſt per patrem alienari in præjudicium primogeniti. *Afflict. deciſ. 112.*

Cap. III. Quis præfertur, vel non.

Filius primogeniti præfertur patruo in ſucceſſione primogenituræ. *Capel. Thol. q. 434. Mobed. deciſ. 38.* an in primogenitura filius primogeniti patruo præferatur, *vide Abb. conſ. 85. lib. 1.* ¶ Primogenitus in indiviſibilibus jure divino, ſecundogenito præfertur. *Abb. conſ. 3. lib. 2.* ¶ De jure communi primogenitus non præfertur in feudis, niſi majoribus, quæ dividi non poſſunt, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & Baroniæ, *Cravet. conſ. 235.*

Cap. IV. Quis ſuccedat: admittatur, vel non.

Conſtituta primogenitura tempore matrimonii, primogenitus non admittitur ad ſecundum novum nobile, quod pater poſt aſſignationem dictæ primogenituræ, adeptus eſt, *vide Auguſt. Bero. q. 45.* ¶ Decretum factum per ſuperiorem circa ſucceſſionem feudorum, ut puta, quod primogenitus in illis ſuccedat, reſervata aliqua facultate valeat. *Cravet. conſ. 185.* & ex prædicta reſervatione poterit ſuperior derogare juri jam quæſito de præſenti, primogeniti bona jam poſſidenti. *Cravet. ibid.* ¶ In Regnis, & Principatibus omni jure procedit, & laudabilis eſt conſuetudo, ſeu conſtitutio Gallicana, quod primogenitus ſuccedat in totum, & cæteri illi ſubſint. *Jaffr. Lanfr. Balb. dec. 141.*

Cap. V. Vita, & militia quibus præſtanda debeatur. Qualis ſit.

De vita, & militia ſecundogenito per primogenitum debita in feudis antiquis, non obſtante feudo per patrem relicto ipſi ſecundogenito, *vide Afflict. deciſ. 138. & deciſ. 252.* ¶ Ipſa vita, & militia vadit, & taxatur ſecundum legitimam, & in Regno. *Capic. d. deciſ. 211.* ¶ Et in liquidatione ipſius vitæ, & militiæ inſpicitur tempus mortis teſtatoris, & habetur ratio bonorum rei integratorum poſt mortem patris. *Vinc. de Franc. deciſ. 61.*

Debeatur, præſtetur.

Secundogenitus, & alii poſt primogenitum in feudo ſolum ſuccedentes, debent habere vitam, & militiam, quæ eſt perſonalis, & extinguitur cum perſona. *Ant. Capic. dec. 2.* Quam vitam, & militiam primogenitus dare tenetur, *vide ibid. dec. 158 num. 8.* vita & militia ſecundogenito debentur etiam in ſucceſſione tranſverſalium. *Capic. dec. 211.* ¶ Vita, & militia debentur primogenito, qui ſeipſum inhabilitavit ad ſucceſſionem feudi, ordines ſacros ſuſcipiendo. *Vincent. de Franc. dec. 20.* ¶ Primogenitus præſtare tenetur vitam, & militiam ſecundogenito, etiam fructibus jam recollectis, invaſione hoſtium amiſſis. *Tho. Minad. dec. 10.*

Cap. VI. Quando ſit locus primogenituræ.

Jus primogenituræ etiam locum habet in nummis ex venditione bonorum (in quibus jus illud primogenituræ viget) redactis ita deciſum fuiſſe reperitur, ut teſtatur *Ægid. Magiſt. tract. de feudis. c. 7. in deci. diverſo.* ¶ Etiam de jure communi in feudo Marchiæ eſt locus primogenituræ, quæ fit ut dignitas ad unum ſolum pervenire debeat, nempe ad primogenitum. *Menoch. conſ. 118. num. 71. ſed vide conſ. 163. lib. 2.* ¶ Quid quando primogenitus paſſus eſt ſecundogenitum negotiari, & actus facere ſpectantes ad ipſum primogenitum, *vide ibid. conſ. 168. num. 81.* ¶ Imperium, ubi unus tantum debet imperare, penes majorem natu reſidere debet: ideo quando dominus concedit feudum, quod remanere debeat ſemper penes unum, adeo quod unus ſolum ſit dominus loci, tunc tale feudum ſpectat ad primogenitum. *Natt. conſ. 503.*

Cap. VII. Pater: Dominus: Vaſſallus, &c. Quæ facere poſſit.

Primogenituræ juri, antiquitus lege, vel conſuetudine conceſſo pater præjudicare non poteſt. *Natt. conſ. 601. num. fin.* ¶ Imperator ea cauſa conſtituere poteſt primogenituram in feudis paternis, & antiquis, ſed an hoc poſſit in præjudicium aliorum habentium jus in feudo ex inveſtituris anterioribus, *vide Rol. conſ. 10. vol. 3.* ¶ Dominus directus in conceſſione feudi, poteſt illud concedere cum qualitate primogenituræ; ſed quando intelligatur conceſſa primogenitura, *vide Menoch. conſ. 158. num. 31. lib. 2.* ¶ Vaſſallus in feudo mixto poteſt conſtituere primogenituram, & conſequenter per teſtamentum illud relinquere uni filiorum. *Menoch. ibid. num. 65. & conſ. 161. & 226. lib 3.* ſed an tunc ſit neceſſarius conſenſus domini directi, *vide ibid. num. 86. conſ. 158.* in omni feudo acquiſito ob benemerita vaſſalli, ille poteſt diſponere, & uni filiorum in ſolidum prælegare, *Menoch. ibid. num. 68.* ¶ Idem in feudo acquiſito numerato pretio: nam illud acquiſitum etiam pro ſe, & filiis non cenſetur ex pacto, & providentia dantis, & conſequenter nullum jus quæritur ipſis filiis beneficio concedentis; ſed ſolius patris acquirentis, qui ob id ad libitum diſponere de eo poteſt. *Menoch. conſil. 158. libr. 2. num. 70.* ¶ Primogenitus paratus probare ſtatim de feudo, vel de primogenitura, impedit immiſſionem in poſſeſſionem petitam per ſororem. *Natt. conſ. 502.* ¶ Princeps recognoſcens ſuperiorem non poteſt facere, quod primogenitus tantum ſuccedat in feudo juriſdictionali, in quo de jure communi omnes filii æqualiter ſuccedunt. *Natt. conſ. 179. Tom. 1.* ¶ Primogenitus (ad quem ſpectat inveſtitura feudi) ſi videns alium inveſtiri de eo tacuit, ſibi præjudicat. *Gramm. deciſ. 103. num. 38.*

TITULUS CCCLXXXII.

De feudo franco, recto, & proprio.

Cap. I. Quod dicatur, vel non.

FEudum rectum, & ſimplex dicitur, quando pro ſe, & liberis conceditur, *Ozaſ. deciſ. 27. num. 13.* quando feudum rectum, & proprium dicatur, & quando in eo fœmina ſuccedat, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 227.* ¶ Feudum rectum, dicitur proprium, perpetuum, & non revocabile, *Ozaſ. dec. 163. n. 4.* ¶ Feudum proprium in dubio cenſetur: ideo qui improprium hæreditarium ſimpliciter, atque alienabile feudum aſſerit, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. *Cravet. conſ. 1. pro genero. 314. & 315.* ¶ Quod feudum cenſeatur eſſe rectum, proprium, & ſimplex, non obſtantibus illis verbis inveſtituris appoſitis pro ſe, hæredibuſque ſuis, & ſucceſſoribus quibuſcunque ita quod de tali feudo non poſſit fieri alienatio, neque diſpoſitio, niſi eo modo, & his caſibus, quibus jus commune, natura feudi, vel ſtatuta alienationem rectorum feudorum fieri permittunt, dictis verbis non obſtantibus, in hac patria Pedemo. cavetur per antiq. *conſtit. de feudis.* ¶ Feudum in dubio intelli-

intelligitur proprium & rectum, & dicitur rectum, quod ad deſcendentes tranſit, & ad eſſentiam hujuſmodi recti feudi, non requiritur qualitas hæreditaria, licet non ideo minus dicatur rectum, quamvis pro ſe, & hæredibus captum ſit. *Illuſtr. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gl. ſuper Rub. tit. de feudis fol. 78.* ¶ Feudum proprium poteſt dici, quod ſimpliciter, & vere feudum eſt, cum id dicatur proprium, quod ſimpliciter eſt, non ſecundum quid. *Idem ibid. num. 6.*

Vel non.

Feudum Francum nunquam dicitur, niſi expreſſe apponatur in ioveſtitura, verbum, quod ſit francum. *Capic. deciſ. 64. num. 4.* ¶ Feudum non dicitur francum, niſi eſſet data facultas alienandi irrequiſito domino, idem dicendum eſt, ſi francum, & liberum inſcriptum eſſet. *Ozaſ. deciſ. 163. num. 10.* an feudum francum poſſit alienari irrequiſito Domino, *vide Roland. conſil. 2. numer. 29. & 134.* ¶ Feudum francum non dicitur, ſi pro eo ſervitium præſtetur. *Ozaſ. Pedem. 27. num. 6.*

Cap. II. Quæ requiruntur.

Feudum tamen proprium aliquot habet requiſita, nempe quod ſponte datum ſine pecunia, quod dominium directum ſit retentum, & utile translatum, quod in rebus immobilibus conſiſtat, & perpetuo ad maſculos tranſeat, & pro eo fidelitas præſtetur, nec acquiratur niſi ſucceſſiooe, vel inveſtitura, rurſus alienare illud non liceat ſine conſenſu Domini, nec cum illius conſenſu alienatio agnatis præjudicat, & tranſit ad omnes deſcendentes maſculos, & melius prout ſcribit idem Senator Sol. *ſup. num. 7.*

Cap. III. Quale ſit.

Feudi ex pacto, vel providentia, ſeu mixtum natura noo mutatur, propter dictionem, francum, ſcriptam in inveſtituris, quare ob eam non dicitur alienabile, maxime, quando in ipſis inveſtituris adſunt alia verba, huic licentiæ alienandi contraria, de quibus vide per *Ozaſ. dec. 163.* ¶ Feudum francum à feudo non franco, licet non in aliquibus differat, non tamen differt quoad poteſtatem alienandi. *num. 11.* ¶ In feudo vero, & proprio cenſetur electa perſonæ induſtria, *Crovett. conſil. 303. num. 2.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Dictionis, francum, eſt facienda interpretatio, id eſt liberum à ſervitiis realibus, & perſonalibus, exceptis expreſſis in inveſtitura, vel francum: ſecurum à pœna caducitatis, non à lege conventionis. *Ozaſ. dec. 163. n. 9.* ¶ Clauſula, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quicquid perpetuo ſibi & ſuis placuerit, importat facultatem alienandi, ſi ſit appoſita in verbis diſpoſitivis inveſtituræ, ſecus ſi ſit appoſita in verbis exequutivis, ſeu acceſſorie. *Vinc. de Franc. deciſ. 6. num. 7. Ozaſ. deciſ. 164.* ¶ Clauſula ad habendum tenendum, &c. dato, quod facultatem alienandi importet, tamen debet intelligi de alienatione facienda ſecundum naturam feudi, nempe inter ipſos. *Ozaſ. deciſ. 164. n. 15.*

Cap. V. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

Fœminæ, an ſuccedant in feudo franco, in quo nullum eſt ſervitium præſtandum, *vide Menoch. deciſ. 281.* ¶ Natura feudi franci eſt, quod nullum præſtetur joramentum, & in hoc feudi franco, & conceſſo pro ſe & ſuis hæredibus ſimpliciter non ſuccedunt fœminæ. *Jo. Mobed. dec. 281.* ¶ Quod clericus noo poſſit ſuccedere in feudo, & illud retinere, ſi ſit rectum atque francum, ſcribit *Menoch. conſil. 181. num. 7. & conſil. 99. lib. 2.* ¶ Feudum rectum, avitum, & antiquum transferri in extraneos non poteſt, ſed ad deſcendentes ſolummodo tranſit, *Cravett. conſil. 1. pro genero, numer. 334.* ¶ In feudo franco, quod poteſt irrequiſito Domino alienari, poteſt pro libito voluntatis vaſſallus prorogare juriſdictionem, etiam ſine licentia Domini. *Gram. deciſ. 103. num. 134.*

TITULUS CCCLXXXIII.

De feudo ligio.

Cap. I. Quis dicatur ligius, quæ requirantur, & qui ſuccedat.

Ligius quis dicatur, an duorum eſſe poſſit, & an vaſſallus ſeipſum liberare poſſit à juramento ligii feudi, *vide Afflict. dec. 308. num. 3. & 11.* ¶ Ligius homo non poteſt eſſe duorum, & homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi; ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorum, *Capic. deciſ. 162.* ¶ Vaſſallus ligius quis eſſe non poteſt duorum dominorum, ſed quando eſt ligius unius, & alterios ſimplex, de ſua perſona debet ſervire primo Domino, & ſecundo per ſubſtitutum, quando ambo Domini invicem bellum habent, *Rol. conſ. 44. vol. 2.* ¶ Feudum ligium ejus eſt naturæ, ut vaſſallus juret fidelitatem nullius alterius utilitate reſervata. *Ozaſ. deciſ. 163. num. 5. Gaſp. Cabal. milleloq. 36.* Secundo debet dici expreſſe in illius conceſſione, quod ſit feudum ligium, *Cabal. milleloq. 36.* ¶ Homines ligii, vel non ligii, franci, vel taliabiles, qui ſint, *vide ſupra part. 1. tit. de juramen. fide.* ¶ Feudum dicitur ligium, quando Princeps eximit vaſſallum ab omni juriſdictione, & quod illi Principi ſoli reſervetur, & promittatur fidelitas. *Mobed. deciſ. 282.* ¶ De juramento ligio, & an duobus præſtari poſſit, *vide Marc. q. 454. num. 17.* ¶ In feudo ligio pecunia acquiſito, non ſuccedunt fœminæ, niſi probetur conſuetudo. *Joan. Mobed. deciſio. 276.* ¶ Tria requiruntur ad hoc, ut dici poſſit feodum ligium, de qnibus vide per Caſſa. *in conſuet. Burg. tit. des fiedz. §. 3. gloſſ. 2. num. 16.* ubi plene de ipſo feudo.

TITULUS CCCLXXXIV.

De feudo ex pacto, & providentia, hæreditario, & mixto.

Cap. I. Quod dicatur, vel non.

Feudum non dicitur hæreditarium, ſed ex pacto, & providentia, etiam quando fuit conceſſum cum hac clauſula, ad habendum tenendum, & poſſidendum, & quicquid ſibi (ſalvo jure feudi & fidelitatis) deinceps de dicto ſeudo placuerit faciendum, &c. propter illa verba, ſalvo jure feudi, & fidelitatis, *Menoch. conſil. 61. vol. 4.* ¶ Item dicitur ex pacto, & providentia, quando fuit conceſſum uſque in infinitum. *Menoch. ibid. num. 14.* ¶ Feudum, quando quis dicatur habere ex pacto, & providentia primi inveſtiti, & primi concedentis, *vide Ozaſ. deciſ. 139.* ¶ Feuda ex pacto & providentia ea ſunt, quando in inveſtitura dicitur pro ſe, & ejus filiis, ſive liberis, aut deſcendentibus: hæreditaria vero mixta, vel ſecundum quid quando eſt facta mentio de hæredibus, puta ſi dictum ſit pro ſe, & hæredibus. *Ozaſ. deciſ. 161. Roland. conſil. 28. vol. 3. & conſil. 55. volum. 3. Menoch. conſil. 61. vol. 1. & 202. num. 53.* ¶ Verba pro ſe & cujuslibet eorum liberis maſculis, feudum ex pacto, & providentia eſſe arguunt, *Ozaſc. deciſ. 163. num. 7. Rol. conſ. 28. volum. 3. num. 4. & conſil. 55. numero ſexto. Menoch. conſil. 158. & 160. libro ſecundo.* ¶ Quomodo cognoſcatur, an feudum ſit hæreditarium, aut ex pacto, & providentia, *vide Mynſing. obſerv. 2. cent. 4.* ¶ Feudum dicitur ex pacto, & providentia, quando acceptatur pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus utriuſ-

utriuſque ſenſus de ſuo corpore legitime deſcendentibus, *Rol. conſ. 28. & 55. vol. 3.* ¶ Feudum conceſſum pro te, & liberis cum clauſula appoſita in fine privilegii, in quo dicitur, mandantes, quod reſpondeant tibi, liberis, & hæredibus, dicitur feudum ex pacto & providentia quæſitum, non autem hæreditarium. *Vincen. de Franc. dec. 6.* ¶ Conceſſio facta alicui pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, dicitur ex pacto, & providentia, & non hæreditaria. *Magon. deciſ. 54. num. 9. Rot. Floren. vide Dec. conſil. 395.* ¶ Data communi forma inveſtituræ, tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore deſcendentibus, tunc dicitur feudum hæreditarium in perſona deſcendentium: ideo hodie omnia feuda ſunt hæreditaria, quia communis eſt dicta forma inveſtituræ. *Afflict. deciſ. 140.* ¶ Feudum pluribus modis dicitur hæreditarium: Primo, quando reperitur alicui conceſſum ſimpliciter nulla facta mentione hæredum. *Rol. conſil. 3. vol. 4. num. 15.* & in dubio præſumitur hæreditarium. *Ozaſ. deciſ. 162. num. 5. Andr. Gail. obſerv. 154. lib. 2. Natt. conſ 680. Roland. conſil. 97. nu. 39. & conſ. 67. num. 23. vol. 2. Menoch. conſ. 104. vol. 1. vide tamen Ozaſ. deciſ. 61. num. 5. & 12. Magon. deciſio. 54. Rot. Floren. Menoch. d. conſil. 104. num. 93. & fin.* ¶ Secundo, quando non conſtat de prima inveſtitura, nam tunc præſumitur hæreditarium, & in illo non ſuccedunt agnati, niſi hæredes à vaſſallo inſtituantur. *Natt. conſ. 634. num. 6. & 9.* ¶ Tertio, cenſetur hæreditarium, quando dicitur in inveſtitura pro ſe, & ſuis. *Roland. conſil. 3. num. 16. vol. 4.* ¶ Quarto, quando dictum eſt in ea pro ſe, & hæredibus. *Roland. d. conſ. 3. num. 17. Menoch. conſ. 104. volum. 1. num. 9. conſ. 158. num. 4. lib. 2. & conſ. 202. num. 51. ibidem.* ¶ Quinto, quando dicitur pro ſe, & filiis, & hæredibus. *Roland. d. conſ. 3. num. 19.* ¶ Sexto, quando eſt ſuſceptum pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus utriuſque ſexus, dicitur hæreditarium tamen in eo fœmina non admittitur, niſi deficiente linea maſculina, & ſic in dicto feudo, ſoror non concurrit cum fratre. *Rol. conſ. 84. vol. 4.* ¶ Idem in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus maſculis, & fœminis. *Menoch. conſil. 400. num. 7. lib. 4.* quod procedit, etiam ſi ante eſſent vocatæ fœminæ. *ibid. Menoch.* ¶ Et ſi multorum ſit opinio, quod quando feudum eſt ſimpliciter conceſſum pro ſe, & hæredibus, cenſeatur conceſſum pro hæredibus ſanguinis, non autem pro extraneis: attamen quando cum verbo, hæredibus eſt injunctum verbum, ſucceſſoribus, tunc feudum dicitur ita hæreditarium, ut comprehendat etiam hæredes extraneos. *Menoch. conſ. 19. lib. 2. num. 76.* ¶ Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque ex communi ſententia Doctorum, dicitur ſimplex, & mere hæreditarium tranſitorium ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos. *Natt. conſ. 679 num. fin.* & in illo valet inſtitutio hæredis extranei. *Roland. conſ. 42.* quæ concluſio non habet locum in hac patria Pedemontana, ſtante decreto antiq. *vide Ozaſ. d. deciſ. 161. num. 15, in fine. Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 320.* ¶ Feudum, quod venit in petitione hæreditatis, eſt hæreditarium, ſed non venit in obligatione generali, ſine conſenſu regio. *Afflict. deciſion. 26.* ¶ Feudum quando dicatur hæreditarium, & quando non, & an in feudo hæreditario hæres patris renunciantis feudo poſſit contravenire facto ipſius, maxime ſi ipſe hæres filius, vel alius agnatus adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, & ſi poteſt contravenire, an poſſit revocare feudum, ex perſona propria, non obſtante, quod ſit hæres patris renunciantis, *vide Dec. conſil. 185. 164. 390. 395. & 445.* ¶ Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis legitimis, dicitur mixtum, nempe ex pacto, & providentia, & hæreditarium: ideo in eo ſuccedentes, debent habere duas qualitates, videlicet, quod ſint filii, vel deſcendentes, & ſint hæredes, *vide Menoch. conſil. 104. vol. 1. num. 15.* plenius *conſil. 158. lib. 2. num. 5.* ¶ Item quando fuit conceſſum pro ſe, filiis, deſcendentibus, ac hæredibus. *Menoch. conſ. 202. num. 56.* ¶ Pariter quando fuit conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis. *Menoch. ibid. num. 57.* ¶ Concludit *Ozaſ. deciſ. 161.* in fine, feuda in quorum inveſtitura fit mentio hæredum, ſive ſimpliciter, ſive aliqua qualitate adjecta, ſtante forma decreti dominicalis cenſeri hæreditaria, non mere, ſeu ſimpliciter, ſed mixta, non tamen reſpectu omnium ſuccedentium in feudo, quorum ſucceſſores non coguntur eſſe præcedentium hæredes: ſed dumtaxat reſpectu primi inveſtiti, cujus omnes ſucceſſores debent eſſe hæredes immediate, ſeu mediate. *ibid. in fine d. deciſ. 161.* ¶ Inveſtitura feudi dum facit mentionem, ut tranſeat ad quoſcunque hæredes; etiam extraneos, apparet eſſe feudum hæreditarium. *Gram. deciſ. 103. num. 128.* ¶ Feudum conceſſum pro ſe, liberis maſculis, & hæredibus, dicitur eſſe mixtum, quo caſu ſucceſſor debet eſſe hæres vaſſalli defuncti. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 14.*

Vel non.

Feudum receptum pro ſe, hæredibusque maſculis; vel pro deſcendentibus, non dicitur hæreditarium: ideo poteſt filius illud retinere, repudiata patris hæreditate. *Natt. conſ. 127. & ſeqq. Rol. conſ. 67. vol. 1.* maxime ſi in inveſtitura reperiuntur verba illa, pro maſculis ex tuo corpore procreatis. *Rol. ibid.* ¶ Feudum ubi non eſt receptum pro ſe, & hæredibus, ſed pro ſe, & deſcendentibus, non dicitur hæreditarium; ſed venit ex pacto, & providentia concedentis: ideo tunc ſine alia agnatione transfertur ad agnatos. *Natt. conſilio 507. num. 37.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Feudum hæreditarium computatur filiis in legitimam. *Vincen. de Franc. deciſ. 368. part. 2.* ¶ Hæres dictio, in materia feudali regulariter intelligitur de hærede ſanguinis, non bonorum, *Ozaſ. ibid. nu. 15. Cravett. conſ. 57.* imo de filio. *Gram. deciſ. 103. num. 126. Guid. Pap. q. 59. n. 3. vide Dec. conſ. 171.* ¶ Clauſula in inveſtitura feudali appoſita, pro ſe, & hæredibus ſuis ſucceſſoribus, reſtringitur ad maſculos deſcendentes; tamen clauſula, pro quibuſcunque hæredibus, vel pro ſe, & quibus dederit, includit quoque extraneos hæredes. *Alex. Raud. tract. de Anal. cap. 16. num. 12. 14.* & ita fuit judicatum contra opinionem Decii, ſed quando hæc clauſula nihil operetur, *vide ibid. num. 49.* ¶ Ubicunque pro deſcendentibus, aut agnatis feudum acquiritur, clauſula, & quibus dederit, nihil operatur, quia ad deſcendentes agnatos facultatem alienandi reſtringi oportet. *Cravett. conſilio 1. pro genero. num. 359.*

Cap. III. Quando veniat, vel quæ veniant.

An feudum veniat jure hæreditatio, vel alio jure dic non eſſe quid hæreditarium, quando pater acquirit feudum pro ſe, & filiis, ſeu liberis tantum, ſecus quando pro filiis, & hæredibus. *Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. §. 5. gloſſ. 1.* ¶ Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis & fideicommiſſi. *Ozaſ. deciſ. 161. n. 6.* & feudum hæreditarium, an veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & an requiratur in tali fideicommiſſo, aſſenſus Domini, *vide Mago. deciſ. 15. num. 20. Rot. Flor. Crav. conſ. 156.* ¶ Quando quis habet feudum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque (cum poteſtate diſponendi tam inter vivos, quam in ultima voluntate) ex dictis clauſula, quibuſcunque veniunt etiam hi, qui alias non erant ſucceſſuri. *Tho. Minad. dec. ulti. vide Rol. conſ. 79. vol. 2. & conſ. 10. vol. 3. num. 30.* ¶ Feudum ex pacto, & providentia, non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando fideicommiſſarius vocatus, non eſt ex deſcendentibus. *Mag. deciſ. 54. num. 15.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

An in feudo accepto pro ſe, & hæredibus ſit neceſſe filium

filium conficere inventarium ad hoc, ut non teneatur ad æs alienum, & ad approbationem facti patris, & an in tali feudo inventatium proſit, aut filius poſſit illud acceptare, repudiata patris hæreditate, & quid in alio agnato, *vide per D. Sola. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabandia, gloſſ. ſuper 1. part. decreti, quia in pleriſque tit. de feud fol. 80.* ¶ In feudo hæreditario debet eſſe hæres ſanguinis, & hæreditatis. *Roland. d. conſil. 3. n. 22.* nec ſufficit eſſe hæredem primi acquirentis, niſi ſit hæres patris. *Rol. conſ. 3. num. 28.* imo, quod ſufficiat eſſe hæredem primi acquirentis, vel ultimi morientis, ſcribunt *Rol. conſil. 23. num. 44. vol. 1. conſ. 10. volum. 3. nu. 19. & conſ. 32. ibid. Menoch. conſil. 191. libr. 2. num. 8. & conſil. 194. vide D. Sola. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, pleriſque tit. de feud. fol. 81.* ¶ In ipſo feudo hæreditario omnes, qui in eo volunt ſuccedere, debent eſſe hæredes prædefuncti vaſſalli. *Menoch. ibid. num. 80.* vel primi acquirentis, & quidem hæredes univerſales, nec ſufficit eſſe hæredes in re certa, *idem Menoch. conſ. 194. lib. 2.*

Vel non.

In feudo ex pacto, & providentia conſequendo, non eſt neceſſaria filio, & hæredi inventarii confectio. *Ozaſ. ibid. num. 16. & 18. vide tamen Dec. conſ. 158. & conſ. 445.* ¶ In feudo non ſemper requiritur ſucceſſio hæreditaria univerſalis, ſed particularis, & ex pacto. *Ægid. Bellam. concl. 741. num. 12.* ¶ Filii, vel agnati conſenſus non requiritur in alienatione feudi hæreditarii. *Vinc. de Franc. deciſ. 1. num. 39.*

Cap. V. Ad quos tranſeat, vel non.

Inveſtitura continens, quibuſcunqoe aliis perſonis, prout vobis viſum fuerit, & placebit, hæc verba faciunt feudum tranſitorium ad quoſcunque hæredes. *Gram. dec. 103. num. 129.* ¶ Feudi antiqui conceſſi pro ſe, & hæredibus, ſucceſſio tranſit ad quoſcunque agnatos (modo ſint hæredes) deſcendentes à primo ſtipite agnationis communis, & vocatur feudum ex pactn, & providentia. *Natt. conſ. 679. num. 4.* ¶ Feudum receptum pro ſe, & liberis, vel pro ſe, & filiis, tranſit ad filium, licet non ſit hæres, *Natt. conſ. 159.* ¶ Feudum emptum à fœmina liberis carente, & ſexagenaria, quæ fuit inveſtita pro ſe, & hæredibus capacibus, an ejus ſit qualitatis, ut ad hæredes inveſtitæ tranſeat, *vide Excel. P. Theſſ. deciſ. 146.*

Vel non.

Feudum receptum pro ſe, & hæredibus, vel pro ſe, filiis, & hæredibus, non tranſit ad filios, niſi ſint hæredes per ſe, vel per mediam perſonam, idem in agnatis, & tunc defertur pro portionibus hæreditariis, ideo frater inſtitutus à fratre, habebit duas portiones, & nepos ex altero fratre, qui non fuerat inſtitutus, habebit ſolum ſuam tertiam. *Natt. conſ. 159.* ¶ Quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, & non ſimpliciter, non tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes. *Ozaſ. deciſ. 161. num. 12.* ſed contrarium verius eſt, quia quod dicitur filium non poſſe feudum retinere, & patris hæreditatem repudiare, ſpeciale eſt in filiis, & non extenditur ad alios, etiam deſcendentes. *Ozaſ. ibid. num. 15.* ¶ Feodum hæreditarium, quod ad hæredes extraneos non tranſit, circa ejus alienationem judicatur, ut aliud feudum non hæreditarium. *Cravett. conſ. 197.*

Cap. VI. Quæ detrahi, fieri poſſint.

An legitima detrahatur de feudo (maxime hæreditario) ex quo venit io reſtitutione fideicommiſſi, *vide Capic. deciſ. 2.* ¶ Tamen tum ſuper feudo hæreditario fit mediante aſſenſu. *Capic. deciſ. 64.* vide tamen *ibid.* ¶ Executio ſententiæ latæ contra vaſſallum poteſt fieri ſuper fructibus feudi hæreditarii, ſecus ſi feudum eſſet quæſitum ex pacto, & providentia. *Afflict. deciſio. 26. vide Tho. Minad. deciſion. 20.*

Quis præferatur.

Feudo conceſſo pro certo ſervitio, alicui, ſuis liberis, & affinibus deſcendentibus ab eis addito, quod etiam quædam ſua filia naturalis, & alii naturales ſuccedant, tunc etiam filia naturalis præfertur ex pacto, & providentia aliis affinibus. *Ægid. Bellamer. concluſio. 741.*

Cap. VII. Quando alienari poſſit, vel non.

Feudi ex pacto, vel providentia, ſeu mixti, natura non mutatur, propter dictionem, franci, ſcriptam in inveſtituris, quare ob eam non dicitor alienabile, maxime quando in ipſis inveſtituris adſunt alia verba huic licentiæ alienandi contraria, de quibus vide per *Ozaſ. deciſ. 163.* ¶ Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis, & quibus dederit, eſt alienabile in extraneam perſonam. *Natt. conſ. 159. num. 12. & conſ. 322. Rol. conſ. 42. vol 4.* idem in feudo empto. *Natt. d. conſ. 159.* vel conceſſo pro annuo cenſu. *ibid. num. 15. & conſ. 216.* & tale feudum tranſit ad extraneos hæredes ab inteſtato, ex tacito judicio defuncti. *Natt. conſ. 246.* ¶ Feudum paternum hæreditarium ſi alienetur, an poſſit filius hæres alienantis venire contra alienationem, *Rol. conſ. 2. n. 41.* quod noo poſſit, ſive ſit hæres, ſive non, ſcribit idem *Rol. conſ. 3. vol. 4.* ¶ Feudum hæreditarium, poteſt alienari, etiam in præjudicium agnatorum, niſi pacto fuerit alteratum inter ſe. *Capic. deciſ. 64. vide Cravet. conſ. 256.* ¶ Feudum hæreditarium poteſt alienari in ſua natura per conventiones, & reſutationes factas à feudatariis inter ſe, *ibid. Capic. n. fin.*

Vel non.

In contractu, ſine conceſſione à Principi facta, per quam non acquirenti ſolum, ſed, & liberis proviſum eſt, ſucceſſor alienare non poterit, niſi durante ejus vita. *Ozaſ. deciſ. 169. num. 16.* ¶ Principes ſtatuentes veriſimile non eſt, voluiſſe feudum ex pacto, & providentia conceſſum, pro debitis voluntariis alienare. *Ozaſ. deciſ. 170. num. 4.*

Cap. VIII. Quando valeat.

Ratificatio expreſſa, ſive tacita alienationis bonorum feudalium, quando dicatur valida, *vide Ozaſ. deciſ. 176.* ¶ Non eſt ſtandum aſſertioni Imperatoris, qood quis ſit rebellis, & tunc conceſſio facta ab Imperatore tanquam ex jure devoluto propter rebellionem, non valet in præjudicium agnatorum, quibus prios erat jus quæſitum. *Dec. conſ. 544. lib. 2. vide conſ. 606.*

Cap. IX. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

In feudo, quod uni in diviſione obvenit, ſuccedunt hi, qui ſunt ex linea ultimo loco tenentis feudum; aliis omnibus agnatis excluſis, etiam proximioribus primo inveſtito. *Natt. conſ. 22. Tom. 1.* ¶ Filius ſuccedendo patri in feodo, non dicitur de novo acquirere; ſed jam acquiſitum capere. *Ozaſ. dec. 161. n. 11.* ¶ In feodis ſucceſſio defertur ordine ſucceſſivo, & gradatim, ut proximior prius admittator. *Ægid. Bellam. concl. 741. n. 14.* ¶ Agnati etiam ſi non ſint hæredes, ſuccedunt in feudo antiquo accepto pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. *Joan. Mohed. dec. 274.* vide tamen *Andr. Gail. obſ. 154. lib. 2. n. 18.* ¶ Tranſverſales deſcendentes ex deſcendentibus à primo acqoirente, ſuccedunt in feudo antiquo hæreditario, deficientibus filiis maſculis, ſi probaverint ſe tales, & reperiri intra ſeptimum gradum, & ſint hæredes primi inveſtiti, vel ultimo loco defuncti, alias ſecus. *Rol. conſ. 32. vol. 3.* ¶ Filii inæqualiter à patre inſtituti, vel hæreditatem etiam juramento repudiantes, æqualiter ſuccedunt io feudo patri conceſſo pro ſe, filiis, & nepotibus. *Pet. Gerar. ſing. 89.* ¶ In feudo hæreditario oportet ſuccedentem eſſe hæredem, & adiviſſe hæreditatem, alias non ſuccedere. *Gram. dec. 103. n. 44.* ¶ In feudo hæreditario volens ſuccedere, quæ probare teneatur, *vide Creſcen. dec. 1. alias 300. tit. de feudis.*

Vel

Vel non.

Filii non admittuntur ad feudum conceſſum pro alio quo, & hæredibus niſi ſint hæredes progenitoris. *Crav. conſ. 197. n. 5. Rol. conſ. 67. vol. 1.* & tunc non poſſunt contra factum ipſius venire, & quando dicatur hæreditarium, *vide Cravet. conſ. 256.* ¶ Quod dicitur filium non admitti ad feudum paternum, niſi ſit hæres patris, reſtringitur ad feudum hæreditarium neque illud ad feudum pertinet, quod ad filium quaſi filium ſpectat, & ex hoc Doctores conſtituunt differentiam inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & providentia, quæſitum: quia in ultimo caſu, non eſt neceſſe filium eſſe hæredem patris: *Cravet. conſ. 3. pro genero. num. 25. Rol. conſ. 67. vol. 1. conſ. 3. vol. 4. num. 21.* ¶ In feudo non hæreditario nepos à patruo excluditur. *Natt. conſ. 127. & ſeqq. Tom. 1. conſ. 679. & 680.* tamen nepos concurrit cum patruo in feudo conceſſo pro ſe, filiis, & nepotibus. *Rol. conſ. 68. vol. 1.* ¶ Agnatus non ſuccedit in feudis hæreditariis, alio hærede inſtituto. *Capic. deciſ. 199.* ¶ In feudo hæreditario, admittitur agnatus, etiam ſi non ſit hæres vaſſalli defuncti, veluti, quando illi non poteſt eſſe hæres, quia inſtituit alium hæredem, *vide Rol. conſ. 53. vol. 3.*

Cap. X. Quando recuperari: obtineri: vindicari: acceptari: poſſit.

Adoptatus ab avo materno Principia conſenſu, an in præjudicium proximorum agnatorum poſſit feudum, quod ex pacto, & providentia dicitur, obtinere. *D. Gaſp. Theſſ. q. For. qu. 100. lib. 1.* ¶ Feudum mixtum, vel ex pacto, & providentia alienatum, recuperari poteſt à ſucceſſore hærede cum inventario. necnon tenetur de evictione, ſi hæreditaa alienantis fuerit ſolvendo. *Ozaſ. deciſ. 181.* ¶ Feudum à defuncto non legitime alienatum, poſſunt filii, vel agnati vendicare, etiam ſi hæreditatem defuncti adiverint, abſque confectione inventarii. *Ozaſ. ibid. num. 15.* ¶ Quare filius non poſſit feudum acceptare, & hæreditatem repudiare, agnatus vero poſſit, in caſu, de quo *in dec. 162. Ozaſ. nu. 2. & ſeqq.* ¶ Feudum hæreditarium non poteſt quis habere, niſi cum qualitate hæreditaria, ſive poſſit eſſe hæres, ſive non. *Vinc. de Franc. deciſ. 1. num. 22.* ¶ Filius an feudum retinere poſſit patris hæreditate repudiata, diſputant Doctores, ſed pro conciliatione opinionum diſtinguendum eſt, aut enim ſumus in feudo paterno ex pacto, & providentia præſumpto tantum, & informi, ut in feudo alicui conceſſo ſimpliciter, nulla hæredum, ſeu liberorum facta mantione, & hoc caſu intelligi debet *cap. 1. an agnat. vel fidel.* locumque habet diſtinctio ibi tradita inter filium, & agnatum defuncti, loquunturque doctores negativam opinionem tenentes, nempe non poſſe filium hæreditatem repudiare, & feudum retinere. *Ozaſch. dec. 162.* aut ſumus in feudo paterno ex pacto, & providentia veto, proprio, & formi, ut quia expreſſe conceſſum ſit pro primo acquirente, & ejus liberis, & deſcendentibus, & hoc caſu non vendicat ſibi locum *d. c.* & loquuntur Doctores aliam opinionem tenentes nempe non habere locum *d. c. 1.* & per conſequens filium eo caſu poſſe retinere feudum, & patris hæreditatem repudiare, ita diſtinguit. *Ozaſc. d. dec. 162. n. 9. vide Vinc. de Franc. dec. 1. n. 16. Rol. conſ. 28. vol. 3.*

Vel non.

Feudum paternum filius non poteſt habere, niſi ſit hæres, quamvis confecto inventario adierit. *Afflict. dec. 212. num. 3.* ¶ Feudum, ubi eſt receptum pro ſe, & hæredibua vi pacti, & inveſtituræ, non acquiritur deſcendentibus niſi hæredibus, etiam ſi dictum fuerit pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis; & ſervata graduum prærogativa. *Natt. conſ. 679. & conſ. 680.*

Cap. XI. Revocari poſſit, vel non.

Feudum ex pacto & providenia obligatum pro dote ſine regio aſſenſu, revocatur per hæredem; ſecus in feudo hæreditario. *Afflict. deciſ. 111.* ¶ Feudatarius alienans feudum hæreditarium cum conſenſu Regis facit, ut non poſſit revocari alianatio, per filios, neque per alios agnatos; ſecus in feudo ex pacto, & providentia. *Gram. dec. 103. num. 207. 215. 216. 219. 220. & 222.* ¶ *Reg. l. cum à matre. C. de rei vendic.* non habet locum, ubi eſſemus in feudo ex pacto, & providentia. *Ozaſ. deciſ. 180. num. 5.*

Cap. XII. Qui effectus producantur.

Filius tenendo feudum, an cenſeatur hæres patris, *vide Bartol. in l. ſi quis. ff. de acquir. hæred.* ¶ Quid ſi filius (ad quem ſpectat feudum) pro dimidia acceptaverit legatum in pecunia ſibi à parentibus factum, an ſibi præjudicaverit, quo minus poſſit petere partem ſuam dicti feudi, *vide Menoch. conſ. 162. num. 8.* ¶ Ille, qui ſuccedit in feudo, non poteſt præjudicare proximioribus ſucceſſuris, ſecundum ordinem primæ inveſtituræ. *Dec. conſ. 445.* ¶ Sententia lata contra vaſſallum ſuper re feudali, non præjudicat agnatis ſuccedentibus ex pacto, & providentia majorum. *Ozaſ. dec. 157.* ſed quid in præſcriptione, renunciatione, & rebellione, *vide Dec. conſ. 445.* ¶ Alteratio feudi paterni, non præjudicat agnatis, niſi ipſorum conſenſu ſit facta, vel ſubſequuta ratihabitio. *Mynſing. obſ. 83. cent. 4.*

Cap. XIII. Pater: feudatarius, &c. Quæ facere poſſit.

Feudatarius de conſenſu Domini, poteſt hypothecare bona feudalia pro dotibus ſuæ uxoris, & ſufficit, quod conſenſus Domini intervenerit ex poſtfacto, & agnati in feudo hæreditario, non poſſunt venire contra dictum hypothecam. *Rolandus conſilio. 97. vol. 1.* ¶ Feudatarius Eccleſiæ, non poteſt jua uſusfructus, aut alimentorum, vel aliud ſimile conſtituere, in præjudicium deſcendentium, & agnatorum, quibus ex pacto, ſeu inveſtitura fuerat jua feudo acquiſitum. *Aug. Bero. qu. 95.* ¶ Dominus feudi non poteſt facere gratiam de feudo, in præjudicium agnatorum. *Gramm. dec. 183.* ſine eorum conſenſu. *And. Gail. obſerv. 158. lib. 2.* ¶ Feudatarius alienans feudum ex pacto, & providentia in extraneum, ſi per annum tacuit filius, vel agnatus, nullum fieret ſibi præjudicium; ſed eſſet neceſſarius curſus 30. annorum. *Gramm. ibid. num. 217. d. deciſ. 103.* ¶ In feudo hæreditario poteſt vaſallus ad libitum diſponere, & teſtari, & fideicommiſſum in eo facere, & onus raſtitutionis apponere, quo caſu feudo publicato propter delictum vaſſalli, inſtitutus, vel fideicommiſſarius ad illud admittitur excluſo fiſco, vel Domino. *Menoch. conſ. 104. vol. 1. num. 19.* ¶ An de feudo novo vaſſallus diſponere poſſit, diſtingue, aut fuit acquiſitum per verbum pro ſe, & hæredibus ſuis (quo caſu dicitur hæreditarium) & poteſt diſponere. *Menoch. conſ. 161. lib. 2.* aut ſi aliter fuit acquiſitum, prout plene traditur ibi, & tunc non poteſt. ¶ An vaſſallua poſſit de feudo novo hæreditario diſponere, vide plene per eundem *Menoch. d. conſ. 161.* ubi ſcribit novem caſus in hoc articulo. ¶ Vaſſallus in feudo mixto, non poteſt præjudicare ſucceſſoribus diſponendo de ipſo feudo, *vide Menoch. conſil. 202. num. 48. & 49. lib. 3.* ¶ Feudum receptum pro ſe, & filiis, pater poteſt uni filiorum prælegare, vel aſſignare. *Natt. conſil. 475. & conſil. 644.* Quod procedit in feudo novo, ſecus in antiquo. *Natt. conſ. 501. vide Cravet. conſ. 135. Dec. conſil. 389. volum. 2.* ¶ Sicut pater non poteſt diſponere de feudo ex pacto, & providentia; ita mater non poteſt illud prælegare primogenito. *Menoch. conſ. 162. lib. 2.* ¶ In feudo conceſſo pro ſe, & liberis maſculis atque agnatis de maſculo in maſculum deſcendentibus pater non poteſt filiia præjudicare. *Ozaſ. deciſ. Pede. 29. num. fin.* nam vaſſallus habens feudum ex pacto, & providentia primi

inve-

inveſtiti, nihil poteſt facere in præjudicium ſucceſſorum. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 20.* ¶ Unde hoc caſu patris factum gratis acquirentis pro ſe, & filiis maſculis, non nocet filiis ſucceſſoribus, *Ozaſ. deciſ. 139. num. 15.* ſecus in feudo acquiſito hoc modo, pretio ſoluto. *Menoch. conſ. 158. num. 70. lib. 2.*

Cap. XIV. Ad quæ teneatur.

Hæres etiam cum beneficio inventarii cum feudo hæreditario, tenetur ſatisfacere creditoribus hæreditariis de obventionibus feudi; ſecus in feudo ex pacto, & providentia. *Rol. conſ. 44. vol. 3.* imo de proprio tenetur reſtituere dotem. *Menoch. conſil. 127. lib. 2.* ¶ Legatum factum ſuper feudo hæreditario, non tangit feudum, ſed perſonam hæredis, qui propterea, ſi vult feudum, tenetur ad legatum. *Vinc. de Franc. dec. 1. num. 33. And. Gail. obſer. 154. num. 7.* ¶ Filius hæres tenetur, ſicut pater in feudo hæreditario. *Afflict. dec. 26. num. 4.* nec tunc venit in feudo contra factum defuncti. *Afflict. dec. 240.* ¶ Inveſtituræ, ſi fuerint conceſſæ pro ſe, & deſcendentibus, agentes ad poſſeſſionem deſcendentes, ſe tales probare tenentur. *Put. dec. 296. libr. 2.* ¶ Filius an ſolvet patris debita ex bonis feudalibus, ſi allodialia non ſufficiant, diſtingue: aut feudum eſt hæreditarium, aut non, primo caſu tenetur, ſecundo non; ſed quid ſi non fecit inventarium cum beneficio legis, *vide Mynſing. obſerv. 67. cent. 3.* ¶ Actioni, filio competenti ad recuperationem feudi alienati à patre, nullo reſtituto pretio, non præſcribitur, niſi poſt mortem patris alienantis. *Ozaſ. deciſ. 177. num. 3.*

TITULUS CCCLXXXV.

De feudo nobili antiquo, avito, & paterno.

Cap. I. Quod dicatur, vel non.

FEudum antiquum dicitur à quarto gradu ſupra, & in dubio dicitur antiquum, quando longo tempore poſſeſſum fuit. *Rol. conſ. 55. num. 9. & 10.* ¶ Feudum antiquum illud eſſe dicitur, quod jam antea fuit à patre, avo, & anteceſſoribus poſſeſſum, & feudum nobile idem eſt, quod feudum antiquum. *Menoch. conſ. 202. num. 48. lib. 3.* ¶ Si inveſtitura nova etiam prima, addatur clauſula, jure feudi paterni, aviti, vel antiqui, non obſtante quod feudum ſit novum, attamen antiquum reputatur. *Mago. deciſ. 54. num. 28. Rot. Floren.* ¶ Feudum in dubio præſumitur antiquum; ideo aſſerens eſſe novum probare debet, *vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 191. Dec. conſ. 269. num. 5. & 6. Natt. conſ. 55. n. 11.* ¶ Feudum antiquum unde colligatur, *vide Dec. conſ. 53. & 445. Natt. conſ. 446.*

Cap. II. Quale ſit.

Prælatus, & ſi feudum novum tanquam antiquum concedat; tamen non ſortitur qualitatem feudi antiqui, ſed novum manet; ſecus eſt in conceſſione facta ab eo, qui novum feudum jure antiqui dare poteſt. *Mynſing. obſerv. 18. cent. 6. vide Dec. conſ. 185. n. 7.* ¶ An feudum dicatur novum, quando ſit inveſtitura ſub commemoratione antiquarum inveſtiturarũ, & horum verborum, prout progenitores noſtri conceſſerunt, *vide Mohed. deciſ. 282. & 283.* ¶ Ad originale inveſtiturarum recurrendum eſt, quando dubitatur de qualitate feudi, & licet mutetur ipſa qualitas, feudum non dicitur novum, niſi in qualitate mutata, *Gaſp. Cab. milleloq. 188.* ratio, quia prima inveſtitura ſemper attenditur. *ibid. milleloq. 496.* cui ex poſterioribus non derogatur: quia prima inveſtitura præfertur omni feudorum naturæ, & illa ſola attendi debet. *Mago. deciſ. 54. Rot. Floren.* ¶ Feudum novum, ſi concedatur tanquam paternum, ſive antiquum, qualiter feudi antiqui ſortiatur naturam, *vide Mynſing. obſerv. 84. cent. 4.*

Cap. III. Quæ requirantur.

In ſucceſſione feudi, primi acquirentis probatio requiritur, niſi conſuetudine aliter introductum ſit, de qua probatione, *vide Andr. Gail. obſerv. 149. lib. 2. Natt. conſ. 634.* ¶ Limitatur non procedere, quando feudum novum conceditur; ut antiquum, avitum, & paternum. *ibid. Gail. n. fin.*

Cap. IV. Quando concedi poſſit, vel non.

Quando feudum antiquum uni ab initio conceſſum, deſcendit ad plures, juriſdictio competit omnibus, non ut ſingulis, ſed ut univerſis: ideo unus ſine alio juriſdictionem exercere non poteſt, nec aliquid ſtatuere contra alium, quia par in parem, &c. *vide Menoch. conſ. 298. num. 9.* ubi ſcribit plura exempla. ¶ Feudum novum conceſſum in antiquum, quando eſt alienabile, poteſt legari conjunctæ perſonæ, *Roland. conſ. 16. vol. 3. num. 38.* ¶ Feudum antiquum, ut novum in præjudicium agnatorum, concedi non poteſt. *And. Gail. obſerv. 49. lib. 2.* ſed feudum novum bene poteſt in antiquum concedi, ſi concedatur ab eo, qui habet poteſtatem concedendi, & tunc aſſumit qualitates feudi antiqui. *Natt. conſ. 467. 468. Rol. conſ. 60. & conſ. 16. vol. 3. Menoch. conſ. 158. lib. 2.* & plenius *conſ. 160.* & de differentiis, & utilitatibus feudi antiqui, & novi, *vide per Gail. obſerv. 50. lib. 2.*

Cap. V. Quando alienari poſſit, vel non.

Vaſſallus non poteſt in fraudem, & præjudicium agnatorum alienare feudum antiquum mixtum, illud perſonæ extraneæ (etiam ſibi conjunctæ) alienando; ſed ex quibus colligatur fraus iſta, *vide Menoch. conſil. 226. lib. 3.* & ſufficere fraudem adeſſe ex perſona vaſſalli alienanti, nec requiri fraudem emptoris, *ſcribit idem Menoch. ibid. num. 142.* ¶ Feudi nobilis antiqui, aviti, & paterni natura eſt, ut inalienabile cenſeatur. *Ozaſ. deciſ. 163.* & ubi alienatur per patrem, alienatio non præjudicat filio, ideo filius ipſe illud poteſt revocare, etiam quod ſit hæres patris. *Natt. conſ. 470. num. 16.* ¶ Feudi antiqui renunciatio facta in manibus Domini, licet agnatis non præjudicet, tamen ubi feudum per competentes inveſtituræ clauſulas eſt alienabile (ex quo poteſt etiam in extraneos alienari) fieri poteſt, etiam in agnatorum præjudicium, ita ut renuncians inveſtiatur de feudo novo. *Natt. conſ. 615.* ¶ Illuſtr. Camera Ducalis poteſt concedere feudum novum in antiquum, & conceſſio feudi novi in antiquum, eſt donatio. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſt. Sabaudiæ gloſſ. 1. in proœmio num. 11. & 12.*

Cap. VI. Quando revocari poſſit, & renovari, vel non.

Feudi antiqui inalienabilis, facta alienatione in extraneum ſine conſenſu domini, agnatis proximioribus competit actio ad revocandam ipſam alienationem, etiam vivente vaſſallo, & hocuſque ad 30. ann. *Rolan. conſ. 57. num. 83. & conſil. 60. volum. 3.* ¶ Sed ſi vaſſallus alienat feudum antiquum remotiori agnato, proximior poteſt illud revocare, dummodo revocatio fiat infra annum à die ſcientiæ, alias lapſo anno excluditur à revocatione. *Rol. conſ. 57. n. 67.* ¶ In feudo antiquo, & paterno, quando mortuo Domino, vel vaſſallo, petitur inveſtitura, dicitur proprie peti confirmatio, vel renovatio inveſtituræ antea factæ, non autem requiritur inveſtitura realis, id eſt, ut filius, vel agnatus ſuccedens, mittatur in poſſeſſionem rei feudalis, cum jam ſit in poſſeſſione, unde talis inveſtitura feudi antiqui, po-

tius eſt confirmatio rei habitæ, & acquiſitæ, quam nova acquiſitio. *Hartm. c. 10. tit. de feudis, lib. 2.* ¶ Feudi antiqui renovatio, non facit ex antiquo novum, ſed antiquum remanet. *Mynſing. obſerv. 94. cent. 2.*

Cap. VII. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

Major natu præcedit, & in feudo antiquo ſucceditur ad ſimilitudinem fideicommiſſi relicti familiæ, *Dec. conſ. 445.* & excluſis ſemel, ſemper remanet excluſus. *ibid.* ¶ Quando veniant qui non erant nati tempore acquiſitionis, *vide Dec. conſ. 445.* ¶ In feudis antiquis rectius agnatus proximior ultimo feudatario morienti, & tenenti feudum, ſuccedere debet aliis excluſis, etiam filiabus defuncti feudatarii, *Rol. conſ. 82. volum. 2. num. 36.* ¶ Feudum novum deficientibus maſculis, ad Dominum revertitur, ſed feudom antiquum ad agnatos, *idem Mynſing. obſerv. 72. cent. 5.* ¶ In ſucceſſione feudi antiqui acquiſiti pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, excludentis fœminas, ſufficit agnatum fuiſſe hæredem primi inveſtiti, vel ultimi, ac ſucceſſorem feudorum, *Mobed. deciſ. 284. vide Excel. Præſid. Theſ. dec. 99.* ¶ Aſcendens deſcendenti ſuccedit in feudo antiquo, ſecus in novo. *Vinc. de Franc. deciſ. 3.* Si feudum antiquum ſemel ad deſcendentes tranſitum fecerit, poſtea vero ad collaterales pervenerit, tunc in illo agnati uſque in infinitum ſuccedunt, & tali caſu locum habet regula, ultimum agnatum primi acquirentis ſucceſſorem eſſe, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit, ſed ſi feudum non fecerit ſemel tranſitum ad deſcendentes, ſed ex pacto, vel alio modo à primo acquirente ad collaterales pervenerit, tunc locum habet ſucceſſio, ſolum uſque ad ſeptimum gradum. *And. Gail. obſerv. 150. lib. 2.* ¶ In feudis habet locum ſucceſſorium edictum, de gradu in gradum: ideo qoando vaſſallus deceſſit ſine hærede, eſt apertum feudum proximiori agnato, & agnatus agnato præjudicare non poteſt in feudo & plene quomodo in feudis ſuccedatur, *Hartm. de feudis. libr. 2. cap. 17.* ¶ Frater ſuccedit fratri, ubi duo ipſi fratres receperunt feodum, jure antiqui. *Raud. tract. de Analog. c. 34. n. 71. 240. 254. & 269.* ¶ Cunſobrinus non ſuccedit in feudis antiquis. *vide Afflict. deciſ. 292.* ſed an frater fratri in illis ſuccedat, *vide eundem deciſ. 293.* ¶ Feudum novum receptum jure antiqui, quando ad tranſverſales tranſeat, *Raud. tract. de Analog. numer. 76. & 208.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur, & quæ valeant.

Præſcriptio, ſeu alienatio feudi antiqoi, & hæreditarii, non nocet agnatis, neque ſuper illo fieri poteſt fideicommiſſum. *Joan. Mobed. deciſ. 279.* ¶ Quando alienatio feudi præjudicet agnatis, & quomodo revocetur, & de differentia feudi novi, & antiqui, *vide Mynſing. obſerv. 85. cent. 4.* ¶ Vaſſalli teſtamentum confirmatum à domino directo ſuper feudo, in domini præjudicium valet. *Natt. conſ. 502. num. 31.*

Cap. IX. Dominus: vaſſallus, &c. ad quæ tenentur.

In feudo antiquo ſi deceſſerit vaſſallus, tunc hæres ejus à domino, aut ſi dominus deceſſerit, vaſſallus, vel ejus hæres ab hærede domini, neceſſe habebit petere renovationem inveſtituræ intra annum, & menſem, ſi vaſſallus eſt miles, ſi vero Paganus, intra annum, & diem, *Hartm. de feud. lib. 2. cap. 12.* an lapſo tempore petendæ inveſtituræ, poſſit vaſſallus purgare moram, *vide ibid.* ¶ Si per mortem vaſſalli ſua linea extinguatur, Dominus tenetur, ad inſtantiam conſanguineorum defuncti vaſſalli, ipſos de eiſdem bonis inveſtire præ aliis extraneis, ſed hoc procedit, tribus concurrentibus, de quibus *in obſerv. 16. Mynſing. cent. 5.* ¶ De feudo antiqoo, vel paterno vaſſallus teſtari non poteſt, etiam cum Domini aſſenſu, niſi interveniat conſenſus agnatorum, ſecus in feudo novo. *Capit. deciſ. 115. nu. 3. vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 99.* ¶ Mortuo vaſſallo, feudum æqualiter ad omnes ejus filios pertinet, licet alias pater in bonis allodialibus eos inæqualiter hæredes inſtituerit, & tunc feudum eſt indiviſibile omnes Domino fidelitatem præſtare tenentur, vel alter eorom nomine ſuo, & aliorum fratrum, *Hartm. de feud. lib. 2. c. 20.*

Vel non.

In ſolutione æris alieni, diſtinguendum eſt inter feudum antiquum ex pacto & providentia, & feudum hæreditarium, primo caſu ſi ſucceſſor non ſit hæres, non tenetur ſolvere æs alienum, (niſi de fructibus illius anni, quo mortuus eſt vaſſallus) ſecundo caſu, tenetur, *vide Gail. 154. lib. 2.*

TITULUS CCCLXXXVI.

De feudo novo.

Cap. I. Quod dicatur.

FEudum novum quando dicatur, licet ſit paternum, *vide Afflict. deciſ. 112. num. 5.* & unde novum, aut antiquum colligatur, *vide conſ. 53. & conſ. 445.* ¶ Feudom novum cauſa nova facit, item, & nova forma. *Afflict. deciſ. 248. num. 8.* ¶ Feudum novum dicitur quando ob delictum Dominus apprehendit poſſeſſionem, etiamſi inveſtiat de novo jure antiqui. *Alex. Raud. tract. de anal. c. 34. n. 54. 253. & 254.* ¶ Quando propter delictum vaſſallus fecit compoſitionem, ſi in exequutione ipſius compoſitionis factæ ad aliquam ſummam propter ipſum delictum, Dominus de novo (mediante ſolutione pecuniæ compoſitæ) concedat feudom, illud dicitur novum, etiamſi fuerit facta conceſſio in feudum paternum, avitum, & antiquum. Ideo in illo ſolum ſuccedunt deſcendentes, excluſis aliis agnatis tranſverſalibus. *Idem Raud. ibid. capit. 34. n. 89. & ſeqq.* ¶ Feudum dicitur novum, quod à linea progenitorum, vel per ſucceſſionem eorundem non capitur. *Illuſt. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Sabaudia, gloſſ. in proœmio. numer. 26.* ¶ Conceſſio nova dicitur, quando prima alteratur inveſtitura antiqui feudi. *Paul. Æmil. deciſ. 16. part. 2. num. 4. Raud. tract. de anal. cap. 34. num. 56.* veluti quando mutatur qualitas, & forma primæ conceſſionis. *Idem Æmil. deciſ. 17. part. 2.* ¶ Conceſſionis verba ſunt attendenda, an fuerit facta conceſſio intuitu patris, vel filiorum, etiam in conceſſione nova. *Joſeph. Ludov. dec. Luc. 66. num. 9.*

Cap. II. Quando alienari, vel revocari poſſit.

Feudo novo noviter obvento per legatum cum regio aſſenſu, an poſſit pater tale feudum dare tertio, vel ſecundo genito, in præjudicium primogeniti. *Afflict. deciſ. 248.* ¶ Feudo novo alienato, dominus directus admittitur ad revocandam alienationem, qui hoc caſu excludit agnatos; ſecus in feudo antiquo. *Rol. conſ. 60. volum. 3.*

Cap. III. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

Frater an, & quando ſuccedat fratri in feudo novo, & quid in antiquo, *vide Afflict. deciſ. 293.* ¶ Aſcendens deſcendenti ſuccedit in feudo antiquo; ſecus in novo. *Vincen. de Franc. deciſ. 3.* ¶ Feudum novum deficientibus maſculis ad Dominum revertitur; ſed feudum antiquum, ad agnatos. *Mynſing. obſerv. 72. cent. 5.*

Cap. IV. Vaſſallus: Quæ facere poſſit, vel non.

Vaſſallus teſtari poteſt de feudo novo interveniente conſenſu Domini, ſed de feudo antiquo, vel paterno non, ſine conſenſu agnatorum. *Capic. deciſ. 115. num. 3.* ¶ In feudo hæreditario, & novo pater filiis præjudica-

judicare poteſt; ſecus in antiquo. *Auguſt. Bero. quæſtio. 45. num. 3.* ¶ An de feudo novo diſponere poſſit vaſſallus, diſtinguendi ſunt plures caſus: Primus erit; quando fuit acquiſitum per vaſſallum pro ſe, & hæredibus ſuis, quo caſu dicitur hæreditarium, & tunc ſine dubio de tali feudo poteſt diſponere. *Menoch. conſ. 161. lib. 2.* ¶ Secundus eſt caſus, quando feudum novum eſt ſimpliciter ex pacto, providentia; ſed pecunia, vel benemeritis acquirentis conceſſum, & hoc caſu pater, qui acquiſivit prælegare illud poteſt uni filiorum. *Menoch. d. conſ. 161. num. 6. lib. 2.* & tunc tale feudum non cenſetur ex pacto, & providentia dantis acquiſitum. *Menoch. conſ. 309. num. 18.* ¶ Tertius eſt caſus, quando feudum novum eſt ſimpliciter ex pacto, & providentia, & gratis vaſſallo conceſſum: ſed conceſſio facta eſt, tam contemplatione filiorum, quam patris, & hoc caſu non poterit pater uni filiorum totum feudum prælegare. *Menoch. ibid. num. 11.* ¶ Quartus eſt, quando feudum novum ſui natura eſt tale, ut deferatur primogenito tantum, quo ſane caſu non poterit pater prælegare hoc feudum alteri filiorum, excluſo primogenito, *Menoch. d. conſ. 161. num. 14.* ¶ Quintus eſt caſus; quando feudum novum eſt ſimpliciter ex pacto, & providentia, & non conſtat manifeſte, cujus ſola contemplatione fuerit conceſſum, an ſcilicet ſolius patris, vel etiam filiorum, & iſte caſus eſt diſputabilis inter Doctores, tamen *Menoch. ibid. num. 15.* concludit patrem non poſſe, de hoc feudo diſponere, & uni filiorum prælegare. ¶ Sextus eſt, quando vaſſallus cum conſenſu Domini diſpoſuit de feudo novo ex pacto, & providentia illud relinquendo uni filiorum, & hoc caſu valet diſpoſitio, *Menoch. d. conſ. 161. num. 52.* ſed quid ſi conſenſus Domini acceſſerit poſt mortem vaſſalli, *vide ibid. num. 53.* ¶ Septimus caſus eſt, quando pater legaret hoc feudum ex pacto & providentia, alicui extraneo, & tunc non poteſt. *ibid. num. 54.* ¶ Octavus & ultimus erit caſus, an vaſſallus diſponere poſſit de feudo ex pacto, & providentia novo, conceſſo jure antiqui, illud prælegando uni filiorum, quo caſu *Menoch. ibid. num. 57.* ſuſtinet partem negativam.

TITULUS CCCLXXXVII.

Ad feudum, an legitimatus admittatur.

Filii naturales, & legitimati non ſuccedunt in feudo, tamen ubi de conſuetudine feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium, quoad jus ſuccedendi, ſuccedunt. *Guid. Pap. q. 59.* ¶ Legitimatus per ſubſequens matrimonium admittitur ad ſucceſſionem feudi; ſecus eſt in legitimatis per reſcriptum Principis, *Mynſing. obſerv 42. cent. 5.* ¶ Spurii feudorum ſunt capaces ex voluntate Domini, & per conſequens legitimatio ad feudum fieri poteſt. *Rand. tract. de anal. cap. 35. num. 40.* ſed ex quibus poſſit Domini voluntas colligi, ita voluiſſe, vide plene per eundem *ibid. d. cap. 35.*

TITULUS CCCLXXXVIII.

De feudi caducitate, & commiſſo, quibus ex cauſis vaſſallus feudum amittat, & cui eo caſu applicetur.

Cap. I. Quando alienari non poſſit.

Clauſula, quod deficientibus liberis maſculis, ad nos feudum revertatur pleno jure, tollit omnem alienationem durante linea maſculina. *Ozaſ. deciſ. 163. num. 8.* ¶ Vaſſallus licet poſſit feudum alteri infeudare ſine conſenſu Domini: tamen non poteſt illud alienare, quid ſi vendat Domino irrequiſito, & tradat, cadit à jure ſuo, nec evitat pœnam, illud poſtea recuperans. *Guid. Pap. q. 162. Abb. conſ. 3. num. 5. lib. 2.* ¶ Domino inconſulto impune feudum non alienatur. *Grav. conſ. 1. pro genero. num. 293.* quia per ipſam alienationem, amittitur. *c. 1. ext. de feud.* ¶ Ea ratione in alienatione feudi requiritur conſenſus Domini, ne in perſonam minus gratam, aut idoneam alienatio fiat, inde fit, ut poſt alienationem conſenſus Domini recte adhibeatur. *Grav. ibid. num. 397.* vide tamen *ibid.*

Cap. II. Quando revocari poſſit, vel non.

Alienatio de quibuſdam hominibus facta à vaſſallo reſcinditur, ſi feudum ad Dominum pervenerit ob ſeloniam vaſſalli, & ſervitus in feudo per vaſſallum conſtituta extinguitur, ſendo ad Dominum reverſo. *Ozaſ. dec. 156. num. 11. & 14.* ¶ Dominus non revocans feudum propter feloniam commiſſam per vaſſallum, an, & quando ejus hæres revocare poſſit, *vide Caſſad. deciſ. 2. tit. de loca. & conduct. num. 7.* quod non poſſit, ſcribit *Mynſing. obſ. 97. cent. 3.*

Cap. III. Ad quem ſpectare poſſit feudum.

Feudum commune cum alio habens committendo fœloniam, tale feudum non revertitur ad Dominum, *Fel. conſ. 49. num. 7.* ¶ Feudum tanquam res burgenſis alienatum, non petita inveſtitura, devolvitur ipſo jure ad Dominũ, quod procedit, etiam ſi emptor ignoret rem feudalem: quia venditoris culpa tranſit in eum. *Afflict. deciſ. 255.* ¶ Feudalis res vendita irrequiſito Domino, ſi devolvitur ob dictam venditionem, cui applicabitur, an videlicet Domino, vel agnatis illius, qui vendidit, *vide Gram. deciſ. 77.* quod per alienationem factam ſine licentia directi Domini feudum applicetur ipſi domino, ſcribit *Ozaſ. deciſ. 69. num. fin.* quod procedit in feudo novo; ſecus in antiquo. *Menoch. conſ. 226. num. 201.* ¶ Feudum novum deficientibus maſculis ad dominum revertitur, ſed feudum antiquum ad agnatos. *Mynſing. obſ. 72. cent. 5.* etiam quando ob delictum publicatur. *Jo. Mohed. dec 55. vide Perilluſt. D. P. Theſſ. dec. 167. & Rand tract. de Anal. c. 34. n. 49.*

Cap. IV. Qui effectus producantur.

Habens beneficium à domino, ſi efficiatur rebellis, præjudicat etiam filiis. *Idem Rand. c. 37. n. 127.* tamen vaſſallus committens fœloniam, non nocet filiis ante natis. *Bartol. in l. 2. C. de libere. & eor. lib.* vaſſallo delinquente, an, & quando filius amittat feudum, *vide Bartol. in l. 3. ff. de interd. & releg.* ¶ Delictum, ſeu contumacia primi vaſſalli non nocet retroſeudatario, qui ab illo primo habet ſeudum. *Pap. lib. 13. tit. 1. arreſt. 15.* ¶ Innocentia fratris prodeſt fratri delinquenti, in materia feudali. *Alex. Raud. tract. de Anal. c. 14.* ¶ Sententia magiſtratus in crimine læſæ majeſtatis nocet agnatis, in inveſtitura vocatis. *Idem ibid. c. 32. num. 18.* declata, *ut ibid. num. 19. & ſeqq.* tamen quod ſententia contra poſſeſſorem feudi, non præjudicet agnatis, ſpecifice non citatis, habetur *ibid. num. 63.*

Cap. V. Quæ non valeant: & feudum, quando cadat in commiſſum, vel non.

Pactum, quod pater cadat à feudo, propter fœloniam filii, non valet tanquam injuſtum. *Ant. Corſ. in ſuis ſingul. litera P. ſing. pactum 2.* ¶ Si vaſſallus ignorans rem feudalem, & ita juret, (puta forte, quia alteri ſucceſſit) etiam ut francam alienet, electioni emptoris ignorantis committitur, utrum Domino velit cedere feudum, an vaſſallo reſtituere, quod reſtituto vaſſallo, idem pro beneficio retinebit non obſtante venditione, ſed, ſi ſciebat rem feudalem, res cadit in commiſſum, & emptor ſciens amittit pretium. *Guid. Pap. quæſt. 305.* ¶ Ad defendendum, ut feudum non cadat in commiſſum,

propter non petitam inveſtituram intra annum & diem, *vide Rol. conſil. 64. volum. 3.* ¶ In feudo non eſt locus caducitati propter canonem non ſolutum. *Hippol. ſing. 446.* tamen contrarium tenet Jo. de Arnorio. *ſing. 88.*

Cap. VI. Feudum, quando amittatur, vel non.

Feudatarius vaſſallus committens fœloniam, feudum (quoad utile dominium) amittit ipſo jure: verum quoad poſſeſſionem avocandam, requiritur ſententia; ſecus in crimine læſæ majeſtatis. *Gram. deciſ. 105. num. 55.* ¶ Alienans feudum ſalvo beneplacito Domini, & illius poſſeſſionem tradens, an feudum amittat. *D. Gaſp. Theſſau. q. For. lib. 1. Quæſt. 53.* ¶ Vaſſallus, quod Dominom defendere teneatur, & ſi non defendat, amittat feudum quomodo intelligatur. *Ozaſ. deciſ. 138. num. 23.* ¶ Vaſſallus, ſi non præſtet fidelitatem Domino infra annom, & diem, perdit feudum, non ipſo jure, ſed per ſententiam. *Guid. Pap. q. 164.* quod quidem tempus incipit ſolum currere à die traditionis, & non alienationis. *Guid. q. 165.* ¶ Vaſſallus feudum amittit, ſi cum uxore Domini vivi, ſive mortui, concubuerit. *Ozaſcb. deciſ. 77. num. 17.* ¶ Vaſſallus, ſi commiſerit delictum propter qood amittitur feudum, hæres Domini non poterit illud apponere. *Guid. qu. 214.* quia regulariter jus privandi vaſſallum feudo, ad hæredes Domini non tranſit. *Ozaſ. deciſ. 77. num. 11.* ¶ Feudi Dominus propter delictum in vaſſallum, privatur jure ſuo, ſicut è contra. *Boer. deciſ. 211. num. 3. & 11.* feudum an publicetur propter Domini delictum, *vide Hartm. c. 27. tit. de feud. lib. 2.* ¶ Advocatus vaſſallus, non poteſt advocare contra Dominum, alias privabitur feudo: fallit, ſi eſſet compulſus à jodice, quia tunc excuſaretur. *Gram. deciſ. 80.* ¶ Vaſſallos litigans cum Domino, ſi in proceſſu ſcripſerit, & protulerit contra eum verba injurioſa, debet feudo privari, *vide Jo. Pap. lib. 8. tit. 3. arreſt. 17.* ¶ Si feudum efficiatur caducum & revertatur ad dominum directum, vaſſallus amittit omnia melioramenta; ſecos ſi revertatur ex alia cauſa, veluti ex defectu lineæ. *idem Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 14.* ¶ Vaſſallus, qui non petiit inveſtituram intra annum, & diem, non privatur feudo ipſo jure, ſed requiritur ſententia privationis. *Rolan. conſ. 18. vol. 1. Guid. Pap. ſing. 982.* ¶ Tempus anni, & diem datum ad petendum inveſtituram, per dominum non poſſe minui. *Rol. ibid.* & non currit ignoranti. *idem Rol. conſ. 40. vol. 3.* ¶ Propter non petitam inveſtituram intra annum, & diem, feudum non aperitur domino: ſed agnatis proximioribus. *Rolan. conſ. 64. num. 27. vol. 3. Menocb. conſ. 304. libr. 4.* ¶ Quid ſi privetur propter delictum commiſſum in perſonam Domini, *vide Rolan. conſ. 15. vol. 4. Menocb. d. conſ. 394. lib 4.* ¶ Quid, ſi in perſonam alterius, *vide ibid. conſ. 75 Menocb. d. conſ. 394.* ¶ Vaſſallus effectus clericus deſinit eſſe vaſſallus, nec feudum recuperat, ſi deſinat eſſe clericus. *Bartol. in §. neque Auth. de Sanctiſ. Epiſco.* ¶ An in fide non intranſ. & homagio per annum, & diem amittat feudum, *vide Joan. Gal. q. 162.* ¶ Publicatis bonis propter delictum, an feudum publicetur, *vide Capel. Thol. q 396* ¶ Licet filius ex perſona ſua, & propter ſuam culpam debeat amittere feudum; nepos tamen illud retinet ex perſona avi. *gloſſ. in l. 7. §. fi. ff. de Senat.* ¶ Vaſſallus non privatur feudo propter Domini delictum. *Hipp. ſing. 122.* ¶ An, & quando vaſſallus à domino privari poſſit feudo. *Hartm. c. 24. tit. de feudis lib. 2.* ¶ Sicut filius ingratus exhæredari, ita vaſſallus feudo privari poteſt; ſed de hac ingratitudine, *vide Gail. obſ 157. lib. 2.* ¶ Feudum tenens ex delicto, ab eo excluditur. *Gram. dec. 77.* ¶ Quando reſpectu criminis rebellionis, quis debeat privari feudo, *vide Gram. dec. 105.* ¶ Si vaſſallus privetur feudo propter alienationem, vel aliam juſtam cauſam, hoc intelligitur, ſi Dominus velit, vel declaraverit etiam per ſententiam. *Dec. conſ. 185. n. 9.* nam ſuper declaratione caducitatis eſt neceſſaria ſententia judicis. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 11.* ¶ Si vaſſallus ex cauſa poſuerit milites, & cuſtodes in fortalitio, ſeu caſtro, quod habet commune cum Domino, qui miſerit commiſſarium, ut caſtrum reſtitueret, cui commiſſario reſiſterent milites, an ob id debeat privari. *Cnrv. conſ. 319.* ¶ Vaſſallus feudo privatur, ſi male in eo verſatur; ſed quando dicatur male verſari, *vide Menocb. de arb. lib. 2. caſ. 78.* ¶ Item vaſſallus crudelis feudo privatur. *Menocb. ibid. caſ. 139.* ¶ Vaſſallus feodo privatur, ſi gravem injuriam domino infert; ſed quæ gravis dicatur injuria, *vide Menocb. de arb. lib. 2. caſ 267.* ¶ Vaſſallus prodens caſtrum (de quo fuerat inveſtitus) inimicus Domini, amittit feudum. *Natt. conſ. 174. n. 16. Tom. 1.* ¶ Vaſſallus privatur feudo, ſi ſine cauſa cum inimico domini amicitiam inierit, maxime ſi relicto domino ad ipſum ejus inimicum acceſſerit, cum eo habitando. *Menoch. conſ. 100. vol. 1.* ¶ De falſario feudatario, qui raſuram committi mandavit in inveſtitura, vel reſcripto, qualiter debeat puniri, & an debeat feudo privari, *vide Afflict. dec. 404.* feudum amittit vaſſallus, ob crimen falſi, ſed declaratum, ut per *Rand. tract. de Anal. cap. 34. n. 22.* ¶ Prædeceſſoris delictum acquirentis feudum, vel officium, nocet ſucceſſoribus filiis, ſed utrum noceat agnatis in feudo antiquo, & quid ſi nominatim datum ſit patri & filiis poſt patris mortem, *Capic. dec. 121. n. 31. Hartm. c. 26. tit. de feudis. lib. 2. & c. 28. ibid.* ¶ Patris culpa nocet filio, in eo, quod debet habere filius poſt mortem patris. *ibid. Capic. n. 33.* an filius amittat feudum propter delictum patris. *Caſſad. dec. 2. n. 8. tit. locat. & conduct.*

Vel non.

Vaſſallus irrequiſito Domino vendens, non perdit feudum, donec poſſeſſionem tradiderit. *Guid. Pap. ſing. 767. Ant. Corſet. in ſuis ſing. lit. A. ſingul. alienatio*, ſed quid, ſi ſe conſtituat nomine emptoris poſſidere, *vide Boer. deciſ 112. Caſſan. conſuetud. Burg. titul des fiedz. §. 8. gloſſ. 4.* ¶ Quando vaſſallus alienat rem feudalem ignoranter, eam non amittit, ratio, quia in omnibus alienationibus, in quibus alienans cadit à jure ſuo, ſubauditur hoc procedere in ſciente. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des fiedz. §. 8. gloſſ. 6. n. 15. vide Excel. P. Theſſ. dec. 227.* ¶ Feudum conceſſum cum pacto, quod ex ſui culpa privari non poſſit, intelligitur pactum non procedere, ubi culpa conſiſteret in committendo. *Gram. dec. 105. n. 43.* ¶ Succeſſor in feudo, ſi non petierit inveſtituram intra annum, non amittit feudum, ſed ſolvit duplicatum relevium. *Gram. deciſ. 103. num. 221. vide Vincent. de Franc. deciſ. 425. part. 2.* ¶ Vaſſallus feloniam committens, non amittit poſſeſſionem feudi, niſi per ſententiam privationis. *Andr. Gail. obſ. 51. lib. 2.* ¶ Vaſſallus contraveniens juramento fidelitatis, non amittit feudum, niſi in caſibus à jure expreſſis. *Crav. conſ. 224. n. 7.* ¶ Vaſſallus, ſi ob delictum feudo privetur, & Dominus remittat delictum, an tanquam novum, vel antiquum feudum retinere cenſeatur, *vide Caſſad deciſ. 4. eod. tit. locat.* ¶ Feudum ruſticum non amittitur per redditum non ſolutum, nec per alienationem factam irrequiſito Domino. *Gram. dec. 77. n. 11.* ¶ Pupillus non ſerviens Domino, non privatur feudo. *Guid. q. 435.* ¶ Vaſſallus non privatur feudo ob adulterium cum pediſſequa Domini, vel Dominæ, commiſſum. *Boer. dec. 149. Pap. lib. 13. tit. 1. arreſt. 14.* ¶ Cum Princeps concedens feudum vult, illud manere individuum, intelligitur voluiſſe, quod unus conſortum, alteri ſuccedat jure non decreſcendi. *Menocb. conſ. 303. lib. 4.* ¶ Et tunc ſi alter ex conſortibus commiſerit crimen læſæ majeſtatis, portio ejus remanet in ſolidum apud alterum conſortem agnatum, excluſis Domino, & filiis delinquentis. *Menocb. d. conſ. 304. numer. 11. & ſeqq. & conſ. 305. libr. 4.* ¶ In feudo avito, unus fratrum commiſit feloniam, & amiſit feudum,

Domi-

Dominus remiſit, an videatur de novo datum, vel remaneat avitum, Bart. tenet hoc ultimum *in l. 5. §. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dot. fact.* ¶ Minor 14. ann. ſi non petierit renovationem inveſtituræ, non privatur feudo, *vide Caſſan. eo tit. §. 2. gloſſ. 1.* & minor 25. ann. ſi non petierit inveſtituram, intra annum & diem reſtituitur. *ibid. num. 7. Rolan. conſil. 40. vol. 3. vide Excel. Præſ. Theſſaur. deciſ. 227. num. 3.*

Cap. VII. Qui excuſari poſſit à commiſſo.

Vaſſallus licet non petendo inveſtituram intra annum, & diem cadat; tamen ſi ignoraverit excuſabitur, cum illud tempus ignoranti non currat. *Gram. dec. 52. Hartm. c. 25. tit. de feudis.* ¶ Si venditor rem (quam vendit) aſſerat eſſe francam, vel moveri de directo dominio alicujus, licet hoc non ſit verum, tamen ex tali aſſertione conſtituitur emptor in bona fide, & conſequenter excuſatur à commiſſo. *Guid. Pap. q. 24.* ¶ Metus juſtus in vaſſallo dato, quod incurriſſet cauſam privationis feudi non debet feudo privari, ſed excuſatur. *Gram. deciſ. 18. num. 9.* ¶ Vaſſallos ſufficit petere inveſtituram ad evitandum commiſſum, licet non offeratur fidelitas: quia petens inveſtituram, ſatis videtur offerre fidelitatem. *Guid. Pap. q 167.* ¶ Si duo Domini contendunt de Baronia, vaſſallus poſt annum poteſt differre inveſtituram, dummodo intra annum offerat ſe velle inveſtituram recipere ab eo, qui eſt verus Dominus; & proteſtetur, quod per eum non ſtat. *Cabal. Milleloq. 648.*

Cap. VIII. Caducitas. Quando remitti poſſit.

Vaſſallum privatum defectu inveſtituræ, ſi dominus recipiat ad obedientiã, an cenſeatur caducitatem remittere. *Boer. deciſ. 211. num. 22.* ¶ An, & quando Dominus, cui erat jus quæſitum, videatur caducitatem remittere, *Dec. conſ. 185. num. 8.*

Cap. IX. Feudum ad quem pertineat, vel non.

Feudum paternum propter delictum filii hæredis, cui applicetur, *Afflict. deciſ. 585.* ¶ Feuda non confiſcanda, niſi pro læſæ majeſtatis crimine, *Afflict. ibid. num. 4.* ¶ Feudum donatum, ut reddatur ad Dominum moriente feudatario ſine liberis, applicatur Domino, pariter, ſi filius feudatarii moriatur ſine liberis. *Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 38.* ¶ Feudum confiſcatum an fiſco, vel Domino applicetur, *vide Boer. deciſ. 264.* quod feudum confiſcatum ſpectet ad regium feudatarium offenſum, ſcribit *Raud. tract. de analog. c. 34. n. 15.* ¶ Feudum, an devolvatur ad Baronem ſeu ad regem, ſi ſubſeudatarius commiſerit crimen in Regem, *vide Capie. deciſ. 162. num. 8.* & quid ſi fuerit reſtitutus à Rege, *vide ibid.* ¶ Feudalia, an poſſint ob delictum transire in fiſcum, *vide Boer. deciſ. 278.* jus feudi, an publicetur ex delicto vaſſalli, per quod bona publicantur, *vide Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect.* ¶ Si in crimine læſæ majeſtatis, vel alio quis damnetur, an ob hoc bona ipſius publicentur, & feudum, quod ille tenet à Barone, fiſco applicentur, an vero ad Baronem directum Dominum revertatur, *vide Ægid. Bellam. concluſ. 624. Pap. lib. 13. tit. 1. arreſt. 12.* ¶ Ubi familia eorum, quibus fuit conceſſum feudum deficit, devolvitur ad Dominum directum ipſum feudum, *Menoch. conſil. 160. libr. 2.* ¶ Quando feudum cadit in commiſſum applicatur proprietario, & non uſufructuario. *idem Caſſan. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 8. gloſſ. 3.* ſed an feudi apertura fiat per ſententiam, vel ipſo jure, *vide ibid. num. 2. gloſſ. 6. num. 10.* ¶ Jura feudi, & caducitas ipſius ad quem ſpectent, an ad Dominum immediatum à quo tenet vaſſallus immediatus feudum, vel ad mediatum, qui tenet in retrofeudum à primo Domino, *vide Caſſan. tit. des fiedz. §. 8. gloſſ. final.* quod applicetur Domino immediato, ſcribit *Menoch. conſil. 318.*

Cap. X. Quando mora purgari poſſit, vel non.

In feudo antiquo, ſi deceſſerit vaſſallus, tenetur ejus hæres à Domino, aut ſi Dominus mortuus ſit, ab ejus hærede, petere renovationem inveſtituræ intra annum, & menſem, ſi vaſſallus ſit miles, ſi vero paganus intra annum, & diem, quo tempore lapſo, moram purgare non poteſt, omnis tamen juſta cauſa excuſat vaſſallum; ſed quænam poſſit eſſe juſta cauſa, *vide Mynſing. obſerv. 9. cent. 5. Dec. conſil. 144. num. 6. Hartm. cap. 12. tit. de feudis lib. 2.* ¶ Vaſſallus, ſi non petierit inveſtituram intra tempus debitum, poteſt moram purgare, dummodo celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuduerit, hoc eſt, antequam vocetur in judicio, offerat ſe paratum facere, quod tenetur, & præſtare. *Guid. Pap. 166.* ¶ An poſt dictum tempus poſſit vaſſallus purgare moram, *vide ibid. num. 12.* & an feudum poſſit præſcribi. *num. 13.* ¶ Quando pro feudo præſtatur cenſus, feudum æquiparatur emphyteuſi; ideo ut evitetur caducitas admittitur purgatio moræ, etiam ſi dicatur in inveſtitura, quod non facta ſolutione canonis, feudum efficiatur caducum; quia intelligitur Domino volente, & ante declarationem Domini, admittitur purgatio moræ, imo etiam poteſt, de æquitate canonica. *Dec. conſ. 138.*

Cap. XI. Ubi, & Quando petenda renovatio.

In loco congruo eſt petenda dicta renovatio inveſtituræ. *Caſſan. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 1. gloſſ. 12.* & multæ ſunt cauſæ, ex quibus vaſſallus excuſatur, ſi non petierit inveſtituram intra annum, & diem, de quibus *vide ibid. gloſſ. 13.* ¶ Licet vaſſallus, qui juravit fidelitatem, non tenetur ſucceſſori ipſam præſtare; tamen tenetur ipſe ſucceſſor petere inveſtituram intra annum, & diem à Domino. *Guid. Pap. ſing. 982.* ¶ Mortuo Domino, vel vaſſallo intra annum, & diem, debet peti renovatio inveſtituræ, & de ratione, quid ſi moriatur vaſſallus infra dictum tempus, & an poſſit Dominus illud minuere, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 1. gloſſ. 5. n. 4.*

Cap. XII. Dominus, &c. Quæ facere poſſit, & quam diu.

Actio competens Domino contra vaſſallos, ad repetendum feudum apertum ob feloniam non terminatur tempore. *Thom. Mmad. d. caſ. 57. num. 4.* ¶ Felonia vaſſalli contra Dominum, debet probari per quinque teſtes ad minus. *Guid. Pap. quæſt. 180.* ¶ Princeps an poſt mortem vaſſalli pœnam amiſſionis feudi declarare poſſit, *Ozaſ. deciſ. 14. num. 23. Caſſad. deciſ. 2. titul. de locat. & conduct. num. 6.* ¶ Feudum reverſum ad Dominum etiam ſine cauſa, an poſſit Dominus ſpatio 30. ann. præſcribere contra vaſſallum, & è contra, an vaſſallus præſcribat contra Dominum, *vide Boer. deciſ. 211.*

Vel non.

Feudum non poteſt per Dominum in alium transferri ſub prætextu, quod vaſſallus non fecerit recognitionem de eo, debitis temporibus petens inveſtituram, niſi præceſſerit ſententia. *Natt. conſil. 22. Tom. 1.* ¶ Vaſſallus, ſi melioraverit feudum, dominus non poteſt illud vendicare (ſolum ex cauſa delicti) niſi refectis expenſis meliorationis, alias repellitur exceptione doli, ſi non offerat. *Guid. q. 169.* ¶ Dominus non poteſt auferre dominium feudi vaſſallo ipſo non audito, nec convicto. *Gramm. deciſ. 18. num. fin.* Princeps enim poteſt vaſſallo ſuo feudum auferre, non præcedente cauſæ cognitione. *Gram. deciſ. 65. num. 7.* & abſque legitima cauſa. *ibid. n. 33. Cruv. conſ. 293. n. 4.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Vaſſallus in feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem ex certa ſcientia neget, vel craſſa, ſupinaque ignorantia dixerit ſe neſcire, deinde convictus fuerit,

feudo ſpoliatur. *Ozaſ. deciſ.39. vide Joan.Pap.lib.13. tit. 1. arreſt.9. & ſeq. Rol.conſ.66.* tamen poteſt evocare negationem ante ſententiam ibid. *Ozaſ.d.deciſ.14.num. 9.* ¶ An Dominus teneatur feudum ad ſe devolutum hæredibus ultimi inveſtiti concedere, *vide Excellen.P.Theſſau. deciſ.246. num.fin.* ¶ Vaſſallus, ſi alienet cum allodio fundum feudalem commixtum, Dominus, ſi agat ad feudum ſine ſuo conſenſu alienatum, docere debet, qui fundus ſit feudalis *Menoch. conſ. 395 num. 18. lib. 4.* ¶ Univerſitas delictis, quæ contra Dominum committuntur, reſiſtere tenetur; alias non reſiſtendo, delinquere dicitur. *Ozaſ.deciſ.338. numer.7.* ¶ Univerſitas ob crimen rebellionis prædari, ac ſolo æquari poteſt. *Ozaſ. ibid. num. 15.* ¶ Filius Comitis, vel vaſſalli dicitur habere Comitatum & feudum ab Imperatore, non à patre, & filius vaſſalli, an teneatur propter patris delictum, *vide Bart. in auth en.de exhibend.reis. §.optimum,* ut illi, aut agnatis præjudicet, *vide Abb. conſ.3.lib.2.n.5. gl.in l.2.§ filius.C.de libert. cor.liber.*

Vel non.

Feudstarius non ligius, nec ſubditus ratione domicilii, vel originis, committens crimen contra Regem, non tenetur crimine læſæ majeſtatis. *Capic. deciſ. 162. n. 12.* ¶ Feudum, ubi linea finita ad Dominum directum revertitur, Dominus non tenetur reſpondere creditoribus vaſſallorum, qui dictum feudum tenuerunt, *Natt. conſ 615. num.7.* ¶ Dominus directus avocans feudum ſibi competens jure prælationis, non tenetur ad onera feudo impoſita, per vaſſallum, minus tenetur ſtare locationi ipſius feudi, *Ozaſ.deciſ. 156.* ſecus quando avocat feudum jure commiſſi, quod fuerat cum hypotheca locatum. *Idem Ozaſ. deciſ.156. num.7.* ¶ Dominus directus non tenetur ad onera feudo impoſita per vaſſallum, quando feudum ad eum revertitur, ut ad Dominum, id eſt jure dominii, *Ozaſ. deciſ 156.num.9.* ¶ Clauſula, ſalvo jure, ſeu aſſenſu Domini, ſi fuit deventum ad rei traditionem, nihil revelat, quia videtur Dominus contemni, ſi tamen adjiciantur illa verba, videlicet, non aliter, nec alio modo (quia tunc videtur nihil actum fore) non perdit alienans hoc modo feudum. *Gram. d.deciſ. 49. numer. fin. Guid. Pap.q.136. vide Dec. conſ.160. Roma.ſing.518.* ¶ Vaſſallus alienans partem feudi, non debet privari toto feudo; ſed illa parte alienata duntaxat. *Gramm.deciſ 49. Dec.conſ.667.n.6. vide Bart.in §. ſi vero, inſtit. de legat.*

Cap. XIV. Rebellis. Quis dicatur. Quando reſtituatur, vel non.

Qui ſint rebelles, & de pœna eorum, *vide Bart, ſuper conſtitutio qui ſint rebelles.fol.306.* & Eccleſia, ſi non ſolvit cenſum, cadit à feudo *Bart.in l.placet.C.de ſacroſanct. Eccleſiis.* ¶ An dicto caſu, facta pace inter Principes, rebellis teſtituatur ad feuda omiſſa propter capitula pacis, *vide Menoch. conſ.103. lib. 1.* ¶ Rebellis ad feudum amiſſum, & alienatum, reſtituitur pro bono pacis; ſed an tunc cenſeatur reſtitutus ad feudum per ipſummet alienatum tempore rebellionis, *Afflict. deciſ. 116.* ¶ De capitulo pacis ſuper reſtitutionibus faciendis rebellibus reverſis, non extendendo ad invaſores, turbatores, & doloſos poſſeſſores, *ſcribit Afflict. deciſ. 403.* ¶ Vaſſallus aliquid faciens pro ſua ſalute conſervanda, & non cauſa offendendi Dominũ, non infert rebellionem, aut feloniam. *Gram.deciſ.18.n.13.* ¶ Rebelles illi dicuntur, qui contra honorem, & fidelitatem Principis, opera rebellionis faciunt. *Tho. Minad. deciſ.37. num.10.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Jus feudi non tranſit ex ſecundo decreto in illum, qui petiit ſibi caveri ex damno infecto. *Bart. in l. finim. §. ſi de vectigalibus. ff. de dampo infect.* ¶ Principis privilegio, in quo declaravit quem rebellem, cum manu quæſtoris, ſtandum eſt. *Gram. deciſ.105. num.34. & 54.* ¶ Agi ut poſſit ad commiſſum rei feudalis, quæ requirantur, & qua actione agatur. *Guid. Pap. q. 454. Excel. P. Theſſau. deciſ.227.* ¶ Scribens Princeps in ſuis literis feudum eſſe devolutum ad cameram, non ex hoc infertur, quod vaſſallus delictum commiſerit, *vide Raud. tract.de Anal. cap. 31.*

TITULUS CCCLXXXIX.

De laudemiis.

Generalia.

De materia laudemiorum, *vide per Jaſ.in l. fin. C. de jure emphyteut. quaſt. 7.*

Cap. I. Laudemium. Quod ſit: dicatur.

Laudemia dicta ſunt à laudando, id eſt nominando, & agnoſcendo auctore, ſeu domino directo. *Cabal. milleloq.192.* ¶ Laudemium eſt quinquageſima pars pretii, & non valoris rei, & probatio, quod majus ſit, ſpectat ad illum qui id aſſeverat. *D. Sel.gloſſ. 1. ſuper decreto, in cauſis. tit.de jure emphyten.* tamen conſuetudo valida eſt, quod debeatur pars tertia pretii. Item pactum inter Dominum, & vaſſallum, *ibid.num. 4. & 5.* ¶ Laudemiorum jura continentur, legato uſusfructus. *Sel. decr. in caſib. tit. de jur. emphyten.gl. 2. num.33.* ¶ Origo tertiæ venditionis loco quinquageſimæ, unde proceſſerit. *Sol.decr.Rempub. num.9.*

Cap. II. Quando debeatur, vel non.

Laudemia debentur, non ſolum pro valore redituum feudi, ſed etiam pro ædificiis. *Boer.deciſ.19.* ¶ Laudemium debetur ex toto pretio fundi, cum fructibus pendentibus, vel domus venditæ, cum utenſilibus parieti affixis. *Guid. Pap.ſing. 497.* non autem, ſi fructus, vel utenſilia à pariete ſeperata fuerint; quia tunc non debetur ex illis fructibus, & utenſilibus, ſed eorum æſtimatio debet deduci de toto pretio. *Boer. deciſ. 229.* ¶ Quid econtra ſi quis vendat primo mobilia etiam affixa, & poſtea ligna, & trabes domus, ita quod non reſtet, niſi fundus, & ſolum, quod poſtea alio pretio venditur, an tunc pretium dictorum mobilium primo venditorum debeat computari in ſolutione laudemiorum. *Boer. deciſ. 230. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaud. fol.33.* ¶ Navium emptores, quando debeant laudemia, *Boer. deciſ.177.* ¶ Quando fit alienatio cum pacto retrovenditionis, & ſequitur traditio, & deinceps fit retrovenditio, & res retrotrahitur, debentur duo laudemia. *Marc. q.570.571. vide & q.600. 601. Caſſan.in conſuetud. Burg.tit.des cenſes. Rub. 11.gl.1. num.5. Boer.deciſ.234. vide Excel. P. Theſſau. deciſion.75.* quod eſt verum, quando pactum de retrovendendo ex intervallo fuiſſet appoſitum, *vide deciſ.122. num. fin. Rot. Avenio.in deciſ.diverſ.tom.3.* ¶ Quando quis emit ſibi, vel ejus amico abſenti, & eligendo, rem cum conſtituto, & deinceps ex intervallo ille, qui emit elegerit amicum prædictum, ipſum ſubrogando in locum ſui in re empta, tunc debetur duplex laudemium. *Franc.Marc.q. 558. vide tamen D. Sol.in ſuis comment. in antiq.conſtitut. gl.1.ſuper decret.in cauſis tit.de jur. emphyteut. fol.30. n.11.* ¶ Laudemium debetur pro omni alienatione rei emphyteuticæ. *Cravet. conſ.215. Jul.Clar.in ſua Pract.crim. §.emphyteuſis. quaſt.23.* ¶ Limita, quando pater dedit fundum filiæ inæſtimatum pro ejus dote. *Cravet. d. conſ. 215.* quod procedit, quando pater non habet alia bona, de quibus poſſet dotare filiam. *ibid. Crav. num. ſeptimo.* ¶ Secundo, limita reg. quando res emphyteutica alienatur in eum, qui eſt de comprehenſis in inveſtitura, ad quem poſt mortẽ emphyteutæ res erat perventura,

Cravet.

Cravet. d. conſ.215. num.8. ¶ Tertio, non debetur laudemium, quando fit donatio filio. Cravet. d. conſ. 215. n. 8. vide tamen ibi, vel alio modo filius acquirit de bonis paternis. Dec. conſ. 331. Quarto, in alienatione neceſſaria Laudemium non debetur. Cravet. conſil.1. pro genero num.290. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gl.1. ſuper. part. decret in caſib. tit. de jur. emphyten. num. 27. ¶ Laudemium, an debeatur pro alienatione neceſſaria, quæ fit ex præcepto judicis, qui levavit bona de gagio tribus concurrentibus nempe ſi cauſa obligationis ſit dos, ſi fiat levatio ex neceſſitate mera, & ſub haſta, & ſi nulla alia bona extarent, vide Excel. P. Theſſau. deciſ.139. ¶ Laudemii dimidium ex permutatione tantum deberi Delphinalis conſuetudinis eſt. Marc. quæſt.572. Clar. in ſua Pract. §. emphyteuſis. quæſt.23. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des retraicts. §.7 gloſſ.1. ſed permutatione mixta ſtante, an debeatur laudemium, Cabal. milleloq. 113. Guid. Pap. quæſt 92. ¶ Laudemia debentur nedum ex venditione albernagii, aquagii ſed etiã ex eo, quod ex aquarum decurſu pretium auctum eſt. Marc. q 607. ¶ Laudemium debetur ex ſervitutis realis venditione, Marc. ibid. ¶ Laudemium, quando debetur ad rationem tertii denarii, debet ſolvi ad rationem dimidii pretii. Marc. quæſt. 611. ¶ In emphyteuſi primus Dominus ſolum requiritur, & illi ſoli laudemium debetur, Cabal. milleloq.179. Jo. Papon. lib 13. tit.2. arreſt.9. ¶ Propter locationem ad longum tempus rei emphyteuticæ, an debeatur laudemium, ſunt diverſæ opiniones, vide Cabal. milleloq.213. Papon. lib.13. titul. 2. arreſt.20. Boer. deciſ.234. Dec. conſ.204. ubi tenet affirmativam. ¶ Quando in contractu intervenit pretium, eſt emptio, licet de emptione nulla fiat mentio in ipſo contractu. Gom. Leo. deciſ.34. in deciſ. diverſ. ¶ De jure laudemium debetur ex legato, & donatione, & emphyteuta legatario non ſolvente laudemium, res cadit in commiſſum, poteſt tamen moram purgare ſolvendo laudemium, ſed quando, vide Rot. Avenio. deciſ.134. in deciſ. diverſo. ¶ Laudemium domino directo debetur, facta venditione ſub haſta, quando cauſa, ex qua fit venditio oritur ex obligatione contracta per eum, in cujus odium fit alienatio. Vincen. de Fran. deciſ. 277. part. 2. ¶ Laudemium debetur per ſecundum, vel tertium emptorem, etiam ratione emptionis, vel emptionum ſuorum auctorum, qui non ſolverunt: nam actio hypothecaria competit pro laudemio: ideo ſi ultimus emptor vult retinere rem, debet ſolvere omnia laudemia, antea non ſoluta. Idem deciſ. 430. part. 2. ¶ Ex pretio aucto in licitatione ultra æſtimationem judicialem jam factam, debetur laudemium. Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt.35. ¶ Item ex pretio aucto per tranſactionem, ſeu concordium. Idem Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt. fin. ¶ De jure communi, an ex ſucceſſione, & nova recognitione, quæ fit propter ſucceſſionem, debeatur laudemium. vide arreſt. 28. ejuſdem Pap. lib.13. tit. 2. ¶ Licet in conceſſione rei emphyteuticæ conventum ſit inter Dominum, & emphyteutam, quod poſſit jus ſuum vendere, & alienare cui voluerit, nihilominus ex hac alienatione debetur laudemium. Jul. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. quæſt.23. verſic. ſed quid. ¶ Laudemium ubi majus debetur, quam ſit quinquageſima, emphyteutica licet res alienari non requiſito Domini conſenſu, & videtur etiam ceſſare jus prælationis, ſed in hoc ultimo, contrarium judicavit Senatus Sol. gloſſ. 2. decreto Rempub. par. 2. tit. de jure emphyteutito. numer. 6. & 7. ¶ Laudemium debetur ex contractu donationis reſervato uſufructu, ipſo uſufructu tamen finito. ibid. numer. 15. ¶ Item multo magis debetur de donatione ob cauſam, ibid. non tamen per maritum pro ea bonorum dotalium parte, quam lucratur, nec per uxorem pro augmento dotali, quo fruitur. ibid. num. 17. ¶ Quomodo, & quando de jure communi debeatur laudemium, pro rebus relictis ultima voluntate, vide ibid. n. 18. & ſeqq. ¶ Quando ex contractu debetur gabella, vel laudemium contrahentes non poſſunt recedere à contractu in præjudicium Domini: limita; ſi poſt contractum celebratum partes incontinenti reſolverent contractum, ſi hoc faciant antequam divertant ad extraneos actus. Idem Caſſan. tit. des main. mortes. Rub.9. §.12. gl 3. ¶ An debeatur laudemium ex reſolutione contractus, ſi ab eo de conſenſu partium recedatur, vide Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. Rub 10. §. 7. gl.1. num. 4. ¶ Laudemium eſt onus reale quod præſtari ſolet ratione rei alienatæ. Menoch. conſ.297. lib.3. ¶ Laudemium debetur ex promiſſione de vendendo, & traditione poſſeſſionis, ſi conventum ſit de pretio. Illuſt. Senator Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Sabaudia, gloſſ.2. ſuper decreto rempub. 1. part. titul. de jure emphyteu. n. 4. fol. 13. vide Cabal. milleloq.202. ſi tamen dominus prædii pecunia accepta mutui nomine, promiſerit fundum in ſolutum dare, ſi intra aliquem terminum pecunia non reſtitueretur, atque interim titulo conducti, creditor prædio frueretur, ſecus eſſet, modo tale, non eſſet mutuum, ut ceſſaret ſpes luitionis. Idem D. Sol. ibid. num. 4. & 5. vide Cabal. milleloq. 201. ¶ Laudemium non debetur de contractu rei cenſualia, D. Sol. in dd. ſuis comment. gloſſ ſuper 1. part. decreti, in caſibus. titul. de jure emphiteu. num 36. ¶ An debeatur laudemium ex venditione certi frumenti annui cenſus, cum directo dominio de puro, & franco allodio, prætextu homagii, ſive generalis recognitionis, vide Marc. q.291. part. 2. ¶ Quando propter læſionem agitur, & juſtum pretium ſuppleatur, ex illo ſupplemento inde facto, debetur laudemium: quia eſt pars pretii. Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſſio. contract. Tom.2. art.1. gloſſ 23. num.23. ¶ An in pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, debeantur laudemia, vide Guid. Pap. q 48. Gaſpar. Cabal. milleloq. 107. ¶ Emphyteuta non poteſt irrequiſito Domino ſine ipſius conſenſu, rem in emphyteuſim concedere. Spec. tit. de locat. verſicul. nunc aliqua, n.125. Jaſ. in l. fin. C. de jur. emphy. Jul. Clar. in ſua pract § emphyteuſis. q.20. & per conſequens ex tali conceſſione debetur laudemium. Clar. ibid. q.23. ¶ Laudemii præſtatio eſt quædam exhibitio obſequii reverentialis, quam facit emphyteuta ſuſcipiendo inveſtituram Dominum directum recognoſcens, Menoch. conſ. 297. lib. 3. num. 26. & laudemium dicitur decima quædam, ſicut hoc nomine eam appellant Doctores. ibidem numero 35. ¶ Uſufructuario debetur laudemium omnium rerum cenſualium, Capic. deciſio. 184. Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. q. 23. in fin. ſed proprietarius debet laudemium dare uſufructuario. Guid. Pap. q.477. Franc. Marc. q.604. ¶ Ex donatione debetur laudemium, quo non ſoluto, res cadit in commiſſum. Guid. q.46. Clar. in ſua Pract. §. emphyt. q.23. Jaſ. in l fin. C. de jure emphyt. vide Marc. q.572. Papon. lib.13. tit.2. arreſt.20. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des retraicts. Rub.10. gloſſ.1. Guid. q.48. ubi referuntur tenentes partem negativam, vide etiam Capel. Thol. q. 279. Vinc. de Franc. deciſ.201. qui tenet pro negativa. ¶ Laudemium debetur ex venditione inter fratres diviſos, ſi Domini à ſucceſſione, fratrem excludunt. D. Sol. in ſuis comment. gloſſ ſuper 1. part. decreti, in caſibus. tit. de jure emphyteu. numer. 29. in antiq. conſtitutio. Sabaudia. fol.115. alias ſecus. Papo. lib. 13. titul. 2. arreſt. 24. vide Boer. conſil.3. & conſil. 42. Cravet, conſil. 1. pro genero. num. 291. D. Sol. in dd. ſuis comment. in antiq. conſtit. fol.125. ¶ Laudemium an ex datione in ſolutum ſub conditione facta debeatur, & cujus temporis pro ſolutione ſit habenda. D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. q.82. lib.2.

Vel non.

Pro renovatione inveſtituræ, non debetur laudemium, ſecus ſi vaſſallus alienat in alium non vocatum, *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 1. gloſſ. fin. num. 34.* ¶ Quando venduntur res cenſuales ſub gratia redemptiva, non debentur laudemia. *Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. des cenſes. Rub. 11. §. 1. gloſſ. 2. numer. 15.* ¶ De contractu nullo, aut qui reſolvitur, nullum laudemium debetur: ſed quid de ſimulato, *vide D. Sol. in ſuis comment. gloſſ. 1. ſuper 1. part. decreti, in caſibus tit. de de jure emphyt. num. 27. & 38.* tamen quando reſcinditur jure prælationis, laudemium eſt reſtituendum per retrahentem primo emptori, ſed quid ſi emptor ſciverit rem ſubjacere juri prælationis, *vide ibid. num. 38. & 39.* an ex venditione nulla debeatur laudemium, *vide Peril. luſt. D. P. Theſ. deciſ. 75.* ¶ Laudemium non debetur ex contractu, quod de partium conſenſu vigore pacti, quod ab initio intervenit, ipſo jure reſolvitur, & cancellatur, *Marc. quæſt. 570. & 571. vide etiam quæſt. 600. ibid.* ¶ Quid ſi emphyteuta intra tempus legitimum non recognoſcat, *vide quæſt. 573. ejuſdem.* ¶ Laudemium, ſi contractus reſcinditur, non debetur. *Idem Mar. q. 604.* nec debetur, quando res dimittitur penes poſſeſſorem, etiam ex cauſa tranſactionis. *Marc. q. 25. num. 10. part. 2.* ¶ Gabella non debetur ex contractu nullo. *Cabal. milleloq. 108.* ¶ Et remiſſione, quæ fit inter ſocios, cohæredes non debetur laudemium. *Guido. q. 411.* ¶ Ex ſimplici diviſione non transfertur dominium, niſi fiat diviſio ex cauſa tranſactionis. *Bar. conſil. 93. vol. 1.* ¶ Pro relictis Eccleſiæ, & locis piis, gabella non debetur. *Dec. conſ. 496.* ¶ Quando iterum traditur res vendendi ex antiqua cauſa, non debetur laudemium; ſecus ſi ex aliqua cauſa non debetur laudemium; ſecus ſi ex aliqua nova cauſa: tunc enim ad multitudinem traditionum, ſequitur multitudo laudemiorum. *Franc. Marc. quæſt. 601. in fin.* ¶ Pro rebus Eccleſiaſticis emptis, non debentur laudemia; ſed bene pro rebus à ſeculari per Eccleſiam, ſeu clericum: qua pro ipſis Eccleſia, ſeu clericus tenetur ſolvere. *Boer. deciſ. 231.* ¶ Allodium id dicitur, quod ad aliquem pleno jure pertinet, & nullum laudemium ex eo præſtatur. *Vinc. de Fran. deciſ. 131. numer. 11.* ¶ Laudemia non debentur ſola recognitione generali, niſi quod recognitionis tempore, recognoſcens tenebat, & poſſidebat, probaretur. *Marc. q. 292. part. 2.* ¶ Intra tempora redimendi pignus conceſſa à decreto, non debetur laudemium. *Marc. q. 185. vide q. 647. part. 2.* ¶ Laudemium non debetur ex diviſione facta inter fratres, quæ dicitur alienatio neceſſaria, pro qua non ſolvitur laudemium. *Capel. Tol. q. 75. in additio. Caſſan. in conſuetut. Burg. tit. des cenſes. Rub. 11. §. 7. gl. 1. num. 3.* fallit, ſi totus fundus eſſet uni adjudicatus, ibi. in fine. imo quod laudemium non debeatur ex diviſione facta inter plures emphyteutas, etiam ſi tota res uni adjudicetur, *ſcribit Gaſp. Cabal. milleloq. 112.* ſunt tamen, qui tenent contrarium, *vide ibid.* ¶ Ex alienatione omnino neceſſaria ex parte emptoris, vel venditoris non debetur laudemium, veluti quando res non patiens diviſionem juris neceſſitate adjudicatur inſolidum uni ex condividentibus, & alter percipit pretium pro parte ſua; ſecus eſt in alienatione neceſſaria tantum ex parte emptoris, vel venditoris, ut in re capta in executione, nam tunc non dicitur neceſſaria parte creditoris emptoris. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 23.* ¶ Laudemium non debetur de bonis hæreditariis legatis, fideicommiſſis nec rerum diviſione, ita diſponentibus in hac patria antiq. conſtitutio. tit. de jure emphyteu. ſed vide *D. Sol. ibi. fol. 30.* ¶ Laudemium de diviſione quomodocunque fiat, nullum deberi in patria Pedemontana ſtatutum fuit, imo facta diviſione, non debetur ex contractu, per quem fratres redeunt in communionem. *D. Sol. in ſuis comment. in dd. antiq. conſtitu. Sabaudiæ, gloſſ. 1. ſuper decreto, in caſib. 1. par. num. 25.* ¶ Ex alienatione neceſſaria reſpectu emptoris, ſeu illius in quem poſſeſſio rei transfertur, non debetur laudemium, ſecus ex neceſſaris reſpectu venditoris, *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. Rub. 10. §. 9. gloſſ. 1. num. 4.* ¶ Et remiſſione, vel ceſſione, quæ fit inter ſocios, non debetur laudemium. *Guid. Pap. quæſt. 465.*

Cap. III. Quando ſolvendum ſit, vel non.

Laudemium à retrahente jure retractus adhuc ſolvendum eſt de jure communi. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. Rub. 10. §. 9 gl. 1.* Laudemia an ſolvat condemnatus, ad bona per Principem reſtitutus, *vide Boer. deciſ. 279.* ¶ Laudemium ſolvitur Domino pro nova inveſtitura. *Capel. Thol. d. q. 279.* & ut debeatur requiritur nova traditio, ſeu tranſactio poſſeſſionis, propter quam debetur. *Marc. q. 185.* ¶ Ex venditione conditionali purificata conditione, ſolvitur laudemium illi, cui tempore contractus competebat jus exigendi, nam hoc caſu inſpicitur tempus contractus, non tempus purificatæ conditionis, *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 26. vide Boer. deciſ. 5.* Laudemia quando ſunt ſolvenda de alienatione, ſunt etiam ſolvenda de datione in ſolutum, cum ſit proprie alienatio. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 60. num. 7.* ¶ Venditor certiorare tenetur emptorem, rem ſubjici laudemio, & laudemium intra quod tempus ſolvi debeat, *Sol gloſſ. ſub part. 1. deciſ. in caſib. num. 31. 32. ibid.* ¶ Doctores debent inveſtiri ſolvendo ſimplicia laudemia, ſicut alii nobiles. *Guid. Pap. q. 88.* ¶ Si de pretio rei venditæ ſolvatur gabella, an de pretio deducantur expenſæ factæ circa rei venditionem, *Bart. in l. 61. §. cuidam. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ An quis teneatur ad ſolutionem laudemii pretii penſionis, per aliquem in aliqua re conſtitutæ, *vide Marc. q. 477.* ¶ Ad ſolutionem laudemii tenetur emptor, *Cla. ibid. d. q. 23. verſ. ulterius.* Gabella, ſi debet ſolvi de quolibet contractu virtute ſtatuti, intelligitur de contractu valido. *Gram. deciſ. 74. numer. 27.* ¶ Quamvis verba inſtrumenti debeant intelligi cum effectu, nihilominus ex quo perfectionem inſtrumenti fuit quæſitum jus gabellariis, dicta gabella debet perſolvi, licet poſtea inſtrumentum diſſolvatur, & emptor, non venditor, tenetur ſolvere gabellam, *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 114. part. 2.* ¶ Conſuetudo ſolvendi minora, vel majora laudemis, quomodo, & quanto tempore inducitur, *vide eundem D. Sol. ibid. gloſſ. 2. n. fin. fol. 34.* ¶ Quando ſolvitur gabella pro qualibet re vendita non poteſt quis condemnari modo adſit pactum, per quod venditor ſibi reſervavit dominium rei venditæ ad tempus, videlicet donec pretium ſolvatur, *Dec. conſ. 440.* ¶ Immunitas generaliter ab omnibus oneribus (etiam realibus) conceſſa, non comprehendit ſolutionem laudemii rei alienatæ, propter quam fuerat conceſſa immunitas, *Menoch. conſ. 297. num. 3.* ¶ Quando aliquid debet ſolvi ratione rei petitæ in judicio, & petatur res ratione poſſeſſionis ſolummodo debet illud debitum ſolvi, habito reſpectu valoris poſſeſſionis, & non proprietatis, *Ozaſ. deciſ. Pede. 4.* ¶ Statutum ſolvendæ gabellæ de acquiſitione hæreditatis, vel cujuscunque dominii, non habet locum in filio ſuccedente patri, nec in alio quovis deſcendente ex liberis. *Cabal. milleloq. 51.* nam alienare prohibitus, in filium alienare poteſt. *Pet. Roy. deciſ. 3. litua. num. 376. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ In retractu ſolvuntur duo laudemia, quia proximior retrahens debet reſtituere pretium, & laudemium jam ſolutum per emptorem, & iterum pro nova acquiſitione laudemium Domino ſolvere: fallit ſi primus emptor

eſſet

eſſet privilegiatus: quia tunc ſi ipſe non ſolvit, non poteſt repetere. *Boer. deciſ. 231. vide tamen D. Sol. in dd. ſuis comment. in antiq. conſtit. gl. ſuper. 1. part. decreti, in caſibus tit. de jure emphyt. num. 34.*

Vel non.

Si fiat inſtrumentum conditionale, de quo ſolvatur gabella gabellariis exiſtentibus tempore inſtrumenti, non debent de novo ſolvi, aliis gabellariis exiſtentibus tempore conditionis evenientis, licet eo tempore videatur jus quæſitum emptori, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 114. part. ſecundo.* ¶ Res emphyteutica, ſi datur in dotem, non ſolvitur Domino laudemium, ubi res non fuerit æſtimata; ſecus ſi fuerit data æſtimata. *Cap. Thol q. 279. vide Joſeph. Lud. deciſ. 60. Peruſ. num. 12. Cabal. millcloq 216. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 24. Guid. Pap. quæſt. 48.* ex ceſſione facta per ſororem fratri, de bonis paternis propter dotem in pecuniam ſolutam, non debetur laudemium. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 34.* ¶ Statutum permittens debitori (cujus res ad inſtantiam creditoris alienata fuit) ut poſſit intra menſem rem ſuam redimere, nullo ſoluto laudemio, habet etiam locum in eo, qui ſola hypothecaria tenebatur. *Rot. Avenio. deciſ. 134. in decíſ. diverſ.* ¶ Tertius emens facultatem recantandi, competentem virtute pacti de retrovendendo incontinenti appoſiti, reemendo intra tempus ſtatutum, non ſolvit laudemium, niſi pro pretio ſoluto vendenti ſibi talem facultatem. *Pap. lib. 12. titul. 2. arreſt. 24. vide D. Sol. in dd. ſuis comment. in antiq. conſtitutio. fol. 12.* ¶ Gabella, & ſi debeat ſolvi de qualibet negotiatione, non tamen ſolvitur de legato. *Bart. in l. 43. §. ſed ſi quis de legat. 1.* ¶ Laudemium ſolutum pro promiſſione de vendendo non eſt reiterandum pro venditione. *Boer. deciſion. 49. numero 12.* ¶ Vendere promittens non obligatur ad gabellam, donec ſit completa venditio. *Boer. deciſ. 48. num. 9.*

Cap. IV. Exigatur: reſtituatur.

Ex donatione cauſa mortis ſequuta traditione ſtatim laudemium exigi poteſt, ſed quantum ad effectum pendet ab eventu revocationis. *Gaſp. Cabal. millcloq. 114.* ¶ Laudemium reſtitui debet, per venditorem, redimentē rem venditā, emptori. *D. Sola ſuper 4. part. decreti, ex frequentioribus titul. de pact. inter empto. & vendito. fol. 125.* ¶ Laudemium ſolutum ex contractu, poſt ſolutionem, reſoluto, repetitur. *Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 29. vide Cravet. conſ. 1. pro genero num. 291.*

Cap. V. Quando peti poſſit, vel non.

An dominus directus poſſit petere laudemium ante realem traditionem, quando intervenit clauſula conſtituti, *vide Marc. quæſt. 569. Guid. Pap. q. 101. n. fi. Boer. deciſ. 122.* quod poſſit, *ſcribit Joan. Pap. lib. 13 tit. 2. arreſt. 30.* ¶ Laudemium commiſſum tempore primæ conductionis ſpectat primo, & non ſecundo conductori, licet in ſuo tempore incidat terminus ſolvendi, & petendi inveſtituram; ſecus eſſet, ſi eſſemus in terminis commiſſi. *D. Sol. in dd. ſuis comment. n. fin fol. 34.*

Cap. VI. Quando remitti, & quæ fieri poſſint, vel non.

Emphyteuta poteſt donare irrequiſito Domino, dummodo talis donatio non fiat in præjudicium, & in fraudem laudemiorum. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 8.* ¶ Quando ratione venditionis Dominus prætendit laudemiom, tunc cogitur emptor ad edendum inſtrumentum emptionis. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. §. 1. gl. 1. num. 38.* ¶ Laudemiorum remiſſio ea quoque comprehendit, quæ erant debita ſua conditione. *Sol. deciſ. in caſib. titul. de jur. emphy. gl. 1.* ¶ Quando res remiſſa creditori, ut perciperet fructus, & poſſideret, præſomitur potius data in ſolutum, quam remiſſa jure pignoris, *vide Menoch. conſ. 201. lib. 3.*

Cap. VII. Quando detur prorogatio.

Pendente tempore redimendi pignora ex forma decreti; ſeu ſtatuti ſuper executione rei judicatæ, an fieri poſſit prorogatio termini de conſenſu creditoris, abſq; incurſu ſolutionis laudemii, *vide per Fran. Marc. q. 185. part. 1. & q 647. part. 2.* ¶ Quid in prorogatione recepti, quando prorogatur de conſenſu emptoris, *vide Marc. q. 185. par. 1 & q. 647 part. 2.*

Cap. VIII. Quando res cadat in commiſſum, & qui ſint effectus.

Si emptor rei emphyteuticæ non dicat verum pretium forte, ut minus ſolveret de laudemio, res cadit in commiſſum. *Guid. Pap. q. 271. num. 5.* ¶ Fraus ſi fiat in contractu, ut laudemium non ſolvatur, an pœnæ commiſſi locus fiat, *vide eundem q. 571.* ¶ Aſſertio venditoria, aſſerentis rem ſe moveri de directo dominio talis Domini, facta in venditione, non probat rem ipſam ſe moveri à dicto Domino, niſi aliter Dominus conſtare faciat de ejus directo dominio. *Guid Pap. q 24.* ¶ Emphyteuta vendendo rem ſub condictione, ſi Dominus laudare voluerit facit, ut Dominus non præferatur jure prælationis. *Guid. Pap. q. 47. & q. 411.* ¶ Si circa pretium rei committatur fraus in præjudicium laudemii, res cadit in commiſſum, *Boer. conſ. 52 in fine*, nam fraus omnino debet à contractibus abeſſe, qui inter Dominum, & ſubditum fiunt, tamen fraudem alleganti onus probandi incumbit, & præſumitur ad evadendum laudemium ex promiſſione vendendi, ſequuta traditione poſſeſſionis. & de aliis fraudibus circa laudemia, *vide D. Sol. in dd. ſuis comment. gl. 2. ſuper decreto. rempubl. tit. de jur. emphy.* ¶ Si plures res diverſo pretio fuerint alienatæ, & pro una fuerit ſoluta gabella, pro ea tantum valet contractus. *Boer. deciſ. 253.*

Cap. IX. Qui utatur privilegio,

Quando aliqui recipiuntur pro civibus, & incolis in aliqua civitate, vel villa propinqua exempta à ſolutione pedagii, vel gabellarum, an gaudeant privilegio exemptionis, & quid ſi hoc dicatur factum in fraudem? *Fran. Mar. q. 528. num. 6.* ¶ An ratione mutati domicilii, quis privilegium loci originis amittat, *vide Afflict. deciſ. 384. Boer. deciſ. 13. num 36.* quod mulier alibi nupta, poſſit etiam gaudere privilegiis loci originis, ſcripſerunt *Bart. in l. de jur. §. reſcripſerunt. ff. ad municipales. Ang. in §. in poteſtate, inſtit. tit. de patr. poteſta.* ¶ Uxor ejus Civitatis, ſeu loci eſt, cujus eſt vir. *gloſſ. Bart. Bald. & Ang. in l. cives. C. de incol. lib. 10.* & dicitur eſſe ejuſdem originis. *gloſſ. in l. origine. Cod. de municip. & origina. lib. 10. Bald. in l. voluntas. Cod. de fidei. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 379. D. Sol in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaudia fol. 54.* ideo debet gaudere privilegiis immunitatis, quibus gaudet vir.

Cap. X. Miſcellanea.

Si ſunt duo Domini, quorum unus vult retinere rem jure prælationis, alter vero non, ſed vult inveſtitura emptorem, quilibet utitur jure ſuo. *Guid. Pap. quæſt. 411. in fine.* ¶ Quanto tempore præſcribatur commiſſum, reſpectu laudemii non ſoluti, *vide Guid. q. 416.* ¶ Annus & dies dati emptori ad obtinendam inveſtituram, incipiunt currere à die traditionis rei, non à die emptionis. *Guid. q. 156.* ¶ Hæredi emphyteutæ ratione ignorantiæ ſubvenitur: Idem in alio ignorante, *Marc. q. 576.* ¶ Si Princeps, vel privatus donet feudum, aut aliud pro certo pretio, non eſt donatio, ſed venditio, *vide Gom. Leo. deciſ. 34. in deciſ. diverſ.* ¶ Res emphyteutica, ſive feudalis alienata tanquam propria, & alio-

& allodialis, cadit in commiſſum, vel ſi nominatim non exprimatur, niſi pactum, & conſuetudo eſſet in contrarium, prout hæc conſuetudo eſt in patria Pedemontana. *Idem D. Sola gl. 2. ibid. n. 9. & 10.* tamen non eſſet neceſſaria expreſſo, ubi tertia venditione pro laudemio deberetur. *ibid. num. 11.* ¶ Contractus eſſe talis præſumitur, qualis per nomen appellativum profertur. *Ozaſ. deciſ. 139. num. 24.* ¶ Vendere, & promittere de vendendo differunt: ideo emphyteuta vendens cadit à jure ſuo, non autem, ſi ſolummodo promiſit vendere. *Capit. deciſ. 155. num. 6. & 7. vide Gram. deciſ 103. num. 200.* ¶ Pignus extinguitur in re emphyteutica, conſolidato utili dominio cum directo, & quando res redit ad Dominum ex pacto. *Vinc. de Fran. deciſ. 226.* ¶ Ad judicandum qualitatem contractus, non ſonus verborum, ſed effectus rei inſpicitur, & quando in contractu ponitur nomen unius contractus, & effectus alterius, debet judicari ſecundum naturam illius contractus, cujus effectus ponitur, & nomen appoſitum quod non convenit, habetur pro non appoſito: ideo ſi notarius ſcripſit permutionem, & in rei veritate ſit venditio, ſtatur naturæ rei, & non verbo notarii, quia non attenditur nomen contractus; ſed ſubſtantia. *Dec. conſil. 160. Cravet. conſ. 301. num. 3.* ¶ Vendita res tanto minus valet, quanto ſolvitur in proxenetis, ſubhaſtationibus, vel aliis. *Bart. in l. 72. ff. ad leg. falcid.* ¶ Conſenſus Domini non requiritur in venditione rei emphyteuticæ neceſſaria, puta in adjudicatione, & ſolutum datione per judicem facta creditori, ſalvo jure canonis. *Capic. deciſion. 99. num 3.* ¶ Quando venditio reſolvitur conditione exiſtente, fingitur retroacta, ac ſi nunquam fuiſſet facta alienatio. *l. 51. ff de uſucap. & ibid. Bart.*

TITULUS CCCXC.

De laudemio rei feudalis.

Cap. I. Quando debeatur, vel non.

VAſſallus de jure communi poteſt ſine Domini licentia tranſigendo dimittere feudum penes poſſeſſorem, quia non dicitur alienare. *Capic. deciſ. 156.* ¶ An in feudis ex permutatione, debeatur laudemium, *vide Boer. deciſ. 263.* ¶ Vaſſallus, ſi non petierit inveſtituram intra tempus debitum, poteſt moram purgare, ſi celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuduerit, hoc eſt, antequam vocetur in judicium à Domino, obtulerit ſe paratum præſtare quod tenetur. *Guid. Pap. q 166.* ¶ An debeatur laudemium pro re feudali, ſicut pro re emphyteutica, *vide Guid. q. 405. 415. ubi tenet affirmativam.* ¶ Dato, quod pro feudo non deberetur laudemium; tamen hoc non procederet in feudo, pro quo præſtatur annua penſio: quia tunc res potius dicitur emphyteutica, quam feudalis. *Illuſt. Senator Sola in ſuis comment. gl ſuper decreto. rempu. de jure emphyt.* ¶ Laudemium debetur, non ſolum pro valore redituum feudi; ſed etiam pro ædificiis. *Boer. deciſion. 19.* ¶ Pro revocatione inveſtituræ non debetur laudemium; ſecus ſi vaſſallus alienet in alium, non vocatum. *Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des fiedz. Rub. 3. §. 1 gloſſ. fin. numer. 34.*

Cap. II. Quando ſolvatur, exigatur, & qui ſint effectus.

De jure communi laudemium non debet ſolvi de feudo, licet de conſuetudine ſolvatur. *Joan. Pap. lib. 13. tit. 1. arreſt. 3. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des retmicts. Rub. 10. § 10. gloſſ. 2. num. 7.* ¶ Feudi Dominus, an à novo vaſſallo exigere poſſit novum laudemium, *vide Boer. deciſ. 263.* ¶ Feudatarius, ſi non petit inveſtituram infra annum, & diem de jure communi amittit feudum, de conſuetudine tamen in Regno Neapolitano, ſolum ſolvit duplicatum relevium. *Vincent. de Franc. deciſion. 425. part. 2.* ¶ Dominus feudi non poteſt rem feudalem ex cambio, ſeu permutatione acquiſitam, jure prælationis habere, & retinere. *Boer. conſil. 42. vide Clar. in ſua pract. §. emphyteuſis. quaeſt. 17.*

TITULUS CCCXCI.

De contrahenda emptione, & venditione.

Generalia.

SI propter publicas functiones res fuerit alienata, vide infra tit. ſi propter publicas, &c. ſi quis alteri ſibi, vel alterius nomine, vel ex aliena pecunia emerit, *vide infra titul. ſi quis alteri, &c.* ¶ De alienatione rerum ad Civitatem pertinentium, & quæ in illa requirantur ad hoc, ut valeat, *vide tot. tit. Cod. de vendendis rebus Civitatis. lib. 11.*

Cap. I. Venditio, emptio: Quæ dicatur, vel non.

Venditio quando dicatur ad corpus, ſaltem ad effectum, ut pretium minuatur, ſi deficit menſura. *Joan. Pet. Surdus, deciſ. 64.* ¶ Venditio quomodo dicatur ad corpus, & quando ad menſem. *Jo. Petr. Surdus deciſ. 257.* ¶ Qui titulo permutationis, in ſolutum dationis, vel ſtipulationis rem habet, ſimilis eſt emptori: idem in eo, qui ſolvit litis æſtimationem. *l. 15 ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſio. eat.* ¶ Quando in contractu intervenit pretium, eſt emptio, licet de emptione nulla fiat mentio. *Gom. Leo. deciſ. 34. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* nam ubicunque fit mentio de pretio, ſemper præſumitur emptio. *Hippol ſingular. 105.* ¶ Clauſula, dedit, vendidit, & tradidit; quando conſtituant venditionem, & quando contractum innominatum, *vide Bart. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat.* ¶ Domo vendita, quæ ab alia diſtinguitur pariete communi, mediatis parietibus videtur vendita. *Bart. in l. 4. ff. de ſervit. legat.* ¶ Menſura appoſita in venditione terrarum, an venditione reſtringat, *vide Dec. in conſ. 347.* ¶ Fundo vendito, quando dicantur vendita inſtrumenta fundi, *vide Bart. in. l. 1. C. de verbo. & rer. ſignific. & gloſſ. in l. 2. C. eod.* ¶ Arrhæ datæ in pacto promiſſionis de vendendo, an cenſeantur pars pretii, vel mutuum, *vide Boer. deciſ 48. num. 15.* ¶ Pactum de vendendo quando habet omnia ſubſtantialia venditionis, dicitur venditio, & non eſt locus pœnitentiæ. *Borg. deciſ. 27. part. 2. num. 45.*

Vel non.

Quando ex parte dantis pecuniam, & ex parte dantis ſpeciem, venit dari, non eſt emptio, & venditio, ſed contractus innominatus: ideo habet locum condictio ob cauſam, & periculum rei pertinet ante traditionem ad dominum. *l. fin. ff. de condict. cauſ. dat.* ¶ Generis ad genus non eſt emptio, ſed contractus innominatus, ideo cauſa non ſequuta, eſt locus condictioni ob cauſam: nam emptio ſine pretio eſſe non poteſt. *l. 7. C. de rer. perm.* ¶ Imaginaria venditio non eſt, pretio accedente. *l. imaginaria. ff. de reg. jur.*

Cap. II. Quæ faciant emptionem.

Æſtimatio rei, quando faciat emptionem, *vide Joſ. Ludov. deciſ. 10. Peruſ. Jaſ. de actio. §. omnium. numer. 80. Bartol. in l. 5. §. uſque. ff. commod. l. 5. C. de jure dot. l. 3. C. locat.*

Cap. III. Qualis ſit.

Ubi venditur univerſitas, pretium ſuccedit loco rei, quare ipſe venditor tenetur ad pretium: ſed ubi venditur res ſingularis, pretium, vel pœna ab alio exacta, loco rei non ſuccedit, nec eſt proprie in obligatione, *vide l. 21. ff. de hared. & act. vendit.* ¶ Emens à debitore

rem

rem alteri obligatam cum pacto, ut ex pretio, ſolvatur creditori pretio illi ſoluto, ſuccedit in ejus locum. *leg. pen. C. de his qui in prio. cred. ſucced.* ¶ Creditore diſtrahente pignus jure pignoris, quid juris, *vide per tot. tit. C. de diſtra. pig. & tit. ſi vend. pig. agat.* ¶ Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire. *reg. aliud. 121.* ¶ Promiſſio traditionis vacuæ poſſeſſionis, non continet nudum factum, ſed cauſam bonorum. *l. 52. §. fin. ff. de verbo. obl.* ¶ Res empta communi pecunia, vel redacta ex rebus communibus, non eſt communis nec venit communicanda, niſi inter ſocios omnium bonorum, pecunia tamen peti debet. *l. 4. C. commu. utrin jud.* ¶ Non inſpiciuntur fines antiqui, ſed fines in venditione deſignati. *l. 1. C. ſi. reg.* ¶ Emptio, & permutatio in quibus conveniant, & differant, *vide gloſſ. in l. 2. C. de rer. perm.* ¶ Cootractus, qui ſui natura habet vim locationis, & conductionis, ita debet adjudicari, licet ſonet in emptionem, & veoditionem. *Menoch. conſ. 27. n. 42.* ¶ Emptio, & venditio ſunt de jure gentium. *Bart. in l. 5. ff. de juſtit. & jur. n. 8.* ¶ Venditio certæ partis terræ aſſignandæ, à quocunque latere velit emptor, eſt incerta; ideo quid operetur aſſignatio, *vide Boer. deciſ. 183.* ¶ Empta res ex pecunia hæreditaria, an ſubjaceat reſtitutioni, ſicut erat ipſa pecunia. *Capic. deciſ. 191. num. 16.* ¶ Ædibus diſtratis, veniunt omnia ipſis affixa, & quæ ſunt ad perpetuum uſum; ſecus in his, quæ ad tempus vendito vero fundo, veniunt omnia, quæ ſunt intra feudum, ad perpetuam utilitatem fundi. *l. 14. ædibus cum ll. ſeqq. ff. de actio. empt. & vend.* ¶ Venditioni domus cedunt pilæ & columnæ extra domum initæ. *l. 54. §. pen. ff. eod.* ¶ Onus ubicunque apponitur in contractu venditionis, dicitur pars pretii. *Abb. conſ. 66. part. 2.* ¶ Quando dubitatur quid in emptione comprehendatur, recurritur ad conjecturas, *de quibus vide per Aug. Bero. q. 48.* ¶ Emptoris jus potius eſt propter titulum emptionis, quam creditoris pignus. *Ozaſ. deciſ. Pede. 35.* ¶ Servitus prædialis de ſui natura ſemper tranſit ad emptorem. *l. 4. & ib. gloſſ. ff. de ſervit. ruſtico. prædio.* ¶ Venditio incipiens à corpore, continens plus, tunc imputatur venditori, qui debet ſcire res ſuas, ſecus quando reperitur minus quod indiſtincte reficit. *num. 3.*

Cap. IV. Quæ veniant, vel non.

Vitriatæ, & quando veniant in venditione domus, *Jo. Pet. Surd. deciſ. 134.* ¶ Vaſa vinaria, & dolia utrum venditis ædibus ſint in venditione compræhenſa, vel in uſufructu vineæ legato contineantur, explicantur jura de hac re loquentia, & de Molis, & aliis pro Molendino paratis, an veniant in legato. *D. Gaſp. Theſ. 4. For. Q. 84. lib. 1.* ¶ In dubio illud venit in contractu venditionis, quod tempore contractus demonſtratur. *Pet. de Rav. ſing. 778.* ¶ Empta cauſa hæreditatis, quæ hæreditati ſunt neceſſaria, veniunt in actione hæreditatis petitionis. *l. 22. ff. de pet. hæred.* ¶ Res vendita abſque neceſſitate, venit in ipſa actione: quod ſi vendita eſt ex cauſa neceſſitatis, tunc pretium ejus venit. *l. 22. §. ſimili ff. eod.* ¶ Equo vendito, an veniant ornamenta, *vide Jaſ. de actio. §. actionum. numer. 59. Marant. in ſuo Spec. diſt. 4. tit. an ſit jud. civil. vel crim. n. 57. Bart. in l. 5. §. uſque. ff. commod.* ſed an equa vendita veniat pullus, *vide Jaſ. ibid. numer. 61.* quod veniat, ſcribit *Amaniel. de claris aquis ſingular. 162. vide Bartol. in l. 5. §. uſque ff. commod.* ¶ Terram circumdatam finibus vendens, præſumitur omnia ſecundum fines vendidiſſe. *Afflict. deciſ. 67.* nam conſignatio finium, rem deſignat, & quicquid eſt intra, includit, & econtra. *Franc. Marc. quæſt. 566. num. 4.*

Vel non.

Statuæ etiam immobiles poſitæ non ad uſum, ſed ad ornamentum, non veniunt in venditione domus. *Joan. Mohed. deciſ. 17. & deciſ. 114.* ¶ Si in venditione inceptum eſt à numero, vel menſura, dicendo vendo tibi talem terram quatuor modiorum, in talibus finibus, & limitibus contentorum, tunc non venit id, quod plus reperitur, & econtra ſi minus reperitur, venditor tenetur ad ſupplementum *Boer. ib. num 5. & 7.* ſed quando inceptum eſt à ſpecie, aut corpore certo, nempe vendo tibi talem rem, vel fundum ſic confrontatum, & limitatum, qui eſt quatuor modiorum, tunc illud, quod reperitur plus, cedit emptori, & ſi minus reperitur, venditor ſupplere non tenetur. *ibid. num. 6. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſt. Saban. tit. de cenſuum ſolutione. fol. 49. Dec. conſ. 34. num. 7. Tom. 1.* quid ſi aliquid intra limites reperiatur, quod non ſit venditum, *vide ibid. n. 8. Boer. d. deciſ. 50.*

Cap. V. Quæ probet, probent, & quæ comprehendat.

Venditio comprehendit omnia deſtinata ad uſum rei venditæ. & vendita domo, intelligitur vendita camera, quæ erat ad uſum illius domus converſa, etiamſi eſſet paries in medio duarum domorum. *Crav. conſil. 105. num. 8.* ſed an vendita domo, veniat apotheca, *vide Cravet. conſ. 234.* ¶ Emptor emens à Civitate debet probare pretium verſum in utilitatem ejus, & quid in emptore rerum fiſci, *vide Bart. in l. 1. C. de venden. reb. Civ. lib. 10.* ¶ Hæc verba, vendidit tot modios tritici de tritico Titii, an probent triticum pertinere, *vide deciſ. 51. Rot. Aven. in deciſ. diverſo.*

Cap. VI. Quibus modis intelligatur.

Venditio in aſſenſu qualis intelligatur. *Alciat. lib. 2. Parergon. c. 33.* ¶ Quod emptoris cauſa ſtatutum eſt etiam in ſuis læſionem retorquetur. *l. 6. ff. de prox. & commod. rei vend.* ¶ Damnatus vendere, intelligitur juſto pretio. *l. 52. §. fin. ff. de legat. & fideic.* ¶ Contractus emptionis intelligitur factus cauſa pignoris, quando apponitur pactum de retrovendendo. *l. 3. C. plus valere.* ¶ Si de pretio inter contrahentes ſimpliciter conventum ſit, tunc pretium conſtitutum intelligitur in moneta uſuali, & frequentata in loco contractus. *Mynſing. obſ. 15. cent. 4.* ¶ Servitus viæ non intelligitur in venditione, niſi exprimatur: fallit pluribus in caſibus, de quibus *vide per Boer. deciſ. 322.* ideo venditor, qui vendidit partem fundi, non tenetur conſtituere ſervitutem itineris in parte ſua, niſi fuerit dictum, vel facta alienatio cum illa clauſula, cum ingreſſibus, & egreſſibus. *Crav. conſ. 105. num. fin.* ¶ Caſtrum ſimpliciter venditum, intelligitur cum omni jure, & juriſdictione. *Boer. deciſ. 50.* ¶ In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt, & ita accipitur, ut res ſalva actori ſit. *l. 132. ff. de reg. jur.* ¶ Vendens aliquid, intelligitur vendere jure proprio, & non libellario, ſeu emphyteuticario. *Fel. conſ. 32.* ¶ Qui vendit rem cum mercede debita, intelligitur debita venditori. *l. 55. ff. de actio. emp.* ¶ In venditione vaſis in dubio intelligitur, ut incorruptum vas præſtetur. *l. 6. §. ſed ſi vas, ff. de actio. & empt. & vendition.* ¶ In venditionibus ambigua locatio interpretatur contra veoditorem, *l. veteribus. ff. de pact.* ¶ Si ædes vendantur videtur actum, ut contignationes ut ſe habent, maneant. *leg. 35. ff. de ſervitut. urban. prædio.* ¶ Vinum, ſi emo in genere, expenſis vendentis debet portari ad domum meam, ſecus ſi emo decem ſalmas vini de tali vegete, vel vinea. *Bart. in l. 18. ff. de conſt. pecu.* ¶ Si quis emat rem pro ſe, filiis, & nepotibus, vel alio titulo accipiat, an intelligatur ordine ſucceſſivo emere, *vide Bart. in l. Gallus, §. quidam. ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ Reg. illa, quod aliud eſt vendere, aliod pactum de vendendo, quomodo intelligatur, *vide Cabal. milleloq. 487. Hartman. capit. 3. titul. miſcella. ex. jure civil. lib. 2.*

¶ Pœna

¶ Pœna ſtatuti impoſita vendenti, extenditur ad ementem. *Boer. deciſ. 48. numer. 4. & 21.* ¶ Licet in eodem inſtrumento contineantur plures res ſi tamen habeant pretia diſtincta, quælibet cenſetur per ſe, & plures intelliguntur eſſe contractus, & tunc ſi pro parte fuit ſoluta gabella, pro ea ſolum tenet contractus. *Boer. deciſion. 253. vide Dec. conſil. 421.* ¶ Pretium rei venditæ potius conſiderandum eſt, quam quantitas terræ. *Afflict. deciſ. 67.* nam veriſimile eſt, quod ex pretio colligi poteſt. ib. ex quo arguitur, an aliquid veniat in venditione, vel non. *Crav. conſ. 310.* ¶ Quilibet intelligitur malæ fidei, qui contra legem mercatur. *l. 7. in fine. C. de agricolis. lib. 11.*

Cap. VII. Quæ requirantur.

Pretium cui reſtituatur, quando agitur contra emptorem ad rem per fiſcum alienatam, & quæ requirantur, quando fiſcus vendit rem debitoris, *vide Bart. in l. 3. C. de jur. fiſc. lib. 10. num. 9.* ¶ De ſolemnitate, quæ requiritur in venditione rerum fiſcalium, & quando procurator fiſci habeat jus vendendi, & quod non poſſit habere fidem de pretio, & quæ requirantur in tali alienatione, *vide Bart. in l. 1. C. de fide inſtru. & jure haſtæ fiſc. lib. 12.* ¶ Venditio inter abſentes requirit nuntium, vel epiſtolam. *l. fi. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Quando venditur res aliena, quid juris, *vide tot. tit. de reb. alien. non alien.* ¶ Pretii mentio requiritur pro eſſentia venditionis, tamen teſtes deponentes ſuper venditione, non reprobantur, licet non exprimant pretium, quia quotieſcunque quæſtio principalis non eſt de quantitate pretii, non curamus, an quantitas ſit expreſſa, nec ne. *Joſeph. Ludov. deciſ. 44. Peruſ. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 368. Petr. de Raven. ſingular. 976. Boer. conſil. 15. numer. 12.* ubi tenet contrarium. *Hippol. ſingul. 38.* ¶ Aſſerens ſe dominum ex cauſa emptionis, debet quatuor probare. *Boer. deciſ. 42. num. 29.* ¶ In alienatione fundi ob alimenta relicti, vel pro alimentis obligati, Prætoris auctoritas requiritur. *leg. 7. §. ſi uni. ff. de tranſact.* ¶ Contractus perfectio emptionis, & venditionis, conſiſtit in ſcriptura. *Fel. conſ. 50. num. 3.*

Cap. VIII. Quæ præſumantur, vel non.

Emptio præſumitur facta ex pecunia, quæ pervenit ad manus emptoris. *Capic. deciſ. 194. num. 15.* ¶ Re partim vendita, & partim donata, præſumitur fraus. *Boer. deciſ. 143.* ¶ Emens rem à fure, an præſumatur particeps fraudis, *vide gloſſ. l. 2. ff. de furt.* ¶ Emens per interpoſitam perſonam, præſumitur in fraudem emere, niſi palam, & bona fide faciat. *Bart. in l. 5. §. item ipſe. ff. de auctor. & conſen. tutor.* ¶ Quicquid continetur inter confines annotatos, præſumitur eſſe comprehenſum in emptione, quod non procedit, quando adeſſent bona alienata à venditore, aut à contrahente non poſſeſſa. *Borg. Caval. de 16. de contract. in addi. n. 20.* ¶ Mala fides in venditione intervenisse præſumitur, in qua non fuerunt ſervata ſervanda. *Ozaſ. deciſ. 180. n. 10.* ¶ Venditio, & alienatio facta de cameris, aut parte domus, quando præſumatur etiam facta de furno neceſſario, ſtabulo, aut horto contiguo, per quem habetur aditus, *vide Borg. Caval. deciſ. 5. de contract. part. 2.* ¶ Animal venditum, quando moritur intra triduum, præſumitur mori ex morbo præcedenti, & ægritudine generata apud venditorem, ideo venditur tenetur. *Borg. Caval. deciſ. 7. part. 2. num. 17.* ¶ In dubio venditor præſumitur habuiſſe fidem de pretio. *Rom. ſing. 310.* ¶ Fallit, quando quis vendit ſtatim receſſurus, puta in nundinis: *idem ſing. 311.* nam qui putat ſibi ſtatim ſolvi, non videtur habere fidem de pretio. *Bart. in l. 3. ff. de pign. act.* ¶ Poſſidens ſciente venditore præſumitur, quod ei ſit poſſeſſio tradita, & ſi titulus præcedat, ex eo præſumitur tradita. *Bart. in l. 2. C. de acq. & retin. poſſeſſ.* ¶ Sex modis quis præſumitur in fraudem alienare, *gl. 1. in §. in fraudem, inſt. quib. ex cauſis man. non lice.* ¶ Poſſeſſio rei annorum decem, non inducit præſumptionem emptionis. *Bart. in l. 4. C. commu. divid.*

Cap. IX. Quæ dicantur condita, vel non.

Promittens vendere certo pretio, an vendidiſſe dicatur, ita ut ad traditionem compelli poſſit, *vide Excel. P. Theſ. deciſ. 233.* ¶ Vendita domo ſimpliciter, aut fundo, quid cenſeatur ſimul venditum, *vide Boer. deciſ. 229.* ¶ Vendito fundo (niſi fuerit facta reſervatio) cenſetur vendita, non ſolum pars fructuum, quæ ſpectat ad Dominum, ſed etiam illa, quæ attinet ad colonum, *Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 83. part. 2. Marc. de Mant. ſing. 310. Borg. Caval. deciſ. 16. num. 14. de contract.* niſi emptor ſciverit rem eſſe alteri locatam. *Borg. ibid. vide Excel. P. Theſſ. deciſ. 55.* ſed penſiones ex re vendita provenientes, cujus ſint, *vid. eund. Exc. P. Theſſaur. dec. 56. n. fi.*

Vel non.

Arbore à venditore excepta, & deinceps eradicata, ſi poſtea radices ejus pullos fecerint, venditor in eis nullum jus habet. *gloſſ. l. 43. §. placet de actio. & obl.* ¶ Si res vendatur hoc pacto, quod niſi pretium fuerit ſolutũ, ſtatuta die, fiat inempta, tunc non eſt opus interpellatione, ut pretium ſolvatur, ſed ſtatim lapſa die, res efficitur inempta. *l. 22. circa finem. ff. de actio. & obl.*

Cap. X. Qui vendere, emere poſſit, & teneatur, vel non.

Si dominus ignorans rem ſuam emerit, recte dicitur res abeſſe, quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. *l. 14. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Cui jus eſt donandi, etiam jure ipſo vendere poteſt. *reg. 124. de reg. jur.* ¶ Qui poteſt invitis aliquibus alienare, multo magis ignorantibus, & abſentibus, poteſt. *reg. qui poteſt de reg.* ¶ Qui tenetur ſub pœna uni alienare, illo exiſtente in mora, poteſt alienare cui voluerit. *l. 121. §. cohæredes. ff. de verb. obl.* ¶ Debitor invito creditore vendere poteſt, ſalvo jure creditoris, & dominium tranſit cum ſua cauſa, & ſufficit, quod emptor ſatisfaciat creditori. *l. 12. C. de diſtrac. pig.* ¶ Adminiſtrator poteſt emere de bonis illius, cujus eſt adminiſtrator, ſi emat palam, & publice. *Bart. in auth. quibuſcunque C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Magiſtratum gerens, nec per ſe, nec perſonam interpoſitam, emere poteſt bona civium. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 459. num. 12. facit. l. 46. §. quod. ff. de jur. fiſci.* ¶ Cum quis poteſt alienare poterit, & conſentire alienationi, cui autem donare non conceditur, nec conſentire permittitur. *reg. 126.* ¶ Si quis vult emere rem, ut ſit tutus, debeat eam emere præcedentibus proclamatibus, & ſubhaſtationibus forma tradita, *per Boer. deciſ. 42. n. 32. vide Bart. in l. 4. C. de fide inſtrum. & jure haſt. fiſc. lib. 10.* nam venditio facta publice, vel per ſubhaſtationes præjudicat quoad poſſeſſionẽ, & proprietatem ei, qui ſe non oppoſuit. *DD. de Rot. deciſ. 2. de empt. & vend. in antiq.* quomodo hoc caſu debeat fieri alienatio, *vide Cra. conſ. 216 n. 21.* ¶ Tutor, quando poſſit emere rem pupilli, *vide Bart. l. 5. §. item ff. de auct. & conſen. tut.* ¶ Procurator factus, ad vendendum, quam habeat poteſtatẽ, *vide Bart. in l. à Divo Pio. ff. de re jud.* ¶ Liberum eſt unicuique rem ſuam vendere cui voluerit, non habita conſideratione inter conjunctos, vicinos, conſortes, vel extraneos, fallit tamen in multis caſibus, & maxime ratione pacti in contrarium appoſiti, ſed tunc quando quis conſtituatur in mora non emendi, ut alteri vendere liceat, *vide Hart. c. 2. tit. de emp. & vend. lib. 2.* ¶ Si imperator vendat alteri, vel aliter tradat rem alienam, ut propriam, non valet prætendens illam rem eſſe ſuam, ſeu in ea habere jus, contra detinentes actionem movere, ſed contra fiſcum intra quadriennium duntaxat, agere poteſt. *Abb. conſ. 3. n. 8. lib. 2. vide l. 2. C. de quadri. præſcript. §. fi. inſt. de uſucapio.*

Vel non.

Fidejuſſor non poteſt emere pignora debitoris à creditore vendente jure pignoris, & ſi emat ipſe debitor, habet jus offerendi, ipſi fidejuſſori, & emptori, rejecta emptione. *l. 1. Cod. de dolo malo.* ¶ Habens licentiam vendendi, non poteſt ſibi ipſi vendere. *Rot. Gen. deciſ. 4. num. 3.* ¶ Curator furioſi loco domini habetur, ideo rem furioſi alienare poteſt. *l. 58. §. qui tutelam. ff. de fur.* ¶ Procuraror, vel actor ſine ſpeciali mandato, non poteſt vendera rem in præjudicium domini. *l. 16. C. de procurat.* niſi tempore perituram. *leg. 63. ff. de procurat.* ¶ Neque pater invito filio, neque filius invito patre, (niſi ob æs alienum) poteſt alienare bona adventitia. *l. fin. §. ſed pater. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Nemini licet vendere ſal, ſine licentia publicanorum. *l. 11. C. de vectig. & commiſ.* ¶ Debitor non poteſt pignus emere creditore invito, & pretium in debiti ſolutionem convertitur, ratio quia rei ſuæ nulla eſt emptio. *l. 40. ff. de pign. actio.* ¶ Pater non poteſt alienare res donataa filiis emancipatis, nec obeſt filio minori conſenſus adhibitus in re, quæ ſine decreto alienari non poteſt. *l. fi. C. ſi adver. donat.* ¶ Evenit aliquando, ut, qui dominus rei eſt, alienare non poſſit & econtra, qui Dominus non eſt, poteſtatem habeat, *vide in tit. inſt. quib. alien. lice. vel non.* ¶ Miles, nec per ſe, nec per alium poteſt emere prædia, in ea civitate, ubi militat. *Menoch. ibid. num. 20.* niſi ſint paterna. *num. 21. l. 13. ff. de re milita.* ¶ Uxor non poteſt dotem alienare in præjudicium mariti, *l. 21. & ib. gl. C. de donat.* ¶ Proceres palatii, ſive conſiliarii, non poſſunt emere res ſubditorum. *l. ſin. Cod. de reſcin. venditio.*

Teneatur.

Vendere, quando quis rem propriam cogi poſſit, & quid tunc ſit obſervandum. *D. Gaſp. Theſſau. quæſt. For. lib. 1. Quæſt 64.* ¶ Vendere nulli, quam mihi promittens, an mihi tenetur vendere, *Boer. deciſ. 23.* ¶ Vendere aliquando quis cogitur ex cauſa. *leg. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris,* & in vendendo poteſt modus ſtatui. *Bartol. in l. 1. Cod. de epiſco. audien. vide infra titul. nec emere, nec vendere, &c. Bart. in l. 1. Codic. de communi. ſervo. manumit.* ¶ Si res prohibeatur alienari, non ſolum prohibetur domini translatio; ſed etiam pignoris obligat. *l. 7. de reb. alter. non alien.* ¶ Promittens tibi vendere, an ſi volens emere, teneatur, *vide Manunt. in ſuo Spec. diſtinct. 4. titul. an ſit, judic. civil. vel crimin. num. 55.* ¶ Prohibita alienatione extra familiam, prohibetur etiam donatio. *l. 4. Cod. de fideic.* tamen cum omnium prohibitorum conſenſu ſit venditio, ſi non ſupereſſet perſona, quæ poſſet revocare alienationem, prohibita alienatio convaleſcit, & firma remanet, etiam facta contra teſtatoris voluntatem. *l. 11. C. eod.*

Cap. XI. Quæ emi, vendi poſſint, vel non.

Onus præſtandorum redituum, alienationem proprietatis, non impedit. *l. 123. de leg. 1.* ¶ Hærede deliberante res hæreditariæ, quæ ſervando ſervari non poſſunt, alienantur cauſa cognita. *l. 5. ff. de jure delibe.* ¶ Res hæreditariæ poſſunt alienari, ex neceſſitate æris alieni. *l. 56 ff. de pet hæred.*

Vel non.

Res non poteſt emi eo pacto, ut non teneatur emptor ſolvere canonem, & hoc faciens amittit prædium, neque recuperat expenſas, vel meliorationes, minus juvatur longa præſcriptione; ſecus in longiſſima. *l. fi. C. de fund. rei privatæ. lib. 11.* ¶ Res immobiles Eccleſiæ, nullo titulo poſſunt alienari. *l. jubemus. l. 2. C. de ſacroſ. eccl.* ¶ Locus religioſus ſcienter vendi non poteſt: cohærens autem loco religioſo, utique. *l. 9. C. de relig. & ſumpt. fune.* ¶ Rem tuam te præſente obligare poſſum: non autem vendere. *l. 5. & ibid. gloſſ. C. ad Senatuſconſ. Vellejan.* ¶ Prædia tributaria, non poſſunt vendi ſine decreto. *auth. ſed Cod. ſine cenſ. vel reliq. fund. compar. non poſſ.* ¶ Alienationes ſunt apoſtatis ipſo jure interdictæ. *l. 4. C. de apoſtatis.* ¶ Qui rem ſibi legatam emit, debet eam habere, & pretium non ſolvere, quod ſi ſolverit, poteſt repetere, *l. 86. de leg. 1.* ¶ Qui conſenſit alienationi rei à teſtatore pure ſibi legatæ, poteſt adhuc petere pretium, licet hæres ſolvendo rem, liberare ſe poſſit. *l. 94. eo.* ¶ Domus non poteſt alienari cauſa deſtruendi. *l. fi. de damn. infect.*

Cap. XII. Quibus modis contrahatur.

Emptio contrahi poteſt in rebus dubium ac incertum eventum habentibus. *Ozaſ. deciſ. 95. num. 3.* ¶ Obligationes fiunt conſenſu in emptionibus & venditionibus: ideo in his, neque verborum, neque ſcripturæ ulla proprietas deſideratur, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt conſentire, & inter abſentes talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel nuntium, & alter alteri obligatur in eo, quod alterum alteri ex bono, & æquo præſtare oportet. *l. 2. ff. de act. & obl.* ¶ Emptio contrahitur, poſtquam de pretio conventum eſt, licet non fuerit ſolutum. *Boer. deciſ. 48.*

Quibus modis fieri poſſit, vel non.

Venditio bonorum minoris, an pro debito defuncti fieri poſſit ſine ſolemnitate. *Joan. Pet. Surdus. deciſio. 77.* ¶ Venditio debet fieri, pretio in pecunia numerata conſiſtente. *Rot. Genuenſ. deciſ. 9. num. 12.* ¶ Quando venditio videatur facta ad menſuram, *vide Nat. conſ. 569.* ¶ Venditio fundi ad menſuram, quæ reperitur minor, ſeu major, quando ſuppleatur, vel pretium refundatur, & quando dicatur facta venditio ad menſuram, vel non, *vide Capic. deciſ. 14.* ¶ Venditio fit ad menſuram, quando conſtituitur pretium pro numero menſuræ; ſecus in venditione prædii per mille, dicendo, quod eſt centum jugerum. *Cap. deciſ. 14. numer. 5.* ¶ Venditio poſſeſſionis, pro certo pretio, & magnitudinis expreſſione, an dicatur ad menſuram facta, *vide Jacob. Put. deciſ. 349. lib. 2.* ¶ Vendens fundum ad menſuram, conſequitur pretium æqualiter, & debet fieri menſura boni & mali ſoli. *Boer. deciſ. 46.* nam cum menſuratione pretii regulatur venditio. *Cabal. milleloq. 207.* ¶ In emptionibus, & venditionibus licet contrahentibus ſe invicem circumvenire. *l. 17. §. pen. ff. de mino. 25. an.* quod procedit jure fori, non autem jure poli, *vide infra, tit. de reſcin. vend.* ¶ Si curator bonorum venditionem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſolverit, quid juris, *vide l. 22. §. ſi curator. ff. mandati.*

Vel non.

Venditio ſi prohibetur pacto fieri ob utilitatem publicam, non poteſt auctoritate judicis fieri, ſecus ſi ob privatam. *Bart. in l. 2. C. de agric. lib. 11.* ¶ Si venditor in una re decipiatur per ignorantiam, & in alia decipit, debet horum fieri invicem compenſatio. *l. 43. ff. de act. emp.*

Cap. XIII. Quæ cedant lucro emptoris, vel non.

Terra vendita cum expreſſione corporis circumſcripti, licet ſit major quantitas, cedit lucro emptoris, ſine aucto pretio; ſecus ſi numerus eſt expreſſus, intra fines deſignatos. *Afflict. d. deciſ. 67. vide Cuev. conſ. 105. & conſ. 293.* ¶ Pecunia in muro domus venditæ recondita, non ſpectat ad emptorem, ſed remanet venditoris; ſecus in Theſauro. *Pet. Ger. ſing. 95. facit l. 67. ff. de rei vend.* ¶ Res empta per uxorem, erit ipſius uxoris, licet præſumatur empta de pecunia viri, ſed ipſa tenetur ad pretium viro, *vide Bar. in l. 3. C. de fide inſtr. & jure haſtæ fiſc. lib. 10.* ¶ Procurator fiſci vendendo rem fiſcalem, & tradendo emptori, fit ipſius emptoris, pretio ſoluto, & non ante,

ante, nec fides habita de pretio, excuſat. *l. 5. ff. de jure fiſci.* ¶ Fundus emptus ex pecunia dotali, non efficitur uxoris. *l. 12. C. de jure dot.* ¶ Fructus, qui ſemel in anno colliguntur ſpectant ad emptorem, qui vero ſingulis diebus percipiuntur, (ut in penſione domorum) dividuntur inter emptorem, & venditorem pro rata temporis. *Vinc. de Fran. deciſ. 79.* ¶ Fundi cautiones apud dominum, non apud auctorem eſſe debere, obſervatur apud Gallos, ut habetur *ex libris placiti curiæ tit. apud quem res vendita, &c. lib. 9. in deciſ. diverſ. fol. 133.* ¶ Res venditæ non deſinunt eſſe venditoris, niſi pretio ſoluto, vel fidejuſſore dato, aut alias ſatisfacto, uti habita ſit fides de pretio. *l. 5. ff. de tribu act.*

Cap. XIV. Quando reſtituendum pretium, vel non.

Procurator ad emendum poteſt repetere pretium, quod ſolvit, & ſi aliquid amplius bona fide impendit. *l. 12. §. ſimili. ff. mand.* ¶ Cum res vendita revocatur, pretium emptori non reſtituitur, niſi in utilitatem debitoris appareat eſſe converſum. *l. 7 ff. quæ in fraudem credito.* ¶ Debitori fiſci ſolventi reſtituitur res indebite alienata. *l. 3 C. de jure fiſci.* ¶ Pretium converſum in utilitatem domini, qui venditioni ſuæ rei factæ per geſtorem ſuum non conſenſit, reſtitui debet, per ipſum dominum emptori. *l. 19. C. de procurato.*

Cap. XV. Quæ tranſeant: transferantur, & ad quos in emptione.

Exceptiones, quæ competebant venditori, tranſeunt in emptorem, qui propterea illas poteſt opponere. *Corn. conſ. 148. vide Bart. in l. 11. §. Item. ff. de pet. hæred.* ¶ Privilegium immunitatis conceſſum venditori à Principe, etiam ad emptores devolvitur. *Dec. conſ. 48.* ¶ Stipulatio de damno infecto, tranſit ad emptorem ſine ceſſione. *Bart. in l. damnis §. emptor, num. 4. ff. dam. infect.* ¶ Vendens rem alienam præter voluntatem domini transfert dominium, ſi tempore traditionis domini voluntas adeſt. *l. 44. §. conſtat. ff. de uſucap.* ¶ Alienatio eſt omnis contractus, & actus, per quem dominium transfertur. *l. 1. C. de fun. dot.* ¶ Exceptio, quæ incipit competere venditori poſt contractum, tranſit ad emptorem. *l. 10. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.*

Vel non.

Ante rei traditionem aliquod jus reale non transfertur in emptorem: dominium enim ex ſola venditione ſine traditione, non transfertur. *leg. 15 Cod. de diſtract. pigno.* ideo rem non poteſt vendicare ſed ex empto, ut res tradatur, agere poteſt, pretio prius ſoluto. *leg. 8. & 11. Cod. de actio. empt.* quia venditor antequam tradat, dicitur pleno jure dominus. *Petr. de Raven. ſingular. 785.* & nuda traditio ſine juſta cauſa, non transfert dominium. *leg. 31. ff. de acquiren. rerum dom.* ¶ Promiſſio de vendendo non transfert dominium, etiam firmata juramento; ſed hæres gravatus de vendendo, compellitur. *Boer. deciſ. 48. num. 19.*

Cap. XVI. Actio, & cui contra quos competat.

Hæres, ſi ſit gravatus vendere Titio, Titius oblato pretio, agit rei vendicatione. *Bart. in l. 39. §. agi de legat. 3.* ¶ Creditor, qui emit rem obligatam, quam actionem habeat, *vide Bortol. in l. ſi pignori res: ff. famil. erciſc. num. 5.* ¶ Actor, in quem eſt facta alienatio cauſa mutandi judicium, exceptione repellitur, & primus cedens, agere compellitur. *l. 12. ff. de alie. mut. jud. cauſſa.* ¶ Vendita re vitioſa animata, vel inanimata, tres actiones emptori competunt, nempe redhibitoria, intra annum, quanto minoris, intra ſex menſes, in factum, intra duos, de quibus *vide per Azo. in ſumma tit. de ædil. act.* ¶ Contra ementum ab eo, qui rem emptam à minore habuerat, datur in integrum reſtitutio in ſubſidium ſed ipſe poſtea agit de evictione, contra auctorem, qui vendidit. *l. 14 §. interdum cum ſeq. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Qui rei tuæ venditionem impedit, tibi actione de dolo, vel actione in factum, tenetur. *l. 34. ff. de dolo. & malo.* ¶ Emens ab eo, qui habet poteſtatem vendendi à domino, habet actionem in rem. *l. 42. §. fi. ff. de rei vend.* ¶ Si quis emerit rem à non domino bona fide, & ejus virtute adeptus fuerit poſſeſſionem, ſi poſtea ab ea cadat, ei competit publiciana. *l. 8. §. fi. & tot. tit. ff. de publicia.* ¶ Si res vendenda traditur certo pretio, ut ſuperfluum lucretur venditor actione præſcriptis verbis agit. *l. 13 ff. de præſcrip. verb.*

Vel non.

Licet dicto edilitio caveatur, ne quis vendat animal morboſum, vel vitioſum, tamen ſi partes in venditione agant, ne pro eis venditor teneatur poſt perfectam venditionem, emptor non agit. *l. 32 ff. de pact.* ¶ Emptor ante traditam ſibi rem, furti actionem non habet, quod ſi emptor ipſe rem ſurripiat pretio non ſoluto, tenetur actione furti ſecus vero poſt pretium ſolutum. *l. 14. ff. de furt.* ¶ Quæ dicta ſunt animo commendandi rem, actionem de dolo non pariunt, niſi cauſa decipiendi emptorem dicta ſit. *d. l. 38. ff. de dolo, & malo.* ¶ Si res ex cauſa permutationis tradita, alteri vendatur, & recipiens non adimpleat conventa, contra emptorem nulla actio competit, ſed contra eum tantum qui receperit, ut impleat contractum, vel reſtituat. *l. 4. C. de rer. perm.* ¶ Emptor bonæ fidei habet actionem furti contra verum dominum, ſi ſurripuerit rem propriam, per alterum bona fide alienatam. *l. 20 §. ſi bona fide. ff. de furt.*

Cap. XVII. Quæ vendicari poſſint, vel non.

Facta alienatione ratione mutandi judicii, poſſeſſor poteſt conveniri rei vendicatione, quam poſſeſſio parit, & alienator poteſt conveniri ex edicto de alienatione judicii mutandi cauſa, ad intereſſe, per actionem in factum, quam parit dolus venditoris. *l. 1. C. de aliena jud. mut. cauſ. fact. vide ſupra lib. 1. tit. de alien. mutan. jud cauſ. fact.* ¶ Si in hæreticam perſonam alienentur prædia, in quibus ſint Eccleſiæ, vel oratoria, fidei prædia, illa à fiſco ſunt vendicanda. *l. 9. C. de hæretic.* ¶ Rem meam non nomine meo venditam, poſſum vendicare, vel ratam habere, quoad perdendum dominium ipſius, & quoad parandum actionem, neg. geſt, in ſubſidium, ſi res eſſet præſcripta, vel uſucapta. *l. 3. & 4. C. de rei vendic.*

Vel non.

Res empta cum pecunia mea, non eſt mea, & ideo à me vendicari non poteſt. *l. 6. C. de rei vend.* fallit in milite, cujus pecunia fuit res empta. *ibid. l. 8. vide infra. tit. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Licet non ſolvatur pretium, res vendita, & tradita, vendicari, vel condici non poteſt, ſed agitur ad pretium non ſolutum. *l. 10. C de rei vendic.* quod pater nomine unius filii, vel filiæ emit & ſibi tradidit, debet illi præcipue adjudicari, una cum parte ſua aliorum bonorum. *l. 18. C famil. erciſ.* ¶ Si res communis diſtrahatur communi nomine, pretium venit in actione mandati, vel neg. geſt. ſi vero proprio nomine, venit in petitione hæreditatis. *l. 20. C. fam. erſ.*

Cap. XVIII. Quis, & in quibus præferatur.

Tranſactio vera prævalet venditioni ex ea cauſa tranſactionis ſimulatæ. Ideo pretium ex ea fictum, peti non poteſt. *l. 21. C. de transact.* ¶ Emptor ſecundus, cui etiam per conſtitutum res fuit vendita, & tradita, præfertur priori emptori, cui non fuit tradita. *Borg. deciſ. 27. num. 48. part. 2.* ſed limita dictum, *ut ibidem.* ¶ Vendens rem duobus, ſi ſecundus præfertur, tenetur venditor primo emptori ad damna, & intereſſe. *ibid. numer. 49.* ¶ Primus emptor cum hypotheca ſpeciali,

ſpeciali, præfertur ſecundo, cui res fuit tradita. *Mago. deciſ. Luc. 21.* ¶ Pluribus volentibus emere præfertur ille, qui eſt creditor, & cognatus debitoris, item creditor tantum præfertur cognato, ſed inter plures creditores, quis præferatur, *vide l. 1. ff. de privil. cred.* ¶ Si debitor in fraudem creditorum vendat rem pignori captam, & incantatam, & demum poſt ſubhaſtationem alteri deliberatam, præfertur ille, cui res fuit in incantu deliberata, etiamſi emptor à debitore poſſideret, fallit quando jam eſſet inveſtitus, & laudatus à domino. *Guid. Pap. quæſt 81.* ¶ Prædium emptum ex pecunia creditoris, ſi ei fuit ſpecialiter obligatum, ipſe cæteris prioribus creditoribus antefertur, ſecus, ſi non fuit ſpecialiter hypothecatum. *l. 7. C. qui potiores.* ¶ Qui primo emit rem à non domino, præfertur ei, qui ſecundo emit ab eodem, poſtea facto domino. *l. 2. ff. de except. rei vend.* ¶ Emptorum quis præferatur, ſi unus emit à domino, alter à famulo, quid de pluribus emptoribus mercium, *vide Manm. in ſuo ſpec. diſtinct. 4. tit. an ſit judic. civil. vel criminal. num. 43. 65. & 66.* ¶ Si duobus res vendatur, ille eſt prior, cui eſt tradita, & in dubio præſumitur prius tradita, cui prius fuit vendita, quod procedit, ſi primus emptor pretium numeravit, aliter, ſi ſecundus probet prius pretium numeraſſe. *Rom. ſingular. 381.* ¶ Promittens vendere rem alteri, & jurans, ſi eam deinde alteri vendat, & tradat ſecundus emptor præfertur, & primus ſolum agere poteſt ad intereſſe, niſi appellaſſet à venditione futura, quia tunc pendente appellatione, ſi fieret ſecunda alienatio, non valeret, *vide Pet. Gerar. ſing. 98.* ¶ Pluribus ementibus ab eodem, potior eſt, cui traditio facta eſt, ſi à diverſis præfertur poſſeſſor. *l. 11. §. ſi duobus ff. de public. & ibid. Bart.* ¶ Fratres in re vendenda, præferuntur aliis ſi æquale pretium offerant. *Bart. conſ. 19.* ¶ Septem ſunt caſus, quibus res debet alienari magis uni, quam alteri, & ſic tunc unus præfertur alteri, ex cauſa, *vide Manm. in ſuo Spec. diſt. 8. num. 29.* ¶ In re duobus alienata, ille præfertur, cui prius fuit tradita, licet tempore eſſet poſterior. *Marc. q. 422. l. 1. & l. quoties. C. de re. vendica. l. 10. & 11. & ibid gloſſ ff. de public. Harm. c 6. titul de emptione. libr. 1.* ¶ Dicta lex quoties habet etiam locum, quando primus emptor, qui fuit adeptus poſſeſſionem non habebat inſtrumentum, ſed probavit emptionem teſtibus, nam tunc debet præferri poſteriori emptori, habenti publicum inſtrumentum. *Mag. deciſ. 135. Rot. Florent.* ¶ Limita primo concluſionem, quando primus emptor in contracto emptionis habet conſtitutum, nam virtute conſtituti debet præferri ſecundo emptori, cui realiter res fuit tradita. *Afflict. deciſ 139. n. 8. Capic. deciſ. 182. num 8. Boer. conſ. 37. Dec. conſil. 247. Marc. ſingul. 87. Jaſ. in d. l. quoties. vide tamen Bart. conſil. 74 vol. 1.* ¶ Quod procedit quando alienans, qui ſe conſtituit poſſidere, tempore contractus, poſſidebat. *Capic. d. deciſ. 182. num. 9. Guid. Pap. q. 111.* & contractus erat purus; ſecus ſi conditionalis. *Dec. conſ. 247.* etiam conſtitutum nihil operatur, in rebus emphyteuticis, vel feudalibus, ſi ſecundus emptor primo obtinuerit inveſtituram. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions Rub. 7. §. 1. gloſſ 3.* ¶ Secundo, limitatur concluſio, in donatione Principis. *And. Gail. obſ. 55. lib. 2. Dec. conſil. 659.* ¶ Tertio, in feudis, quia ſi datum eſt primo aliquid in feudum, & poſtea illud detur alteri; non obſtante, quod ultimus habuiſſet poſſeſſionem, admittitur primus, *Hippol. ſingul. 82.* ¶ Quarto limita, quando eſſet facta venditio perſonæ privilegiatæ ut eſt Eccleſiæ, vel perſona eccleſiaſtica. *ibid. num. 5. vide Bart. in l. 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Quinto, in beneficiis eccleſiaſtis. *Gail. obſ. 55.* ¶ Sexto limita, quando primus emptor rem ſignavit. *Idem Gail. obſervat. 55. lib. 2.* ¶ Septimo, limitatur dicta concluſio, in cauſa matrimoniali. *idem Gail. obſ. 55. Hipp ſing. 82.* ¶ Octavo limitatur, in ſecundo emptore habente ſcientiam primæ venditionis. *Gail. d. obſerv. 55. Crav. conſ. 77. numer. 18. Rol. conſil. 9. num. 27. volum. 1. Joan Ant. Trig. ſing. 15. vide Ang in §. item ſi quis in fraudem inſtitut. de actio.* & tunc traditio per revocatoriam, revocatur. *Jaſ. ibid. num. 116;* idem ſi eſſet res tradita ex cauſa donationis. *Jaſ. ibid.* ¶ Nono, non procedit concluſio in Eccleſia vendente duobus. quia hoc caſu præfertur ille, cui prius Eccleſia vendidit. *Pet. de Raven. ſing. 341. Hippol. d ſing 82.* ¶ Decimo, de aliis limitationibus, *vide per eundem Gail. d. obſerv. 55. lib. 2. Hippol. d. ſingul. 82.* ¶ Quando primus emptor non ſolvit pretium & primo non fuit inveſtitus, tunc ſecundus, qui ſolvit, & fuit inveſtitus, præferatur. *Guid. q. 112. vide l. 10. ff. de publica.*

Vel non.

Licet in rebus corporalibus ille præferatur, cui res prius fuit tradita; tamen ſecus eſt in incorporalibus, in quibus prior ſemper eſt potior. *Franc. Marc. q. 422.*

Cap. XIX. Venditio. Quando dicatur perfecta.

Venditio facta pro certo pretio cum pacto quod debeat æſtimari, & juxta æſtimationem pretium augeri, ac minui, dicitur pura, atque perfecta, & transfertur ex ea dominium. *Benint. deciſ. 19. num 4.* ¶ Emptio, & venditio, quando dicatur perfecta in rebus quæ in pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, *vide Manm. in ſuo Spec. diſt. 4. tit. an ſit jud. civil. vel crim. n. 52.* ¶ Licet non fuerint liquidati introitus baronales, ſi tamen eſt facta alienatio terræ, dicitur talis alienatio perfecta, & tranſlatum dominium, prædiorum introituum. *Vincent. de Franc. deciſ. 23.* ¶ Venditio conditionalis dicitur perfecta. *Afflict. deciſ. 280. num. 3.* tamen non tranſfert dominium. *Boer. deciſ. 351.* ¶ Emptio conſenſu perficitur: ideo in ea non eſt opus ſermone, & per conſequens ſurdus, in illa poteſt intervenire. *l. 47 ff. de act. & obl.* ¶ Venditio dicitur perfecta tribus modis, de quibus omnibus *Afflict. deciſ. 284. num. 4.* ¶ Emptio, & venditio, quando dicatur perfecta, & quomodo intelligatur, quod dicitur conſenſu perfici emptionem, & venditionem, *vide per Manm. in ſuo Spec. titul. an judica. ſit civil. vel crim. diſt. 4. num. 37. fol. 96. Pet. de Raven. ſing. 193.* ¶ Emptio eſt perfecta, quamvis pretium ignoretur à contrahentibus, dummodo in rei veritate certum ſit. *ibid. d. deciſion. 23.* ¶ Facta emptione pro juſto pretio, emptio perfecta eſt, & pro liquidatione pretii, Judex debet adhiberi. *ibid. num. 71. vide Pet. de Rav. ſing. 774. Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 143.* nam fundus poteſt vendi juxta æſtimationem duorum arbitrorum, *Dec. conſ. 648.*

Vel non.

Venditio facta ad menſuram dicitur conditionalis, & ante factam menſuram non dicitur perfecta, & tunc conſtitutum appoſitum, nihil operator, & emptor non poteſt ingredi poſſeſſionem ante menſuram. *Natt. conſ. 263. Bart. in l. 2. C. de pericu. & commo. rei vendi.* ¶ Venditio facta ad menſuram, etiam de rebus immobilibus non dicitur perfecta, niſi facta menſuratione. *Bartol. in conſil. 74.* ¶ Venditio ad rationem unius terreni pro quolibet palmo, antequam terra menſuretur, non eſt venditio perfecta niſi deventum ſit ad traditionem. *Marc. q. 451. Capic. deciſ. 14. num. 6. & 10.* ſed an ſufficiat conſtitutum. *ibid.*

Cap. XX. Qui ſint effectus.

Ille, cui facta fuit promiſſio de vendendo, vel retrovendendo, poteſt conſequi fructus rei, pro rata pretii ſoluti, etiamſi ex parte ſua non fuerit impletus contractus. *Natt. conſ. 384.* ¶ Quando venditur res alicui debita, ſi ille conſentiat venditioni, poteſt à vendente petere

petere pretium. *Natt. conſ. 384. num. fin.* ¶ Obviantes portantibus victualia in rempub. ſive in Civitatem, aut in ſuburbia, teneotur. *l. Julia de annona. Boer. deciſ. 296.* ¶ Verbum, dedit appoſitum in venditione, nihil operatur. *Bart. in l. 4. ff. de uſuris.* ¶ Scutifer, id eſt, famulus ſtabuli, poteſt petere pro capiſtro, ſeu fune aliquid, quando equus venditur, vel donatur. *Pet. de Rao. ſing. 668.* ¶ Res ex mandato meo empta, non efficitur mea, antequam, mihi tradita ſit. *l. 59. ff. de acq. rer. domin.* ¶ Si vendendo, vel tradendo quis dixerit ſe ſolum ſine ſuperficie tradere, nihil profuit, quo minus ſuperficies tranſeat: quia ipſa natura ſolo cohæret. *l. 43. §. placet. in fine. ff. de act. & obligat.* ¶ Aut res datur vendenda gratia venditoris, & ſuſceptor tenetur de dolo, & lata culpa; aut datur gratia ſuſceptoris, & tenetur etiam de leviſſima culpa, aut gratia utriuſque, & tunc de levi tantum tenetur, & ejus gratia dicitur contractus celebratus, qui rogavit; *l. 18. §. fi. Margaritas. ff. eo.* ¶ Acquirens ab aliquo, non videtur fateri illum eſſe dominum. *Afflict. deciſ. 14. num. 8.* ¶ Arrhæ non amittuntur per emptorem, ſi emptio facto & culpa alterius, non autem ipſius emptoris, non habuerit effectum. *Cruv. conſ. 233.* ¶ Qui vendit eandem rem duobus, cuilibet inſolidum diverſis contractibus, pœna falſi punitur. *l. 21. ff. ad leg Corn. de falſ.* ¶ Denunciatio facta à domino, ne quis emat conſtituit emptorem malæ fidei poſſeſſorem. *l. 17. Cod. de rei vendic.* ¶ Habens liberam adminiſtrationem, poteſt alienare rem domini, alias ſecus, & ſciens rei vitium, non habet juſtum poſſeſſionis initium, & non præſcribit. *l. 10. Cod. quod cum eo.* ¶ Venditoris mala fides, an noceat emptori, *vide gloſſ. in l. 3. Cod. de peric. & commod. rei vend.* ¶ Denunciatio ejus, qui non habet jus denunciandi, non conſtituit emptorem malæ fidei poſſeſſorem. *leg. 49. ff. de mino. 25 ann.* ¶ Jus ſuperveniens auctori meo prodeſt mihi, non tamen ut dominium mihi quæratur, *vide Bartol. in l. 73. ff. de rei vendic. & in l. 42. num. 9. ff. de uſucapio. & l. 47. ff. de actio. empt.* nam omnis defenſio venditoris tranſit ad emptorem. *l. 28 C. de evictio.* ¶ Venditor, qui vendit fundum plenum fructibus ſalvo jure coloni, ſi nullus colonus adſit (niſi ipſe venditor) nihil operatur talis reſervatio; ſecus ſi ſciviſſet emptor nullum colonum adeſſe, niſi venditorem. *Borg. Caval. deciſion. 16. numer. 15. part. 2. de contract.* ¶ Si ille, cui reſtitutio erat facienda, ipſam rem emerit, an ſibi præjudicet, *vide Bartol. in l. 122. §. duo fratres ff. de verb. obligat.* ¶ Pactum in donatione appoſitum, ne liceat donatario alienare, operatur quod aut pactum ſervetur, aut res donata condicatur ab eo. *l. 1. Cod. de condict. ob cauſ. dat.* ¶ Ex venditione procuratoris, dominus obligatur, & ſibi actio quæritur. *l. 14. §. ſi procurator. ff. de actie. empt. & vend.* ¶ Dolus venditoris non prodeſt emptori. *l. 38. ff eo.* ¶ Exceptio doli auctoris, non nocet emptori nolenti uti ejus acceſſione. *l. 4. de actoris ff. de dolo malo exceptio.* ¶ Per alienationem rei donatæ inter conjuges, revocatur donatio. *leg. 12. Codic. de don. int. vir. & uxer.* ¶ Quando ſcienter emerem, vel conducerem rem, quam evincere poteram, tunc videor donare, & renunciare juri mihi competenti *Marc. de Mantu. ſingular. 344.* ¶ Ratam habens bonorum ſuorum venditionem ſibi præjudicat. *Bartol. in l. unica. Cod ſi in communi eademque cauſa.* ¶ Patiens rem ſuam vendi, quando videatur conſentire venditioni. *Bart. in l. 5. C. ad Senatusc. Velle.* ¶ Vendens rem duobus, non incidit in crimen falſi, ſi primus emptor fuerit in mora ſolvendi pretium. *Gaſp. Cabal. milleloq. 124.* ¶ Donec ſolvatur pretium, poteſt res vendita loco pignoris retineri. *l. 22. ff. de hæred. & act. vend.* ¶ Prohibitio alienationis non impedit dominii translationem, licet contra faciens, ad intereſſe tenetur. *l. 135. §. ea lege. ff. de verb. oblig.* ¶ Fundus emptus communiter à duobus utroque in poſſeſſionem inducto, communis efficitur & penſiones ſolutæ ab eorum altero; una cum pretio, poſſunt peti; actione pro ſocio. *l. 2. Codic. pro ſocio.* ¶ Clauſula, vendit & tradidit omne jus ſuum, & omnem actionem, quid operetur, *Bart. l. per diverſas. C. mand. num. 21.* ¶ Veniens contra venditionem à ſe factam, vel ab alio ſuo mandato repellitur exceptione rei venditæ, & traditæ, idem in hærede, etiamſi veniat ex perſona propria. *l. 1. & tot. tit. ff. de except. rei vend.* ¶ Emens vel vendens hominem liberum ſcienter, committit plagium. *l. 37. C. de liber. cauſ.* ¶ Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili cauſa, impedit rei ſic prohibitæ, uſucapionem. *l. 2. C. de uſucapio. pro empt.* ¶ A colono facta venditio, non præjudicat domino. *l. 5. de acq. & retin. poſſeſſio.*

Cap. XXI. Quibus modis valeat, vel non.

Sacræ rei venditio valet inter ignorantes, licet non valeat ſtipulatio, & ratio diverſitatis eſt, quia in venditione non eſt neceſſe transferri dominium, in ſtipulatione autem ſic, & ſimilis eſt ratio, quare quis poſſit rem alienam vendere, ſed non obligare: quia in pignore debet jus conſtitui creditori, quod ſibi det hypothecariam actionem, in venditione ſola traditio, cum obligatione evictionis, *gl. in §. 2 inſtit. de inutilib ſtipul.* ¶ Ubi paciſcitur, quod ſi res, quæ venundatur, intra certum tempus diſpliciat, reddatur, valet conventio. *l. 6. ff. de reſcind. vend.* ¶ Dominium ſine inſtrumentis verificatur, probando titulum emptionis, cum pretii numeratione, & vacuæ poſſeſſionis traditione. *l. 12. C. de probatio.* nam venditio valet, etiam ſine ſcriptura, & amiſſo inſtrumento non vitiatur, ſi aliter probetur. *l. 10. C. de fide inſtrum.* ¶ Alienatio neceſſaria tenet, quæ alias non teneret. *l. 12. §. fi. & ib. gl. ff. fam. erciſ.* ¶ Venditio redituum ad certum tempus, vel etiam ad vitam alicujus, an valeat. *Dec. conſ. 123.* ¶ Valet venditio facta pro eo, quem emptor nominabit, & non facta nominatione, videtur emiſſe pro ſe, & hæredibus ſuis, ſed in nominatione, non poſſunt apponi novæ conditiones. *Decius conſ. 544. lib. 2.* & quando re ipſa videatur facta nominatio, *vide ibid.* ¶ Dominium ſuperveniens alienationem confirmat. *l. 72. & ibidem gloſſ. ff. de dam. infecto.* ¶ Ad hoc, ut venditio bonorum alicujus propter publicum debitum valeat, quæ requirantur, *vide l. 16. & ibid gloſſ. C. de reſcind. vend. & tot. tit. ſi propt. publicis penſit. vend. fue. celeb.* ¶ Alienatio rei legatæ, ſub conditione irritatur, conditione adveniente. *l. 104 ff de cond. & dem.* ¶ Si conjuges ſimul vendant cum vulgata clauſula, ſimul, & inſolidum, obligatio tenet inſolidum reſpectu viri ſed reſpectu uxoris non: quia totum pretium præſumitur perveniſſe ad virum, niſi contrarium probetur. *Cabal. milleloq. 326. vide ſupra lib. 1. titul. de præſumpt.* ¶ Juſta hæredis ignorantia, alienationem rei per fideicommiſſum relictæ, quæ ſubjacet reſtitutioni, confirmat. *l. fin. §. fin. de leg. 2.* ¶ Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. *reg. 180.* ¶ Venditori rei alienæ, ſi Dominus ipſius ſuccedat, confirmatur alienatio, & econtra, ſi dominus ſuccedat venditori rei ſuæ nam tunc in utroque caſu confirmatur venditio, nec ipſi hæredes potuerunt revocare. *Boer. deciſ. 23. num. 19. Pet. Beninten. deciſion. 48.* ¶ Idem, ſi vir vendat rem uxoris, aut econtra, ſi ei ſuccedat confirmatur alienatio, *ibid. numer. 18.* ¶ Simulatus non eſt contractus venditionis, licet præceſſerit contractus mutui, & ex intervallo fuerit appoſitum pactum de retrovendendo, quia in dubio contractus non præſumitur ſimulatus. *Paul. Aemil. deciſion. 163. part. tertia,*

vide infra. titul. de pact. inter empt. & vend. ¶ Quando recedatur à perſona ejus, qui debuit pretium declarare, & de validitate contractus emptionis, quando declarare, & de validitate contractus emptionis, quando declaratio pretii conſertum in alium. *Dec. conſ. 350. vol. 2.* ¶ Venditio fundi, quando eſt certus valet, licet fines omittantur à notario. *Bartol. in l. 97. §. vicos. de legat. 2.* ¶ Venditio etiam rei alienæ valet; tamen illa non præjudicat vero domino. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 3.* ¶ Contractus venditionis factus in ſcriptura privata, cum hoc, quod poſtea fiat inſtrumentum per publicum notarium, quando valeat ad hoc, ut interim donec fiat inſtrumentum publicum, non ſit locus pœnitentiæ, *vide Borg. deciſ. 27. part. 2. num. 38.* ubi tradit regulam cum limitationibus, *vide etiam Hieronym. Magon. deciſion. 95.* ¶ Contractus factus eo pacto, ut de ipſo conficiatur ſcriptura per notarium, an ſtatim valeat, *vide Decium conſ. 340* ¶ Contractus emptionis non dicitur ſimulatus, & ſi venditor eodem die conduxerit rem venditam, addito pacto, quod refectio pertineret ad ipſum venditorem, imo per hujuſmodi locationem, transfertur poſſeſſio in emprorem. *Abb. conſ. 49. lib. 1.* ¶ Alienationes factæ per fideicommiſſarium confirmantur, reſtitutione ſequuta. *l. filiam fratru. ff. ad Senatusconſ. Trebel.* ¶ Alienatio facta in fraudem legis ipſo jure eſt nulla, ſed facta in fraudem hominis tenet; per revocatoriam vero reſcinditur, & ipſa alienatio omnium bonorum, non valet ipſo jure. *l. ſi libert. ff. de jure patron.* ¶ Collata in voluntatem ementis, *an valeat, Jo. Pet. Surd. deciſ. 114.*

Vel non.

Venditio non conſiſtit, ſi pretium fuit repoſitum in arbitrio tertii, & ille non fuit arbitratus. *Abb. conſ. 80. lib. 2.* ¶ Conventiones inter negotiatores, & artifices, ne quis eorum minori pretio ab eis taxato res vendat, vel ne per unum inchoatum per alium perficiatur, ſunt à jure reprobatæ. *l. unica. Cod. de Monopol. & conventio. negot.* ¶ Contractus imaginarii, etiam in emptionibus juris vinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatur, non interveniente veritate. *l. 53. ff. de actio. & oblig.* ¶ Venditio non vitiatur, quamvis diſſenſus circa acceſſoria contractus interveniat. *l. 137. §. ſi hominem. ff. de verb. obligat.* ¶ Venditio præſumitur ſimulata, quando patitur emptor venditorem poſſidere, & quantum tempus requiratur, etiamſi in inſtrumento venditionis ſit appoſitum conſtitutum; fallit quando venditor reſpondet de fructibus, vel quando uſumfructum ſibi reſervavit. *Bart. in l. 8. §. ſupervacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolu. num. 5. & 6. vide Abb. conſ. 12. lib. 1. & conſ. 69. ib.* ¶ Emptio rei ſuæ non valet, tamen per talem emptionem vendens perdit poſſeſſionem. *l. 21. ff. de uſuca. facit reg. neque pignus.* ¶ Venditio nulla eſt, quando venditur una res pro alia, & in corpore diſſentitur, vel quando pro rebus venditis, ſupponuntur aliæ. *Natt. conſ. 175. Tom. 1.* ¶ Emptio rei ſuæ non ſubſiſtit, quod limita, ubicunque ab emptore avelli res poteſt. *Crav. conſ. 1. pro genero numer. 413. & 423.* ¶ Si procurator meus, vel tutor pupilli, rem ſuam quaſi meam alteri vendiderit, non receſſerit ab eo dominium, & nulla eſt alienatio, quia nèmo errans rem ſuam amittit. *l. 35. ff. eod.* ¶ Pactum de non alienando rem propriam, non valet. *l. pen. ff. de pact.* ¶ Accipiens rem eccleſiaſticam titul. non lucrativo, præter legis formam, eam reſtituit, & quod dedit perdit, habet tamen actionem contra venditorem. *auth. qui res. C de ſacroſan. Eccleſ.* ¶ Res hoſpitales non poſſunt alienari, niſi ex cauſa urgente. *L. orphanotrophos. C. de Epiſ. & cler.* ¶ Præſumitur emptio ſimulata, ſi eſt appoſitus titulus in perſona uxoris, & traditio eſt facta ipſi marito, ſecus ſi traditio, & titulus in perſona uxoris concurrunt: quia tunc ei acquiritur dominium. *l. 16. C. eod.* ¶ Emptio, & venditio facta inter virum, & uxorem, nullius eſt momenti. *l. 5. §. circa venditionem. ff. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Venditio à principio nulla non convalidatur ex eo quod venditor nunquã contradixerit, vel quod conſenſus filiorũ, aut agnatorum, intervenerit. *Ozaſ. deciſ. 280. n. 4.* ¶ Contractꝰ venditionis ſtante priore juramento de non alienando, an, & quando ſit nullus, *vide Afflict. deciſ. 331. Guid. Pap. q. 369.* ¶ Quid juris, quando fuit conventum in venditione, ut dominium non transferatur in emptorem, niſi pretio ſoluto, *vide per Afflict. deciſ. 338.* ¶ Re per metum vendita, quid juris, *vide Bart. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.*

Cap. XXII. Quando permiſſa.

Annorum introituum emptio permiſſa. *Vinc. de Fran. deciſ. 254. n. 21. par. 2. vide ſupra. tit. de cenſibus, & ann. præſtatio.* ¶ Quando emptio redituum ſit licita, & quando non atque uſuraria, *vide Joan. Pap. lib. 12. tit. 7. arreſt. 8.* venditio redituum ad certum tempus, vel etiam ad vitam alicujus an valeat. *vide Dec. conſ. 123.*

Cap. XXIII. Quando revocari; reſcindi poſſit, vel non.

Patre, aut matre vendente rem filii, non poteſt filius ei ſuccedens revocare: Idem in avo. *Boer. deciſ. 23. n. 13. Pet. Benincen. deciſ. 48. n. 19. 20. & 21.* ¶ Qui vocatur ad fideicommiſſum prædio alienato, non revocat ab eo, qui emit à creditore teſtatoris. *l. 80. § fin. de legat. 2.* ¶ Si minoris res alicui eſt vendita à fiſco jure creditoris minus ſolenniter, & juſto pretio, etiam poſt quinquennium retractatur, debitore ſatisfaciente fiſco. *leg. 3. C. ſi advers. fiſ. reſt. poſtul.* ¶ Venditio, in qua falſa pretii cauſa intervenit, quæ cauſam contraxit qui dedit, debet reſcindi. *Marc. quæſt. 451. part. 2.* ¶ Venditio facta per impreſſionem officiali, reſcinditur nec ei pretium reſtituitur. *l. pen. C. de his quæ vi metus.* ¶ Eo ipſo, quod probatur pretii perceptio ex certa ſcientia, probatur venditio. *l. 12. ff. de evictio.*

Cap. XXIV. Emptor; venditor: quando ſit bonæ, vel malæ fidei.

Emptor conſtituitur in bona fide, ſi venditor rem venditam aſſerat liberam, & francam, *Guid. Pap. q. 24.* ¶ Emens rem ab aliquo tanquam negotiorum geſtore, vel conjuncta perſona nomine ſuo, & fratrum, pro quibus de rato, &c. non ſequuta ratihabitione, dicitur malæ fidei poſſeſſor; ita quod teneatur ad fructus à die occupationis. *Beninten. deciſ. 38.* ¶ Bonæ fidei poſſeſſor eſt, & dominium habet, qui auctore judice comparavit, *l. 14. § ſed & ſi res legata. ff. de relig. & ſumptibus fune.* ¶ Qui emit ab eo, qui ſcit conſumpturum pretium bonæ fidei eſt, niſi ſciat eum conſumpturum in aliquem malum uſum. *l. 8. ff. pro emptio.*

Cap. XXV. Quæ facere poſſit, vel non.

Emptor licet vigore pacti de retrovendendo rem emptam reſtituere teneatur, quia tamen interim eſt dominus, poterit in alium ſecundum emptorem res emptas transferre. *Ozaſ. deciſ. 65.* ¶ Emens rem prohibitam alienari, quando recuperet pretium, vel illud perdat, *vide Bart. in authen. de non alienan. aut permut. reb. eccleſ.* ¶ Emptor quando poſſit uti exceptione ex perſona venditoris, ſi habeat regreſſum contra eum, & venditor ſi offerat ſe defenſioni, an ex hoc paretur exceptio emptori, *vide Bart. in. l. 27. §. Item ſi res. ff. de peti. hæred. & in l. 6. § ſi quis ff. de aq. plu. arce.* ¶ Ad curiam Chriſtianorum, non ſpectat ſtatuere pretia rebus Judæorum. *l. 8. C. de judæis.* ¶ Venditor agri, in quo plura inveniuntur, quam venditor expreſſit, an emptor illa habeat, & econtra, an venditor teneatur ſupplere, *vide Boer. deciſion. 50.* ¶ Fundi venditor etiamſi mandaverit, ut

ut emptor in vacuam poſſeſſionem induceretur, priuſquam id fieret, non recte emptor per ſe in poſſeſſionem venit. *l.33.ff.de acquir.poſſeſ.* ¶ Diſtracta, ut precario penes emptorem eſſent, donec pretium ſolveretur, ſi per emptorem ſteterit quo minus perſolveretur, venditor conſequi poteſt. *l. 20. ff. de precario.* ¶ Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vendita, donec finiatur tempus habitationis conceſſæ, an illos, qui gratis inhabitant, expellere poſſit, *vide Lud. Roma. ſing. 28.* ¶ Emens à fiſco rem debitoris vendentia, ut ſuam, quando poſſit conveniri, *vide Bart. in l. 2. C. de debitorib. Civ.* ¶ Vendens rem alicui à ſe poſſeſſæ, poteſt etiam pro luitione rei cedere omnem actionem perſonalem, ſibi competentem. *Bart. in l. per diverſas. C. mandat. num 21.* ¶ Emptorum, ſi unus offert pretium, & inſtat partem rei emptæ in communi, ſibi tradi, non auditur. *Marin. in ſuo Spec. diſt. 4. jud. tit. an ſit jud. civil. vel crim. num. 69.*

Cap. XXVI. Ad quæ teneatur.

Venditor frumenti conſtituitur in dolo per non expreſſionem futuræ ordinationis, quam ſciebat eſſe faciendam, de frumento vilius vendendo. *Afflict. deciſ. 399. num. 9.* nam emptor poteſt agere ad intereſſe contra venditorem, qui conſulto rem hodie vendidit ſciens, eam cras minus valituram. *Roma. ſing. 286. vide Bart. in l. 27. ff. de legibus.* ¶ Vendens communem rem cum alio tanquam communem, tenetur ſocio reſtituere partem pretii, actione nego. geſt. *l. 19. Cod. de nego. geſt.* ¶ An mareſcallus equorum pollicendo ſanare equum, & cætera alia verba proferendo, ex quibus quis reddatur audatior ad emendum, faciat litem ſuam, ut teneatur ad damna, & intereſſe, & quid in omni alio artifice, *vide Marc. quæſt 522.* ¶ Qui emit rem furtivam, tenetur eam reſtituere, nec poteſt eam pro pretio retinere. *l. 2. de furtis.* ¶ Emptor, & poſſeſſor rei furtivæ auctorem ſuum de urbanitate tenetur in judicio nominare, ſi vult evitare ſuſpitionem, quæ à bono viro debet eſſe remota. *l. 5. C. eod.* ¶ Emptor incidit de jure communi in pœnam. *l. ſi quis major. C. de tranſact.* non ſolvens integrum pretium (intra tempus conventum) promiſſum cum juramento. *Dec. conſil. 452.* ſed in patria Pedemontana, non ſervatur rigor d. legis, ut ſtatutum eſt per antiq. conſtitut. Sabaud. *lib 5. fol. 125.* ¶ Emens ab hærede vendente pro ſatisfaciendo hæreditariis creditoribus, à quibus, & quando poſſit moleſtari, *vide Bartol. in l. fin. Cod. de jure deliber. §. etſi præfatam.* ¶ Venditor non liberatur, niſi tradat poſſeſſionem omnino vacuam. *Bartol. in l. 12. Cod. de probatio. numer. 9.* & Venditor petens pretium patitur compenſationem, etiam pro eo, quod fuit ſolutum, reſpectu prædii empti. *l. 7 & 10. C. de compenſa.* ¶ Emptor ex die traditionis poſſeſſionis, tenetur venditori ad uſuras pretii non numerati. *l. 2. Cod. de uſu.* ¶ Si res reperiatur vitioſa, vel in limine contractus emineat evictionis periculum, an emptor teneatur ſolvere pretium, *vide gloſſ. in §. final. inſtitutio. de ſuſpec. tuto.* ¶ Moleſtia denunciata, venditor debet defendere emptorem, coram judice ipſius emptoris. *l. 49. ff. de judic. vide infra, titul. de denunciatio, moleſtia.* ¶ Emptor fundi non tenetur abſq; pacto, ſtare colono. *leg. 9. Codic. locati.* ¶ Ad quid teneatur, ille qui ſciens commodavit falſa pondera, ut venditor emptori merces appenderet, *vide l. 19. §. de eod. ff. de dolo malo.* ¶ Si minor rem venditam emptori tradiderit, ſtatim emptor moram committit, & tenetur ad uſuras, modo minori pretium non numeraverit. *l. 3. C. in quib. cauſis inſt.* ¶ Quando in limine contractus imminet periculum evictionis, tenetur venditor ſatisdare pro evictione. *l. pen. §. fi. ff. eod.* ¶ Si mandavero, quod emas rem, quam habes communem cum alio certo pretio aliorum partibus emptis, tuam pro reſiduo pretio dare teneris; ſed ſi pretium determinatum non fuerit tua pars boni viri arbitrio æſtimabitur. *l. 35. & 36. ff. mand.* ¶ Venditor circa rem venditam tenetur de dolo, & culpa, & ideo quando ante venditionem culpatur, poſt venditionem punitur. *l. pen. ff. de act. emp.* ¶ Poſſeſſor, qui de neceſſitate vendidit, tenetur ſolum ad pretium, quod recepit. *l. 15. §. 1. ff. de rei vendic.* ¶ Emens rem propriam, non tenetur ad ſolutionem pretii, imo habet actionem ad ſolutum. *Pet. Beninten. deciſ. 5.* ¶ Vendens ad proclamata, an integrum pretium ſolvere teneatur, & cogatur creditoribus poſterioribus. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 60.* ¶ Emptor, an teneatur præciſe ſtare colono, ſtante pacto non expellendi conductorem, vel ſcientia ipſiꝰ emptoris. *Jo. Pet. Surd dec. 264.* ¶ Quando debeat eſſe ſolicitus, quod pretium convertatur in emptionem prædiorum. *Joan. Petr. Surdus deciſion. 156.*

Cap. XXVII. Quæ, & cui acquirantur, vel non.

Viro, & uxore ſimul ementibus, utrique pro virili acquiritur, præſertim ambobus in poſſeſſionem miſſis; tamen hæres mariti habet actionem ad pretium contra hæredem uxoris. *Ozaſch. deciſ. 140.* ¶ Pecunia poſt emptionem ſoluta declarat, cui res empta acquiratur. *l. 43. §. fin ff. de acq. rer. domin.* ¶ Quicquid acquirit uxor conſtante matrimonio, de bonis mariti præſumitur acquiſitum. *l. 6. C. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Si duo rem aliquã emerint, & uni eorum tanquam procuratori alterius tradita ſit, ambobus acquiritur *l. 20. §. fi ff. de acq. rer. dom.* ¶ Agmentum gabellæ, emptoribꝰ gabellarum acquiritur. *Dec. conſ. 4.* ¶ Si conſtante matrimonio, vel poſt mulier aliquid acquirat, quid juris. *Boer. deciſ. 81.* ¶ Dominium rei emptæ non quæritur per traditionem, niſi pretio ſoluto, vel de eo habita fide, & qualiter intelligatur habita fides, & an poſſit haberi per traditionem, *Bart in l. 12. C de rei vendic.*

Cap. XXVIII. Menſura. Quando fieri poſſit.

Cujus expenſis debeat fieri menſura prædii alienati, an partibus præſentibus, an menſuranda ſint foſſata, ripa prædii, ſepes, vel muri, quibus clauditur, *vide per D. Sol. in ſuis comment. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ, tit. de cenſuum ſolutione fol. 49.* ¶ Menſura prædiorum ſecundum conſuetudinem loci, ubi ſunt ſita, an fieri debeat, aut potius ſecundum conſuetudinem loci contractus, *vide Ozaſ. deciſ. 112. & ſupra titul. de menſuris lib. 1. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. titul. de cenſuum ſolutione f. 49.* ¶ Ripa, & loca, quæ cedunt ripæ, agro vendito, non veniunt menſuranda, niſi dicatur. *Bart. in tr. de fluminibus in verbo agro. num. 4.* quæ veniant in menſura fundi. *vide l. 7. §. quod venditor ff. de pericul. & commod. rei vend.* ¶ Concavitas ſulcorum, quæ eſt annalis ratione culturæ, vel aquæ derivandæ, non menſuratur. *Bart. ibid. num. 9.*

Cap. XXIX. Quis recedere poſſit ab emptione, venditione.

Quando liceat ab emptione recedere, *vide infra tit. prox.* & quando quis cogatur rem ſuam vendere, *infra tit. nec emere, &c.*

TITULUS CCCXCII.

Quando liceat ab emptione recedere.

Cap. I. Quando emptio: venditio reſolvatur: ab ea recedatur, vel non.

EMptor incidit de jure communi in pœnam. *l. ſi quis major. C. tranſact.* ſi integrum pretium non ſolverit intra tempus conventum, & promiſſum, cum

cum juramento. *Dec. conſilio. 453.* ſed d. lex in hac patria per decretum antiq. Sabaudiæ. *fol. 125.* modificatur. ¶ Si vendo tibi aliquid cum pacto appoſito, ut tenearis facere, quod alter mihi venderet prædium, ſi hoc non feceris, reſolvitur contractus venditionis tibi factæ. *Curvet. conſ. 299.* ¶ Emptio non reſolvitur nuda voluntate poſt traditionem interpoſitam, niſi actus retroſimilis interveniat. *Ozaſ. decif. 35. n. 5. l. ab emptore. ff. de pact.* alias ab emptione re integra, nudo pacto poteſt recedi, & ſuper ea, ex nudo pacto datur actio, ſi fiat in ſubſtantialibus contractus. *l. jurisgentium. §. adeo. ff. de. pact. l. emptor ff. eod.* tamen ſi emptio fuit ſtipulatione vallata, ab ea nudo conſenſu non receditur, & pacta ultima ſunt ſervanda. *l. emptor. ff. de pact.* ¶ Si venditæ ſint ædes liberæ, & debeant ſervitutem, poteſt emptor, qui non erat empturus, agere ex empto, ad reſolutionem contractus, niſi ſervitus redimatur. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 345.* nam quando pro parte receditor à contractu emptionis, ſine culpa emptoris, eſt in ejus facultate à toto contractu recedere. *l. 49. §. 1. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Ante confectum inſtrumentum emptionis interim eſt locus pœnitentiæ, quando actum eſt expreſſi inter partes, quod contractus celebretur, in ſcriptis, & quod ante celebrationem, nihil valeat, alias ſecus. *Mago. decif. 95. Luc. vide ſupra titul. prox. & tit. de contract. in genere.* ¶ Vendere promittenti, ſi pars pretii ſolvatur, ille, qui ſolvit, poteſt pœnitere, & non emere, & pretium ſolutum repetere. *Boer. decif. 48. num. 11.* ¶ Vendere offerens, poſt alterius acceptationem, an poſſit pœnitere, *vide Boer. decif. 48. num. 23. Marant in ſuo Spec. diſtinct. 4. tit. an ſit judic. civil. vel crim. num. 56.* ¶ An quando, & qualiter à contractibus, qui nudo conſenſu contrahuntur, recedatur, & quando non, & quid tunc requiratur. *Bartol. in l. 59. ff. de pact.* ¶ Si inter emptorem, & venditorem convenerit, priuſquam aliquid ex altera parte ſolveretur, ut ab emptione diſcedatur, contractus reſolvitur, & fidejuſſor liberatur. *l. 95. §. fin. ff de ſolut. & liberat.*

Vel non.

In contractu venditionis rerum conſiſtentium in numero, vel pondere, aut menſura, quæ certa die debent conſignari emptori, & non conſignantur non licet emptori diſcedere ab ipſo contractu, & obligatione, ſi venditor poſt moram per ipſum commiſſam, poſtea conſignaverit res venditas, tenetur tamen ipſe venditor eo in caſu, ad intereſſe paſſum per emptorem, ex eo quod non tradidit rem, tempore convento. *Afflict. decif. 280.*

Cap. II. Quando tollatur, vel non.

Contractus, qui conſenſu contrahitur, contrario conſenſu (re integra) diſſolvitur. *§. fin. inſt. quib. mod. toll. obl.* ¶ Contractus emptionis, & venditionis unius voluntate, non tollitur, ſed requiritur conſenſus utriuſque. *Bartol. in l. 10. ff. de neg. geſt.*

Cap. III. Quando ſit locus pœnitentiæ.

In contractibus bonæ fidei, ut eſt contractus emptionis, non eſt locus pœnitentiæ parte altera invita, ſed reg. limitatur ſeptem in caſibus, de quibus *vide per Afflict. d. decif. 280. num. 6. & 10. vide etiam ſupra titul. proxim.* de pœnitentia tamen venditionis factæ, ſi in craſtinum differatur rogatio inſtrumenti, an interim ſit locus pœnitentiæ, *vide Boer. dec. 48. num. 17.*

Cap. IV. Quando ſit imperfecta, vel non.

Quando creditor venditor ſperat ſe ſtatim pretium recepturum, & non recipit, res remanet inempta, & competit ipſi venditori vendicatio ad eam. *Gom. Leo. dec. 61 in decif. diverſ. Tom. 2.* ¶ Idem, quando debitor emptor præconcepit fugam, & pretium non ſolvit, nam quando conſtat de dolo, & præmeditatione fugæ, non cenſetur habita fides de pretio. *ibid. d. decif. 61.* ¶ Venditio ad menſuram, ante menſurationem eſt imperfecta, quod intellige, quoad periculum. *vide ibid. & ſupra tit. prox.* ¶ Contractus venditionis, quando dicatur imperfectus, *Boer. decif. 183. num. 8. & ſupra tit. prox.*

Vel non.

Venditor facta executione contractus per traditionem rei, habita fide de pretio, non habet amplius regreſſum ad rem, ſed agere debet ad pretium. *Hier. Mag. dec. Luc. 17.* ¶ Arrha facit rem deſinere eſſe integram, & an ſi partem pœniteat, ultra duplicationem arrharum, poſſit agi ad intereſſe, *vide Maran. in ſuo Spect. diſt. 4. tit. an ſit jud. civil. vel crim. num. 49.*

Cap. V. Quando ſit nulla.

Venditio facta, ſi Dominus laudare voluerit, eo recuſante, nulla redditur, & venditor remanet dominus & non poteſt agere ad pretium, ſed ad rem ipſam, reali actione debet agere. *Rot. Aven. dec. 28. in dec. diverſ.* ¶ Ubi ſit contractus venditionis rei emphyteuticæ, impetrata prius licentia à directo Domino, talis contractus dicitur conditionalis, adeo, quod non purificata conditione perinde erit, ac ſi contractus factus non eſſet, & interim redditur nullus, *Rol. conſ. 63. vol. 4.* ¶ Mandavi alicui de vendendo rem meam, deinde receſſi & cum eſſem domi me pœnituit, & volo revocare, ne vendat, quare mitto nuntium procuratori, ut nuntiet, ne vendat, ante notitiam poſt tamen pœnitentiam, procurator rem alienavit, quæritur; an valeat hæc alienatio. Bart. ſcribit non valere. *in l. 1. in repet. ff. de offic. proconſul.* nam mandatum de vendendo, non eſt vendere, & poteſt revocari. *Boer. decif. 48. num. 11.* ¶ Promittens vendere certo pretio, an vendidiſſe dicatur, ita ut ad tradendum compelli poſſit, *vide Excell. P. Theſſ. dec. 233.*

TITULUS CCCXCIII.

Nec emere, nec vendere quis cogatur, & quando regula limitetur.

Cap. I. Qui poſſit, & teneatur vendere, emere, vel non.

Quando ex aliqua conſtructione affertur majus commodum conſtrui facienti, & reip. quam ſit incommoditas vicinorum, tunc vicini coguntur vendere, & hoc de conſuetudine Delphinali, *vide Guid. Pap. q. 91. Franc. Marc. q. 40. num. 4.* ¶ Hæres gravatus vendere per teſtatorem, ad hoc cogitur. *Boer. decif. 48. num. 2.* ¶ Vicinus, an vicino teneatur vendere, ſeu dare aditum vel viam ad fundum vicini, *vide ibid. & infra titul. de itin pub. & pri.* ¶ Quando teſtator reliquit Epiſcopo civitatis certum frumentum annuatim, cum hac conditione, ne tempore belli, vel penuriæ extraheretur à dicta Civitate, tunc Epiſcopus tenetur frumentum iſtud in ipſa Civitate vendere, & quidem illo pretio, quod erit eo tempore penuriæ, in ipſa Civitate. *Menoch. conſil. 137. lib. 2.* ¶ Corruptas merces emere quis compellitur ratione publicæ utilitatis. *Pet. Gerar ſingul. 79.* ideo fiſcus poteſt imponere neceſſitatem ſubditis emendi frumentum corruptum. *Ant. Corſet. in ſuis ſing. lit. F. ſing. fiſcus.* ¶ Princeps poteſt vendere rem, quam communem habet cum privato, reddito (partis non ſuæ) pretio. *Hippol. ſing. 341.* ¶ Pretium victualium illud eſſe debet, quo victualia ipſa venduntur in publico foro. *Idem D. Sol. gloſſ. ſuper 3. part. dicti decreti. fol. 47.* ¶ Pro ædificandis ſcholis, quis cogitur vendere. *Franc. Mareb. q. 334. num. 5.* ¶ Socius ad ſocii æmulationem alteri partem ſui caſtri vendere non poteſt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 156. num. 7.* ¶ Pauper nobilis habens palatium ruinam minans, quod propter paupertatem

reficere non poſſet, ad illud vendendum cogi poteſt. *Ludov. Roma. ſingul. 784. Hippol. ſing. 470.* ¶ Jure communi ille, qui habet minorem partem. *Guid. Papa. ſingul. 557.* ¶ Ratione conſanguinitatis, & conjunctionis, jus commune vult, quod magis vendatur juſto pretio propinqois, quam extraneis. *Gaſp. Cabal. milleloq. 579.* ¶ Ruſticus poteſt compelli ad portandum victualia ad Civitatem, ad vendendum, *Pet. de Raven. ſing. 607. Capel. Thol. q. 447.* ¶ Cogi poteſt vicinus ab Eccleſia ad vendendum ſervitutem altius non tollendi etiam via publica intermedia. *Vincen. de Franc. dec. 323.* ¶ Idem ad extruendam, & ampliandam Eccleſiam ſibi. *Guid. decis. 75. Franc. Marc. q. 534.* ¶ Quibus caſibus aliquis cogi poſſit vendere rem propriam, *vide Mynſing. obſerv. 27. cent. 5. Gaſp. Cabal. milleloq. 107. Joan. Pap. lib. 6. tit. 10. arreſt. 2. Bartol. in l. 1. C. de commun. ſerv. manu. & in l. 9. ff. de actio. rer. amot.* ¶ Tempore caritatis cogi poſſunt cives ad vendendum granum, etiam viliori pretio. *D. Sol. decr. caſus tit. de cenſibus, ſolut. parc. 2. num. 2. Menoch. conſil. 137. lib. 2. Capel. Thol. quaſtio. 447. Bartol. in l. 7. de extraordin. cogni.* imo cogi poſſunt ad deferendum grana in forum, & ſtatui, ne quis præter duo ſextaria emat. *Idem D. Sol. ibid. numer. 6.*

Vel non.

Licet regulariter quis non compellatur vendere rem propriam: tamen fallit, quando utilitas publica hoc requirit, ſed tunc Princeps, vel Reſpu. auferens rem tenetur ad pretium. *Natt. conſ. 554. Rol. conſ. 71. vol. 3.* vel religio. *Boer. decis. 322. Gomez. Leo. dec. 97. in decis. diverſ.* quia vendere rem ſuam quis cogitur pro utilitate Reipublicæ, & ſtatutum poteſt facere, quod quis convicino habenti magnam poſſeſſionem, vendat rem ſuam. *Bartol. in l. 2. C. de debitoribus civitat.* nam conſuetudine, vel ſtatuto quis cogi poteſt ad vendendum. *Bartol. in l. 14. §. ſi conſtat ff. commu. præd.*

Teneatur, vel non.

Tutor poteſt cogi ad emendum. *Bartol. in l. 8. §. ſi poſt ff. de adminiſt. & pericul. tuto. & cura.* Emere bona publicata, ditiores loci regulariter non compellantur. *Natt. conſil. 500.* ¶ Tribus concurrentibus compellitur, quis emere reditus fiſcales nempe, ſi per tempus præteritum emerat, & maximos fructus perceperat, & pro futuro, non reperiatur emptor. *l. §. final. ff. de public. & vectig.* ¶ Reſpublica ſi habet granum ad vendendum omnes tenentur emere, omnes coguntur vendere pro modo patrimonii. *Bartol. in l. unica. C. ut nemini liceat in emptione ſpecierum. lib. 10. vide Franc. Marc. q. 541.*

Cap. II. Quando quis præferatur.

Septem ſunt caſus, quibus unus præfertur alteri in emptione alicujus rei ex cauſa, de quibus vide per *Maran. in ſuo Spec. diſput. 8.* ¶ Colonus partiarius tenetur præferre dominum volentem emere alteri extraneo, & vendere domino potius, quam alteri poteſt cogi. *Pet. de Raven. ſing. 104.* ¶ Pannorum pretium taxari poteſt, & animadverti, ne vendatur quid pro quo. *Sol. infra.* ¶ Victualium æſtimatio ad quem pertineat, & quis eam facere poſſit, *vide D. Sol. in ſuis comment. gloſſ. ſuper 2. part. decreti, caſus titu. de cenſuum ſolutio. fol. 46.* quod civitas illam facere poſſit, *ſcribit Bartol. in l. 3. ff. ad leg. Jul. de ann.* idem in ſuperiore. *Capel. Thol. qu. 447. in addit. Franc. Marc. quaſt. 539.* ¶ Denegans reſtituere rem meam, quam habebam venalem, liberatur rem dando, vel verum pretium. *Bartol. in l. ff. de actio rer. amot.*

TITULUS CCCXCIV.

Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata.

Quando res debet aſſignari in cataſtro ſub pœna amiſſionis ipſius rei, ſi res non aſſignetur, quis ipſo jure ea privatur, *Bartol. in l. 18. §. ſed an ff. famil. erciſc.* ¶ Tempus ceſſationis ſolutionis penſitationum, quod ſit, ut bona ipſius ceſſantis ſolvere, ſubhaſtari poſſint, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 55.* ¶ Fiſcus, quo ordine capiat bona ceſſantium ſolvere penſitationes, *vide ibid.* ¶ Fundus ob tributa non ſoluta venditus, ſi in venditione non fuerint ſervata ſervanda vendicatur, niſi 30. ann. ſit præſcriptus, nec pretium ſcienti redditur emptori. *l. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* ¶ Venditio prædiorum propter tributa non ſoluta, ut valeat, quinque requiruntur. *gloſſ. ibidem* que requirantur, *vide per Bartol. in l. 1. Cod. de præſcript. 30. ann.* ¶ Si fundus venundetur propter ceſſationem vectigalis, vel tributi non ſoluti, an debitore offerente pecuniam, poſſit reſcindi alienatio, *vide leg. 9. ff. de reſcinden. vendit.* ¶ Si fiſcus vendit rem alienam, ut alienam, quia ceſſatum eſſet in ſolutione tributorum tria exiguntur: Primo, quod ſit debitum tributum: Secundo, quod ſit ceſſatum in ſolutione: Tertio, quod res ſubhaſtetur. *gloſſ. in §. fin. inſtit. de uſucap.* ¶ Debitori fiſci ſolventi, reſtituitur res ejus indebite alienata. *l. 3. C. de jur. fiſci. lib. 10.* ¶ De bonis alienatis per fiſcum ob publicas functiones vel debita fiſcalia, *vide per tot. tit. C. de fid. inſtrum. & jure haſt. fiſca.*

TITULUS CCCXCV.

Si quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.

Emptio facta per patrem nomine filii, an habeat vim donationis inter vivos, vel ultimæ voluntatis, *vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſion. §. 5. gloſſ. 1.* quod tunc pater videatur donare, *ſcribit Natt. conſ. 49. num. fin.* ¶ In contractibus plus attenditur factum, quam contemplatio: ideo actio acquirenti datur, non ei, cujus contemplatione acquiritur. *Vincen. de Franc. deciſ. 33.*

Cap. I. Quæ præſumantur, vel non.

Maritus emens fundum pro ſua uxore abſente, ſi confiteatur ſolvere de pecunia ipſius ſuæ uxoris, præſumitur donare, quod eſt prohibitum, niſi veriſimiliter appareat, quod aliunde uxor potuit habere pecuniam. *Capic. decis. 203. num. 18. vide Bartol. in lib. 16. C. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Filiusfam. emancipatus ſeorſum habitans à patre, emens aliquid, ſuo nomine præſumitur emiſſe, de propria adventitia pecunia. *Magon. decis. 9. Rot. Flor.* ¶ Licet mulier conſtante matrimonio, vel poſt, regulariter præſumatur emere ex pecunia viri: tamen ſibi rem acquirens, ſolum tenetur ad pretii reſtitutionem. *Cravet. conſilio 81. Bartol. in l. 3. Cod. de fide inſtrument. & jure haſt. fiſc. lib. 10. l. 6. & l. 52. ff. de donatio. inter. vir. & uxor.* imo ad illud non tenetur, ſi præſente viro, & tacente, emerit. *Boer. decis. 81. num. 5. Joſeph. Lud. decis. Luc. 12. num. 19. vide Natt. conſ. 30. Tom. 1.* vel ea opera fabrili, vel alio modo, vel ex alio licito negotio (veluti ex locro) emerit. *Joſeph. Ludovic. deciſio. Luc. 28. vide Rol. conſilio. 90. volum. 2.* Idem in vidua intra annum luctus. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droidz. Rub. 4. §. 14. gloſſ. 2. num. 6.* ſecus ſi poſt annum. *ibid.* ¶ Emens pro ſe, & filio, an habeatur reſpectus ad ordinem ſucceſſivum, & quod emens præſumatur

matur emiſſe de propriis pecuniis, *vide Magon. deciſio. 104. Rot. Floren.* ¶ Pater confitens emiſſe domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate, donare præſumitur, quod non licet, niſi tempore confeſſionis appareat filios ita edoctos alicujus exercitii, quod veriſimiliter potuerunt lucrari pecuniam in inſtrumento contentam. *Capic. deciſ. 203. numer. 19.* ¶ Filius induſtrioſus habitans cum patre, ſi poteſt lucrari ex officiis, mercaturis, vel alio artificio, acquiſita per eum, aliunde acquiſita præſumuntur, quam ex bonis patris. *Roland. conſilio 90. volum. 2. numer. 12.* ¶ Emptio præſomitur facta ex pecunia, quæ pervenit, ad manus emptoris. *Capic. deciſ. 194. num. 15.* ¶ Emptoris præſumitur, qui pecuniam numeravit, & ſi alterius nomen fuerit adſcriptum. *Menoch. de arbitr. libro 2. caſ. 470. Aug. Bero. quæſtio. 46.* quia ſimolate tunc nomen appoſitum præſumitur, & verus emptor ille eſſe videtur, qui pretium ſolvit, & rei venditæ poſſeſſionem habuit. *Dec. conſilio. 543.* ¶ Qoando aliquis emit nomine extranei, præſumitur pretium fuiſſe ſolutum de pecunia dicti extranei. *Natt. conſ 358.* ¶ Quando non apparet, cujus pecunia res empta ſit, tunc præſumitur ex propria ipſius emptoris empta, niſi aliud ex conjecturis colligi poſſit. *Harem. cap. 1. tit. de emptore, & venditore lib. 2.* ideo emens nomine ſuo, & alterius, præſumitur de ſua pecunia pretium ſolviſſe venditori *ibid.* ¶ Contractus factus ſub nominis accommodatione, cenſetur factus de pecunia illius, qui contractui cauſam dedit. *Marc. ibid.* ¶ Emens proprio, & fratris nomine, ſi ſolvat pretium, videtur ſolvere de propria pecunia, & poteſt repetere à fratre partem pecuniæ. *Dec. conſ. 148. Rol. conſil. 4 volum. 2. Roma. ſingul. 440. Natt. conſil. 94. num. 10. vide tamen conſil. 358. ejuſdem. Natta*, & emptio facta à fratre, qoando dicatur facta oomine proprio, & pecunia de proprio vel de communi ſoluta, *vide Bartol. in l. 2. C. pro ſocio.* ¶ Pretium & res empta ex pretio in univerſalibus, ſuccedit loco rei, & onus probandi, quod una res ſit empta ex pretio alterius, cui incumbat, *vide Bartol. in l. 72. §. cum autem de legat. 2. l. 72 & ſeqq. de legat. 2.* ¶ Pater expreſſo nomine filii in inſtrumento acquiſitionis, non præſumitur ei donare. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 88. numer. 11. vide Rol. conſil. 90. vol. 2.*

Cap. II. Actio cui competat.

Actio utilis in rem, quando detur militi, vel minori, quorum pecuniis empta ſunt prædia, *vide Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 3. num. 17. titul. an ſit judic. civil. vel crimin.* ¶ Dominus pecuniæ, quam quis convertit in emptionem mercium, non habet dominium, nec actionem ad merces, ut ſuas, in ſubſidium tamen agit ad illas, ſi emens non ſit pro pecunia ſolvendo. *Rota. Genn. deciſio. 127. vide Bartol. in l. 3. C. de re vendic. num. 8. l. 17. C. de pign.* ¶ Contractus, ſi fiat nomine accommodato, cui qoæritur actio, *vide Marc. q. 506.* ¶ An maritus poſſit emere oomine uxoris, *vide d. deciſ. 77. Magon.*

Vel non.

Non ſufficit, quod pater emat nomine filii, niſi ſequatur traditio, *Bartol. in tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Tutor, qui eſt debitor pupilli in genere, ſi rem emit ſuo nomine, non videtur emiſſe de pecunia pupilli *l. 48. §. altero, ff. de adminiſt. per. tuto. vel curato.*

Cap. III. Qui vindicare poſſint, vel non.

Res empta ex pecunia privilegiatorum, poteſt ab eis vendicari, & an minor, Eccleſia, vel uxor vendicent rem, ex eorum pecunia emptam, *vide Bartol. in l. 8. C. de rei vindic. & in l. 4. C. commun. utriuſque jud.* ¶ Res empta ex pecunia mulieris donato viro, vendicari poteſt per mulierem. *l. 56. ff. eod.*

Cap. IV. Quæ: quibus acquirantur, cujus ſint, ad emptorem, vel non.

Generale eſt in omnibus, quod res empta nomine alterius, & de ejus pecunia, acquiratur ei, cujus nomine comparatur. *Gravet. conſil. 304.* ¶ Empta per filium nomine proprio, & de pecunia paterna, efficiuntur propria acquirentis, licet pecunia patri reſtituenda veniat, vel fratribus pro rata. *Rol. conſ. 90. num. 21.* ¶ Actio marito quæritur, ex contractu facto uxoris nomine accommodato, *vide Marc. q. 506.* ¶ Maritus ſi emerit uxoris nomine, & poſſeſſio rei venditæ marito tradita ſit, tunc uxoris nomen ſimulate appoſitum videtur, & rei venditæ dominium ad maritum, & non ad uxorem ſpectat, licet nominata ſit. *Dec. conſil. 543. num. 16. & 17. vide Rol. conſil. 90. volum. 2. & Bart. ſingul. 163.* ſed ſi res ſoit tradita uxori, præſumior donatio tacita. *Henr. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. de præſumptio. num. 9. vide l. 9. & 16. C. de donat. int. vir & uxor.* ¶ Licet nomen uxoris ſit appoſitum in inſtrumento, tamen vir ſibi in veritate comparaſſe probatur ex duobos, nempe ſi ipſe vir, antequam perveniretur ad faciendum inſtrumentum, ſuo nomine emerit, item ſi ipſi viro poſſeſſio tradita fuerit. *Pet. de Rave. ſing. 637. Bart. in l. 6. C. ſi quis alteri, vel ſibi. gloſſ. in l. 16. C. de dona. int. vir. & uxor.* ¶ Si uxor rem emit, & maritus pro ea pretium numeravit, quid juris, *vide l. 8. §. ſi uxor rem, ff. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Res empta ex pecunia dotali, efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſic, ad ejus utilitatem, alias ſecus, *Gaſp. Cabal. milleloq. 542. vide Ozaſt. deciſio. 140. Cravet. conſ. 104. Petr. de Raven. ſing. 601. Bartol. in l. ſi ut proponis. Cod. de rei vendicat. Bald. in l. uxor marito. ff. de dona. int. vir. & uxor. Caſtr. in d. l. ſi ut proponis, & Bart. in l. 23. §. ſi mulier, ff. ſolut. matrim. l. 55. ff. de jure dot. & leg. fin. C. de ſerv. pign. dat. manu.* ¶ Si patruus tutor bonorum communium ipſius & pupillorum, emerit bona nomine proprio, quid juris, *vide Cravet. conſil. 286. circa finem, & l. 2. ff. quando ex facto tutoris.* ¶ Bona quæſita per fratrem durante communione ſunt acquirentis, cujus nomine acquiſita ſunt, nec veniunt in communione, ſed ſi ex pecunia communi ſunt acquiſita, unus contra alium acquirentem, habet actionem ad partem peconiæ, ſed agenti incumbit onus probandi. *Guid. Pap. ſing. 779.* ¶ Res empta per ſocium ex pecunia communi, quando ſit communis, *vide Bart. in l. 4. C. communi. utriuſque judic.* ¶ Emptum de pecunia Eccleſiæ nomine ementis, efficitur Eccleſiæ. *Pet. de Raven. ſingul. 181. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, lit. E. ſingul. emptio. Bart. in l. 2. ff. quando ex facto. tuto.*

Efficiantur: cujus ſint.

Empta per adminiſtratorem ex re minoris, efficiuntur ipſius minoris, licet ſuo nomine non emantur. *Gomez. Leo. deciſio. 5. numer. final. in deciſio. diverſo.* ¶ Filius emens rem ex pecunia paterna, ſibi illam acquirit, reſtituendo fratribus pecuniam pro rata: idem eſt in patre emente de pecunia filii, ſed quando pater dicatur emiſſe de pecunia filii, *vide Auguſt. Bero. quæſt. 46.* ¶ Communi nomine, ſeu communibus pecuniis empta res, an ſit ſemper communis, non obſtante pacto in contractu acquiſitionis appoſito, *vide Boer deciſ. 214.* ¶ Emptum de pecunia minoris ita efficitur ſuum, ſi ſit emptum per tutorem, vel curatorem, ſecus ſi per extraneum, niſi in ſubſidium. *Pet. de Raven. ſing. 192. vide Bart. in l. 48. §. altero. ff. de adminiſt. & peric. tut. & in l. 2. ff. quando ex facto tutoris.*

Cap. V. Qui ſint effectus.

Frater nomine ſuo rem emens, ſi eam ſuo & fratris nomine, in libro communis deſcribi patiatur, ex hoc dominium pro parte in alterum fratrem tranſlatum cenſetur, præſertim, ſi alter frater pro rata ſua collectas ſolve-

ſolverit. *Lud. Roman. ſing. 433.* ¶ An ille ex cujus pecunia res fuit empta, habeat privilegium inter perſonales actiones, *vide Bart. in l. 7. C. qui potiores.* ¶ Emens ex pecunia mea, & nomine ſuo, non habet jus in re, *Bart. in ſuo tract. de differ. int. jus cano. & civile num. 127.* ¶ Marito emente pro ſe, & uxore, & hæredibus, uxor non ſuccedet in medietate, niſi ſoluta medietate pretii. *Boer. deciſ. 23.* ¶ Fundus emptus pupillo, (& traditus) pecunia alterius pupilli, eſt obligatus illi pupillo, cujus pecunia fundus eſt emptus. *l. 3. ff. de reb. eorum.* ¶ Res empta ex pecunia mea, non eſt mihi tacite obligata: fallit in pupillo. *Rot. Genuen. deciſ. 127. Bartol. in l. 17. ff. qui potiores.* ¶ Empte res ex pecunia hæreditaria, an ſubjaceat reſtitutioni; ſicut ipſa pecunia ſubjacebat, *vide Capic. deciſ. 194. num. 16.* ¶ Bona empta proprio nomine per aliquem ex fratribus in communione exiſtentibus, non debet communicari. *Dec. conſil. 651.*

Cap. VI. Quæ valeant, vel non.

Maritus emens pro ſe, & nominandis, ſi poſtea nomineverit uxorem, an nominatio valeat, ut bona ipſi uxori cenſeantur acquiſita, *vide Mag. dec. 76. Rot. Flor.* quid ſi nominaverit filiis, *vide ibid.* ¶ Emi fundum, hoc modo, ille fundus ſit mihi, & Titio emptus, quantum ad Titium, non valet emptio, ſed totus fundus ad me pertinet. *Pet. de Rav. ſing. 166.* ¶ Minoris eſt electio, utrum petat rem emptam ex pecunia ſua (licet non nomine ſuo) vel pecuniam ipſam cum uſuris, *l. 3. C. arbit. tutelæ.*

TITULUS CCCXCVI.

De prohibita rerum alienatione in genere.

Generalia.

DE materia, *vide per Bart. & alios Doct. in l. 117. §. divido. 2. de lega 1. & in l. 135. §. ea lege ff. de verbo. oblig.* ¶ De prohibitione alienationis rerum, *vide per tot. tit. de leg. 3. & ibid. Bart.*

Cap. I. Prohibitio alienationis: Quid ſit: Qualis ſit.

Prohibitio alienationis triplex eſt, alia impetſonalis, ſeu realis, alia perſonalis, tertia perſonaliſſima. *Capic. deciſ. 108. num. 2.* ¶ Alienationis prohibitio odioſa eſſe dicitur, & ſtricte intelligenda. *Ozaſ. deciſ. 50. num. 11. vide Capic. deciſ. 108. num. 15.* ¶ Major eſt prohibitio alienationis rerum dotalium, quam peculii adventitii. *num. 22. Ozaſ. dec. 94.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, contendatur, vel non.

In omnibus alienationibus, in quibus alienans cadit à jure ſuo ſubauditur, hoc procedere in ſciente; ſecus in ignorante. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 8. gloſſ. 6. nu. 17.* ¶ Alienatio interdicta filiis, non extenditur ultra eos, niſi expreſſe dicatur. *Alviſ. de Alber. ſing. 65.* ¶ Prohibitio cum cauſa, videlicet, ne res exeat de familia, extenditur uſque ad quartum gradum. *Capic. deciſio. 108. num. 3.*

Cap. III. Quæ comprehendat, vel non.

Alienationis prohibitio comprehendit etiam matrem, ſine cujus conſenſu, non poterat fieri alienatio. *Vincen. de Franc. dec. 14.* ¶ Alienationis prohibitio, comprehendit conſtitutionem uſusfructus. *Boer. deciſ. 199. num. 4. Abb. conſ. 91. lib. 2.* ¶ Alienationis verbo, comprehenditur legatum, & hæredis inſtitutio. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 85. num. 3. vide Dec. conſ. 422. & 635. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des mains mortes. Rub. 9. §. 11. gloſſ. 2. Bart. ſing. 165. in additio. & in l. 7. C. de agric. lib. 11. & in l. 71. §. fratre. de legat. 2.* ¶ Quando prohibitio reſpicit perſonam hæredis, comprehendit quoque ipſius hæredis hæredem, modo ſit facta ſub nomine appellativo. *Crav. conſ. 243.* ¶ Alienationis verbo, quando non contineatur conceſſio in emphyteuſim, *vide Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 64. num. 6.*

Veniant.

Magna in eo de jure eſt controverſia, utrum bona alienari prohibita, veniant in generali hypotheca bonorum, *vide Ægid. Magiſt. tract. ſub haſt. c. 43. in deciſ. diverſ. Tom. 2. fol. 30.* an prohibita alienatione, cenſeatur prohibita hypotheca, *vide Dec. conſ. 645. Bart. in l. 24. ff. de pignoribus. Natt. conſ. 474. n. 23.*

Cap. IV. Quando permittatur, vel non.

Prohibita res alienari, an permittatur permutari, & quid ſi minatur ruinam, & prohibitus ſit pauper, *vide Capic. deciſ. 108. num. fin.* ¶ Alienatio certo tempore prohibita, cenſetur alio tempore permiſſa. *Ozaſ. deciſ. 85. num. 6. Paul. Æmil. deciſ. 23. part. 2. & deciſ. 299. ibid.* ¶ Prohibitus alienare, non prohibetur permutare, & dare in ſolutum. *Boer. deciſ. 49. vide Rand. tract. de Anal. cap. 15. num. 257.*

Cap. V. Quando, & quæ prohiberi poſſint.

Prohibitus alienare inter vivos, an videatur etiam prohibitus alienare per ultimam voluntatem, *vide Abb. conſ. 40. lib. 2.* ¶ Decretum, vel ſtatutum prohibens alienationem bonorum immobilium, habet locum etiam in ultima voluntate. *Dec. conſ. 660.* ¶ Alienatione prohibita, videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominii directi, utilis, vel alicujus juris in re. *Bart. ſing. 165. Joan. Baccan. ſing. 4.* ¶ Ubicunque concurrunt prohibitio legis, & prohibitio hominis, ſeu teſtatoris circa alienationem, corroboratur prohibitio in tantum, quod non poteſt res illa alienari, etiam in caſu à jure permiſſo. *Corſet. litera P. ſing. prohibitio.* ¶ Prohibitus alienare in ſuos conſanguineos, prohibetur accipere. *Bart. in auth. quicunque. C. ſacroſanct. eccleſ.* ¶ Prohibita venditione, dicitur prohibita donatio. *Bartol. in l. 4. C. de fideicom.* ¶ Alienare prohibitio in aliquo caſu, cenſetur etiam in eo, interdictum, per quem ad caſum prohibitum devenitur. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 17.* ¶ Prohibita alienatione emphyteuſis in perſona prohibita, emere inhibentur milites, mulieres, Clerici, Eccleſiæ, & pauperes. *Gom. Leo. deciſ. 56. in deciſion. diverſo.* ¶ Alienatione prohibita, videtur prohibita omnis alienatio neceſſaria à lege. *Ozaſ. deciſ. 94.* ¶ Prohibitus legere, prohibetur etiam inſtituere, & econtra. *Rand. tract. de analog. cap. 18. n. 8.* ¶ Alienatione prohibita, cenſetur prohibita transactio, per quam transfertur res in alium. *Cravet. conſ. 197. num. 7.* & omnis actus, quo pervenitur ad alienationem. *Dec. conſ. 301. Cravet. conſil. 1. pro genero. n. 64.* tamen alienetio non dicitur fieri, quando quia relinquit ram penes adverſarium poſſeſſorem aliquo recepto, per viam tranſactionis. *Natt. conſ. 145. num. 20. Tom. 1.* ¶ Alienatione prohibita, prohibetur etiam locatio ad longum tempus, cum ex ea acquiratur poſſeſſio, & utile dominium. *Vincent. de Franc. deciſ. 122. numer. 8.* alias ſecus. *Gom. Leo. deciſ. 100. in deciſie. diverſo. vide Abb. conſ. 91. lib. 2.* ¶ Res alienari, prohiberi poteſt vel a lege, aut à ſtatuto, vel à Judice, vel ab arbitro, aut à teſtatore, vel à contrahentibus inter vivos, vel ratione delicti, de quibus omnibus vide per *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. de reſcin. contract. in præfat. num. 24. fol. 425.* ¶ Si eſtat ſtatutum in loco prohibens alienationem ſimpliciter in forenſem non cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato. *Rol. conſ. 80. numer. 32. volum. 3.* item talis prohibitio, etiam non extenditur ad caſum teſtati, in extraneum. *Rol. conſ. 80. num. 36.* ſed quando eſt prohibita alienatio per ſtatutum quomodo, tunc prohibita videtur etiam alienatio neceſſaria. *Rol. ibid. num. 37.*

Cap.

Cap. VI. Qui alienare poſſit, vel non.

Liberum eſt unicuique rem ſuam vendere, cui voluerit, non habita conſideratione inter conjunctos, vicinos, conſortes, vel extraneos: fallit in multis caſibus, & maxime ratione pacti in contrarium appoſiti. *Harem. c. 2. tit. de emptore, & venditore, vide ſupra tit. not emere, nec vendere.* ¶ Qui tenetur ſub pœna uni alienare, illo exiſtente in mora poteſt alienare cui vult, & ſufficit unica interpellatio legitime facta, ad conſtituendum emere debentem in mora. *ibid. d. cap. 2.* ¶ Contrahere licet non poſſit, cui eſt interdictum bonis, tamen delinquendo alienat. *Gramm. ibid. num. 41. d. decif. 105.* ¶ Hæredem extraneum inſtituendo, alienare videor. *Caſtr. ſing. 20.* ¶ Alienare prohibitus, in filium alienare poteſt. *Pet. Rey. deciſ. 3. litra. num. 376. in deciſio. diverſo. vide Cravet. conſ. 39. num. fin.* ¶ Prohibitus donare ſine alicujus conſenſu, ſine ſpeciali permiſſu, donare non poteſt. *Abb. ibid.*

Cap. VII. Quæ alienari poſſint, vel non.

Bonis prohibitis alienari, non poterunt transferri, etiam in perſonam eccleſiaſticam. *Menoch. conſil. 57. libr. 1.* ¶ Cautela alienandi rem prohibitam, ea poteſt eſſe, ut ſupponatur aliquis, qui petat rem, & poſſeſſor ſe vincere demittat, habetur in additio. *ad Bart. in l. 3. §. con. quæri ff. de rebus. eorum.* ¶ Expreſſe prohibita alienari, ob ſolutionem æris alieni defuncti, & alienari poterunt, quod intellige, ſi alia bona non ſufficiunt. *Andr. Gail. obſer. 137. num. 4.* idem pro redemptione hæredis, vel ob neceſſitatem famis. *Gail. ibid. Bart. in l. 7. num. 6. C. de agricolis. lib. 11.* ¶ Neceſſitas naturalis juſtam cauſam præſtat alienandi, alias inalienabilia. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. n. 26. declara, ut ibid. n. 31. & 32.* nam neceſſitatis cauſa, licet alienare Deo dicata. *Menoch. ibid. n. 30.* ¶ Res ſemel facta alienabilis, ſemper durat alienabilis, *Guliel. Caſſad. dec. 8. tit. de reſcript. Dec. conſ. 182.* ¶ De intellectu ſtatuti prohibentis, quicquam alienari in extraneum à familia, & limitatione, & de duobus ſtatutis concurrentibus, cui potius adhærendum, *vide Dec. conſ. 619.* ¶ Statutum loquens de alienatione rerum immobilium, non habet locum in abdicatione actionis perſonalis. *Dec. conſ. 301.* ¶ Item loquens ſimpliciter de alienatione, non habet locum in prohibitione alienationis neceſſariæ. *Dec. d. conſ. 301.*

Cap. VIII. Quæ fieri poſſint, & quando ceſſet.

Alienationis rerum dotalium prohibitio, non ſolum fit propter ſexus fœminei fragilitatem, ſed etiam ob favorem mariti. *Ozaſ. dec. 94. nu. 26.* ¶ Alienatio quando eſt prohibita contemplatione certæ perſonæ, nec ad pias cauſas geri poteſt, alias admittitur illa perſona ad revocandum. *Marun. in ſuo Specul. diſp. ne 8. n. 28. & 37. fol. 391.* ¶ Alienationis prohibitio ceſſat, deficientibus perſonis ad quas res prohibita alienari, debet venire. *Ozaſ. dec. 98. num. 23. Natt. conſ. 145. num. 19. Tom. 1. & conſ. 470.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Alienatio prohibita, regulariter non impedit dominii translationem. *Joſeph. Ludo. dec. Peruſ. 68. part. 2. Mago. deciſ. 47. & 112. Rot. Floren. Vinc. de Franc. deciſio. 355. part. 2. Joan. Pap. lib. 11. titul. 10 arreſt. 1.* ſed competit ſolum actio, ad intereſſe (ſi alienatio fiat) contra alienantem, & ejus hæredem. *Andr. Gail. obſer. 16. lib. 2. & obſerv. 37. num. 16. ibid. Magon. deciſ. 102. num. 19. Natt. conſ. 474. Rol. conſ. 62. volum. 2. Menoch. conſ. 63. volum. 1.* ¶ Regula fallit primo, quando adeſt hypotheca. *Joſeph. Lud. d. deciſio. 68. Joan. Pap. lib. 11. tit. 10. arreſt. 1. vide Creſcent. deciſ. 1. alias 152. tit. de pign. Gomez. Leo deciſ. 59. in deciſ. diverſo.* ſed an ſufficiat generalis hypotheca, *vide Creſcent. deciſ. 1. de pign. alias 152. Natt. conſil. 474. num. 14. & conſil. 530. Rol. conſ. 62. vol. 2. n. 39. Menoch. conſ. 63. volum. 1.*

¶ Secundo, fallit favore ultimæ voluntatis. *Mago. d. deciſ. 102. n. 18. Rot. Flor. Crav. conſ. 243.* ¶ Tertio fallit, ut detur actio in ſubſidium contra tertium poſſeſſorem, quando participaſſet de dolo. *Mago. d. deciſ. 102. num. 20.* ¶ Quarto fallit, quando res fuit translata in tertium ex cauſa lucrativa. *Mago. ibid. num. 21.* ¶ Quinto, fallit favore dotis. *Mago. dec. 102. n. 23. vide tamen. Pet. de Rav. ſing. 134.* ¶ Sexto fallit, quando adeſt pactum reſolutivum annullans contractum. *Vinc. de Franc. deciſ. 355. par. 2. Natt. conſ. 474. num. 11. & 531 Rol. conſ. 62. vol. 2.* ſed quando hæc fallentia procedat, *vide ibid. d. deciſ. 355.* ¶ Septimo fallit, quando pactum eſt reale, quia tunc onus tranſit in quemcunque poſſeſſorem. *Menoch. conſ. 63. vol. 1.* & de aliis limitationibus, *vide ibid.* ¶ Octavo fallit, ſi aliqua res promittatur non alienari ſub pœna, & obligetur ipſa res pro pœna. *Henric. Boer. in ſuis ſing. tit. fi. n. 6.* ¶ De hujuſmodi, & aliis limitationibus ad regulam, *vide per Gaſp. Cabal. Milleloq. 595. & Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des cenſes, §. 13. gloſſ. 4. n. 9.* ¶ Alienatione prohibita ſub pœna per ſimplicem alienationem, vel oppignorationem, ipſa pœna non committitur, niſi deventum ſit ad realem traditionem. *Ant. Corſet. in ſuis ſing. pœnam. 11. ibid. litera P.* ¶ Alienare prohibitus, ſi alienar, & is in cujus favorem facta eſt prohibitio, non læditur, haud quoque videtur contra prohibitionem feciſſe, nec incidit in pœnam. *Natt. conſ. 470.* ¶ Pactum poſitum in diſtractione fundi, ne poſſet alteri alienari, niſi facta obligatione alicui, non impedit dominii translationem: ideo virtute hujus pacti, non poſſet agi contra tertium. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaud. gloſſ ſuper 2. part. decreti, ex frequentioribus, tit. de pact. int. empt. & vendi.* tamen in hac patria Pedemontana virtute decreti antiq. agi poterit, *vide ibid. D. Sol gloſſ. ſuper 3. part. dicti decreti. folio centeſimo vigeſimoquarto.* ¶ Prohibitus vendere abſque ſolemnitate, non poteſt ſine illa pactum facere de vendendo. *Dec. conſ 502.* ¶ Alienans rem prohibitam ſub pœna, non excuſatur à pœna, etiamſi alienationem faciat, cauſa recuperandæ pacis. *DD. de Rot. deciſ. 3. de pact. in antiq.* ¶ Prohibita alienari, non publicantur propter delictum. *Gram. deciſ. 105. num. 31. vide Boer. deciſ. 278. Bart. in l. 12. ff. de fideicom. libert.* tamen quando alienatio eſt prohibita favore perſonæ alienantis, tunc non eſt prohibita, propter delictum, *Bart. in l. 7. C. unde vi, num. 12.* ¶ Quando prohibetur alienatio ſine conſenſu alicujus exequutoris, qui etiam in caſu contraventionis vocatur ad bona alienata, ſi talis exequutor conſenſerit alienationi ſimpliciter, ſibi, & hæredibus ſuis præjudicat. *Menoch. conſ. 58. vol. 1.* ¶ Prohibitus alienare, alienando ſibi præjudicat, ſaltem quoad illam cōmoditatem, quam eo vivente percipere poterat. *Mago. deciſ. Luc. 59. num. 28.* ¶ Alienatione prohibita, non poteſt res in judicium deduci: quia prohibitus alienare, cenſetur prohibitus rem in judicium deducere. *Cravet. conſ. 197. num. 7.* quod intelligitur in præjudicium tertii. ¶ Prohibitio alienationis, quando impediat dominii translationem pulchre aliquibus propoſitis caſibus examinatur. *D. Gaſp. Theſſ q. For. quæſt. 81. lib. 2.*

Cap. X. Quando revocari poſſit, vel non.

Res prohibita alienari, per ingreſſum monaſterii, tranſit in monaſterium, ſed aliquando poteſt revocari. *Bart. in Auth. ingreſſi. C. de Sacroſanctis Eccleſiis.* ¶ Re alienari prohibita extra familiam, ſi omnes alienationi conſentiant, naſcituri poſtea revocabunt. *Boer. deciſ. 12. Mago. deciſ. 91. & 92. Luc.*

Cap. XI. Quibus modis valeat, vel non.

An valeat ſtatutum, per quod prohibetur rerum alienatio in extraneos, & dato, quod valeat, quando locum habet, *vide Dec. conſ. 31.* & non valet, ſi prohibeat ſpecialiter

liter alienationem fieri in Eccleſiam; ſecus ſi generaliter, & certo caſu: nam tunc comprehendit etiam Eccleſiam. *Caſſan. in conſuetud. Burg. des maint mortes. Rubr. 9. §. 29. gloſſ. 1. num. 5. & 51.* ¶ Alienatio à jure prohibita, non dicitur valere, quando pars ſe oppoſuit. *Ozaſ. deciſ. 94. n. 23.* ¶ Valet ſtatutum, quod in venditione agnati; vel conſortes, præferantur. *Dec. conſ. 647.* ¶ Alienatio rei prohibitæ alienari, etiam in præjudicium alienantia, non tenet, & poteſt ipſemet alienans contravenire. *Gram. dec. 93.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Illi, quorum favore fuit facta prohibitio, eidem prohibitioni poſſunt renunciare. *Dec. conſ. 394.* ¶ Requiſitus, ut emat ab eo, qui tenetur illi vendere, debet per duos menſes expectari. *Bart. in l. 122. §. cohaeredes. ff. de verb. oblig.* ¶ Denuncians debenti emere tenetur alternative denunciare, *Bart. ibid. n. 5.*

TITULUS CCCXCVII.

De prohibita rerum alienatione in contractibus.

Cap. I. Quibus modis extendatur.

QUando inter matrem, & filium fuit conventum, quod filius non poſſit alienare bona patris, tunc talis conventio extenditur etiam ad legitimam, & Trebellianicam ipſius filii, maxime ſi conventio fuit jurata. *Rolan. conſil. 99.*

Cap. II. Actio cui competat.

Facta conventione de non alienando ſub pœna, ſi contraventum fuit, an detur actio ad pœnam contra hæredem contraventoris, *vide Mago. deciſ. 47. num. 14. Rot. Floren.* ¶ In reciproco pacto de non alienando, factis alienationibus ab utraque parte, an altera contra aliam agere poſſit, *vide Mago. deciſ. 47. num. 8. Rot. Floren.*

Cap. III. Quæ, & quando prohibeantur, vel non.

Cautela eſt ad prohibendum rem alienari, quod pro obſervantia pacti, res ipſa ſpecialiter obligetur per hypothecam, *Capic. 182. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera P. ſingula. pactum.* ¶ Qualiter, & quibus modis poſſit fieri prohibitio alienandi rem in contractibus, & ſi fiat alienatio contra prohibitionem, an transfertur dominium, *vide Guid. Pap. q. 569. Boer. deciſ. 49.* & quid quando aliquia promiſit nulli vendere, niſi mihi, *vide ibid.* ¶ Alienatio bonorum dum apparet prohibita per contractum duntaxat, non ex hoc videtur prohibitus alius contractus alienationis. *Gramm. deciſ. 105. num. 40.* ideo alienatio licet ſit prohibita, per contractum tamen permittitur alio modo, veluti per teſtamentum, *ibid. num. 42.*

Qui alienare poſſit.

Vendere, ſi promiſi non alii, quam tibi, an invitus ad vendendum tibi compelli poſſim, *vide Jaſ. de actio. §. ſupereſt. num. 2. & 4.* de hac conventione, *vide per Bartol. in leg. 10. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautio.* ¶ Vendere, qui uni tenetur, eo non emente, alteri vendere poteſt. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 37.*

Cap. IV. Quæ alienari poſſint.

Authen. res quæ C. commun. de legat. non habet locum in prohibitione alienationis facta inter vivos, *Cravet. conſil. 19. num. fin. Guid. Pap. ſing. 306.* nam ſi prohibitio eſt facta in contractu, in eo caſu, quo poteſt impediri translatio dominii, nullo modo poteſt dicta res in dotem dari. *Pet. de Raven. ſing. 134.* ¶ Si res alienetur cum pacto de non alienando, debet ita conveniri vendo, vel dono hoc pacto, ut non liceat alienare, & ſi ad aliquem actum alienationis perveneris, tunc dominium ad me revertatur, & in eum caſum, ex nunc conſtitues te meo nomine poſſidere, *vide Bartol. in l. 38. §. ſi quis. ff. de acquir. poſſeſ. ubi etiam de aliis cautelis.*

Cap. V. Qui ſint effectus.

Vendens cum pacto, ne alienetur, ſi fuerit alienata res, primus vendens non poteſt auctoritate propria rem apprehendere, *Bartol. in §. 1. Authen. ut det. commun. Eccleſ.* ¶ Pactum de non alienando, non impedit quin res prohibita alienari, veniat ſub obligatione bonorum præſentium & futurorum, quæ præcedit acquiſitionem rei, cum illa prohibitione. *Thom. Minad. deciſio. 22.* ¶ Pactum de non alienando rem meam, niſi tibi, proteſtatione tibi facta, quod volo vendere, præſcribitur infra duos menſes, ut tale pactum mihi non officiat, *Ludo. Rom. ſing. 766.* ¶ Pactum de non alienando, non impendit dominii translationem, ſed ſi res detur minori cum pacto de non alienando, tale pactum impedit alienationem, & alienans, quando teneatur ad intereſſe, *vide Bartol. in l. ea lege. Cod. de condict. ob cauſa, & ſupra tit. proxim.*

Cap. VI. Quibus modis valeat.

Jurans non vendere, ſi vendat, efficitur perjurus, attamen venditio tenet. *DD. de Rota deciſ. 31. de ſent. & re jud. in antiq.* ¶ Pacta inter fratres de non alienando certa bona immobilia ad effectum, ut conſerventur in familia, & tranſeant ad eorum deſcendentea, valent. *Natt. conſil. 474.* ſed ſi pactum fuit de non alienando extra familiam in favorem deſcendentium, tunc deſcendentes non cenſentur vocati, uti hæredes; ſed ut deſcendentes. *idem Natt. conſil. 531. num. 18.* ¶ An pactum de non alienando valeat, *vide Bartol. in l. 62. ff. de pact. & in leg. ſeptima, §. quæritur. ff. de diſtract. pign.*

Vel non.

Alienatio rei prohibitæ ex pacto facto, in ea jus habenti, an ſit nulla, *vide Capic. deciſ. 180.* ¶ Si pactum fuit appoſitum, ne liceat emptori alienare, & ſi alienaret, res deveniret in talem Eccleſiam, utrum hoc pactum poſtmodum poſſit tolli de conſenſu partium, in præjudicium Eccleſiæ, *vide Bartol. in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alienan. ut manumit.* ¶ Tempus quod præſtituatur illis, qui emere debent, ne alteri fiat alienatio, quale, & quantum ſit, *vide Menoch. de arbitr. caſ. 37.*

TITULUS CCCXCVIII.

De prohibita rerum alienatione in ultimis voluntatibus.

Cap. I. Qualis ſit.

PRohibitio alienationis eſt odioſa, & facta filiis, non porrigitur ad nepotes. *Dec. conſ. 377. num. 5.* ideo debet reſtringi ad perſonam prohibitam. *Rolan. conſ 43. volum. 4. num. 45.* fallit, quando teſtator prohibuiſſet alienationem ea ratione, quia voluit bona perpetuo permanere in ſuis deſcendentibus, & agnatione. *Dec. conſ. 182. & conſ. 018. num. 14.*

Cap. II. Quando extendatur, vel non.

Prohibitio alienationis hæredi nominato facta, licet non comprehendat hæredem hæredis, ubicunque tamen appoſita eſt ratio agnationis conſervandæ, ad hæredes hæredis extenditur. *Ozaſch. deciſio. Pedem. 50.* ¶ Filius alienando rem prohibitam alienari, in dubio videtur elegiſſe rem prohibitam alienari, pro ſua legitima, quod procedit, quando non extarent aliæ res non prohibitæ, cum legitima deduci debeat de rebus non prohibitis alienari. *Gram. dict. deciſ. 93. num. 5. 6. 7.*

vide

vide ibid. deciſ. 105. num. 46. Vincent. de Franc. deciſ. 80. num. 23. Magon. deciſ. 85. Rot. Luc. ¶ Alienationis prohibitio facta per teſtatorem filio, quando extendatur ad poſteros, *vide Capic. deciſ. 108. Bartol. in l. 91. §. Sempronia, de leg. 3.* ¶ Clauſula, ita quod domus non exeat de familia, &c utrum ſit per modum cauſæ, an enuciative, vel diſpoſitive, & utrum referatur ad proxima, vel ad omnia præcedentia, *vide Capic. d. deciſ. 108. num. 8.*

Vel non.

Prohibitio alienationis extra familiam à teſtatore facta, ultra quartam generationem non extenditur. *Dec. conſil. 322. & 635. Felyn. conſ. 27. num. 13. vide Authent. de reſtitut. fideicommiſſ.* fallit ſi expreſſe verbis teſtatoris fuerit facta favore agnationis, ut ſua bona in ea perpetuo permanerent; tunc enim debet extendi ultra quartum gradum, *Dec. conſ. 23. 516. num. 16. & 635. Mynſing. obſerv. 64 cent. 6. vide Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 8. titul. 2. 21. Bartol. in auth. de reſtit. fideicommiſſ.* ¶ Alienationia prohibitio non extenditur ad legitimam, & Trebellianicam. *Natt. conſ. 145. num. 21.*

Cap. IV. Quæ comprehendat, vel non.

Prohibitio alienationis, quando comprehendat eam, quæ fit in ult vol. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 124.* ¶ Alienatio, quando perſonalis cenſeatur. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 125.* ¶ Obligatio generalis, an comprehendat bona hypothecari prohibita; ita ut ſequuta hypotheca generali, hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione, & prohibitione relicta, *vide Excellent. P. Theſſau. deciſio. 193.* ¶ Magna de eo in jure eſt controverſia, utrum bona alienari prohibita, veniant in generali hypotheca bonorum, *Ægid. Magiſt. tract. ſub haſta. cap. 43. in fin. in deciſion. diverſo. & ſupra tit. de probib. rer. alienar. in genere.*

Cap. V. Quando inducatur fideicommiſſum, vel non.

Alienationis prohibitio, ut res in familia remaneat, inducit fideicommiſſum. *Ozaſch. deciſ. Pedemontan. 50.* ¶ Per prohibitionem alianationis extra familiam, inducitur fideicommiſſum in caſu mortis ſi teſtator voluit bona ſua remanere in familia, *vide Magon. deciſ. 72. Rot. Floren.* ¶ Ei, cujus contemplatione alienatio prohibetur, cenſetur relinqui fideicommiſſum. *Gomez. Leo. deciſ. 43. in deciſ. diverſo.* ¶ An, & quando ex prahibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, *vide Dec. conſil. 23. 38. 357. 422. 425. 584. 636. & 637. Roland. conſil. 23. vol. 4. & conſil 43. num. 42. ibid. Auguſt. Bero. q. 42.* ¶ Fideicommiſſum, per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum favore hæredum inſtitutorum, ne diſſiparent. *Gram. deciſ. 105. num. 38.* Ideo prohibitus alienare ob ſui favorem delinquendo, habet fiſcum in ſucceſſorem. *ibid. num. 30.* ¶ Teſtator, ſi reliquetit rem pluribus, & illos vetat eam alienare, videtur eis adinvicem fideicommiſſum relinquere, ſi contingat alterum ſine conſenſu alterius alienare. *Dec. conſ. 422.*

Vel non.

Prohibitio facta ſimpliciter non inducit fideicommiſſum, niſi in caſu contraventionis. *Dec. conſil. 218. num. 14. Roland. conſil. 43. num. 42. volum. 4. idem Dec. conſil. 377.* ideo in eo caſu filius, qui deceſſit inſtituta matre, non dicitur contraveniſſe prohibitioni. *Dec. conſil. 377. & 378.* & tunc mater etiam ab inteſtato ſuccedit. *Dec. conſil. 481.* ſecus quando teſtator addit, quod vult rem prohibitam alienari remanere in familia, *vide Dec. conſ 481.* ¶ Licet teſtator prohibuerit, quod aliqua res nullo modo, nulloq; tempore vendatur, alienetur, vel ſeparetur per hæredes, tamen ex hac prohibitione non cenſetur inductum fideicommiſſum, ideo hæredes poterunt inſtituere hæredem extraneum. *Dec. conſ. 625.*

Cap. VI. Quando quis ſit vocatus.

Prohibita alienatione, niſi in primogenitum filiorum teſtamentorum, & deſcendentium, tunc filius primogeniti cenſetur vocatus ad excluſionem ſecundogeniti patrui. *Menoch. conſil. 211. lib. 3.* ¶ Fideicommittens prohibens bona alienari, & in caſu contraventionis privans hæredem ab hæreditate (quod facere poteſt) & illam transferens in proximiores de familia ſub eadem conditione, videtur illos gradatim vocaſſe, & ordine ſucceſſivo, adeo quod proximior poſſit alienata revocare. *Natt. conſ. 675.* etiam non natus tempore alienationis, non obſtante conſenſu omnium exiſtentium, illo tempore. *Rol. conſ. 70. vol. 3.* ¶ Alienationis prohibitio facta ad tempus, poſt illud cenſetur permiſſa. *Vero deciſ. 23. part. 2. & deciſio. 399. ibid.* fallit quando fideicommiſſum fuit injunctum ante inhibitionem. *Mago. deciſ. 149. Rot. Floren.* nam tunc per ipſam inhibitionem ad tempus, non cenſetur revocatum fideicommiſſum, ante factum. *ibid. Dec. conſil. 386. volum. 2.*

Cap. VII. Quæ dicantur prohibita, & cenſeantur.

An ſi quis partem ſuam in teſtamento alienare ſit prohibitus, cenſeatur etiam prohibitus accreſcentem partem alienare. *Vaud. Varia. quæſtio. libr. 1. quæſt. 43.* ¶ Legitima poteſt prohiberi alienari uſque ad 30. annos. *Boer. deciſ. 87. vide Rol. conſil. 91. num. 30.* ¶ Alienationis prohibitio ubi duplex inducitur, altera à jure communi, altera à teſtatore, una ceſſante, altera locum habet. *Ozaſ. deciſ. 85. num. 14.* ¶ Prohibita per teſtatorem alienatione, cẽſetur prohibita cenſus conſtitutio, ſuper re prohibita alienari. *Paul. Æmil. deciſ. 17 part. 1.* ¶ Alienatio ubiconque prohibetur à lege, vel à teſtatore, cenſetur prohibita uſucapio. *Bartol. in l. 24 ff. de uſucapio.* ¶ Alienatione prohibita, prohibetur etiam locatio ad longum tempus, cum ex ea acquiratur poſſeſſio, & utile dominium. *Vincent. de Franc. deciſio. 122. num. 8.*

Cap. VIII. Quis alienare poſſit, vel non.

Prohibens alienare extra familiam, poteſt alienare in ejus filiam, cum ſit de agnatione. *Natt. conſ 676. num. 13.* tamen prohibitus alienare extra familiam, & deſcendentes maſculos, dicitur contraveniſſe inſtituendo ſorores, vel filias proprias. *Menoch. conſil. 359. lib. 4.* ¶ Alienare prohibitus extra familiam, vendere poteſt de conſenſu ipſorum, quorum favorem reſpicit prohibitio. *l. 11. C. de fideicom. & ibid. Bartol.* aut etiam ipſis requiſitis, & nolentibus emere. *Boer. conſil. 46. num. fin. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 37.* & illis de familia alienare poteſt: *Dec. conſil. 218. 422. & 429.* niſi fuerit facta prohibitio contemplatione certæ perſonæ: quia tunc extra illam perſonam, alienatio fieri non poteſt. *Menoch. conſil. 211. lib. 3. num. 133.* ¶ Prohibita alienatione extra familiam, ultimus de familia alienare non prohibetur. *Magon. deciſ. Luc. 59. num. 25.* quod non habet locum, quando ultimus eſſet gravatus, caſu quo alienaret, quod tunc res ad alterum perveniret cum aliquo onere. *Dec. conſil. 182. vide conſil. 584. & 635. ejuſdem.* ¶ Vendere qui uni tenetur, eo non emente, alteri vendere poteſt. *Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 37.* ¶ Alienare prohibitus extra familiam, cohæredibus emere nolentibus, poteſt vendere extraneo, niſi eſſet prohibitioni adjectum, ut familiæ relinqueretur. *Bart. in l. 12. §. cohæredes. ff. de verbo. obligat.* ¶ Diſpoſitio legis fin. §. fin. de legat. 2. non habet locum, quando ultra fideicommiſſum eſſet expreſſa prohibitio teſtatoris, quia eo caſu ignorans ignoranti alienare non poſſet. *Ozaſ. deciſ. 73. in fine.*

Cap. IX. Quæ alienari poſſint, vel non.

Bona prohibita alienari ext. familiam an, & quando in unum de familia alienari poſſint, *vide Natt. conſ. 111. Tom. 1.* ¶ Res teſtatoris alienari poſſunt propter æs alienum, non obſtante fideicommiſſo, & quacunque prohibitione. *Boer. deciſ. 129* ſi non ſuperſunt alia bona. *Andr. Gail. obſ. 137. vide Mago. dec. 91. num. 14. & dec. 92. Rot. Floren. Ægid. Magiſt. emtt. ſubbaſtationum, cap. 32. in fine. in deciſ. diverſo. Natt. conſ. 145. num. 22. & 255. num. fin. Menoch. conſ. 207. lib. 2.* nam prohibitio teſtatoris de non alienando, non extenditur ad alienationem neceſſariam *Cravet. conſ. 115. Bart. in ſuis quæſtionibus. quæſt. 11. num. 18.* ¶ Si in teſtamento pater inſtituat filiom, prohibueritque eum poſſe diſponere de ſua legitima, & trebellianica, prohibendo etiam bona ipſius teſtatoris pro dote, nec alias quovis modo donari, & alienari, approbatoque teſtamento per filium, in vita, & poſt mortem patris etiam cum juramento, nihilominus non obſtante hac prohibitione per filium approbata, poterunt ipſa bona alienari pro dotibus filiarum ipſius filii gravati. *Guid. Pap. q. 96. Boer. deciſ. 129. num. 5.* imo teſtator, ſi expreſſe prohibuerit alienationem, res non poterunt alienari, etiam in caſibus exceptis in authen. res quæ. *Guid. Pap. qu. 611. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 70. part. 2. Guid. ſingul. 301. vide tamen. Rol. conſil. 81. vol. 2.* ¶ Mentem teſtatoris prohibentis alienationem in extraneos præſumi, eo quod fœminas excluſit, nec inter filios alienationem prohibuiſſe jure communi permiſſam: ideo tunc uni ex filiis poſſe fieri alienationem inſolidum, *ſcribit Menoch. conſil. 356. lib. 4.*

Cap. X. Quæ fieri poſſint, vel non.

Res quæ eſt prohibita alienari per teſtatorem, poteſt præſcribi, quando interveniente conſenſu eorum, in quorum favorem facta fuit prohibitio, poſſet fieri alienatio. *Rol. conſ. 3. num. 84. vol. 1.* ¶ In re prohibita alienari per teſtatorem, non detrahitur trebellianica. *Guid. Pap. qu. 51.* ¶ Alienatio fieri poterit conſentiente fideicommiſſario. *Magon. dec. Luc. 59. num. 23.* ¶ Ex diviſione bonorum non dicitur facta alienatio, contra prohibitionem teſtatoris, *vide Menoch. conſ. 322. libr. 4. num. 47.* ¶ Alienationis prohibitio ceſſat deficientibus perſonis ad quas res prohibita alienari, debet devenire. *Ozaſ. dec. 98. n. 13. Rol. conſ. 25. vol. 1. num. fin. Bart. in auth. de reſtitut. fideic.*

Cap. XI. Quando revocari poſſit, vel non.

Alienatio facta per hæredem de re prohibita alienari, non revocatur hærede vivente, nec ſi aliquem de familia inſtituit hæredem, *Bart. in l. 71. §. prædium de legat. 2.* ¶ Alienans contra prohibitionem teſtatoris, non poteſt revocare alienata, ſed ſubſtitutus admittitur. *Natt. conſ. 145. num. 18.*

Cap. XII. Quæ valeant, vel non.

Alienatio facta contra voluntatem defuncti tenet, donec revocetur, & conſentiens alienationi admittitur ad revocationem eorum, quæ poſtea alienantur. *Bart. in l. 79. §. liberis de leg 2.* ¶ Quando cenſeatur habere legitimam cauſam, ut valeat, *Dec. conſ. 481.* ¶ Alienatio prohibita, ſi inter eos de familia ſit conceſſa non regulatur ſecundum fideicommiſſum familiæ factum, in quo cenſentur vocati proximiores, quia alienatio hoc caſu tenet, etiam facta remotioribus in gradu, ejuſdem tamen familiæ, *Magon. dec. 71. Floren.*

Vel non.

Nudum præceptum de non alienando non valet, quando legatum tranſit ad legatarium ipſo jure; ſecus ſi debet præſtari de manu hæredis: quia tunc non debet habere legatum, niſi caveat de alienando. *Bart. in l. 70. §. Titio. ff. de conditio, & demonſtra.* ¶ Facta prohibitione, ne bona alienentur extra familiam ſi unus de ipſa familia alteri ejuſdem familiæ tradiderit rem prohibitam alienari, in emphyteuſim ſolum, poſtea vendiderit dominium directum extraneo, talis alienatio facta reſpectu dominii directi, non tenet, & poteſt revocari per proximiorem de familia. *Menoch. conſ. 116. libr. 2.* ¶ Alienatio rei prohibitæ per teſtatorem alienari, eſt ipſo jure nulla. *Gramm. deciſ. 93.* ¶ Si prohibitio teſtatoris, ſeu præceptum nudum eſt, non valet: quia non exprimit cauſam quare faciat, ſi autem contineat cauſam expreſſam, vel tacitam, quia vult bona in familia remanere, tunc ſi unus de familia alienat partem ſuam, invitantur ſequentes: item ſequente alienante, admittuntur alii ſequentes, non præcedens, qui alienavit, quia ipſe non poteſt venire contra factum proprium. *gloſſ. 1. in l. 11. C. de fideic.* ¶ Turris alienatio prohibita ſine cauſa non tenet. *Capic. dec. 108. num. 5. vide Bartol. in l. 11. C. de fideic.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Alienandi ſimplex prohibitio, non arguit teſtatorem voluiſſe rem illam in familia permanere. *de arbitra lib. 2. caſ. 37. num. 3. Dec. conſ. 23. Roland. conſ. 43. vol. 4. num. 42.* ¶ Prohibitus à teſtatore alienare extra familiam ſub pœna alienans, non incidit in pœnam, quando non offenditur ille, in cujus favorem prohibitio fuit facta. *Dec. conſ. 182. vide tamen ibid.* ¶ Sententia ſuper re prohibita alienari contra prohibitum prolata, non præjudicat fideicommiſſario non citato. *Ozaſ deciſ 157. num. 14.* ¶ Baldi conſilium vigeſimum in verſ. ſed remanet quæſtio. vol. 2. quo diſponitur eum, qui antea aliqua bona prodigaliter alienavit, non privari facultate ſibi, conceſſa à teſtatore alienandi bona pro ejus neceſſitate, & redemptione perſonæ, declaratur per *Ozaſ. deciſ. 168.* ¶ Alienatio prohibita rei hæredis, an impedit dominii tranſlationem ſicut prohibitio alienationis rei teſtatoris. *Vincent. de Franc. dec. 298. part. 2.* ¶ Prohibitio alienationis, niſi in illos de domo, cenſetur facta, ut bona conſerventur in familia, & tunc pater contraveniens inhibitioni teſtatoris, non nocet filiis *Mag. deciſ. 138. Rot. Flor.* ¶ Prohibitio facta à teſtatore, tollere videtur tacitam prohibitionem à lege factam, *Dec. conſ. 386.* ¶ Alienatio prohibita per teſtatorem cum clauſula, quod in caſu contraventionis ſit nulla, & nullius valoris, & res tranſeat ad cohæredes, non habet effectum, quando non ſupereſſet perſona, in cujus favorem facta ſit dicta prohibitio, & quæ poſſit dictam alienationem revocare. *Rol. conſ. 25. vol. 1. n. 18.* ¶ Quando teſtator prohibuit, quod ejus domus non poſſit alienari per hæredem ſuum, vel per ſubſtitutos, ſed voluit, quod dicta domus remaneat ſub nomine parentelæ, & agnationis ſuæ in perpetuum, & pertineat ad antiquiorem, qui tunc reperietur, hærede inſtituto deſcendente cum filiis, primogenitus ipſius, debet habere dictam domum. *Rol. conſ. 6. volum. 4.* ¶ Alienare prohibitus extra familiam, non prohibetur hæredem inſtituere legitimum, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, quamvis non eſſet de familia. *Ant. Trigon. ſing. 101.* ¶ Prohibitio de alienando hæredi per teſtatorem facta, & ſi ſæpius ipſa conditio diſpliceat, quandoque tamen eſt utilis: nam alienari prohibita, in fiſcum non cadunt. *Hippol. de Marſil. ſing. 214. vide tamen Auguſt. Bero. quæſtio. 41.* ubi diſtinguit inter ſimplex fideicommiſſum, & expreſſam prohibitionem. ¶ Inſtitutis pluribus hæredibus, & invicem ſubſtitutis, factaque prohibitione de alienando bona hæreditaria ſub pœna privationis portionis alienantis applicandæ aliis hæredibus, non contrafacientibus, an alienans cadat ipſo jure à portione ſua, & an detur actio contra filium ſuum, & quid ſi ille, qui vult revocare alienata per cohæredem, etiam ipſe alienaverit

contra

contra prohibitionem teſtatoris. *Mag. dec. 16. Rot. Flor. dec. 47. & 50.* ¶ Hæres prohibitus alienare ſub pœna privationis, alienando partem rei, pro ipſa tantum puniendus eſt, niſi dictum ſit, quod alienare non liceat, neque in totum, neque in partem. *Mag. deciſ. 19.* ¶ Si contra prohibitionem teſtatoris fiat alienatio de bonis prohibitis cum reſervatione dominii, an dicatur contraventum prohibitioni. *Mag. deciſ. 91. & 92. ejuſdem Rota.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Minor alienans contra prohibitionem teſtatoris, qui in caſum alienationis voluit bona ad alium devenire, non reſtituitur in integrum, ſi habebat notitiam prohibitionis, ſed an præſumatur illam habere; hoc eſt, habuiſſe ſcientiam teſtamenti, *vide Cravet. conſ. 193.* ¶ Quando teſtator prohibuit alienationem, & voluit bona pervenire ad cohæredem, ſi aliquis ex hæredibus commiſerit delictum, fiſcus non admittitur ad bona, ratione delicti. *Rol. conſ. 56. & conſ. 18. vol. 2. num. 21.* ¶ Maritus legans uxori uſumfructum fundi, cum hoc, quod non poſſit fundum alienare, videtur legaſſe proprietatem. *Franc. Cremen. ſing. 28.* ¶ Vendere gravatus in familia, ut poſſit alteri vendere, debet requirere, & expectare illos de familia. *Bar. in l. 91. §. inſtituto de legat. 2.*

TITULUS CCCXCIX.

De retractu, nempe quando proximior agnatus, ſeu affinis poſſit reemere rem per alium agnatum, ſeu affinem alienatam.

Generalia.

De hac materia, vide etiam infra, *tit. de jure offerendi.* ¶ De venditione facienda virtute ſtatuti inter agnatos, confines, & participes & de materia, *vide per Borg. Caval. deciſion. 19. de contract. part. 2.* ¶ De hac materia retractus, *vide etiam eundem Borg. deciſ. 20. part. 2.*

Cap. I. Retractus quando extendatur, intelligatur, vel non.

Rei venditæ retractus, non extenditur ad permutationem: idem in prælatione retentionis. *Boer. deciſ. 49.* ¶ Statutum, quod agnatis tribuit poteſtatem recuperandi bona alienata, quomodo interpretetur, & quas exceptiones poſſit adferre emptor contra agnatum, volentem recuperare bona alienata, *vide Dec. conſilio 222.* ¶ Statutum non præfigens certum tempus ad retrahendum, intelligitur intra annum, ſi eſt facta venditio alteri agnato, aut confinanti, ſed ſi eſt facta extraneo, intra triginta annos, & ſi agitur contra tertium poſſeſſorem, intra decem, inter præſentes, & viginti inter abſentes. *Borg. Caval. deciſ. 19. de contract. num. 8.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Scientia vera, & plena requiritur in materia retractus, nec præſumpta ſufficit. *Mago. deciſ. 26. num. 44.* ¶ Quomodo ſcientia probetur, & ex quibus præſumatur in hac materia, *ibid. deciſ. 48.* ¶ Si conſanguineus verum pretium, quanti res extraneo vendita ſit, ignoret, particularis depoſitio ſufficit, addita proteſtatione, & oblatione, ubi de pretio certior factus fuerit, quod reliquum ſolvere paratus ſit. *Gail. obſerv. 19. num. 7.*

Cap. III. Quæ fieri poſſint, vel non.

Condemnatus ad vendendum jure proximitatis, apponens aliquas exceptiones, debet etiam audiri, antequam fiat miſſio in poſſeſſionem rei. *Mago. deciſion. 110. Rot. Flor.* facta conſignatione, & depoſitione, ſi ſuper ea diſputatur, interim conſignans, debet mitti in poſſeſſionem rei. *Papon. lib. 11. titul. 7. & titul. 8. arreſt. 9. eod. lib.* ¶ Dominium in retractu revertitur ad venditorem à tempore conſignationis, poſtquam deponens facit fructus ſuos. *Boer. deciſion. 182. num. 28. vide Joan. Papon. libro 11. Titul. 5. arreſt. 1. & 5.* imo à die ſimplicis oblationis, nulla facta conſignatione. *Papon. lib. 11. tit. 7. arreſt. 30.* ¶ Agnatia, quando facienda eſt venditio vigore ſtatuti, hoc intelligi debet, de proximioribus. *Vem. deciſion. 77. part. 1.* & tale ſtatutum dicitur magis ſecundum jus commune, quam contra. *Cabal. milleloq. 579.* ¶ Arbores cædue ſilvæ reddunt eam preciſiorem: ideo illis cæſis, quid ſit obſervandum in retractu, *Vincent. de Franc. deciſ. 390. par. 2.* ¶ Quando conceditur retractus poſt certum tempus cum adhibitis teſtibus ſine inſtrumento, fit alienatio. *Menoch. de arb. lib. 2. cent. 1. caſ. 63.* ¶ Oblatio ſola, vel conſignatio pecuniæ in retractu, quando fieri debeat, *Boer. deciſ. 124. num. 22.* ¶ Quando retrahens audiatur poſt annum, *vide Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 24. & 28.* quod non audiatur, *ſcribit Hippol. ſing. 64. Roland. conſ. 21. vol. 1.* ¶ Venditione cum donatione pluris valentiæ facta, non poteſt quia in retractu dicere, donationem eſſe partem pretii. *Boer. deciſ. 142. & 143. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 19.*

Cap. IV. Quando cedi poſſit, vel non.

Reemendi jus poteſt cedi proximioribus vocatis, ſecus remotioribus, & non poteſt cedi extraneo, nec etiam donari. *Lud. deciſ. Luc. 47. num. 4.* ſed retractus jus, an poſſit cedi, *Boer. deciſ. 139. Vinc. de Franc. deciſ. 242. p. 2.* ¶ Facultas retrahendi rem alienatam ex ſtatuto competens proximiori agnato, non poteſt extraneo cedi. *Joan. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 4. Jaff. Laufr. Balb. deciſ. 193. Borg. Caval. deciſ. 19. nu. 80. de contract. part. 2.* ¶ Statuto ſtante, quod ubi quis rem immobilem vendiderit, proximiori intra annum redimere valeat, jus illud extraneo cedi non poteſt. *Franc. Marc. quæſt. 404.*

Cap. V. Qui retrahere: revendere redimere poſſit, vel non.

Si intra annum datum ad retrahendum, emptor alienaverit rem alteri, adhuc agnatus poteſt agere contra hunc ſecundum emptorem. *Coſſa. des retraicts. gloſſ. 2.* ¶ Legatum da centum ex bonis teſtatoris factum, dicitur legatum quantitatis: ideo ſi pro tali legato dentur in ſolutum aliqua bona teſtatoris agnatus virtute ſtatuti, admittitur ad retrahendum. *Hier. Magon. deciſ. 63.* ¶ In materia ſtatutaria retractus, quæ bona dicantur patrimonialia, ut poſſit retrahi per agnatum, *vide ibidem. deciſ. 93.* ¶ Agnatus tranſmittit jus retrahendi ſuo hæredi, *vide Caval. deciſ. 19. par. 2. de contract. n. 80.* ¶ Agnatus præſtans conſenſum in venditione, an poſtea poſſit retrahere, non obſtante conſenſu, *vide ibid. num. 8.* ¶ Proximior non poteſt unam ex pluribus rebus venundatis retrahere. *Boer. deciſ. 251.* ¶ In feudis Dominus habet jus retrahendi. *Papon. lib. 11. arreſt. 6. titul. 10.* & poſteaquam reemit feudum, poteſt de illo ad libitum diſponere. *Papon. lib. 11. tit. 7. arreſt. 7. vide arreſt. 6. & 10.* ¶ Jus retrahendi competit illi, qui tempore contractus non erat natus. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 7. arreſt. 1.* ¶ Proximiori competit actio ad retrahendum, contra agnatum emptorem exiſtentem in remotiori gradu. *ibid. arreſt. 28.* ¶ An filius poſſit retrahere rem per patrem venditam, *Coſſan. in conſuet. Burg. tit. des retraicts. Rub. 10. §. 1. gloſſ. 2. num. 8. Boer. deciſ. 138.* ¶ Filius admittitur ad retrahendum rem alienatam à patre, maxime ſi non fuerit hæres patris. *Magon. deciſ. 26. Flor. Joan. Papon. lib. 11. titul. 7. arreſt. 2.* ¶ Retrahere alias ob inopiam non valens, ſi denuo ad eundem venditorem redeat res, an retrahere poſſit effectus dives. *Boer. deciſio 78.* ¶ Quando pater

Digitized by Google

uti adminiſtrator ſuorum filiorum, retrahit ratione proximitatis filiorum ex parte matris, mortuis filiis, bona retracta ſpectant ad proximiores ex parte ipſius matris. *Papon. ibid. arreſt. fin.*

Vel non.

Ille, qui vendidit non poteſt retrahere. *Caſſan. des retraidz. gloſſ. 5.* & naturales admittuntur. *ibid. num. 6.* ¶ Beneficium retrahendi, quod à ſtatuto agnatis, vel conſanguineia conceditur, non competit legitimatis. *Mynſing. obſerv. 35. cent. 1.* ¶ Si ille, qui habet jus retrahendi deceſſerit, relictis pluribua hæredibus unus illorum, non poterit pro parte ſua tantum, retrahere. *Papon. libr. 11. titul. 6. arreſt. 8.* ¶ Bannitus, an amittat jus prothomiſeos. *Magon. deciſio. 26.* ¶ De cautela ad impediendum jus retrahendi. *Papon. ibidem arreſt. 15.* ¶ Proximior qui per retractum avocare poteſt rem venditam, ſi ubi facta denunciatione nolit emere, retractus jure privatur. *Amanel. de Clariſaq. ſing. 21.*

Cap. VI. Quando redimi poſſint, & qui revendere.

Statutum, quod bona patrimonialia poſſint, quandocunque redimi reſtituto pretio, eſt in jure validum. *Joſ. Lud. deciſ. Luc. 47.* ¶ Proximiori revendere videtur emptor ab eo pretium accipiens, & poſſidere permittens. *Boer. deciſio. 77.* nam emptor reputatur revendidiſſe, ſi intra tempus legitimum recepit pretium. *Papon. lib. 11. titul. 6. arreſt. 4.* ¶ Emptor non cogitur revendere, niſi pretio, & aliis ſibi ſolutis, vel ſignatis. *ibidem Boer. in fin.* ¶ Proximior, qui ſemel declaravit ſe nolle retrahere non poteſt amplius pœnitere. *ibid. Boer. num. 9.*

Cap. VII. Quando habeat locum, vel non.

An agnato competat jus retractatus ſi feudum alienatum dixerit ſe nolle emere. *Andr. Facbi. lib. 7. cont. c. 16.* ¶ Si proximior agnatus uti valet jure retractus, poſſit jure eo uti ſequens in gradu. *Andr. Facbin. lib. 7. cont. cap. 17.* ¶ Pactum, ut non transferatur dominium, niſi ſoluto pretio, non poteſt impedire jus retractus. *idem Caſſan. ibidem. gloſſ. 4.* ¶ Permutatio facta interveniente pecunia, an cenſeatur venditio, ut habeat locum retractua, *vide Boer. deciſ. 144. & Papon. lib. 11. titul. 7. arreſt. 14.* ¶ Retractus conſanguineorum, locum habeat in acquiſitis de novo, *vide Boer. deciſio. 76. num. 1. & 10.* ¶ Ratractus introductus in favorem generis, & conſervationis agnationis an locum habeat in acquiſitia de novo, *vide ibid. num. 6.* ¶ Retractua, an habeat locum in rebus fiſco delatis, *vide Boer. deciſ. 279.* ¶ Retractus jure ſanguinis, & propinquitatis, habet locum in re, quæ ſolum fuit patris, ſicut in avita, & re majorum. *Gom. Leo. deciſio. 35. in deciſio. diverſo.* ¶ Quando in contractu intervenit pretium, eſt emptio licet de emptione nulla fiat mentio, imo contractus ſonet in emphyteuſim, & tunc eſt locus retractui, quæ non procedit, niſi in contractu venditionis, *Gom. Leo. deciſio. 34. in deciſio diverſo.* ¶ In reditibus alienatis eſt locus juri retrahendi, & in qua moneta teneatur retrahena ſolvere pretium, *vide Pap. libr. 11. titul. 7. arreſt. 18.* ¶ Proximiore recuſante retrahere, locus erit remotiori, *idem Caſſan. des retraicts. §. 2. gloſſ. 1.* ¶ Quid ſi plures ejuſdem gradus retrahere velint. *vide ibidem §. 4.* ¶ An jus retractus habeat locum in permutatione, donatione, tranſactione, compenſatione, & in diviſione, *vide ibidem §. 5. numer. 10. & ſeqq.* ¶ Retractus conceſſus proximiori conſanguineo, competit ei, qui eſt proximior tempore, quo evenit caſus retractus. *Alexand. Raud. tractat. de analog. cap. 27. num. 55.* ¶ Si detur una ſpecies inæſtimata pro alia æſtimata, dicitur venditio, & habet locum hoc jus. *Caſſa. d. titul. des retraicts. gloſſ. 3.* quid in donatione, *vide ibid. numer. 5.* & in fructibua. *ibid. num. 9.* ¶ Jus retractus habet locum, etiam in alienatione facta per ſubhaſtationes. *Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 29.*

Vel non.

Jus retractus non datur, quando contractua emptionis erat nullus ex aliqua cauſa. *Joan. de Arnono, ſing. 56.* ¶ Retractus non habet locum, quando Eccleſia vendit, ſed bene quando ipſa, vel clericus emit. *Boer. deciſ. 231.*

Cap. VIII. Quis præferatur.

Proximior præfertur extraneo ceſſionario jus retrahendi habenti à venditore, qui ſibi tale jus reſervaverat in contractu venditionis. *ibid. arreſt. 3.* ¶ Venditor, quando præferatur agnatis, ſi vellet redimere. *Caſſan. conſtit. Burg. des retraicts. §. 10. gloſſ. 2. nu. 8.* ¶ Agnatus, qui eſt etiam confinans, præfertur agnato non confinanti. *Borg. deciſ. 19. de contract part. 2. n 85.*

Cap. IX. Quando currat tempus, vel non.

Annus datus ad retrahendum incipit currere à tempore adeptæ poſſeſſionis, & obtentæ inveſtituræ, *Joan. Pap. libr. 11. titul. 7. arreſt. 12.* ¶ Tempus præfixum ad recantandum, incipit currere à tempore ſcientiæ. *Jaſſ. Lanfran. Balb. deciſ. 193.* quando alias incipiat currere, *vide Joan. Pap. lib. 10. tit. 7. arreſt. 8. Borg. Carol. deciſ. 19. de contract. par. 2.* ¶ Jus congrui per ſtatutum, vel conſuetudinem induci poteſt, ſed conjunctus ſolum habet annum ad retrahendum à die ſcientiæ. *Mynſing. obſerv. 34. cent. 2.* ¶ Tempus ad retrahendum, quando incipiat currere proximioribus, maxime quando venditor adhuc poſſidebat, tamen conſtituerat ſe poſſidere nomine emptoris. *Boer. deciſ. 112.* ¶ Retractio intra certum tempus agnatis conceſſa, habet locum, etamſi per mille manus res tranſierit. *Boer. deciſ. 182. num. 32.* ¶ Tempus datum ad retrahendum currit abſque ſpe reſtitutionis. *Pap. lib. 22. tit. 7. arreſt. 32.*

Vel non.

Facta alienatione per maritum cum promiſſione de ratificando per uxorem non currit annus niſi à die ratificationis. *Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 33.* ¶ In ſtatuto materiæ retractus, non currit præſcriptio agnatis triginta annorum, niſi à die ſcientiæ. *Joſeph. Ludovic. deciſio. Luc. 52.* quia tale tempus eſt utile. *Caſſan in conſuet. Bur. tit. des retraicts. §. 5. gloſſ. 1. num 4. Rol. conſ. 21. vol. 1.* ¶ Tempus retractus non currit pendente appellatione. *Boer. deciſ 140. Papon. libr. 11. titul. 7. arreſt. 22.*

Cap. X. Quando ceſſet jus, vel non.

In alienatione facta cum pacto legis commiſſoriæ ceſſat interim jus retrahendi: idem quando venditio fuit facta cum pacto de retrovendendo, ſed tempus his duobus caſibus incipit currere, à tempore, quo finitur facultas redimendi, & ceſſat ſpes luitionis. *Pap. lib. 11. titul. 7. arreſt. 11.* & in alienatione decimarum facta Eccleſiæ. *arreſt. 13.*

Cap. XI. Quando valeat.

Jus retractus valet, ſive ex conſuetudine, ſive ex ſtatuto inductum ſit, & per ſtatutum poteſt prohiberi alienatio bonorum in extraneos. *Andr. Gail. obſerv. 18. libr. 2.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

Poſſitne agnatus ex jure retractus feudum antiquum alienatum ab agnato cum conſenſu domini eo vivente ſoluto pretio renovare. *Andr. Facb. lib. 7. cont. cap. 15.* ¶ An jus retractus liget etiam clericos reddere venditionem rei emptæ ſtante ſtatuto Taurini, quod qui emit rem immobilem à fœmina teneatur eam reſtituere fratri, vel ſorori venditoris includat etiam clericos ementes cum de laicis tantum loquatur. Surdus *conſ. 2.* ait non poſſe includi. ¶ De modo concludendi contra emptorem, quando agnatus vult agere ad rem venditam jure retractus. *Caſſan. d. titul. gloſſ. 5. §. 11. gloſſ. 11.*

Cap.

Cap. XIII. Ad qua teneatur, vel non.

Qui rem venditam jure proximitatis retrahere vult quatuor ex parte ſui adimplere tenetur, de quibus vide per *Andr. Gail. obſerv. 19.* ¶ Proximior retrahens debet reſtituere pretium cum laudemio ſoluto. *Botr. deciſio. 291.* tamen ſi privilegiatus laudemium non ſolvit, non poterit illud à retrahente recuperate. *Rot. Avenio. deciſio. 26. in deciſio. diverſo. vide nihilominus. Papon. libr. 11. titul. 9. arreſt. 2.* ¶ Si emptor intra annum redemerit rem ab onere, ad quod tenebatur, an retrahens teneatur etiam ad tale pretium ſolotum, reſpectu dictæ redemptionis, *vide ibidem. arreſt. 20.* ¶ Proximior retrahens ſolum tenetur ad precium nominatum in inſtrumento. *Pap. ibid. arreſt. 21.* ¶ Secundus proximior retrahere volens, an teneatur ſolvere emptori id, quod vere, & realiter ſolvit cum legitimis acceſſoriis, *Burg. deciſ. 76. num. 8.*

Vel non.

Retrahens ſatisfecit offerendo liquidum, & pro illiquido, offerendo cautionem. *Joan. Pap. lib. 11. tit. 6. arreſt. 2.* ¶ In jure retractus quando pars, qua emit ſtat ſemper in finibus non reſtituendi fundum, tunc vicinus, vel proximior non tenetur offerre pretium de neceſſitate, ad obtinendum. *Joan. de Arnono. ſingul. 34.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Minor reſtituitur adverſus tempus datum ad retrahendum. *Boer. deciſ. 63. num. 3. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 22. & 23.* quæ reſtitutio fit per Principem. *Idem Boer. deciſ. 140.* ¶ Statutum, quod emptor infra menſem teneatur retrovendere agnatis proximioribus valet, ſed non habet locum in alienatione neceſſaria. *Roland. conſil. 21.* ¶ Sententia ejus, qui habet jus retrahendi ſe à retractis de venditione facta debet eſſe certa non tamen reſpectu venditionis, ſed etiam pretii, & aliarum circumſtantiarum. *Put. deciſ. 126. lib. 2.* ¶ De reſtitutione quæ datur ad retrahendum minori, *vide Boer. deciſ. 19. par. 2. num. 86.* ¶ Conditio, quæ datur ex lege municipali ad retrahendum, non eſt mere perſonalis, ſed in rem ſcripta: ideo datur contra tertium poſſeſſorem, *Gail. obſerv. 19. lib. 2. num. 6.* ¶ Proximiore redimente, eodem aucto pretio revendente, an ſint duæ venditiones, *vide Boer. d. deciſ. 76. num. fin.*

TITULUS CCCC.

De jure congrui, nempe quando vicinus poſſit reemere rem per ſuum vicinum alienatam.

Cap. I. Jus congrui cui competat.

Vicinus horti, vel curtis non habet jus congrui ad domum conjunctam dicto horto, vel curti, quia hortus vel curtis licet ſit de domo, tamen eſt res ruſtica, & ruſticum non trahit ad ſe urbanum; *Afflict. deciſ. 223.* & per conſequens conjecturus terræ tantum, non habet jus congrui, ad domum conjunctam dictæ terræ. *Afflict. ibidem.* ¶ Jus congrui, an competat Clerico tanquam vicino (reſpectu rei propriæ) contra laicum & è contra. *Vincen. de Franc. deciſ. 285. par. 2.* ¶ Qui vult uti beneficio ſtatuti diſponentis, quod liceat vicino emere rem alteri venditam, debet habere & probare omnes qualitates à ſtatuto requiſitas, vel realiter offerre, & deponere pretium, & alia facere de quibus per *Roland. conſil. 63. vol. 1.* ¶ De cautela, qua quis uti poteſt contra ſtatutum diſponens, quod res non poſſit alienari, niſi conſorti, ſeu vicino habenti domum, ſeu terram contiguam, ut res magno precio vendi poſſit, *vide Pet. Gerard. ſingul. 26.* ¶ In jure congrui fraus præſumitur, ſi venditor ſibi præſervaverit ſpacium terræ paſſuum trium circumcirca terram venditam. *Capic. deciſ. 38.* ¶ Jus congrui medio tempore, an competat de re vendita, in cujus venditione dictum fuit dominium non transferri in emptorem, niſi pretio ſoluto venditori, *vide Afflict. deciſ. 377.* ¶ Renuncians extrajudicialiter, dando licentiam vendere volenti, quod vendat cui velit, non poteſt amplius in illa re uti juri congrui. *Magon. ibid. d. deciſ. 118.*

Cap. II. Quando habet locum, vel non.

Statutum juris congrui, an habeat locum in venditione neceſſaria, & datione in ſolutum, *vide Magon. deciſ. 100. ejuſdem Rot.* ¶ Jus congrui habet locum, non ſolum in emptione, ſed etiam quando fit conceſſio ſub annuo cenſu redimibili in pecunia, *Vincent. de Franc. deciſ 392. part. 2.* ¶ Jus congrui non habet locum in contractu ſimulato, *Afflict. deciſ. 339.* neque in alienatione neceſſaria. *Capic. deciſ. 99.* ¶ An ſi plura bona ſeparata ſimul vendantur, poſſit vicinus non citatus, qui in una re tantum cohæret, omnia bona retrahere, vel rem tantum ſibi contiguam, *vide Magon. deciſ. 20. Rot. Florent.*

Cap. III. Qui conveniri, pœnitere poſſit, vel non.

Stante ſtatuto, vel conſuetudine, quod vicinus poſſit reemere rem per alium emptam oblato, & ſoluto pretio, utrum ſi Clericus emat, poſſit conveniri jure congrui, & ſic an habeat locum tale jus contra Clericum, *vide per Maran. in ſuo ſpecul. diſput. 8. fol. 500. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des retraicts. Rub. 10. §. 1. gloſſ. 2.* ubi concludit pro parte affirmativa. ¶ Vicinus qui jus congrui petiit, poteſt pœnitere, & recedere à ſua petitione invito emptore. *Vincent. de Franc. 346. par. 2.* ſed quod non poſſit pœnitere, & recedere, ſcribunt *Jo. Pap. lib. 11. tit. 7. arreſt. 9. Boer. deciſ. 48.*

Cap. IV. Qui præferuntur.

Habens plures domos ſimul continentes, ſi eas ſeparatim vendiderit, qualiter præſumatur hoc feciſſe in fraudem juris congrui, *vide Capic. deciſ. 38.* ¶ An ſi emptor rei immobilis, qui poterat conveniri jure congrui, donet illam alteri, vel permutat, faciat ceſſare jus congrui *Maran. in ſuo ſpec. diſp. 9. fol. 604.* ¶ Vicinus in re ruſtica, non præfertur vicino in urbanis per jus congrui. *Afflict. deciſ. 223.*

Cap. V. Quæ valeant.

Valet ſtatutum, quod in venditione agnati, vel conſortes præferantur, & tunc venditio tanquam nulla revocatur. *Dec. conſ. 647. Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des retraicts. Rub. 10. §. 1. Roland. conſ. 63. vol. 1.* ¶ Privilegium, quod quia non conveniatur jure congrui valet, & tunc emptor hoc jure non poteſt conveniri, *Vinc. de Franc. deciſ. 385. part. 2.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Stante dicto ſtatuto, ſi quis velit rem vendere, pro qua invenit 15. & conſors tantum velit dare decem, aſſerens hunc verum eſſe rei valorem, conſors ipſe non eſt audiendus, *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des retraicts. Rub. 10. §. 1. gloſſ. 1.* ¶ In hoc judicio juris congrui Judea loci rei eſt competens remoto Judice domicilii emptoris. *Vincent. de Franc. deciſ. 389. part. 2. Joan. Pap. lib. 11. titul. 6. arreſt. 1.*

TITULUS CCCCI.

De periculo, & commodo rei vendita.

Cap. I. Periculum: An ſit emptoris, vel non.

Emptio facta de bove, vel alio animali, aut de vino pretio convento, ſi aliquod periculum evenerit ante

ante traditionem, periculo emptoris cedit, ſi emptio eſt pura, & perfecta. *Caval. deciſ. 7. de contract. par. 2.* ¶ Venditio rerum, quæ deguſtationem non requirunt quando pura eſt, perfecta dicitur, etiam ante traditionem, & periculum emptoris eſt, modo venditio ſine ſcriptis fiat, alias ſecus. *Marc. quæſt. 58. num. 12.* ¶ Caſus fortuitus poſt perfectam venditionem, ſpectat ad emptorem, & factum ſuperioris, cui venditor tenetur parere, dicitur caſus fortuitus *Roland. conſil. 45.* ¶ Re ante litem motam perempta, ceſſat evictionis periculum, quia res perit emptori. *l. 26. C. de evictio.* ¶ Periculum, & commodum ſpectat ad emptorem cum pacto de retrovendendo, eſt enim dominus rei, *idem deciſ. 16. n. 48. Borgenſ. d. deciſ. 9. de contract. part. 2.* ¶ Quicquid poſt venditionem venditioni accreſcit, reſtituitur emptori, vel ejus hæredi. *l. 38. §. fi. ff. de hæred. inſtit.* nam ſtatim poſt venditionem contractam omne commodum, & incommodum, ad emptorem pertinet. *l. 11. ff. quod vi aut clam. l. 21. ff. de hæred. & actio. vend. §. cum autem emptio. inſtit. de empt. & vend. Affiict. deciſ. 280. num. 5.* ¶ Fructus, ſi vendantur in herba, cujus erit periculum, *vide Mart. quæſt. 58. n. 14.* ¶ Vendita res pertinet ad emptorem una cum fructib. *Paul. Æmil. deciſ. 333. part. 2. n. 5.* ¶ In his, quæ venduntur ut ſpecies periculum eſt emptoris in continenti: in his vero, quæ venduntur ut pondus, numerus, vel menſura, eſt periculum emptoris facta menſuratione, & non ante, cum diſtinctione, de qua *in d. l. 35 §. in his, quæ pondere, vide Affiict. deciſ. 280. num. 4. deciſ. 399. Mart. quæſt. 58. part. 2.* ¶ In vino ſtatim facta venditione (etiam ante deguſtationem) periculum eſt emptoris, ſi fiat in ſpecie venditio. *gloſſ in §. cum autem. inſtit. de empt. & venditio. Franc. Marc. quæſt. 58 num. 7.* (limita *ibid. num. 9.*) alias ſecus, *vide Affiict. deciſ. 399. num. 10.* ¶ Periculum deteriorationis vini poſt emptoris moram, ad emptorem tranſit. *Affiict. deciſ. 399. num. 11.* ¶ Si rem vendidi, ut periculo meo ſit, ubi dolum non commiſeris, periculo meo perit. *l. 68. §. final. ff. de contrahend. empt.* ¶ Res vendita adjecto pacto legis commiſſoriæ, interim eſt periculo emptoris. *l. 2. in fine ff. de leg. commiſſo.* ¶ Augmentum gabellæ emptoribus ipſius accreſcit, & acquiritur. *Dec. conſ. 4.*

Cap. II. Ad quem pertineat.

Periculum, & commodum rei æſtimatæ, datæ in ſolutum, pertinet ad recipientem: fallit in re data in ſolutum per minorem majori, ſi contractus reſolvatur: quia tunc commodum pertinet ad majorem. *Paul. Æmil. deciſ. 333. part. 3.* ¶ Recipiens res vendendas, ſi pretium etiam conventum ſequuta venditione promiſit, non tenetur ad periculum rerum: ſecus ſi promiſit alternativè, vel res, aut pretium. *Rot. Genu. deciſ. 112. vide Jaſ. de actio. §. omnium. num. 79.* ¶ Perfecta venditione alicujus rei ad quem ſpectet periculum, & commodum rei alienatæ, diſtinctione explicatur, per *Mynſing. obſerv. 36. cent. 6.* ¶ Venditio feudi ad menſuram, non dicitur perfecta ſaltem quoad periculum, niſi facta menſura. *Capic. deciſ. 14. num. 6.* tamen prædii menſura pro facta habetur, quotiens per alterum contrahentem ſtat, quo minus fiat, ut purus contractus æſtimetur, atque periculum cum ſequatur, qui in facienda menſura moram commiſit. *Cravet. conſ. 1. pro genero. n. 267.* ¶ Periculum diminutionis pretii rei emptæ, ad quem ſpectet, *vide Maran. in ſuo ſpecl. tit. an ſit judic. civil. vel crim. diſtinct. 4.* ¶ An periculum rei venditæ ante traditionem ſpectet ad emptorem, & quid de periculo ante venditionem, *vide Rot. Genu. deciſ. 36. n. 10.* ¶ Animal venditum & accommodatum, ſi intra tres dies moritur, præſumitur ex præcedenti infirmitate mortuum, habet pulmonem putridum, aut inteſtina corrupta. *Borg. Caval. dec. 7. de contract. p. 2.*

Cap. III. Emens, vendens, ad quæ teneatur, vel non.

Emens ſub annuo cenſu, re perempta, ſeu effecta inutilis, an teneatur adhuc ad cenſus ſolutionem, *vide Joan. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. fin.* ¶ Si fiat venditio plurium rerum alternative, erit venditoris declarare, quæ ſit vendita, & ſi duæ vendantur alternativè, prima perempta altera remanet in venditione; ſi vero ambæ perierint, pretium equidem debetur. *l. 34. §. ſi emptio. ff. de contrahent. empt.* ¶ Venditor tenetur præſtare cuſtodiam in re vendita, & ſi abſque culpa ſua perdatur, non tenetur, niſi ut actionem cedat, quam ſi culpa ſua non cedat, adhuc tenetur. *l. 35. §. ſi res ff. eod. vide §. cum autem emptio, inſtit. de empt. & vendit. vide l. 14. ff. de furtis. & gloſſ. in §. cum autem inſtitut. de empt. & vendit.* ¶ Venditor, qui recepit partem pretii, & reſervavit ſibi dominium, donec integrum pretium fuerit ſibi ſolutum, tenetur ad reſtitutionem pretii recepit, ſi durante dilatione ſolvendi res vendita perierit abſque culpa, & facto emptoris. *idem Borg. d. deciſ. 9. de contract. part. 2.* ¶ Peremptio rei venditæ facit deſinere eam eſſe integrum, & nihilominus emptor tenetur actione ex vendito ad pretium. *l. 5. §. emptio. ff. de reſcind. vendit.* ¶ Venditor ante traditionem tenetur emptori, ſi fuit in culpa petendi cautionem de damno infecto. *l. 18. §. emptor. ff. de dam. infect.*

TITULUS CCCCII.

De periculo rerum in genere.

Generalia.

DE periculo rerum, *vide Bartol. & Doct. in l. quod te. ff. ſi cert. pet.*

Cap. I. Periculum rei: mora: Quibus modis intelligatur.

Qui ſuſcepit in ſe periculum navigationis, intelligitur in ſe ſuſcipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris. *l. pen. C. de naut. fœno.* ¶ Principale propoſitum inſpicitur ad cognoſcendum, cujus gratia contractus fuit celebratus. *Bart. in l. 11. ff. ſi rer. pet.*

Cap. II. Quæ probentur.

Mors animalis, quomodo probetur, quando in itinere moritur de longinquo, *vide Borg. Caval. deciſ. 7. de contract. part. 2.* ¶ Teſtes deponentes ſuper peremptione, vel amiſſione rei, ut probent, qualiter debeant deponere, *vide Bartol. in ſuo tractat. teſtimoniorum. numer. 32.* ¶ Pignore caſu amiſſo, creditor ad hoc, ut agat ad creditum, debet probare caſum, & rem perditam caſu, manifeſtis probationibus. *Bartol. in l. 4. C. de pigno. actio.* & res perit ei, cujus eſt. *Bartol. in l. 8. C. eod.*

Cap. III. Ad quem ſpectet, vel non periculum rei.

Si pecunia deponatur à debitore penes electum per creditorem, periculum eſt ipſius creditoris: ſed ſi ipſe debitor eligat, periculum erit creditoris modo ipſe fuerit in mora percipiendi; ſecus ubi debitor fuit in culpa offerendi, vel neuter fuit in mora, aut culpa, quia tunc pertinet ad ipſum debitorem, quod non procedit in debito ſpeciei, *vide l. 39. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Poſt litem conteſtatam, rei periculum pertinet ad depoſitarium, *l. 12. §. final. ff. depoſiti.* ¶ Interitus, & amiſſio mercium ſpectant ad dominum earum, tamen conſequutum ratione ipſarum mercium deperditarum, ſuccedit loco earum. *Rot. Genu. deciſ. 157.* niſi mandatarius alio modo, quam fuerit ordinatum, miſerit merces. *Rot. Genu. deciſ. 174.* ¶ Quando æſtimatio rei faciat tranſire periculum in recipientem, *vide*

vide Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 10. ¶ Debitor quidam tradidit rem ſuo creditori, non ut cauſa pignoris eſſet obligata, ſed ut creditor eam creditori ſuo pignoraret, cui nam illius amiſſio ſine culpa imputari poſſet quæſitam eſt, & fuit reſponſum periculum ſpectare ad creditorem, *vide Auguſt. Bero. quæſt. 123.* ¶ Periculum nominis ceſſi, pertinet ad ceſſionatium, quod intellige de periculo inopiæ ſubſecutæ poſt ceſſionem : ſecua autem eſſet de inopia, quæ jam erat tempore ceſſionia. *l. 96. §. ſoror. ff. de ſolutio. & liberatio.* ¶ Si creditoris, vel tutoris, culpa non præceſſit, periculum pecuniæ pertinet ad debitorem, vel pupillum. *l. 102 ff. eod.* ¶ Periculum pecuniæ pertinet ad creditorem, qui ipſam accipere noluit. *Crav. conſ. 1. pro genero. num. 268.* ¶ Pecuniæ depoſitæ & acceptatæ pro parte, periculum ad ipſam partem pertinet : idem cum per ipſam partem ſtetit quo minus ei ſolutio pecuniæ fieret, ne ex ejus mora damnum deponens ſubeat. *Cravet. conſil. 1. pro genero num. 266.* alias periculum eſt deponentis. *Dec. conſil. 543 num. fin.* ¶ Quia cum para eſt in mora depoſiti recipiendi, pro ſoluta, & acceptata pecunia in odiũ, & perniciem illius habetur, qui reus moræ eſt. *Crav. ibid. num. 267.* ¶ Periculum interitus pertinet ad furem, & ad metum inferentem. *l. 2. C, de his quæ vi metus, & l. 9. C. de Furt. Bart. in l. 14. §. quatenus ff. de eo, quod met. cau.* ¶ Periculum inopiæ depoſitarii, vel fidejuſſoris ſubſequutæ, ſpectat ad creditorem. *Afflict. deciſ. 172.* ¶ Periculum rerum dotalium regulariter ad mulierem ſpectat. *l. 25. §. ſive autem. ff. ſolut. matri. & ibi Bart. & glo.* niſi res eſſent æſtimatæ. *l. 10. C de jure dot. & l. 11. eod.* Poſt moram, periculum interitus rei ligatæ, pertinet ad hæredem. *l. 49. §. final. de legat. 1. l. 111. ſi ſervus ibid.* ¶ Promittens facere ædificium, ſi illo facto ante approbationem minatur ruinam, aut caſmate pereat, omne periculum ſpectat ad conductorem, & fabricantem niſi promiſiſſet tantum operas ſuas dietim. *Borg. deciſ. 26. num. 13. & 38. part. 2.* ¶ Operis pars corruens ſine culpa conductoris, reficitur expenſis locatoris. *l. 62. ff. de locat. & conduct. & ibidem Bart.* ¶ In condictione furtiva periculum interitus indiſtinctè pertinet ad furem, ſed in actionibus deſcendentibus à contractu, habetur ratio culpæ ſecundum naturam contractus. *gloſſ. in l. 16. ff. de condict. furt.* ¶ Debita ſunt in triplici genere, & quando in quolibet pertineat periculum ad debitorem, *vide gloſſ. in l. quod te. ff. ſi. cert. pert.* ¶ Periculum rei traditæ ad vendendum, ut pretio quis utatur, pertinet ad tradentem, ſi eam venalem habuerit, aliaa ſecus. *l. 11. ff. ſi cert. pet.* ¶ Si depoſitum fiat grata accipientis, ad eum ſpectat periculum. *l. 4 ff. ſi cer. pet.* ¶ Periculum interitus ſpectat ad metum inferentem. *Bart. in l. 14. §. 4. quatenus. ff. de eo, quod met. cau.* & doloſus ad emendationem damni tenetur. *Afflict. deciſ. 369.* ¶ A die, qua quis incipit habere injuſtam cauſam litigandi, videtur dolo malo facere, & ad eum periculum ſpectat. *l. 13. ff. depoſiti.* ¶ Condictio indebiti datur, quatenus locupletior factus eſt recipiens : ideo ad illum non ſpectat rei interitus. *Gaſp. Cabal. milleloq. 385.*

Cap. IV. Res cui pereat, vel non.

Si res perierit culpa nuntii referentis, perit periculo domini, ſi eum miſit ; alias periculo commodatarii, quando nuntium malum elegit : Idem ſin nuntii dolo perierit. *l. 10. §. ſed et ſi. & l. 120. ff. commodati.* ¶ Pecuniæ nauticæ debitoris eſt periculum, niſi aliud fuerit conventum. *l. 2. C. de naut. fæno.* ¶ Veſtem ſericam quidam commodato accepit, eamque reddens in multia deteriorem factam noluit recipere dominus, reliquit commodatarius præ oſtio domini præſentia, & recuſantis eam acceptare, poſtea veſtis ipſa fuit furto ſurrepta, cujus periculo id cedere debeat, *Hipp. ſing. 607.* ¶ Quando res perit antequam ſocietas ſi contracta, perit ei, cujus eſt, ſi poſt contractam ſocietatem, perit communiter. *l. 59. ff. pro ſoc.* ¶ Culpa rei ubicunque abſque facto actoria jus ejus perimitur, pervenitur ad ſententiam, ac ſi peremptum non eſſet. *Bartol. l. 18. ff. de rei vend.* ¶ Si res perit culpa poſſeſſoris, ejus nomine condemnabitur. *l. 37. §. 1. ff. de rei vendic.* ¶ Si perit ſequeſtrata res, perit periculo ſequeſtrantis indebite. *Bart. in l. 19. ff. de dolo malo.* ¶ Re a donata ſub modo, ut donatarius teneatur alimentare donantem, perit periculo donatarii, qui propterea poſt interitum rei, tenebitur ad præſtationem alimentorum. *Fran. Crem ſing. 1.* ¶ Si res per metum, ſeu per vim compulſivam extorta ante ſecundam ſententiam pereat, perit periculo metum inferentis, ſi vero poſt ſecundam ſententiam, infra tempus datum judicantis, perit periculo domini, ſi res eodem modo erat peritura penes eum, alias ſecus. *l. 14. §. quatenus. ff. de eo, quod med. ca.* ¶ Pignus perit debitori, niſi creditor fuerit in culpa levi, ſed quis eam debeat probare, *Abb. conſ. 82. lib. 2. 25. C. de pign. & § ſi. inſtit. quibus mod. recontrah oblig at.*

Cap. V. Quando peti : agi poſſit.

Obligatio ad intereſſe poſt moram, non ſtatim ſuccedit in obligatione : rem reſtitui ; ſed cum reus deſinit habere facultatem rei præſtandæ. *Afflict. deciſ. 47.* ¶ Rem in obligatione, licet peremptam poſt moram poſſum petere. *Bart. in §. ſi res. aliena. inſtit. de legat.* ¶ Actionem realem, vel perſonalam habens ad rem, quando agat ad pretium in ſubſidium, re perempta, *vide Bart. in l. 3. C. de rei verdic.* ¶ Re perempta, ita quod primus creditor agere non poſſit hypothecaria, in ſubſidium agit ad pretium. *Bart. in l. 1. ff. de diſtract. pign.* ¶ Perempta re, quando agi poſſit ad æſtimationem & quando ad ipſammet rem, *vide Bartol. in l. 15. ff. de condict. cau. dat.* ¶ Re à prædone vendita perempta, eſt electio actoris, utrum pretium juſtum, vel conventum exigat. *l. 39. §. ſi prædo. ff. de dolo malo.* ¶ Re legata perempta, poſt moram hæredis, æſtimatio, vel ipſa res peti poteſt, electione legararii, & quando hæres eſt in dolo, ſtatim tenetur ad æſtimationẽ rei legatæ, quæ non reperitur, ſi in culpa datur ei tempua ad rem inveniendam. *Bart. in l. 49. de leg. 1. vide l. 26. §. ſi certum, & l. 40. eo.* ¶ In obligatione rem reſtitui, ea perempta, ſuccedit obligatio ad intereſſe, quando agitur contra furem quanti res plurimi fuerit, & habetur ratio fructuum. *l. 8. ff. de condict. furt.* ¶ Æſtimatio eſt præſtanda, quando quod debetur præſtari non poteſt. *Afflict. 347. num. final.*

Cap. VI. Qui teneatur de periculo, vel non.

De debitore moroſo, qui tenetur de caſu fortuito propter non factam ſolutionem ſuo loco & tempore, *vide Afflict. deciſ. 150.* qui debitor interitu rei non liberatur. *Jaſ. de act. §. ſic itaque num. 23.* ¶ Poſt litem conteſtatam, etiam in actionibus ſtricti juris, tenetur reus de interitu, & etiam ad fructus *l. 8 ff. de re jud.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quæ diſtrahere debuerat hæres, & non diſtraxerit, ut fideicommiſſario teneatur, ſi illa perierunt. *Menoch. de arbit. libr. 2. centu. 1. caſu. 49.* tamen animalia mortua ſina culpa hæredis, non veniunt in reſtitutione. *Dec. conſ. 81. num. 4.* ¶ Quando contractus eſt factus gratia recipientis, non tenetur de periculo, niſi de culpa leviſſime. *Bartol. in l. 11. ff. ſi cert. pet.* ¶ Poſt moram re perempta, non tantum tenetur poſſeſſor ad fructus, & ad cæteraa acceſſiones, ſed etiam ad actionea. *l. 17. §. idem Julian. ff. de rei vend.* nam ad moroſum pertinet periculum interitus. *l. 3. C. de pactis. l. 16. ff. de conſtitut. pecu. cum ſeqq. lib. 82. §. ſi poſt. de verbo. oblig. & l. 91. ibidem.* ¶ Condemnatus, qui in-

Digitized by Google

ſolvendo moram commiſit, tenetur de interitu rei, & etiam de acceſſionibus. *l. 7. C. de exequut. rei jud.* ¶ Res perempta poſt moram poteſt condici, & in ſtipulationem deduci. *l. 83. §. ſtichum. ff. de verb. oblig.* ¶ Re perempta in ſubſidium tenetur poſſeſſor actione neg. geſt. ad pretium ejus, licet habuerit titulum lucrativum, quando ei contra perimentem poteſt eſſe conſultum. *l. 17. ff. de vendit.* ¶ Si res legata facto hærede etiam ignorantis præſtari non poſſit, hæres tenetur; ſecus ſi non ſuo facto: quia tunc periculum pertinet ad legatarium. *§ ſi res legati. inſtit. de leg. & ibid. gloſſ.* ¶ Dolus commiſſus in vendendo rem depoſitam non purgatur, ipſam redimendo depoſitarius: ideo licet an ille non teneretur de caſu, tamen poſt tenetur, etiam ſi res periet, ſine culpa ſua. *l. 1. §. ſi rem depoſitam ff. depoſiti.* ¶ Quando dicimus ad quem teneri de caſu, propter culpam præcedentem, qualiter culpa intelligatur præceſſiſſe, *vide Bart. in l. 16. ff. de condict. furt. & in l. 59. ſed interdum, ff. commodati.* ¶ Locupletari ut quis dicatur, an ſufficit, quod res ad eum pervenerit, licet poſtea illam amiſerit, *vide Bart. in l. 18. ff. de eo quod met. cauſ.* ¶ Bonæ fidei poſſeſſor, an teneatur de interitu rei, *vide per Bartol. in l. 15. §. ſi ſervus. ff. de rei vendica.* Accipie rem perferendam, tenetur de ejus periculo ſi ſuſcepit cuſtodiam & pretium accipit. *Bartol. in l. 14. ſi epiſtola. ff. de furtu.* ¶ Quando res non erat æque peritura penes actorem, tenetur reus, etiam ſi habebat juſtam cauſam litigandi. *l. 12. §. ſi poſt judicium. ff. ad exhibendum.* ¶ Quando quis teneatur de caſu fortuito, & quod æſtimatio facit teneri de caſu, *ſcribit Bart. in l. 5. §. nunc videamus. ff. commodati*, & fecit tranſire periculum in accipientem. *l. 56. §. Paulus. ff. locat.* ¶ An ille qui dimiſit equum in paſcuis, quem lupus comedit, teneatur ſolvere æſtimationem domino, *vide Boer. deciſ. 218. num. final.* ¶ Recipiens res vendendas, ſi pretium etiam conventum ſequuta venditione promiſit, non tenetur ad periculum rerum; ſecus ſi promiſit alternative, vel res, aut pretium. *Rot. Gen. deciſ. 113. vide Jaſ. de actio. omnium. num. 79.* ¶ Si res pereat penes invaſorem eo modo, quo eſſet peritura penes poſſeſſorem, adhuc tenetur invaſor de interitu. *Bart. in 4. C. un. de vi.*

Vel non.

Quando creditor pignus tradidit alicui ſibi debitum ſolventi, ſi poſtea illud deperdatur, etiam culpa recipientis, non tenetur debitori. *Marc. de Mant. ſingul. 261.* ¶ Officialis non tenetur pro pecuniis, quæ ſibi furto ſubtractæ fuerunt. *Dec. conſil 472.* ¶ Si hæres rem legatam juſte interemerit: non tenetur, ſecus injuſte, vel non diligenter ſe habuerit. *l. 56. ſi hæres. de legat. 1.* ¶ Si res per metum extorta perierit, poſſeſſor locupletior non videtur; ſecus ſi pereat res empta ex illa. *l. 18. ff. de eo, quod met. cau.* ¶ Mora non præcedente quis non tenetur de periculo rei, niſi à die litis conteſtatæ, non autem à die dati libelli, *Bart. in l. 17. §. quid ergo. ff. ad leg. Jul. de adulte.* ¶ Quod ſupereſt ex re mihi debita ante moram perempta, non debetur. *l. mortuo bove de legat. 2.* ¶ Adminiſtrans negotia aliena, non tenetur de periculo rerum. *Rot. Genu. deciſ. 124.* ¶ Deferens res ſibi à domino ad deferendum datas, non tenetur, ſi fuerint captæ à Principe, cui reſiſtere non poteſt. *Rot. Genu. deciſ. 56.* ¶ Poſſeſſor, qui non eſt totaliter malæ fidei, non tenetur de interitu, ſi res erat eodem modo peritura penes dominum, etiam perempta poſt acceptum judicium, niſi mora præceſſerit. *l. 15. §. ſi ſervus ff. de rei vendica.* § Animalium caſus, morteſque ſervorum, quæ ſine culpa accidunt, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, & impetus latronum nullo præſtantur. *l. contractus. §. final. ff. de reg. jur.* ¶ Mandatarius

titus non tenetur de periculo nominis, modo ſibi culpa imputari non poſſit. *l. 50. ff. ſolut. matrimo.*

Cap. VII. Qui liberetur, vel non.

Stichum promiſſum ante moram tradendi debitor manumiſit, poſtea moritur Stichus, an cenſeatur liberatus debitor, reſponſum fuit affirmative; *in l. 44. ff. de actio. & oblig. vide l. 33. ff. de verb. obligat.* ¶ Debitor ſpeciei ejus interitu contingente ſine culpa ipſius debitoris ante moram liberatur, quæ mora contrahitur interpellatione, ſi fiat majori, vel tutori pupilli. *l. 23. & 24. ff. de verbo. obliga. vide Boer. deciſ. 216. Ant. Trigo. ſing. 6.* ¶ Debitor ſpeciei liberatur, ſi ante moram ſpecies illa deſierit eſſe in commercio. *l. 51. ff. de verbo. obligat.* ¶ Una ex rebus alternative debitis oblata, poſt ejus interitum debitor liberatur. *l. 105. ff. eodem.* alias debitor alternativus perempta una re, ad aliam remanet obligatus. *Franc. Cremen. ſingul. 85. vide Bart. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco. Abb. conſil. 4. lib. 2. facit l. 95. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Caſus verus non prætenſus liberat debitorem, etiam ſi interficiatur. *l. 1. C. depoſiti.* ¶ Fidejuſſore animal debitum occidente ante moram, ipſe & principalis liberantur: ſed creditori ſuccurritur per doli actionem, adverſus ipſum fidejuſſorem. *l. 20. ff. de dolo malo.* ¶ Oblatio debiti, & conſignatio, ac depoſitio, (& ſola oblatio in debitore ſpeciei) tempore, & loco congruo facto, à periculo caſus fortuiti, liberat debitorem. *l. 19. C. de uſuris.* ¶ Si pecunia per poſſeſſorem hæreditatis depoſita perdatur poſſeſſor cedendo actione, liberat. *l. 20. ff. de pet. hæred.* § Re oblata & poſtea perempta, an debitor liberetur. *vide Bart. in l. 10. ff. ſolut. matrim.* ¶ Si ſpeciem debitam tertius interimit, vel fidejuſſor ante moram, debitor liberatur, & creditori contra interimentem actione de dolo ſuccurritur. *l. 19. §. ſi ſervum. ff. de dolo malo.* ¶ Quantitas debita, ſi eſt in obligatione, ut ſpecies, ea perempta, debitor liberatur. *Bartol. d. l. 49. de legat. 1.* & perit periculo ſtipulatoris. *l. 37. ff. de verborum obligat.* ¶ Si mortuo pupillo ejus cœperint perire, liberatur tutor à periculo. *l. 44. ff. de adminiſt. & peri. tutor. vel cura.* ¶ Debitor excuſatur à reſtitutione, quando res periit penes eum eo modo, quo peritura fuiſſet, etiam penes creditorem. *Mago. deciſ. 69. num. 23.* ¶ Aſſignatio operis perfecti liberat conductorem à caſu fortuito poſtea contingente. *l. 1. §. final. ff. de pollicit.* ¶ Debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur, ſi illa ſpecies caſu interiit. *lib. 34. & ibid. gloſſ. ff. locati. l. 36. §. final. & l. 99. §. ſi tibi. de leg. 1.* tamen obligatus occaſione rei, re perempta, etiam ſine culpa obligati, non propterea liberatur. *Tho. Minad. deciſ. 10. num. 5.* ¶ Si res depoſita periit eo modo, quo eſſet peritura apud deponentem, depoſitarius erit liberatus, etiam ſi perierit poſt litem conteſtatam. *l. 14. §. ſive autem ff. depoſiti.* ¶ Si mandatarius non cuſtodierit fines mandati, & res perierit, quibus cauſis poſſit excuſari. *vide Crav. conſil. 247.* ¶ Per interitum ſpeciei pluribus inſolidum debitæ, quis liberatur ab omnibus. *l. 117. §. fin. de legat. 1.*

Vel non.

Rei interitus contingens intra tempus purgandi moram, debitorem non liberat. *Afflict. deciſ. 150. numer. 5. vide tamen num. 32. Gaſp. Cabal. milleloq. 437. Bartol. in l. 25. Crav. de fidejuſſo. & manda. Jo. Ant. Trigo. ſingul. 6.* ¶ Caſus, qui ſequitur moram, moroſum non excuſat. *Ægid. Bellam. concluſ. 83.* ¶ Allegando quis rem traditam ad vendendum, (etiam ſtatuto certo pretio) furto ſurreptam, non liberatur, niſi probet furtum ſine ejus culpa contigiſſe. *Hier. Mago. deciſ. Luc. 2.* ¶ Caſus adverſus fortunæ non liberat generis debitorem. *l. incendium. C. ſi cert. pet.* niſi creditor ſuſcepiſſet in ſe pericu-

periculum. *l. ſi. Cravet. de naut. fæno.* tamen re perempta poſt oblationem creditore ſine juſta cauſa recipere recuſante, debitor generis liberatur ope exceptionis: ſpeciei autem ipſo jure. Idem in debitore generis ex cauſa dotis. *l. 72. ff. ſolut. matrim. vide leg. 86. §. ſi cui homo de lega. primo. l. 6. ff. de dolo malo.* ¶ Interitus animalis, pro quo eſt contra alium regreſſus, non liberat dominum ab actione de pauperie; ſed tenetur cedere jura. *l. 1. §. fin. ff. ſi quadrup. paupe. fec. dic.* ¶ Interitus ſpeciei, quæ non eſt in obligatione; ſed in beneficio ſolvendi, non liberat debitorem poſt litem conteſtatam; ſecus ſtante. *ibid.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Mala fidea, quæ per litis conteſtationem inducitur, non nocet bonæ fidei poſſeſſori, ne naturaliter perempta; ſecus in eo, qui fuit malæ fidei. *l. 4 ff. de pet. hared. l. 21. ff. de rei vend.* ¶ Re perempta, adhuc agitur ad ipſam, licet in condemnatione veniat æſtimatio. *Affl. decis. 357.* ¶ Mora principalis obligationem perpetuat, quoad ſe, & fidejuſſores, & eorum ſucceſſores, & mora fidejuſſoris, quoad ſe & fidejuſſores ſuos. *l. 91. §. nunc videamus ff. de verb. oblig. vide l. 134. §. penult. de regul. jur.* ¶ In obligationib⁹ dandi res perempta poſt morā, durat in obligatione, quoad petitionem; acceptilationem, & novationem. *l. 92. §. effectus. ff. de verb. oblig. vide de materia ſup part. 1. tit. de mora.* ¶ Mora omne periculum tranſfert in moroſum: Ideo ſi pecunia depoſita fuerit reprobata, periculum pertinet ad creditorem moroſum. *Dec. conſ. 668.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Per juramentum non poteſt deberi res, quæ non extat, niſi ante interitum mora præceſſerit. *l. 30 ff de jurejuran.* ¶ Pretium loco rei etiam in particularibus ſuccedit, ſed quando, *vide Afflict. decis. 369.*

TITULUS CCCCIII.

De reſcindenda venditione.

Generalia.

DE cautela in probando valorem, ut res valeat plus, vel minus reſpectu qualitatis rei, vel perſonarum, quando quis dicit ſe deceptum ultra dimidiam juſti pretii, *vide Bart. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebel.* ¶ De reſcindenda venditione facta per patrem, de bonis adventiis filii minoris, *vide per Afflict. decis. 393.*

Cap. I. Venditio: contractus: Quæ præſumantur.

In contractibus ignorantia valoris rei præſumitur in dubio, eo ipſo, quod debitor decipitur ultra dimidiam juſti pretii. *Vincen. de Franch. deciſion. 225. num. 4. Natt. conſ. in. Thom 1.* quod procedit in minore, & ruſtico. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 194 num 45.* ¶ Mala fides in venditione interveniſſe præſumitur, in qua non fuerunt ſervata ſervanda. *Ozaſ. decis. 180. n. 10.*

Cap. II. Quæ fieri poſſint.

Contrahentibus, tam jure civili, quam canonico licitum eſt ſe in pretio circumvenire. *Ozaſ. decis. 42. num. 8. & decis. 95. vide Franc. Mar. quæſt. 154. Borg. Cavalc. decis. 3. de contract. part. 2. num. 3. Mynſing. obſervat. 74. cent. 4. & obſerv. 38. cent. 6.* ¶ Quod procedit, dummodo non adſit læſio ultra dimidiam juſti pretii. *Ozaſ. decis. 95. vide DD. de Rot. decis. 2. tit. de pact. Jaſ. de actio. §. ſed iſte num. 104.* ſed concluſio præcedens non habet locum in foro poli, ſeu conſcientiæ. *Jaſ. ibid. Mar. de Mant. ſingu 382. Ant. Trigo. ſing. 92.*

Cap. III. Quibus modis reſcindi poſſit, vel non.

An venditio reſcindatur Medico ab infirmo facta, ſi læſio intervenerit, ſed non ultra dimidiam. Et nunquid venditori læſo circa dimidiam in foro eccleſiaſtico actio detur. *Andr. Fachin. lib. 2. contro. ca. 25.* ¶ An ſi per procuratorem res vendita fuerit, reſcindi contractus poſſit, ob læſionem citra dimidiam: Et quid ſi læſio citra dimidiem contingat in æſtimatione rei in dotem dotæ. *Andr Fachin. lib. 2: contr. cap. 29.* ¶ An tranſactio reſcindi poſſit ob læſionem, ultra dimidiam. *Andr. Fach. lib. 2. cont. c. 26.* ¶ Si venditor agat ad reſcindendam venditionem ratione deceptionis ultra dimidiam juſti pretii, oportet ipſum probare tempore venditionis, rem communiter valere ultra dimidiam juſti pretii, ſcilicet, communis, nec ſufficit, ſi teſtis dicat tantum valere ſecundum ſuam opinionem. *Boer. conſil. 30. Cravet. conſil. 151. num. 7. & conſil. 188. vide Mynſing. obſerv. 74 cent. 4* & quomodo debeat articulare hoc in caſu, *vide Boer. ibid. num. 5.* ¶ Licet venditio facta per ſubhaſtationem præſumatur facta juſto pretio; tamen probata enormi læſione, reſcinditur. *Gaſp Cabal. milleloq 788. vide tamen Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 2. Cravet. conſ. 29. Rebuf. in ſuis comment. tract. de reciſſ. contr. Tom. 2. artic. 1. glo. 16. num. 37* nam ubi res minoris, vel alterius vendiur cum ſubhaſtatione, non poteſt allegari deceptio, ultra dimidiam juſti pretii. *Guid. Pap. ſing. 553.* ¶ An contractus juratus ex capite enormiſſimæ læſionis reſcindi poſſit, remedio legis. *2. Cod. de reſcind. venditio. vide Ozaſ. decis. 41. Perilluſt. Dom. P. Theſau. decis. 165. Joſeph Ludov. decis. 97. part. 2. Caſſad. decis. 1. titul. de emptio. & venditio. Cravett. conſil. 7. 11. 114. 188. 192.* ubi concludit negativa, quæ primo limitatur, quando dolus, vel fraus interveniret in contractu, in minore, muliere, & ruſtico. *Cravetta conſil. 142. num. 27. & d. conſil. 192.* ¶ Secundo limitatur, quando læſio ultra dimidiam eſſet nimis exceſſiva. *Cravet. conſil. 7. & 192. 121. numer. final. Roland. conſil 59. volum. 1. Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſſio. contract gloſſ. 15. num. 42 fol. 440.* obtenta tamen abſolutione. *Natt. conſil. 10. vide Excel. P. Theſſau. decis. 165.* ¶ Minor ſi dicat ſe deceptum, eo quia contraxit, venditio reſcinditur, ſed ſi plus juſto dicat ſe emiſſe, ad juſtum pretium res eſt redigenda. *Natt. conſil. 371.* ¶ Reſoluta emptione per judicium reſciſſorium, reſolutum cenſetur omne jus impoſitum ab emptore rei venditæ. *Rebuff. de reſcin. contract. gloſſ. 15. numer. 42. tom. 2.* ¶ Venditio facta uxore conſentiente poteſt ob reverentiam maritalem reſcindi & mulieris fidejuſſio pro marito non valet, maxime ſi præceſſerint minæ, quæ juſtum induxerunt metum. *Marc. de Man. ſingul. 256.* ¶ Deceptio ultra dimidiam in una plurium rerum ſimul venditarum, ſolum reſcindit contractum pro illa parte, quando pretium cuilibet rei fuit ſeparatè appoſitum. *Boer. decis. 253. vide Dec. conſ 421.* ¶ Quando pro parte reſcinditur alienatio ſine culpa emptoris, eſt in ejus facultate à toto contractu recedere *l. 49. §. 1. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Advocati, Procoratis, Medici, Officialis, & aliorum quando reſcindantur contractus, *vide Rebuff. tit. de reſciſ. num. 28.* ¶ Coram quo Judice agi poſſit, ad hanc reciſſionem, *vide Rebuff. tit. 2. de reſciſ. tom. 2. gloſſ. 21. fol. 445.* ¶ Quibus modis emptio, & venditio reſcindatur, *Mynſing. obſ. 38. cent. 6.*

Vel non.

Reſciſſo contractu ex capite enormiſſimæ læſionis, fidejuſſor non tenetur, etiamſi fecerit caſum proprium, *vide Vinc. de Fran. decis. 247. par. 2.* ¶ Deceptus intra dimidiam juſti pretii, non agit ad reſciſſionem. *Rebuff. in*

ſuis

ſuis comm. tit. 2. de reſciſſ. art. 1. gl. 14. vide tamen. Pet. Genur. ſing. 22.

Cap. IV. Quibus modis valeat alienatio, & qua valeant vel non.

Venditio ſacta ab irato contra conſanguineos illo calore, an valeat, *Bart. in l. 49. ff. de reg. jur.*

Vel non.

Alienatio facta in fraudem legis, ipſo jure nullius eſt valoris, facta vero in fraudam hominis valet, ſed per revocatoriam reſcinditur. *l. 16. ff. de jure patrona.* ¶ Venditio, an ſit nulla ipſo jure, vel par reſtitutionem in integrum, quum deficit aliquid de ſubſtantialibus, *vide Bart. in l. 7. §. ſi quis ff. quib. ex ca. in poſſ. eat.* ¶ Contractus multis modis non ſubſiſtit, videlicet vel quia eſt nullus, vel ſi tenet, debet reſcindi, ſed quib. in caſib. fiat hujuſmodi reſciſſio, *vide per Rebuff. Tom. 2. tit. de reſciſſ. f 423.* ¶ Venditio à principio nulla, non convalidatur ex eo, quod venditor nunquam contradixerit; vel quod conſenſus filiorum, aut agnatorum intervenerit. *Ozaſ. deciſ. 180. num. 4.*

Quæ non valeant.

Juramentum, & renunciatio non tenent propter dolum, & læſionem re ipſa, etiam quod renunciatum foret exceptioni doli, *Gra. deciſ. 76. n. 16. & 17.*

Cap. V. L. 2. C. de reſcind. vendit. Quomodo habeat locum, vel non.

An *l. 2. C. de reſcind. vend.* locum habeat in emptore ultra dimidiam juſti pretii læſo, & quomodo conſideranda ſit læſio, ex parte ejus. *And. Fachin. lib. 2. cont. cap. 16.* ¶ Remedium *l. 2. de reſcin.* habet etiam locum in contractu locationis, ceſſat tamen in conductoribus habentibus ſcientiam, & notitiam bonorum locatorum. *Dec. conſ 582.* ¶ L. 2. de reſcindenda, babet etiam locum in donatione ſolutum, ac in cæteris contract. & emptor ſeu recipiens dicitur deceptus ultra dimidiam juſti pretii, quando rem valentem, decem emit pro 16. *Natt. conſil. 207. Tom. 1. Vincen. de Franc. deciſion. 243 part. 2.* ¶ Quamvis decretum Judicis faciat præſumptionem rem fuiſſe venditam juſto pretio: tamen probatur enormi læſione, conceditur remedium *l. 2. de reſcind. Cabal. millicloq 789. Dec. conſ. 210. num. 3. Rol. conſil. 19. vol. 1. num. 24. vide tamen Bart. in l. 1. C. de prædiis decurio. lib. 10.* ¶ Dicta lex 12. non habet locum in re vendita, ſi ibi poſtea reperiatur per emptorem theſaurus. *Borgn. Cavalc. deciſ. 15. de contract. part. 2. num. 16.*

Vel non.

Remedium l. 2. de reſcindenda, non habet locum, ſi eſt facta venditio cum pacto de retrovendendo, niſi teſtes deponant de valore rei, etiam adhibito pacto redimendi, quod quidem facit valere rem minori pretio triginta, pro quolibet centenario. *Joſe. Lud. deciſ. Peruſ. 97. part. 2.*

Cap. VI. Quando procedat.

Remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* procedit in venditore, & emptore. *Vinc. de Fran. deciſ. 225.* ¶ Remedium *d. l.* non procedit, quando teſtator juſſit vendi pro certo pretio, niſi probetur teſtorem ignoraſſe pretium rei. *ibid. deciſ. 225.*

Cap. VII. d. l. 2. vel illius remedium, Cui competat.

An venditor habeat remedium. *d. l. 2.* diſtinge, aut ſcit valorem rei, & tunc non habet: quia ſcienti, & volenti, non fit injuria, cum videatur renunciaſſe illi valori. *Boer. deciſ. 142. Rol. conſ. 9. num. 26. vol. 1. Cravett. conſ. 77. num. 18. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 88. & col. 144. Dec. conſ. 50.* fallit in minore. *Crav. conſ. 142. num. 24.* ¶ Aut venditor ignorabat ipſum valorem, & tunc ſubdiſtingue, aut in genere donavit illum pluria valorem, & adhuc habet ipſe remedium; quia hæc donatio extenditur ſolum ad modicum. *Boer. deciſ. 142. num. 6. Excell. P. Theſ. deciſ. 165. num. 8.* ¶ Aut ſit donatio pluris valoris, hoc modo in ſpecie, qui venditor ſciens valorem rei prædictæ cum ſuis juribus & pertinentibus, & plus valere, ac pretium excedere prædictum, illud totum, & quicquid plus valens quantumcunque ſit, ſive magnum, ſive parvum, ex ſua certa ſcientia, & non alio docto errore, eidem emptori tanquam bene merito dedit, & donavit purè, & libere, ac ſimpliciter, etſi excederet dimidiam juſti pretii, & tunc ceſſat. *Boer. d. deciſ. 142. num. 10. vide Cravet. conſ. 192. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 144. Bart. in l. 37. ff. de contract. emptio. Felyn. conſ. 27. nam remedio d. l. 2.* partes poſſunt ſpecifice renunciare, & etiam omni legum auxilio. *Afflict. deciſ. 220. Bart. in l. 36. ff. de verb. oblig. num. 9.* quod procedit quando renuncians donandi animum vere habuit. *Cravet. conſ. 154. num. 10. vide conſ. 192.* ſecus ſi non conſtat de animo donandi. *Crav. conſil. 142. num. 23.* & in dubio non præſumitur donatio. *ibid. num. 26.* ¶ In dicto remedio eſt in facultate emptoris ſupplere pretium, & retinere rem. *Boer. deciſ. 118. Franc. Marc. quæſt. 641. part. 2.* ideo concludendum eſt alternative. *Mag. deciſ. 108. Rot. Flor. vide Crav. conſil. 151. Rol. conſil. 39. volum. 1. num. 8.* alias ſi alterum præciſe petat venditor ſuccumbet. *c. 3. & 6. ext. de empt. & vend.* ¶ Minor agit remedio reſcindendæ venditionis, non obſtante juramento; ſecus in majore. *gloſſ. in §. item ſacramenta, in conſtitutio. Friderici de pace tenenda inter ſubdit. in uſib. feud.* ¶ Remedium *d. l. 2.* datur contra ſecundum emptorem, quando ſecunda emptio eodem morbo laborat, quo prima. *Ozaſ. deciſ. 65. num. 9.* ¶ Lite pendente ſuper reſciſſione, condemnatur pars ad contractum ſervandum. *Rebuff. in ſuis comm. tract. de ſenten. proviſio. num. 132.* Ad reſcindendum contractum, quis agere poteſt ſi excedat dimidiam juſti pretii, etiam in minimo *Rebuff. ibid. art. 9. gloſſ. 5. Tom. 1.* ¶ Remedium *d. l. 2.* non competit venditori, quando poſt contractum intervenit confirmatio ex intervallo. *Rolan. conſil 59. vol. 1. n. 30. & 33. vide tamen Vincen. de Franc. deciſio. 243 part. 2. & ſupra tit. de Gemi. contract.*

Vel non.

Donator vendens rem jam donatam vili pretio, non poteſt agere remedio *d. l.* licet donatarius poſtea ratificaſſet venditionem. *Rot. Avenio. deciſ. 100.* ¶ Major jurans non contravenire contractui, licet poſſit uti remedia. *l. 2. de reſcind. vendit.* poteſt tamen petere pretium juſtum ſuppleri. *Ozaſ. deciſ. 41. numer. 7. vide in fine, & etiam Caſſad. d. deciſ. 1. titul. de empt. & vend. num. final. Capic. deciſ. 159. num. 40.* ¶ Minor jurans non repetere, etiam quod eſſet deceptus ultra dimidiam juſti pretii, an excludatur à dicto remedio, *vide Ozaſ. deciſion. 41.* quod non excludatur, etiamſi juraſſet non contravenire ratione minoris ætatis, *ſcribit Gom. Leo. deciſ. 23. in deciſ. diverſ.* ¶ Remedium *d. l. 2.* non datur contra non poſſidentem, minus poſt contractum reſolutum, ex alio capite. *Mago. deciſ. 110. Rot. Floren.* imo actio perſonalis competit magis, quam realis in materia. *d. l. 2.* unde competit contra contrahentem, etiamſi deſierit poſſidere. *Gom. Leo. deciſ. 23. in deciſ. diverſ. 2.* ideo remedium *d. l. 2.* non datur contra tertium poſſeſſorem ſecundum communem. *Rot. Avenio. deciſ. diverſ. vide Creſcen. deciſ. 1. alias 265. titul. de empt. & vendit.* ¶ Fallit, quando emptor iſte tertius eandem rem, vili pretio acquiſiviſſet, vel titulo lucrativo illam conſequeretur, aut non eſſet ſolvendo primus emptor; quia in his caſibus in ſubſidium ex quadam æquitate directa via, convenitur ſecundus poſſeſſor. *Rot. Avenio. d. deciſion. 7. numer. 5. vide Creſcen. ibid. d. deciſ. 1.* ſed reſtringe, & ſublimita in his caſibus, quando contra tertium agit

læſus

ſus intra quadriennium poſtea enim non auditur, *ead. Rot. d. deciſ. 97. num. fin.*

Intentari poſſit.

De minore intentante remedium. *d. l. 2. vide ſup part. 1. de reſtitutio. minor.*

Cap. VIII. Quando ceſſet; tollatur.

Expreſſa renunciatio. *l. 2. de reſcind.* cum juramento, facit ceſſare remedium illius legis. *Ozaſ. deciſ. 41. Boer. conſil. 30.* ſed generalis non ſufficit. *Maran. in ſuo ſpec. part. 6.* quandoque appellatur. *num. 86. Rebuff. in ſuis comment. titul. de reſciſſio. contract. gloſſ. 15. num. 21. Tom. 2.* quid de clauſula ex certa ſcientia, *vide ibidem. num. 87.* an tunc poſſit venditor petere ſupplementum pretii, *vide Excel. Praſ. Theſſau. deciſ. 165. num. 5.* ¶ Clauſula dedit majorem valorem, &c. jurata, facit ceſſare remedium. *d. l. 2. Afflict. deciſ 80.* quod procedit in majore; ſecus in minore. *Caſſa. deciſ. 1. titul. de empt. & vendit. Abb. conſil. 107. libr. 2.* ¶ Licet extet communis concluſio juramentum tollere dictum remedium, *l. 2. de reſcindenda.* tamen in praxi ſervatur contrarium, habita ipſius juramenti diſpenſatione, ut ſcribit *Gaſp. Cabal. milleloq. 790. Gom. Leo. deciſio. 23 numer. 3. & deciſ. 99. in deciſio. diverſo.* tamen de jure conſtituitur differentia inter majorem & minorem. *gloſſ. in §. item ſacramenta, in conſtitutione Federici. titul. de pace tenenda, in uſib. feud.*

Cap. IX. Reſtitutio Quomodo competat.

Deceptis ultra dimidiam juſti pretii in contractu venditionis datur reſtitutio, vel ut juſtum pretium ſuppleatur, vel ut reſcindatur contractus, quæ reſtitutio competit uſque ad 30. ann. *Maran. in ſuo Spec. part. 6. c. & quandoque appellatur. num. 83.* ¶ Minor, & ſi conſumpſerit pecuniam adhuc reſtituitur, & eatenus tenetur, quatenus effectus fuit locupletior. *Rebuff. tit. de reſciſ. tom. 2. in præfat. num. 11.* ¶ Quis dicitur in juſto errore facti qui ab adverſarii perſuaſione ducitur, ideo illi ſuccurritur per ſententiam, *Rot. Genu. deciſ. 2. num. 38.* ¶ Vendens, aut remittens rem magni valoris tyranno pro minimo pretio, reſtituitur. *Capi. deciſ. 159. numer. 32.* ¶ Quando granum, vel vinum venditur uno pretio ſolvendum per multos annos, & ex tractu temporis pretium grani, vel vini triplum, vel quadruplum crevit, tunc debitor ratione magnæ læſionis poteſt petere reſtitutionem adverſus talem contractum. *Nat. conſ. 548.* ¶ An minori reſtitutio in integrum concedenda ſit ob læſionem non enormem, ſed tamen non minimam. *And. Fachin. lib. 3. cont. cap. 4.* ¶ An minor. 25. ann. juris peritus ſi ex contractu læſus fuerit, in integrum reſtitui poſſit, *Ant. Fachin. lib. 3. cap. 4.*

Vel non.

Læſus non poteſt petere ſe reſtitui in integrum, & rem vendicare in uno, & eodem libello, ſeu judicio, ſed prius debet peti reſtitutio, & reſciſſio. *Guid. Pap. q. 143. vide tamen ibid. & Mynſing. obſerv. 42. centu. 2.*

Cap. X. Dolus: Qualis ſit.

Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur. *Capi. deciſ. 159. num. 21. Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. num. 56. Cravet. conſ. 2. pro genero, num. 36.* ¶ Quando dicatur dolus interveniſſe re ipſa, *vide ibid. Joſeph. deciſion. 18. num. 57.*

Cap. XI. Quando arguatur.

Dolus arguitur ex læſione enormi, quod latiſſime explicatur *per Crav. conſ. 142. num. 21. & conſ. 192. num. 3.* imo dolus ex propoſito arguitur, quando læſio eſt multum exceſſiva. *Crav. conſ. 142. num. 22.* ¶ Dolus ex propoſito arguitur ex perſuaſionib. & nimia perſuaſio habetur loco coactionis, imo perſuaſio ad malum plus eſt, quam compulſio. *Crav. conſ. 192. num. 12.* ¶ Læſus non ſolum minor intelligitur, utrum etiam major, qui aſſertioni contrahentium credidit eſſe locum alienatio-ni, ob cauſas non veras. *Crav. conſ. 1. pro genero num. 253.*

Cap. XII. Emptor: venditor: æſtimator. Quæ facere poſſit.

In remedio *d. l.* emptor non poteſt deteriorare, & minuere rem pro ſupplendo pretio, quo tenetur ſupplere venditori. *Joan. Pap. lib. 16. tit. 9. arreſt. 9.* ¶ Venditor hæreditatis actionis incertæ, non habet remedium reſciſſorium ex capite læſionis. *idem arreſt. 18. ibidem.* ¶ Æſtimatores quando agitur de reſcindenda venditione, debent ſe referre ad tempus contractus. *Ozaſ. deciſ. 42.* quod attenditur. *Abb. conſ. 56. lib. 2. in fine.* ſed quid ubi facies rei eſſet mutata, vel æſtimatio non referatur ad tale tempus, *vide Natt. conſ. 353. Rol. conſ. 59. vol. 1. num. 28.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Emptor qui juſtum pretium ſupplet, facit fructus ſuos, neque tenetur reſtituere percepto lite pendente. *Franc. Marc. quæſt. 169 & qu. 941. part. 2. vide Mynſing. obſerv. 74. cent. 4.* nam in remedio *d. l. 2. de reſcin.* fructus non veniunt niſi à die moræ, etiam reſpectu pretii ſupplendi. *Mago. deciſ. 23. numero. 8. Rot. Florent. vide Rebuff. in ſuis commentar. titul. de reſciſſio. contract. in præfatio. Tom. 2.* ¶ Venditor. aut emptor pluris, vel minoris, quando non teneatur, etiam ſecundum conſcientiam, *vide Boer. deciſ. 142. num. 4.* ¶ Emptor ſciens vitium rei ea caret, & pretio, alias pretium redditur, ubi contractus reſcinditur. *Affl. dec. 278.* ¶ Emptore læſo, venditori eſt electio recuperandi bona ad ſe reſtituendo pretium receptum, vel diminuendi pretio: ideo quando fuiſſent electa bona, & emptor non poſſet illa tradere, ei denegaretur actio, *vide Vincent. de Franc. d. deciſio. 143 part. 2.* ¶ Actio in factum datur uſque ad triginta annos ad emendationem læſionis enormiſſimæ. *Gomez. Leo. deciſ 96. in deciſ. diverſ.*

Cap. XIV. Deceptio, læſio. Qualis ſit; intelligatur; conſideretur.

Clauſulæ generales, quæ apponuntur ex ſtylo notariorum, non habent locum, ubi intervenit dolus re ipſa, *Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 18. numer. 66. & 98.* & læſio enormiſſima nunquam intelligitur incluſa, quacunque cautela adhibita in promiſſione. *Joſeph Ludo. deciſ. Peruſ. 27.* ¶ Læſio non videtur conſiderabilis, ratione incertitudinis aut dubii eventus, quando aliquid poterat ſe habere ad commodum, & incommodum. *Crav. conſil. 143.* ideo licet ſpes poſſit in contractum deduci: tamen in illa non habet locum deceptio ultra dimidiam juſti pretii. *Capic. deciſ. 159. num. 17.* & propter incertitudinem vitæ contractus juſtificatur, *Dec. conſ. 450.* ¶ Læſio enormiſſima non conſideratur, in alienante rem Eccleſiæ, quando reſtant tot bona, de quibus vivere poſſit. *Paul. Æmil. Vera. deciſ. 151. part. 2.* ¶ In donatione læſio conſiderari non poteſt: ideo in ea ceſſat remedium. *d. l. 2. Cravet. conſil. 154. conſil. 192.* ſed hoc non eſt perpetuo verum *ut ibi. d. conſil. 192. Cravet.* item hoc non procedit in minore, & in donatione ob cauſam. *Crav. ibid.*

Cap. XV. Qui ſint effectus.

Venditor deceptus ultra dimidiam juſti pretii poteſt agere, vel ut juſtum ſuppleatur pretium, vel ut res vendita reſtituatur, quæ reg. procedit etiam in aliis contractibus & ampliatur in 22. caſibus, & limitatur in 15. *per eundem Rebuff. titul. de reſtiſ. tom. 2. gloſſ. 15. fol. 435.* ¶ Etiam executio vitiatur ob enormem læſionem. *Crav. conſil. 29. vide Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. reg.*

reg. Tom. 2. titul. de reſciſſio. contract. art. 1. gl. 15. numer. 39. & in tractat. de præco. & licita. art. 7. gloſſ. 1. num. 28. tamen remedium *dict. l. 2.* non habet locum in alienatione facta in judicio, ſcribit *Petr. de Raven. ſing. 340.* ¶ Authen. ſacramenta puberum, non habet locum data enormi læſione. *Dec. conſil. 43.* ¶ Si venditor rem habuit, quia fuit probata læſio ultra dimidiam, an pignus conſtitutum ab emptore reſolvatur. *Bartol. in l. 9. numer. 3. ff. de aqua plu. arcen.* ¶ Licet regulariter præſentia conjunctorum faciat ceſſare præſumptionem metus; tamen hoc fallit data enormi læſione. *Hippol. ſing. 673.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Media pars juſti pretii, quæ dicatur, & quod juſtum pretium. *Rebuff. tit. de reſciſ. tom. 2. gloſſ. 15.* ¶ Si aliquis emerit fundum carius propter neceſſitatem, quia vicinus (cujus erat fundus) erat rixoſus, & multum moleſtus, tunc illi ſubvenitur. *Jaſ. de actio. §. ſed iſta num. 107.* ¶ Jus impugnandi contractum reſpectu læſionis, tranſmittitur ad hæredes. *Crav. conſ. 142. num. fin.*

TITULUS CCCCIV.

De reſciſſionibus contractuum, & quittationum in genere.

Cap. I. Dolus: Læſio: Quittatio: Quæ dicatur.

Quæ dicatur læſio enormis, vel quando aliquis enormiter læſus cenſeatur relinquitur arbitrio judicis. *Gail. obſerv. 60. cent. 5.* perjurus tamen non poteſt agere, nec ſtare in judicio etiã ſub ſpe enormiſſimæ læſionis, non petita prius abſolutione, & tunc Judex eccleſiaſticus poteſt inhibere Judici ſpirituali. *Borg. Caval. deciſ. 9. de judic.* ¶ Quittatio nihil aliud eſt, quam donatio, quando remittitur jus quæſitum. *Cravet. conſ. 143. numer. 7.* ſed quando hoc procedat, vide ibi. tamen propter donationem pluris valoris, non ceſſat ſuſpitio ſimulationis. *Cravet. conſ. 156. n. 9.*

Cap. II. Qualis ſit.

Dolus interveniens re ipſa, ſimilis eſt dolo intervenienti ex conſilio, & propoſito. *Crav. conſil. 2. pro genero. num. 36.* ¶ Læſio non videtur conſiderabilis ratione incertitudinis, aut dubii eventus, quando aliquid poterat ſe habere ad commodum, & incommodum, quod exemplificetur in filia primi matrimonii quittante bona materna: quia filia poterat præmori, quo caſu ceſſant pœnæ ſecundo nubentium. *Crav. conſil. 143. num. 9. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de reſciſ. contract. art. 1. gloſſ. 15. num 47.*

Cap. III. Quæ requirantur, & probentur.

Abſolotio à juramento non requiritur, quando hæres jurantis agit ad reſciſſionem contractus ſimulati. *Ozaſ. deciſ. 42. num. 6. vide ſupra in libr. 1. titul. de abſolutione à jura.* ¶ Dolum ex propoſito in tranſactione allegans, admittitur ad probandum dato termino, non obſtante renunciatione doli in inſtrumento facta: quia dolo futuro renunciari non poteſt, eo quia eadem facilitate, qua quis inducitur ad contrahendum, inducitur & ad renunciandum. *Afflict. deciſion. 246.* ¶ Deceptio ultra dimidiam juſti pretii in tranſactione qualiter probetur, & quomodo in compromiſſo, quando petitur reductio ad arbitrium boni viri. *Bartol. in d. l. 78. ad Trebellia.* ¶ De materia, *vide ſupra titul. de tranſactio.* ¶ Qoaliter probetur metus reverentiæ, quam debet uxor viro, ad hoc ut contractus reſcindatur. *vide in additio. ad Bart. in l. 1. ff. quar. rer. actio. non dat.* ¶ Ad hoc, ut contractus dicatur meticuloſus, duo neceſſitate debent probari: Primo, verba: Secundo, quod uxor fuit verberata, ut faceret contractum, altero enim iſtorum ſolummodo probato, non reſcinditur contractus. *Afflict. deciſ. 246.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Conqueſtio continuata contrahentis aſſerentis, ſe deceptum eſt urgens præſumptio, imo argumentum fraudis, & deceptionis. *Gramma. deciſion. 76.* ¶ In muliere, ruſtico, & minore facilius ignorantia præſumitur. *Gram. ibi.* nam in muliere, & minore de jure ignorantia, & ſimplicitas præſumitur, & ſi jurent juramentum eis non nocebit, ſaltem impetrata abſolutione. *ibid. num. 11.* ¶ Metus præſumitur, probata enormi læſione ratificantis factum ejus, cui debetur reverentia. *Ozaſ. deciſ. num. 5.* ¶ Error juris præſumitur in mulieribus, & etiam in maſculis minoribus. *Crav. conſ. 143. num. 11.* ¶ Dolus, qui fuit in contractu confirmato, repetitus cenſetur in ſequenti contractu confirmante. *Crav. ibi. num. 13.*

Cap. V. Quando allegetur: arguatur, vel non.

Læſionem non poteſt allegare cedens jura fratribus, quando religionem ingreditur, & ceſſio, quæ fit perſonis conjunctis, reputatur favorabilis. *Cravet. conſ. 160.* ¶ Quando in actu intervenit Principis auctoritas, læſio non poteſt allegari. *Crav. conſ. 5.* ¶ Contrahens cum Tyranno, ſi enormiter lædatur duo, nempe qualitas Tyranni, & læſio enormis, arguunt juſtum metum. *Gram. deciſ. 103. num. 53.*

Cap. VI. Quando reſcindi poſſit contractus: tranſactio: renunciatio, vel non.

Contrahentes decepti ultra dimidiam poſſunt agere, ut juſtum pretium ſuppleatur, vel ut coutractus reſcindatur, quæ reg. ampliatur in 22. caſibus, & limitatur in *5. per Rebuff. reciſ. art. 1. gloſſ. 15.* ¶ De jure communi competit actio ad reſciſſionem contractus uſque ad 30. annos. *Rebuff. ibid. gloſſ. 19.* & quando ex conſtitutione abbreviatur tale tempus, illa conſtitutio non procedit in multis caſibus traditis *per eundem Rebuff. ibid. gloſſ. 19.* ¶ Contractus multis modis reſcinditur, nempe ratione perſonis contrahentis, ratione formæ propter defectum ſolennitatis, ratione prohibitionis factæ à jure vel ob homine, ratione rei, ratione deficientis conditionis, & ratione alicujus cauſæ de quibus omnibus *vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de reciſ. contr. in præfatio. fol. 234. & ſeqq. Tom. 2.* ¶ Proteſtatio facta ad partem de contraveniendo contractui facto prætextu timoris, vel reverentiæ, prodeſt ad reſciſſionem ipſius contractus. *Pap. lib. 6. tit. 3. arreſt. 5.* ¶ Stante læſione enormi obtenta abſolutione, poteſt quis agere ad reſciſſionem contractus ſimulati. *Mohed. deciſ. 286.* ¶ Tranſactionem ex capite læſionis reſcindere volens, primo acceptum offerre debet. *Afflict. deciſ. 120. num. 4.* ¶ Quando tranſactio reſcindi poſſit, *vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 18. Gramma. deciſ. 66. num. 20. & ſeqq. 44. & deciſ. 101. num. 54. Papon. lib. 16. titul. 3. arreſt. 6.* ¶ Quittatio reſcindi debet, ſi in ea intervenerit dolus, & læſio. *Cravet. conſil. 282. vide Natt. conſil. 166.* ¶ Timor, & reverentia, utrum ſufficiant ad infringendam renunciationem, quid de minis, aut verberibus, *vide Capic. deciſ. 159. numer. 32.* ¶ Quando reſcindatur contractus factus in fraudem uſurarum, *vide Boer. conſ. 19. volum. 2.* ¶ Læſio enormis, ſexus fragilitas, minor ætas, & reverentialis timor, utrum ſufficiant contra renunciationem, *vide Capic. deciſ. 159. n. 35.* ¶ Metus reverentialis concurrente maxima læſione, ſufficit ad reſcindendum contractũ: quia alias ſola præſentia, & reverentia viri, non ſufficeret. *Gramm. deciſio. 103. num. 49.* ¶ Mulieres non libera voluntate; ſed ſeductione, machinationib⁹, perſuaſionibus, & callidicitibus,

tibus, inducuntur. *Gram. ibi. num. 51.* ¶ Metus introducitur ex nimia reverentia, & ob id contractus reſcinditur officio Judicis, & qualiter probetur metus reverentialis, *vide Bartol. in l. 1. §. quæ. ff. quar. rerum actio non det.* ¶ Ratione enormiſſimæ læſionis minoribus, & majoribus indiſtincte conceditur abſolutio à juramento, & reſcinditur contractus, etiamſi abſolutio ſolummodo fuit conceſſa ad effectum agendi, & excipiendi; ſecus data ſolum enormi læſione, quia tunc non ſuccurritur majoribus, neque minoribus, non obſtante abſolutione. *Afflict. deciſ. 322. numer. 8. vide tamen Capic. deciſ. 159.* ¶ Promittens minime contravenire contractui etiam ratione enormis. vel enormiſſimæ læſionis poterit contravenire, ſi fuerit enormiſſima læſus. *Gramma. deciſ. 66. num. 49.* ¶ Contrahens cum adoleſcente conſumpturo, dicitur doloſe facere. *ibid. num. 50.* ¶ Læſus enormiſſime, poteſt venire contra renunciationem, vel actum juratum. *Mynſing. obſerv. 59. cent. 5.*

Vel non.

Tranſactio non reſcinditur prætextu læſionis ultra dimidiam juſti pretii. *Afflict. deciſ. 220.* minus reſcinditur conſiderata æſtimatione litis eventus. *Afflict. ibidem.* ¶ Soror quæ renunciavit bina quittatione cum juramento bonis paternis, & maternis, & expreſſe renunciavit legitimæ, & ejus ſupplemento, etiam data læſione ultra dimidiam non amplius auditur, licet ſit obtenta abſolutio à juramento. *Boer. conſ. 372. vide tamen conſ. 38. & 39. ejuſdem Boer. & Crave. conſ. 114. Felin. conſil. 16. num. 15.* ¶ Soror, quæ renunciavit etiam bonis fraternis, reſpectu dictorum bonorum fratris patre adhuc vivente, non poteſt dici læſa. *Menoch. conſ. 371. numer. 13. libr. 1.*

Cap. VII. Quittatio: tranſactio. Quibus modis valeat, vel non.

Quittatio facta per filiam, de bonis paternis, & maternis præſentibus, & futuris cum juramento, & dote conſtituta valet, ſi parentes fuerunt præſentes, & eorum præſtiterint conſenſum, & non intervenerit læſio ultra dimidiam ejus quod ſibi debebatur reſpectu legitimæ. *Cravet. conſ. 11. Maran. in ſuo ſpec. diſputat. 10. vide Dec. conſ. 181. & 551.* ¶ Amplia d. concluſionem procedere, quando pater deceſſit etiam nullo facto teſtamento. *Cravet. conſil. 42. vide Maran. ibi. d. diſput. 10.* ¶ Limita quando pater, vel mater eſſet abſens. *Cravet. d. conſil. 42.* ¶ Secundo, quando pater deceſſit nullis relictis filiis maſculis; quia tunc non obſtante quittatione, admittitur filia, quæ quittavit conferens dotem, ad ſucceſſionem cum aliis filiabus, quæ non quittaverant. *Cravet. d. conſ. 42. vide Maran. ibi. diſput. 10.* ¶ Pactum de non ſuccedendo, etiam ſine juramento valet, ſi fiat patri, & fratri præſentibus; quia præſentia fratris, & conſenſus patris, in eo perſeverantis uſque ad mortem, faciunt illud valere; alias ſecus, *Cravet. conſ. 52.* ¶ Juramentum non obligat conſtito de dolo, qui excluditur per ratificationem: quia tranſactio, quæ per conſenſus defectum eſt inanis, adveniente conſenſu, per ratificationem vires aſſumit. *Afflict. deciſ. 220.* ¶ Si major factus, vel minor pubes cum juramento à tutore eſt damnificatus in centum, & illa remittat pro quinquaginta, tenet remiſſio, neque amplius poteſt experiri actione tutelæ. *Bartol. in l. 40. §. ab eo. ff. de adminiſt. & peri. tut.*

Vel non.

Cum actus ſit contra legem, irritatur ex fragilitate perſonæ, non obſtantibus juramento, & renunciatione cum ſemper in eis eadem conſideretur fragilitas. *Gram. deciſ. 76. num. 19.* ¶ Quittatio dicitur nulla, ceſſante cauſa finali ipſius quittationis, & cauſa finalis, illa dicitur, ſine qua alias quia facturus non erat, aut eo modo, niſi fuiſſet cauſa illa. *Cravet. d. conſ. 143. numer. 9.* ¶ Contractus quando redditur nullus ratione mutuæ culpæ, tunc poterit nullitas per contrahentem allegari, *vide Ozaſc. deciſ. 180. num. 3.* ¶ Obligatio ex fragilitate annullatur, in mulieribus, & minoribus; quia eadem eſt ratio in eo, qui renunciat, & in eo, qui contrahit. *Gram. deciſ. 76. n. 18.*

Cap. VIII. Revocari poſſit.

Enormi læſione data renunciatio facta patri, non obſtante juramento, revocari debet. *Ozaſc. deciſ. 179. num. 6. Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 18. Vincen. de Franc. deciſ. 119. vide Capic. deciſ. 159. Grammat. deciſ. 101. num. 73. intra 30. ann. & quoad ſupplementum legitimæ. Boer. conſil. 38. 39. Cravet. conſil. 11. & conſil. 143. vide tamen conſil. 114. ejuſdem Cravet. Maran. in ſuo ſpec. diſput. 10. Dec. conſil. 180. 203. 551. 616. Menoch. conſ. 8. volum. 1. & conſ. 335. num. 5. lib. 4.*

Cap. IX. Remedium l. 2. quando habeat locum, vel non.

Remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* quomodo, & quando habeat locum in tranſactione, *vide Cravet. conſ. 152. num. 27. Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſ. contract. art. 1. gloſſ. 15. num. 18. To. 2. Bart. in l. 36. ff. de verb. oblig.* quod remedium *dict. l. 2.* non habeat locum in contractu tranſactionis, ſcribit *Bartol. in l. 78. ff. ad Trebellianum, vide Abb. conſil. 12. lib. 2. & conſil. 15. Afflict. deciſ. 210.* ¶ Remedium *l. 2. Cod. de reſcin. vendition.* habet etiam locum in contractu locationis, ceſſat tamen in conductoribus habentibus ſcientiam, & notitiam bonorum, *Dec. conſil. 582. lib. 2. vide ſupra tit. prox.* ¶ Lex *2. C. de reſcind. vend.* habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei. *Bart. in leg. 25. §. quemadmodum. ff. locat. & conduc.* ¶ Dicta *lex 2. C. de reſcinda,* non habet locum, quando renunciatio facta eſt ex mera liberalitate. *Bart. in conſ. 90. vol. 1.*

Cap. X. Qui ſint effectus promiſſionis, &c.

Promiſſio facta per maritum proprio nomine, caſu, quo ejus uxor petat, eum non obligat, ſi altera pars prius contravenerit, vel ſi uxor enormiſſime læſa, *Rota. Avenio. deciſ. 103. in deciſ. diverſ.* ¶ Filia dotata renuncians ſucceſſioni paternæ etiam cum juramento, ob læſionem in integrum reſtituitur, obtenta tamẽ prius abſolutione à juramento, *Andr. Gail. obſervat. 147. libr. 2. Vincent. de Fran. deciſ. 247. part. 2. Abb. conſ. 107. libr. 2.* ſed hæc læſio an debeat conſiderari de tempore quittationis, vel mortis, *vide Cravet. conſ. 11. 14. & 16. Menoch. conſ. 335. numer. 48. volum. 4.* ¶ Quid ſi fuit denotata à patre. *Papon. libr. 6. titul. 4. arreſt. 3. & 15.* quod tunc non reſtituatur, videtur tenere idem *Papon. lib. 19. tit. 3. arreſt. 4. & arreſt. 13. tit. 4. ibid. arreſt. 16.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Reductio contractus ad æquitatem, an fieri debeat, quando res tractu temporis efficeretur iniqua, vel in infinitum creſceret, *vide Excel. P. Theſſ. deciſ. 226.* ideo fornarius, & molendinarius, qui promiſerunt granum, vel panem pro tota familia, illa augmentata, *vide ibidem numer. 2.* præſciptio temporis, an officiat quin contractus ad æquitatem reducatur. *Bart. conſ. 19. vol. 2.* ¶ Contractus ſententia, vel teſtamentum nullum, an poſſint peti ita declarari principaliter à Judice. *Bartol. in l. 8. §. de hoc. ff. de condit. inſtitut.* ¶ Reſciſſione inſtrumenti pendente, inſtromentum debet exequi, etiam ad inſtantiam actoris. *Vincen. de Franc. deciſ. 373. part. 2.*

TITULUS CCCCV.

De actionibus empti, & venditi.

Cap. I. Emptio: Contractus: venditio: Quæ dicantur.

Contractus celebrati eodem die, loco, tempore, & conteſtibus dicuntur correſpectivi. *Petr. de Benin. deciſ. 29.* ¶ Vendito fundo ad menſuram, quæ reperitur minor, vel major, quando ſuppleatur, vel pretium refundatur, & quando dicatur facta venditio ad menſuram. *vide Capic. deciſ. 24. Jo. Papon. lib. 11. tit 4. arreſt. 17. & ſupra de contrah. emptio. & venditio.*

Cap II. Qualis ſit.

Promiſſio traditionis vacuæ poſſeſſionis, non continet nudum factum, ſed cauſam bonorum. *l. 52. §. fin. ff. de verbor. oblig.* ¶ Actio empti, & venditi eſt bonæ fidei. *§. actionum autem inſtitut. de actio.* ſed quæ veniant in actione bonæ fidei. *vide ibidem.* ¶ Obligatio, qua tenetur venditor, non continet merum factum, ſed mixtum. *Bart. in l. 51. §. fin. ff. de verbor. obligat.* ¶ Vendito ſimpliciter caſtro, venit omne jus, cum juriſdictione, ſed conceſſo caſtro, an veniant regalia. *Boer. deciſ. 50. num. 11.* ¶ Stipulatio interpoſita in contractu emptionis, & venditionis, eſt æqualis ad emptionem, & venditionem & quando novat primam actionem, illam novat cum omnibus ſuis qualitatibus. *Bart. in l. 36 ff. de verbor. oblig.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Stipulatio, quando ſuccedit in locum contractus emptionis, & venditionis, tunc ſecundum ejus naturam veniunt fructus. *Bartol. in l. 38. ff. de uſuris.* ¶ Stipulatio, fundum tradi, intelligitur de vacuo à nemine detento. *Ozaſ. deciſ. 36.* ¶ Venditor, ſi aſſerat in inſtrumento fundum liberum, ab omnibus decimis, intelligitur ab extraordinariis; non ordinariis. *Crem. ſing. 109.* ¶ Venditio fructuum, non recollecta annata, intelligitur de recollectis, *Rot. Gen. deciſ. 211.* ¶ Mutuum deſcendens ex contractu emptionis, aut ſimili quovis alio contractu, ſapit naturam ejus contractus, & non mutui. *Capic. deciſ. 183.* ¶ Curſus uſurarum ex natura actionis procedens in ſtipulatione novante, non intelligitur repetitus: ideo actione venditi novata per ſtipulationem uſuræ, quæ ante ex natura actionis debebantur, ex ſtipulatione non debentur. *l. 27. ff. de novat. & delegat.*

Cap. IV. Quæ præſumuntur.

Ex brevitate temporis mortis, præſumitur animal venditum antea fuiſſe morboſum, & tunc competit redhibitoria. *Gome. Leo. deciſ. 40. in deciſ. diverſ Tom. 2.* ſed venditum animal, ſi intra triduum moriatur, an præſumatur eſſe morboſum tempore venditionis. *vide Boer. deciſ. 322. & infra tit. de actio. redhibito. Mann. in ſuo ſpec. tit. an ſit Judi. civil. vel crimin. diſtinct. 4. judi. numer 58.*

Cap. V. Quæ vendi poſſint.

An annui redditus, cenſus juſte, & legitime emi, ac vendi poſſint. *Fachi. lib. 8 capit. 2.* affirmat *extra. Regimini de emption. & vendition.*

Cap. VI. Qui vendere teneatur, vel non.

Hæres gravatus vendere, ad hoc compellitur. *Boer. deciſ. 48. n 20.* ¶ Promittens tibi vendere, an ſi nolueris emere, poſſit te compellere ad emendum, *vide Mman. in ſuo ſpec. diſtinct. 4. Jud. tit. an ſit Judic. civil. vel criminal. numer. 55. Natt. conſ. 384.* ubi ſcribit pro negativa. ¶ Periculum diminutionis pretii rei emptæ, ad quem ſpectet, *Mmant. an ſit jud. civil. vel crimin. diſtinct. 4. numer. 54.* ¶ Vendere mihi offerentem, an poſſim cogere, ut vendat, *vide ibidem num. 56.* ¶ Vendere promittens, ad vendendum præciſe cogi non debet. *Dec. conſ. 502. n. 8. & conſ. 503.*

Cap. VII. Actio cui, & contra quem competat.

Licet quis non ageret ex empto propter ſuam malam fidem, aget tamen, ſi eſt interpoſita ſtipulatio, ex ipſa ſtipulatione. *l. 4. §. item Labeo ff. de dol mal. except.* ¶ Emens ignoranter rem, quæ non eſt in comercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad intereſſe. *§. fin. inſtitut. de empto. & vendito.* ¶ Arrhæ duplicatæ, qua actione petantur, & qui egit ad arrhas duplicatas, an poſtea agat ad intereſſe, *vide Bart. in §. inſtitut. de emptio. & venditio.* ¶ Actio ex vendito datur etiam ad id, quod devenit in pacto incontinenti appoſito. *l. 75. ff. de contrahen. empt. & vend.* ¶ Emptor, ſi cecidit à poſſeſſione, & poſſeſſio ſit reverſa ad verum dominum, an poſſit agere publiciana, *Bartol. in l. 27. §. item ſi res. ff. de petit. hæred.* ¶ Arrha facit rem deſinere integram, ſed quando: & parte pœnitente, an ultra duplicationem arrharum, poſſit agi ad intereſſe, *vide Manunt. in ſuo ſpec. titul. an ſit Jud. civil. vel crimin. diſtinction. 4. numero 49.* ¶ Certi condictio, an detur contra eum, qui tenetur ex empto, & qui tenetur hac actione, an teneatur ad factum purum, & venditor tenetur præciſe ad tradendum, ſi poteſt, & ſi eſt dominus, ad transferendum dominium. *Bart. in l. certi condictio. ff ſi cert. pet.* alias ſolvendo intereſſe liberatur. *Bart. in l. 72. num. 39. ff. de verbor. obligat. vide tamen eundem Bart. in §. inſtitut. de empt. & vendit.* ¶ Venditor non agit ex vendito ad pretium, ſi antequam illud ſolvatur, res appareat aliena, & emptor habuerit rem quocunque modo à vero domino, ſive ex cauſa lucrativa, ſive oneroſa: quia tunc non tenetur ad pretium ipſi primo, qui rem ei vendidit. *l. 29. & ibidem gloſſ. ff. de evictio.* ¶ Vendens ſcienter rem alienam ſtatim poteſt conveniri ex empto, licet res non ſit petita in judicio. *Bart. in l. 20. §. ſi. cum. ff de nego. geſt.* ¶ Creditor qui emit rem ſibi obligatam, quam actionem habeat, *vide Bartol. in l. pignori. ff. fami. ercis.* ¶ Si venditæ ſint ædes uti liberæ, & debeant ſervitutem, poteſt emptor, qui non erat empturus, agere ex empto ad reſolutionem contractus, niſi ſervitus redimatur. *Gaſp. Cabal. milleloq. 345.* vel agere de evictione, *vide Dec. conſil. 483. num. 1.* ¶ Si res non evincitur vere, ſed ficte, agitur actione ex empto. *Bartol. in l. 39. ff. mandati.* ¶ Emptor licet re non evicta agere non poſſit, poteſt tamen agere, vel excipere, ut libera tradatur. *Ozaſ. deciſ. 24. num. 4.* ¶ Emptor poteſt agere, ſeu excipere, ut tanto minoris æſtimetur pretium rei venditæ, quanto majoris valeret, ſi res empta non eſſet fideicommiſſo ſubjecta. *ibidem num. 5.* ¶ Emptor agere poteſt, ut res libera tradatur etiamſi ipſa res non ſit obligata, ſed aliquo caſu poſſet ad tertios poſſeſſores pervenire. *Ozaſc. d. deciſ. 24. num. 6.* nam evenire quod poteſt, eſt contingens, ſecundum naturam, & diſpoſitionem hominis. *ibidem numero 8.* ¶ Qua actione conveniri poſſit creditor, qui ſciens, vel ignoranter eam vitioſam crediderit. *Ant. Gnid. quæſtione 13.* ¶ Quæ remedia dentur contra vendentem prædium liberum, quod ſit gravatum, vel obligatum, *vide Mynſing. obſerv. 37. cent. 1. Joan. Papon. lib. 11. tit. 4. arreſt. 14.* ut poſſeſſio rei emptæ præſtetur, agitur primæva actione, vel ad intereſſe, nam venditor tenetur poſſeſſionem liberam, & vacuam tradere, ſeu relinquere emptori, & quando aliquid deeſt implemento contractus, recte arguitur primæva actione, licet pro majori parte impletus ſit, & tali caſu, poteſt alternativa petitio fieri, vel ad rem perfecte

tra-

tradendam, aut ſolvendum intereſſe. *Mynſing. obſerv. 53. cent. 1.*

Vel non.

Exceptio pretii non ſoluti impedit litis ingreſſum, ſi fuit oppoſita: quia actio ex empto, pretio non ſoluto inefficax eſt, imo ſi non fuit oppoſita ante ſententiam, poteſt opponi in exequutione. *And. Gail. obſerv. 17. lib. 2. vide tamen Bart. in l. 13. §. ſi quis ff. de jurejurand.* & econtra venditor ad pretium agere nequit, niſi re vendita omnino tradita. *ibid. num. 12.* & inſtrumenta rei venditæ tradi debent emptori, alias venditor ad intereſſe tenetur. *ibid. num. 13. Natt. conſil. 305.* & emptor poteſt retinere pretium per exceptionem donec ſibi actualis tradatur poſſeſſio. *Put. deciſ. 49. num. 4. lib. 3.*

Cap. VIII. Venditio, quando competat.

Quamvis res ſemel tradita poſt habitam fidem de pretio, tranſeat in creditum, adeo quod vendicari poſſit à venditore qui agere debet ad pretium. *Mago. deciſio. Luc 17. Bart. in l. 23. § ſi mulier ff. ſolut. matrimon. l. 8. C. de contrah. empt. & vend.* tamen hoc non procedit quando emptor tempore venditionis, & traditionis, vel habitæ fidei de pretio, habebat animum fallendi, vel poſtea intra modicum tempus fefellit. *Gaſp. Cabal. milleloq. 123. parte 1. Andr. Gail. obſervat. 15. lib. 1. numer. fin.* nam tunc non tranſit dominium in emptorem, *vide Gom. Leo. deciſio. 61. in deciſio. diverſo. gloſſ. in §. vendita inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Emptori bonæ fidei, an competat rei vendicatio, *Jaſ. de actio. §. omnium. numer. 60.* qui tenet ex empto. ¶ Quando quis vendit certum locum, caſtrum, vel unam Parochiam cum juriſdictione, & omnibus dependentibus, in quo loco venditor aſſerat eſſe certum annuum reditum, vel aliud, ſi illud non reperitur, tenetur actione ex empto, ſupplere de loco propinquiori, & ſi non habet ad intereſſe. *Borr. deciſio. 10.* aut tenebitur actione quanto minoris emptor eſſet empturus, aut veram rei æſtimationem pro rata ſolvere. *ibid. n. 2.*

Cap. IX. Exceptio quando opponi poſſit, vel non.

Exceptio rei non traditæ poteſt quandocunque opponi, & opponitur venditori agenti ad pretium, ſi rem venditam non tradit. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 2. Dec. conſ. 499. & 421.* Exceptiones implementi non ſequuti, non intelliguntur rejectæ à ſtatuto, rejiciente omnes exceptiones, quod ampliatur procedere, licet promittens deficeret in minimo capitulo. *ibidem numero. 5.* & in talibus exceptionibus Judex ex officio poteſt ſupplere, etiam parte non opponente. *ibidem.* ¶ Veniens contra venditionem à ſe factam, vel ab alio ſuo mandato, repellitur exceptione rei venditæ, & traditæ, ſi tradiderat; idem in hærede etiamſi veniat ex perſona ſua propria. *l. 1. & tot. tit. ff. de except. rei vendi.*

Cap. X. Qui ſint effectus.

Stipulatio interpoſita ſuper contractu emptionis, an impediat actionem oriri ex eo contractu, vel oriantur duæ actiones, *vide Bart. in l. 75. num. 9. ff. ſi cer. pet.* ¶ Menſuratio rei nondum facta, non impedit dominii, & poſſeſſionis tranſlationem, aliis concurrentibus. *Dec. conſ. 179.* ¶ Acceptans partem rei venditæ abſque proteſtatione, ſibi præjudicat quoad reliqua. *Rot. Genu. deciſ. 136.* ¶ Violentia, vel injuria emptori facta, venditori non nocet. *Ozaſ. deciſ. 48.* ¶ Si vendidi tibi rem francam, & illa erat per prius obligata generaliter, puta pro dote uxoris, non potes agere contra me, ut eam liberem ab ea obligatione, ſi ego habeam alia bona, in quibus poterit dos ſatisfieri ſoluto matrimonio, ex quo ipſa obligatio eſt conditionalis; ſecus ſi obligatio eſſet pura. *Afflict. deciſ. 241. num. 5.*

Cap. XI. Quibus modis valeat, vel non.

Vendens rem majori pretio, quam in conſilio fuerit ſtatutum, an venditio valeat. *Marant. in tit. jud. civil. vel crimi. diſtinct. 4. num. 61.* ¶ Venditio rei fideicommiſſariæ, pendente conditione fideicommiſſi valet, licet venditor de evictione teneatur; *Ozaſ. deciſ. 24.* ſed an venditor teneatur ſatiſdare in caſu evictionis, vel removeri à petitione pretii. *ibidem d. deciſ. 24.* ¶ An venditio terræ ducatus arcis valeat cum fuerit donata alicui cum prohibitione alienandi, ſi tamen facta ſit venditio cum conſenſu domini directi erga illum locum. *Rol. conſ. 190. t. 4.* ¶ An venditio facta cum pacto de retrovendendo quandocunque ei placuerit cenſeatur contractus uſurarius. *Rol. conſil. 58. t. 4.* ait non eſſe. ¶ Venditio quomodo dicatur nulla. *Rol. conſ. 7. t. 3.* ¶ An ſecunda venditio de eadem re facta valeat. *Fachi. lib. 11. capit. 48.* affirmat ſi ſit diverſa à prima. *l. ſi id quod ff. de reſcind. vendit. l. ſi quis ante ff. de acquirend. poſſeſſ.* ¶ An venditio facta à minore. 25. annis valeat, & quomodo. *Rol. conſ. 60. t. 4.* ¶ Venditio facta, ſi dominus laudare voluerit, eo recuſante laudare, nulla redditur, & venditor remanet dominus, adeo ad rem ipſam reali actione agere debet, & non poteſt ad pretium experiri. *Rot. Avenio. deciſ. 28. in deciſ. diverſ.*

Cap. XII. Quando reſcindi poſſit.

An venditio propter læſionem ultra dimidiam reſcindi poſſit actione venditi. *Fach. lib. 12. cap. 31. affirmat. l. vendit. l. 2. eodem, de actio. empt.*

Cap. XIII. Emptor: venditorque facere: habere poſſit, vel non.

Venditionem rei meæ poſſum habere ratam, te peremptа, ut in ſubſidium conſequar pretium. *Bartol. in l. 21. ff. de leg. commiſſ.* ¶ Emptor, qui obtinuit ſi non vult uti victoria, an venditor agi poſſit ad pretium. *Borr. deciſ. 49. n. 12.* ¶ Qui ſciens rem obligationem, emit, non poteſt obligationē excipere adverſus petitionem pretii. *Rot. Gen. dec. 190. Nat. conſ. 267. Tom. 1.* ¶ Emptor rei, quæ eſt peculii adventitii filii, poteſt contra patrem venditorē agere, ut rem venditam proprii juris eſſe doceat, aut quod evectionis nomine ſatisdet, licet filius vivente patre, non poſſet rem adventitiam à patre venditā vendicare. *Ozaſ. deciſ. 24. num. 9.* ¶ Emptor poteſt poſt moram contractum ex parte ſua adimplere, & cogere venditorem ad rem tradendum. *Put. deciſ. 315. lib. 3.* ¶ Venditorem habentem pretium rei, re ipſa tradita, poſſe pendente judicio rem tradere & ita judicium convalidare, ſcribit *Menoch. de arb. lib. 2. q. 16. nu. 6.* ¶ Venditor conventus ad rem tradendum negans venditionem, ſi condemnatus ſit ad dictam traditionem, poteſt nihilominus uti retentione, donec ſibi ſolvatur pretium. *Capic. deciſ. 119.* ¶ Si quis vendat prædium poſt fructus perceptos, tamen ante penſionem ſolutam, an tota penſio debeatur emptor, *vide Bart. in l. 50. §. Triphonio. ff. de jure fiſci.* ¶ Emptor, ſi ſolvit partem pretii, licet non poſſit agere ex empto antequam totum pretium ſolvat, tamen poſtquam ſolverit pretium integrum, poterit petere fructus pro rata pretii ſoluti. *Abb. conſil. 69. lib. 2.* ¶ Emptor fructus dimidiæ partis fundi conſequi debet etiam morator, ſi dimidiam pretium ſolvit. *Cabal. milleloq. 436.* ¶ Emptor prædii pro rata pretii ſoluti lucratur fructus *Aff. deciſ. 87.* & non ultra. *Jo. Lud. deciſ. Peruſ. 53. Benin. deciſ. 29. Natt. conſ. 384. Tom. Abb. conſil. 69. libro 2.* alias fructus rei emptæ percepti per emptorem ante nunciationem, ſunt reſtituendi venditori. *Afflict. deciſion. 91. in fine vide Mago. deciſion.*

deciſion. 143. numer. 17. Rot. Flor. ¶ Quando emptor opponit venditori imminere periculum evictionis, quibus remediis poſſit uti venditor ad tollendam hanc exceptionem, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 224.* ¶ Venditor petere poteſt ab emptore uſuras pretii non ſoluti, quando emptor percepit fructus ex prædio vendito, & non ſufficit venditorem pro parte ſua impleviſſe, niſi etiam emptor fructus perceperit. *Natt. conſil. 317. Roland. conſil. 14 volum. 2.* & tenetur ad uſuras emptor poſt moram ad concurrendum fructuum quantitatem, & non ultra. *Natt. conſil. 494. vide tamen Joſeph. Lud. deciſ. 53. num. 3.*

Vel non.

Pretium rei meæ à te venditæ, an & quando exigere poſſim, *vide Barth. de Capic. ſing. 79.* ¶ Emptor cui res vendita adhuc non eſt tradita, impedire non poteſt, ne tertius in poſſeſſionem mittatur per venditorem. *Lud. Rom. ſing. 292.* ¶ Emptor probans venditionem, ſibi factam, & pretium à ſe ſolutum, obtinere non debet contra venditorem niſi & tempus probet. *Franc. Crem. ſing. 18.* ¶ Emens decem jugera terræ ex prædio tuo, in illa parte, in qua eligeret, ſi agat rei vendicatione antequam eligat; non poterit obtinere. *Bartol. in leg. poſſideri. §. incertam. ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Emptor 3, qui emit, tradidit etiam per ſolum conſtitutum habita fide de pretio, non poteſt amplius habere regreſſum ad rem, ſed tamen pretium, & intereſſe valet petere, ratio, quia in contractibus nominatis, non habet locum pœnitentia, nec regula, frangenti fidem, fides frangatur. *Natt. conſil. 171. Tom. 1. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 53.* ¶ Emptor futurus tenens rem promiſſam ſibi vendi, non lucratur fructus etiamſi totum pretium ſolviſſet. *Capic. deciſ. 155. num. 8.* ideo licet venditio præſumatur ex promiſſione de vendendo ad evitandum circuitum, tamen non venient fructus poſt hanc promiſſionem percepti, ſicut venirent poſt venditionem factam. *Gramm. deciſ. 103. numer. 190.* ¶ Emptor agens contra venditorem ad tradendum rem non eſt audiendus, realiter, & effectualiter facta reali numeratione pretium offerat, nec ſufficit verbalis oblatio, etiamſi venditor ex aliqua cauſa recuſaverit recipere. *Roland. conſil. 53. vol. 1.* quod ſufficiat verbalis oblatio, *ſcribit Gail. obſervat. 46. lib. 2. num. 11. ſed quando, vide ibid.* ¶ Ille qui prohibitus vendere, non poteſt facere pactum de vendendo. *Dec. conſil. 502.* licet ex pacto de vendendo non acquiratur in re, ſed perſona obligetur ad pretium. *Boer. deciſ. 48.* ¶ Venditor quando facit oblationem pretii emptori, ille non poteſt petere intereſſe pretii non ſoluti; ſecus quando ſolummodo fuit prorogata dilatio pretii. *Joſeph. deciſ. Peruſ. 52.* ¶ Quando dicatur habita fides de pretio, vide plene ibi. & in dubio præſumitur habita fidés, ſi res ſit tradita, *Lud. deciſ. 52. numer. 6.*

Habere.

Noſtra intereſt fundos vicinos pretio etiam longe majori habere. *Crav. conſ. 3 pro genero. numer. 49.* ¶ Qui rem ſibi legatam emit debet eam habera, & pretium non ſolvere, quod ſi ſolverit, poteſt repetere. *L. 86. §. qui ſervum. de legat. 1.*

Cap. XIV. Ad qua teneatur, vel non.

Licet inſtrumentum ex forma ſtatuti haberet paratam exequutionem, tamen emptor repellitur, ſi totum non ſolvit pretium, nec non venditor, ſi totam rem non tradiderit. *Dec. conſil. 119.* ¶ Si emptor intra tempus conventum, & juratum non ſolverit reſiduum pretii, incidit in pœnam legis, ſi quis major. *C. de tranſact. Dec. conſ. 452. vide Roland conſil. 57.* & agens contra venditorem ad tradendum non auditur. *Rol. conſ. 53. vol. 1.*

¶ In Regno Franciæ cogitur ad ſolvendum præſtita cautione. *Papon. 11. titul. 4. arreſt. 8. vide gloſſ. in §. inſtitut. de ſuſpect. tuto.* totam etiam imminente periculo evictionis, & lite mota, non retardatur ſolutio pretii, quando venditor eſt dives, & in ſe ſuſcepit onus litis moleſtiæ, quo caſu non cogitur jubere de evictione, quia auctor laudatus ſuſcipiens in ſe judicium habetur, ut fidejuſſor. *Afflict. deciſio. 171.* ¶ Imminente evictione rei, præſtanda eſt fidejuſſio emptori, & dicitur imminere periculum evictionis, ſi conſtat de lite mota, alias ſecus. *Rot. Gen. deciſion. 190. Hartm. cap. 3. titul. de emptio. lib. 1.* ¶ Venditor non conſignans rem venditam, tenetur ad intereſſe, quanti plurimi. *Rot. Gen. deciſion. 211.* fallit ſi eſſet impeditus à Principe. *ibidem.* ad quod intereſſe teneatur venditor, qui non tradidit rem venditam, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 120. Jaſ. de actio. in §. omnium. numer. 122.* ¶ Intereſſe ſolidum præſtatur ab eo ante evictionem ſequutam, qui ſciens rem alienam vendidit, & tradidit. *Cabal. milleloq. 259.* ¶ Venditor ſciens, & tacens qualitatem rei, propter quam minus valet, tenetur ad omne intereſſe, ſi autem ignoret, tenebitur ſaltem quanti minoris res eſt. *Myn. ſing. obſerv. 56. cent. 1.* ¶ Vitioſam rem tradens tenetur ad intereſſe. *Bartol. in l. 18. §. Item. ff. commodati.* ¶ Venditor reſtituendo duplicatas arrhas, non liberatur, quia tenetur ad totale intereſſe. *Bartol. in l. 1. §. unde quæritur. numer. 18. ff. de publica. & vectiga.* ¶ Si uſuſfructus rei venditæ pertineat ad alium tenetur venditor emptori, quatenus ejusdem intereſt tempore quo agitur. *l. 46. ff. de evictio.* ¶ Licet per conſtitutum transferatur dominium, & venditor poſſit conveniri rei vendicatione, vel interdicto uti poſſidetis, tamen per illud conſtitutum non liberatur ab actione ex empto, qua poteſt compelli ad realiter tradendum. *Gaſp. Cabal. milleloq. 118. Roland. conſil. 53. Mathe. ſingula. 67. Ozaſc. deciſion. 36. Guid. Papon. quæſtion. 101. & quæſtion. 509. vide tamen Beninten. deciſio 2. Capic. deciſ. 14. num. 12. Dec. conſ. 282. & ſupra titul. de conſtitutio. Jacob. Put. deciſio. 49. libr. 3. Bartol. in l 59. ff. de pactis*, nam venditor, qui tenetur rem venditam præſtare, & tradere intelligitur, de vera actuali, & propria traditione; non de ficta. *Ozaſc. deciſ. 36.* & niſi tradat poſſeſſionem omnino vacuam, non liberatur. *Bartol. in l. 12. C. de probatio. numer. 9.* ¶ In contractibus ultrocitroque obligatoriis, agens ex contractu tenetur ex parte ſui adimplere, quæ ad ipſum ſpectant, & probare eorum implementum. *Ozaſc. deciſio. 51. numer. 6. vide infra titul. de rer. permut. & præſcript. verb.* ¶ Emptor fundi ſterilis, qui nullos fructus percepit, an teneatur ad intereſſe pretii non ſoluti, *vide Beninten. deciſio. 29. numer. 3.* ¶ Sylvam non cæduam, an tradere cogatur, qui in loco proximiori certos reditus tradere pollicitus eſt, *vide Boer. deciſio. 51.* & econtra. *ibi.* ¶ Venditor non præſtans rem bonam, tenetur emptori ad intereſſe. *Afflict. deciſio. 399.* ¶ Venditor frumenti conſtituitur in dolo per non expreſſionem futuræ ordinationis, quam ſciebat de frumento vilius vendendo. *ibi. num. 9. Lud. Rom. ſing. 286. Bart. in l. 28. ff. de legib.* Si emptor promiſit emptorem defendere de jure, & de facto, ad quid teneatur. *Bart. in l. 17. C. de actio. empt. & vend. & in l. 28 ff. de verbor. obligat.* ¶ Venditor tenetur emptorem defendere ſtatim lite mota, alias facta denunciatione, tenetur ad expenſas. *Bart. in l. 1. D. de evictio.* ¶ Venditor etiam tenetur defendere emptorem controverſia, quæ fit reſiſtendo ipſi emptori. *Bart. in l. 75 ff. de procurat.* ¶ Venditione facta de fundo, & non de jugeribus, & ſtatuto pretio pro toto fundo, & non pro quolibet jugere, & reperto numero minore pronunciato, ut ſi dictum fuerit vendo fundum 50. jugerum, vel circa, an venditor teneatur ſupplere, aut

pretium

Digitized by Google

pretium prò rata reſtituere. *Pet. de Bennnen. deciſ. 30. Marc. quæſtion. 566. ſupra tit. de contrah. empt. & vend.* ¶ Venditor, ubi modus agri minor invenitur, quam fuerit enunciatus, tenetur, vel ſupplere, quod deeſt, vel pretium, quod plus habuit, reſtituere. *Natt. conſil. 569.* & tunc præſcribitur poteſtas reclamandi adverſus menſuræ defectum de re vendita, ſpatio 60. dierum, quando fuit actum, inter partes ipſam rem debere menſurari, ſecus ſi nihil dictum, quia tunc requiruntur 30. anni. *Natt. conſil. 569. vide in primo libro titul. de menſuris.* ¶ Venditore ad recipiendum pretium condemnato, an etiam emptor illud tradere & rem recipere, cogatur. *Boer. deciſ. 48. numer. 7.* ¶ Venditor animalia, ſi expreſſe proteſtatur ſe nolle teneri de vitiis, an nihilominus teneatur. *Mara. an ſit. jud. civil. vel crim. diſtinctio. 4. num. 59. & 62.* ¶ Vendens, & promittens pro ſuo facto illius, cujus eſt hæres. *Bartol. in l. 14. ff. de condict. furt.* ¶ Emptor petens intereſſe frumenti, debet ſolvere intereſſe pretii non ſoluti, niſi conſtituiſſet in mora venditorem, offerendo pretium, *Capic. deciſion. 19.* ¶ An mareſchallus equorum pollicendo ſanare equum, & alia verba faciendo, & promittendo, ut quis reddatur audatior ad emendum, faciat litem ſuam, ut teneatur ad damna, & intereſſe, & quid in omni alio artifice. *Franc. Marc. quæſtione 522.* ¶ Venditor tenetur rem tradere, ſi poteſt, & non liberatur ſolvendo intereſſe, ſoluto tamen ſibi pretio, *Rot. Gen. deciſ. 214.* ſed ſi non habeat facultatem tradendi, liberatur ſolvendo intereſſe. *Guid. Pap. ſing. 51.* ¶ Quamvis propter neceſſitatem aliquid capere liceat, tamen capiens tenetur poſtea ad pretium. *Jac. Put. deciſ. 82. libro 2.* ¶ Venditor condemnatus ad præſervandum indemnem emptorem, reſpectu alicujus debituræ, quæ merebatur liquidationem, ad illam debet evocari, nec facta inter creditorem inſerentem moleſtiam, & ipſum emptorem, nocet ipſi venditori non vocato. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 4 arreſt. 11.* ¶ Venditor non ad dandum, ſed ad tradendum obligatur, & per conſequens non tenetur ad transferendum dominium. *Jaſ. de actio. §. ſic itaque num. 12.* ¶ Venditor generis tenetur ad tranſlationem dominii, non ex natura contractus, ſed ex natura rei. *Bartol. in l. 1. ff. ſi cert. pet. vide eundem Bart. in l. 29. §. ſi hæres de legat. 2.* ¶ Ille, qui tantum de evictione promittit pro ſuo facto, non eſt liberatus à prima obligatione, qua tenetur venditor ad tradendum, *Dec. conſ. 182.* ¶ Vendens rem mobilem, data dilatione ad ſolvendum, ſi propter dilationem res venditur ultra veram æſtimationem, uſura committitur. *Natt. conſ. 317. num. 4.* ¶ Vendens bona allodialia certo pretio, & bona emphyteutica alio, accedente conſenſu domini, & non aliter, & directus dominus, non vult præſtare conſenſum, emptor non poteſt recedere in totum à contractu, ſed tenetur pretium ſolvere pro bonis allodialibus emptis, nec venditor tenetur de evictione pro bonis emphyteuticis, ſi per eum non ſtetit, alius ſecus. *Borg. deciſ. 8. de contract. part. 2.* alias pluribus rebus venditis unico pretio, ſi una non traditur, emptorem poſſe recedere à toto contractu, reperitur deciſum in libris *placit. Curia libr 9. titul. de evictione in fine. in deciſio. diverſo.* ¶ Habetur ratio pœnæ, in quam incidit ille, qui pretium rei venditæ recipere debebat, & non recepit ab emptore. *Bartol. in l. 5. §. Papinianus ff. de uſuris.* ¶ Emptor quare teneatur facere pretium venditoris, ſed venditor non rem emptoris. *Bartol. in l. 29. §. ſi hæres de legat. 3.* ¶ An emens ab eccleſia teneatur ſtare colono. *Fachi. libr. 11. capit. 21.* affirmat *arg. l. fin. ff. de jur. fiſci.* ¶ An venditor ad rei traditionem cogi ab emptore poſſit. *Vand. var. quæſt. libro primo q. 9. And. Fachin. lib. 2. cont. cap. 30.*

Vel non.

Emptor non tenetur ad pretium re non tradita, minus ſi non libere tradatur, & econtra, venditor non tenetur ad rem traditam, non ſoluto pretio. *ead. Rot. deciſ. 190. & deciſ. 214.* imo etiam in exequutione ſententiæ, poteſt opponi exceptio rei non traditæ. *ibid. num. 6. d. deciſio. 190.* ſed ſi non fuit oppoſitum de pretio non ſoluto, quid juris, *vide ibid. deciſ. 214.* ¶ Communitas, quæ vendiderat granum, & pretium receperat, non cogitur ad tradendum granum, minus tenetur ad intereſſe, ſed ſolum ad reſtitutionem pretii, quando urgente neceſſitate ex publica utilitate oportuit granum venditum ad alios uſus neceſſarios erogari. *Natt. conſ. 11. Tom. 1.* ¶ Emptor rei pretium non ſolvens, non tenetur ad duplex intereſſe, pretii non ſoluti, & lucri ceſſantis: ſed tantum ad intereſſe pretii non ſoluti, reſpectu fructuum perceptorum liquidandorum tempore exequutionis ſententiæ. *Afflict. deciſ. 20.* & tunc tale intereſſe, & uſuræ ſunt licitæ. *Rot. Gen. deciſ. 136.* ad quod intereſſe teneatur emptor. *Jaſ. de actio §. omnium. numer. 12.* & currit ſtatim tale intereſſe contra emptorem habentem rem venditam. *Capic. deciſ. 183. n. 6.* tamen uno caſu non tenetur ad intereſſe reſpectu fructuum perceptorum, nempe quando imminet periculum evictionis in limine contractus, & emptor non obtulit fidejuſſorem. *Afflict. deciſ. 20. num. fin. Mynſing. obſervat. 56. cent. 4. Borg. Caval. deciſ. 4. titul. de jud.* ubi citat multos alios contrarium tenentes, niſi emptor offerat pretium, & petat cautionem, vide pro confirmatione hujus dicti. *Mago. deciſ. Luc. 17.* ¶ Quando quis emit rem hypothecatam alteri, non tenetur emptor ſolvere pretium venditori, etiamſi res fuerit ſibi tradita, niſi res prius obligatione liberetur, imo poterit agere quanti ſua intereſt, alteri non fuiſſe obligatam. *Rebuff. in ſuis commen: Tomo 2. tract. de conſt. red. art. 1. gloſſ. 14. numero 42.* ¶ Emptor non tenetur ſolvere pretium, quando res ſibi vendita reperietur alteri hypothecata, etiamſi fuerit illa tradita, niſi res prius obligatione libereretur. *Idem Cabal. milleloq. 812.* ¶ Venditor non tenetur ad intereſſe, quamvis res vendita debeat ſervitutem, niſi fuerit vendita, ut libera, nec etiam tenetur (licet idem non debeatur) niſi dictum fuerit deberi. *l. 75. ff. eodem.* quod procedit in venditore ignorante, alias ſecus. ¶ Venditor pro facto auctoris ſui ſingularis non tenetur, *vide Ozaſ. deciſ. 48. numero 4.* ¶ Emptor non tenetur pretium ſolvere venditori ubi ſibi factum ſit ſequeſtrum, niſi præſtita ſatiſdatione per venditorem minus tenetur ad intereſſe ratione fructuum. *Borg. Caval. deciſ. 4. de jud.* ¶ Imminente evictione in limine contractus, emptor non tenetur ſolvere pretium, & evictio doloſe procurata, qualiter evitetur, *vide Magon. deciſio. 80. Rota. Floren. Bartol. in l. 17. §. ex quacunque ff. de dol. mal. except.* ¶ Venditor, quando tradidit alteri non emptori, cui juſte arbitrabatur tradere poſſe, liberatur ab actione ex empto, tenetur tamen cedere actionem emptori. *Bar. in l. 30. § ſi ſervum. ff ſi cer. pet.* ¶ Venditor non tenetur tradere emptori inſtrumenta rei venditæ, ſed tantum exhibere neceſſitate id poſtulante, ſecùs in legatario. *Put. deciſ 447. lib. 2. vide tamen Joan. Papon. lib. 11. tit. 4. arreſt. a. & Hartm. cap. 3. de emptore & venditore, lib. 2.* ¶ Promittens vendere, ſi vendidit, licet non vellet tradere, eſſet liberatus. *Gramma. deciſ. 101. num. 97.* immo promittens tenetur ad conſignandam rem promiſſam, quando habet facultatem rei tradendæ. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 88 part. 2.* ¶ Tradita re in emptione, & venditione quare venditor liberetur, etſi non feciſſet rem emptoris, non ſic in aliis contractibus, *vide Bartol. in leg. 20. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Emptor licet non poſſit rem accipere propria auctoritate (etiam pretio ſoluto)

& non dicatur bonæ fidei poſſeſſor, tamen non tenetur actione furti. *Bart. in l. 14. ff. de furtis, vide ipſam l. 14.* ¶ Venditor liberatur præſtando intereſſe, quod intellige, niſi ſit lata ſententia diffinitiva ſuper traditione rei, nem tunc perdit beneficium ſolvendi intereſſe. *gloſſ. ſicut. qui reſtituere, ff. de rei vend. & ibi. Bald.* ¶ Vendens rem duobus non incidit in pœnam falſi, ſi primus emptor non ſolvit pretium, & ſit in more. *Gaſp. Cabal. milleloq. 124.* alies ſecus. *21. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* idem in eo, qui vendidit rem elteri obligatam aſſerens non eſſe. *l. 28. eodem.* ¶ Qui de evictione non tenetur, egens ex vendito ad pretium, à pretii petitione non repellitur, etiam re evicta. *l. 68. ff. de evictio.* ¶ Privatus venditor ſi ſemel tradidit emptori, non tenetur eum in illa poſſeſſione defendere. *l. fin. §. fin. ff. de acq. vel amit. poſſeſſio.* ¶ Emptor non dicitur in mora, niſi poſt rem treditam. *Rot. Gen. deciſ. 34. num. 9. ſed vide ibid.* ¶ Si unus emptor offert pretium, & inſtat ſibi pertem rei emptæ in communi tradi, non debet puniri. *Maran. An ſit jud. civil. vel crim. diſt. 4.*

Cap. XV. Quando præferatur.

Venditor, en præferatur venditori, facienti exequutionem ſuper re vendita? *D. Gaſp. Theſ. q. For. libr. 2. Quæſt. 74.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Si contingat controverſia inter emptorem, & venditorem ratione menſuræ rei venditæ, pro deciſione, *vide ſupra libr. 1. titul. de menſuris.* ¶ Tempus eppoſitum in contractu venditionie ad ſolvendum pretium, non currit, niſi à die traditionis factæ. *idem Borg. deciſ. 19. n. 28. part. 2. vide Guid. Papon. ſing. 873.* ¶ Donec ſolvatur pretium, poteſt res vendite loco pignoris retineri. *l. 22. ff. de hæred. vel act. vend.* ¶ Evictio, quendo imminet, fidejuſſores non ſolum pro ea dentur, ſed generaliter pro quecunque elie evicti. *Bartol. in l. 1. §. ſtipulationum. ff. de prætor. ſtipul.* ¶ Interpelletio venditoris, ad menſurandum fundum legitime fecte hebetur, ec ſi fuiſſet vere facte menſuratio. *Capic. deciſ. 14. numero 18.* ¶ Pretio non ſoluto ector debet eudiri, ſi de non ſoluto minime opponetur, quie jura, quæ volunt pretium eſſe offerendum, intelliguntur parte opponente. *Ozaſ. deciſ. 160. num. 16. & 17.* ¶ Condemnatio fieri debet in toto eo, in quo quis in futurum damnificari poſſet, licet differatur exactio. *Ozaſc. deciſ. 24. num. 12.*

TITULUS CCCCVI.

De actione redhibitoria, & quanto minoris.

Generalia.

De redhibitoria per reſolutionem contractus conditionalis, leplotermino, *vide Afflict. deciſ. 73.* ¶ De materie herum actionum *vide in tit. C. de adilitio edicto.*

Cap. I. Quid ſit, & quæ præſumantur.

Actio quanto minoris eſt duplex, elis enim finitur anno, alie perpetua eſt, *vide Jaſ. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. num. 26. gloſſ. & Bart. in l. Julianus, C. de actio. empti.* ¶ Venditum animal ſi intra triduum moriatur, præſumitur morboſum tempore venditionis, & venditor tunc tenetur ed intereſſe. *Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 118. Boer. deciſ. 323. num. 12. vide Maran. in ſuo ſpec. diſtinct. 4. an ſit jud. civil. vel. crim. numer. 58. Ant. Trigo. ſing. 110.*

Cap. II. Actio cui, & contra quem competat.

Emens rem à pluribus, ſi reperiretur morboſa & pars eorum ſufugerit, alios ſocios inſolidum conveaire poteſt redhibitoria. *Franc. Cremen. ſing. 166. Pet. de Rav. ſing. 603.* ¶ Actiones, quæ dentur emptori pro equo morboſo illi vendito, *vide Marc. de Mant. ſing. 250.* ¶ ¶ Redhibitoria competit, quendo quis rem aliquam, quæ habet vitium latens, quod ignorabat emptor, deque actione *vide per Joann. Criſp. in ſuo tractat. termin. actio. num. 15. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ De actione quanto minoris, quæ competit ei, qui emit rem, habent rem latens vitium, propter quod res non tenti valebet, quanti fuit empta, *vide Criſp. in dict. ſuo tractat. n. 16.* ¶ De actione in factum edilitia, quæ competit contra venditorem, qui recepit rem venditam, & non reſtituit pretium, quia per hanc poteſt cogi, ad illud reſtituendum, *vide Criſp. ibi. num. 17.* ¶ Agens redhibitoria pro uno vitio, poteſt proteſtari de aliis non apparentibus, de quibus reſervare ſibi poteſt jus agendi, quandocunque epparuerint. *Maran. in ſuo. Spec. part. 4. an ſit jud. civil. vel crim. numer. 26. fol 51.* ¶ Propter vitium ſtetim venditione ſuperveniens, egitur contra venditorem, per reg. quæ incontinenti fiunt. *Hippol. ſing. 614.* ¶ Redhibitoria, ſi in una tantum re hebuerit locum, & duæ ſint venditæ, an pro ambabus competat, *vide Maran. an ſit jud. civil. vel crim. part. 4. numer. 63.* ¶ Venditio facta ad certam menſuram, quæ non præſtatur, an agatur quanto minoris, *vide ibidem numero 64.*

Vel non.

Mareſchallo ementi equum morboſum, nulla datur actio. *Mar. de Mant. ſing. 250.*

Cap. III. Qui ſint effectus.

Abſolutoria late in actione quanto minoris, facit præjudicium in actione redhibitoria, quatenus ad idem tendunt, & econverſo. *l. 25. ff. de exceptio. rei judi.* ¶ Redhibitoria, redhibetur res vendita vitioſa: Idem in re permuteta. *Franc. Cremenſ. ſing. 139.* ¶ Fructus operæ, & acceſſiones reſtituuntur in redhibitoria, in qua res ed priſtinum ſtetum reducitur, ac ſi nunquam venditio interceſſiſſet, *Gom. deciſ. 64. in deciſ. diverſ.*

Cap. IV. Quando ceſſet: finiatur.

Redhibitoria, quando ceſſet propter ſignum accidens. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 146.* ¶ Actione quanto minoris propoſita, Judex poterit (ſi juſtum ſibi videbitur) redhibitorie condemnare, dummodo eſſemus intra ſex menſes, quibus finitur hæc actio quanto minoris. *Franc. Cremen. ſingul. 160.* ¶ Redhibitoria poſt ſex menſes agens ſuccumbit, ſed tunc poterit redire ad actionem quanto minoris. *Franc. Cremen. ſing. 165.*

Cap. V. Venditor: emptor ad quæ teneatur.

Venditor non tenetur de morbo, & vitio patente, niſi emptor eſſet minor, ruſticus vel groſſus, ſed quando vitium dicatur patens, *vide Borg. deciſ. 7. part. 2.* nam ex brevitete mortis, præſumitur animal, venditum antea fuiſſe morboſum, ideo tunc competit redhibitoria. *Gomez. Leo. deciſ. 40. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Venditor animalis, ſi expreſſe proteſtatur ſe nolle teneri de eliis vitiis, en nihilominus teneatur. *tit. an ſit jud. civil. vel crim. diſtinction. 4. num. 59. & 62.* ¶ Venditor ſi non vult reſtituere pretium emptori redhibenti, condemnatur iu duplum. *Petr. de Raven. ſingul. 777.* ¶ Venditor tenetur redhibitoria ed reſtitutionem pretii, ſi bos, vel aliud enimal venditum ſit morboſum, & vitioſum, nam tenetur certiorare emptorem in ſpecie de morbo, & vitio ipſius animalis, & non ſufficit in genere hoc dicere, ſub involucro verborum. *Borg. Caval. d. deciſion. 7. de contract. numero 12. part. 2.* ¶ Nec excuſatur venditor, ſi vendiderit eliquid, puta equum cum ſuis vitiis, & mengagnis, niſi emptor ſciverit tale vitium, *vide Joan. Anto. Trigo. ſingular. 28.*

Vel non.

Si venditor ſciverit, & emptor ſupine ignoraverit, non tenetur venditor redhibitoria. *Petr. de Raven. ſing. 779.* ¶ Emptor agens redhibitoria, ſi pendente judicio res eſt effecta ſana, judicium ulterius non procedit, ſolutis per partem expenſis. *Marun. An ſit judic. civil. vel crim. diſt. 4. num. 59.*

TITULUS CCCCVII.

De pactis inter emptorem, & venditorem compoſitis, & maxime de pacto de retrovendendo.

Generalia.

De pacto reſervativo dominii in venditione appoſito, donec pretium ſolvatur, & de ejus effectu, *per Magon. deciſ. 91. & 92. Rot. Flor.* ¶ De datione in ſolutum cum hoc pacto, *vide D. Sol. in ſuis comment. in antiqu. Sabau. conſt. gl. ſuper 1. part. decreti, ex frequentioribus, titul. de pact. inter empt. & vend. num. 54. Dec. conſil. 167.*

Cap. I. Reemptio: pactum, de retrovendendo: Quæ ſit licita, vel non.

Quod reemptio facta virtute pacti de retrovendendo non dicatur nova acquiſitio, ſed redditio, ita quod res reempta reincidat in priſtinam cauſam, ſcribit *Vincen. de Franc. dec. 39. vide dec. 64. ibidem.* ¶ Pretii modicitas quando dici poſſit, conſiſtit in arbitrio Judicis. *Gram. dec. 67. num 13. vide Boer. dec. 102.*

Cap. II. Quale pactum ſit.

Subſtantialia pacti ſi non ſervantur, quicquid eſt actum reſcindendum eſt, & verba hæc res ſit inepta, venditio ſit nulla, vel habeatur res pro non empta ſunt contractus reſolutivi, & ejuſdem ſignificationis. *Marc. q. 477.* ¶ Pactum de retrovendendo, & ſi fiat poſt abſolutum contractum venditionis, nihilominus eſt primum in intentione, quamvis ultimum in executione. *Vinc. de Franc. dec. 126.* ¶ Pactum de retrovendendo cum obligatione bonorum eſt reale & non perſonale, & tranſit contra quemcunque tertium poſſeſſorem. *Borgn. Caval. deciſio. 16. part. 2. vide Hartm. cap. 5. titul. de pactis, & tranſact. lib. 2.* ¶ Maxime ſi ſit hypotheca ſpecialis. *Hier. Mago. deciſio. Luc. 60.* alias ſimplex pactum de retrovendendo, non afficit rem, ut detur actio contra ſecundum emptorem, ſicut ſcribunt *Andr. Gail. obſerv. 69. cent. 6. Magon. deciſio. 105. Rot. Flor. vide Cravet. conſil. 12. & conſil. 1. part. 2. Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des rentes. Rubr. 5. §. 1. num. 27.* ſed in hac patria ex forma decreti antiq. competit actio contra tertium, *ut in titul. de pact. int. empt. & vendit. D. Sol. ibidem in ſuis comment. fol. 115. vide etiam eundem fol. 124.* ¶ Differunt pactum de vendendo, & de retrovendendo, ideo conſuetudo aliquid diſponens in pacto de retrovendendo, non habet locum in pacto, ſeu promiſſione de vendendo. *Rol. conſil. 60. volum. 3.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, procedat.

Decretum antiq de quo ſupra, non procedit in promiſſione paciſcendi de retrovendendo, *idem D. Sol. gloſſ. ſuper 2. part. decreti, ex frequentioribus eodem titul. num. fin.* tamen procedit etiam in pacto prælationis, nempe in pacto promiſſionis offerendi rem, antequam vendatur. *ibidem. gloſſ. ſuper. 3. parte dicti decreti fol. 124.* ¶ Promittens retrovendere ſimpliciter, intelligitur promiſiſſe intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. *Borgn. dec. 16. part. 2. vide Boer. deciſ. 183. num. 11.* ¶ Promittens ſimpliciter retrovendere, intelligit pro pretio currenti tempore retrovenditionis. *Borgn. deciſio. 16. part. 2. num. 34.* an retrovenditio fiat pro eodem pretio, *vide Joſeph. Lud. dec. Peruſ. 79. num. 17. part. 2.*

Cap. IV. Quæ requirantur, probentur.

Oblatio, & depoſitum cum ſit pro aliqua re redimenda debet prius conſtare, in ea re jus luendi competere deponenti, ita ut oblatio, & depoſitum valeant. *Menoch. conſil. 301. libr. 4.* ¶ Sola realis congruaque oblatio etiam extra judicialia ſufficit, quoad recuperationem fructuum, dummodo emptor, vel ejus ſucceſſor interpellatus ſciverit, vel ſcire debuerit ſe teneri ad revendendum, & ſic in mora conſtitutus fuerit. *Gaſp. Cabal. milleloq. 333. vide tamen Joan. Papon. libr. 11. tit. 5. arreſt. 1. & 5. & in libris placit. curia in deciſ. diverſo. fol. 233. Natt. conſil. 513. Rol. conſil. 87. volum. 2.* ¶ Quando præceſſit alienatio cum pacto de retrovendendo, ſi poſtea probetur de numeratione facta per venditorem, præſumitur talis numeratio facta cauſa redimendi bona alienata. *Menoch. conſil. 265. libr. 3.* ¶ Si venditori apponatur pactum de recuperanda re modico conſtituto pretio, poſt certum tempus, tunc præſumitur pignus, non venditio. *cap. 5. ext. de empt. & vendit. vide Bartol. conſil. 19. volum. 2. Abb. conſil. 49. libr. 1. & conſil. 76. ibid. conſil. 69. libr. 2.* tamen differentiæ aliquot inter pactum de retrovendendo, & contractum pignoratitium ſcribuntur per *Mynſing. obſervat. 70. cent. 6.* ¶ Ad obtinendum virtute pacti de retrovendendo, ſufficit offerra in judicio realiter pretium, quoad rem ipſam; ſecus quoad fructua, qui non poſſint haberi, niſi facta conſignatione. *Papon. libr. 15. titul. 5. arreſt. 3. in fine, vide Auguſt. Bero. quæſt. 98.* ¶ An hæc duo, nempe modicitas pretii, & pactum retrovendendi ſufficiant, ad convincendum contractum ſimulatum, & in fraudem uſurarum, vel requirantur ad minus tres præſumptiones, quæſtio eſt diſputabilis inter DD. ſed hæ opiniones poſſunt conciliari, ut affirmativa (nempe ſufficere illa duo) procedat in magna, & enormi pretii modicitate, negativa, ut non ſufficiant ex mediocri, ſeu non tam magna pretii vilitate, ita diſtinguunt *Gaſp. Cabal. milleloq. 415. Borg. Caval. deciſ. 1. de contract. part. 2.* ¶ Modicitas pretii, & pactum de retrovendendo non ſufficiunt ad probandum contractum ſimulatum; ſed requiritur tertium nempe conſuetudo fœnerandi, *Pap. lib. 12. tit. 7. arreſt. 3.* imo nonnulli tenent requiri quartum, videlicet alias conjecturas. *vide Menoch. conſil. 358. libr. 4.* fallit quando mutuum præceſſit contractum, tunc enim prima duo ſufficiunt. *Pap. d. arreſt. 3.* ¶ Secundo fallit, quando conſtat venditorem potuiſſe habere ab alio tempore emere volente ſine tali pacto, majus pretium. *ibidem arreſt. 4.* ¶ Tertio fallit, ſi ex aliis conjecturis conſtat contractum non eſſe verum, ſed ſimulatum, & factum in fraudem uſurarum. *vide Papon. arreſt. 5.* ¶ Quarto fallit, quando venditor remanſiſſet in poſſeſſione rei venditæ, reſpondendo de fructibus emptori. *Pap. ibid. arreſt. 6. vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 39.* ſed quomodo probetur conſuetudo fœnerandi, *vide Menoch. conſ. 358. vol. 4.*

Vel non.

Oblatio pretii retrovenditionis, non requiritur antequam quis agat, dum tamen fiat ante ſententiam. *Jacob. Put. deciſ. 140. libr. 2. vide Borg. Caval. deciſ. 16. de contract. part. 2.*

Probetur.

Pactum de retrovendendo probatur, aut per inſtrumentum, aut per teſtes, vel per famam, & unum teſtem. *Boer. deciſ. 183.* imo vehementes præſumptiones probant tale pactum. *Vinc. de Franc deciſ. 105.* tamen confeſſio de retrovendendo in abſentia patris facta, nihil operatur. *Boer. d. deciſ. 183. num. 4.* ¶ Pretii modicitas (quæ concurrit in ſimulatione) debet eſſe, &

probari, quod ita fuerit tempore celebratæ venditionis, & ſic debet articulari, & probari. *Grammat. deciſ. 76. num. 25. vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Sabaug. gloſſ. ſupra 1. par. decreti, ex frequentioribus, tit. de pact. int. empt. & vend. fol. 11. Marc. quæſtio. 483. num. fin.*

Cap. V. Quæ præſumantur ſimulata, reddantur ob pactum de retrovendendo.

Vendens cum pacto redimendi, præſumitur vendere ex neceſſitate; tamen ipſa venditio omni jure eſt approbata: ideo ſemper vera præſumitur, & non ſimulata, & pactum ipſum eſt pars pretii, ſed quanta, *vide D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Subaudie. gloſſ. ſuper 1. par. decreti, ex frequentioribus. tit. de pact. int. empt. & vend. fol. 115. Dec. conſil. 544. Menoch. conſ. 343. Harem. cap. 4. titul. de pactis. & tranſact. libr. 2.* ¶ Simulatio contractus, an præſumatur ex modicitate pretii circa dimidiam, juncto pacto de retrovendendo intra certum tempus appoſito, *vide Ozaſch. deciſ. Pede. 42. Gram. deciſ. 76. Boer. deciſ. 102. & deciſ. 182. num. 10. Paul. Æmil. deciſ. 334. part. 3. Dec. conſ. 648. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabau. fol. 115. Ægid. Bellam. concluſio. 7.* ¶ Quando gratia redemptiva non habet locum, niſi in ultimo anno, ſeu tempore pacti inter emptorem, & venditorem ab initio, tunc contractus cenſetur ſimulatus, & uſurarius. *Guid. Pap. q. 516. num. fin. vide Pap. lib. 12. tit. 7. arreſt. 1.* ¶ Contractus uſurarius cenſetur, quando præter ſortem aliquid ſolvitur, pretium modicum intervenit, & ille qui contraxit, uſuras exercere ſolitus eſt. *Marc. q. 483. num. 7.* quod ex modicitate pretii, & pacto de retrovendendo contractus non præſumatur fœneratitius, niſi probetur tertium, nempe quod emptor ſit ſolitus fœnerari, ſcribit *Hieron. Mago. deciſ. 77. vide Boer. conſ. 12. Rol. conſil. 56. volum. 4. Menoch. conſil. 358. lib. 4.* ¶ Originalis cauſa mutui plurimum facit ad præſumendum contractum uſurarium, & ſimulatum. *Ozaſch. deciſio. 42. numer. 3. Gramma. deciſ. 76. Boer. deciſio. 102. Boer. conſil. 12. vide Menoch. conſil. 343. num. 35. Lud. Roma. ſing. 368.* tamen probationes mutui, & pacti de retrovendendo ſimulationem non inducunt. *Paul. Æmil. deciſ. 163. part. 3.* ¶ Temporis brevitas dati ad retrovendendum inducit præſumptionem ſimulationis. *Grammat. dec. 78.*

Vel non.

Quamvis pactum de retrovendendo, & modicitas pretii contractum uſurarium, & ſimulatum arguant, tamen hæc ceſſare videntur, quando pactum de retrovendendo ex intervallo fuit adjectum, ſed an, & quando hoc procedat arbitrio Judicis relinquitur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 13. vide Natt. conſil. 198. Menoch. conſil. 343. lib. 4.* ¶ Simulationis præſumptio oriri non poteſt in emptione, cum poſſeſſio eſt emptori tradita. *Afflict. deciſ. 65. numer. fin.* ſecus ſi non ſit tradita. *Boer. deciſ. 102. circa finem, vide Marc. q. 483. num. 12.* ¶ Quæ conjecturæ poſſint adduci excuſatoriæ à ſimulatione contractus, *vide D. Sol. in dd. ſuis comment. gloſſ. ſuper 1. part. decreti ex frequentioribus, titul. de pact. int. empt. & vend. numer. 49. Menoch. conſil. 343. lib. 4.* ¶ Si ruſticus emat fundum cum pacto de retrovendendo, non cenſetur contractus uſurarius, licet in alia perſona judicaretur illicitus. *Natt. conſ. 586. num. 7.* ¶ Pactum de retrovendendo non facit contractum illicitum, nec ob id præſumitur uſurarius, ſi res fuit vendita juſto pretio, alias ſecus. *Guid. Pap. q. 516.* & quæ requirantur, ut valeat, *vide ibid. & Marc. q. 483. num. 16. & 19. Boer. conſ. 3. num. 17. & 23. Auguſt. Beru. quæſt. 77.* ¶ Emptio certorum bonorum cum pacto de retrovendendo ad præfinita tempora, & non ante ex emptoris arbitrio, non facit contractum uſurarium, licet emptorem interim lucrari fructus voluiſſe, ſuſpicio clara ſit. *Joan. Mehod. dec. 157.*

Reddatur: dicantur: ſimulata; uſuraria, vel non

Contractus celebratus ſub nomine venditionis, vel in ſoluti, cum pacto de retrovendendo, ſolum intra certum tempus, & poſtea poſſit reemi, cum modicitate pretii, & aliis clauſulis inſolitis dicitur uſurarius illicituſque fructus, compenſantur cum ſorte. *Borg. Caval. deciſio. 1. de contract. par. 2. vide etiam deciſio. 24. ibidem.* ¶ Quando contractus cum pacto de retrovendendo ſit illicitus, & reſcindatur, licet ſit lapſum tempus redimendi, & intervenerit ſolum modica læſio, & multa alia de tali contractu, plenè per *Borgn. d. deciſio. 12. & 24. de contract. part. 7. D. Sol. in ſuis commenta. in antiq. conſtitutio. Sabaudia gloſſ. ſuper 1. part. decreti, ex frequentioribus, titul. de pact. int. empt. & vend. num. 48.* ¶ Pactum de retrovendendo, ad certum tempus, locatio rerum ſtatim ſub annua penſione, ad decem pro centenario addito, quod venditor, & inde conductor teneatur ad ſolutionem onerum, cum promiſſione de evictione, faciunt cenſeri contractum uſurarium. *Natt. conſil. 497. & 498.* ſed tunc qualiter obſtet juramentum, *vide ibid.* ¶ Contractus ſimulatus redditur ex modicitate pretii, & pacto de retrovendendo appoſito, ubicunque exceſſus pretii immoderatus eſſet, ubi etiam contrariæ doctorum opiniones conciliantur per *Ozaſch. d. deciſio. 42. numer. final. Gramma. deciſio. 76. vide Marc. quæſt. 481. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitutio. Sabaudia. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, ex frequentioribus, titul. de pact. int. empt. & vendit. fol. 15. Dec. conſil. 167.* ¶ Contractus ſimulatus in fraudem uſurarum reſultat, ex pacto de redimendo injuſtitia pretii concurrente, etſi non probetur, quod emptor ſit ſolitus fœnerari. *Afflict. deciſio. 40. num. 17. deciſ. 65. 68. & 336. Gramma. deciſ. 76. num. 26. Boer. deciſ. 102. & 182. num. 10. Ægid. Bellam. concluſ. 7. Caſſad. deciſ. 1. titul. de uſuris. Mynſing. obſerv. 62. cent. 3. Rot. Avenio. deciſ. 38. in deciſ. diverſo. Cravet. conſ. 156. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des rentes, Rub. 5. §. 1. num. 20. Natt. conſ. 198. Roland. conſ. 40. vol. 2.* & tunc dicitur contractus pignoratitius, licet ſonet in emptionem. *Afflict. deciſ. 339. Grammat. deciſ. 76. num. 7. vide eundem ibidem.* ſed ex quibus cauſis contractus præſumatur ſimulatus, *vide Cravet. conſil. 156. Natt. conſil. 198. Tom. 1.* ¶ Admiſſa pro vera illa opinione, quod ad arguendum contractum uſurarium duo ſufficiant, nempe pactum de retrovendendo, & modicitas pretii, illam tamen limitat *Roland. conſil. 96. volum. 2.* primo, quando probatur emptore in bonæ famæ eſſet, imorataque conſcientiæ, *ibid. num. 20. & conſil. 58. volum. 4. num. 22.* Rolandum ſequitur Menoch. *conſ. 343. num. 18. libr. 3.* ¶ Secundo, quando paſſim conſueverunt tales contractus fieri in regione, & patria. *Roland. dd. conſil. 96. num. 26. & 58. num. 19. & Menoch. conſil. 343. num. 4.* ¶ Tertio, idem Roland. declarat dictam opinionem procedere, quando probatur modicitas pretii, & læſio ultra dimidiam juſti pretii, ſecus ſi intra, nam modicitas pretii intelligitur, quando eſt minus dimidia juſti pretii. *Roland. ibid. num. 33. & conſ. 58. vol. 4.* ¶ Quarto declarat, quod æſtimatio rei debeat fieri habita conſideratione dicti oneris pacti de retrovendendo, quod eſt pars pretii, & illud minuit adeo, quod res, quæ valet centum ſine hoc pacto, ſeptuaginta tantum valeat. *ibid. dd. conſ. 96. num. 38. & conſ. 58. numer. 16.* ¶ Quando probatur tertium, nempe conſuetudo fœnerandi, tunc forte modicitas pretii diceretur, etiam ſolum data injuſtitia, ejuſdem pretii intra dimidiam, *Menoch. conſ. 343. num. 22. lib. 4.*

Cap. VI. Pactum qui facere poſſit: ad quos tranſeat, vel non.

Filiusfam. emens, an poſſit facere punctum de retrovendendo in præjudicium patris, *Boer. deciſ. 182. nu. 30.*

¶ Tutor

¶ Tutor emens nomine pupilli, poteſt facere pactum de retrovendendo in continenti; non autem ex intervallo. *Boer. deciſ. 182. num. 35.* ¶ Pactum quod liceat ingredi poſſeſſionem ſua auctoritate, tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. *Bore. in l. 56. ff. de contrahend. empt.* ¶ Pactum de retrovendendo tranſit ad utriuſque partis hæredes. *Boer. deciſ. 182. num. 26. Marc. q. 405. num. 6.* ſed pactum factum inter fratres jure retractus, an tranſeat ad hæredes, *vide Marc. ibid.* ¶ In hac materia ille præfertur, non cui prius res fuit retro tradita, ſed ille, qui prius pretium numeravit. *Papon. lib. 11. tit. 6. arreſt. 17.* & ſic hoc caſu limitatur, lex quoties, *C. de rei vendic. idem Pap. libr. 11. titul. 5. arreſt. 4. vide tamen, ibidem arreſt. fin.*

Cap. VII. Qui ſint effectus pacti de retrovendendo.

Pactum de retrovendendo, facit rem eſſe minoris pretii. *Ozaſc. dec. 41. num 14. Marc. quaſt. 483. num. 21.* & importat 30. pro quolibet centenario. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſi. 97. part. 2. Roland. conſil. 96. num. 38. vol. 2. & conſil. 58. volum. 4.* quia confertur pars pretii. *Boer. deciſ. 23. num. 27. Vincent. de Franc. deciſ. 94.* ¶ Pactum de retrovendendo cum locatione rei venditæ, facta venditori promittenti etiam ſolvere onera ſi non conſtat de injuſtitia juſti pretii, non facit contractum illicitum. *Natt. conſ. 586.* ¶ Pactum de retrovendendo, quando fit ad tempus, tempore finito, venditio remanet libera. *Boer. dec. 142. num. 9.* ſed an ipſo jure, *vide Gaſp. Cabal. milleloq. 281. Boer. conſ. 3. num. 17. 25. & 28. lib. 11. titul. 7. arreſt. 1.* alias dominium rei venditæ cum pacto de retrovendendo, ſtatim transfertur in reemptorem facta ſolutione, vel oblatione, & depoſito, abſque alio facto, & miniſterio. *Borg. Caval. deciſ. 16. num. 6. part. 2.* quod ſola oblatio ſufficiat, ſcribit *Hippol. ſing. 479.* ¶ Clauſula reſolutiva contractus operatur, ut ipſo jure transferatur dominium abſque traditione, & hoc à die conſignationis pretii. *Ozaſch. deciſ. 65. num. 12. Boer. deciſ. 182. num. 38.* ¶ Si pactum apponitur ex intervallo, non vitiat contractum. *Abb. conſ. 69. lib. 2.* ¶ Pactum de retrovendendo ſimpliciter prolatum, admittitur à jure ex communi, & operatur diminutionem pretii, fallit ſe cum eo concurrunt aliæ præſomptiones, & conjecturæ ſimulationis. *Borgn. d. deciſ. 1. num. 16. 25. 28. deciſ. 16. num. 8. & deciſ. 24. part. 2.* ¶ Terminus, ſeu facultas redimendi ad certum tempus conceſſa, excludit venditorem à redemptione poſt illud tempus, niſi emptor lapſo termino partem pretii acceptaſſet, vel contractus eſſet ſimulatus, aut mora poſſet adhuc purgari, vel ex juſta cauſa quis integrum reſtitueretur, aut venditor pendente termino, reſcriptum moratorium à Principe impetraſſet. *Illuſt. Senator Sol. in ſuis comment. in antiqu. conſt. Sabaudia, gloſſ. 1. part. decreti, ex frequentioribus, titul. de pact. int. empt. & vend. numer. 90. fol. 123. vide Menoch. de arbit. libr. 2. caſ. 217. & conſ. 343. lib. 4. num. 46.* ¶ Facta venditione alicujus reditus, retenta facultate luendi, toties quoties placuerit venditori, & in perpetuum, nulla præſcriptio poteſt obeſſe venditori. *Pap. libr. 11. titul. 6. arreſt. 5.* ſecus ſi poſt perfectam venditionem fuerit conceſſa talis facultas. *Pap. ibidem.* ¶ Creditoris vendentis pactum de retrovendendo, prodeſt debitori. *Boer. d. deciſ. 182. numer. 26.* ¶ Pactum de retrovendendo, cui temporis determinatio in aliam conventionem dilata eſt, ſine effectu remanet. *Boer. deciſ. 183. num. 5.* ¶ Venditio nova an ſit in pacto de retrovendendo, ut debeatur laudemium, *vide Boer. 102. num. 39. 40. & conſ. 3. & ſupra tit. de laudem.* ¶ Pactum de menſura facienda, ſuſpendit interim alienationem. *Pap. libr. 11. tit. 4. arreſt. 17.* vide tamen ſupra, *tit. de contrah. empt.*

Cap. VIII. Remed. l. 2. C. de reſcind. Quando habet locum, vel non.

Remedium *l. 2. C. de reſcind. vendi.* non habet locum, quando eſt facta venditio cum pacto redimendi, niſi teſtes deponant de valore rei, etiam adhibito pacto illo, quod quidem pactum facit valere rem minori pretio 30. pro quolibet centenario. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 97. part. 2.* ¶ Hæredi ex capite ignorantiæ datur reſtitutio, adverſus lapſum temporis dati ad retrovendendum. *Mago. deciſ. Luc. 77. vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 163.*

Cap. IX. Quibus modis pactum de retrovendendo valeat, vel non.

Pactum de retrovendendo non eſt ita ſuſpectum, quando fit ex intervallo, ſicut quando fit in continenti. *Gramma. deciſ. 76. num. 8. vide Marc. quaſt. 483. num. 26.* ¶ Pactum de ſolvendo cenſum, vel alio onera eſt validum, quoad paciſcentes. *Franc. Marc. quaſt. 471. num. 13.* alias ſecus. *l. pen. C. de diverſis prædiis urbanis, lib. 11.* ¶ Pactum, liceat emptori repetere pretium, & reſtituere rem, ut illicitum reprobatur, *vide Papon. libro 12. tit. 7. arreſt. 1.* ¶ Licet non valeat pactum in contractu venditionis, quod dominium abſolute non transferatur in emptorem, valet tamen pactum, quod dominium venditori reſervetur, donec pretium ſolvatur. *Dec. conſil. 440.* ¶ Retentio facultatis redimendi intra tempus poſtea concordatum inter emptorem & venditorem, valet. *vide Pap. lib. 11. tit. 6. arreſt. 3.* ¶ Utrum valeat pactum, quod ſine temporis præfinitione uſque ad infinitum, emptor teneatur revendere venditori, *vide Hartm. cap. 4. tit. de pactis, & tranſactio. lib. 2.* ¶ Valet pactum, quod ſtatim lite mota ſuper re vendita, reddatur pretium emptori. *l. 12. C. de evictio.* ¶ Pactum reſervativum dominii in venditione, adjectum uſque ad certum tempus, donec pretium ſit ſolutum valet, & tale pactum facit contractum conditionalem, & lapſus termini inducit tacitam renunciationem. *Magon. deciſ. Luc. 31.*

Vel non.

Quæ pacta reprobentur inter emptorem, & venditorem, *vide Azo. in ſumma titul. de Monopol.* ¶ Locatio cenſetur extincta, & finita reemptione facta, per venditorem cum pacto de retrovendendo. *Boer. deciſ. 16. num. 52.* ¶ Facta venditione cum pacto de retrovendendo, ſi venditor rem illam alteri obligat, non ſuſtinetur talis obligatio in præjudicium emptoris. *Ozaſch. deciſ. 65. Boer. deciſ. 181. num. 8.* ¶ Et econtra res redempta, non ſubjacet oneribus, & Hypothecis medio tempore impoſitis per emptorem; ſed reſolvuntur. *Gaſp. Cabal. milleloq. 159.* ¶ Si vendo tibi aliquid cum pacto, ut tenearis facere, quod alter mihi venderet certum quid, ſi hoc non feceris, reſolvitur contractus venditionis tibi factæ: quia deficit cauſa finalis, ſine qua, aliter non eram contracturus, *Cravet. conſil. 299.* ¶ Poſt ceſſionem bonorum, creditori competit jus redimendi. *Cravet. conſil. 213.*

Cap. X. Qui præſcribere poſſit, vel non.

Retrovendendi pacto, an præſcribatur 30. ann. vel requirantur 40. *vide Boer. deciſ. 182.* etiam quando fuit pactum in perpetuum, & quotieſcunque; & quandocunque, vide eundem *deciſ. 351.* ubi habetur, tunc præſcribi 30. ann. *Crav. conſil. 71. Menoch. conſil. 143. libr. 2. & 364. volum. 4. Roland. conſil. 21. volum. 2. Gemr. ſing. 18.* tamen contrarium fuit obſervatum in camera Imperiali, ut teſtatur *Mynſing. obſervat. 16. cent. 1.* ¶ Quod procedit, quando adeſt juramentum. *Rol. conſ. 25. volum. 2.* vel eſſet contractus uſurarius. *vide Pet. Gem. ſing. 18.* ¶ Emptor qui emerat cum pacto de retrovendendo, an præſcribat ſpatio 10. vel 20. ann. *vide Boer. d. deciſ. 182. num. 13.* ¶ Juri redimendi, præſcribitur 30. ann. vel 40. contra Eccleſiam, quod intelligendum eſt, quando

eſt

eſt data facultas ſimpliciter, ſed quid ſi dictum fuerit de redimendo toties, & quoties, &c. *vide Gaſp. Cabal. milleloq. 420. Borg. Caval. deciſ. 16. de contract. part. 2. Rot. Avenio. deciſ. 129. in deciſ. diverſo. Tom. 3. Joan. Pap. lib. 12. titul. 3. & Alex. Raud. de Analog. cap. 40. num. 38.* ¶ Contra hæredem, qui habet facultatem redimendi rem legatem, toties quoties, &c. præſcribitur ſpatio 30. annor. *Menoch. conſil. 43. libr. 4.* ¶ Idem in debitore dante rem in ſolutum cum hac facultate, pulchre, *Menoch. conſil. 201. lib. 3. num. 61.* ¶ Jus redimendi ex pacto poteſt cedi, vel vendi, aut donari, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 47. & deciſ. Peruſ. 16. vide Franc. Marc. q. 404. Borg. Caval. deciſ. 16. num. 27. part. 2. Gravet. conſil. 191. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des rentes. Dec. conſil. 614. & 680. & Roland. conſ. 18. lib. 2.* ſed inter duos ceſſionarios quis præferetur, *vide Pap. lib. 1. tit. arreſt. fin.*

Cap. XI. Emptor: venditor: Quæ facere poſſit, vel non.

Si venditor cum pacto redimendi depoſuerit partem pretii conſentiente emptore, vel poſtea approbante, etiam poſt tempus debet admitti ad redimendum. *Gravet. conſ. 106.* quia recipiens partem pretii, cenſetur conſentire retrovenditionis; ideo tenetur poſtea retrovendere. *ibidem Gravet.* ¶ Facte conſignatione, & depoſitione pretii, ſi ſuper ea contendetur, interim conſignans debet mitti in poſſeſſionem rei, præſtita cautione de ſupplendo. *Idem Papon. lib. 11. titul. 5. arreſt. 9.* ¶ Donans omnia bona, an poſſit poſtee cedere jus redimendi alteri in præjudicium donatarii, *vide Ludov. deciſ. 201.* ¶ Si pignoretur res vendita cum pacto de retrovendendo, an primus venditor poſſit eam rehabere non obſtante pignorie conſtitutione, *vide Bart. in l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſolv. & in l. 9. ff. de aqua pluv. arcend.* ¶ Emptor licet vigore pacti de retrovendendo, rem emptam teneatur reſtituere: quie tamen remanet dominus, poterit in eliam ſecundum emptorem res emptas transferre. *Ozaſc. deciſ. 65. num. 7. vide Boer. deciſ. 18. & 351. Joſeph. Ludov. deciſ. 79. Peruſ. part. 2. num. 10.* ¶ Quod limita, quando pactum eſſet juratum, vel adeſſet conſtitutum. *Boer. deciſ. 182. numer. 53.* ſed an in caſu prædicto venditor poſſit de directo agere contra ſecundum emptorem virtute pacti de retrovendendo, *vide Boer. d. deciſ. 182. num. 37. Marcb. quæſt. 404. Jaſ. in l. ab emptione, ff. de pact.* ¶ Quid de fructibus ſi in medio anni, ante vel poſt redemerit, *vide Marc. q. 57. p. 2.* quod pro rate temporis debeant dividi, ſcribunt *Joſeph. Ludov. deciſ. 79. Peruſ. p. 2. Borg. deciſ. 16. part. 2. num. 51. & deciſ. 42. num. 9.* ſed percepti ante retrovenditionem (niſi deta more) ſpectant ed venditorem, ſed *vide ibid. Joſeph. d. deciſ. 79. numer. 5.* ¶ In pacto retrovenditionis emptor lucratur fructus pro rata temporis quo fit retrovenditio. *Boer. conſil. 23. vide Excellentiſ. Præſid. Theſſau. deciſ. 56.* ſed quid de fructibus pendentibus. *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des rentes. Rubric. 5. §. 1. Auguſt. Bero. quæſt. 98.* quod tunc fructus etiam debeant dividi pro rate temporis, ſcribit *Roland. conſil. 27. num. 17. vol. 2.* ¶ Fructus rei venditæ, cum pacto adjectionis, interim ed primum emptorem pertinent. *Amanel. de Claris aquis ſingul. 125. vide infra, tit. de in diem additio.* ¶ Emptor lucratur fructus perceptos ex re empta ſub conditione, illa pendente, qua deficiente venditoris fiunt, niſi in ea caſu deficientis conditionis emptor pretium perdat, venditoriſque lucro cedat. *Ludov. Rom. ſing. 544.* ¶ Quando emptor cum pacto de retrovendendo faciat fructus ſuos, *Mynſing. obſerv. 50. cent. 6.* ¶ De conſenſu venditoris, elius redimere poteſt. *Dec. conſ. 544.* ¶ Quando duo ſimul vendiderunt cum pacto de retrovendendo ad certum tempus, ſi unus ipſorum vult totam rem habere, & reemere ſolvendo totum pretium, an poſſit, & quid in uno ex cohæredibus venditoris totam redimere volente, *vide Boer. deciſio. 251. Magon. deciſio. 28. Rot. Flor. Joan. Papon. lib. 11. tit. 6. arreſt. 2. Bart. conſil. 195. vol. 1. & in l. 46. ff. de ſolutio. & liber.* quid in pluribus, hæredibus, *vide Papon. libr. 11. tit. 6. arreſt. 6. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des rentes. Rub. 5. §. 1. gloſſ. 2.* ¶ Si emptor conceſſerit duobus gratiam rechati, unus non poterit reemere ſine elio, invito conceſſore cum venditio facta fuerit uno pretio. *Hieron. Boer. in ſuis ſing. tit. fin. num. 5.* ¶ Arbores vi ventorum ejectæ, & evulſæ in egris emptis cum pacto redimendi, debent incidi, & fieri ligna, & facte æſtimatione conſignari emptori, cujus erunt, ſi venditor non redemerit, alias interim uritur pretio, & in redemptione illud reſtituet. *Joſeph. Ludov. deciſ. 5. Peruſ.* ¶ Quando emptor promiſit dare facultetem venditori redimendi intre certum tempus, poteſt de directo venditor offerre pretium, & petere ſibi fieri retrovenditionem, nullo præcedente judicio ſuper promiſſione de retrovendendo. *Papon. lib. 11. tit. 6. arreſt. 7.* ¶ Si venditor faciat pactum de redimendo in decem annis, an poſſit quandocunque voluerit redimere, vel teneatur expectare, finitis decem annis, *vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des rentes. Rub. 5. §. 1. gloſſ. 2. num. 44.* ¶ Si pignoretur res vendita cum pacto de retrovendendo, an primus venditor poſſit eam rehabere, non obſtante pignoris conſtitutione, *vide Bartol. in l. 3. ff. quib. mod. pig. vel Hypot. ſolvat. & in l. 9. ff. de aqua pluv. arcend.* ¶ Contrahentibus tam de jure civili, quam canonico licitum eſt ſe in pretio circumvenire. *Ozaſ. deciſio. 42. num. 8. & deciſ. 95.* dummodo deceptio ſit intre dimidiam juſti pretii. *Ægid. Bellam. concluſio. 7. Franc. Marc. quæſt. 483. num. 25. & 29. ſupra tit. de reſcin. vend.*

Vel non.

Facte venditione certi cenſus ſuper domo mea, ſolvendi enno quolibet in feſto omnium Sanctorum, cum gratia redemptiva, quod poſſit redimi infra decem annos quandocunque tunc emptor non poteſt redimere, niſi de anno in annum, & in principio, alias tenetur ad cenſum proximi enni. *Guido Papa quæſt. 271.* ¶ Emptor cum pacto de retrovendendo, non poteſt durante tempore retrovendendi, incidere erbores fructiferas, neque deteriorare bona. *Borgn. deciſ. 16. num. 52. part. 2.* ¶ Quando debitor dedit in ſolutum creditori ſuo rem aliquam, adjecto hoc pacto, quod creditor poſſideret ipſam, donec creditum repetierit, tunc non eſt in poteſtate debitoris ſolvere, quando voluerit, & recuperare rem, ſed ſolum competit creditori jus petendi creditum ſuum. *Menoch. conſil. 201. num. 42. lib. 3.* ¶ Si emptor conceſſit duobus gratiam rechati, unus non poterit reemere ſine alio, invito conceſſore, cum venditio facta fuerit uno pretio. *Hieron. Boer. in ſuis ſing. titul. fin. num. 5.*

Cap. XII. Ad quæ teneatur.

Venditor cum pacto de retrovendendo tenetur ſolvere, & deponere pretium ſolutum, & omnes expenſas factas in inſtrumentis, & in bonis, utiles, & neceſſerias intre tempus. *Borg. deciſio. 16. part. 2. num. 33. Natt. conſil. 256. & conſil. 611.* & ſic melioramenta poteſt recuperare obligatus retrovendere, & poteſt retinere bona, ſi ſint liquida melioramenta, *vide ibid. Borgn. d. deciſio. 16.* ſed quomodo debeant æſtimari, *vide ibid. d. deciſio. 16. & Natta, conſilio 256. num. 27.* ¶ Quando emptor cum pacto de retrovendendo, faciet fructus ſuos, *vide Mynſing. obſerv. 30. cent. 6.* ¶ Emptor infra 60. dies ſuam diſplicentiam declarare debet, quando ſibi res vendita fuit hac conditione, ſi illi diſplicuerit, ſit inempta. *Lud. Roma. ſing. 713. & ſing. 776. Pet. de Raven. ſing. 788.* de pactis legie commiſſoriæ, *vide infra titul. de lege commiſſaria cum tit. ſeq.* ¶ Revendere obligatus, licet ſucce-

Digitized by Google

ſuccedat obligatio, ad intereſſe, condemnatur ad tradendum. *Boer. deciſ.182. num.29.* ¶ Periculum, & commodum rei, ſpectat ad emptorem cum pacto de retrovendendo & ſi res periit pro parte, tenetur pro alia retrovendere, ad ratam pretii. *Borg. dec.16. num.48. part.2.* ¶ De qua moneta teneatur venditor ſolvere, an de currenti tempore contractus venditionis, vel emptionis. *ibid. num.42. Vincent. de Franc. deciſ.64. & ſupra in primo lib. titul. de augmento monet.* Et econtra augmentum prædii factum per alluvionem ſpectat ad emptorem, qui tenetur revendere. *Menoch. conſil.26. vol.1. vide Perillnſtr. D. Prof. Theſſau. deciſio. 140.* ¶ Quando venditor ex forma conventionis tenetur redimere ex propriis pecuniis, quid juris, *vide Cravet. ibidem d. conſil.191.* ¶ Promittens retrovendere rem aliquam, & pro retrovenditione recipientis partem pretii cum pacto, quod pro rata pretii teneretur ad fructus rei, ad illos præſtandos, vel eorum valorem, compellitur. *Natto. conſ.385.*

Vel non.

• Minor non tenetur adhibere ſolemnitates à jure requiſitas, quando retrovendit virtute pacti antecedentis. *Borg. d. deciſ.16. num.40.* ¶ Venditione facta à duobus cum pacto de retrovendendo, uno non nolente reemere, emptor non tenetur revendere partem, *Hartm. cap.4. de pactis tranſ. lib.2.* ¶ Emptor cum pacto redimendi poſt mortem venditoris, non tenetur, niſi omnibus hæredibus inſimul totum fundum retrovendere, fallit quando unus ex hæredibus velit integrum fundum redimere, & partem pretii, ad cohæredem tangentem perſolvere, quod tamen limita, ut per *Joſeph. Ludov. deciſio. Peruſi. 112. part.2.* Idem in pluribus venditoribus. *vide Borg. Caval. deciſi. 16. num.3. part.2. Joa. Papon. lib.1. arreſt.8. vide in libris placito. curia in dec. diverſo. Tom.1. fol.133. Bartol. in l. cui uſusfructus ff. de uſufruct. Alex. in l.4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* ¶ Emptor cum pacto de retrovendendo, ſi partem pretii recepit intra tempus, non tenetur retrovendere, quando totum non ſolvitur in tempore, ſecus ſi recipiſſet, vel petiiſſet poſt tempus. *Borg. dict. deciſ. 16. numer.38.* ¶ Emens cum promiſſione revendendi his, quibus venditor erat obligarus revendere, non poteſt conveniri ab his, in quorum favorem promiſſio facta eſt, quando fuerunt abſentes, nec quis pro eis ſtipulstus eſt. *Cravett. conſil.12. num.8.* ¶ Emptor obligatus retrovendere, non cogitur ad hoc pro parte tantum. *Cravet. conſil.91. num.4.* ¶ Emens rem à duobus cum pacto de retrovendendo, non tenetur retrovendere partem alteri reemere volenti. *Bartol. in l.30. ff. de uſufr. leg.* ¶ Emptor cum pacto redimendi, poſt mortem venditoris non tenetur, niſi omnibus hæredibus, inſimul totum fundum retrovendere: fallit quando unus ex hæredibus velit in integrum fundum redimere, & partem pretii ad cohæredem ſpectantem perſolvere: quod tamen limitat, ut per *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 112. par.2.* idem in pluribus venditoribus, *vide Borg. Caval. deciſ. 16. numer.3. part.2. Joan. Pap. lib.1. arreſt.8. vide in libris placito. curiæ in deciſ. diverſo. Tom.1. fol.133. Bart. in l. cui uſusfructus. ff. de uſufruct. leg. Alex. in l.4. §. Cato. ff. verb. oblig.* ¶ Damnum proveniens caſu fortuito in re, quam revendere quis tenetur ex pacto, cedit periculo illius: ideo ille, qui reemere vult minus præſtabit, habita conſideratione dicti damni. *Natt. conſil.601.* quod non procedit in molendino deteriorato propter aſſiduum molendi uſum. *Natt. ibid. num.6.*

Cap. XIII. Tempus, quando currat.

Tempus ad retrovendendum, quando incipiat currere, & quid ubi actus primus ratificatur, an tempus currat à die primi contractus, vel ſecundi ratificationis, *Borg. deciſ. 16. num.35.* ¶ Tempus prorogatum de retrovendendo, incipit currere ſtatim (licet etiam ſuperſit tempus retrovendendi) non à die finiti primi termini, & ſi eſt ſimpliciter prorogatum ſine tempore, intelligitur tantum, ſecundum tempus, in primo contractu expreſſum. *ibid. num.30.* ¶ In retractu conventionali ſuccurritur minori: ſecus in competenti virtute agnationis. *Papon. lib.11. tit.7. arreſt.22. vide Natt. conſ.492.* contractu tamen celebrato cum defuncto majore tempus redimendi currit etiam minoribus, nec illis datur reſtitutio, quando contra adminiſtratorem poſſunt habere regreſſum, pro damno, alias ſecus. *Roland. conſ. 10. volum.2.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Laudemium reſtitui debet per venditorem redimentem rem venditam. *Sola gloſſ. 4. ſuper ipſo decreto, ex frequentioribus. num.3.* ¶ Comdemnatus ad retrovendendum adducens aliquas exceptiones, adhuc debet audiri, antequam fiat miſſio in poſſeſſionem rei. *Mago. deciſ.120. Rot. Flor.* ¶ Judicium ſuper inition debet agitari coram judice loci, ubi res eſt ſita. *Pap. lib. 11. tit.6. arreſt.1.* ¶ Tempus in pacto de retrovendendo nunquam currit, quando contractus eſt ſimulatus, & pignoratitius, licet cantet in venditionem. *Idem Borg. deciſ. 24. p.2. num.28.* neque tunc transfertur dominium. *ibid.* ¶ Facta alienatione feudi retenta facultate redimendi, ſi tale feudum fuerit evictum, & ablatum ab emptore ex cauſa præcedenti, nulla facta denunciatione venditori, quomodo illi ſuccurratur, *Papon. lib. 11. tit.6. arreſt.6.* ¶ Res redempta non ſubjacet oneribus, & hypothecis medio tempore impoſitis per emptorem; ſed reſolvuntur. *Gaſp. Cabal. Milleloq.159.*

TITULUS CCCCVIII.

De rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, & de ipſis rebus alienatis.

Cap. I. Alienatio bonorum minoris, qualis, & quomodo intelligatur.

Titulus habens ex contractu, adverſus quem ſcit poſſe competere reſtitutionem, dicitur eſſe in mala fide. *Ozaſ. dec.160. num.14.* ¶ Statutum reducens majorem ætatem 25. ann. ad 18. non procedit in alienatione rerum immobilium. *Mago. Rot. Flor. dec.22. n.3.*

Cap. II. Quæ probentur, præſumantur, vel non.

Qui à pupillo emit probare debet, tutore, auctore, & lege non prohibente, ſe emiſſe, quia hæc eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi probetur, *l.15. §. qui à pupillo. ff. de publ. in re act.* ¶ Si in inſtrumento venditionis dicatur, præcedentibus legitimis tractatibus, per hoc non probatur, quod interceſſerint. *Bart. in l.8. num.6. ff. de caſt. pec.* ¶ Per lapſum decennii res minorum præſumuntur fuiſſe alienatæ cum decreto judicis, etiamſi de ipſo decreto non appareat. *Guid. Pap. ſingul.10.* ¶ Non præſumitur pro tutoris poteſtate in rei mobilis minoris alienatione, nec ſtatur confeſſioni tutoris ſuper receptione pretii, quod ſit converſum in utilitatem pupilli. *Fmnc. Marc. q.248.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Octo requiſita debent intervenire in alienatione rei minoris, ut alienatio valeat, quæ ſigillatim traduntur per *Afflict. deciſ.249. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. reg. Tom.2. tract. de reſtitut. articulo 2. gloſſ.7. Roland. conſ.33. volum.1. & conſ.50. volum.4. Raud. tract. de Analog. cap.30. num.102.* ¶ In rebus, quæ non poſſunt ſine decreto alienari, non ſufficit habere licen-

licentiam à Judice, niſi Judex declaret cauſam quare alienet. *Bartol. in l. 1. C. de prædiis minorum.* ¶ Decretum, quantum petitur interponi, debent cauſæ ſigillatim exprimi, & ſolemniter probari, & decretum tollit remedium *l. 2. C. de reſcind. vend. Bartol. in l. 1. C. de præd. decur. libr. 10.* ¶ Judex quando interponit decretum ſuper venditione rerum minoris, non eſt neceſſe, quod taxet pretium. *Bartol. in l. 7. ff. de minoribus.* ¶ Decretum judicis requiritur in compromiſſo facto per minorem, ſuper re immobili. *Afflict. deciſ. 285. numero 15. Menoch. de arbit. libr. 2. caſ. 171. numero 42.* ¶ Auctoritas judicis, quando ſufficiat in contractibus minorum, & quando ipſe judex ſupplet defunctum tutoris, *Bartol. in l. 3. C. de in integr. reſtit.* ¶ Si juris ſolemnitas in contractu minoris non ſervatur, nullus eſt contractus in præjudicium minoris, ſi vero juris ſolemnitas intervenerit, & læſus ſit minor, ſubvenitur ei per beneficium reſtitutionis in integrum, *cap. 8. ext. de in integr. reſtit. Bartol. in l. 33. ff. de minor 25. ann. l. 49. ff. de minorib. 25. ann. & l. pen. eodem titul. Roland. conſil. 7. volum. 3. & conſ. 56. vol. 4. & l. 8. & 40. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Nomina debitorum, an dicantur mobilia, vel immobilia ad hoc, ut in eorum alienatione requiratur decretum. *Bartol. in l. 18. ff. de auct. & conſen. tut. vel. cur.*

Cap. IV. De decreto.

Decretum non requiritur in alienatione minoris, patre mandante vendi per tutorem ipſam rem, verum hoc caſu licet valeat alienatio ſine decreto, non valet tamen obligatio ipſius rei, *vide Vincen. de Franc. deciſ. 302. part. 2. Raud. d. tract. de Audlog. capit. 37. num. 211.* ¶ Si creditor vult vendere bona pupilli ſibi obligata non requiritur illa ſolemnitas, quæ requireretur, ſi pupillus venderet. *Guid. Pap. ſing. 566.* ¶ In alienatione bonorum minorum prætor exiſtimare debet, an potius debeat fieri obligatio, quam venditio, item potius vendere nonnulla bona, quam alia, val ſimilia, *Pet. d. deciſ. 292.* ¶ Decretum judicis in pignoratione rei pupillaris ſe extendit, ut creditor poſſit rem pignoratam alienare, ſine alio judicis conſenſu. *Capic. deciſ. 182. numer. 11.* ¶ Quando bona pupilli pignori tranduntur, quid obſervandum, *Minoch. de arbitr. lib. 2. caſu 171. numer. 15. 30. & 31.* ¶ Decretum alienandæ rei pupillaris, qualiter fieri oportet. *Afflict. deciſ. 87.* ¶ Decretum interpoſitum ſuper alienatione rei minoris eodem die, quo facta fuit, ſine cauſæ cognitione factum eſſe cenſetur. *Franc. Marc. q. 248.* ¶ Decretum ſubhaſtationis eſt neceſſarium in alienatione rei minoris. *Afflict. deciſ. 393. Bartol. in l. 4. C. de fide inſtrument. & jure haſtæ fiſca. lib. 10.* ¶ Prædium pupilli ſitum in una Civitate, ſi venditur, & ipſe habeat alibi domicilium, utriuſque judicis decretum intervenire debet. *Bartol. in l. 33. §. cum oriundus in ſecunda lectura. ff. de excuſ. tut.* ¶ Decretum judicis dicitur eſſe inconſiderate, & per errorem interpoſitum ſuper rerum minorum alienatione, ſi in inſtrumento venditionis dicatur, quod venditores (qui erant minores) tenerentur de evictione, etiamſi actoris culpa res evinceretur, aut per imprudentiam judicis. *Put. deciſ. 220. libr. 3.* ¶ Conſenſus minoris cum juramento, quando ſuppleat decreti judicis defectum, & quando non, *vide ibidem. Afflict. numero 11. Franc. Marc. quæſtione 477. Cravet. conſ. 272. numero 29. Dec. conſil. 463. volum. 2. Abb. conſil. 95. lib. 2.* ſed probata læſione, & obtentata abſolutione à juramento, reſcinditur alienatio, non obſtante juramento. *Rol. conſ. 7. vol. 3.*

Qui ſint effectus decreti.

Decretum judicis, ſi apponatur in contractu minoris, non convalidat illum contractum, imo erit nullius roboris, ſi propere, & ſine cauſæ cognitione, fuerit interpoſitum. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus literis M. ſingul. 1.* ¶ Judicis præſentia non ſufficit, niſi intelligat etiam, quid agatur. *Corſet. ſingul. 2.* ¶ Decreto cauſa cognita de vendendis bonis infantium ob æs alianum interpoſito, ſtandum eſt. *Put. deciſ. 205.*

Cap. V. Quæ vendicari poſſint.

Res non legitime venditas, poteſt pupillus vendicare *l. 58. §. à matre datus. ff. de adminiſt. & peric. tut.* ¶ Hæredes dementis poſſunt vendicare prædium alienatum à curatore ejus, qui ſatis non dederat rem dementis ſalvam fore, niſi curator de pretio prædii venditi, ſatisfecerit creditoribus dementis. *l. 7. §. curator. ff. de curat. furioſ.*

Cap. VI. Quæ, & quando alienari poſſint, vel non.

Res ſubjectæ reſtitutioni vigore ſubſtitutionis pupillaris, alienari poſſunt, tutore auctore, & cum decreto judicis, ſed de ratione, *vide per And. Gail. obſervat. 137. libr. 2. numero 13.* ¶ Alienatio bonorum, pupillorum permittitur ex cauſa æris alieni eatenus, quatenus eſt æs alienum, & non ultra, nec poteſt ſuſtineri in caſu non permiſſo, ex decreto judicis, interventu propinquorum, vel diuturnitate temporis. *Natt. conſ. 162. Tomo. 1. Roland. conſil. 33. volum. 1.* ¶ Cum tractatur de alienatione rerum minorum pro ære alieno ſolvendo prius debent diſtrahi, & capi in exequutione bona mobilia, quam immobilia. *Joan. Papon. libr. 18. titul. 6. areſt. 6. & 7.* ¶ Minorum bona ſine decreto dividi non poſſunt. *Menoch. de arbit. libr. 2. caſ. 171. numero 34.* ſed quando poſſunt, *vide ibidem.* ¶ Minoris prædium ſine decreto alienari non poteſt, cum juſſu prætoris fuit pignori captum. *Menoch. de arbit. caſ. 171. numero 71.* ¶ Res minorix quæ ſervando ſarvari non poſſunt, venduntur ſine aliqua ſolemnitate; immobiles vero non niſi cum judicis decreto, & res dicuntur ſervando ſervari non poſſe, quando triennio non ſunt duraturæ. *Marc. de Mant. ſingul. 569. Bartol. in l. 22. C. de adminiſtrat. tutor. curato.* ¶ Dos eſt in juſta cauſa alienationis. *Bartol. in l. 1. Cod. ſi adverſus. dot.* ¶ Quando minorum bona, & ex quibus cauſis poſſint alienari, & quando non & ſi alienantur, quibus ſolemnitatibus, & qua forma, alienari debeant, cum decreto judicis, vel ſine, *vide per Menoch. de arbit. libr. 2. caſ. 171. Dec. conſil. 60. volum. 1. & conſil. 403. volum. 2. Roland. conſil. 33. volum. 1. & conſil. 99. ibid. conſil. 18. volum. 2. numer. 72. & ſeqq. & conſil. 60. vol. 4.* ¶ Pupillorum res, an poſſint alienari ex aliis cauſis, quam expreſſis in jure, puta ob evidentem utilitatem pupillorum, vel quia res erat eis damnoſa, *Capic. deciſ. 113.* ubi concludit pro negativa. ¶ Periculum amiſſionis rei propter tyrannos circumſtantes, eſt cauſa legitima alienandi rem minoris. *Capic. d. deciſ. 113. numero fin.* ¶ Judex dat curatorem pupillo ad vendendum, quando bona ſunt tempore peritura, vel imminet grave æs alienum. *Bartol. in l. 7. §. adeo autem, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſio. eat.* ¶ Pecunia ad prædium comparandum deſtinata, an poſſit in alios uſus per tutores converti, & pecunia eſt de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. *Boer. deciſ. 209.* & ideo poteſt alienari ſine decreto, niſi ea ſit deſtinata ad emptionem rerum immobilium. *Ludov. Rom. ſingul. 104. Franc. Crem. ſingul. 60.*

Vel non.

Tutor vendere non poteſt rem pupilli abſque neceſſitate, & ſine judicis decreto, ſed ſi vendiderit, tunc tenebitur de evictione. *Boer deciſ. 80.* alias ſecus. ¶ Tutor bona immobilia minoris in ſolutum dare non poteſt, ſine judicis decreto, fallit primo, ſi conſenſus patris interveniat; ſecundo, in rebus quæ uſu conſumuntur. *Capel. Thol. 404. Menoch. de arbit. libro 2. caſu 171. numero 50.* ¶ Bona pupillorum, quæ poſſunt ſervando

do ſervari, non debent alienari, niſi in cauſa neceſſitatis, (ut pro dote) præcedente inquiſitione, & cauſæ probatione, ſubſequuta decreti interpoſitione, *vide l. 22. Cod. de adminiſtr. tut. vel curato.* ¶ Minoris bona magni valoris, pro levi debito, alienari non debent, *Menoch. ibid. caſ. 182. num. 35. Roland. conſ. 33. volum. 1.* ¶ Decretum judicis in alienatione rei minoris quia exigit cauſæ cognitionem, non poteſt interponi die feriata. *Jaffr. Lanf. Balb. deciſio. 353.* ¶ Res furioſi non alienantur, ſine decreto, ſicut res pupilli. *l. 2. C. de curat. furio.* ¶ Res mobilis pupilli, non poteſt ſine decreto alienari, & probare quis debet pupillum vendentem ex aſpectu apparere adultum. *Bartol. in l. 2. § ſi à pupillo. ff. pro emptore.* ¶ Res minoris non poteſt alienari, ſine cauſa, & ſi alienetur, non tranſit dominium in emptorem. *Azo in ſumma. titul. C. de reb. alien. non. alien.* ¶ Fundus pupillaris, etiam cum decreto, niſi ob æs alienum non venit alienandus. *Afflict. deciſ. 87. num. 5.*

Emi, vel vendi poſſint.

Licet præmia minoris, non poſſint alienari, ultra æris alieni quantitatem: attamen ſi non poſſunt commode alienari pro parte, ut ex ea ſolvatur æs alienum, poſſunt in totum vendi. *Menoch. conſil. 214. lib. 3. nu. 34.* ¶ Frumentum, & alia neceſſaria pupillo, vendi non debent pro ſatisfaciendis debitis, ſed deveniendum eſt ad immobilia. *Pet. de Raven. ſing. 233.*

Cap. VII. Qui alienare: vendere: emere poſſint, vel non.

Minoris alienant ſine ſolemnitate, quando id faciunt in exequutionem contractus initi cum patre ipſorum, vel auctore. *Hieron. Mago. deciſ. 22. ejuſdem Rot.* ¶ In quibus aliis caſibus minor, ſine decreto alienare poſſit, *vide per Menoch. conſ. 171. de arbit. num. 71.* ¶ Pater quando poſſit alienare bona ſibi, & filio donata, & adventitia filii. *Afflict. deciſ. 393.* ¶ Quamvis minor, non poſſit alienare bona ſua auctoritate Judicis, tamen poſſeſſionem poterit transferre in alium, auctoritate tutoris abſque Judice. *Pet. de Raven. ſing. 542.* ¶ Dotem ſine decreto minor conſtituere non poteſt. *Menoch. de arbit. caſ. 171. num. 48.*

Vel non.

Minores non poſſunt bona immobilia abſque cauſa, & decreto Judicis alienare, niſi juramentum interveniat, quod omnes ſolemnitates requiſitas ſupplet. *Put. deciſ. 245. lib. 3. & deciſ. 292.* ¶ Ille, qui pro tutore ſe gerebat non poteſt alienare rem pupilli, quia ei rerum adminiſtratio conceſſa non fuit, & ſic eo in caſu ipſi pupillo agenti, non obſtat exceptio doli adminiſtratoris; ſecus in vero tutore, cui fuit decreta adminiſtratio. *l. 4. §. ſi quis non tutor. ff. de dol. mal. exceptio.* ¶ Minor bona ſua donare non poteſt. *Menoch. de arbit. caſ. 171. num. 46.* ¶ Pater tutor filii emancipati, alienare non poteſt bona ſui filii minoris ſine decreto. *Menoch. caſ. 171. num. 54.* ¶ Minor etiam impetrata venia ætatis, non poteſt alienare bona ſua immobilia ſine decreto, nec obligare. *l. 2. & 3. C. de hu. qui veniat. æta. impet.*

Cap. VIII. Quando ratificari poſſit alienatio.

Ratificans ſecundam venditionem, videtur ratificare primam ratione connexitatis, ſi in inſtrumento ratificationis de utraque fiat mentio. *Afflict. deciſ. 285. nu. 5.* ¶ In electione minoris eſt ratificare venditionem invalidam à tutore factam, & pretium juſtum juri congruum petere ab ipſo vendente, & poſtea ad alios pervenire, etſi omnes tutores pariter vendiderint, unus inſolidum conveniri poterit, ſed ipſi convento, ſunt contra alios actiones cedendæ. *l. 6. C. arbitr. tutel.* ¶ Major quando dicatur habere ratam alienationem per ipſum factam. *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſt. tut. reg. in proœmio, num. 73.*

Cap. IX. Quæ vel qui veniant reſtituendi, vel non.

Minori recuperanti ejus bona non legitime alienata, etiam ſunt cum re principali fructus omnes à die traditionis percepti reſtituendi. *Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 286.* ipſeque pretium, quod accepit, vel alia ex cauſa (etiam judicati) debitum debet cum legitimo intereſſe ſolvere. *Ozaſ. deciſ. 160.* tamen emptor rei minoris allegantis contractus nullitatem, probare debet pretium in utilitatem minoris fuiſſe converſum. *Ozaſ. deciſ. 171.* ¶ Expenſæ utiles, & neceſſariæ ad perpetuam rei utilitatem ſunt refundendæ, reſtituenti rem pupilli male alienatam, nec fructus veniunt computandi in prædictis expenſis reparationum, per emptorem in re minoris ſine decreto alienata, factarum. *Afflict. deciſ. 87. num. 6.* ¶ Minor corporaliter jurans ſe non venturum contra venditionem, adverſus illam reſti ui non debet etiam nullo decreto interveniente, quod intellige, ſi eſſet pubes. *Azo. in ſumma. tit. C ſi adverſ. vend. vide ſupra tit. de minoribus.* ¶ Reſtitutus ad rem venditam, non debet reſtituere pretium, niſi quatenus ex eo factus eſt locupletior. *l. 33. §. interpoſito ff. de adminiſt. & pericul. tuto.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Pignus à curatore furioſi datum valet, ſi utilitate furioſi exigente, id fecerit. *l. 11 ff. de curat. fur.* ¶ Decretum Judicis quamvis aſſertionem cauſæ non juſtificet, minoris tamen juramentum contractum, omniaque in eo contenta, confirmat. *Put. deciſio. 245. numer. 4.*

Vel non.

Alienatio rei pupilli immobilis per tutorem abſque decreto facta, etiam ad damnum vitandum, non valet. *Afflict. deciſio. 87. vide Bartol. in l. 8. §. eam. ff. de transact. num. 3.* & ſic fundus pupilli inutilis, & ſterilis, non poteſt ſine decreto alienari. *Afflict. ibid. num. 2. & cauſa Bartol. in l. 2. C. de agri. & cenſit lib. 11.* quam facit decretum Judicis. *Afflict. ibid.* tamen quod alienatio teneat ſine ſolemnitatibus facta, quando eſt utilis pupillis, ſcribit *Natt. conſil. 207. numer. fin. Tom. 1.* ſicut quando fuit facta hoc caſu, ſine auctoritate tutoris, vel curatoris. *Felin. conſil. 16. num. 13. vide Raud. tract. de Anal. cap. 39. nu. 102* ¶ Tranſactio rei ſterilis pupilli non valet, ſine decreto, quia decretum eſt de ſubſtantia alienationis rei minoris. *Afflict. deciſ. 87. numer. 4. vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 171. num. 42.* ¶ Alienatione rei pupillaris facta (etiam ex cauſa) ſine ſolemnitatibus à jure requiſitis, non tenet, niſi pupillus fiat locupletior. *Vinc. de Franc. deciſ. 55. Rot. Aveniо. deciſ. 59. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* ¶ Juramentum puberum, aut proximorum pubertati, ex falſa cauſa interpoſitum, contractum venditionis non confirmat, ſi de falſa cauſa conſtaret. *Put. deciſ. 205. libr. 3. vide deciſ. 245. & 292. libr. 3.* ¶ Alienatio bonorum immobilium facta per minorem ſine decreto, eſt nulla, & tunc eſt ſuperfluum diſputare de modicitate pretii, ſed quando minor teneatur ad reſtitutionem pretii, *vide Papon. libr. 10. tit. 1. arreſt. 4.* ¶ Alienationi rei minoris, non ſolemniter factæ lex expreſſe reſiſtit, illamque irritam, ac inanem declarat. *Ozaſch. deciſio. 160. numer. 11.* & ſic non tenet. *Afflict. deciſ. 16. Dec. conſil. 556. Rol. conſ. 72.*

Cap. XI. Quando retractari poſſit, vel non.

Alienatio rerum minoris illegitime facta, retractari non poteſt per minorem effectum, ſed quando, *vide Ozaſ.*

Ozaſ. deciſ. Pedem. 58. num. 12. ¶ Quid ſi major factus non egerit intra quadriennium, poſt completam majorem ætatem. *Rol. conſil. 60. volum. 1. conſ. 72.* ¶ Quæ legitime, & bona fide alienata ſunt, non retractantur, ex eo, quod bona pupilli fuerant. *l. 1. §. quæ bona. ff. de adminiſt. & peric. tutor. & curat.*

Cap. XII. Tutor: vel curator: Quæ facere poſſit, vel non.

Quando tutor, vel curator vendidit res communes ſibi, & pupillo, & pupillus, vel minor reſtituitur in parte ſua, eſt in facultate emptoris recedere à tota emptione. *l. 49. §. 1. ff. de minor. 25. an.* ¶ Rem pupilli juſte venditam poteſt tutor ſibi licite retinere, ſi emptor pretium, non ſolvit, & ipſe tutor illud de ſuo in utilitatem pupilli convertit. *l. 57. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* ¶ Tutor, & curator ab adulto, vel pupillo emere poſſunt modo id palam, & cum bona fide fiat. *Franc. Marc. quæſtione 477. num. 2. vide Menoch. de arbitra. libro 2. caſ. 459. Bartol. in l. 34. §. tutor. ff. de contrah. empt. & vend. & in l. 5. §. Item. ff. de auctor. & conſ. tuto. gloſſ. in l. 34. §. fi. ff. de contrah. empt. & vendi. & l. 5. §. Item ipſe. ff. de auctor. & conſent. tut. & cura.* ¶ Si curator bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſolverit, quid juris, *vide l. 22. §. ſi curator. ff. mandati.* ¶ Tutor ſine Judicis auctoritate poteſt veſtes antiquas, & ſimilia, quæ ſervando, ſervari non poſſunt diſtrahere pro ſuo arbitrio. *Abb. conſ. 10. libr. 2.* ¶ Tutor quando teſtator juſſit rem vendi Titio, poteſt vendere ſine decreto, ſaltem quando eſt utile pupillo. *Bart. in l. 122. §. cohæres. num. 5. ff. de verb. oblig. vide Afflict. deciſ. 281. num. 10.* ¶ Tutor, & curator, non poſſunt conſtituere procuratorem ad interponendum decretum Judicis, in alienatione rei minoris. *Idem Rom. ſing. 427.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Tutores & curatores in cauſa minorum, tenentur ſatiſdare de Judicio ſiſti, & in eam cauſam bona minorum poſſunt ſine decreto obligari. *l. fin. §. defenſionem. C. de adminiſtr. tuto. vel curato.* ¶ Nimia feſtinantia, vel negligentia tutoris in rebus pupilli vendendis, punitur. *l. 8. §. ſi tutor. ff. de adminiſt. & peri. tut. vel cura.* ¶ Tutor excuſatur, ſi vendat rem minoris pretio viliori, præcedente æſtimatione Judicis. *Lud. Rom. ſing. 80. vide Bart. in l. 6. C. de Magiſt. conven. gloſſ. in l. fin. C. de Magiſt. conven.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Petitio, & pronunciatio de vendendo fit à Judice, in cujus territorio quis debet defendi, venditio à Judice, in cujus territorio bona ſunt. *Bart. l. 7. §. adeo. ff. quib. ex cauſ. imp.* ¶ Minor non poteſt repudiare delata ſibi bona ſine decreto. *Menoch. de arbit. caſ. 161. numer. 52.* ¶ Reſciſſo contractu alienationis per reſtitutionem in integrum, emptor non poteſt habere regreſſum contra majorem, qui intervenerat una cum minore in contractu dictæ alienationis, rei inſolidum ſpectantis ad ipſum minorem, & illam vendiderat etiam cum clauſula, inſolidum, & renuntiationibus opportunis. *Idem Pap. lib. 10. tit. 1. arreſt. 15.* ¶ Emens à pupillo ſine tutore non præſcribit. *l. 3. C. de auctor. præſtan.* ¶ Licitatio expeditur ſpatio 29. vel 30. dierum, in venditione rerum minorum. *Capic. deciſ. 36. num. 4.* ¶ Minor petens iterari licitationem reſpectu minoris ætatis, eſt audiendus. *Afflict. deciſ. 393.*

TITULUS CCCCIX.

Si major factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit.

L. Ex fina. C. ſi major factus alie. rat. habue. quomodo intelligatur, *vide Ozaſc. deciſ. Pede. 179. num. 13. Rot. Avenio. deciſ. 95. in deciſ. 59. in deciſ. diverſo. Tom. 3. & deciſ. 97.* ¶ Tacita ratificatio non habet locum in caſu *l. fin. C. ſi major factus*, quando dolus intervenit. *Paul. Æmil. Vera. deciſ. 1. part. 3.* ¶ Dicta l. fin. habet locum in dolo præſumpto, & non in vero, & dolus verus multis conjecturis probari poteſt, *deciſ. 59. Rot. Avenio. in deciſ. diverſo.* ¶ De generali ratificatione venditionis, pupillæ factæ majoris, *vide per Afflict. deciſ. 285.* quo loci decidit per ratificationem unius venditionis, cenſeri ratificatam alteram connexam, & venientem per neceſſariam antecedentiam, & ſubſequentiam; ideo ratificans ſecundam venditionem videtur primam ratificare ratione connexitatis, ſi in inſtrumento ratificationis de utraque fiat mentio, *Afflict. d. deciſ. 295. num. 5.* ¶ Major factus recipiens reſiduum pretii rei alienatæ, durante tempore minoris ætatis non ratificat alienationem, neque illam convalidat. *Joan. Pap. lib. 16. titul. 1. arreſt. 5.* ¶ Alienatio bonorum minoris, quæ fuit nulla, ratificata videtur, ſi poſt majorem ætatem (etiam tacite) hujuſmodi contractum approbaverit, percipiendo aliquid ex tali contractu. *Dec. conſ. 232. num. 5.* ¶ Minor ſi poſtquam major eſt 25. ann. quinquennio tacuerit, videtur contractum ratificare. *Menoch. conſ. 196. lib. 2. num. 41.* Sed quando hoc ſit verum. *Nati conſ. 162. Tom. 1. num. 30. Rol. conſ. 72. vol. 4.* ubi ipſe Rol. multipliciter limitat conclusionem. ¶ Minor non poteſt impugnare contractum, quem ex curſu temporis & ſilentio ratificavit; quod procedit quoad defectum ſolennitatis tantum, ſecus ſi vellet oſtendere de iniquitate, & invaliditate contractus. *Nati. conſ. 295.* quid ſi major factus ratam habuerit donationem factam in minori ætate. *Menoch. conſil. 29. vol. 1. num. 46.*

TITULUS CCCCX.

De contractibus innominatis, de præſcriptis verbis, & rerum permutatione.

Cap. I. Contractus innominatus: implementum: permutatio. Quæ dicantur, vel non.

PErmutatio facta interveniente pecunia, an cenſeatur venditio, ut locum habeat retractus. *Boer. deciſ. 344.* ¶ Contractus innominatus ad naturam contractuum nominatorum reducitur, ſi illi ſtipulatio interponatur. *Ozaſ. deciſ. 98. num. 6.* ¶ Contractus tranſactionis eſt contractus innominatus & ex eo datur actio, præſcriptis verbis, reo implenti contractum ex parte ſua contra actorem. *Bart. in l. ſive apud C. de tranſactio.*

Cap. II. Qualis ſit.

Contractus innominatus, ut cognoſcatur, an inſpicienda ſit forma conventionis, an vero impletionis, *vide Bartol. in l. 4. C. de condic. cauſ.* ¶ In contractu permutationis venit evictio, dum tamen præceſſerit denuntiatio. *l. 29. C. de evictio.* ¶ Ille, qui titulo permutationis rem habet, eſt ſimilis emptori. *l. 15. ff. ex quibus. cauſ. in poſſ. eat.* ¶ In permutatione venit intereſſe, occaſione majoris oneris, quam ab altera parte fuerat expreſſum. *Rot. Avenio. deciſ. etc. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* ¶ An do ut des à permutatione differat, *Vaud. var. q. lib. 1. q. 25.*

Cap. III. Quæ probentur.

Implementum ex parte ſua probare debet volens agere ex donatione, ob cauſam: quia perditur donatio quam quis non implet ex parte ſua. *Cravet. conſ. 151. n. 8. & conſ. 192.* ¶ Implementum ſequutum eſſe probari debet ab eo, cui implendum eſt. *Cravet. conſil. 192.*

num.

num. 15. Rebuff. in ſuis comment. tract. de litte. obling. art. 1. gloſſ. 9. num. 44. Tom. 1. ¶ Permutatio ſimulata loco venditionis, qualiter probetur. *Boer. deciſ. 183. num. 15.*

Cap IV. Connexa quæ dicantur, vel non.

Capitula quando dicantur connexa, & quando reſpectiva, *Gravet. deciſ. 103. num. 156. Jac. Put. deciſ. 214. libr. 3.* ¶ Pacta appoſits in uno inſtrumento, dicuntur annexa, & reſpectiva ſolum ex hoc, quia in uno inſtrumento. *Gramma. ibid. num. 157.* ¶ Duo inſtrumenta inter eaſdem perſonas confecta eodem die, & coram eiſdem teſtibus, videntur facta correſpective, unum ad aliud. *ibid. Gram. nom. 158. Pet. de Benin. deciſ. 29. vide DD. de Rota deciſ. 32. de prab. in antiq. Put. deciſ. 214. lib. 3. Paul. Æmil. deciſ. 235. & 207. part. 2. Craoet. conſil. 298. nu. 13. Menoch. conſ. 156. lib. 2. nu. 14. & 15.* & videntur ineſſe. *Franc. Marc. 477. in fino*, & in ſimul fieri. *Ant. Corſe. in ſuis ſingul. lit. I. ſing. inſimol.*

Cap. V. Qui implere teneatur, vel non.

In contractibus ultro citroque obligatoriis, agens ex contractu tenetur ea ex parte ſui adimplere, quæ ad ipſum ſpectant, & probare eorum implementum. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 51. num. 9. Franc. Marc. qu. 864. part. 1. & q. 698. part. 2. Cravet. conſil. 46. Dec. conſil. 421. Bart. in l. 1. C. de pact. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 50. Rot. Gen. deciſ. 158. Put. dec. 259. libr. 3. & deciſ. 357. ibid. Borgn. Caval. deciſ. 16. de contract. num. 45. Mago. deciſ. Luc. 21. Æmil. deciſ. 232. Bartol. in l. 14. §. offerri ff. de actu empt.* ſed quod dicitur, non adimplens ex parte ſui haud quaqne poſſe agere, procedit quando certum eſt quid, & quantum ſit per agentem adimplendum; ſecus ubi ob qualitatem ſubjecti incertum eſt, *Rot. Gen. deciſ. 27. num. 15.* nam tunc fidejubendo, quis dicitur adimplere *ibid. deciſ. 177.* ¶ Item procedit in contractibus innominatis: ſecus in nominatis (excepta venditione) *ead. Rot. deciſ. 59. num. 5.* ſed non procedit in contractu ſocietatis. *Rota. Genu. deciſ. 169.* & talis exceptio implementi non ſequuti, non intelligitur rejecta à ſtatuto rejiciente omnes exceptiones, quod ampliatur procedere, licet promittens deficeret ſolum in minimo capitulo. *Joſeph. Lud. deciſ. 2. & deciſ. Peruſ. 50.* ¶ Offerre prius tenetur, qui dare, & recipere debet, & oblatio tunc neceſſaria eſt, quando prætextu oblationis qui vult aliquid conſequi. *Dec. conſil. 421. num. 10.*

Vel non.

Implere non poteſt quis poſt rem in judicio deductam, & poſtquam oppoſitum fuit de implemento non ſequuto, *Cravet. conſ. 192. num. 16. & conſil. 246.* tamen implens contractum ex parte ſua, etiam poſt aliquam moram, poteſt agere contra partem, ut contractum ſibi obſervet. *Nate. conſil. 133. Tom. 1.*

Cap. VI. Quibus modis contrahatur: inducatur, & quæ habeant locum, vel non.

An, qui rem alienandi diſtinxit dicatur contrahere permutationem, *Cujac. lib. 23. obſerv. c. 28.* ¶ Contractus innominati inducuntur ſecundum modum contractuum nominatorum, quibus comparantur. *Bartol. in conſ. 159. vol. 1.* ¶ Pœna legis ſi quis major. C. de transact. habet locum in quolibet contractu. *Gul. Caſ. dec. 2. titul. de jurejur.* ¶ Condictioni ob cauſam non eſt locus in contractibus nominatis, ſi non ſervetur pactum, quod principaliter dedit cauſam contractui. *Bart. ſing. 166.*

Cap. VII. Quando ſit locus pœnitentiæ, vel non.

Pœnitentia, quando locum habeat in contractibus innominatis, *vide Boer. deciſio. 353. num. 15. l. 5. & ibid. gloſſ. ff. de condict. cauſ. dat. & ſupra tit. de pœnitentia.* ¶ Sola obligatio in contractibus innominatis, non habet vim implementi, adeo quod poſſit agi, imo obligatio non impedit quo minus ſit locus pœnitentiæ *gloſſ. l. juriſgent. §. ſed & ſi ff. de pact.*

Vel non.

Pacto fieri poteſt à partibus, quod in contractibus innominatis non ſit locus pœnitentiæ. *Decius conſil. 340.* ¶ Juramentum etiam facit, ut non ſit locus pœnitentiæ in contractibus innominatis, in quibus alias re integra admitteretur. *Nate. conſil. 381. Guid. Pap. ſing. 343. Bartol. in l. 5. C. de act. & oblig. Dec. in l. ſi convenerit. ff. de juriſd. omn. jud.*

Cap. VIII. Qui contravenire poſſit, & conſtituatur in mora.

Non eſt in culpa, ſeu mora quis, ſi alter non ſervat pro parte ſua. *Joan. Mobed. deciſ. 180.* ideo contraveniens contractui ex eo, quod alia pars contravenit non dicitur contraveniſſe. *Gram. deciſ. 103. numer. 159.* imo fides eſt frangenda frangenti, etiam in contractibus innominatis, & correſpectivis, quod procedit, quando non ſervatur ſubſtantiale pactum, quod debet impleri ſuo loco tempore, & modo. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 90. num. 28. vide deciſ. 169. Rot. Genu.* ubi habetur contrarium, nempe in contractibus nominatis non agi ad reſciſſionem contractus propter inobſervantiam, ſed debere agi ad obſervantiam. ¶ Promittens aliquid facere, non conſtituitur in mora ob non factum, quoties per alterum compromittentem, non fuit adimpletum pro parte ſua in parandis oportunis, & neceſſariis ad opus perficiendum. *Borg. Caval. deciſ. 26. part. 2.* ¶ In contractibus ultro citroque obligatoriis, quamprimum una pars implevit pro ſua parte, ſi alia pars poteſt implere, & non implet, quamvis non ſit limitatum aliquod tempus ad implendum; tamen ſtatim in mora conſtituitur. *Borg. ibid. num. 8.*

Cap. IX. Qui permutare poſſit, vel non.

Conſtante matrimoniu res dotalis permutari poteſt, ſi hoc mulieri utile ſit. *l. 07. ff. de jure dotium.* ¶ Quando Eccleſia permutare poſſit cum Principe, vel altera Eccleſia, aut privato, *vide Authent. ſed & permutare cum ſeqq. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Permutatio rei ob alimenta ſolvenda non poteſt fieri, niſi auctore Prætore, ſi alimentarii conditio ſit deterior. *l. 8. § ſi cui non. ff de tranſact.* ¶ Minor poteſt permutare rem cum alio. *Bartol. in l. 5. §. nec tamen. ff. de rebus eorum.* ¶ Beneficiorum permutatio, non eſt licita abſque ſummi Pontificis auctoritate. *Dec. conſ. 142. vide ſupra lib. 2. tit. de benefi. permut.*

Cap. X. Actio cui, & contra quem competat: regreſſus, vel non.

In contractibus innominatis duæ actiones oriuntur, una eſt præſcriptis verbis, ut impleatur, quod convenit, & alio condictio ob cauſam, ad repetendum, id quod eſt datum, ſi non obſerventur promiſſa; ſed in conventione facio, ut des, eſt prodita actio de dolo. *Bartol. in l. 4. C. de dol. mal.* ¶ Actio, præſcriptis verbis datur, ut impleatur id, quod convenit, & hæc actio, & condictio ob cauſam, quomodo ſimul concurrant, *vide Bartol. in l. 2. C. de condict. ob cauſ.* ¶ Actio utilis ſine ceſſione non tranſit, in contractu innominato, niſi in ſubſidium. *Bartol. in l. 1. C. de actio. & oblig.* ¶ Actio præſcriptis verbis poteſt cum alia concurrere, quando ex diverſis fontibus habet originem. *Bartol. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vend.* ¶ Actionum in factum quatuor ſunt genera, & actio præſcriptis verbis in tribus generibus negotiorum habet locum *gl. in §. final. inſtitut. de interdic.* ¶ Actio præſcriptis verbis habet locum ex omni pacto, incontinenti, ante, vel poſt appoſito, & ubicunque dubitatur de nomine actionis. *gloſſ. ibid.* ¶ Tranſactio, niſi obſervetur, poteſt rediri ad actionem primævam, & ſubvenitur etiam actori condictione

ob cauſam. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 101.* ſi non obſervetur tranſactio an agatur actione primæva, vel præſcriptis verbis, *Bart. in l. 6. C. de tranſact.* ¶ Actor admitti poteſt ſine actione agens ſi modo ſpes ſubeſt, quod ex facto de præterito actio orietur. *Menoch. de arbitra. judi. qu. 16.* ¶ Actio de dolo, quando datur ex contractu facio, ut des, vel actio, præſcriptis verbis, condictio ob cauſam in contractibus innominatis habet duplicem originem. *Bart. in 4. C. de tranſact. num 8.* de qua conditione ob cauſam, *vide per eundem Bart. in l. 16. ff. de condi. ob cauſ.* ¶ Si in contractu facio, ut des, non ſervatur fides agitur actione de dolo ad intereſſe, ubi factum non eſt repetibile: alias agitur condictione ob cauſam, vel rei vindicatione, ſi dominium non eſt translatum. *l. 4. C. de dolo malo.* ¶ An ex contractu innominato detur actio, *vide l. juriſgentium. ff. de pacto. §. ſed & ſi.* ¶ Actio præſcriptis verbis pro contractu permutationis competit pro cujus reſolutione datur condictio indebiti, & an ex ipſo contractu transferatur dominium, ſi reſolutio fuit facta per verba mere directa. *Dec. conſil. 187.* ¶ Actio, præſcriptis verbis, duobus in caſibus eſt bonæ fidei. *§. actionum autem, inſtit. de actio.* ¶ De actione præſcriptis verbis, & permutatione, vide plene per *Jaſ. de actio. in §. omnium. num. 89.* ¶ Actio, præſcriptis verbis, datur à lege, quando aliter ſubveniri non poteſt. *Bartol. ibid. num. 8.* ¶ Permutanti an detur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium, ſi res data fuit ſibi evicta. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 173.* ¶ Condictio ob cauſam non habet locum, ſi res permutatur cum re, quæ erat venalis expoſita; ſecus ſi venalis non eſſet expoſita. *Bartol. ſing. 167.* ratio, quia permutatio facta cum re venali, habet inſtar venditionis; ſed cum re non venali, habet inſtar permutationis. *Bald. ſing. 57.*

Cap. XI. Qui ſint effectus.

Non adimplens contractum excluditur ab actione, ex eo proveniente, quod procedit quando contractus ſunt correſpectivi unius ad alterum, & ex eodem facto ultro citroque obligatorii; ſecus ubi contractus non ſunt invicem correſpectivi, *vide Rot. Genuen. deciſ. 15. num. 5. & 18. deciſ. 155. & 159.* tamen legitime impeditus quo minus obſervet conventionem, alia parte non obſervante, habetur, ac ſi obſervaſſet. *Rot. Genu. deciſ. 158.* ¶ Ex eo, quod quis implet aliquod promiſſum, præſumitur promiſſio. *Cravet. conſ. 150. num. 4.* Implementum non ſequutum facit reſcindi contractum (etiam nominatum) via actionis, quando tale implementum reſpicit cauſam finalem. *Cravet. conſ. 192. conſ. 246. vide tamen Natt. conſilio. 133. & 171. Tom. 1. & eundem Cravet. conſ. 299. & conſ. 1. pro genero. num. 203.* verum contractus non annullatur ob implementum non ſequutum, niſi interveniente monitione ad implendum, vel culpa, implere debentis. *Cravet. conſ. 204. in mer. final. nihilominus conſil. 246.* ¶ Non obſervanti non eſt obſervandum; ideo non poteſt quis ſe juvare conventione, quam ex parte ſua non implevit, nam fruſtra quis ſibi fidem poſtulat ſervari ab eo, cui fidem à ſe præſtitam non ſervavit. *Natt. conſ. 226.* ¶ Quando contractus propter inobſervantiam eſſet reſolutus, ex illo contractu non poteſt quis ſe juvare: quia licet ex contractu nullo colligatur voluntas, non tamen colligitur ex actu reſoluto. *Put. deciſio. 291. numer. 6. lib. 3. deciſ. 343. ibidem.* ¶ Reus poteſt opponere contra actorem viventem ex permutatione, illam non habuiſſe effectum, qui non præſumitur cum ſit facti. *Paul. Æmil. deciſ. 11. par. 2.* ¶ Dominus feudi, non poteſt rem feudalem ex permutatione acquirere, & retinere jure prælationis. *Boer. conſil. 42.* ¶ Qui ſi temporariam permutationem jus provinciæ non innovaret. *Cujac. lib. 24. obſerv. cap. 2.*

¶ Quamvis evictio veniat in contractu permutationis, tamen rei vendicatio in caſu evictionis contra poſſidentem rem permutatam non datur, licet detur hypothecaria virtute obligationis bonorum, in contractu permutationis appoſitæ. *Vincent. de Franc. deciſ. 104.*

Cap. XII. Quando revocari poſſit, valeat, vel non.

Contractus innominatus quatenus continet donationem, non poteſt ex pœnitentia revocari, & ſic ex uno, & eodem facto poteſt nominatus cum innominato contractu miſceri. *l. 2. & l. cum. 10. C. de pact. inter empt. & vendit. Bartol. in l. final. ff. de condict. ob. cauſ. in fine, Alexan. in l. 2. ff. ſi cert. pet.* ¶ Si contractibus, quorum unus ſine alio non fuiſſet celebratus, unus contrahentium non ſatisfacit ex ſua parte, ambo contractus volente adverſario, reſcinduntur. *Menoch. conſ. 156. num. 16. vide & conſ. 201. num. 169. lib. 2.* ¶ Contractus innominatus ita vitiatur per intervallum ſicut nominatus. *Bart. in l. 37. ff. de pactis.*

Reſtituatur.

Ubi deficit cauſa finalis contractus, ſine qua aliquis contracturus non erat, contractus etiam nominatus reſolvitur. *Cravet. conſ. 299. vide Roland. conſil. 69. volum. 3. num. 40.* ¶ Permutatio retractatur propter enormem læſionem; ſed quando. *Dec. conſ. 210.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Super implementi non facti exceptione, judex ſupplet ex officio, parte non opponente. *Cravet. conſ. 131. nu. 10.* ¶ Implementi non ſequuti exceptio, an cenſeatur remiſſa, quando donator, cui implendum erat, petiit à donatario, quod impleat, *Cravet. ibid. num. 8.* ¶ Permutata redit ad dantem ſecuta evictione, abſque alio domini aſſenſu. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 182.*

TITULUS CCCCXI.

De ceſſionibus jurium, actionum, & bonorum.

Generalia.

Vide de materia ceſſionum, per eundem. *Bartol. in l. in ſolutum. C. quando fiſcus, vel privatus. & in l. per diverſas. C. mandati.*

Cap. I. Quid ſit.

Verbum, concedo, quod continet ſimplex mandatum, in incorporalibus habet vim traditionis, & eſt differentia inter cedere, & concedere, quia qui cedit, actiones utiles cedit, non autem qui concedit. *Bartol. in l. 36. ff. de donatio.*

Cap. II. Quæ dicantur ceſſa, vel non.

Ceſſa actione perſonali, videtur ceſſa hypothecaria, ſed dubium eſt, an ceſſa hypothecaria, videatur ceſſa perſonalis, *vide Bartol. in l. ſi pignori res. ff. famil. erciſcun. & gloſſ. in l. 30. ff. eodem. famil. erciſcun.* hypotheca, an cedi poſſit ſine obligatione perſonali. *Bartol. in l. 17. ff. de fidejuſſo. & manda.* ¶ Ceſſa perſonali actione, cenſetur etiam hypothecaria ceſſa, ſed quid econtra, *vide Boer. deciſ. 335.* ¶ Hæreditas ceſſa, ſeu vendita, ceſſante conventione, trahit illa, quæ erant tempore mortis teſtatoris, etiam exacta per hæredem ante ceſſionem. *Afflict. deciſ. 81.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Facta ceſſione contra principalem, an videatur facta contra fidejuſſorem, *Bartol. in l. 78. ff. eod.* ¶ Clauſula, cedens quod habetur, & habere ſperat importat, ut videantur ceſſæ actiones, quas poſſet habere. *Bartol. in*

l. 14.

l. 14. ff. mandati. ¶ Quid importent illa verba ponens eum in jus, & locum proprium, conſtituendo illum procuratorem, ut in re propria, ſcribunt *Doct. in l. qui Roma. §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & Bart. l. 2. ff. de Trebel.* ¶ Ceſſio extenditur etiam ad bona mobilia quando eſt facta generaliter, & univerſaliter, licet aliqua bona immobilia fuiſſent ibi expreſſa. *Crav. conſ. 287.* ¶ Surrogatus tenetur juſtificare jus illius, ad quod ſeu in cujus locum ſurrogatur, & per conſequens probare omnia expreſſa, vel tacita in gratia primi, quæ ipſe primus probare tenebatur. *Ægid. Bellam. concloſi. 112.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non: præſumantur.

Actione ceſſa qualiter formetur libellus, an nomine cedentis, vel ceſſionarii, *vide Bartol. in l. inſolutum. C. quando fiſcus, & in l. 34. ff. de procura. gloſſ. in l. 9. C. manda.* ¶ Ubi datur, vel creditur actio, non eſt neceſſarius conſenſus debitoris, contra quem actio ceditur, vel donatur *d. l. 1. C. de novat.* ¶ Si in inſtrumento ceſſionis factæ titulo venditionis, non apparet de numeratione; ſed poſtea fuit numeratum ſufficit. *Bart. in l. 22. C. mandati. num. 16.* ¶ An ad validitatem ceſſionis requiratur realis numeratio vel ſufficiat confeſſio cedentis, *vide Guid. Pap. q. 567. num. fin. DD. de Rota deciſio. 1. tit. de alien. jud. mutan. cau. fac. in novis Rebuff. in ſuis commenta. tracta. deciſionibus. artic. 1. gloſſ. 7.* quod ſola confeſſio ſufficiat, habetur *in deciſ. 9. & 104. Rot. Genu.* vide tamen *ibidem. deciſio. 13. & 28. Gaſſ. Cabal. milleloq. 831.* ſed quod ceſſionarius teneatur oſtendere de cauſa ceſſionis aliter, quam per confeſſionem cedentis, ſcribit *Put. deciſio. 22. lib. 3. vide Hippol. 43. Bartol. in authen. de æqualit. dot. numer. final. & Creſcen. deciſio. 10. alias 207. tit. de ſenten. & re jud.* ¶ Ceſſio, an ſemper ſit neceſſaria, ut ſolvens in priorum creditorum jura ſuccedat, & quid in rei poſſeſſore dicendum ſit? *D. Gaſſ. Theſſ. q. For. Quæſt. 30. lib. 2.*

Quæ præſumantur, vel non.

Ceſſio, niſi conſtet de veritate pretii in omni contractu ſimulata præſumitur, modo ſit ex cauſa oneroſa. *Jacob. Put. deciſio. 22.* vide tamen diſtinctionem, quam facit Marc. de Mantua, *ſingulari 580.* tamen cedens poteſt habere fidem de pretio, ſicut venditor. *Rot. Genu. deciſio. 104. num. 13. Cabal. milleloq. 821.* ¶ Ceſſio facta conjunctæ perſonæ, vel ante rupturam, aut ubi cedens perſeverat in poſſeſſione rei ceſſæ, quando præſumatur in fraudem, & ſimulata, *vide ibidem num. 38. d. deciſio. 13.* ¶ Ceſſio facta per laicum Clerico præſumitur in dubio ſimulata. *Jaſſ. Lanf. Balb. deciſio. 87.* & non valet. *Roland. conſ. 38. vol. 2. num. 21. vide cap. final. ext. de aliena. muta. judi. cau. fact. & Bart. in ſuo tractat. de diffe. int. jus cano. & civi. num. 48.*

Cap. V. Quæ cedi poſſint, vel non.

Actionem ſuam poteſt quis cedere contra invitum, & ignorantem debitorem. *l. 4. C. de hæred. & action. vend.* ſecus in delegatione. *l. 1. C. de novatio. & delegat.* ¶ Ex intervallo agi poteſt, ut actio cedatur. *Bartol. in l. 95. §. mandato. ff. de ſolut. & mand.* ¶ Procurator in rem ſuam dupliciter, quis dicitur, & conſtituitur quatuor modis, de differentia inter cedere & mandare actionea an directa poſſit cedi actio, vel ſolum utilis, quomodo directa intentetur, & qualiter utilia, de differentiis, quando intentatur directa, & quando utilis, & multa alia pertinentia ad materiam ceſſionis, *vide per Maran. in l. fi. actor. ff. de procurato. poſt ejus ſpec.* ¶ Actio in rem poteſt cedi, & ceſſionario competit actio utilis. *Bart. in l. 9. de hæredib. & actio. vend.* ¶ Aliquando actio, quæ eſt inutilis penes cedentem efficitur utilis penes ceſſionarium. *Bartol. in l. 33. C. de jure dot.* ¶ Cedi poteſt nomen debitoris, & ceſſionarius poteſt cogere debitorem invitum ad ſolvendum, & recognoſcendum debitum ceſſum. *Natt. conſ. 382.* ¶ Actiones deſcendentes ex dolo, cedi poſſunt, *Bart. in l. 18. Julianus. ff. de pet. hæred.* ¶ Actio realis, & jus prioritatis hypothecæ, quando ceduntur ſimul cum obligatione perſonali ejus legitimæ, & trebellianicæ, & jus recuperandi poſſeſſionem, cedi poſſunt. *Cravet. conſ. 191. & conſil. 1. pro genero. num. 403.* ¶ Fideicommiſſum cedi poteſt, quia omne jus & omnis actio, non modo nata, ſed naſcitura, imo etiam incerta, & conditionalis, cedi, & vendi poteſt. *Cabal milleloq. 434.* ¶ Jus impugnandi ceſſionem ex capite implementi, non ſequuti, alteri cedi poteſt. *Cravet. d. conſil. 127. num. 15.* ¶ Jus redimendi conventionale in quemlibet cedi poteſt; jus tamen prælationis, quod conceditur Domino in re emphyteutica, cedi non poteſt. *Gaſſ. Cabal. milleloq. 88.* ¶ Jus redimendi competens ex contractu virtute pacti de retrovendendo; an poſſit cedi, ut competat alteri, quam venditori, *vide Franc. Marc. q. 404. 600. & 602. & ſupra tit. de pact. inter emptorem, & vend.* ¶ Jura incorporalia, ſeu actiones cum duobus inſolidum diverſis temporibus ceduntur, ille potior habendus eſt, cui ceſſio primo facta fuit licet alter prævenerit agendo, quod ſecus eſt in rebus corporalibus. *Franc. Marc. 422. Vincen. de Franc. deciſio. 75.* ¶ Actio realis cedi poteſt, tamen non transfertur dominium ante traditionem. *Marc. quæſt. 602.* ¶ Fidejuſſori pro reo ſolventi debent cedi actiones, nam ſine ceſſione perſonalis, ex mandato competit; non autem hypothecaria, quæ creditori competebat. *l. 2. 11. & 14. 21. C. de fidejuſſ. & mandat.* alias non debet condemnari. *l. 14. ff. de fidejuſſo. & manda.* ¶ Solventi æſtimationem litis, cedenda eſt actio contra poſſeſſorem rei. *l. 29. §. final. ff. locat. & conduct.* ¶ Quando aliquis convenitur ex facto alterius principaliter delinquentis poteſt petere, ut primo principalis conveniatur, vel contra ipſum actiones ſibi cedantur, quod erit in arbitrio judicis. *l. 61. §. veſtimenta. ff. locati.* ¶ Fidejuſſori ſolventi ſolidum cedenda eſt actio contra eum fidejuſſorem. *l. 18. ff. de fidejuſſo. & manda.* & debet cedi incontinenti, alias non daretur actio. *l. 40. ff. eod.* ¶ Cedere poſſe, quæ ad hæredes tranſmittuntur regulare. *Marc. quæſt. 404. numer. 13.* ideo actiones quæque ſint, cedi poſſunt, & jus extrajudiciale. *Marc. d. q. 404. numer. 24.* ¶ Privilegium dotale extraneo an cedi poſſit, *vide Afflict. deciſio. 396.* pro negativa ſcribunt *Mynſing. obſerv. 3. cent. 3. Bart. in l. unica, C. de privileg. dot.* tamen privilegium in ceſſionarium tranſit, quando ceſſio fit ex cauſa neceſſaria. *Afflict. ibidem. numer. 7.* ¶ An actio injuriarum cedi poſſit, *vide Bart. in l. 9. C. de hæred. & act. vend.*

Vel non.

Conditionale debitum cedi non poteſt. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ceſſionibus. art. 2. gloſſ. 9.* imo quod poſſit cedi facit. *l. 3. C. de donatio.* tamen quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredem, per ceſſionem non tranſeunt. *l. 43. ff. de adminiſt. & peri. tuto.* ¶ Eligendi facultas alternativa in contractu appoſita cedi non poteſt. *Marc. quæſt. 404. numer. 3.* ¶ Actionibus ſemel ceſſis, amplius cedi non poſſunt. *Marc. de Mant. ſinguli. 495.* ¶ Ei qui dolo deſinit poſſidere, non cavetur, neque ceduntur actiones. *l. 60. ff. de rei vend.* imo quod cedantur ſi conveniatur ex contractu facit *l. 12. ff. de re jud.* ¶ Jus adeundi hæreditatem cedi non poteſt. *Vincen. de Franc. deciſio. 60.* ¶ Facultas recantandi ex ſtatuto competens proximiori agnato, non poteſt extraneo cedi. *Jaſſ. Lanf. Balb. deciſio. 103. Fel. conſil. 25. numer. 14. Marc. quæſt. 404. numer. 11.* ¶ Actio ſemel extincta cedi non poteſt, ideo poſt ſolutionem ſimpliciter factam, non poteſt fieri ceſſio, nec facta valet, niſi fuerit ſolutio facta

cum pacto, ut cedatur actio. *l. 1. C. de contra. jndi. intel.* ¶ Jus, quod habet creditur capiendi poſſeſſionem propria auctoritate rei hypothecatæ debitoris, per alium poſſeſſæ, non poteſt cedi. *Natt. conſil. 398. & 399.* Contrarium tamen tenet, *Bart. in l. 1. §. uſufructuarius. ff. de oper. nov. nunc.*

Cap. VI. Qui, & quæ cedere poſſint teneatur.

Mulier ſoluto matrimonio, poteſt titulo donationis cedere dotem. *Dec. conſil 536.* ¶ Donans omnia bona, an poſſit poſtea cedere jus redimendi alteri, præjudicium donatarii, *vide Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 201.* ¶ An venditor teneatur cedere actiones, quæ ei competebant ratione rei venditæ, Doctores. *in l. non ſolum §. morte. ff. de oper. novorc. nunc.* ¶ Cedere quis cogitur jura ſua, quando ei non nocet, & alteri prodeſt, tamen debitori proprium ſolventi debitum, nulla fit ceſſio. *Vincen. de Franc. deciſ. 55. num. 5. & 7.* ¶ An creditor teneatur cedere contra ſe. *Cabol. milloloq. 441. Vinc. de Franc. d. deciſ. 260.* pro affirmativa ſcribit *Dec. conſ. 104.* ¶ An, & quando poſterior creditor offerendo debitum priori creditori eum poſſit cogere, ut ſibi cedat actiones, & pignus, *vide Marou. in ſuo ſpecul part. 6. titul. de productione teſtium. num. 16. Dec. conſil. 486.* ¶ Quando aliquis tenetur cedere actionem alicui, an etiam actione non ceſſa, utili ſaltem poſſit agi, *vide Bartol. in l. 53. ff. de condict. indeb.* ¶ Quando ille, qui tenetur mihi cedere actionem, non reperitur, lex vera mihi cedit, notat *Bart. ex l. 1. ff. de inſtito. act.* ¶ Cum mihi debes cedere actionem, debes facere quicquid ego volo. *Bart. in l. 8. §. ſi cui. ff. de procurato.* ¶ An venditor cogatur cedere emptori actionem explorato ſibi quæſitam poſt venditionem, & ante traditionem. *Cujac. lib. 25. obſerv. cap. 31.* ¶ An creditor tertio poſſeſſori, ſibi ſolventi teneatur ſibi actionem cedere, etiam contra ipſum ex alia cauſa poſteriori intereſſe prætendentem ita, quod contra eum actiones competentes dirigantur. *Dec. conſ. 14. affirmat.*

Cap. VII. Quando fieri poſſit ceſſio.

Ceſſio fieri poteſt de jure competenti, ſive de jure communi, ſive ſpeciali. *Cravet. conſ. 127. n. 15.* ideo beneficium reſtitutionis in integrum, poteſt dari. *Cravet. ibid. & conſ. 191.* ¶ Creditore agente contra aliquem ex poſſeſſoribus bonorum hypothecatorum, ipſi poſſeſſori offerenti debitum fit ceſſio actionum contra debitorem, & ejus bona, quando autem fiat talis ceſſio. *Hart. cap. 1. tit. de creditoribus lib. 2.* ſed an ipſe poſſeſſor poſſit virtute ceſſionis agere contra alios tertios poſſeſſores, etiam poſteriores, *vide Capic. dec 31. n. 8. & 9.* ubi concludit, non poſſe, niſi pro rata debiti, *vide Cabal. Milleloq. 446. Vincent. de Franc. deciſ. 260. par. 2. & deciſ. 427. ibid.* ¶ Ceſſio jurium, an duobus fieri poſſit, brevi diſtinctione declaratur per *Ozaſ. deciſ. 63. videsn l. 84. §. qui Cajum. de legat. 1.* ¶ Ceſſio an fiat, & pro quanta parte, quando unus ex pluribus tutoribus, fidejuſſoribus, vel correis convenitur, *vide Bartol. in l. 39. ff. de adminiſt. & peri. tuto.* ¶ Ceſſio de tota re debita fieri debet, & non de parte. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de ceſſio. art. 2. gloſſ. 9. Tom. 1.*

Vel non.

Ceſſio actionum non poteſt fieri niſi in caſibus, in jure expreſſis, & eandem rationem habentibus, & ſi pro parte vendatur, & pro parte donetur, ceſſio facta præſumitur ſimulata. *Bartol. ſing. 210. tamen vide ibidem. in additio. & l. final. C. mandati.* ¶ Ceſſio facta particulari Eccleſiæ, quæ non habet poteſtatem contra debitorem ceſſum, non dicitur facta in potentiorem perſonam. *Cravet. conſilio. 125. num. final.*

Cap. VIII. Quæ habeant locum, fieri poſſint, vel non.

Lex 3. C. de novat. quando locum habeat, *vide Ozaſ. d. deciſ. 62.* & denunciatio qualiter fieri debeat in materia *d. l. 3. vide Guid. Pap. quæſt. 530.* ¶ Leges 1. & 2. C. ne liceat potentioribus habent locum quando quis, vel impetrando patrocinium, vel cedendo actiones doloſe fecerit: quia tunc punitur jactura cauſæ, crediti amiſſione, propter dolum ſuum. *Paul. Æmil. deciſ. 125.* ¶ Pœna l. 2. C. ne liceat potentioribus locum non habet, cum quis auxilium potentioris implorat, *Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſ. 276.* ¶ Titulus C. ne liceat potentioribus, quando locum habeat, & alienatio, ſeu ceſſio, quando dicatur facta in potentiorem & de intellectu d. tituli, *vide per Ozaſ. deciſ. 144. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de ceſſionibus Bartol. in l. 12. ff. de alien. mutan. jud. cauſ. fact.*

Vel non.

Tit. ne liceat potentior. non habet locum in rebus immobilibus, & de differentia inter illum titulum, & titul. de aliena. muta. judi. cauſ. fact. *vide per Joan. Pap. lib. 12. tit. 1. arreſt. 2.* ¶ Solemnitas, de qua in l. per diverſas. C. mandati, non habet locum in ceſſione, quæ fit contra correum, ut principalem, *Bartol. in l. 17. num. pen. ff. de fidejuſ. & manda.* ¶ Lex ab Anaſtaſio. C. mandati, non habet locum pro tuitione rerum, quas tradunt cedentes. *Bartol. in conſil. 90. vol. 1. numero 3.* ſed pro rebus, quas poſſident illi, quibus fit ceſſio. *Bartol. ibidem.*

Quæ fieri poſſint, vel non.

In favorem ceſſionarii excuſſio fieri poteſt, dummodo fiat ex perſona cedentis. *idem Cabal. milleloq. 632. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de litt. oblig. artic. 2. gloſſ 2. num. 17.* ¶ Tutor, vel curator ceſſionem contra minorem, cujus tutelam gerit, vel curam ſuſcipere non poteſt, etiam poſt adminiſtrationem depoſitam, ſub pœna, de qua *in §. 1. Auth. ut hi, qui obligatas.* ¶ Tranſigi poteſt, prima ceſſione non obſtante. *Afflict. ibidem d. deciſ. 335.* ¶ Debita, quæ cohærent rei, ſunt ante omnia detrahenda. *Marc. q. 864.* ¶ Fideicommiſſarius generalis ante reſtitutionem, non poteſt aliquod jus in alium transferre de legando, vel cedendo. *Bartol. qu. 13.* ¶ Privilegio privilegiati uti poteſt non privilegiatus per modum ceſſionis, ſi fraus non probetur. *Joan. Baccav. ſing. 3.*

Cap. IX. Beneficium ceſſionis: actio: cui competat.

Tutor non ex propria, ſed contutoris culpa condemnatus ſolvens, habet beneficium ceſſionis, nec compellitur ſolvere, niſi actionibus ceſſis contra contutorem. *l. 2. C. contrar. jud. tutel.* ¶ Actio perſonalis tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ſi res tradatur cum ceſſione jurium. *D. Sol. in ſuis commentar. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ, gloſſ. 2. ſuper 2. par. decreti, rem publicam. titul. de jure emphyteu. fol. 17.* jura autem realia transeunt cum re, licet non cedantur. *ibidem.* ¶ Solent tabelliones apponere in inſtrumentis ceſſionum hæc verba, dedit, ceſſit, & conceſſit, &c. ad hoc, ut competant actiones utiles, & directæ. *Bartol. in l. 1. C. de actio. & obligat. num. 10. & l. 22. ff. de fidejuſſo. & mandat.* ¶ Emptor hæreditatis, mandatis, & ceſſis actionibus, habet directas, quas concipit in perſonam mandantis, ſed non mandatis actionibus, habet utiles. *l. 5. C. de hered. act. vend.* ¶ Ille cui legatur nomen debitoris, habet utilem actionem ſuo nomine, non autem directam, niſi ſit mandata, vel ceſſa, & actio utilis in ſex caſibus, datur ſine ceſſione. *gloſſ. in l. 18. C. de leg.* ¶ Actiones utiles intentantur nomine ceſſionarii, ſed directæ nomine cedentis, & ſi habens utilem alteri cedat, apud ipſum nihil remanet. *Bartol. in l. 1. C. de hered. & act. vend. & in l. 28. ff. ad Trebellia.* ¶ Ceſſionario, contra cedentem omnia jura, quæ habebat in bonis alicujus ad quem pervenerunt aliqua bona ex illis, ſubvenerunt actione ex eo contractu. *Bart. in l. 1. §. uſufr. ff. de oper.*

nov.

nov. nuncia. ¶ Actiones, quæ competunt hæredi ex ſua proviſione, non transferuntur facta reſtitutione fideicommiſſi per Trebellianum; ſed nova ceſſione opus eſt. *l. ſi hæres pecuniam. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.* ¶ Directæ actiones procuratori in rem ſuam mandatæ, mandatore mortuo ebſque hærede juris artificio, in utiles convertuntur. *l. 1. C. de act. & obligat.* Actio utilis aliquibus in caſibus, datur ſine ceſſione, *vide gloſſ. ibid.*

Cap. X. Quæ opponi poſſit, vel non.

Conventus, cui debent jura cedi, repellit agentem exceptione cedendarum actionum, ſi eam ceſſionem agens non poteſt facere facto ſuo, puta quia liberavit alios debitores, vel poſteriores poſſeſſores. *l. 46. ff. de admin. & peric. tuto. & cum. l. 95. §. final. ff. de ſolutio. & liberatio.* fallit in muliere, vel ejus hærede, qui non eſt in dolo, utpote, qui tantum tenetur cedere ee jure, quæ habet, & non ultra. *Afflict. decis. 343.* ¶ Exceptio cedendarum actionum, poteſt opponi poſt ſententiam. *Bart. in l. 26. ff. de admin. tuto.* ¶ An compenſationis exceptio opponi poſſit ceſſionario agenti virtute ceſſionis, & quid in debito facto poſt ceſſionem denunciatam, *vide Excel. P. Theſſa. deciſion. 223.* quod debitor conventus poſſit opponere debiti ceſſi compenſationem, ſcribunt *Afflict. decis. 163. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ceſſionibus. art. 2. gloſſ. 7. vide l. 18. ff. de compenſa.* Procuratori in rem ſuam, an poſſit opponi exceptio compenſationis, *vide Bartol. in l. 9 C. de compenſa. antiq. leg.* ¶ De jure tertii opponi poteſt, quando agens ceſſit jus ſuum alteri, nam dici poteſt agenti, amice tu ceſſiſti jus tuum alteri. *Cravet. conſil. 191.* ¶ Actor, in quem eſt facta ceſſio cauſa mutandi judicii exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur. *l. 12. ff. de aliena. mutat. judi. cau. fact.* ¶ Oppoſitiones, quæ fieri poterant contra cedentem, poſſunt fieri contra ceſſionarium. *Rot. Genu. decis. 120.* ¶ Exceptio cedendarum opponi poteſt, licet ſtatutum dicat, quod nulla exceptio opponatur, dummodo non fuerit renunciatum tali exceptioni ſed an ſufficiat generalis renunciatio, *Dec. conſ. 27.*

Cap. XI. Qui ſint effectus.

Poſſeſſio, & dominium quæruntur per procuratorem, actio perſonalis non, niſi cedatur. *l. 9. §. final. ff. de acq. vel amit. poſſeſſ.* ¶ Si pecuniæ per poſſeſſorem hæreditatis perdatur, poſſeſſor cedendo actionem liberatur. *l. 20. ff. de petit. hæredicat.* ¶ An ex ſolo contractu ſine ceſſione tranſeat utilis actio. *Bartol. in l. 1. num. 23. ff. de actio. & oblig.* ¶ Exceptio acquiritur alteri ſine ceſſione. *Bart. in l. ſtipulatio. iſta. ſi ſtipulor. ff. de verb. oblig.* ¶ Actio mere perſonalis, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, ſecus in actione in rem. *Bart. in l. 6. §. ſi quis ff. de aqu. pluv. arcend.* ¶ Quod operatur traditio in rebus corporalibus, idem operatur ceſſio, in juribus incorporalibus. *Bart. in l. 3. ff. pro ſocio.* ¶ Si ſoror læſa fecerit ceſſionem jurium ſuorum fratri, cujus virtute frater ipſe alienaverit bona ceſſa, tertius poſſeſſor etiam reſciſſa renunciatione ceſſionis, non poteſt per ſororem renunciantem moleſtari. *Vincent. de Franc. decis. 119.* ¶ Ceſſio nulla litem non extinguit; ſecus ſi ſit valida. *Put. decis. 354. lib. 3.* ¶ Ceſſio actionum liberat debitorem obligatum ex eo ſolum, quod actionem habet. *Cravet. conſil. 109. num. pen. l. 52. ff. de peculio.* tamen, qui tenetur ratione culpæ, non liberetur cedendo actionem, *l. 23. ff. pro ſocio.* ¶ Si debitor ceſſue ſe obligaverit cum juramento erga ceſſionarium etiem abſentem, non poteſt amplius pœnitere, & revocare obligationem, etiam nondum à ceſſionario acceptatam. *Hieron. Mago. deciſion. 39. Rotæ Florent.* ¶ Per ceſſionem actionum ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis in omnibus, *Gomez. Leo. deciſ. diverſ. Tom. 2. fol. 48.* ¶ Dominium, an transferatur in ceſſionetium per ſolam ceſſionem, ita ut poſſit intentare rei vendicationem, *vide DD. de Rota. deciſ. 2. titul. de alienat. mutat. judic. cau. fact.* ¶ Pactum ejus, cui ſunt cedendæ actiones, nocet ei, qui eas habet, & cedere tenetur. *l. 17. §. ſed et ſi. ff. de pact.* ¶ Sicut ſolutio facte cedenti nocet, ita res judiceta: quia cedens habet directas actiones, & ei ſolvi poteſt. *Rot. Genu. decis. 204. num. 11. vide num. 17. Cabal. milleloq. 822. Bart. in l. 63. § ſi hæres. ff. ad Trebel. & in l. 1. num. 26. ff. de actio. & obligat.* ¶ Cedentis confeſſio, ſive liberatio facte poſt ceſſionem, an noceat ceſſionario. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 45.* quo loci concludit non nocere ſi debitor liberatus habeat notitiam ceſſionis quoquo modo. *Capel. Thol. q. 119. in additio. Jac. Put. deciſ. 149. libr. 1. Rom. Aven. deciſ. 99. in deciſ. diverſ. Jaſ. de actio. §. ſi item ſi quis in fraudem, num. 116. Roland. conſil. 58. num. 15. vol. 2. Bart. in l. 19. ff. quemadmod. ſervit. amit. & in l. 63. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. Ang. in § item ſi quis in fraudem, inſtitut. de actio. num. 28.* ¶ Confeſſio cedentis nocet ceſſionario, ſi eſt facta ante ceſſionem. *Paul Æmil. vera. deciſ. 93. numero final. part. 1.* ¶ Sententia lata contra cedentem eſt nulla, nec nocet ceſſionario. *Put. deciſ. 80. lib. 3.* tamen in expenſis contra cedentem lata, eſt valida. *ibidem numer. 3.* verum ubi ceſſio ſit ed commodum cedentis, tunc ejus factum nocet ceſſionerio. *Ozaſ. deciſ. 45. numer. 4. ſed vide ibidem num final. Afflict. deciſ. 139. num. fina. Bart. in l. cum emptore. ff. de pact.* ¶ Actiones utiles habentes adeo præferuntur habentibus directæ, ut etiam exequutionem ſententiæ, ab illis obtentæ, impedire poſſint. *ibi. n. 17.* ¶ Jus ſuperveniens actori ex cauſe ceſſionis in cauſe eppellationis, illi non prodeſt ad victoriam. *Auguſt. Bero. qu. 102.*

Cap. XII. Quibus modis valeat, vel non.

Ceſſio facte fiſco in carcere, non dicitur invalida, nec per eam cedens amittit jus ſuum licet fiſcus dicatur potentior ratione officii, & privilegii. *Paul Æmil. deciſ. 105. part. 1.* ¶ Ceſſio facta ex cauſa de præterito exiſtenti ante litem cœptam, valet facta pendente, & intelligitur cœpte ex cauſa de præterito. *Rot. Genu. deciſ. 108. num. 4.* ¶ Quendocunque ceſſio tenet, & quandoque non, *vide gloſſ. in cap. final. ex alien. muta. jud. cau. fact. & gloſſ. in l. 1. C. ne liceat potentioribus.* ¶ Ceſſio facta bona fide officiario valet. *Marc. quæſt. 394* ¶ Ceſſio facta per tertium lite pendente alteri ex litigantibus, valet *DD de Rot. deciſ. 19. de reſcript. in novis alias 176.* Ceſſio ex cauſa donationis pro meritis, & ſervitiis, an valeat, *dec. 1. de ali. mut. cau. jud.* ¶ Ceſſio rei ſine appoſitione pretii, an valeat, *Rot. Gen. deciſ. 13. num. 23. 26. & 35. Gaſp. Cabal. milleloq. 821.* ¶ Ceſſio cum cauſa facta, an cauſa non ſequuta teneat. *Marc. q. 864.* Quod falſa cauſe ceſſionem vitiet, *ſcribit Dec. conſ. 464. num. 4.* ¶ Si ceſſionerius, cui non eſt tradite poſſeſſio rei ceſſæ egat contra poſſeſſorem narrando in libello eam ad ſe pertinere jure dominii, vel quaſi petendo ipſam adjudicari non facta mentione de ceſſione, valet petitio, & debet ſequi condemnatio. *Aegid. Bellam. concluſio. 732.* ſunt tamen qui tenent contrarium, *ut ibid.* ¶ Ceſſio transferendi judicii cauſa, in ceſſionerium lite pendente, fieri non poteſt. *Afflict. deciſion. 354. num. fin.* ¶ Quendo ceſſio, non ſit contemplatione pretii, ſed ex mere & pura liberelitate, valet. *l. pen. C. mandati.* ¶ Quando pretium reſpondet rei ceſſæ valet ceſſio, quod locum hebet, etiamſi ſolutio probetur per confeſſionem tentum, niſi agendum eſſet contra bona debitoris ceſſi per tertium poſſeſſa, quia tunc non ſufficit confeſſio, minus ceſſio poſſit juſtificari ex alia cauſa, quam expreſſa in ceſſione. *Hier. Mago. deciſ. Luc. 53.* ¶ Lis ubi eſt quoad

actorem

actorem tantum, & cedit beneficium in alium, non facta mentione litis, ceſſio eſt nulla. *Put. deciſ. 362. lib. 3.*

Vel non.

Receſſa ad menſuram, illa non ſequuta, non dicitur perfecta ceſſio niſi res fuiſſet tradita, *Rot. Genu. deciſ. 15. num. 25.* ¶ Ceſſio non tenet contra formam ſtatuti. *Crav. conſ. 241.* ¶ Ceſſio ex parvitate pretii, & qualitate perſonæ ceſſionarii ſimulata, & fraudulenta dicitur, & actio litigioſa, non poteſt cedi. *Marc. quaſt. 248. part. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 248. l. pen. C. mandati.* ¶ Ceſſio ex quibus præſumatur ſimulata, *vide DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de alienat. muta. jud. can. fact.* ¶ Non valet ceſſio niſi pactum de cedendo præceſſerit. *l. 76. & ibidem gloſſ. ff. de ſolutio. & libera.* tamen quando obligationes ſunt diſpares, ſolvens ex intervallo poteſt petere, ut ſibi actiones cedantur. *l. 95. §. ſi mandato ff. eod.* ¶ Quis non poteſt cedere fiſco lites titulo donationis, nec tenet ceſſio, *l. 22. §. final. ff. de jure fiſci.* ¶ Ceſſio facta in potentiorem ratione privilegii, non valet, ſed quid juris, ſi fiat in unum de cognatione, cum cognatio omnem ſuſpicionem ceſſare faciat. *Guid. Pap. q. 273.* ¶ Implemento ceſſionis non ſequuto, reſolvitur ceſſio. *Crav. conſil. 127. num. 14.* ¶ Procuratoris cedentis confeſſio, non poteſt revocari in ſecunda inſtantia per ceſſionarium, niſi docto de errore. *Idem Put. deciſ. 79. libr. ſecundo.*

Cap. XIII. Cedens: ceſſionarius: quis dicatur.

Ceſſionarius non dicitur ſucceſſor univerſalis, ſed particularis: ideo non comprehenditur ſub appellatione ſucceſſoris, niſi diceretur, pro quibuſcunque. *Afflict. deciſio. 335. num. 17.* ¶ Ceſſionarius non dicitur proprie creditor, quia neque adverſarius eſt proprie debitor. *l. 3. ff. fam. erciſ.*

Cap. XIV. Quæ facere poſſit, vel non.

Cedens jura, adhuc retinet apud ſe directam actionem qua experiri poteſt, niſi in tribus caſibus, quorum primus eſt, ſi neceſſarius fuerit litem conteſtatus; ſecundus, ſi partem debiti receperit: tertius, ſi denunciaverit debitori, ne ſolvat. *l. 4. C. de novatio. & delegat.* ¶ Poſito, quod ceſſionarius non poſſit intentare actiones utiles ratione ceſſionis, poteſt tamen intentare directas nomine cedentis. *Jacob. Put. deciſ. 48. & 59. libr. 2.* ¶ Ille qui cedit nomen ſimpliciter, ſatisfacit, quando illud nomen eſt verum; & ſic debitorem ceſſum oſtendit eſſe debitorem. *Rot. Genu. deciſ. 156. vide Hieron. Magon. deciſio 39. Rot. Flor.* tamen ceſſio non ſufficit, niſi ſimul tradantur ſcripturæ, quibus ceſſionarius poſſit agere contra debitorem ceſſum. *Rot. Gen. deciſ. 189. vide deciſion. 104. ibidem.* ſecus autem, quando cedens promiſit jura ceſſa vera, & bona, quia tunc debitore ceſsio non exiſtente ſolvendo tenetur, ſed quid ſi pro parte eſſet ſolvendo, an ceſsio pro parte valeat, ut cedens non teneatur, *vide ibi. dec. 155.* ¶ Si ceſsionarius non ſervet cedenti conventa, & promiſſa, poteſt cedens recedere, & revocare ceſsionem, actionibus prioribus experiri, & rem ceſſam vendicare, etiamſi præceſſerit unum de tribus caſibus, de quibus *in l. 3. Cod. de novatio. Jaſ. Lanf. Balb. deciſio. 176. Mynſing. obſerv. 96. cent. 3.* ¶ Cedens actionem, non poteſt aſſeverare poſitiones traditas contra ceſsionarium agentem nomine ſuo & actione utili, niſi ceſsionarius agat periculo cedentis. *Capel. Thol. quaſt. 119.* ¶ Cedens an contra debitorem ceſſum agere poſſit, *vide Guid. Pap. quaſt. 567. Capel. Thol. q. 119. Cabal. milleloq. 820. Ant. Trigo. ſing. 60.* (ubi ſcribunt reg. cum limitationibus) *Bartol. in l. 17. ff. de pact.* & ceſsi nominis periculum, ad quem ſpectet, *vide per Ozaſc. deciſ. 62.* & an exceptione ceſsionis alteri factæ, excludatur, *vide ibid. d. deciſ. 62. & Cravet. conſil. 191.* ¶ Declinatoria fori, non tranſit contra ceſsionarium, licet obeſſet cedenti: ideo ceſsionarius privilegiatus trahit in ſuum forum debitorem ceſſum. *Afflict. deciſ. 74.* quia exceptio non cohærens rei, ſed perſonæ, non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem ceſsionarium, & per conſequens, ſi exceptio, non afficit obligationem, ſed repellit perſonam, tunc non obſtat ceſsionario. *Afflict. ibidem.* ¶ Ceſsionarius cedens, ſi deduxerit ad ſpeciem acceptationem, an poſsit aliam acceptationem ſub alia die deducere ad ſpeciem aliam, *Creſcen. deciſ. 12. tit. de præben. alias 241.* ¶ Ceſsionarius mariti, an poſsit uti beneficio. c. ſalubriter, *Cabal. milleloq. 433.*

Vel non.

Ceſsionarius non poteſt facere incarcerari debitorem ſicut poterat cedens virtute inſtrumenti, quo fuit conceſſa poteſtas incarcerandi, niſi prius conſtet de viribus ceſsionis. *Boer. deciſ. 10. vide Hippol. ſingul. 26.* ¶ Ceſsionario non eſt danda dilatio, quando cedens habuit dilationem ante jus ceſſum. *Vera. deciſ. 259. part. 1.* ¶ Ceſſionarius nuncians debitori, ne ſolvat cedenti, non impedit debitorem ſolvere creditori, niſi ſibi oſtendat inſtrumentum ceſſionis, ac etiam ſibi copiam det. *Bart. in l. 1. n. 20. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Cedens non debet admitti in teſtem, in cauſa ceſsionis. *Marc. de Mant. ſingul. 17.*

Cap. XV. Ad quæ teneatur, vel non.

Ceſsionarius intentans directam, debet ante litem conteſtatam fidem facere de ceſsione. *vide Ozaſ. deciſ. 58. Dec. conſil. 303. Guid. Pap. ſing. 245.* ſecus ſi utilem, quia nomine proprio agat, tunc enim ſufficit idem facere de ipſa ceſsione ie tempore probatorio, ſed quando dicitur intentata directa, & quando utilis, *vide Jaſ. Lanfr. Balb. deciſ. 45. Cabal. milleloq. 766. Dec. conſil. 536.* ¶ Ceſsionarius exprimere debet qua actione agat utili, vel directa. *Marc. de Mant. ſingul. 698. & Bart. in l. 93. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Quod cedens teneatur de evictione, ſi jura ceſſa non ſint exigibilia, *ſcribit Crav. conſ. 109.* ¶ Emptor nominis debitoris habet regreſſum de evictione contra cedentem, etiam omiſſa denunciatione litis motæ in cauſa ceſsionis. *Dec. conſil. 102.* ¶ Obligatus cedere, non cedens, tenetur ad pretium rei & ad intereſſe. *Rot. Gen. deciſ. 21.* & poteſt condemnari ad ſummam debitam, nec poſt exequutionem poterit moram purgare. *ibid. deciſ. 204.* ¶ Periculum nominis ceſſi pertinet ad ceſsionarium, ſi ſupervenerit poſt ceſſionem, et ſi erat tempore ceſsionis, ad cedentem. *Bartol. in l. 96. §. ſi uxor. ff. de ſolut. & libera. & §. ſoror. d. l. 96. de ſolut.* ¶ Exequi poteſt ſententiam contra cedentem, qui remanſit in poſſeſsione rei ceſſæ, ſi ſuſtinuit litem. *Paul. Aemil. deciſ. 326. par. 1.* ¶ An ceſsionarius poſsit reconveniri ex perſona cedentis, *vide Marant. ſuper l. ſi actor. ff. de procurato. poſt ejus ſpecu. gloſſ. in l. 34. ff. de procurat. & leg. 33. ibid.* ¶ Ceſsionarius obligatur ſtatuto, quo cedens tenebatur compromittere, licet ipſe ceſsionarius ex perſona ſua non teneretur compromittere. *Hippol. ſing. 335.* ¶ Ceſsionarius tenetur jurare ſuper dolo. *Pap. lib. 12. tit. 1. arreſt. 8.*

Vel non.

Ceſsionarius non tenetur cavere debitori de indemnitate, quia ex perſona ſua habet actionem utilem, & eſt factus procurator in rem ſuam, jure ſuo. *DD. de Rot. deciſ. 3. de jud. in antiq.*

Cap. XVI. Quis præferatur.

Ceſsionarius ſecundus, an, & quando primo præferatur, *vide Marc. qu. 864. Afflict. deciſ. 335. n. 20.* ¶ Si cedens, & ceſsionarius concurrunt contra tertium, præfertur ceſsionarius habens jus utile, *Cravet. conſil. 117.*

Bart. in l.3. C. de novatio. & in l. ff. de de procur. gl. in l.35. ff. de procur.

Cap. XVII. Miſcellanea.

Mortuo procuratore facto in rem ſuam re integra, non finitur mandatum, ſed tranſit jus ad hæredes. *l.33. C. de donatio. vide tamen Azo. in ſumma titul. C. de actio. & obligation.* ¶ Jura utilia, quando directa non ſunt penes aliquem, efficiuntur directa. *Bartol. in leg. num. 6. ff. ad Trebellian.* ¶ Exactionem, qui infra certum tempus facere tenetur, ſi non fecerit, cogitur ſolvere de ſuo. *Ant. Corſ. in ſuis ſingularibus literæ E. ſingul. exactio.* ¶ Procurator in rem ſuam, poteſt ſubſtituere alium, *Bart. in d. l. 8. §. ſi quis. C. de procurat.* ¶ Legis, per diverſas. C. mandati, quis ſit verus intellectus, *vide Put. deciſ. 22. num. 5.* ¶ Ceſſio ex cauſa venditionis computatur inter caſus exceptos à d. l. per diverſas. *ibidem. Put.* ¶ Habens utilem ex inſtrumento habente exequutionem paratam ex forma ſtatuti, poterit petere ipſam exequutionem. *Bart. in l. 2. C. de act. & obli.* ¶ Procurator in rem ſuam revocari à mandante poteſt niſi unum ex tribus requiſitis, *in d. l. 3. intervenerit. Ozaſ. deciſ. 62. num. 16.*

TITULUS CCCCXII.

De hæreditate, vel actione vendita.

QUando efficiatur hæreditaria, ſi empta eſt de pecunia hæreditaria. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 15.* ¶ Emptor hæreditatis non habet illud quod pervenerit indebite ad venditorem. & hæredem putativum, cum illud cedat lucro ipſius. *Vincen. de Franc. deciſ. 172. num. 14.* ¶ Hæreditas vendita, ceſſante conventione trahit illa, quæ erant tempore mortis teſtatoris, etiam exacta per hæredem ante ceſſionem. *Afflict. deciſ. 81.* ¶ Hæres ubicunque transfert hæreditatem ad alium ſine ſuo dolo, licet extinguatur actio, durat tamen effectus, & hæreditas, quando remanet cum omnibus oneribus ſuis. *Bart. in l. debitori. C. de pact.* ¶ Emptor juris non habet in conſideratione, quid ex illo jure percipiat. *Bartol. in ſuis quæſtio. q. 4.* ¶ Hæres cedens ſimpliciter ex cauſa tranſactionis hæreditatem, tenetur debita ante tranſactionem exacta reſtituere ceſſionario, ut pecunia hæreditaria. *Afflict. d. deciſ. 1.* ¶ Vendita hæreditate per hæredem, vel fideicommiſſarium, quid juris, *vide Franc. Marc. q. 408.* ¶ Creditor hæreditatis, qui ſponte egit contra emptorem hæreditatis, intelligitur paciſci de non conveniendo hærede. *l. 2. C. de pact.* ¶ Per pactum emptoris hæreditatis; fit præjudicium hæredi venditori, *l. 17. de pact.* ¶ Si quis affirmaverit minimam eſſe hæreditatem, & ite ab hærede emerit, non eſt dolo actio, ſed ex eo contractu agitur, *l. 9. ff. de dolo malo.* ¶ Venditio hæreditatis hæredem non liberat, licet contra emptorem regreſſum habeat. *l. 2. C. de leg.* ¶ Vendita hæreditate ſervitutes confuſæ aditione, debent reſtitui, *l. 10. ff. commun. prædiorum.* ¶ In emptorem hæreditatis non tranſeunt actiones, niſi quæ tunc temporis competebant. *l. 14. ff. mandati.* ¶ Venditor hæreditatis tenetur, quaſi poſſidens, non quaſi dolo deſierit poſſidere, *l. 4. §. fina. ff. ſi quis omiſſa cauſ.* ¶ Prædium, & res comparata ex prædio, ſuccedunt loco rei in univerſalibus. *l. 72. § fi. & l. 73. & ſeq. de leg. 2.* ¶ Alienatio hæreditatis non extinguit legatum præſtandum ex reditu certæ rei, ſed debet adhuc præſtari per hæredem. *l. 21. ff. de adimend. legat.* ¶ Vendita hæreditate, Prætor poteſt cogere legatarium ut oportet petente emptore hæreditatis, ſicut ſi hæres peteret, ut optaret. *leg. 11. §. Pomponius, ff. de optio. legat.* ¶ Emptori partis hæreditatis, non accreſcit pars vacana, ſed cohæredi venditoris. *DD. in l. unica. C. quando non petentium part.* ¶ Debitor hæreditatis ſi ignorans ſolverit venditori, emptori hæreditatis obſtabit exceptio. *Vinc. de Franc. deciſ. 119. num. 17.*

TITULUS CCCCXIII.

De lege commiſſoria, & ejus pactis.

Generalia.

DE materia legis commiſſoriæ in pignoribus plene per eundem *Cabal. milleloq. 337. & tit. ſeq.* ¶ De materia hujus legis commiſſoriæ, *in leg. 39. ff. de mino. 25. ann.*

Cap. I. Pactum legis commiſſ. quod dicatur.

Facta venditione ea lege, ut ad diem certum pecunia ſolvatur, ſeu pretium, hoc dicitur pactum legis commiſſoriæ conditionale, ideo reſolvitur: pretio non ſoluto ad diem. *Gomez. Leon. deciſ. 52. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* & non ſufficit hoc caſu oblationem pretii verbalem facere; nam debet eſſe realis præſente pecunia numerata, & depoſitata. *ibidem. dict. deciſ. 52.* ¶ Qualiter, & quando dicatur pactum legis commiſſoriæ, & adjectionis in diem, ut ex eo transferatur dominium ipſo jure in venditorem, ſine nova traditione, *vide Pet. de Rave. ſing. 366.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Formuls verborum legis commiſſoriæ, & diſpoſita in hac lege, habent etiam in omnibus pactis habentibus vim reſolutivam. *Gaſp. Cabal. milleloq. 122.* ¶ Pactum, quod fundus ſit inemptus, ſi emptor ſuo tempore non ſolverit pretium, cum cenſeatur appoſitum favore venditoris, ita demum procedit, ſi venditor velit. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 33.* ¶ Verba hæc res, ſit inempta, venditio ſit nulla, vel habeatur pro non empta, quod ſint contractus reſolutivi, & ejuſdem ſignificationis, ſcribit *Franc. Marc. q 477.* ¶ Si in venditione apponitur pactum de recuperanda re poſt certum tempus, modico conſtituto pretio, præſumitur pignus, & non venditio. *c. 5. ex. de empt. & vendit.*

Cap. III. Quæ fieri poſſint.

Venditione facta per verba reſolutiva, dominium non transfertur, & pactum legis commiſſoriæ in emptionibus eſt permiſſum. *Marc. ibidem.* ¶ An tunc dominium ipſo jure transferatur, *vide Mar. queſt. 452. part. 2.* pro affirmativa, ſcribit *Boer. conſil. num. 23.* ¶ Fidejuſſor pro certa ſumma, cui ſit res hypothecata pro conſervatione indemnitatis, paciſci poteſt, quod ſolvendo res intelligatur data in ſolutum pro dicta ſumma, max. quando tale pactum fuit adjectum ex intervallo, *vide Hieron. Magon. deciſ. 23. Rot. Flor.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Alias pactum ſimile pacto legis commiſſoriæ in pignoribus, nihil operatur. *l. 1. & final. C. de pactis pignorum, &c.* nam pactum ſimile legi commiſſoriæ, reprobatur inter debitorem, & creditorem, non inter debitorem, & tertium fidejuſſorem. *l. final. ff. de contrah. empt. & vendit.* ¶ Si vendidi tibi fundum eo pacto, ut ſi ſua die totum pretium non eſſet ſolutum, quod fundus eſſet inemptus, etſi inemptus eſſet, quod fructus medio tempore percepti reſtituerentur, & ſub aliis pactionibus, pretio ſua die non ſoluto, actione ex eo contractu agitur ad id, quod actum eſt. *l. 6. §. ſi fundus. ff. de contrab. empt. & vendit.* ¶ Fundo vendito, adjecto hoc pacto legis commiſſoriæ, ſi parte pretii ſoluta venditor deceſſerit, & emptor pupillis filiis venditoris datus tutor

tor

tor ſit, quid juris, *vide l. final. ff. de reſcin. vendit.* ¶ Facta alienatione ſub hoc pacto, ut emptor tetineret partem pretii, donec venditor daret fidejuſſorem: poſtea appoſito pacto legis commiſſoriæ, ſi venditor non dederit fidejuſſorem, non reſolvitur venditio, etiamſi extiterit conditio pacti legis commiſſoriæ. *ibidem d. l. final. §. final.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ, non reddit venditionem conditionalem, ſed facit etiam ſub conditione reſolvi: ideo interim poteſt res uſucapi, *t. pro emp. cum adſit verus t. l. 2. §. Sabinus pro emp.* ¶ Exiſtente conditione pacti legis commiſſoriæ, fundus venditus remanet inemptus, & fructus percepti per emptorem reſtituuntur venditori, facit lex. lecta in fine. *ff. ſi cert. pet.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ reſcindit venditionem ipſo jure. *Bartol. in l. 9. §. Julian. ff. de except. rei jud. vide Azon. in ſum. titul. C. de pact. int. empt. & vendit.* ¶ Verba, ſi pretium non ſolveris tali die, res ſit inempta, quid importent, *vide Bart. in §. jus bonorum; inſtitut. de bono poſſeſſ.* ¶ Feudum non poteſt conſtitui, pacto legis commiſſoriæ. *c. pen. de cap. qui cur. vendid. in uſib.*

Quibus modis probetur.

Pactum reſervativum dominii, donec pretiũ ſit ſolutum valet, & facit contractum conditionalem, & lapſus terminus datus ad ſolvendum, inducit tacitam renunciationem. *Hier. Mag. deciſ. Luc. 31.* ¶ Si quid ea lege vendatur, ut niſi ad diem pretium ſolutum fuerit, illud inemptum fiat, non eſt opus interpellatione, ut pretium ſolvatur, ſed ſtatim lapſo die ſtatuto, res efficitur inempta, & dominium revertitur ad venditorem. *l. 22. in fine. ff. de actio. empt.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ non reprobatur, niſi inter creditorem, & venditorem, nam inter alias perſonas eſt licitum. *Guid. Pap. ſing. 980.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ab initio, non valet, valet tamen ſi ex poſt facto fiat. *Bart. in l. 3. C. de non numer. pecu. num. 8.* & etiam valet ſi ſit juratum. *Abb. conſil. 95. lib. 2.* ¶ Quando pactum ſimili legi commiſſoriæ reprobetur, & quando non, *vide Bartol. in l. 3. C. de pact. pign.* ¶ Datur actio utilis in rem ei, qui vendidit equum lege commiſſoria, nec fuerit facta ſolutio, nam tunc proponitur utilis rei vendicatio. *Mann. in ſuo ſpec. tit. an ſit judi. civil vel crimi. part. 4. diſtinct. 3. num. 21.*

TITULUS CCCCXIV.

De commiſſoria lege in pignoribus reſcindenda.

Generalia.

Vide de materia *in titul. prox præced.*

Cap. I. Pactum l. commiſſ. Quibus modis fieri poſſit.

Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ſit hoc modo, ſi debitor pecuniam mutuatam non ſolverit intra certum tempus habeat creditorem oppignoratam emptam, pro pecunia mutuata, quod pactum regulariter non valet. *Guid. Pap. quæſt. 6. vide Franc. Marc. quæſt. 8. & quæſt 59. part 1. & quæſt. 166. part. 2.* ¶ Limita, quando fieret tale pactum ex intervallo, quia tunc valeret. *ibidem. Guid. d. quæſt. 6. Abb. conſil. 60. lib. 2. l. 34. ff. de pigno. act.* quod intellige, ad excipiendum, non autem ad agendum, *ibidem d. quæſt. 6. vide Marc. q. 54. & quæſt. 166. part. 2.* ubi videtur tenere contrarium. ¶ Secundo limita, ſi dictum ſit, ut creditor haberet rem hypothecatam juſto pretio, ad æſtimationem proborum. *Guid. d. quæſt. 6. Marc. d. qu. 166. l. 16. §. final. ff. de pignoribus.* ¶ Tertio limita, ubi tale pactum eſſet juratum, quia juramentum obligat jurantem ad obſervantiam ipſius pacti, non tamen ex ipſo, convalidatur contractus. *Guid. Pap. ibidem, vide Marc. quæſt. 8. 54. part. 1. & quæſt. 166. 658. & 512. part. 2. Abb. conſil. 95. lib. 2. ſing. 477. & c. pen. ex. de pigno.* ¶ Pacto non poteſt fieri, ut in pignoribus habeat locum pactum legis commiſſoriæ. *Bartol. in l 39. numer. 6. ff. de pact.* & quare non valeat ſi apponatur incontinenti, *vide Bart. in l. 34. ff. de pign. act.* ¶ Si venditor apponens pactum legis commiſſoriæ contractui venditionis, poſt diem lapſum petat pretium, vel uſuras, renunciare videtur dicto pacto legis commiſſoriæ. *Guid. Pap. quæſt. 174.* circa medium, *Hieronym. Mag. deciſ. 35. Luc. libr. quarto. C. de pact. inter empt. & vendit. compoſ.*

Cap. II. Quibus modis valeat, vel non.

Legem pignoris commiſſoriam reſciſſam quidem, ſed ſi debitor intra certum tempus non ſolveret, rem quanti ea æſtimaretur emptam fore, conventum fuerit, valere conventionem lapſis duobus menſibus, poſt diem dictam, obſervatur apud Gallos, *ut habetur ex libris placit. curia. lib. 10. de pactis pign. tit. 4. in deciſ. diverſ. vide Papon. lib. 11. tit. 3. arreſt. 2.* ¶ Pactum legis commiſſoriæ non reprobatur inter alias perſonas, ſed ſolum inter creditorem, & debitorem. *Guid. Pap. ſingul. 980.* ¶ In obligatione generali bonorum, ſi apponatur pactum, quod ſi ad diem non ſolverit debitor, una res ſit empta de rebus obligatis, ad electionem creditoris, valet tale pactum. *Bart. in l. 16 ff de pigno. num. 4.* ¶ An ſi aliquis acceperit pecuniam mutuo, non dato pignore, ſed adjecto pacto, quod ſi non ſolverit intra tale tempus, talis res ſit creditori empta, an valeat tale pactum, *Guid. q 6. num. 3.*

Cap. III. Miſcellanea.

Judex æſtimat juſtum pretium pignoris, quando eſt appoſitum pactum, quod debito non ſoluto, creditor habet pignus emptum, juſto pretio. *Bart. in l. 16. ff. de pigno.* ¶ Dato pignore in ſolutum lapſo certo tempore, non facta ſolutione, poſt tale tempus, debitor poteſt moram purgare, & ſolvere repetendo pignus. *Hippol. ſing. 468.* ¶ Creditor pacti legis commiſſoriæ fructus perceptos in ſortem computare tenetur, intereſſe tamen lucri ceſſantis poſt moram, ſi ſolitus ſit negotiari, & paratam mercaturam habeat, petere poteſt. *Marc. q. 167. part. 2.* ¶ Si is, qui ſub pacto legis commiſſoriæ pignoravit rem ſuam, & juravit non contravenire, juſte impeditus intra diem ſtatutum non redemerit, poſt diem redimere poterit. *c. pen. ext. de pign.*

TITULUS CCCCXV.

De in diem additione.

Exiſtente conditione pacti, additionis in diem, emptor ipſo jure deſinit eſſe dominus; ideo non poterit vendicare. *leg. 42. ff. de rei vendicatione.* ¶ Si in diem additio facta ſit, id eſt, niſi quis meliorem conditionem attulerit, perfecta ſit venditio, dicitur pura ipſa venditio, reſolvitur tamen ſub conditione, & interim procedit præſcriptio. *l. 2. ſi in diem. ff. pro emptore.* ¶ Fundo in diem addicto, commodum, & incommodum omne ad emptorem pertinet, antequam conditio melior ſit allata, ſed poſt, quicquid conſequutus fuerit, tenetur reſtituere venditori. *l. 11. §. ſi fundus. ff. quod vi, aut clam.* ¶ Quid ſit pactum adjectionis in diem, & quando dicatur melior condictio allata, *vide per Azo. in ſumma tit. C. de pact. inter emp. & vend.* ¶ Pactum adjectionis in diem, reſcindit venditionem ipſo jure. *Bart. in l. 9. §. Julianus. ff. de except. rei judi.* ¶ An retro transferatur dominum ipſo jure, *vide Marc. quæſt 452. part. 2.* ¶ Vendi-

tio

io rerum fiſcalium ſemper videtur fieri, ſub pacto additionis in diem; ſecus in venditione rerum Civitatis (niſi habeat privilegium) *Bart. in l.21. §. final ff. ad municipales*, vel patrimonialium; ideo in primo caſu durante tempore luitionis, ſi ſupervenerit ſecundus, qui plus offerat, ille præfertur, & tale tempus durat per 20. dies (idem in rebus minoris, & eccleſiæ,) ſed in ſecundo caſu, ſtatim emptor eſt ſecurus. *Franc. Marc. q 565.* ¶ Annus cœptus, quando habeatur pro completo. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 178.*

TITULUS CCCCXVI.

De dationibus in ſolutum.

Generalia.

DE materia, *vide ſupra tit. de commiſſoria lege in pign. reſcind.*

Cap. I. Datio in ſolutum: Quæ dicatur.

Datio in ſolutum habet vim emptionis, & venditionis. *Afflict. deciſ. 335. num. 18.* quando facta fuit pro pecunia debita. *Rot. Genuenſ. deciſ. 4. numer. 4.* ¶ Datio in ſolutum rei certæ pro debito, cenſetur empt. & venditio. quod procedit, ſi ſequutum eſt appretium: nam tunc transfertur dominium, & creditor facit fructus ſuos; ſecus non ſequuto appretio. *Afflict. deciſ. 364. vide deciſ. 369. ibidem.* tamen appretium præſumitur ex curſu temporis. *Afflict. ibidem.* ¶ Quando datio in ſolutum dicatur proprie alienatio, ut veniat ſub nomine alienationis, & quando improprie, *Joseph. Lud. deciſ. Peruſ 60.* ¶ Datio in ſolutum vim ſolutionis habet, & re in ſolutum data evicta, agitur ex contractu dationis in ſolutum, non autem primæva actione, niſi recipiens in ſolutum ſibi reſervaverit antiqua jura. *Vincen. de Fran. deciſ. 50.*

Cap. II. Qualis ſit.

Aliud eſt dare nomen in ſolutum, & cedere actionem, & aliud cedere actiones contra debitorem ſolutionis cauſa creditori ſuo: quia in primo caſu periculum nominis tranſit in ceſſionarium, ſed in ſecundo eſt cedentis. *Rot. Genu. deciſ. 2. num. 26.* ¶ In dote exigenda, debet juris ordo ſervari, nec citra ſolemnitatem, debent pro dote uxori bona mariti in ſolutum dari. *l. 1. C. ne pro dote mul.* ¶ Ille, qui habet rem titu. dationis in ſolutum, eſt ſimilis emptori. *leg. 15. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Surrogatus in locum alterius, eodem jure uti debet. *Veml. deciſion. 227. par. ſecundo.* ¶ Quando judicialiter creditori in ſolutum datur res, quam ſimpliciter acceptavit, pro toto debito accepiſſe videtur: ideo bonum eſt, ut ipſe creditor declararet, pro qua quantitate illam accipiat, ut jus ei ſalvum ſit pro reſiduo. *Rebuff. in ſuis comment. de lit. oblig. art. 11. gl. 1. num. 11. Tom. 1.* ¶ Ceſſa perſonali actione tit. donationis in ſolutum, vel titu. venditionis, hypothecaria etiam intelligitur, ceſſa, ſive veniat ex obligatione generali, ſive ſpeciali. *l. 6. & 7. C. de act. & oblig.* ¶ Simulata non dicitur datio in ſolutum, ſi creditum verum eſt; alias ſecus. *Pau. Æmil. deciſ. 162. par. 3.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Si pignus detur creditori in ſolutum ſimpliciter, præſumitur datum pro toto debito, quod videtur procedere in pignore judiciali, non conventionali, ſecundum gloſſ. *in lege 15. §. ſi pignora ff. de re. judic.* ¶ Præſumitur pro validitate dationis in ſolutum, factæ cum decreto. *Dec. conſ. 209. part. 2.*

Vel non.

Fructus computantur in ſortem, re loco pignoris tradita, quod in dubio præſumitur, & non in ſolutum data. *Afflict. deciſ. 373.* nam res in dubio non præſumitur tradita, ut dominium transferatur, quare tunc creditor præſumitur, jure pignoris, & non dominii poſſidere. *Afflict. ibid. numer. 3. & 6. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de præco. & licita. art. 1. gloſſ. 1. numer. 3. ſed vide Menoch. conſ. 201. lib. 3.* tamen res data pro reſtitutione dotis, in dubio præſumitur potius data in ſolutum quam remiſſa jure pignoris. *Menoch. conſilio. 229. lib. 3.*

Cap. V. Qui dare poſſint in ſolutum, vel non.

Debitor, ut poſſit dare in ſolutum meliorem, quam habet, creditori ſuo juxta authen. hoc niſi Cod. de ſolutio. quæ obſervare debeat, *vide Natt. conſil 344.* ¶ Quod poſſit dare, ſi non habet pecuniam, *ſcribit Guid. Pap. ſingul. 941.* fallit; quando juravit ſolvere, nam tunc cogitur ad ſolvendum. *Rol. conſil. 6. num 44. volum. 1. & conſil 53. num. fin. vide Joseph. Lud. deciſ. Peruſ. 65 par. 2. & Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 153.* ¶ Pater, qui conſumpſit multa bona adventitia filiorum, poteſt loco ipſorum bonorum conſumptorum, dare filiis alia ſua bona in ſolutum. *Menoch. conſil. 196. lib. 2. numer. 25.* ¶ Hæres cum beneficio inventarii, an poſſit dare tot bona in ſolutum, quando hæreditas eſt opulenta. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 318.*

Vel non.

Minor non poteſt in ſolutum dare bona ſua ſine decreto Prætoris, quia datio in ſolutum emptioni æquiparatur. *Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 50. & 51. l. 15. C. de prædiis minorum.* ¶ Vendere prohibitus, non prohibetur dare in ſolutum, *Boer. deciſ. 49.* ¶ Qui habet poteſtatem vendendi, non poteſt ſibi ipſi dare rem in ſolutum. *Rot. Genuen. deciſ. 4.* ¶ Si quis promiſerit infra annum dotem flor. 1000. reſtituere mulieri, & ſi non ſolverit, dederit ex tunc, prout ex nunc quædam bona in ſolutum, cum pacto, ſi talia bona evincerentur, ipſa haberet regreſſum ad dotis quantitatem, elapſo anno nolens mulier acceptare dationem in ſolutum, poterit petere dotis quantitatem, quia dicta datio in ſolutum, habet locum ſolum, ipſa volente, *Dec. conſ. 12.* contrarium tamen ſcripſerunt *Socin. Junior. conſil 41. & 44. lib. 3. Afflict. deciſ 368. Alciat. conſil. 109. Lauren. Silvan. conſil. 12. vide Excel. P. Theſſaur. deciſ. 147.* ¶ Actio litigioſa, vel dubia non poteſt in ſolutum Fiſco dari ſponte accipienti. *idem in Repub. l. 1. & 2. C. ne fiſc. vel Reſpub. procurat.*

Renunciare poſſit.

Dationi in ſolutum cenſetur renunciare petens debitum, aut pecuniam debitam. *Cravet. conſil. 74. n. 4.*

Cap. VI. Quæ dari poſſint in ſolutum.

Quando res datur in ſolutum cautela eſt proteſtari, quod per illam dationem in ſolutum creditor non intendit recedere ab hypotheca, vel à fidejuſſorum obligatione, alioqui ſi res eſſet aliena, & debitor non ſolvendo, creditor eſſet in periculo, *Cabal. milleloq. 653. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 12. gloſſ. 1. n. 20. vide Bartol. in l. 46. ff. de ſolut. & libera.*

Cap. VII. Quando habeant locum.

Statutum loquens in contractu venditionis, non videtur habere locum in contractu dationis in ſolutum. *Lud. deciſ. Peruſ. 60. n. 3. n. 9. & Cabal. milleloq. 96. Dec. conſil 586.* ¶ Remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* habet etiam locum in datione in ſolutum. *Joseph. L. deciſ. 69. n. 8.* ¶ Pactum de pignore dando in ſolutum, non præjudicat debitori poſſidenti. *L. 45. ff. de ſolut. & liber.*

Vel non.

Fraudis præſumptiones, ex quibus contractus venditionis arguitur, non habent locum in datione in ſolutum. *Dec. conſ. 209.*

Cap. VIII. Quando fieri poſſit.

Ceſſio tunc dicitur fieri periculo ceſſionarii, quando nomen debitoris ſimpliciter in ſolutum datur, ſecus vero quando ceduntur actiones ſolutionis cauſa, quia tunc periculo cedentis, facta dicitur ceſſio. *Ozaſ. deciſ. 92. n. 7.* ¶ Datio in ſolutum poteſt fieri voluntarie & coacte. *Joſeph. Lud. d. deciſ. 60.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Dominium rei datæ in ſolutum à debitore creditori uſurario, non transfertur in ipſum fœneratorem, *Menoch. conſ. 300. li. 3.* & tunc fœnerator non poteſt in alium transferre, & eam alienare, nec dare alteri in ſolutum, ita ut deſinat eſſe uſuraria. *Menoch. ibid. num. 64.* minus poteſt judex cogere creditorem fœneratoria, ad accipiendum in ſolutum creditum manifeſte uſurarium. *Menoch. d. conſ. 300.* ¶ Contractus dationis in ſolutum præſumitur fœneratitius, modicitate pretii concurrente, cum pacto de retrovendendo. *Caſſad. deciſ. 2. tit. de uſuris.* tamen in datione in ſolutum, non ita urget exceptio ſimulationis, propter pactum de retrovendendo, & modicitatem pretii, ſicut in contractu venditionis. *Dec. conſ. 309.* ¶ Nomen debitoris datum æſtimatum (licet inexigibile) recipienti præjudicat, ſed quando, *vide Vinc. de Franc. deciſ. 108.* ¶ Recipiens nomen debitoris non ſolvendo ſcienter ſibi præjudicat, ſecus ſi ignoranter. *ibid.* ¶ Datio in ſolutum, primævam obligationem non tollit, quando ex ipſo jure nulla, alias ſecus. *Afflict. deciſ. 355. n. 18.* ¶ Dationem in ſolutum rei debitoris, vel per tranſactionem receptæ, cenſetur ſublata prior hypotheca, niſi fuerit expreſſe retenta. *Boer. deciſ. 332. in fin. & deciſ. 337.* ¶ Fallit, quando datur in ſolutum ſpecies pro ſpecie, & in cauſa dotis. *Boer. ib. d. deciſ. 337. facit l. 98. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Debitorem fallitum ſcienter tradens, tenetur actione de dolo ad intereſſe, & non liberatur ab obligatione, ſed quando præſumatur ſciens, *vide Natt. conſ. 342.* ¶ Quando debitor dedit in ſolutum creditori ſuo rem aliquam adjecto pacto, quod creditor illam teneret donec ſuum creditum reperierit, tunc eſt in facultate dicti creditoris petendi creditum, & remittere rem, ſed non poteſt cogi. *Menoch. conſ. 201. lib. 3. n. 42.* ¶ Pactum de pignore dando in ſolutum, non præjudicat debitori poſſidenti. *l. 45. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Pactum, quando aliquid datur in ſolutum, ſi apponatur, quod ſi contingat rem evinci à prima obligatione non diſcedatur, eſt utile. *Bart. in l. 46. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Datio in ſolutum de re creditoris facta, non nocet ipſi creditori, quo minus poſſit exigere debitum. *Cravet. conſ. 1 pro genero. n. 412.* limita, quando à creditore res avelli poteſt. *ibid. n. 423.* ¶ Ex datione in ſolutum, quando tranſeat utilis actio ſine ceſſione, & mandatum procuratoris in rem ſuam, quando finiatur morte. *Bart. in l. 1. C. de act. & oblig.* ubi plene de materia, *& in l. in ſolutum. C. quando fiſcus, vel privatus.* ¶ Licet non fuerint liquidati introitus baronalea, ſi tamen eſt facta datio in ſolutum terræ creditori, dicitur tranſlatum dominium prædiorum introituum, ſeu functionum fiſcalium. *Vinc. de Franc. deciſ. 24.* ¶ Mulier dans nomen debitoris non dotem marito, ille contra debitorem ceſſum agere poteſt. *Ozaſ. deciſ. 62. n. 11.* & tunc ceſſi nominis periculum principaliter ad mulierem ſpectat, niſi culpa mariti intervenerit. *Ozaſ. d. deciſ. 62. n. 12.* ¶ Marito urgente ad inopiam, poterit mulier debitoribus ceſſis denunciare, ne ſolvant marito. *ibid. n. 12.*

Cap. X. Quibus modis valeat, & quæ valeant, vel non.

In obligatione generali bonorum, ſi apponatur pactum, quod ſi debitor ad diem non ſolverit, una res ſit empta de rebus obligatis, ad ipſius creditoris electionem, valet tale pactum. *Bar. num. 4. l. 16. § poteſt. ff. de pig.* ¶ Licet in pignoribus pactum legis commiſſoriæ ſit reprobatum, tamen datio in ſolutum valet, *vide Crav. conſ. 145.* ¶ Datio in ſolutum cum pacto, quod res æſtimetur, & pro ſumma æſtimata remaneat creditoris, an valeat, *vide Creſcen. deciſ. 1. alias 39. tit. de ſolut.* ¶ Pactum, quod liceat creditori non ſolum ingredi poſſeſſionem, ſed etiam in ſolutum accipere bona, ſua auctoritate, an valeat, *Bart. in l. 3. lect. 2. n. 13. C. de pign.* ¶ Datio in ſolutum, non præcedente ſubhaſtatione, eſt nulla, quamvis factis ſubhaſtationibus valeret. *Jacob. Put. deciſ. 252. lib. 2.* ¶ Datio in ſolutum rei alienæ valet, etiamſi recipiens ſciebat alienam, tamen domino rei (etiam mobilis) datur actio contra recipientem, ad rem, vel ad pretium. *Afflict. deciſ. 369.*

Vel non.

Pactum, quod ſi pignus non redimatur, cedat in ſolutum, appoſitum in continenti non valet; ſecus ſi ex intervallo. *Bart. in l. 2. C. de pact. pign.* ¶ Si apponatur pactum, quod debito non ſoluto ad tempus, pignus ſit creditoris pro debito, hoc dicitur pactum legis commiſſoriæ reprobatum, ſi vero apponitur pactum, quod debitor non ſoluto, ſit creditori emptum juſto pretio, non reprobatur. *Bart in l 3. C. de pact. pign. vide eundem Bart. in l. 34. ff. de pign. act. cum ipſa l 34.* & tunc judex æſtimat juſtum pretium. *idem Bart. in l. 16 § poteſt. ff. de pig.* ¶ Datio in ſolutum in totum annullatur, ſi erretur in debito: non autem ſi in re plurimi valoris; nam tunc valet pro concurrente quantitate. *Mago. dec. 109. Rot. Flor.* ¶ Datio in ſolutum, an habeat locum invito creditore. *Jo. Petr. Surd. dec. 113.* ¶ Facta ultra debitam quantitatem eſt nulla, & fructus etiam conſumpti reſtituuntur, *ibid. deciſ. 45.* ¶ Quando eſt nulla, an detur retentio donec debitum perſolvatur. *ibid. dec. 46.* ¶ Datio in ſolutum non habet effectum ante menſurationem, & datio rei propriæ in ſolutum, non tenet. *Bart. conſ. 121. vol. 1.* & ubi nomen debitoris datur in ſolutum, vel ex cauſa venditionis, competunt utiles actiones. *l. 2. C. de act. & oblig.*

Quæ valeant.

Ceſſio pro ſolutione partis debiti, nulla certa quantitate expreſſa valet, & ceſſionarius rem vendicare poteſt, nec ordo datus per cadentem ante factam ceſſionem, de re alteri tradenda, ceſſionario præjudicat, re adhuc integra. *Rot. Gen. deciſ. 13.* tamen datio in ſolutum ſimpliciter facta à parta, quantitate non expreſſa, non valet, ſicut nec emptio. *Bar. in l. à Divo Pio. § ſi pignore. ff. de re judic.* licet datio in ſolutum facta à Principe ſimpliciter valeat, & facta ita ſimpliciter, intelligitur facta pro toto debito. *Bart. ibid.* ¶ Ceſſio rei ultra debiti valorem, vel adjudicatio valoris ultra creditum, an valeat pro concurrenti quantitate, *vide Rot. Gen. deciſ. 13. n. 36. & Bart. in l. 26 § ſi centum. ff. de condict. indeb.*

Cap. XI. Qui teneantur de evictione.

Re in ſolutum data evicta, debitor tenetur de evictione. *l 24. ff. de pign. act. & l. 4 C. de evict.* ¶ Dans nomen in ſolutum, non tenetur de evictione, ſi pignora nominis evincantur. *l. 68. § creditor. ff. de evictio.* ¶ Datio in ſolutum legitime facta, retractari non poteſt. *Dec. conſ. 558. & conſ. 592.*

Revocari poſſit.

Si pignus eſt datum creditori in ſolutum, incommutabiliter tenet datio. *l. 13. C. de pign.* Ideo datio in ſolutum ex pacto, non poteſt per pœnitentiam revocari. *l. 10. C. de ſolut.* ¶ Si debitor habens multos debitores, dans uni eorum pignus, illud non revocatur: niſi in fraudem aliorum creditorum datum ſit. *l. 22. ff. quæ in fraudem creditorum.* ¶ Si fundus in ſolutum datur per induſtriam creditoris, melior factus fuerit, non propterea debet reſtitui debitori, etiã minori. *l. pen. C. de ſolut. & liberat.*

Cap XII. Creditor, debitor, quæ facere poſſint.

Debitor in certa quantitate dans pignus cum pacto, quod ſi tali tempore nõ ſolverit, creditor haberet pignus

in

in ſolutum, poterit poſt tempus moram purgare ſolvendo. *Hippol. ſing. 468* ¶ Mulier poteſt pro dotario petere ſibi aſſignari terras ſuis vicinas, & cohærentes: idem in alio creditore. *Capic. deciſ. 42.* ¶ Creditor, cui debitor vult in ſolutum dare bona, poteſt petere, quæ ſunt meliora. *Capic. d. deciſ. 42. n. fin.* ¶ Quando hoc poſſit facere debitor, *vide Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſ. 65. Pet. de Beniuten. deciſ. 28. Thom. Minad. deciſion. 2. num. 4. Rot. Aven. 99. in deciſ. diverſo. Tom. 3.*

Vel non.

Debitor debitoris mei, ſi ſciat nomen ſuum mihi eſſe obligatum, licet ipſum non certioraverim, non tamen licite poteſt creditori ſuo ſolvere, *Bart. in l. 4. C. quæ res pignori.* ¶ Debitor non poteſt cogere creditorem, ut accipiat in ſolutum nomen ipſius debitoria, niſi debitor eſſet omnino non ſolvendo. *Guid. Papon. ſingularib. 835.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur.

Creditor tenetur in ſolutum recipere rem meliorem ſui debitoria, quando debitor emptorem non invenit, ſed Eccleſia rem etiam non meliorem dare poteſt. *Lud. Rom. ſing. 815.* ¶ Lite mota, creditor debet denunciare debitori rem in ſolutum dari, & ipſa re in ſolutum data evicta, an agatur utili ex empto, an vero duret actio prima ad debitum. *vide Bartol. in l. 8. C. de ſenten. & interloc. omn judic.* ¶ Quod creditor cogatur accipere in ſolutum de bonis melioribus debitoris, tradunt *Capic. deciſ. 169. Capell. Thol quæſt. 68. & Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 65 part. 2.* ubi ſcribit limitationes, quid juria in hac patria, attentis novis ordinibus, & an per illos derogetur juri communi, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſion. 153.* ¶ Debitor, ſi patitur litem conteſtari, tenetur ſolvere pecuniam *vide tamen Joſeph. Lud deciſion. Peruſ. 65. part. 2.* ¶ Creditor aliena bona in ſolutum recipiens. quo caſu ad intereſſe teneatur, & quando in mala fide conſtituatur, *vide Afflict. ibid. num. 5. 6. & 9.*

Vel non.

Debitor compelli non poteſt ad pignus in ſolutum, tradendum. ideo qui allegat dationem in ſolutum, eam probare debet, etiam ſi poſſideat. *deciſion. 373. Afflict. n. 4.* ¶ Si detur in ſolutum res, quæ poteſt evinci, & non ex futuro eventu apparebit, an debitor fuerit perfecte liberatus. *l. 98. § rem ff. de ſolut. & liber.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Dans nomen in ſolutum cedit utiles, non autem mandat directas, niſi ſpecificet. *l. fin. C. quando fiſcus, vel privatus.* ¶ Judicis arbitrio judicatur, quod certum ſit pretium in ſolutum datione, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 143.*

TITULUS CCCCXVII.

De diſtractione pignorum, de licitationibus, ſubbaſtationibus, & venditione facta ſub baſta.

Generalia.

Vide de ſubhaſtationibus, *tract. Ægid. Magiſt. in deciſ. diverſ. fol. 191.* ¶ Multa ſpectantia ad hunc titulum, *vide in tit. C. ſi venditio pign. agat.* ¶ Vide de materia, *in duob. tit. ſeqq.*

Cap. I. Diſtractio, adjudicatio, deliberatio, oblatio, licitatio, ſubhaſtatio: Quid, qualis ſit.

Quis ſit præco, quid programma, ſubhaſtatio quæ, licitator quis, *vide Rebuff. ibid. Tom. 2. tract. præco. licit. & ſubbaſta. fol. 597.* ¶ Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. *l. 180. ff. de reg. jur.* ¶ Licitationes, quæ fiunt pro re commmuni cum minore dividenda, ſunt periculoſæ. *Papon. ut infra arreſt. 27.* ¶ Proclamationes debent eſſe certæ, ideo quæ veniant obſervanda circa illas, & alienationes, quæ fiunt ſub haſta. *Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 29.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Levatio de gagio, quæ juxta diſpoſitionem novi decreti Sabaudiæ fit in odium debitoris, cum tertio pluris, an procedat in odium tertii, & concurrentibus aliis creditoribus, & quid in uxore, & minore, *vide Excell. Præſ. Theſſ. deciſion. 258.* ¶ Quælibet adjudicatio tacite intelligitur facta, cum oneribus ſuis, nempe, cenſus, ſumptuum, ſubhaſtationum & jurium dominicalium feudalium, & ſi in omnibus proclamationibus nihil dictum ſit, *Ægid. cap. 28. fol. 203.* ¶ Item ipſa res adjudicata, tranſit cum onere ſervitutum. *ibidem cap. 29.* ¶ Quando res venditur publice præcedentibus ſolemnitatibus & ſubhaſtationibus a jure requiſitis, qualiter procedatur, *Bartol. in l. 4. C. de fid. inſtrum. & de jure baſt. fiſc. libr. 10.* ¶ Si idem pignus duobus debitis eodem tempore ſit obligatum, pretium ex eo redactum, cedit in utrumque pro rata, ſi vero diverſis temporibus, primo cedit in antiquius, & ſi quid ſuperſit, cedit in poſterius. *l. 96. §. cum in eod. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Facto pacto quod liceat vendere, intelligitur rea obligata, *l. 3. ff. qui potiores.* ¶ Pactum de vendendo pignore in dubio, non intelligitur perſonale. *§. de vendendo. d. l. 8. de pign act.* ¶ Pecunia redacta ex venditione pignoris prius in uſuras, deinde in ſortem computatur. *l. 35. ff. de pign. act.* ¶ Statuto ſtante, quod volens vendere rem immobilem libere, ponat eam ad cridas, ut ſi aliquis prætendat jus ſuper illa, compareat, & de juribus ſuis edoceat, intra tempora à dicto ſtatuto limitata, alias excludatur, tunc tale ſtatutum non comprehendit certos habentes jus in re, qui perſonaliter debent citari, & minor contra lapſum temporis reſtituitur, ad faciendam ſuam oppoſitionem. *Rol. à Vall. conſil. 72. vol. 3.*

Cap. III. Quæ requirantur, vel non.

Citari an debeat pars in ſubhaſtatione pignorum judicialium, *Afflict. deciſion. 358. num. 3.* ¶ Poſſeſſor debet nominatim vocari, quando per ſe ipſum poſſidet, ſed quando poſſidet per alium (ut per conſtitutum) tunc ſi creditor proclamari faciat bona ſui debitoria poſſidentis nomine alieno, ipſo ficto poſſeſſore in Provincia exiſtente, non amplius auditur per alium. *Boer. deciſ. 277. in fin.* ¶ In ſubhaſtationibus, conſuetudines & ſtatuta locorum ſunt ſervanda, tam in tempore, quam in forma. *Reb. tract. ut ſu. num. 14.* ¶ Creditore vendente bona pupilli ſibi obligata, non requiritur illa ſolemnitas, quæ requireretur, ſi pupillus venderet. *Guid. Papon. quæſt. 31. num. 6.* ¶ Creditor debet facere citari creditorem alium, viſurum venditionem pignoris in executione ſententiæ. *Guid. Papon. quæſt. 329* ¶ De aliis ſolemnitatibus, quæ debent interveniri in ipſa alienatione & ſubhaſtationibus, *per Rebuff. ibidem gloſſ. 2.* ¶ Quando imponitur pœna opponenti ſe injuſte ſubhaſtationibus, quæ concurrere debeant ad hoc, ut quis ad illam pœnam teneatur, *vide Rebuff. ibidem art. 5. gloſſ. 1.* ¶ Solemnitatea proclamationum á partibus remitti non poſſunt, *ibidem num. 18.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Solemnitates in re vendita per licitationem, an præſumantur, *vide Cabal. Milleloq. 820.*

Cap. V. Quæ probentur.

Alienationem ex ſecundo decreto eſſe injuſte, vel juſte lactam probat ille, contra quem eſt præſumptio. *Bartol. in l. 7. ff. de ſepar. bon.* ¶ Solemnitates in re vendita per licitationem interveniſſe, quis probare debeat, *vide Rebuff. ibid. n. 23.* ¶ Creditor pignus vendens ſe creditorem

ditorem eſſe probare tenetur, nec ſufficit aſſertio ipſarum partium, quod creditor eſſet. *Ozaſc. deciſ. 172. n. 4.* ¶ Emens rem ab executore, debet habere ſententiam & acta, per quæ probare poſſit ſententiam valere. *Bart. in l. 58. ff. de re judic.* ¶ Aſſecuratio præſtari debet pretio, quo emptores repertuntur, licet appretium fuerit longe minoris pretii, ut ſi prædium eſſet appretiatum ſex, & emptores offerant duodecim. *Capic. deciſ. 41. num. 13.*

Cap. VI. Obligatio cui competat.

Debitor in exequutione ſententiæ tradens creditori fundum, poteſt poſtea offerre pecuniam, & vendicare fundum fructibus in ſortem computatis, quia præſumitur tradidiſſe jure pignoris, & non in ſolutum. *Afflict. deciſ. 373.* ¶ Debitor, utrum habeat jus offerendi contra creditorem, qui virtute inſtrumenti cœpit poſſeſſionem rei debitoris, & obtinuit decretum adjudicationis, dum pendebat appellatio, *vide Capic. deciſion. 202.* quando debitor poſſit offerre creditori debitum, & reſolvere adjudicationem, *vide Magon. deciſion. 132. Rot. Flor.* ¶ Quouſque poſſit res incariorari, *vide Joan. Gal. quæſt. 2. in deciſion. diverſo, Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 14. l. 4. C. de fid. inſtrum. & de jure haſt. fiſc. libr. 10.* ubi de materia alienationum publice factarum.

Cap. VII. Qui admitti poſſint ad obligationem, vel non.

Debitor plus offerens, debet admitti dum venduntur bona ſua, quia nil obſtat, quo minus bona ſua emere publice poſſit, *Rebuff. in ſuis commen. tract. de lit. oblig. art. 5. n. 13. Tom. 2.* ¶ Compenſatio ad impediendum pignoris diſtractionem fit ipſo jure. *Rot. Gen. deciſ. 4.* ¶ Oblationes licitationum cum illa conditione, quod pecunia non liberetur creditori, niſi cum cautione de reſtituendo, cui jus permiſerit, debent admitti, & tunc ſi creditor præſtiterit talem cautionem, debitor tenetur aliam præſtare, de ſervando ipſum creditorem indemnem. *Vincent. de Franc. deciſ. 200.* ¶ Licitator, an & quando admittatur factis ſubhaſtationibus, *Magon. deciſ. 133. Rot. Floren. Pap. lib. 13. tit. 9. arreſt. 1. & lib. 18. tit. 6. arreſt. 14.* ¶ Ad licitandum nemo admittendus eſt, poſt decreti adjudicationem. *Idem Ægid. ibid. cap. 35. vide Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt. 2.*

Cap. VIII. Quibus modis fieri poſſint, vel non.

Proclamationes debent fieri in proximo foro, vel in alio celebriori, ſumptibus requirentis, cujus intereſt, fiunt etiam in die dominico coram populo exeunte à Miſſa parochiali. *Papon. libr. 18. titul. 6. arreſt. 17.* ¶ Sumptus, & expenſæ proclamationum, & ſubhaſtationum, fiunt de pretio rei diſtractæ, ſecus in expenſis factis inter opponentes. *Papon. libr 18. tit. 6. arreſt 24. & 38.* ¶ Proclamationes debent fieri ad minus coram decem, & his verificari. *ibid. arreſt. 28.* ¶ Proclamationes ſermone patrio fieri debent, & leges. *Rebuff. ibid. Tom. 2. tractat. ut contract. teſtam. ſentent. gl. 1. n. 6. fol. 574.* ¶ Licitatio fieri non poteſt (niſi ſemel) elapſo termino, in præjudicium tertii, cui jus quæſitum eſt ex oblatione. *Capic. ibid. n. 5.* ¶ Fallit primo, ſi perſona, quæ licitationem petit iterari, eſſet privilegiata, ut minor, vel Eccleſia: Secundo, ſi in primo termino nemo obtulerit: Tertio, ſi ex verbis ſtatuti aliud induceretur. *ibid. num. fin. Papon. libr. 18. tit. 6. arreſt. 1. & 2.*

Vel non.

Diſtractio pignoris fieri non debet, niſi præcedente mora. *Rot. Genuen. deciſion. 4. num. 23.* ¶ Diſtractio rei non debet fieri, niſi auditis omnibus opponentibus. *lib. 18. tit. 6. arreſt. 33.* ¶ Diluendarum oppoſitionum gratia ſumptus facti, ſubhaſtationis impenſis non annumerantur. *Idem Ægid. ibid. cap. 41.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint.

Tenuta ſi nulla ſit, jure pignoris retineri poteſt, ſi alias res obligata erat. *Dec. conſ. 449. n. fin.* ¶ Nomen debitoris poteſt aſſignari creditori habenti priorem hypothecam, debitore etiam non citato. *Natt. conſ. 30.* ¶ An executio, quæ fit in odium debitoris ad formam decreti Sabaudiæ, cum tertio pluris poſſit fieri eo modo in odium fideicommiſſarii, *vide eundem Excell. P. Theſ. deciſion. 194.* ¶ Pretium ex pignore redactum, poteſt in naturale debitum eligi. *gloſſ. pen. in l. 1. C. de ſolut. & libert.*

Cap. X. Quæ prorogari.

Dilatio à lege inducta, non poteſt à judice prorogari, ſed an poſſit judex prorogare tempus introductum ad licitationes faciendas, *vide ibid. cap. 30. fol. 205.* ¶ Licitatio expeditur ſpatio 20. vel 30. dierum in venditione rerum fiſcalium, Eccleſiæ vel minoris, in aliis ſtatur arbitrio judicis. *Capic. deciſ. 36.*

Cap. XI. Quæ diſtrahi, proclamari poſſint, vel non.

Cum res plures diſtrahuntur, debent vendi ſeparatim. *ibid. arreſt. 16. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 11. gloſſ. 4.* ¶ Præſente ſive abſente debitore, res poteſt proclamari & diſtrahi *ibid. arreſt. 23.* ¶ Pignus poteſt vendi propter debitum, & alias acceſſiones. *d. l. 8. §. fin. ff. de pign. act.* ¶ Res tota venditur ratione partis. *Bartol. in l. 8. §. ſi unus. ff. de pign. act.* ¶ Pignus conventionale poteſt diſtrahi à creditore, ſecus in pignore prætorio, quod non poteſt diſtrahi. *l. is cui ff. ut in poſſeſſ. legatorum.* ¶ Si ceſſatur in ſolutione partis; pignus venditur totum, ut ſi unus ex hæredibus debitoris partem ſuam ſolverit, & alter non. *§ ſi unus. d. l. 8. & l. 11. §. ſi creditori. de pign. act.* ¶ Pignus poteſt vendi, ſi eſt actum, vel ſi nihil eſt dictum, ſervata tamen forma legis, ſed ſi agatur, quod non vendatur, trina denunciatione præmiſſa, vendi poteſt, alias ſecus. *l. 4. ff. de pign. act.* ¶ Si ſuper pignoris diſtractione inter partes fuerit conventum, ſtatur conventioni, & ſecundum illius formam debet diſtrahi. *l. fin. §. ſancimus C. de jure dominii impet.* alias ſtatur conſuetudini, vel ſtatuto. *ibid. gloſſ.*

Cap. XII. Quæ adjudicari poſſint.

Exequutori pignoris vendendis onus incumbit, non parti, & creditori bona ſubhaſtata, quando adjudicanda. *Afflict. deciſ. 358. num. 5.* ¶ Plus offerenti res licitata eſt adjudicanda. *Rebuff. ibid. art. 7. gl. 1. n. 18.* quid in Eccleſia. *ibid.* ¶ Offerenti plus, res minoris, vel Reipubl. ſubhaſtatæ conceduntur, nec gratificationi locus eſt, fallit in rebus Eccleſiæ, quæ juſtum pretium offerenti, deliberantur. *Idem Roman. ſing. 762.*

Cap. XIII. Qui diſtrahere poſſint, vel non.

Commiſſarius deputatus ad diſtrahendum, non poteſt hoc munus ſibi impoſitum alteri remittere, ſine conſenſu eorum, quorum intereſt. *Papon. ibid. arreſt. 20.* ¶ Habens plures res pignoratas, non poteſt vendere, niſi quod ſatis eſt pro ſua ſolutione. *Rot. Genuen. deciſion. 4.*

Cap. XIV. Quis præferatur in diſtractione.

Si debitor in fraudem creditoris vendat rem pignori captam, & incantatam, & demum alteri deliberatam, quis præferatur, an ſi licet emptor, qui emit à debitore, vel ille, cui res fuit deliberata. *Guid. quæſt. 81.* ¶ Quando venduntur bona debitoris in emendo, præfertur creditor, vel agnatus aliis extraneis, *Marun. in ſuo ſpec. diſputa.* ¶ Fratres præferuntur aliis, ſi æquale pretium offerant. *Bartol. conſil. 19. num. fin. vol. 1.*

Cap. XV. Qui ſint effectus.

Venditio facta publice, vel per ſubhaſtationes, præjudicat, quoad poſſeſſionem & proprietatem ei, qui ſe non oppoſuit. *DD. de Rot. deciſion. fin. tit. de empt. & vend. in aut. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 10. gloſſ. 2.* ¶ Et proclamata excludunt quemcunque habentem jus in re. *Joſeph. Ludov. deciſion. Peruſ. 42.* ſed tertius adhuc habet jus offerendi. *Boer. deciſ. 112. n. 11.* ¶ Debitor per adjudicationem judicialem, privatur dominio rei ſuæ. *Afflict. deciſion. 358. n. 4.* ¶ Facto ultimo incantu, & re deliberata, quis dicitur verus poſſeſſor ipſius rei, abſqoe alia reali traditione. *Guid. Pap. quæſt. 22.* ¶ Proclamationibus, & cridis arguitur bona fides. *Dec. conſil. 410.* ¶ Offerens fraude majus pretium pro re, quæ ſub haſta venditur, ad hoc, ut carius ematur, tenetur pœna criminis ſtellionatus, *Lud. Rom. ſing. 573.* ¶ Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris (etiam quæ ab alio tenebat) quare illi tertio pariat præjudicium, *vide Boer. deciſ. 112. num. 10. & deciſ. 141.* ¶ Si aliquis vadat ad licitandum, & promittat notario ſcribente, obligatio inter ementem & vendentem oritur. *Bartol. in l. 9. ff. de public. & vectig.* ¶ Ille, cujus bona vendontur, obligatur ad vendendum plus offerenti, quando hoc in proclamate fuit dictum, niſi prius revocet, antequam alius promittat, vel niſi abſint illa verba, & plus offerenti deliberabitur. *Bart. in d. l. 9. de public. n. 4.* ¶ Oblatio verbalis inter alios effectus operatur, ut faciat ceſſare venditionem, adjudicationem & proclamata. *Magon. deciſ. 132. num. 17.* ¶ In ſubhaſtationibus ſi quis pecuniam obtulerit, obligatur ex ipſa oblatione. *Rebuff. ibidem art. 14. gloſſ. 1. num. 34.*

Cap. XVI. Quibus modis valeat, vel non.

Si debitor habens multos creditores, dat uni eorum pignus, tenet datio, niſi in fraudem aliorum creditorum pignus datum ſit. *l. 13. & 22. ff. quæ in fraudem creditorum.*

Vel non.

Datio in ſolutum, non præcedente ſubhaſtatione, eſt nulla, licet factis ſubhaſtationibus valeret. *Jac. Put. deciſion. 252. lib. 2.* ¶ Defectus ſequeſtrationis rei, annullat proclamationes, & alienationem ſub haſta factam. *Papou. arreſt. 31. lib. 18. tit. 6.* ¶ Pignoris adjudicatio facta plus debito ruit in totum. *Afflict. deciſ. 358 n. 7.* ¶ Adjudicatio facta in majori quantitate debiti, non valet: ſecus ſi in re minoris valoris; nam tunc valet pro concurrente quantitate, & per conſequens adjudicatio annullatur, ſi erretur in debito, non autem ſi in re plurimi valoris, *Magon. deciſ. 109. Rot. Floren.* ¶ Subhaſtationes & cridæ non vocato regio procuratore, ſi ejus intereſt, ſunt ipſo jure nullæ. *Boer. deciſion. 277. n. 5.* ¶ Si in diſtractione pignoris intervenerit deceptio, etiam intra medietatem juſti pretii, diſtractio retractatur. *Franc. Marc. qu. 133. vide tamen Papou. lib. 18. tit. 6. arreſt. 0.*

Cap. XVII. Qui & quæ reſtituantur.

Minor tamen reſtituitur adverſus cridas, & proclama publicum. *Boer. deciſ. 141.* ¶ Res pro exequutione capta, & vendita judicis auctoritate, domino cum fructibus reſtituitur, ſoluto debito, quando in venditione dolus intervenit, & ſolemnitas debita non fuit ſervata. *Gom. Leo. deciſ. 19. in deciſ. diverſo.*

Cap. XVIII. Tempus, quando currat.

Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat, *vide Guid. Pap. q. 22.* ſed an tale tempus currat contra minorem & pupillum. *vide ibid. qu. 31.* ¶ Tempus ſubhaſtationum, in rebus Fiſci, Eccleſiæ, & minorum, eſt 20. dierum, in aliis eſt arbitrium, *Bartol. in l. 8. ff. de public. & vectig.*

Cap. XIX. Licitator: debitor, creditor, &c. Quæ facere poſſit, vel non.

Ex pacto creditoris vendentis, poteſt debitor agere, vel petere, ut ſibi cedatur actio. *l. 13. ff. eod.* ¶ Si creditor vendens pignus promittat duplum ex conſuetudine, vel aliter utiliter geſſerit, quod hoc nomine præſtiterit, à debitore repetit, alias non, ultra debiti ſummam. *l. 2. §. ſi creditor. ff. de pig. act.* ¶ Poteſt prior impedire ſecundum volentem vendere, licet ipſe non poſſit. *l. 13. §. ſi prior. ff. qui potiores.* ¶ Creditor poteſt vendere pignus, & habere fidem de pretio. *Bartol. in l. 24. §. ſi vendiderit ff. de pig. act.* ¶ Si creditor emerit pignus, deſinit eſſe pignus, niſi eſſet emptio ſimulata, *c. ſimiliter tit. ſi de inveſt. feud. controver. fuc. in uſib. feud.* ¶ Si creditor vendiderit, & de evictione promiſerit, ei debet à debitore de indemnitate caveri. *l. 8. §. ſi pignore. ff. de pign. act.* ¶ Pignus emens, ſeu rem hypothecatam, an & quando ſuccedat in locum creditoris, ut ſe tueri poſſit. *Hartm. c. 5. tit. de cred. lib. 2.* ¶ Creditor, licet non ſit dominus, poteſt tamen pignus alienare ex pacto, vel ſine pacto, ſervata forma legis *§ contra autem. inſtit. quib. alien. licet, vel non.* ¶ Emptor pignoris poteſt ex pacto in locum prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretium pervenerit *l. 18. ff. qui potiores.* ¶ Qui vocantur ad fideicommiſſum prædio alienato, illud non revocant ab eo, qui emit à creditore teſtatoris. *l. 80. § fin. de leg. 2.* ¶ In venditione, quæ fit decreto judicis, non habetur fides de pretio: ideo licitator debet habere prétium præ manibus. *Ægid. cap. 37. Rebuff. in ſuis comment. tract. de præcon. art. 7. n. 22.* alias poteſt incarcerari. *Papou. lib. 18. tit. 6 arreſt. 15.* & ante non poteſt re uti. *ibid.* ¶ Debitor, cujus res diſtrahitur, auditur, ſi pendentibus proclamationibus & ſubhaſtationibus, vellet alienare nemus exiſtens in prædio proclamato, depoſito & remiſſo tamen pretio apud judicem, vel commiſſarium. *idem Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 19.* ¶ Emens præcedentibos proclamationibus & ſubhaſtationibus, tute emit. *Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 1. vide tamen arreſt. 9. & ſeqq. ibid.* ¶ An abſentes tempore, quo fiebat alienatio, poſſint poſt perfectam alienationem per ſubhaſtationem, audiri, *vide Papon ibid. arreſt. 4.* ¶ Creditores ſemper audiuntur in pretio dictæ rei venditæ, ante ſolutionem dicti pretii. *Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 5.*

Vel non.

Facta alienatione præcedentibus proclamationibus de prædio antea alienato, exiſtenti apud vendentem debitorem titulo conductionis, emptor & dominus rei, qui non oppoſuit ipſi alienationi, amplius non auditur. *idem Papou. ibidem arreſt. 8.* ¶ Creditor, qui habet jus pignoris, quod excluditur favore beneficii debitori competentis, ut in muliere, quæ eſt tuta exceptione Vellejani, jus pignus vendendi non habet. *l. 40. §. fin. ff. de rei vend.* ¶ Creditor, qui habet poteſtatem vendendi pignus, non poteſt illud ſibi ipſi vendere, vel retinere pignus in ſolutum. *Rot. Genuen. deciſ. 4.* ¶ Creditor, qui vendit pignus ex pacto, vel lege, non transfert dominium, ſed debitor, de cujus conſenſu venditur. *Bartol. in §. libertini, inſtit. de libert.* tamen quod creditor diſtrahens transferat dominium, habetur *in l. 46. ff. de acq. rer. dom.* ¶ Donec prior creditor habet hypothecam, ſecundus non habet jus diſtrahendi, niſi priori creditori ſatisfaciat. *l. 8. C. qui potiores.* alias ſina oblatione pretii, non poteſt creditor ſecundus pignoris venditionem impedire. *l. fin. C. ſi antiq. cred. pign. vend.*

Cap. XX. Quando liberetur, vel non.

Licitator primus, an liberetur alio plus offerente, ſi ille aufugiat, *vide Boer. deciſ. 248. Papou. libr. 13. titul. 9. arreſt. 0. Rebuff. in ſuis commentar. tract. de præcon. art. 7. gloſſ. 1. num. 20. Franc. Cremen. ſingul. 41.* non liberari, niſi ſecunda oblatio fuerit per partem acceptata, ſcribit *Cabal. Milleloq. 819. vide Caſſan. in conſuet. Burgun.*

Burgun. tit. des rentes. Rub. 5. §. 2. gloſſ. 2. num. 22. Bart. in l. 9. ff. de publicanis. ¶ Illud, quod creditor percipit ex diſtractione pignoris, liberat debitorem & mandatorem, ſi de evictione creditor non eſt obligatus; alias ſecus. *l. 59. ff. mandati.* ¶ Sola ultimi licitatoris oblatione, primus non liberatur; tamen adjudicatione ultimo licitatori facta, præcedens liberatur. *Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. cap. 20. in deciſ. diverſo. fol. 198.* ſed quando ultimis licitator, non eſt ſolvendo, quid juris, *vide ibidem cap. 36.*

Cap. XXI. Ad quæ teneatur, vel non.

Creditor ſi vult vendere pignus, debet debitori denunciare. *Bart. in l. 1. C. de pignorib.* ¶ Creditor cogitur oſtendere debitori volenti vendere rem mobilem penes eum pignoratam, præſtita prius per debitorem cautione, & quid in immobili, *vide Bart. in l. 6. ff. de pign. act.* ¶ Creditor, qui vendidit rem obligatam minus juſto pretio, totum juſtum pretium ſibi computare tenetur. *l. 18. C. de fidejuſſ. & manda.* ¶ Creditor, qui pignus vendidit, cogitur reſtituere ſuperfluum pretii, per actionem pignoratitiam. *l. 6. §. fin. ff. de pign. act.* non debitorem delegare. *l. 24. eod.* ¶ Creditor quando & quomodo poſſit vendere pignus, & an invitus cogatur vendere. *Harem. cap. 3. tit. de creditorib. lib. 2.* ¶ Debitor, qui rem pignori datam vendidit, committit furtum, etiamſi tantum erat ſpecialiter obligata. *l. 68. ff. de furtis.* ¶ Idem in creditore, qui ante tempus pignus vendidit. *l. 75. ff. de furt.* ¶ Fidejuſſor, qui totum ſolvit, & pignora recepir à creditore, non cenſetur illa emere, ſed luere: ideo tenetur eam reſtituere illi, ad quem pertinet, ſoluto ſibi eo, quod ſolvit, & habetur ratio fructuum & uſurarum. *l. 60. ff. de fidejuſſorib. & manda.* ¶ Adjudicatarius, alieno ſe nomine licitatum aſſerens, licitationi nihilominus ſatisfacere compellitur, *in deciſion. diverſo. Ægid. cap. 37.* ¶ Judex tenetur, ſi ultimo licitatori non ſolvendo rem adjiciat. *Ægid. ibid. c. 20.* ¶ Alienationi annuæ præſtationis, vel hypothecæ, tenetur quis ſe opponere, vel præſtari. *Boer. deciſ. 112. num. 14.* tamen feudi, vel emphyteuſi alienationi, non habet neceſſe Dominus ſe opponere, *ibid. n. 15.*

Cap. XXII. Miſcellanea.

Habens jus in ſpe, poteſt ſe opponere, non ad impediendam exequutionem, ſed ut jus ſuum ſibi ſalvum ſit, adveniente conditione. *Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 39.* ¶ Quando aliquis inſtat, quod bona ponantur ad cridas, dicitur actor, & contradicens, dicitur reus. *Roland. conſil. 72. volum. 3 num. 46.* ¶ Quare ad valvas templi relinquendum ſit programma, & quo idiomate concipi debeat, *vide ibid. Ægid. cap. 9. fol. 195.*

TITULUS CCCCXVIII.

Si antiquior creditor pignus vendiderit.

EMptor pignoris poteſt ex pacto in locum prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretium pervenerit. *l. 18. ff. qui potiores.* ¶ Qui emit à creditore primo, irrevocabiliter poſſidet; ſed qui emit à debitore, licet pretium ſolvatur primo creditori, poterit conveniri, ſi ſolutum pretium ſibi offeratur. *l. 3. ff. de diſtract. pign.* nam ſi primus creditor auctoritate legis, vel pacti bona ſua debitoris vendiderit, ſecurus eſt emptor, ut non poſſit conveniri à ſecundo creditore pretium offerente; ſecus ſi debitor dederit in ſolutum, vendiderit primo creditori, & ipſe creditor alteri vendiderit, quia tunc competit jus offerendi. *Afflict. deciſ. 16. Vincent. de Franc. deciſ. 134.* ¶ Emens à creditore non vendente jure creditoris, jus pignoris non conſequitur: fallit, quando vendidit creditor rem cum omnibus ſuis juribus, ſibi competentibus in ipſa re. *Crav. conſil. 198. num. 6.*

TITULUS CCCCXIX.

Si in cauſa judicati pignus captum ſit.

Cap. I. Quibus modis intelligatur.

PIgnus judiciale, quando creditori adducitur, pro toto debito additum cenſetur. *Franc. Marc. qu. 925. part. 2.* ¶ Factum judicis reputatur factum partis, quare emens ab ipſo judice judicatum exequente, partem debitricem habet obligatam de evictione, & eam agentem repellet exceptio. *l. 13. C. de evict.*

Cap. II. Quæ præſumatur oblatio, cui competat.

Si pignus datur creditori in ſolutum ſimpliciter, præſumitur datum pro toto debito. *l. 15. § ſi pignore. ff. de re judic.* ſecus ſi judex pro certa quantitate adjudicet, ut quotidie videmus fieri, *vide gloſſ. ibidem.* ¶ Debitor in executione ſententiæ tradens creditori fundum, poteſt poſtea offerre pecuniam, & recuperare fundum fructibus in ſortem computatis: quia præſumitur tradidiſſe jure pignoris, & non in ſolutum. *Afflict. deciſ. 372.* ¶ Emptorem non reperiri, vel juſtum pretium non offerri, parificantur. *Afflict. d. deciſ. 358. n. 6.*

Cap. III. Quando adjudicari poſſit, & qui præferantur, vel non.

Creditori bona ſubhaſtata, quando adjudicanda, *vide Afflict. deciſ. 358. & ſupra de diſtract. pign.* ¶ Habens pignus prætorium, præfertur habenti judiciale, ſi eſt prius ſolutum tempore. *l. 2. C. qui potiores.* ¶ Creditor, qui judiciale pignus ob ſententiam conſequutus, præfertur priori ſolum perſonalem actionem habenti. *l. 3. C. eod.* ¶ Si debitor in fraudem creditorum vendat rem pignori captam & ſubhaſtatam, quis præferatur, an emptor ipſius debitoris, vel ille, cui res ſubhaſtata fuit deliberata. *Guid. Pap. qu. 81.* ¶ In pignoribus captis ex cauſa judicati, qui prior eſt tempore, potior eſt jure, etiam ſi actione perſonali tenebatur creditor. *l. 10. ff. qui potiores.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Creditor miſſus in poſſeſſionem pignoris, non efficitur dominus, nec facit fructus ſuos. *Afflict. deciſ. 358.* tamen debitor per adjudicationem judicialem privatur dominio rei ſuæ. *Afflict. ibid.* ¶ Facto deliberamento rei, quis dicitur verus poſſeſſor abſque alia traditione. *Guid. Pap. qu. 22.* ¶ Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris, quare, & quale pariat præjudicium tertio, ſe non opponenti, *Boer. deciſ. 112. n. 10. & ſupra tit. de diſtract. pign.* ¶ Coram judice exequente, examinatur quæſtio emergens ſuper rebus pignori captis ſummatim, quæ cognitio non facit præjudicium volenti ordinarie agere, & pignus addictum creditori ad uſucapionem proficiet. *l. 15. §. ſi ſuper. ff. de re judic.*

Cap. V. Quibus modis retrahatur.

Deceptio, ſi in executione rei judicatæ intervenerit, etiam citra juſti pretii dimidiam, retractatur ipſa executio. *Franc. Marc. quæſt. 133. DD. de Rot. deciſion fin. tit. de empt. & vend. in antiq.* ¶ De revocatione pignoris ex multiplici capite nulliter obtenti, *deciſ. 49 Rot. Aven. in deciſ. diverſo. Tom. 3. fol. 54.* ¶ Tempus datum ad redimendum pignus, à quo die currat, *Guid. Pap. q. 12.* & tale tempus currit contra minorem, ſed reſtituitur; contra pupillum vero non currit ipſo jure. *Guid. Papon. quæſt. 31.*

Cap. VI. Cognitio ad quem ſpectet.

Quando eſt aliquid, quod poſſet capi ſine controverſia, illud qood captum fuit, in quo eſt controverſia, dimittitur, & præcedens ſummaria cognitio ceſſat, & illud quod eſt ſine controverſia, capitur. Item ſi

res

res fuerit alteri anteriori creditori pignorata, quæ pignore capta eſt, pignus pariter venditur, ſed priori creditori prius ſatis ſit, & reſiduum in cauſam judicati convertitur. §. *quod ſi res. d. l. 15. de rejud.* ¶ Poſt rem venditam & in ſolutum datam, ceſſat ſummaria cognitio judicum exequentium. *ibid.* §. *ſi poſt.* ¶ Si per judicem exequentem res ſit vendita pretio non ſoluto, ceſſat officium judicis in pretio exigendo, quare res debet vendi præſenti pecunia, vel vendita revocari, *d. l. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re judic.*

TITULUS CCCCXX.

De jure offerendi.

Cap. I. Jus offerendi, quod dicatur, quale ſit.

DUplex eſt jus offerendi in materia pignorum, unum quod competit poſſeſſori convento hypothecaria, & iſtud competit poſſeſſori etiam malæ fidei, & injuſto. *Cravet. conſil. 298.* & hoc jus offerendi competens poſſeſſori, ſolum durat uſque ad litis conteſtationem in cauſa exequutionis judicati. *Cravet. ibidem.* ¶ Jus offerendi in conditionibus, non tranſit ad hæredes. *gloſſ. fin. in l. 108. ff. de cond. & demonſt.*

Cap. II. Obligatio quibus modis fieri poſſit.

Obligatio pretii, ad quam tenetur ſecundus creditor, pro evincenda re debitoris vendita, non facta in prima inſtantia poteſt in cauſa appellationis fieri. *Afflict. deciſ. 16. num. 5.* ¶ Jus offerendi quando poſſit à debitore fieri creditore ſecundo, vel ab alio extraneo, etiam non domino, neque poſſeſſore, *Capic. deciſion. 202. plene.*

Cap. III. Qui offerre poſſit, vel non.

De privilegio facientis melioramenta in aliqua re, qui (ſi conveniatur hypothecaria) poteſt offerre creditori, ſed quando, *Hieron. Magon. deciſ. 9. Rot. Floren.* ¶ Poteſt ſecundus creditor offerre, etiam fiſco priori, & ſuccedit in ejus locum. *l. fin. C. de his, qui in prior. credi. loc. ſucced.* ¶ Si hæres illius, qui aſſecuravit dotes, vendiderit rem, quæ poſtea ſunt evicta per mulierem agentem hypothecaria, non amplius poterit offerre dotes, & recuperare rem ab ipſa muliere. *Cravet. conſil. 298.*

Cap. IV. Qui offerre teneatur, vel non.

Melioramenta, ſi quis non fecerit in re, ſi conveniatur hypothecaria, totum creditum offerre tenetur, etiam quod res obligata eſſet minoris valoris; ſecus ſi fecerit melioramenta. *Vincent. de Franc. deciſion. 39. Cravet. conſ. 298. Magon. deciſ. 51. Rot. Flor. & ſupra lib. 1. tit. de impenſis.* ſed an tunc conſideretur (quoad æſtimationem rei) tempus emptionis, vel tempus, quo poſſeſſor convenitur hypothecaria. *vide ibidem.* ¶ Secundus creditor etiam in cauſa evictionis, non evocat rem à primo creditore alienatam, niſi offerat creditum cum intereſſe primi creditoris, qui rem à debitore in ſolutum habuit. *Afflict. deciſ. 15. Vincent. de Franc. deciſ. 134.* tamen ſi antiquior creditor vendiderit auctoritate legis, vel pacti bona ipſius debitoris, ſecurus eſt emptor, ut non poſſit conveniri à ſecundo creditore offerente pretium debitum. *Afflict. deciſ. 16. l. 3. ff. de diſtract. pig.* ſecus ſi debitor dederit in ſolutum vel vendiderit primo creditori, quia tunc competeret jus offerendi. *Afflict. ibid. & d. l. 3. ff. de diſtract. pign.* ¶ Creditor ſecundus tenetur offerre primo creditori (cui res debitoris per judicem fuit adjudicata, & data in ſolutum) pecuniam ſolutam, & intereſſe medii temporis uſque ad oblationem, compenſatis cum ipſo intereſſe fructibus perceptis, pro concurrenti ſumma *Vinc. de Franc. deciſ. 12.* ¶ Emptor poſſidens rem hypothecatam ante ſuam emptionem volens habere ipſam rem, an teneatur offerre; non ſolum ſortem principalem, ſed etiam uſuras, *deciſ. 109. Rot. Aven. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* ¶ Secundus creditor confirmat ſibi pignus ſolvendo primum debitum, quod præcedit, nec tenetur offerre debitum, quod poſteà eſt ſequutum, cum in eo non ſit poſterior. *l. 21. ff. qui potiores*

Cap. V. Quibus competat, vel non jus offerendi.

An jus offerendi competat creditoribus, ubi anteriori creditori facta eſt adjudicatio per ſententiam judicis. *Fach. quæſt. 9. lib. 11.* ¶ An rei poſſeſſor eorum in pecunia offerre poſſit; ubi res fuit æſtimata, muliere vendicante rem dotalem. *Fachin. quæſt. 10. libr. 11.* ¶ An hypothecaria actione conventus offerre poſſit æſtimationem rei detractis meliorationibus, ſi tertius poſſeſſor ſumptus, & meliorationes in rem fecerit. *Fach. quæſt. 11. lib. 11.* ¶ An creditoribus, quibus bona ſunt obligata, liceat dotem offerre in pecunia uxori Hypothecæ nomine res poſſidenti eo caſu quo matrimonium diſſolutum non eſt, ſed vir vergit ad inopiam. *Fach. conſ. lib. 3. c. 100. & lib. 11. c. 14.* ¶ An poſſeſſori convento à creditore ex remedio. *l. fin. C. de acq. poſſ.* competat jus offerendi. *Fach. lib. 11. cap. 13.* ¶ Jus offerendi pecuniam condemnato competit in actione hypothecaria, etiam poſt ſententiam, & cuilibet poſſeſſori, ſed dictum limitatur in ſex caſibus traditis per *Capic. deciſ. 41.* an tale jus competat poſt ſententiam, *Afflict. deciſion. 187.* quod appellatio ſuſtineat jus offerendi, ſcribit *Afflict. ibidem.* ¶ Alterum eſt jus offerendi competens creditori, non ratione poſſeſſionis, ſed ratione hypothecæ, puta, ſi debitor priori creditori pignus vendiderit, aut in ſolutum dederit, nam poteſt ſecundus creditor pignus avocare à priori creditore offerendo debitum. *Cravet. conſ. 298. num. 8.* ¶ Jus offerendi dicitur jus reale competens ratione hypothecæ, quo jure agitur hypothecaria. *Crav. ibid.* ¶ Jus offerendi competens, non poſſeſſori convento actione hypothecaria, ſed creditori poſteriori, ſolum datur creditori hypothecario: ideo tanto tempore durat, quanto durat hypothecaria, & non plus: quia naſcitur jus offerendi propter hypothecariam, & ei deſervit, & ceſſat ipſa ſublata. *Cravet. dict. conſ. 298.* ¶ Agens remedio *l. vetuſtiſſima. C. de jure domi. impet.* an gaudeat jure offerendi *Afflict. deciſion. 187.* & dominio tranſlato, ceſſat jus offerendi, *Afflict. ibidem.* ¶ Debitor utrum habeat jus offerendi contra creditorem, qui virtute inſtrumenti cepit poſſeſſionem rei debitoris, & obtinuit decretum adjudicationis, à quo pendebat appellatio. *Capic. deciſ. 202.* ¶ Creditoribus ſoluto matrimonio per mortem mariti, competit jus offerendi ſolutionem dotalis debiti, & res pro dote hypothecatas proſequendi; ſecus eſt in reſtitutione, quæ fit propter mariti inopiam: nam pro concurrenti quantitate dotium, jus offerendi eo in caſu creditoribus non competit. *Ozaſ. deciſion. 135. num. 412. & 13. vide Afflict. deciſ. 199. Capic. deciſion. 41. Rebuff. in ſuis commentariis. Tom. 2. tractat. de conſtitut. redit. artic. 1. gloſſ. 14. num. 44. fol. 589. Guid. Pap. ſingul. 583. & Bartol. in l. 20. C. qui potiores.* ¶ Jus offerendi habet poſſeſſor rei pro dote hypothecatæ; tamen non repellitur mulier, vel ejus hæres exceptione cedendarum actionum contra alios poſſeſſores, ſi ſine dolo malo eam facere non poſſit, puta, quia liberavit alios poſſeſſores, tamen tenetur cedere actionem, prout cedere poteſt. *Afflict. deciſ. 343.* ¶ Creditori poſteriori, & cuilibet poſſeſſori jus offerendi priori creditori competit. *Ozaſc. deciſion. 135. Franc. Marc. quæſtion. 371. Afflict. deciſ. 187. Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 387.* quando competat, *vide Excell.*

Præſ. Theſſaur. deciſ. 157. dummodo totum creditum offerat. *l. 1. & 5. C. qui potiores.* ¶ Etiam ſi poſſeſſor ſit injuſtus, habet jus offerendi. *Afflict. deciſ. 259. in fin. & Capic. deciſion. 99. num. 6. Gramm. deciſion. 51. Franc. Marc. quæſtion. 363.* ¶ Creditor ſecundus habet jus offerendi primo creditori, & è contra primus creditor poſſeſſor habet jus offerendi ſecundo, volens retinere pignus oblato debito. *Afflict. deciſion. 259. Gramm. deciſ. 51.* ¶ Jus offerendi quomodo ſpectet creditori adverſus mulierem, cujus favore fuit annullatus contractus, ne indotata remaneat, & an viro mortuo tale beneficium competat, vel re alienata à muliere, & qualiter ſit facienda æſtimatio, & an fructus ſint à muliere imputandi. *D. Gaſp. Theſſ. qu. Flor. quæſt. 65. lib. 2.*

Vel non.

Creditor poſterior, qui non habet hypothecam, ſed ſolum actionem perſonalem, non habet jus offerendi contra priorem creditorem. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 388.* quia non habenti hypothecam, non datur jus offerendi. *Cravet. ibid. num. 389. vide eundem conſil. 298.* ¶ Jus offerendi non datur contra emptorem, qui emit rem ſub haſta, dum vendebatur jure creditoris: fallit, quando emptor erat creditor, nam tunc etiam ſi emerit jure creditoris, poteſt ei offerre pretium per ſecundum creditorem. *Vinc. de Franc. deciſ. 67. vide tamen Joan. Pap. lib. 18. arreſt. 3.* ¶ Idem in fidejuſſore emente, *Vincent. de Franc. d. deciſion. 67. n. 6. vide Excell. Præſ. Theſſ. deciſ. 157.*

Cap. VI. Quando habeat locum, vel non.

Jus offerendi non habet locum contra emptorem jure crediroris, ſi venditio fuit recte facta, alias ſecus: tenetur tamen emptor ſupplere juſtum pretium, ſi intervenerir læſio in venditione, in ſexta parte pretii. *Vinc. de Franc. deciſion. 224.* ¶ Quando jus offerendi ſolummodo habeat locum ante litem conteſtatam. *Afflict. deciſion. 187.* ¶ Jus offerendi non habet locum poſt litem conteſtatam, ſuper actione judicati, niſi per viam purgationis moræ, quæ poteſt purgari uſque ad ſententiam. *cap. 202. n. 10.* ¶ Jus offerendi non habet locum inter creditores poſt rem judicatam, ut puta ſi primus creditor ex re judicata jus quæſitum in pignore habeat, prior in poſſeſſionem pignoris auctore Prætore immiſſus ſit, tunc enim ceſſat jus offerendi. *And. Gail. obſerv. 18. n. fin. lib. 2.*

Cap. VII. Quando præſcribi poſſit, vel non.

Juri offerendi, an præſcribi poſſir per creditorem, quæſtio eſt ingens inter Doctores, *Ozaſ. deciſ. Pedem. 115. Gaſp. Cabal. Milleloq. 317. Cravet. conſil. 71. num. fin. Dec. conſil. 164. Guid. Papon. ſing. 966. Bart. in l. 7. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & in l. ſi finita. §. Julianus ff. de de dam. infect. num. 34. gloſſ. in l. 4. & in l. 7. §. eo jure. C. de præſcript. 30. ann. Excell. Præſ. Theſſ. deciſ. 157.* quo loci tradit octo caſus circa hanc præſcriptionem, *Hartm. cap. 1. tit. de præſcript. lib. 21.* ſed pro parte negativa fuit judicatum in Camera imperiali, ut teſtantur *Mynſinger. obſerv. 16. cent. 1. & Andr. Gail. obſerv. 18. lib. 2.* limita, *ut ibid.* tamen juri offerendi per lapſum 30. ann. poſſe præſcribi, multis rationibus & auctoritatibus probat *Menoch. conſil. 201. n. 61. lib. 3.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Licet regulariter poſterior creditor offerens debitum priori creditori, non poſſit cogere eum, ut ſibi cedat actiones ſeu pignus ſuum: tamen fallit, quando poſterior creditor habet inſtrumentum liquidatum, *Marant. in ſuo ſpec. part. 6. titul. de productione inſtrum. num. 10.* ¶ Secundus creditor ſolvens priori, confirmat ſibi pignus. *Bartol. in l. 1. C. qui potiores, & l. 22. C. de pign. & l. 21. ff. qui potiores*, tamen ſi creditor ſecundus offerat primo, utrum ſuccedat in jus primi, tam in perſonali actione, quam hypothecaria, *Bartol. in l. 3. ff. quæ res pign. vel hypoth. oblig. poſſ.* ¶ Poſſeſſori offerenti neceſſe eſt jura cedi. *Afflict. deciſ. 343. vide ſupra tit. de ceſſionibus, & Capic. deciſion. 51. Hartm. cap. 1. tit. de creditoribus lib. 2.* ¶ Creditor tenetur poſſeſſori offerenti cedere jura ſua, ea tamen, quæ habet, & ſolum tenetur promittere debitum verum, & non exactum. *Vincent. de Franc. deciſ. 427. part. 2.* ¶ Sive quis agat hypothecaria, vel revocatoria, ſemper repellitur per oblationem debiti factam per poſſeſſorem, *Jaſon. de act. in §. item ſi quis in fraudem. num. 114.* ſed uſque ad quantum tempus poſſit bonorum poſſeſſor hanc oblationem facere, ut retentione utatur. *ibidem num. 115.* ¶ Pignus poſſidens, ſi offert debitum, abſolvitur. *gloſſ. fin. in l. uni. C. etiam ob chyrogr. pecu. pign. reti. poſſ.* ¶ Quod poſt rem venditam jure creditoris ceſſet jus offerendi, ſcribit *Ægid. Magiſtr. in ſuo tract. ſubhaſta. cap. 37. in deciſ. diverſ.*

TITULUS CCCCXXI.

Creditorem evictionem pignoris non debere.

Licet creditor non teneatur per juris diſpoſitionem de evictione; tamen ſi eam promiſerit, obligatur virtute promiſſionis. *l. 22. §. ſi creditor. ff. de pign. act. Dec. conſil. 449. num. 37. & 38.* ¶ Qui de evictione non tenetur, poterit conveniri, ſi ſciens eſt, vel in dolo repertus fuerit. *l. 11. §. denique. ff. de act. empt. & vend.* ¶ Licet creditor vendens jure creditoris, non teneatur de evictione, tamen tenetur inſtrumenta oſtendere, cum opus erit. *l. 54. ff. eodem.* jura cedere & poſſeſſionem tradere. *l. pen. ff. de diſtract. pign. & l. 28. ff. de evict.* ¶ Creditor, qui vendidit jure creditoris, non tenetur de evictione, ſed ſolum, ut probet rem obligatam ſibi fuiſſe. *l. 30. ff. de pignorib.* ¶ Creditor non tenetur de evictione, ipſe tamen non poteſt evincere. *l. 10. ff. de diſtract. pign.* & ſi quando inſtante creditore pignus prætorium diſtrahitur, non teneatur creditor de evictione (niſi ut dominus is vendat, vel nuncupatim de evictione promittat, aut doloſe in ea alienatione verſatus ſit) tamen ſemper tenetur, niſi quatuor præſtet, de quibus *per gloſſ. in l. 1. C. creditor evict. pign. non deb. Magon. deciſ. 32. Rot. Floren.* ¶ Ad hoc, ut creditor non teneatur de evictione, quatuor requiruntur, & ſi eſt actum, ut non teneatur, an ſaltem ad pretium teneatur, *vide in addition. ad Bart. in l. 12. §. qui autem. ff. de act. empt.* ¶ Creditor, ſi hypothecam vendiderit, de evictione non tenetur; ſed ſolummodo ad cedendum jura. *Marc. quæſt. 926. part. 2.* ¶ Emptor emens jure pignoris in exequutione ſententiæ capti, non habet creditorem de evictione obligatum. *leg. 50. ff. famil. erciſc. circa medium.* ¶ Si creditor vendens pignus promiſerit duplum ex conſuetudine, vel aliter utiliter geſſerit, quod hoc nomine præſtiterit, contrario judicio repetet; alias non ultra debiti ſummam. *l. 22. §. ſi creditor. ff. de pign. act.*

De creditore in genere.

An creditor, qui plures ex eadem cauſa obligatos habet, cogatur dividere actionem. *Cujac. lib. 22. obſerv. cap. 5.* ¶ An creditor anterior poſſit exigere creditorem ſuum à debitore debitoris. *Surd. ait poſſe. conſ. 4. lib. 1.* exiſtente mandato. *vide Vincent. de Franc. deciſ. 428. notab.* ¶ An verum creditum ſignificet creditum ex legato, fideicommiſſo, vel ex maleficio. *Fach. lib. 11. c. 73.* affirmat. *l. ſi is cui. §. Flavius. ff. de ſolutio.* ¶ An creditor proprie dicatur, cui debetur aliquid ex legato, vel ex maleficio, *Fach. lib. 11. c. 71.* negat. *l. ſi cui. ff. de verb. ſign.* ¶ An creditor dicatur, cui ſub conditione, vel in diem debetur, *Fach. lib. 11. c. 74.* negat, ſi conditionales, *de verb. ſign.*

Digitized by Google

¶ Creditor chyrographarius defuncti præfertur de bonis ejuſdem creditori hæredis cum inventario habenti hypothecam. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 310.* ¶ Conditionalis, quando includatur pacto, quod ſi aliquis comparaverit, venditor teneatur ad expenſas proclamatum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 283.* ¶ Præſens obligationi rei ſibi obligatæ, an teneatur remittere pignus. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 302.* ¶ Quando non cogatur excutere pignus ſpecialiter obligatum. *Idem deciſ. 44.* ¶ Creditores in diem certam, quæ tamen nondum venit, an videantur excluſi à generali ſententia lata in judicio cridarum. *Idem deciſ. 151.*

TITULUS CCCCXXII.

De denunciatione moleſtiæ, & auctore laudato.

Generalia.

AUctor laudatus quis dicatur, & ad quem effectum ſibi lis denuncietur, & an poſſit laudari coram arbitrio, & multa alia de denunciatione moleſtiæ *vide per Maran. in ſuo ſpecul. part. 6. titul. de laudatione. fol. 335.* & qua forma ſit facienda denunciatio, *Bart. ſingul. 162.*

Cap. I. Denunciatio, quæ dicatur, qualis ſit, & quando probetur.

Denunciatio facta domino, quando habeat vim quaſi litis conteſtationis. *Bartol. in l. 2. Cod. ubi in rem actio, ubi de materia.* ¶ Stipulatio de defendendo in una actione, eſt individua. *Bartol. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. num. 22.* ¶ Quis poteſt per juramentum probare, de denunciatione ſibi facta. *Bartol. in l. 11. C. depoſiti.*

Cap. II. Quando, in quibus requiratur, vel non.

Moleſtia qualis ſufficiat, ut hæres ex diſpoſitione teſtatoris privetur. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 194.* ¶ Interpellatio ad defendendum ſolum eſt neceſſaria, quando quis ageret ad intereſſe; ſecus ut ſalvum ſit jus primævum. *Cravet. conſil. 83. num. 4.* ¶ Notitia non ſufficit ad incurrendam pœnam ei, qui ad aliquid faciendum eſt obligatus, ſed neceſſario illi eſt intimatio facienda. *Joan. Mobed. deciſ. 160.* ¶ Scientia ſimplex, quando ſufficiat, & quando requiratur denunciatio, & non referat à quo fiat. *Bartol. in l. 22. §. petim. ff. de pet. hæred.* ¶ Denunciationem fieri extra judicium ſufficit. *Bartol. in l. 16. ff. ad leg. Jul. de adul.* ¶ An ſit neceſſaria denunciatio moleſtiæ ad hoc, ut emptor agat de evictione re evicta, *vide per Capic. deciſ. 106. Franc. Marc. quæſt. 581. Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de dilation. art. 5. num. 24. Tom. 3.* ¶ Vana eſt dubitatio gloſſatorum & aliorum, qui dubitant, an venditori ſcienti litem motam, ſit denunciandum, quod fieri debet, non enim requiritur ſola notificatio & certioratio, ſed etiam requiritur citatio, quæ abſque denunciatione non eſt, ita ſcribit *Bartol. in l. 8. §. morte. ff. de oper. nov. nunc. Bar. ſequitur Abb. conſ. 49. lib. 2.* ubi teſtatur de communi, habemus textum. *in l. 17. ff. ad leg. Jul. de adult.*

Vel non.

Denunciatio non eſt neceſſaria, quando venditor eſt præſens in judicio litis motæ contra emptorem, ſtante ſuo juramento de defendendo, quod habet vim denunciationis. *Capic. d. deciſ. 106. num. 3. Rot. Genuenſ. deciſ. 15. num. 4. & 14. Franc. Marc. quæſt. 582.* nec tertio poſſeſſori denunciandum eſt, ſufficit enim, ut denuncietur principali. *Abb. conſil. 22. libr. 2.* ¶ Quando neceſſitas denunciandi eſt remiſſa, non eſt opus denunciatione moleſtiæ ad hoc, ut emptor poſſit agere de evictione. *Rot. Genuenſ. deciſ. 15. num. 13. circa medium. vide Maran. in ſuo ſpec. part. 6. tit. de laudatione. num. 15.* ſed quando dictum procedat, *vide deciſ. 28. n. 16. ejuſdem Rot. Genuen.* ¶ Abſenti venditori non eſt opus denunciare litem motam, minus illi ſit denunciatio, quando certum eſt eum non habere defenſiones. *Gam. Leo. deciſ. 12. in deciſ. diverſ. & deciſ. 53. ibid. vide Bart. in l. ſi præſente ff. de evict.* veluti, ſi per publicum inſtrumentum conſtaret de debito. *Rot. Aven. deciſ. 111. num. 7. Tom. 3.* ¶ Minor agit de evictione, etiam nulla facta denunciatione. *Rebuff. in dd. ſuis commentar. de reſtitut. artic. 2. gloſſ. 4. num. 11. Tom. 2.* ¶ Ceſſionarius factus procurator, ut in re propria habet regreſſum de evictione contra cedentem, etiam omiſſa denunciatione litis motæ in cauſa ceſſionis. *Dec. conſil. 102.*

Cap. III. Quando opponi poſſit.

Venditor conventus judicio evictionis, non poteſt objicere de denunciatione litis ſibi facta, niſi doceat de intereſſe ſuo, id eſt, quod denunciatio ei facta eſſet, emptorem defendiſſet. *Cravet. conſ. 179. num. 6. Rebuff. in ſuis comment. titul. de dilatio. art. 5. num. 37. Natt. conſil. 232. Tom. 1. num. 5. vide Bortol. in l. 12. ff. de actio. empt. & vend.* tamen contrarium tenet *Dec. conſ. 74.*

Cap. IV. Quibus modis fieri poſſit, vel non.

Denunciatio an fiat ei, qui dedit rem in ſolutum quæ evincitur, ſicut ſit venditori. *vide Bartol. in l. 46. ff. de ſolutio. & liberat. & in l. 8. C. de ſentent. & inter. omn. jud.* ubi ſcribit pro affirmativa. ¶ De denunciatione auctoris facienda per eum, qui poſſidet nomine alterius, & vult litem denunciare domino, *vide per Maran. ibidem. part. 5. titul. de nominatione auctoris. fol. 340. & Rebuff. in ſuis commentariis Tom. 3. tractat. de dilatio. art. 2. gloſſ. & art. 34.* ¶ Si auctor laudatus noluerit comparere, etiam ſi fuerit evocatus per actorem, quid juris, *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de dilatio. Tom. 3. art. 5.* tamen auctor laudatus, ſumere onus litis tenetur. *vide Rebuff. ibid. num. 7. & 8.* ¶ Ubicunque eſt facienda denunciatio, ſeu intimatio moleſtiæ, ſemper eſt facienda in ſcriptis, & cum tenore inſtrumenti rei denunciatæ, & aliter facta eſt nulla. *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des cenſes. Rub. 11. §. 4. gloſſ. 5. vide Bartol. in l. 21. C. de evictio.* ¶ Quando nominatio auctoris admittatur, *Hier. Magon. deciſ. 150. num. 27. Rot. Flor.* ¶ Qui eſt habiturus regreſſum de evictione, debet ante judicium acceptum denunciationem facere. *leg. 29. §. ſi hæres, de legat. 3.* ¶ Venditori quando adeſt, quo tempore debeat fieri denunciatio, *vide l. 29. §. quolibet. ff. de evictio. Capel. Thol. quæſt. 408.* & poteſt fieri quolibet tempore, niſi eſſet concluſum in cauſa. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera D. ſingul. denunciatio.* Imo poteſt fieri in cauſa appellationis. *Amanel. de Claris aquis. ſingul. 139. vide Bart. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. Abb. conſ. 45. lib. 2.* ¶ Venditor non cogitur præciſe venire ad defendendum, ſed ſibi denunciatur, ſi vult quod veniat. *Petr. de Raven. ſingul. 776.* ¶ Denunciatio fieri non debet fidejuſſori, quando principalis liti aſſiſtit. *Rot. Genuenſ. deciſ. 15. num. 13. Dec. conſil. 74.*

Cap. V. Qui teneatur denunciare, vel non.

Emptor, ſi ſuper re vendita ſibi fuerit mota lis, tenetur venditori, etiam ſcienti denunciare ipſam moleſtiam, ſi vult poſtea agere de evictione. *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. 8. C. de ſentent. & interlocut. omn. jud. d. l. 7. 8. 15. 20. 53. 55. & 56. ff. de evictio.* ¶ Regula limitatur ſex in caſibus, *vide Capel. Thol. quæſt. 408. & in addition. ad Bartol. in l. 1. C. de evictio. & in l. 1. C. de evictio. & in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendi.* ¶ Habens titulum lucrativum, debet denunciare ante litem conte-

conteſtatam, ſi oneroſum, poteſt quandocunque ante ſententiam. *Bartol. in l. 29. §. ſi hæres de legat. 3.* ¶ Denuncians venditori, quod veniat ad defendendum, debet tali tempore denunciare, quod poſſit venditor occurrere. *Bartol. in l. 5. ff. quod vi, aut clam.* ¶ Emptor, cui lis movetur, ſi proteſtatus fuerit ſe non poſſe nunciare venditori, quia ignoretur, ubi ſit, eo revertente, debet ſibi nunciare, alias prima proteſtatio non valet. *Bartol. in leg. de pupillo. §. ſi quis. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Emptor, quando res evincitur, debet venditori denunciare etiam, ut veniat ad defendendum. *Bartol. in l. 20. §. cum. ff. de negot. geſt.* ¶ Fidejuſſoribus pro evictione, an debeat lis denunciari, quæſtio eſt inter doctores; tamen auctor concludit, non eſſe neceſſariam denunciationem. *Mann. in ſuo Specul. part. 6. tit. de landatione. num. 6.* quem ſequitur *Dec. conſ. 74.* quando fuit denunciatum principali. *Rot. Genuenſ. deciſ. 115. num. 13.* ¶ Si conveniatur maritus pro re in dotem data, an debeat mulieri denunciare, & mulier ſuo auctori, *vide gl. in verbo agere l. 22. § fin. de evictio.* ¶ Venditore mortuo, pluribus hæredibus relictis omnibus denunciandum eſt. *l. 62. §. ſi ei. & l. 24. §. mota quæſtione. ff. de eviction. vide l. 85. ff. de verb. obligat.* ¶ Emptor non poteſt cogere auctorem auctoris, ad ſuſcipiendum defenſionem rei, niſi ſibi fuerint ceſſæ actiones. *Petr. de Raven. ſingul. 175. vide Bartol. in l. 22. §. ſi pro. ff. de evictio. & in l. 62. ibid.*

Cap. VI. Qui denunciare poſſit.

Conventus actione reali, poteſt laudare ſuum auctorem, & ſibi litem denunciare ad effectum, ut poſſit contra eum habere recurſum de evictione: tamen multi ſunt caſus, in quibus abſque denunciatione habetur recurſus de evictione, de quibus *vide per Mynſing. obſerv. 24. cent. 3.* ¶ Legatarius denunciat hæredi ante litem conteſtatam, emptor vero poſt. *Bartol. in l. 58. ff. de evictio.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Simplici denunciatione in univerſalibus, quis efficitur malæ fidei, non ſic in particularibus. *Bart. in l. 27. §. etiam. ff. de pet. hæred. vide Bartol. in l. 2. ff. quod falſo tutore.* ¶ Denunciatio facta procuratori, quando conſtituat dominum in mora. *Bart. in l. 1. §. mariti. ff. de lib. agnoſc.* ¶ Denunciatio, an inducat malam fidem. *Bart. in l. 10. ſi quis. ff. quæ in fraudem creditor.* ¶ Ubi denunciatio ſit ſolum ad notificandum, idem operatur ſcientia ſimplex, quod denunciatio, & non refert à quo denuncietur. *l. 23. §. petitam autem. ff. de pet. hæred.* ¶ Denunciatio facta viro pro uxore prodeſt, ut denuncians à domino excuſetur, non ad mulieris præjudicium, & facta procuratori, vel ſyndico Reipubl. nocet ipſi Reipub. *Bartol. in l. 5. §. ſi forte. ff. quod vi aut clam.* ¶ Denunciatio facta à domino, ne quis emat, conſtituit emptorem malæ fidei poſſeſſorem. *leg. 17. Cod. de rei vendic.* ¶ Denunciatio illius, cujus non intereſt, non nocet. *l. 13. & ibid. gloſſ. ff. eod.* nec conſtituit aliquem in mala fide. *l. 49. ff. de minor. 25. ann.*

Cap. VIII. Defenſor, venditor, emptor, &c. Quæ facere poſſit, vel non.

Defenſor ex neceſſitate, poteſt exceptionem ex ſua perſona competentem opponere. *Bartol. ſingul. 41. Pet. de Raven. ſingul. 586. idem Bart. in l. 1. C. ubi in rem actio.* ¶ Venditor laudatus in actorem, quando trahat actorem ad forum ipſius auctoris, *vide Capic. dec. 197.* ¶ Laicus emptor, an poſſit clericum venditorem requirere ad aſſiſtendum ſibi, & defendendum ſe coram Judice laico. *Capel. Thol. quæſt. 351.* ¶ Pro affirmativa *ſcribunt Mynſing. obſerv. 22. cent. 1. & obſerv. 14. cent. 5. Joan. de Arnono, ſingul. 69.* ¶ Emptor poteſt uti exceptione ex perſona venditoris, & facta denunciatione, venditore offerente ſe defenſioni, emptor tutus eſt. *l. 28. §. item in rem. ff. de pet. hæred.* ¶ Venditor comparens in judicio in prima, ſecunda, vel tertia inſtantia, poteſt eo modo, & tempore appellare quo poterat emptor conventus, & non aliter: quia aſſiſtens in eodem ſtatu, & gradu tenetur cauſam ſuſcipere, in quibus reperitur. *deciſ. 384. lib. 2.* ¶ Venditor, ubi comparet pro defenſione emptoris, non novat judicium, *Bartol. in l. 1. Cod. ubi in rem actio, & in §. ſi vero Authent. ut omnes obediant.* ideo emptor poſſeſſor debet citari ad videndum jurare teſtes, & ſententia ferri debet in perſona ipſius, contra quem principaliter actio dirigitur. *Natta conſ. 630.*

Cap. IX. Ad quæ teneatur, vel non.

An venditor teneatur ſuis ſumptibus defendere auctorem, *vide Marc. quæſt 582.* quod pendente lite venditor non teneatur præſtare ſumptus litis emptori, tradit *Marc. quæſt. 583.* ¶ Venditor tenetur emptorem defendere, ſtatim mota lite. *Bartol. in l. 1. C. de evictio.* & tenetur ad expenſas, ſi non defendit ſtatim facta denunciatione. *Bartol. ibid.* ¶ Expenſas litis emptori venditor pro evictione evocatus, an ſtatim reficere teneatur, vel debeat litis finem expectare, & in caſum indebitæ moleſtiæ, an illas teneatur, *vide Perillnſtr. D. Præſul. Theſſaur. deciſ. 218.* ¶ Venditor, an teneatur ad ſumptus factos per emptorem, etiam non ſequuta evictione, & nulla promiſſione de reficiendis ſumptibus interveniente, *vide Natt. conſil. 232.* ubi ſcribit pro affirmativa, quando venditor ſe obligavit ad defenſionem rei. ¶ Evictionis cauſa, quando agitur contra emptorem, non tenetur emptor reſpondere poſitionibus ſibi factis de dominio evincentis. *Bartol. in l. 20. §. ſi cum me ff. de negot. geſt.* ¶ Emptor litem venditori denuncians, an teneatur omnia acta ſibi expedita veditori exhibere, vel ſufficiat præſentare copiam citationis ſibi tranſmiſſam, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 218.* ¶ Venditor etiam tenetur defendere emptorem in controverſia, quæ ſit reſiſtendo ipſi emptori, & qualiter teneatur ad litis ſumptus, *vide Bartol. in l. 75. ff de procurat.* ¶ Quia venditor volente, & offerente in ſe ſuſcipere cauſam motam contra emptorem, cogitur agens proſequi contra venditorem, & emptorem dimittere. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 239. vide Bartol. in l. 1. C. ubi in rem actio. & in l. 27. §. item. ff. de pet. hæred. & conſil. 219.* ¶ Debitor, quia vult proteſtari debitori debitoris, cujus nomen eſt ſibi hypothecatum, ne ſolvat, debet ſibi oſtendere inſtrumentum, & illud legere. *Bartol. in l. 34. ff. de reg. jur.* ¶ Præſens in judicio, quando poſſit aliquem invitum defendere, *vide Bartol. in §. ſi vero alter num. 5. Authent. ut omnes obediant.* ¶ Actor tenetur neceſſarium defenſorem recipere, eſt æquè legalis, ſicut principalis. *Bartol. in ſuis quæſtion. quæſt. 2. num 3.* ubi plenè de defenſionibus. ¶ Quando quis promiſit aliquem defendere, & conſervare indemnem adverſus quoſcunque, ad quid teneatur. *Abb. conſil. 49. lib. 2.* ¶ Denuncians procuratorio nomine, tempore denunciationis debet fidem facere de mandato, vel de rato promittere. *Bartol. in l. 75. ff. de procurat.* ¶ Venditor emptorem defendere in emptoris foro tenetur. *Franc. Marc. quæſt. 582. l. 49. ff. de jud.* ideo non poteſt nominatus declinare forum ratione ſui privilegii, ſed tenetur ſe defendere, ubi cauſa cœpta eſt, *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de dilat. artic. 4. num. 7. Tom. 3.* ſed an hoc procedat in fiſco, vel procuratore patrimoniali, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 213.* poteſt tamen recuſare Judicem ſibi ſuſpectum: *ibid Rebuff.* verum venditor, qui tenetur ſuſcipere onus litis, & defendere emptorem, non poteſt cogi ad hoc faciendum extra Regnum. *Joan. Pap. lib. 11. tit. 4. arreſt. 6.* ¶ Venditor veniens ad defenſionem emptoris, ut auctor laudatus, poteſt, in

ſe

ſe judicium aſſumere, & compellere actorem invitum ſecum litigare, ſed limita, *ut per Capic. deciſ. 197. num. 6. Petr. de Benint. deciſ. 92. Franc. Marc. quæſt. 293. part. 2.* ſed qua proteſtatione debeat uti actor, ut judicium non novet. *Benint. ibid. d. deciſ. 62.*

Vel non.

Venditor interveniens in cauſa pro defenſione rei venditæ, excludi non poteſt, etiam ſi emptoris perſona ſit ligata, dummodo alienatio citra fraudem fuerit facta. *Jacob. Put. deciſ. 365. lib. 2.* ¶ Etiam ſi venditor promiſerit emptorem defendere de facto, ad hoc non tenetur, ſed ſufficit, ut de jure illum defendat. *Dec. conſil. 74. Natt. conſil. 181. Tom. 1.* ¶ Promittens aliquem adjuvare, ſeu defendere, non tenetur adimplere promiſſionem, quantumcunque ſciat illum indigere auxilio, niſi fuerit requiſitus. *Abb. d. conſil. 49. num. fin.* ¶ Quando venditor ſuſcepit onus litis, & fuit in expenſis condemnatua, ad illas expenſaa emptor non tenetur, *vide Papon. lib. 11. titul. 4. arreſt. 13.* ¶ Denunciatæ liti, non protinus denunciatorem cedere teneri, ſed actoris ſui periculo poſſe judicii telum experiri, deciſum reperitur in libris placit. curiæ. *lib. 9. titul. de evict. in deciſ. diverſ.* ¶ Objicere non poteſt quis alteri id, in quo cauſam præbuit: ideo non poteſt reus objicere actori, debebas me interpellare ad defenſionem rei, quando moleſtia procedit facto, & culpa objicientis, *Cravet. conſil. 83.* ¶ Venditor non condemnatur ad aſſumptionem defenſionis cauſæ, niſi conſtet, quod moveatur lis emptori, contra formam promiſſorum, & per conſequens, quod teneatur de evictione. *Cravet. conſ. 211.* quia quando non tenetur venditor de evictione, fruſtra quæritur de denunciatione. *Cravet. d. conſil. 211.* ¶ Defenſor venditoris, qui non tenetur de evictione, non tenetur defendere, nec poteſt ex perſona ſua excipere, ſed excipit eo nomine, quo principalia. *Bart. quæſt. 2. numer. 24.*

Cap. X. Qui ſint effectus.

Sententia lata contra emptorem, mandatur executioni contra auctorem laudatum ex eodem proceſſu. *Maran. in ſuo Specul. part. 6. cap.* & poſt omnia advertatur circa executio. *num. 41. vide Guid. Pap.*

TITULUS CCCCXXIII.

De evictionibus.

Cap. I. Evictio. Qualis ſit.

Licet promiſſio de defendendo in cauſa evictionis ſit individua, ex parte hæredum promiſſoribus, ſi agatur, ut defendantur; tamen ſecus eſt ex parte hæredum ſtipulatoris, nam ex parte eorum eſt dividua, *vide in addit. ad l. 4. § ſi is qui. ff. de verb. obligat.* ¶ Evictio, quæ procedit, & debetur ex contractu diviſionis, regulatur eo modo, quo regulatur evictio procedens ex alio contractu. *Joan. Pap. lib. 11. titul. 4. arreſt. 3. vide Jaſ. de action. in §. quadam. num. 10.* ¶ In liquidatione evictionis, veniunt meliotamenta in re facta per emptorem. *Pap. arreſt. 15. ibid.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Stipulatio de evictione, ut committatur, eſt neceſſaria ſcientia. *Bart. in l. 20. §. ſi cum me. ff. de neg. geſt.* ¶ Promittens aliquem ratum habiturum, & non contravenire, nec moleſtat, intelligitur, tam de jure, quam de facto. *Gram. deciſ. 121. n. 81.*

Cap. III. Qui habeat regreſſum de evictione, vel non.

Emptor, & fidejuſſor, quando non allegant exceptionem declinatoriam, vel peremptoriam, vel etiam non probaverint, an per hoc perdant regreſſum de evictione, quid ſi non appellaverint. *Marc. quæſt. 582.* ¶ Quid ſi ſententia fuerit lata per ignorantiam, vel injuriam judicis, & non fuerit facta denunciatio. *ibid. & c. fin. ext. de empt. & vendit. & in l. 68. ff. de fidejuſſ. & mandat. num. 4.* ¶ Licet fuerit denunciatum venditori, tamen ſi emptor fuerit contumax, & abſens in cauſa, non habet regreſſum de evictione. *Marc. quæſt. 293. p. 2. Franc. Crem. ſing. 88. cap. fin. ext. de empt. & vend.*

Cap. IV. Quando debeatur evictio.

Evictio, an debeatur ex contractu emphyteutico, *Jo. Pet. Surd. deciſ. 290.* ¶ An debeatur ſcienti rem eſſe fideicommiſſo ſubjectam, *Idem deciſ. 208.*

Cap. V. Actio de evictione: Cui competat, & contra quem detur, vel non.

Evictionis actio, quando, & qualiter competat, ſi ex natura rei ſequatur evictio, ut in feudalibus, ad explicationem. *gloſſ. in l. ſi familia. C. famil. erciſc.* & cujus culpa conſideretur circa caducitatem. Et an pro affranchimentis, & liberationibus teneatur vaſallus licentiam impetrare, & communitas inveſtituram petere, & laudemium ſolvere, *Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. lib. 2.* ¶ Evictione agi, an poſſit ab emptore rei ſubjectæ fideicommiſſo. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 243.* ¶ Remiſſa, an detur actio quanti minoris, ſi res ſit emphyteutica, *idem deciſ. 165.* ¶ Regulariter ex quacunque cauſa oneroſa fiat alienatio, agitur de evictione; ſecus ſi fiat ex cauſa lucrativa. *Harm. cap. 5. tit. de empt. lib. 1.* ¶ Poſt tempus datum ad agendum, agi poteſt de evictione, ſi res fuerit evicta, quæ actio non naſcitur, niſi ipſa re evicta. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſſio. contract. art. 1. gloſſ. 19. fol. 443. num. 24. Tom. 2.* ¶ Quæ requirantur ad hoc, ut quis agere poſſit de evictione. *Rebuff. ibid. tract. de dilat. art. 5. n. 15. Tom. 3.* ubi ſcribit octo requiſita. ¶ Emens rem propriam ignoranter detecto errore, reſultat tacita evictio rei: Ideo tunc illi competit actio de evictione ad pretium, & ad intereſſe, ſed ad quale, & qua actione petat, *vide Magon. deciſ. 48. Rot. Floren.* ſed ſi ſcienter emerit, ita demum agit ad intereſſe, ſi propria ſtipulatione ſibi proſpexerit, *ibid. num. 13.* ¶ Si res vendita, vel ejus acceſſio fuerit legitimè evicta, intentari poteſt actio ex empto, & formari petitio, ut reſtituatur pretium cum omnibus damnis. *Myrſing. obſerv. 54 cent. 1.* ¶ Quod procedit, ſi emptor denunciaverit litem venditori, alias ille non tenetur ad expenſas litis. *Joan Pap. lib. 11. tit. arreſt. 10.* ¶ Evicta baronia, qualiter æſtimari debeant ædificia ipſius, nempe an ſecundum valorem, vel ſecundum reditus, quando emptor reſpectu evictionis, agit contra venditorem. *Boer. deciſ. 19.* ¶ Evicta quarta parte, quæ valet medietatem. *Boer. deciſ. 46. numer. 8.* ¶ Si res evincatur, non verè ſed fictè, agitur actione ex empto. *Bartol. in l. 39. ff. mandati.* ¶ Actio pro evictione ad intereſſe competens contra vendentem rem alienam ſcienter, non requirit judicium, ſeu quod per ſententiam avincatur res vendita. *Henric. Boer. in ſuis ſingul. titul. actio. actor. & agere, vide Petr. de Raven. ſingul. 860. Bartol. in l. 20. §. ſi cum. ff. de negot. geſt.* ¶ Emptor, quando agat contra venditorem de evictione, etiam ſententia non ſequuta, *vide Bartol. in l. 12. ff. de actio. empt. & vend.* ¶ Ex ſententia compromiſſi agitur de evictione, quando arbitri ſunt electi ex neceſſitate ſtatuti. *Petr. de Benint. deciſ. 21. num. 14. Abb. conſil. 31. lib. 2.* & quando venditor promiſit de evictione, quacunque ratione, vel cauſa res evincatur, etiam evinceretur per compromiſſum, pariter tenetur. *Marc. quæſt. 584. Rot. Genuenſ. deciſ. 15. num. 15.* alias non teneretur de evictione ſententia lata ex laudo lato ab arbitro, *Menoch. conſil. 361. lib. 4. num. 3. Abb. conſil. 96. lib. 3.* niſi emptor in vendito.

ditorem compromiſerit. *Rom. ſingul. 468. Franc. Crement. ſingul. 31.* ¶ Actio ex empto pro evictione committitur pro acceſſorio, ſicut principali; ſecus in actione ex ſtipulatu. *§. ſi quis rem. l. 12. ff. de act. empt.* & cum quis à ſe ipſo evincit, habet actionem ex empto pro contra venditorem ad pretium, quod pro re, nunc effecta ſua ſolvit. *l. 30. ff. de actio. empt. & vend.* ¶ Aliquando emptor, cui eſt mota lis, bonam fidem poteſt agnoſcere, & agere de evictione nulla facta denunciatione, *vide Afflict. deciſ. 40. ſupra titul. prox. praeced. Capic. deciſ. 106. Jacob. Put. deciſ. 178. libr. 3. Petr. de Raven. ſingul. 190. Maran. in ſuo Specul. part. 6. titul. de laudatione num. 16. Dec. conſil. 74. l. 12. in princ. ff. de actio. empt.* nam emptor appellare, aut tergiverſari non tenetur, quando fovet injuſtam cauſam. *Gom. Leo. deciſ. 19. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* alias ſecus, *vide Natt. conſil. 208. Tom. 1.* ¶ Si res tranſactionis cauſa data evincatur, quomodo agatur pro evictione. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 101. Marc. quaeſt. 52. part. 2. l. 35. C. de tranſact.* ¶ Re in ſolutum data evicta, agitur ex contractu dationis in ſolutum, non autem primaeva actione, niſi recipiens in ſolutum ſibi reſervaverit antiqua jura, vel dolus creditoris intervenerit. *Bartol. ſingul. 39.* tunc enim habet prioritatem ipſorum jurium. *Vincent. de Franc. deciſ. 50. vide Gaſpar. Milleloq. 653. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de litt. oblig. art. 12. gloſſ. 1. num. 20. fol. 110. vide Bartol. in l. 8. C. de ſentent. & inter. loc. omn. judic. l. 98. ff. de ſolut. & liber.* Idem ſi re detur in ſolutum pro dote. *Petr. de Raven. ſing. 633.* ¶ In permutatione rei venalis ob cautionem, condictio ob cauſam non datur, ſed agitur ad intereſſe: ſecus ſi non venalis. *l. 1. C. de rer. permut. & praeſcript. verb.* ¶ Si emptor non defendat cauſam facta denunciatione, an poſſit agere de evictione, *vide Maran. in ſuo Specul. part. 6. de laudatione. num. 17.* ¶ Publicatione facta poſt traditionem variae poſſeſſionis rei venditae, an competat emtori actio ad reſtitutionem pretii. *Ozaſ. deciſ. 48.* ¶ Venditor, ubi comparet pro defenſione emptoris, non novat judicium: ideo ipſe emptor debet citari ad videndum jurare teſtes, & ſententia debet ferri in perſona ipſius, contra quem principaliter actio dirigitur. *Natt. conſil. 630.* ¶ Quae remedia dentur contra vendentem praedium pro libero, quod ſit gravatum, vel obligatum, *vide Mynſing. obſerv. 37. cent. 1. & ſupra tit. de actio. empt. & vend.* ¶ Emens ab haerede pro ſatisfaciendis haereditariis creditoribus à quibus, & quando poſſit moleſtari, *vide Bartol. in l. fin. §. & ſi praefatam. Cod. de jure deliberat.* ¶ Exceptio, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellet, opponitur ad merita, & ad proceſſum. *Bartol. in l. 3. Cod. de fide inſtrum. & jure haſt. fiſc. lib. 10.* ¶ Etiam ille, qui non ageret propter ejus malam fidem ex contractu emptionis, aget ſi eſt interpoſita ſtipulatio, ex ipſa ſtipulatione. *leg. 4. §. item Labe. ff. de dol. mal ex.* ¶ Si res ſoluta adjecto evincatur, agitur actione perſonali. *l. 33. ff. de ſolut. & liber.* ¶ Evicta ſervitute, agitur ex empto, non de evictione. *l. 36. ff. de act. empt. & vend.* ¶ Si aliquid dedi, ut tu aliquid faceres, ſi feceris, & poſtea res data evincatur, ages contra me evictione ad intereſſe. *l. 5. §. ſed ſi dedi. ff. de reſcript. verb.* ¶ Quamvis in bonis maritis dos ſit, mulieris tamen eſt, ideo re evicta non maritus; ſed ipſa uxor agit contra auctorem. *l. 78. ff. de jure dotium.* ¶ Scienter emens rem reſtitutioni ſubjectam, illa evicta, habet actionem ad pretium tantum non ad duplum, etiam ſi fuerit promiſſum. *l. fin. §. fin. C. commun. de leg. & fideicommiſſ.* ¶ Legatarius agens de evictione petit ab haerede rem legatam, quaſi nunquam eſſet tradita; ſecus alias, quia agitur ad intereſſe. *Bart. ibidem.* ¶ Emptor conventus ſuper re empta, ſi laudat auctorem juridice denunciando judicium, evicta re, poteſt agere de evictione contra fidejuſſorem venditoris, etiam non citatum. *Capic. dec. 107.*

¶ Si Imperator donet alteri, vel vendat, aut aliter alienet rem alienam, ut ſuam, non poteſt praetendens rem eſſe ſuam, vel in ea habere intereſſe, contra detinentem actionem movere; ſed adverſus fiſcum intra quadriennium duntaxat, agere poteſt. *Abb. conſil. 3. num. 8. lib. 2.* ¶ Non valenti agere non currit praeſcriptio: ideo ſi vendi rem, & promiſi de evictione ſub obligatione omnium bonorum, & demum vendam rem alteram, virtute illius hypothecae generalis obligatam pro evictione primae rei venditae, & ſi res ſecundo loco vendita ſit praeſcripta, antequam res primo loco vendita evincatur, tamen illa evicta, primus emptor poteſt agere pro evictione contra ſecundum, virtute hypothecae generalis. *Abb. conſil. 22. lib. 2.* ¶ Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellet exceptio, & in materia evictionis, haeres haeredis, dicitur haeres. *Fel. conſ. 32.* Si haeredi inſtituenti, fundus retentus evincatur, actio, ei de evictione datur. *l. haeres. ff. ad Senatusconſ. Trebelli.* ¶ Si geſtor negotiorum praeſcribat, vel uſucapiat rem domini, & ſcientia ſuperveniat, debet facere à ſe evinci per ſuppoſitam perſonam, & hoc ſine fraude facere poteſt & demum re evicta, poteſt agere de evictione contra auctorem. *l. 20. §. cum me. ff. de negot. geſt.*

Vel non.

Ubi inquietatur emptor per actionem hypothecariam à creditore, non agit de evictione contra venditorem quaſi res evincatur; ſed quomodo agat, *vide Cravet. conſil. 298. num. 14. Menoch. conſil. 361. num. 4.* ¶ Venditor conventus in judicio per emptorem, non poteſt objicere, ſe non fuiſſe interpellatum ad defendendum ipſum emptorem, niſi oſtendat, quod ſi fuiſſet interpellatus habebat modum, & facultatem illum defendendi. *Cravet. conſil. 83. num. 5. & conſil. 179. Dec. conſil. 74.* tamen regula eſt, non poſſe agi de evictione, niſi fuerit denunciatum auctori, vel auctoribus, ſi plures ſint; idem in pluribus haeredibus, & etiam venditori ſcienti eſt facienda denunciatio, & fidejuſſori facta non ſufficit, vel procuratori, & facienda eſt, per libellum. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de libentio. artic. 5. num. 24. Tom. 3. Dec. conſil. 74.* reg. limitatur duodecim in caſibus, de quibus *vide ibid. per eundem Rebuff.* ¶ Emptores, qui de evictione agunt, videntur repellendi, ſi malos habuerunt Advocatos. *gloſſ. in leg. 31. §. ſi mancipium. ff. de edil. edict.* ¶ Haeres creditoris, ſi aliquid in ſolutum à debitore accipiat, idque ratum habeat ſuccedens alteri, qui id, quod in ſolutum acceperat, ſuum eſſe aſſerit non confecto inventario contra debitoris haeredem, qui inventarium confecit, quamvis evictionem defunctus debitor promiſerit, agere non poteſt. *Put. deciſ. 256. lib. 3.* ¶ Si ab aliquo, qui habet cauſam lucrativam, evincatur res per extraordinariam viam, non agit ille de evictione: etiamſi donatio coeperit è praecedenti promiſſione. *l. 98. §. diverſum. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Socius ſcienter accipiens rem alienam pro ſua parte in diviſione, re evicta, non agit de evictione. *Bartol. in l. 14. Cod. de famil. erciſc.* ¶ Actio de evictione prius non competit, quàm res ſit ablata niſi dolus intervenerit, & ubi venditor qualitatem rei, propter quam res minus valet, tacet, tenetur ad omne intereſſe, ſi ſciebat talem qualitatem, ſi autem ignorabat, tenetur ſaltem, quanti minoris res eſt. *Mynſing. obſerv. 56. cent. 1.* nam ante ſequutam evictionem intereſſe ſolidum praeſtatur ab eo, qui ſciens rem alienam vendidit, & tradidit. *Gaſpar. Cabal. Milleloq. 259.* ¶ Reſciſſo contractu ex dolo, & contumacia adverſarii, non agitur de evictione. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 4. arreſt. 5.* ¶ Emptor rei minoris, quia fuit condemnatus ad reſtitutionem ipſius rei per remedium reſtitutionis in integrum, non habet actionem de evictione contra convenditorem majorem, qui rem vendiderat una

cum

cum minore, etiam cum clauſula, in ſolidum, & renunciationibus beneficiorum diviſionis, ordinis, & diſcuſſionis. *Papon. lib. 16. cit. 1. arreſt. 15.* ¶ Evicta re, non agitur prima actione; ſed utili ex empto ad intereſſe, & poteſt ad compenſationem deduci. *Bartol. in l. 14. ff. de pign. actio.* ¶ Fiſcus pro evictione non convenitur ultra ſimplum, licet ultro promiſerit. *leg. 5. ff. de jure fiſci.* ¶ Si evincitur fundus jure poſſeſſionis, non poteſt agi de evictione. *Bartol. in l. 3. ff. de action. empt. & vend.* ¶ Si emptor poſſeſſor vult experiri pro evictione contra auctorem emptæ per procuratorem, hoc facere non poteſt ſine ceſſione. *l. 49. de acqu. vel amit. poſſ.* ¶ Actio de evictione ante ſententiam, & realem evictionem rei (ad quam agitur) nata non dicitur. *Ozaſch. deciſ. 181. num. 2. Pet. de Benint. deciſ. 25.* nam actio de evictione, & ad pretii recuperationem, regulariter non datur lite mota, ſed ſolum ad defendendum & cavendum, aut liberandum. *Ozaſ. deciſ. 181. num. 5.* ¶ Sententia, per quam res evincitur non reſcinditur, niſi per appellationem, licet auctor non fuerit ad eam citatus: tamen contra eum ſuccurritur ad intereſſe, ſi ſibi fuit denunciata, *l. 8. C. de ſentent. & interlocut.* ¶ Quando evictio ſequitur ex ſententia Judicis incompetentis, emptor non agit de evictione. *Menoch. conſil. 361. lib. 4. num. 2. Lud. Rom. ſingul. 12.* ¶ Emptor non agit de evictione, quando legitima præſcriptione ſe tueri poteſt. *ibid. num. 4. Harem. cap. 3. tit. de empt. & vend. lib. 2.* ¶ Sententia injuſta ſi res empta ſit ablata, actio de evictione emptori non datur: fallit in emptore a fiſco, vel à Republica. *Lud. Rom. ſing. 76.*

Cap. VI. Qui conveniri poſſit.

Si fiat diviſio inter aliquos, & uni aſſignentur bona emphyteutica, vel feudalia, alteri bona allodialia, ſi is, cui bona emphyteutica obvenerunt ſine filiis deceſſerit, & ipſa bona ſint ad Eccleſiam reverſa, non poteſt alter, qui allodialia habuit, conveniri de evictione. *Hier. Magon. deciſ. Luc. 7. num. 39. Cravet. conſ. 211. num. 6. vide Bartol. in l. 14. ff. famil. erciſc.* nam evictio non debetur, ſi ex natura rei, diviſa res evincatur, niſi expreſſe in tali caſu eſſet promiſſa. *Mago. deciſ. 62. Rot. Flor.* ¶ Idem quando emphyteuſis per jus accreſcendi, vel non decreſcendi, accreſcit alteri, niſi expreſſe hoc caſu etiam eſſet promiſſa evictio. *Magon. deciſ. 62. Rot. Flor.*

Cap. VII. Quando habeat locum evictio.

Evictio an habeat locum in prælegatis, quando bona prælegata auferuntur, *vide l. 97. §. evictus de leg. 2. Dec. conſil 349. num. 8. volum. 2. Bartol. ſingul. 85.* hæres quando teneatur legatariis de evictione, *vide gloſſ. in §. non ſolum inſtit. de leg. Bartol. in l. 10. C. de leg. & in l. 74. §. de evictione, de leg. 1. & etiam l. 47. 48. eod. & l. 29. de leg. 3.*

Vel non.

In donatione non habet locum evictio, niſi inceperit à promiſſione. *Ant. Trig. ſing. 21.* vel promiſſa fuerit evictio, aut niſi eſſet donatio remuneratoria. *Cravet. conſil. 64. Boer. deciſ. 67.* vel niſi quoad intereſſe, & expenſas, ſi quas ſuſtinuerit donator. *Capel. Thol. quæſt. 71. vide Dec. conſil. 95. 492. Bartol. in l. 19. §. Labeo. ff. de donatio.* vel niſi dolus intervenerit. *l. 18. §. fin. ff. de donation. vide etiam gloſſ. in §. alia autem, inſtit. de donat.* ¶ In donatione facta à patre filio aut filiæ, non habet locum evictio. *Jaſ. §. fuerat de actio. num. 35.* ¶ Evictio non habet locum, quando res evincitur per imprudentiam, ſtultitiam, aut ſordes judicis: nam periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem. *Paul. Æmil. deciſ. 317.*

Cap. VIII. Res quando evincatur, vel non.

Venditor promittens emptorem defendere de jure, & de facto, etiamſi per injuriam Judicis, vel imperitiam res evinceretur, hoc intelligitur quando per ignorantiam juris, vel facti Judicis, res evinceretur, qui tamen proceſſit ordine juris ſervato; ſecus ſi omiſſo juris ordine, res fuiſſet evicta. *Rol. conſil. 45. volum. 3. num. 21. vide Menoch. conſil. 361. libr. 4.* ¶ Ubi res pro parte evincitur, pro parte debetur evictio. *l. fin. Cod. de commun. rer. alien.*

Vel non.

Res fiſci ſolemniter vendita non evincitur, licet non pertinuerit ad ſtationem venditoris. *l. 1. C. ne fiſcus rem, quam vend. evinc.* ¶ Evinci ab eo qui emit à fiſco, non poteſt. *Bartol. in l. 5. ff. de jure fiſci.*

Cap. IX. Qui teneatur de evictione, vel non.

An venditor rei alienæ ſcienter emptori ſcienti, qui promiſit de evictione, teneatur de evictione re actu aliter evicta. *Rol. conſ. 67. Tom. 4.* ¶ Caſus evictionis contingentis poſt perfectam venditionem, ad emptorem, non ad venditorem, pertinent. *Ozaſch. deciſ. Pedem. 48. vide Natt. conſil. 181. Bartol. ſing. 182. & in l. 1. C. de peric. commo. rei vend. Petr. de Raven. ſing. 488.* nec violentia, vel injuria emptori facta, venditori nocet. *Ozaſ. ibidem.* nam ſi res evincatur facto emptoris, de evictione non agitur, ſecus ſi facto venditoris. *l. 6. §. ſi tibi obſerv. ff. de actio. empt. & vend.* ¶ Venditor feudi an, & quando teneatur emptori de evictione, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des fiedz. Rub. 3. §. 8. gloſſ. 6. num. 13.* ¶ Ex contractu à jure reprobato, venditor tenetur de evictione, ſi illam promiſerit per ſtipulationem: *Guid. Pap. ſingul. 923. Bart. in l. 17. C. de ag. lib. 11.* ¶ Mulier, an caveat, viro de evictione, *vide Bart. in l. 2. num. 23. ff. ſolut. matr.* ¶ Litis æſtimationem recipiens an, & quando teneatur de evictione, & quando teneatur cavere de ipſa evictione, *vide Bart. in l. 3. ff. pro emptore.* ¶ Obligatus tenetur de evictione, quando in obligatione apponitur verbum, dare. *Bartol. in l. 131. §. qui fundum. ff. de evictio.* ¶ Non poteſt hæres jure hæreditario, vel proprio, venire contra factum defuncti, & ſi venit, & evincit, tenetur de evictione ad intereſſe. *l. 3. C. de reb. alien. non alien.* ¶ Licet alienatio ſit prohibita minorum favore, tamen alii non prohibentur ſe, & res ſuas obligare, ad hoc, ut de evictione teneantur. *l. 9. C. de prædiis, & aliis rebus minorum.* ¶ Quando in limine contractus emerſit periculum evictionis, tenetur venditor ſatisdare pro evictione. *l. pen. §. fin. ff. de peric. & commo. rei vend.* tamen etiam imminente periculo evictionis, & lite mota ante ſolutionem pretii, emptor cogitur ſolvere ipſum pretium, nulla præſtita fidejuſſione de evictione, ſi venditor, vel ejus auctor eſt dives, & in ſe ſuſcepit litis moleſtiam. *Afflict. deciſ. 171. vide ſupra titul. de actio. empt. & vend.* alias ſecus, *vide Natt. conſil. 232.* quia tunc auctor laudatus ſuſcipiens in ſe judicium, habetur ut fidejuſſor. *ibid. Afflict.* ſed quando dicatur imminere evictio in limine contractus, ut emptor poſſit pretium retinere, & quibus remediis poſſit uti venditor ad tollendam hanc exceptionem, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 221.* ¶ Venditores unius rei, inſolidum, & pro indiviſo, de evictione obligantur. *And. Gail. obſervat. 14. lib. 2. vide Cravet. conſ. 203. num. fin.* quia venditio in ſolidum defendenda eſt, cum ejus natura ſit individua, ipſi autem venditores de indemnitate invicem obligantur. *Gail. ibid.* ¶ Pariter hæredes venditoris in ſolidum tenentur de evictione, quod intelligendum eſt, quoad defenſionem; ſecus quoad præſtationem intereſſe, *vide ibid. num. 4.* ¶ An Venditor teneatur ad expenſas factas in cauſam evictionis, *Mann. in ſuo Specul. part. 6. in laudat. num. 13.* ¶ Fratres vendentes bona communia, tenentur de evictione pro virili; idem ſi alter ipſorum vendiderit, & alii ratum habuerint. *Dec. conſil. 282.* Idem in

permu-

permutatione. ¶ Vendens tem alienam, videtur vendere nomine alieno; ideo dominus inde ratum habens, tenebitur de evictione. *Dec. d. conſil. 282.* ¶ Venditor tenetur evictionis nomine, etiam ſi emptor non ſe defenderit, quando certum eſt non habere legitimam defenſionem. *Gom. Leo. deciſ. 53. Tom. 2. in deciſ. diverſ.* ¶ Quando venditor promiſit defendere emptorem de jure & de facto, & hujusmodi; tunc ad quid teneatur, *vide Boer. deciſ. 67.* qoid ſi quis promiſerit aliquem defendere, & protegere, *vide Bart. in prima conſtitutione Digeſt.* ¶ Quando alienatur feudum cum ſuis juribus, vel aliæ res venduntur in genere. ſi aliqua res particularis evincatur, quomodo, & quando venditor teneatur de evictione, *vide Pap. lib. 11. tit. 4. arreſt. 17.* ¶ Venditor, vel ejus fidejuſſor per actionem ex empto, tenetur de evictione, ad verum valorem rei evicto tempore evictionis, ſed quid talis valor excederet duplum pretii conventi, *vide Magon. deciſ. 110. Rot. Floren.* quod tunc non debeantur, *ſcribit Bart. ſingul. 201.* ¶ An dans dotem teneatur de evictione, diſtingue, aut dos incipit à promiſſione, & tunc tenetur, aut à traditione, & tunc non tenetur. *Jaſ. de actio. §. fuerat. num. 33.* niſi promiſſio, vel dantis dolus intercedat. *Bartol ſingul. 172. Petr. de Raven. ſingul. 389. vide eundem Bartol. in l. unica. C. de rei uxor. act. num. 8. l. 1 C. de jure dot. l. 17 & l. 70 §. cum res. ff. eodem.* tamen mulier non tenetur aliquo modo de evictione, ſi maritus ſciverit rem eſſe alienam, niſi expreſſe promiſſa fuerit evictio. *Jaſ. ibid. num. 34.* ¶ Venditor, ſi promiſerit habere licere pro ſe, & ſuis, quando teneatur, etiam de evictione extraneorum, *Bartol. in l. 12 §. qui ante. ff. de act empt. & vend.* ¶ Promittens ſolvere intra ſex menſes reſiduum pretii rei emptæ cum juramento, ſi non ſolverit, contra venditorem, an, & quando agere poſſit de evictione, propter perjurium incurſum, *vide Menoch. conſil 355. lib. 4 Mateb. Matheſ. ſingul. 30.* & hæc concloſio deſumitur *ex l. ſi quis major. C. de tranſact.* quæ lex in hac patria Pedem. per decretum antiquum fuit in parte correcta. ¶ Vendens aliquam rem, ſi culpa venditoris emptor non poteſt illa uti, venditor tenetur de evictione, ſi facto ſuperioris, non tenetur, niſi venditor ſciviſſet tale impedimentum *Borg. dec. 27. part. 2. num. 47.* ¶ Vendere domum, & vendere jus, quod quis in domo habet differunt: quia primo caſu, venditor tenetur de evictione non autem dimittens, ſeo relaxans. *Franc Crem. ſingul. 131.* ¶ Dans, ſeu tradens tenetur de evictione, non autem dimittens, ſeu relaxans. *Franc. Crement. ſingul. 131.* ¶ De natura venditionis, ut venditor de evictione taneatur reſpectu ſui, & pro facto auctorum ſuorum. *Ozaſcb. deciſ 48. num. 5. Boer. deciſ. 67.* & eo ipſo tenetur, quod vendidit, tradidit, & pretium recepit. *Bartol. in l. 11. num. 3 ff. de act. empt. & vend.* ¶ Nec traditio rei in conſideratione habetur, quo minus venditor ſaltem de evictione ad reſtitutionem pretii teneatur. *Ozaſcb. deciſ. 43.* ſed evictio, quando locum habeat, *vide Hartman. cap. 1. de evict.* ¶ Exules ſi ex forma legis ad bona reſtituantur, tunc venditor de evictione tenetur. *ibid. num. 7.* ¶ Promiſſio de conſervando, & præſtando aliquem indemnem, ab omnibus contradictionibus operatur, ut quocunq; modo de evictione teneatur. *Ozaſcb. d. deciſ. 48. num. 8. vide Marc. quaeſt 584.* & promittens non contravenire, quacunque ratione, occaſione, vel cauſa tam de jure quàm de facto, ex quavis cauſa contraveniatur, committitur ſtipulatio ad intereſſe. *Grammat. deciſ. 101. num. 80.* ¶ Officiales, an finito officio teneantur de evictione, *vide Bartol. in l. 4. §. in enm. ff. de adminiſt. rer. ad Civit. pertinent.* ¶ Tutor vendens ſine neceſſitate, vel promittens nomine proprio tenetur de evictione; ſecus ſi ex neceſſitate alienaverit, tunc enim non tenetur nomine proprio: quia officium ipſius eſt publicum, & vendens ex officio, non tenetur de evictione. *Boer. deciſ. 8.* ¶ Promittens de evictione pro facto ſuo tantum, re evicta tenetur ad reſtitutionem pretii, etiam ſi nihil ſit quod illi imputetur. *Natt. conſil. 181. Joan. Pap. lib. 11. titul. 4. arreſt. 4.* & etiam pro facto ſui anteceſſoris, ſeu actoris, & ſui hæredis. *Joan. Pap. arreſt. 6. lib. 11. titul. 3. Hippol. ſing. 656 Franc. Crement. ſingul. 32. Dec. conſil. 282. idem Hippol. ſing. 475.* quod reſtringitur ad auctorem univerſalem, ſecus in particulari. *idem Crem ſingul. 158. Marc. de Mant. ſingul. 14.* ¶ Niſi expreſſe dictum venditorem, etiam non teneri ad pretii reſtitutionam, ita reperitur deciſum in libris placiti curiæ. *titul. de evictio. lib. 9. in deciſ. diverſ. Vincent. de Franc. deciſ. 239 part. 2 facit lex 12. §. qui autem. ff. de act empt. & vend* tamen in hoc ſecundo caſu, ſi venditor ſcienter vendiderit rem alienam, adhuc tenebitur ad pretii reſtitutionem, non obſtante expreſſa conventione *Pap. d. lib. 11. tit. 4. arreſt. 3.* ¶ Clauſula, quod vendidit rem pro eo jure tantum, quod in ea habet venditor, & non ultra ſi in inſtrumento venditionis adiciatur, jus tantum rei, an ipſa res cenſeatur vendita, adeo ut nullum jus in re vendita habens de evictione teneatur, *vide Jacob. Put. deciſ 273.* ¶ Evictio, quando evenit facto Principis, an venditor teneatur, ſaltem ad pretium, *vide Put. deciſ 381. lib. 3. deciſ. 134. Rot. Avenio. in deciſ. diverſ. Bartol. in l. 38. ff. de verb. oblig.* Princeps quando teneatur ad pretium rei evictæ, *vide ibid. Put.* ¶ Quod dicitur venditorem promittentem ſolum pro ſuo dato & facto, teneri tantum ad pretii reſtitutionem, procedit, quando res fuit vendita juſto pretio; ſecus ſi viliori, nam tunc ad nihilum tenetur. *Natt. conſil. 181. num. 8.* quomodo factum ſuum hoc caſu intelligatur, *vide Dec. conſil. 492.* ¶ Licet venditor paciſcatur ſe nolle teneri de evictione, tenebitur tamen re evicta ad pretii reſtitutionem. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de dilat. art. 5. num. 30. Gom. Leo deciſ. 12. in deciſ. diverſ. Marant. in ſuo Specul. part. 2 num. 44. fol. 13. Hartm. cap. 5. titul. de empt. libr. 1. & cap. 2. de evict.* ¶ Reg. limitatur Primo, quando exprimitur perſona, nam tunc non tenetur etiam ad pretium. *Rebuff. ibid. num. 51. vel cauſa. Natt. conſil. 181. num. 7. Ludov. Roman. ſing. 387 Hippol. ſingul. 656.* ¶ Secundo, quando traderetur inſtrumentum cum proteſtatione, quod alias non vult teneri venditor, niſi de ſuo facto. *Rebuff. ibid. n 52.* ¶ Tertio, quando certa cauſa expreſſa fuiſſet, exempli gratia, nolo teneri ex cauſa petitionis hæreditatis. vel ſi fuerit factum pactum, ut venditor etiam non teneretur ad pretium. *ibid. num. 53. vide Natt. conſil. 171. Tom. 1.* ¶ Quarto limitatur, quando eſt reciproca traditio, & invicem conventum, ne de evictione teneatur, tunc etiam quis non tenetur ad pretii reſtitutionem. *Rebuff. ibid. num. 54.* tamen pactum de quo ſupra, nihil prodeſt ei, qui ſciebat cauſam, ex qua res evinceretur, & tacuit. *l. 6. §. fin. ff. de actio. empt. & l. 14. §. idem ibidem.* ¶ Vendens rem tanquam tutor, vel curator licet non teneatur de evictione, tenetur tamen ſe oſtendere talem legitimè. *Bartol. in l. 1. C. creditor. evict. pign. non debet.* ¶ Qui vendidit, ut procurator de evictione tenetur: ideo ſi evincat, exceptione repellitur, & qui mandavit vendi rem ſuam ex una cauſa, quam ſuam probat ex alia, non poterit vendicare. *l. 49. ff. mandati.* ¶ Quando venditor teneatur de evictione, *vide Mynſing. obſerv. 37. cent. 6.*

Vel non.

Evictionis judicio non tenetur communitas, quæ vendidit bona confiſcata contra aliquem, ſi illa per Principem fuerunt condemnato reſtituta, *vide Æmil. deciſ. 318. part. 1.* ¶ Pro damnis paſſis culpa, vel negligentia emptoris, re evicta, venditor non tenetur *Vinc. de Franc. deciſ. 112.* ¶ Vendens rem alienam ſcienti, non tenetur de evictione. *Rot. Genuenſ. deciſ. 100.* nec tunc tem-

tempore agit de evictione, minus ad pretium, niſi intervenerit ſtipulatio. Jacob. Put. deciſ. 257. lib. 2. vide Cruoet. conſil. 64. Roland. conſil. 67. volum. 4. Abb. conſil. 30. lib. 1. imo licet emptor rei alienæ, vel alteri obligatæ ſciens, non agat de evictione, tamen poteſt agere ad pretii reſtitutionem, vide Borg. Caval. deciſ. 8. de contract. part. 2. numer. 15. Andr. Gail. 137. lib. 2. num. 9. Cravet. conſil. 77. num. 18 Natt. conſil. 181. Tom. 1. ¶ Vendens ignoranter rem alienam, quo caſu de evictione non teneatur, vide Put. deciſ. 257. lib. 2. ¶ Quando expreſſe fuit conventum venditorem non teneri in caſu evictionis, etiam ad pretii reſtitutionem poſſet dubitari, quod juris, quando res evinceretur, pretio adhuc non ſoluto, an tunc emptor poſſet cogi ad ipſum pretium ſolvendum, vide Vincent. de Franc. deciſ. 239. ¶ Promiſſor facti alieni (etiam cum juramento) excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiam. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 27. numer. 6. ſed an poſſit adhiberi cautela ut teneatur ad intereſſe, vide ibid. ¶ Procurator, qui etiam vendit virtute mandati, pariter non tenetur. Boer. ibid. vide tamen Bartol. in l 67. ff. de procurat. & in l. 5. ff. de jure fiſci. fallit ſi promiſerit. l 67. ff. de procurat. ¶ Quando de facto citra judicialem cognitionem res fuit ablata, venditor non tenetur. Natt. conſil. 181. Tom. 1. ¶ Venditor læſus promittendo defendere totam rem, & in veritate deceptus in parte pretii, non denunciatus ſolemniter, de evictione, non tenetur. Capic. deciſ. 106. numer. final. ¶ Re evicta congrui, quia ex permiſſione legis, & perſona emptoris oritur evictio, venditor non tenetur de evictione. Gram. deciſ. 101. num. 106. ¶ Conſentiens alienationi rei ſuæ non tenetur de evictione, & hoc eſt, quod dicit lex aliud eſſe vendere, aliud venditioni conſentire. Cravet. conſil. 33. num. 9. Bart. ſing. 58. ¶ Cohæredes facta diviſione non tenentur de evictione, ſi unus eorum in portione ſua hæreditaria, rem reſtitutioni fideicommiſſi ſubjectam, ſciens, prudensque acceperit; tunc enim re evicta non poterit agere, etiam ad pretium. Andr. Gail. obſerv. 139. num. 15. vide Cravet. conſil. 211. num. 7. alias quod uni cohæredi obvenit ex diviſione, ad omnibus eſt tuendum. l. 34. ff. famil. erciſc. ¶ Diviſione facta a teſtatore, unus ex hæredibus non tenetur alteri de evictione jure actionis, ſed ope exceptionis: ſed facta inter ipſos hæredes, vel à judice alter tenetur alteri de evictione, jure actionia. Bartol. in l. 79. §. evictis. de legat. 2. facit lex 54. C. famil. erciſc. pro limitatione, vide l. 7. Cod. commun utriusque judic. ¶ Si curator curatorio nomine emerit rem pupillo, demum in lite mota per adultum, compenſaverit pretium exburſatum cum alia re, quo judicio finito res evincatur, curator de evictione non tenetur, etiam ſi in emptione ſibi, vel adulto de evictione caveri non fecerit. l. 4. Cod. de judic. ¶ Venditor hæreditatis non ſatisdare, nec cavere debet de evictioae, niſi de ſuo dato, & facto tantum l. 2. ff. de hæred. vel act. vend. ¶ In caſibus, in quibus venditor non tenetur de evictione, tenetur tamen litem juribus, & ſuis inſtrumentis munire, tueri, & inſtruere. Rebuff. in ſuis commene. Tom. 3. tract. de dilat. art. 5. num. 49. fol. 827. ¶ Limita, quando conſentiens recepiſſet pretium, vel præſtitiſſet conſenſum ex neceſſitate & in illo, cujus nomine fit actus, quia conſentiendo, videtur actum ratificare, ob id teneretur de evictione. Cravet. ibid. num. 19. Bart. ſingul. 58. ¶ In contractu innominato, non cavetur de evictione. Bartol. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat. ¶ Vendens omne jus lignandi, & quod habet in re vendita, ſi non habet jus, non tenetur de evictione, ſed ſolum ad pretii reſtitutionem. Borgn. deciſ. 27. num. 46. parc. 2. ¶ Si vendidi tibi rem, quam tu emptor donaſti Titio: ſi ab eo evincatur, non ſolum obligatus ipſi Titio de evictione. l. 141. §. qui fundum ff. de verb. oblig. ¶ Ei, qui ſolvit litis æſtimationem, cum poſſet rem reſtituere, petitor de evictione non cavetur. l 36. § fin ff de rei vend. & malæ fidei poſſeſſori litis æſtimationem ſolventi, de evictione, non cavetur, l. 14. §. cavere. ff. de condict furt. ¶ Licet venditor promiſerit de evictione, & legitima defenſione tam adverſus juris, quam facti moleſtiam, non tamen tenebitur ad aliud, quam utut in judicio proſequatur, & defendat. Mynſing. obſerv. 54. cent. 1. & obſerv. 19. cent. 2. vide Bartol. in l. 17. Cod. de actio. empt. & vend. ¶ Cohæres non tenetur de evictione propter prædium evictum ratione legati, non ſoluti per alterum cohæredem. Bartol. in l. 43. ff. de dam. infect. ¶ Si colluſor vendat colluſori, non tenetur de evictione, & idem ſi vendatur extraneo, intellige quando fit venditio in ludo prohibito. Petr. de Raven. ſingul. 462. vide l fin. ff. quarum rerum actio non detur. ¶ Quando venditor ſuſcepit onus litis, & fuit in expenſis condemnatus ad illas expenſas emptor non tenetur, lib. 11. titul. 4. Pap. arreſt. 13. ¶ Qui ex aliquo caſu de evictione non tenetur poterit conveniri, ſi ſciens eſt, vel in dolo repertus fuerit. l. 12. §. denique. ff. de act. empt.

Cap. X. Qui ſint effectus, & producantur.

An quis emptor prædii à minore 25. an qui ſecundus vendidit aliis, an hæres ſecundi emptoris poſſit agere contra primum venditorem, & ejus hæredes cum fundus evincitur ab hæredibus minoris. 25. Rol. conſil. 60. Tom. 4. ¶ Imminente in limine contractus, an præſtetur fidejuſſio, ſi principalis eſt ſolvendo. Joan. Petr. Surd. deciſ. 183. ¶ Si ſpecies pro ſpecie ſoluta evincatur in totum, vel in partem, liberatio, non contingit. l. 46. ff. de ſolut. & liber. ¶ Qui ignoranti ſcienter confert præbendam, quam non potuit conferre, vel aliud beneficium, illa evicta præbenda aliam, quam poteſt, conferre tenetur. c. inter & ibid gloſſ. extra de præb. ¶ Quod evincitur in bonis noſtris non eſt, l. 151. ff. de regul. jur. ¶ Pactum, quod quis teneatur de evictione, non porrigit effectum ſuum circa tria, de quibus, vide per Bartol. in l. 12. §. qui autem. ff. de act. empt. ¶ Pretium non reſtituitur ei, à quo fundus aufertur. Bartol. in l. 85. §. ab eo. ff. de admin. & peric. tut. ¶ Re evicta poſſeſſori, debet, reſtitui pretium à domino, quod eſt in ejus utilitatem verſum, cum intereſſe, habita tamen fructuum compenſatione. l. 65. ff. de rei vend. ¶ Fidejuſſor pro evictione, non poteſt petere liberationem, re non evicta. Afflict. deciſ. 241. num. 4. ¶ Re in ſolutum data, vel per tranſactionem recepta, ex præcedenti obligatione evicta, quid juris, Boer. deciſ. 337. ¶ Emptor habet rem emptam obligatam, virtute generalis obligationis bonorum, in caſu evictionis. Borg. Caval. deciſ. 27. pare. 2. num. 36. ¶ Res empta de mea pecunia debita, pro pretio rei mihi venditæ erit hypothecata mihi pro evictione ipſius rei, ſi hoc actum fuerit, ut eſſet ſpecialiter hypothecata. Idem de Franc. deciſ. 97. ¶ Pluribus rebus venditis unico pretio, una ex illis evicta emptor poteſt recedere à toto contractu, habetur in libris placito. curiæ. lib. 9. tit. de evict. in deciſ. diverſ. in fine ſcribit Pap lib. 11. tit. 4. arr. 16. ¶ Evictio per hypothecam operatur, ut emptor agat ad intereſſe, etiam ſine denunciatione. Marant. in ſuo Specul. part. 6. de laudatione, numer. 4. fol. 336. ſed vide ibidem. ¶ In cauſa evictionis, ſi pro parte non defendatur, pœna in ſolidum committitur. l. 139. ff. de verborum oblig. ¶ Clauſula, & promiſit reficere omnia damna, & expenſas litis, & extra, quid operetur. Bartol. in leg. 102. de verb. oblig. & clauſula, quæ ſolet apponi in inſtrumento venditionis, & promiſit expenſas, ſive lis moveatur de proprietate, ſive de poſſeſſione, quem effectum producat, Bart. ibid. ¶ Intereſſe ſumptum, & expenſarum factarum in re evicta, non debet excedere duplum rei

rei contra venditorem ignorantem: nec poteſt ab eo repeti, ſi poteſt ab evincente recuperari. *l. 44. l. 45. & 46. ff. de act. empt.* ¶ Evictione per venditorem promiſſa, ut de illa agatur, an ſufficiat latam eſſe ſententiam, quæ tranſierat in judicatum, vel requiratur realia rei ablatio. *Excell. P. Theſſ. deciſ. 202.* ¶ Venditor, an teneatur ad ſumptus ſactos in lite per emptorem, etiam non ſequuta evictione, & nulla promiſſione de reficiendis ſumptibus intercedente, *vide Natt. conſil. 232.* ¶ Meliorans rem emptam alteri obligatam, ſi ipſa res evincatur, liberatur præſtando primam æſtimationem. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera M. ſingul. melioratio.* ¶ Stipulatio de evictione committitur, etiamſi ſententia non ſequatur, quando eſt notorium, quod res erat aliena, & ſententia poteſt ferri ad petitionem rei, etiam actore non volente, propter ſtipulationem de evictione. *Bartol. in leg. 16. ff. de rei vend.* ¶ Evictione ſequuta, quando ſufficiat emptori ſi a ſuo auctore offeratur eadem res, non deteriorata cum intereſſe, *Vinc. de Franc. deciſ. 145.* ¶ Si promiſit te defendere, & expenſas ſolvere pro re, quam tibi vendidi, ſi agas contra me de evictione, & in medio litis ſuccumbes mihi ſolvendo expenſas, ſi poſtea obtineas expenſaa, quas mihi dediſti, teneor reſtituere. *Bartol. in l. 39. de dam. infect.* ¶ Evicta re, quod pretium attendatur, diſtinguè, aut agitur actione ex ſtipulatu, & tunc attenditur valor temporis contractus, aut agitur actione ex empto, & tunc attenditur tempus evictionis, ſive res ſit melior, vel deterior facta. *Vincent. de Franc. deciſ. 297. part. 2. Bartol. in l. 44. ff. de act. empt.* ¶ Ad liquidationem intereſſe reſpectu evictionis, venditor debet evocari, alias liquidatio facta ipſo non vocato, non nocet. *Joan. Pap. lib. 11. titul. 4. arreſt. 11.* ¶ Procurator falſus aſſerens ſe habere mandatum, an teneatur ad intereſſe, re à domino evicta, *vide Gom. Leo. dec. 76. ibid.* ¶ Si prædium æſtimatum in dotem datum, ſine culpa evincatur, non debetur æſtimatio mulieri. *l. 50. §. fundus. ff. ſoluo. matrim.* ¶ Promiſſio de evictione facta per executorem in venditione, obligat hæredem, & vondens ex officio nunquam obligatur de evictione. *Bartol. in l. alio hærede. num. 25. ff. de alim. & cib. leg.*

Cap. XI. Quæ valeant, vel non.

Evictionis promiſſio, an teneat non ſubſiſtente contractu principali ex capite nullitatis, & quid hoc caſu de fidejuſſore evictionis, *vide Magon. deciſ. 137. Rot. Flor.* ¶ Si reus deferat juramentum actori, perit regreſſum de evictione. *Jaſ. de actio. in §. item ſi quis. num. 23. Franc. Crement. ſingul. 115.* tamen licet emptor fecerit evocare ejus auctorem in cauſa, ſi ſcit veritatem, debet agnoſcere bonam fidem, nec per hoc perdit regreſſum de evictione, ſed in hoc gravatur: quia quando agit contra venditorem, debet probare de jure, & dominio evincentis. *Franc. Marc. quaeſt. 580. num. 8.* ¶ Evictionis promiſſio facta per mulieres in alienatioe rei minoris, in qua non intervenit decretum valet. *Paul. Æmil. deciſ. 310. part. 1.* ſecus in uxore alienante fundum dotalem. *ibid.*

Cap. XII. Emptor: venditor, &c. Quæ facere poſſit, vel non.

Evictione per venditorem, ſeu reſtitutione pretii promiſſa, quotiescunque lis ſuper re vendita moneretur, an ſpectandua ſit litis eventus antequam evictio debeatur, & an interim venditor teneatur defendere litem, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 85.* ¶ Si auctor laudatus non ſuſceperit onus litis, ſententia mandatur exactioni, etiam contra ipſum auctorem, & poſſeſſor condemnabitur in damnis, & expenſis, quas inde repeteret à ſuo auctore. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de dilation. art. 5. fol. 825. Tom. 3.* ¶ Venditor, qui non promiſit venditori ſumptus, an teneatur maximè in caſu, quo res non fuit evicta, tamen expenſæ fuerunt compenſatæ, *vide Bartol. in l. 102. ff. de verb. oblig.* ¶ Si emptor fuerit malæ fidei, non poterit pretium repetere, hoc ideo; quia ſciens rem alienam emit, niſi intervenerit ſtipulatio, ſed bonæ fidei repetit, etiam ſi actum fuiſſet, ne aliquid evictionis nomine præſtaretur, *gloſſ. in cap. 1. de probib. feud. alien. per Feud. in uſib. feud.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Emens à Civitate debet probare pretium verſum in utilitatem ipſius Civitatis, & quid in emptore rerum fiſci, *Bartol. in l. 1. C. de vend. reb. Civit. lib. 11.* ¶ Si emptor ſemel tradiderit rem emptori, non tenetur amplius emptorem defendere in poſſeſſione. *l. pen. §. fin. & l. fin. ff. eod. gloſſ. in l. 198. ff. de reg. jur.* ¶ Creditor, qui evicit rem pro credito, ſi offerat rem dimittere recepto ſuo credito, ille, à quo res fuit evicta, non cogitur invitus rem recipere, & pretium creditori ſolvere. *Petr. de Benint. deciſ. 25.* ¶ Emptori non imputatur, ſi omiſit opponere, aliquas exceptiones, de quibus per *Bart. in l. 20. §. ſi cum me, ff. de negot. geſt. n. 6.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Emens rem prohibitam alienari, quando recuperet pretium, & quando illud perdat, *Bart. in Authen. de non alien. aut permut. rer. Eccleſ.* ¶ Emptor non poteſt recuperare à venditore emendam temeræ, & ſtultæ appellationis. *lib. 11. titul. 4. Papon. arreſt. 12.* ¶ Emptor, quià movente litem indebitè, expenſaa non recuperat cum poſſet, nec à venditore illas recuperabit. *Vincent. de Franc. deciſ. 112. num. 5.* ¶ An domino rei ſuccedente auctori meo, confirmetur jus meum, *vide Bartol. in l. 41. ff. de uſucapio.*

TITULUS CCCCXXIV.

De ſponſalibus, & arrhis ſponſalitiis.

Cap. I. Sponſalia. Qui contrahere poſſint, vel non.

Pubes contrahens cum impubere, etiam per verba de præſenti, impub. ante tempora pubertatis, poteſt cum alia matrimonium contrahere, non obſtante prohibitione ſuperioris. *de DD. Rot. deciſ. 1. de ſponſalibus in novis.* ¶ An puella uni promiſſa, poſſit alteri nubere, *vide per tot. 27. 2.* ¶ Qualiter poſſint dici ſponſalia contracta per metum. *vide Felin. conſ. 14.* ¶ Sponſus poteſt habere in uxore ſororem præmortuæ ſponſæ, *cap. lex divina. quaeſt. 2.* tamen ex ſponſalibua oritur impedimentum publicæ honeſtatia contrahendi matrimonium usque ad quartum gradum incluſive, *vide Hartm. cap. 1. tit. de ſponſalibus.* ¶ Poſt ſeptennium ſponſalia contrahi poſſunt. *cap. 1. 39. quaeſt. 2. Franc. Marc. quaeſt. 70. part. 2. num. 14. quaeſt. 681. & 780.* ¶ De ætate contrahendi ſponſalia, & an quod contrahunt debeant eſſe annorum ſeptem. *Andr. Fach. lib. 3. contr. cap. 26.*

Vel non.

Sponſalia de futuro præciſe non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproſo, lepra poſt ſponſalia ſuperveniente. *cap. fin. ext. de conjug. lepros.* ¶ Matrimonium de præſenti, non contrahitur per hæc verba: volo te in uxorem accipere; ſed ſponſalia de futuro. *Augnſt. Bero. q. 6.* ¶ Qui intendit contrahere matrimonium, nec poſſit, ætate prohibente: nec etiam ſponſalia contrahit. *c. 15. ext. de reſtitut. ſpoliat.*

Cap. II. Quando ab his recedi poſſit, vel non.

Sponſalia licet non poſſint contrahi ex altera parte tantum

tum, tamen ille, qui fidem dedit, tenetur illam ducere, ſi voluerit, & ſi noluerit, non eſt cogendus. *Boer. conſil. 40. num. 22. vide tamen Menoch. conſil. 386. lib. 4.* ¶ Juſtæ cauſæ quæ ſint, ut a ſponſalibus recedi poſſit, *vide per Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 455.* ¶ Quando ſponſalia ſunt jurata, an liceat ab illis recedere, *vide Abb. conſil. 48. libr. 1. & gloſſ. in cap. ſic quippe in verbo quæritur 27. quæſt. 2. Franc. Marc. quæſt. 521. part. & quæſt. 746. part. 2.*

Cap. III. Quando diſſolvi poſſint, vel non.

Alter ex ſponſis, altero invito, poteſt religionem ingredi, & ſolvuntur ſponſalia, nec per hoc aliquam arrharum pœnam patitur. *l. Deo nobis. Cod. de Epiſc. & Cler.* ¶ Affinitas ſuperveniens etiam per illicitum coitum, diſſolvit ſponſalia de futuro; non matrimonium. *cap. 2. ext. de eo, qui cogn. conſang.* nam affinitas cauſata ex copula, rumpit ſponſalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium. *c. 8. ext. eod. tit.*

Vel non.

Sponſo, & ſponſæ aſſerentibus ſponſalitia invicem contraxiſſe creditur, ſtatur etiam confeſſioni conjugum allegantium ſubeſſe impedimentum in ſponſalibus. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 103.* tamen teſtimonio unius conjugum non creditur. ſi is quærit ſponſalia diſſolvere. *ibid. num. 3.* ¶ Sponſalia de futuro cum una (etiam contra Eccleſiæ interdictum) contracta, non habent dirimere matrimonium, poſtea contractum cum alia. *c. 2. ext. de matrim. contract. cont. interd.*

Cap. IV. Jocalia, veſtes, quando reſtituenda.

Jocale, & annuli donati ſponſæ ante contractum matrimonium, efficiuntur ſponſæ, & non poſſunt repeti ab hæredibus viri: ſecus ſi ſint donati uxori; ratio, quia donatio facta à ſponſo ſponſæ, valet. *Natt. conſ. 317.* ¶ Item annuli pretioſi valoris, quibus ſubarratur uxor, efficiuntur ejus, nec repeti poſſunt ab ipſis hæredibus. *Natt. ibid. num. fin.*

Cap. V. Quando valeant, vel non ſponſalia.

Sponſalia contracta per parentes pro liberis, an per temporis tractum, vel per transductionem ad domum, rata fiant, *vide Marc. quæſt. 722. part. 2.* ¶ Sponſalitia ſi ſunt contracta per quos ſucceſſive, utrum poſt alterum cum puella minori, prævalent noviſſima. *Dec. conſ. 368. vide & conſ. 603.* ¶ Stipulatio pœnalis inter ſponſos, & eorum parentes ſuper ſponſalibus interpoſita, eſt ipſo jure nulla. *l. 134. ff. de verb. oblig.*

Cap. VI. De arrhis in genere.

Licet valeat datio arrharum pro ſponſalibus, tamen promiſſio non valet. *Bart. conſil. 45.* ¶ De venditione facta datis arrhis, quid juris, ſi alter ex contrahentibus promiſſa non exæquat, *Andr. Fach. libr. 2. cont. cap. 28.*

Cap. VII. Sponſus, ſponſa: Quando transduci, tradenda ſit.

Sponſam impuberem ad domum ſponſi transducere, an licitum ſit, & an ſponſus pœna raptus puniri poſſit, *vide Marc. quæſt. 70. part. 2.* ¶ Puella ſponſa ſtatim ſponſo tradenda non eſt, *ibid. num. fin.* & ſponſus, qui per violentiam ſponſam cognovit, qua pœna puniendus, *vide ibid. num. 16.*

Cap. VIII. Quæ facere poſſit, vel non.

Sponſus, cui dos non ſolvitur, an juſte uxorem ducere, recuſare poſſit, *vide Marc. quæſt. 722. part. 2.* ¶ Sponſus non poteſt eſſe curator ſponſæ, & pupilla apud ſponſum, an ali debeat, *vide Bart. in ſuis quæſtionib. quæſt. 16.* ¶ Sponſus propter transductionem, & detentionem puellæ, ſine majoris partis parentum conſenſu, in quam pœnam incidat, *vide Marc. quæſt. 71. & quæſt. 73.* ſed quando liceat ipſam puellam transducere, *vide quæſt. 720. part. 2.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Statutum de uxore loquens non habet locum in ſponſa, etiam de præſenti, *Dec. conſ. 540.* ¶ Puella etiam ſponſa deponi, aut ſequeſtrari debet apud matronam honeſtam, aut monaſterium aliquod, ad inſtantiam conjuncti requirentis, ne indigeat, aut ante ætatem legitimam alicui nubat ad ſuggeſtionem ejus, apud quem moratur, quoties contra eum ſuſpicio aliqua laborat. *Cravet. conſ. 190.* ſed quando puella apud ſponſum educari debeat, *vide ibid. num. 4.*

TITULUS CCCCXXV.

De nuptiis, & matrimonio in genere.

Generalia.

PAter quando cogatur conſentire filio recipienti dotem, vel ipſam promittere, *vide Bart. in l. 23. §. transgreditur. ff. ſolut. matrim.* ¶ De nubentibus poſt votum, vide per totam diſtinctionem. *26. & 27. quæſt. 1.* ¶ Potens ad coeundum quis dicatur, & quis cenſeatur ad generandum impotens, & quomodo cognoſcatur, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 55. & Lud. Rom. ſingul. 620.* ¶ Multa ſpectantia ad matrimonium, *vide in Concil. Trident. ſeſſio 24. de Sacramento matrimonii.* ¶ De cognatione ſpirituali inter maritum, & uxorem ſuſcipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quaſcunque alias perſonas, tam ex parte ſuſcipientis, quam baptizantis, & baptizati. *vide Concil. Trident. fol. 385.* ¶ De compaternitate, & affinitate ex fornicatione, ac de matrimonio poſtea contracto, & contrahendo, *vide Concil. Trident. fol. 385.* ¶ Matrimonium unde dicatur, cujus contrahendi cauſæ multiplices ſunt, & multa impedimenta, *de quibus vide per gloſſ. in cap. 1. 27. quæſt. 1.* ¶ De matrimonio, & quando dicatur contractum, & inter quas perſonas poſſit contrahi, *vide per tot. cauſam. 27. quæſt. 2.* ¶ De forma, & ſolemnitatibus matrimonii, *vide per tot. cauſam. 30. quæſt. 5.* ¶ De matrimonio contracto ſub conditione, *vide titul. ex de conditio. appoſ.* ¶ Quomodo ſint computandi gradus conſanguinitatis, & affinitatis, & de nominibus ipſorum graduum, *vide c. ad ſedem, & ſeqq. 35. quæſt. 5.* ¶ De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ, vel Judicis, *vide tit. ext. de matrimonio contracto.*

Cap. I. Nuptiæ: matrimonium, quod dicatur.

Matrimonium cur potius à matre, quam à patre dicatur, *vide Marc. quæſt. 727. part. 2.* ¶ Matrimonium dicitur tribus modis, nempe, verum, putativum, & præſumptivum, ſed qualiter probetur, vel præſumatur, *vide per Menoch. conſ. 199. lib. 2.*

Cap. II. Quale ſit.

Quæ privilegia habeat matrimonium, quæ bona naſcantur ex eo; quæ laudes ex illo reſultent, & quæ qualitates ſint conſiderandæ in contrahendo matrimonio, *vide per Caſſad. in conſuet. Burg. tit. des droicts, & appar à gens maries, Rub. 4. in prin.* ¶ Matrimonium debet eſſe ab obſervatione pœnæ liberum: tamen ſi pater filiam ſuam inſtituat hæredem ſi nupſerit alteri, & non prius ſit hæres, niſi illi nupſerit, vel ille recuſet, valet diſpoſitio, & dicitur legitime facta. *gloſſ. in l. fin. Cod. de ſponſa.* ¶ In Sacramento matrimonii acceptio perſonarum non eſt, ſed liberum eſſe debet matrimonium. *DD. de Rot. de deſponſat. impub.* ¶ Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractus matrimonii attenditur, ut proles dicatur legitima. *Jac. Put. deciſ. 77. lib. 2.* ¶ Conventiones in contractu matrimonii factæ ſunt Favorabiles, & ſpecialem præ cæteris habent firmitatem. *Gaſp. Cabal. milleloq. 470.* ¶ Matrimonialis cauſa multa habet ſpecialia. *gloſſ. in c. 1. ext. ut lite non conteſtat.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Quod dicitur uxorem eſſe in poteſtate viri, & ei teneri operari, intelligitur quoad operas obſequiales, ut parare menſam, lectum, & ſimilia: ſecus quoad operas fabriles & artificiales, qui tunc ſi aliquid lucratur, & poterunt hæredes ipſius agere contra maritum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 28. vide Natt. conſil. 154. num. 4. libr. 4.* ¶ Matrimonium debere eſſe liberum, quomodo intelligatur, *vide Afflict. deciſ. 350. num. 10.* ¶ Diſpenſatio præſumitur inter conjuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, ſi per decem annos, & ultra in matrimonio vixerunt, & mortui ſunt: *Paul. Æmil. dec. 269. p. 1.* ¶ Cum de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die, quo nuptiæ celebrantur. *Bart. ſing. 170.* ¶ In cauſa matrimonii, ubi agitur de fœdere matrimonii, ordo judiciarius eſt ſervandus, alias non tenet ſententia. *cap. 13. extra qui filii ſint legitimi.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

In matrimonio tria ſunt neceſſaria, nempe conſenſus, pubertas, & habilitas ad coeundum. *cap. 3. qui mat. acc. poſ.* ¶ Diſpenſatio ſuper matrimonio cum impetratur, quæ qualitates ſint narrandæ, ne ſurreptitia ſit diſpenſatio, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 202. num. 12.* ¶ Conſenſus tacitus non ſufficit in contractu matrimonii, ſed requiritur expreſſus. *Menoch. conſil. 159. lib. 2.* ¶ Veritas eſt exprimenda in diſpenſationibus matrimonialibus ſub pœna falſi, *vide Conc. Trident. fol. 387.* & de diſpenſationibus. *ibid. fol. 387.*

Quomodo probentur, vel non.

Ad probandum matrimonium metu fuiſſe contractum, ſufficit unus teſtis, & creditur magis illi ſoli, quam pluribus deponentibus de voluntate. *Gaid. Pap. ſing. 969.* ¶ Cohabitatione diutuna fama de matrimonio, & contractibus matrimonialibus, ac aliis adminiculis, probatur matrimonium. *cap. 11. ext. de præſumpt.* ¶ De probatione legitimæ filiationis vel illegitimæ, *vide per Marc. quæſt. 457. part. 2. & ſupra tit. de probation. lib. 1.* ¶ Qui admittantur, ad teſtificandum ſuper computatione graduum conſanguinitatis, vel affinitatis, *vide 33. quæſt. 6.* ¶ Matrimonium quomodo probetur, *vide Paul. Æmil. deciſ. 203. & ſeqq. part. 2. Hier. Mago. deciſ. 86. Luc. Gom. Leo. d. c. 1. in deciſ. diverſ. Tom. 2. Boer. conſ. 10. Menoch. conſ. 159. & conſ. 34. lib. 4. Marc. quæſt. 701 p. 2.* ¶ Quando agitur de probando matrimonio ſecundo, contra primum, liquida probatio requiritur. *idem Gom. d. deciſ. 1.* ¶ Dotis inſtrumenta non probant matrimonium, tamen *vide Paul. Æmil. deciſ. 247. part. 3. & Rom. ſing. 451.*

Cap. V. Quæ præſumantur, vel non.

Mulier etiam meretrix habens maritum, ſi pariat partus natus ex ea, præſumitur ex matrimonio natus, *l. 11. §. defuncto marito. ff. ad l. Jul. de adult. vide Bal. ſing. 36.* ¶ Cum ingenia honeſtè nata, in dubio præſumitur matrimonium, niſi contrarium probetur. *l. 3. ff. de concubinis.* ¶ Præſumitur filius natus ex femine mariti, niſi ex pluribus conjecturis aliud appareat. *Joan. Mohed. deciſ. 115. vide ibid. 181. Franc. Marc. quæſt. 513. part. 1. & q. 457 p. 2.* ¶ Licet vir, & fœmina diutiſſime ſimul habitaverint, & coierint tamen matrimonium non præſumitur. *Gom. Leo. deciſ. 46. in deciſ. diverſ.* vide etiam infra de probatione matrimonii, *hoc eod. titul.* ¶ Lite pendente ſuper impedimento matrimonii, non debet ſuſpendi exercitiom matrimoniale, item lata ſententia, pendente appellatione. *Vincent. de Franc. deciſ. 110.*

Cap. VI. Qui diſpenſare poſſit.

Papa ex cauſa poteſt diſpenſare, ut filius fratris accipiat in uxorem filiam relictam à patruo. *Boer. conſil. 20. num. 18.* ¶ Pontifex poteſt ex magna cauſa diſpenſare, ut frater alterius fratris defuncti uxorem, ſibi in matrimonio conjungat. *Nat. conſil. 33. Tom. 1.* ¶ Item ex cauſa poteſt diſpenſare in ſecundo gradu conſanguinitatis, & hanc diſpenſationem in delegare Epiſcopo, ſed delegatus Epiſcopus, non poteſt eam ſubdelegare, alias diſpenſatio facta à ſubdelegato redderetur nulla, & filii nati ex tali matrimonio non eſſent legitimi, minus poſſent ſuccedere cum fratribus natis ex alio matrimonio. *Menoch. conſil. 17. vol. 1.* ¶ Papa, quando ſuper matrimonio diſpenſare poſſit inter cognatos, vel affines. *Franc. Marc. quæſt. 674. part. 2. cap. 13. & ibid. gloſſ. ext. de reſtitut. ſpoliat.* ¶ Papa ſolus in gradibus tranſverſalibus diſpenſat. *Marc. q. 761. part. 2.*

Cap. VII. Qui nubere, ducere in uxorem poſſit, vel non.

Affines in quinta generatione copulari poſſunt, ſed in quarta ſi fuerint inventi, non ſeparantur. *cap. de propinquis. 35. quæſt. 2.* ¶ Quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melior s conjugii facultatem. *cap. de inceſtis in fine ibid.* ¶ Prohibita nubere ſine conſenſu aliquorum, ſub aliqua pœna, illis requiſitis, & non conſentientibus, aut recuſantibus, ſine legitima cauſa, poterit liberè nubere. *Abb. in c. nullus. ext. de præſumpt. & doct. in l. 23. §. eo autem ff. ſolut. matrim.* ¶ Filia poteſt nubere ſine conſenſu patris, & ipſo contradicente, & propterea non amittit legitimam, imo pater adhuc tenetur eam dotare, *Abb. conſ. 12. lib. 1.* tamen non eſt virginalis pudoris eligere ſibi maritum, ideo in nubendo judicium debet ſpectare filia parentum, *c. honorantur. 32. quæſt. 2.* licet viduæ, vel virgines propria voluntate ſibi maritos poſſint eligere. *cap. hoc ſanctum. 32. quæſt. 2.* ¶ Diſſolutis ſponſalibus de futuro, licitum eſt alteri nubere. *l. 1. C. de ſponſa.*

Vel non.

Matrimonium contractum inter duos hab'tantes pro majori parte anni in urbe, coram Parocho rurali, nullis præcedentibus publicationibus ſive denunciationibus ex forma Concilii requiſitis, nec ulla habita licentia, non tenet nec valet, ideo tale matrimonium fuit per DD. de Rota nullum pronunciatum per multa reſponſa impreſſa inter conſilia. *Menoch. poſt d. conſil. 397. lib. 4.* ¶ Juramento patris, non cogitur puella nubere, cui nunquam aſſenſum præbuit. *c. ſi verum. 31. q. 2.* ¶ Uxores duas habere non licet, & de pœna hujus Poligamiæ, *D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. lib. 1. quæſt. 14.*

Ducere in uxorem, vel non.

Raptor de jure canonico noviſſimo omnibus conſentientibus, & nullo alio exiſtente impedimento, poteſt accipere in uxorem raptam pœnitentia peracta, *cap. 1. & fin. ext. de rapt. Bart. in ſuo tract. de differ. int. jus cano. & civil. num. 97. vide 36. quæſt. 2.* ¶ Licet raptor de jure canonico poſſit ducere in uxorem raptam, tamen non ob id evitat confiſcationem bonorum, ratione raptus, *Franc. Marc. quæſt. 2.* ¶ Non poteſt quis juſte ducere (de jure civili) in uxorem eam, quam polluit per adulterium, & à tali uxore aufertur, tanquam ab indigna, quod ei à viro relinquitur, & econtra. *l. 13. ff. de his quib. indig. leg. auſe.* ſecus de jure canonico, *vide c. denique & ſeqq. 31. q. 1.* ¶ Mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamem, corpuſque ſuum turpiter proſtituentem, ducere in uxorem, inter opera charitatis reputatur. *Ozaſ. deciſ. 154. num. 7.* ¶ Quid, ſi pubes contrahat matrimonium cum impubere, *vide DD. de Rom. in tit. de ſponſat. impub.* ¶ Qui uxorem ducere volunt, hoc ante ordinem Subdiaconatus faciant, & in minoribus ordinibus conſtituti uxorem ducere poſſunt, niſi voto, & religioſo habitu prohibeantur. *c. ſi quis eorum, & c. ſeriatim, diſt. 32.* ¶ Pater cogi poteſt filias maritare; idem in

matre

matre hæretica, *vide Barth. de Capua. ſingul. 71.* ¶ Frater etiam non tenetur maritare ſororem. *ibid. in additionibus.* ¶ Clericus non profeſſus, nec in ſacris exiſtens, poteſt uxorem ducere. *cap. 6. extra de vit. & honeſt. Cler.* ¶ Nullus ducat in uxorem à conſanguineo cognitam, vel aliqua poſtulatione maculata. *cap. nec eam. 35. quæſt. 2. & 3.* ¶ Parentes nunquid poſſint maritare eorum liberos, & inducere filias ad conſentiendum, & qualiter circa matrimonium liberorum teſtamento poſſint ordinare, *vide per Abb. conſ. 65. lib. 2.*

Vel non.

Corrumpens virginem, jure civili non tenetur eam in uxorem accipere, jure canonico ſic. *Bart. in ſuo tractat. de different. int. jus canon. & civil. numer. 124.* ¶ Uſque ad ſeptimam generationem nullus de ſua cognatione ducat uxorem. *cap. de affinitate. 35. quæſt. 2. & 3. & cap. nullum ibidem.* ¶ Non ducant uxores qui uſque ad mortem alterius, in inceſtu perſeveraverint. *c. inceſtuoſi. 35. quæſt. 8.*

Qui teneantur dotare.

Pater qnando teneatur dotare iterum filiam quæ perdidit dotem, *vide l. 23. § ſi poteſt ſolutum, & ibid. Bart. ff. ſolut. matrim. & infra tit. de jure dot.*

Cap. VIII. An, & quæ fieri poſſint.

Judicis arbitrio, nempe Epiſcopi, relinquitur numemerus denunciationum, quæ fieri debent pro contractu matrimonii. *de arbitr. libr. 2. caſ. 453. Menoch. num. 6.* ¶ Matrimonii bona tria ſunt, videlicet fides, proles, & Sacramentum, & an coitus conjugum fiat ſine peccato, & quibus temporibus, quis debeant abſtinere, *vide Marc. quæſt. 725.* ¶ Inſtrumentum dotale debet celebrari ſecundum conſuetudinem loci mulieris, in quo ſit contractus, ſed in dotis repetitione attenditur conſuetudo loci viri, licet alibi ſit celebratus contractus. *Afflict. deciſ. 226. n. 7. & 9.* ¶ Matrimonium, traductio, & nuptiarum ſolemnitates, quibus diebus poſſint fieri, *Borg. Caval. deciſ. 12.*

Cap. IX. Qui contrahere poſſint, vel non.

Licet matrimonium omni, & quotunque tempore ſimpliciter, & de plano contrahi poſſit: tamen nuptialia convivia, ſeu nuptiales ſolemnitates, & ſolemnes traductiones, & carnis commixtio, ſecundum canones certis temporibus, celebrari prohibentur, de quibus temporibus, & pœnis contrafacientium, *vide Natt. conſil. 250. num. 6. Hartman. cap. 4. titul. de matrim. lib. 1. & cap. 4. ext. de feriis.* ¶ Etiam inter infideles matrimonium, & conjugium exiſtit. *ibid. Hartman. cap. 7.* ¶ Spado ex accidenti, an matrimonium contrahere poſſit, *vide Lud. Rom. ſing. 640.* ¶ Ille, qui dedit ſe, & bona ſua monaſterio, non mutando habitum, poteſt contrahere matrimonium. *Capel. Thol. quæſt. 334.* ¶ Matrimonium poteſt contrahi per procuratorem, & fundatur in perſona domini. *gl. in l. 4 ff. de ſponſal.* ¶ Matrimonium poteſt contrahi per conſtitutum in ultimis diebus vitæ ſuæ, cauſa legitimandæ prolis. *arg. §. ſi quis, l. 28. ff. de liber. & poſth. hæred. inſtit. & ibid. in additio. vide Petr. de Raven. ſing. 309.* ¶ Liberi dementis, vel furioſi, licet ſint in aliena poteſtate, contrahere tamen nuptias, dotem, & donationem conſtituere de bonis parentum, poſſunt. *l. 21. C. de Epiſc. audi.* ¶ Clericus beneficiatus abſque diſpenſatione, poteſt matrimonium contrahere; licet ipſo jure vacet beneficium. *Thom. Minad. deciſ. 34.* ¶ Ignorantiam probabilem non poteſt allegare matrimonium contrahens cum profeſſa, in incluſorio inter moniales habitante, quæ ita (dum in habitu eſt) judicari debet. *Put. deciſ. 244. libr. 3. vide ibid. deciſ. 257. & 262.*

Vel non.

Inceſtuoſus matrimonium contrahere non debet, ſed ſi contrahat tenet, tamen tunc tenetur, ſed non poteſt debitum exigere. *cap. 4. & 8. ext. de eo qui cogn. conſang.* ¶ Matrimonium non poteſt contrahi ſine adhibitis ſolemnitatibus Sacri Concilii Tridentini. *Joſeph. Ludov. deciſ. 19. num. 3. Luc.* ¶ Fideles Infidelibus non ſunt conjugio copulandi. *c. cave. 28. q. 1.* ¶ Chriſtiani cum Judæis non poſſunt matrimonium contrahere, ſub pœna capitalis. *l. 2. C. de Judæis.* ¶ R. D. Vicarius jure non debet concedere licentiam filiofam. contrahendi matrimonium non præcedentibus denunciationibus, ob id, ne pater ipſius filii hoc ſciens, valeat impedire matrimonium contrahendum. *Menoch. conſil. 69. volum. 3.* ¶ Filii de jure civili, non poſſunt contrahere matrimonium, ſine conſenſu patris, ſecus de jure canonico. *Boer. deciſ. 197. num. 6.* cui ſtandum eſt. *Ozaſ. deciſ. 154. num. 9.* ¶ Indignus matrimonio dicitur ille, cui ſine dedecore mulier nubere non poteſt. *Bartol. in l. 62 ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Quouſque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, ſibi invicem non copulantur, *c. in copulatione. 35. quæſt. 2.* ¶ Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine conjugii. *c. de inceſtis. 35. quæſt. 2. & 3.* ¶ Impotens ad coeundum, non poteſt contrahere matrimonium, & ſi contrahat, eſt nullum: ſed quid ſi talis impotens reperiatur habere duas uxores viventes, qualiter debeat puniri, *vide Gome. Leo. deciſ. 39. in deciſ. diverſ. fol. 28.* ¶ Licet quis metu pœnæ, non poſſit cogi ad matrimonium contrahendum, poteſt tamen invitari ſpe lucri. *§. in certis, inſtit. de lega.* nam licet matrimonium debeat eſſe liberum, ratione pœnæ, quæ contradicens matrimonio non debetur, non eſt tamen liberum ab amiſſione lucri. *Capel. Thol. q. 292.* nec nocet juramentum. *ibid.*

Cap X. Quando prohibeatur, impediatur.

De matrimonii impedimento, & quando Judex credere debeat aſſertioni viri gravis de eo (veluti affinitatis) affirmantis, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 243.* ¶ Matrimonium quibus temporibus prohibeatur, & ſi tunc contrahatur contra interdictum Eccleſiæ, an teneat, *vide Marc. quæſt. 710. part. 2.* ¶ Quando durante matrimonio alter conjugum machinatur in mortem alterius, vel polluit per adulterium aliquam mulierem, vel dedit ei fidem, aut de facto contraxit, poſt mortem conjugis, impeditur matrimonium, *vide Marc. quæſt. 737.* ¶ In diebus quadrageſimæ, & ſeptuageſimæ, & multis aliis, non licet nuptias celebrare, *vide cap. non oportet, & ſeqq. 33. quæſt. 4.* ¶ Quare conſtitutum ſit, ne conſanguineas ducamus uxores, & quare olim permittebatur. *vide c. cum igitur. 35. quæſt. 1.* ¶ Dictum unius impedit matrimonium contrahendum, non autem dirimit contractum. *c. 22. ext. de teſtib. & atteſta.* ¶ Is, qui juravit cum muliere contrahere matrimonium, propter ſupervenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere poteſt; propter præcedentem non. *c. 25. extra de jurejurando.* Multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ non dirimunt jam contractum. *d. c. 25.* ¶ Si mulier juraverit aliquem eſſe ſuum maritum, & ſuccubuerit, quia non probaverit, non datur, neque denegatur ei licentia cum alio contrahendi. *cap. 34. ext. de jurejur.* ¶ Quæ crimina impediant matrimonium, *vide gloſſ. 4. ext. de pœnitentiis.* ¶ Factum dicitur contra bonos mores quicquid ſit, ut libera facultas contrahendi matrimonium, impediatur. *Bart. quæſt. 16.* ¶ Matrimonium contrahendum impeditur ad dictum unius gravis perſonæ. *Caſſad. deciſ. 19. Rom. 622.* idem in infamia. *Rom. ibid.* ¶ Uxorum, & maritorum pluralitatem improbari, lege Antiqua, Evangelica, Naturali, Civili, & Pontificia, ſcribit Menoch. & de pœnis

eorum, qui duas uno tempore uxores ducunt. *de arbit. lib. 2. caſ. 420. & Rom. ſing. 537. Marc. quaſt. 743.* ¶ Clandeſtinum matrimonium cur prohibeatur, & de denunciationibus obſervandis pro contrahendo matrimonio, & alia nonnulla de materia explanantur, *per Menoch. ibid. caſ. 453.* ¶ Materia permiſſa, & prohibita matrimonii primi, & ſecundi generis attinentiæ, & affinitatis, plene tractatur *per Borg. Caval. deciſ. de contract. part. 2.* ¶ Copulæ conjugalis inhibitio hodie eſt reſtricta usque ad quartum gradum incluſive, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, ut extendatur usque ad quartum gradum, *vide tamen Corſ. ſing. matrim. 2.* ¶ Quando matrimonium impediatur per ſpiritualem baptiſmi cognationem, *vide quaſt. 3.* & quando per legalem, & carnalem, vel affinitatem, *vide ext. de cogna. ſpir. cum alio tit. ſeq.*

Vel non.

Extraordinaria pollutio in naturalibus, non impedit matrimonium. *c. extraord. 35. q. 2. & 3.* & de prohibitia contrahere matrimonium, *vide ibid.*

Cap. XI. Qui præferantur.

Matrimonium ſecundum, prævalet primo contracto cum impubere. *Capel. Thol. q. 160.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

Filii nati in figura matrimonii, ex quo mulier habebat alium virum, ſecundo ignorante, dicuntur legitimi, & naturales, & etiam ſcienti ſuccedunt, ſed quid omnibus parentibus ſcientibus, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 130.* imo filii nati lite pendente ſuper legitimatione matrimonii, dicuntur legitimi, & naturales. Idem in natis poſt ſententiam pendente appellatione. *ibid. numer. 3. & 6.* ¶ Filiua in matrimonio natus legitimus, non autem ſpurius eſſe cenſetur. reg. traditur cum ampliationibus & limitationibus, *per Andr. Gail. obſerv. 97. lib. 2.* ¶ Bona fides mulieris operatur, ut natus ex ea, & conceptus ex ſemine viri, (quem mulier errore credebat maritum ſuum) reputetur legitimus, ita fuit deciſum per *Senat. Thol. abſerv. 11. in deciſ. diverſ. 251.* ¶ Filii nati ex matrimonio putativo reputantur legitimi, & faciunt deficere fideicommiſſum, ſed quod dicatur matrimonium putativum. *vide deciſ. 70. Rot. Avenio. in deciſ. diverſa.* nam juris effectum, & ſuccedendi facultatem conſequitur filius, etiam ex putativo matrimonio editus, (ut quando eſt contractum matrimonium inter affines ignorantea,) & fideicommiſſariam ſubſtitutionem excludit, ac ſi ex vero, & legitimo matrimonio natus eſſet. *Dec. conſil. 153.* ſecus, quando uterque conjugum ſciebat matrimonii impedimentum. *Idem Dec. conſil. 154.* ¶ Mulier cum turpi, & indigno marito matrimonium contrahens, paternæ dotis auxilio, privari meretur. *Ozaſ. d. deciſ. Pedem. 154. num. 3.* alias pater tenetur dotare filiam ſuam etiam jam nuptam. *gloſſ. in leg. 51. ff. de act. & oblig. Andr. Gail. obſervat. 95. lib. 2.* ¶ In cauſa matrimonii pater admittitur pro filio, ad teſtificandum. *cap. 3. ext. qui matri. accu. poſ.* ¶ Infamia notantur, qui conſanguineas ducunt uxores. *cap. conjunctiones. ibid.* Minor 25. ann. major 12. vel 14. in cauſa matrimoniali cenſetur major: ideo per ſe, & per procuratorem cauſam tractare poteſt. *cap. 15. ext. de reſt. ſpol.* ¶ Nuptiæ probant filium: ideo pater non poteſt ipſum negare, ſi ſit habilis ad generandum, & habitaverit cum uxore; aliaa ſecus. *leg. 6 ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. jur. vide Marc. quaſt. 457.* ¶ Quando judex laicus cognovit ſuper quæſtione facti matrimonii, & pronunciavit nullum fuiſſe contractum matrimonium, ſententia hæc parit præjudicium in cauſa legitimationia, quæ coram judice Eccleſiaſtico tractatur. *Menoch. dict. conſil. 376. numer. 47.* ¶ Matrimonium vetitum, per errorem contractum, an excuſet ignorantes, & an filii ex eo nati ſint legit. *vide leg. 4. & gloſſ. C. de inceſt. nupt.* ¶ De bonis eorum, qui prohibitas nuptias contraxerunt, *vide in l. 6 cum Auth. ſeq. C. de inceſt. nupt.* ¶ Confiſcatio bonorum, quando ſit ob inceſtas nuptias & an tunc bona applicentur fiſco, vel proximioribus, *vide Boer. deciſ. 264. num. 13.* ¶ Contrahentes nuptias inceſtuoſas qualiter puniantur, *Pap. lib. 23. tit. 4.* ¶ Matrimonio non ſequuto, dos promiſſa, vel ſoluta repetitur. *l. 6. 7. 8. de condict. cauſ dat.* ¶ Doa, & cætera omnia amittuntur, & fiſco applicantur, ubi prohibitum matrimonium ſcienter contrahitur. *Vincent. de Franc. deciſ. 52. num. 10.* ¶ Mulier popularis nupta in domo nobilis, dicitur nobilis, etiam ea effecta vidua; ſed ſi popularis acceperit in uxorem nobilem, non efficitur nobilis, *Bartol. in l. 1. C. de verb. & rer. ſign.* ¶ Qui illicitè ſunt conjuncti, excommunicandi ſunt, ut ab invicem diſcedant. *cap. 6. ext. de offic. jud. ord.* ¶ Filii nati ex muliere extra domum, non legitimantur per ſubſequens matrimonium, de jure civili; ſecus de jure canonico. *Dec. conſil. 155. vide in ſum tit. de leg. lib. per ſubſeq. matrim.* ¶ Furioſus licet uxorem ducere non poſſit, matrimonium tamen retinere poteſt. *l. 8. ff. de ſtat. hom.* ¶ Stante publica voce, & fama impedimenti, publicitas matrimonii, non excuſat contrahentes à mala fide. *Put. deciſ. 95. lib. 2. vide deciſ. 118. ibid.*

Cap. XIII. Quibus modis valeat matrimonium, vel non.

An matrimonium contractum contra interdictum Eccleſiæ, vel Papæ aut judicis teneat, *Marc. quaſt. 711.* ¶ Matrimonium contractum ſub conditione reſolutiva, non valet *Pet. Gemr. ſingul. 21. & Hippol ſingul. 286.* quod ſingulare, vide pro cautela incauti juvenis. ¶ An matrimonium ſecundum valeat, cum primus maritus fuerit abſens per decem annos. *Rol à Val. conſil. 93. Tom. 3.* ¶ Diſpenſatio matrimonii. in qua ſit ſolum mentio de de affinitate, & non de publica honeſtate, quando valeat, *Boer. deciſ. 264 num. 28.* ¶ Matrimooium contractum cum meretrice, & paupere (licet credatur virgo, & dives) tenet. *Gom. deciſ. 47. in deciſ diverſa. fol. 32.* ¶ Denunciationes omitti poſſunt, auctore ordinario, ſi per malitiam impediri poſſet matrimonium ipſis propoſitis, & ſine illis hoc caſu, matrimonium contractum tenet, *vide ibi quoddam conſ. poſt d. conſ 397. Men. lib. 4.* ¶ Inter ſervum & libertam, patronum, & ſervam conſiſtit matrimonium. *29. quaſt. 2.* ¶ Matrimonium contractum cum una, non obſtantibus ſponſalibus contractis cum alia, ac muneribus, oſculis, & amplexibus cum ſponſa habitis, valet. *Ant. Corſet. in ſuis ſingul. litera M. ſing. matrimonium. 1.*

Vel non.

Matrimonium à principio illicitum, non validatur, (quoad legitimationem filiorum jam natorum) per jus ſuperveniens. *leg. 11. ff. de ſtatu hom.* ¶ Matrimonium contractum per metum, ſicut eſt ipſo jure nullum, ita etiam, & juramentum ſuper eo præſtitum. *Gram. deciſ. 103. num. 71.* de matrimonio metu contracto, *vide per Andr. Gail. obſerv. 13. lib. 2.* ¶ Matrimonium clandeſtinum contractum ſine conſenſu parentum, nullum reputatur. *Joan. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 3.* & hoc ſecundum jus civile. ¶ Matrimonium clandeſtinum hodie eſt nullum, & non habet etiam vim ſpoliatorum. *Menoch. conſil. 368. lib. 4.* ¶ Matrimonium contractum per Clericum exiſtentem in ſacris, non tenet, ſecus ſi in minoribus: ſed tunc cogitur dimittere beneficium, & quod dedit Eccleſiæ ſibi reſtituitur. *cap. 1. 3. & 5. ext. de Cler. conj.* ¶ Stipulatio pœnalis non valet in matrimonio, quia matrimonium debet eſſe liberum à metu pœnarum. *l. 2. C. de inutil. ſtipul. & 134. ff de verb. oblig. vide Bartol. in leg. 2. Cod. de ſponſ.* ¶ Matrimonium, quod non tenet,

non

nõn impedit aliud matrimonium, quod de jure poteſt valere, & filii de ſecundo nati, erunt legitimi. *c. 13. qui filii ſint legiti.* ¶ Pactum juratum, quo auffertur matrimonii libertas, non valet. *Bart. in l. 37 ff. de fidejuſſ. & mandat. num 6.* ¶ Legatum, ſi factum fuerit mulieri, ſi Titio nupſerit, videtur prohibita, ne alteri nubat, ſed cum illo Titio tantum. *Abb. conſil. 90. lib. 1.* ¶ Matrimonium nec præſcribi, nec contra præſcribi poteſt; & matrimonium nullum, an ex ſupervenienti diſpenſatione confirmetur, & an contrahi poſſit ſub conditione, ſi ſummus Pontifex diſpenſaverit, *Boer. deciſ. 164. num. 18. 26. & 27.*

Cap. XIV. Uxor, Maritus. Quæ facere poſſit, & ad quæ teneatur, vel non.

Quando palam geſta excuſent, præſertim in matrimonii contractu, *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 244.* ¶ Poteſt marit. ſe obligare uxori ad pœnam, ſi tenuerit concubinam. *l. tit. §. mulier. ff. de verbor. obligat.* ¶ Maritus an, & quando in uxorem animadvertere poſſit, *Marc. quæſt. 762. part. 2.*

Cap. XV. Ad quæ teneatur.

Maritus tenetur in certo loco perpetuum domicilium habere cum ſua uxore, prout in capitulis matrimonialibus cautum fuerit *Capic. deciſion. 135.* & uxor habet jus in perſonam viri. *ibid. numer. 5.* & tale pactum ſuper habitatione, valet. *Capel. Thol. quæſtion. 87.* ¶ Quando uxor teneatur ſequi maritum quocunque eat, *Capel. Thol. quæſt 86. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ 469.* ¶ Conjuges naturæ debitum reddere adinvicem tenentur; fallit, quando maritus participavit cum conſanguinea uxoris, quia tunc privatur facultate exigendi debitum ab uxore, ratione inceſtus, ipſe tamen tenetur reddere, *Marc. quæſt. 741.* ¶ Sponſus & ſponſa poſt benedictionem caſte vivere debent prima nocte, pro reverentia ipſius benedictionis, quod dictum eſt de conſilio, & non de præcepto. *Hartm. cap. 4. tit. de ſponſalibus. libr. 1.*

Cap. XVI. Conditio quibus modis intelligatur.

Conditio denotatur per illa verba, quando matrimonio collocabitur, & deficiente conditione perinde eſt ac ſi actus factus non eſſet, ideo ſi quis reſervavit quantitatem dandam filiæ, quando matrimonio collocabitur, ſi filia deceſſerit nullo contracto matrimonio, reſervato evaneſcit. *Cravet. conſil. 15.* ¶ Conditio, ſi Titio nupſerit, in legato appoſita, intelligitur, ſi honeſtè Titio nubere legataria poſſit. *Ozaſ. deciſ. Ped. 134.*

Cap. XVII. Quibus modis adimpleatur, vel non.

Conditio nuptiarum impletur, cum nuptiæ conſenſu contrahuntur, non exſpectata copula. *l. 14. ff. de cond. & demon.* quia nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit. *reg. nup.* ¶ Conditio ſi nupſerit, debet impleri intra terminum poſt pubertatem. *Bart. in l. 2. §. ad filiorum C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10.*

Cap. XVIII. Remittatur: rejiciatur.

Conditio de nubendo arbitrio alterius rejicitur ideo non nocet, ſi ille, qui debet arbitrari, ante moriatur. *l. 28. ff. de condict. & demonſt. vide l. 71. §. reſcriptum. eod. tit.* ¶ Conditio, quæ inducit viduitatem in omne tempus reſpectu omnis perſonæ, & omnis loci, ſpernitur: ſecus ſi tantum inducit viduitatem reſpectu certæ perſonæ, vel certi loci, aut temporis. *l. 61. §. fin. cum ſeqq. ff. de conditio. & demonſtra.* ¶ Conditio, ſi non nupſerit, remittitur, & legatum debetur. *l. 22. ff. de reg. jur.*

Cap. XIX. Miſcellanea.

Poſſeſſori cauſa matrimonialis, coram laico Judice tractari non poteſt, ſed an debeat remitti ad Judicem Eccleſiaſticum, *vide Excell. P. Theſſ. deciſ. 117.* ¶ Judices temporales, an de matrimonio cognoſcere poſſint, & an ſtatuta laicorum prohibentia matrimonia valeant, *Marc. quæſt 306.* ¶ An relicta pecunia pro dote, legatum dicatur conditionale, *Bart. in l. 70. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. & infra tit. de dot. prælegat.* ¶ Affinitas in ſuperſtite non deletur. *cap. fraternitatis. 35. qu. 10.* ideo ſoboles ex ſecundis nuptiis genita, conſanguineis prioris viri copulari non debet. *ibid. d. c. fraternitatis.* ¶ Sententia in cauſa matrimonii, regulariter non tranſit in judicatum, *Andr. Gail. obſerv. 12. lib. 2.* ¶ Parentibus, & affinibus, quando fides adhibeatur ſuper matrimonii impedimento, *Menoch. de Arbitr. lib 2. caſ. 454. Auguſt. Bero. quæſt. 55.* ¶ Qui matrimonium accuſare poſſunt, *vide ext. tit. qui matrim. accuſ.*

TITULUS CCCCXXVI.

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem ejuſq; filios.

De jure tutor non poteſt contrahere matrimonium cum pupilla, tamen de conſuetudine *Boer. deciſ. 317. num. 3. in fine.* ¶ Ruſticum non excuſari, ſi cum tutor eſſet, cum ejus pupilla matrimonium contraxit, ſcribit *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 194. num. 11.* & quare hoc matrimonium ſit prohibitum, *vide ibid. num. 12.* ¶ De jure tamen canonico matrimonium tutor contrahere poteſt cum pupilla. *ibid. n. 13. Hartm. cap. 2. tit. de matrim. lib. 1.* ¶ De prohibitione nuptiarum inter pupillam, & tutores ſeu curatores, filioſque eorum, vel nepotes, *vide in l. 59. & ſeqq. de ritu. nupt.* ¶ Nuptiis ex voluntate patris puellæ cum filio tutoris jure contractis, dos pro modo facultatum, & dignitate recte per tutorem conſtitui poteſt. *l. 70. §. nuptiis. ff. de jure dot.* ¶ Poſt redditionem computi de adminiſtratis, & poſtquam adulta erit major 25. an. ceſſat prohibitio. *l. 28. §. ſi quis eo tempore. ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ Illicitum matrimonium non excuſat quem à pœna ſtupri, ut in tutore, vel curatore, qui pupillam, vel adultam ducit in uxorem ante 26. an. *l. 7. ff. ad leg. Jul. de adult.*

TITULUS CCCCXXVII.

De indicta viduitate, & lege Julia miſcella tollenda.

Si uxori legatum ſit hac conditione, ut ſi nupſerit, reſtituat legatum alicui, ſi nubat cogitur reſtituere. *l. 14. de leg. 2.* ¶ Conditio de non nubendo in virgine remittitur, & legatum debetur, etiam nudis contractibus. *l. 22. ff. de conditio. & demonſtr. Bartol. conſil. 184. vol. 1.* nam conditio, ſi non nupſerit, hodie in primis nuptiis rejicitur, in aliis debet impleri. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 11. tit. 1.* ubi de materia hujus conditionis. ¶ Conditio, quæ inducit viduitatem in omne tempus, reſpectu omnis perſonæ, & omnis loci ſpernitur, ſecus ſi inducat viduitatem reſpectu certæ perſonæ, vel certi loci, aut temporis. *l. 61 § fin. 62 63. §. fin 71. & 73 ff. de cond. & demn.* ¶ Conditio viduitatis habet locum in viro, ſicut in uxore, quando hac conditione perimatur. *Cujac. lib. 25. obſerv. cap. 6.* ¶ Legatum factum per virum uxori, ſi non nupſerit, & ſi nupſerit legatæ ſint ei dotes ſi nubat poſt receptionem, reſtituitur cum fructibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 134. part. 2.* ¶ Conditio, ſi non nupſerit, remittitur in extranea, propter quam conditionem veriſimiliter ceſſaret mulier nubere. *Bartol. ſingul. 91.* ¶ Maritus, ſi aliquid uxori relinquat, donec illa caſtè, honeſteque

vixerit, & vitam vidualem ſervaverit, ipſa uxore ingrediente monaſterium, legatum debetur. *Franc. Cremen. ſingularib. 143.*

TITULUS CCCCXXVIII.

De gradibus cognationis, & affinitatis.

AFfinitas contrahitur per fornicationem, non tamen per coitum ſodomiticum, nec etiam ſi clauſtrum pudoris intraverit, & non emiſerit ſemen. *Capel. Thol. quaſt. 96.* ¶ Per ſponſalia contrahitur affinitas, & ex illis oritur impedimentum publicæ honeſtatis. *Hartman. cap. 1. tit. de ſponſalibus. lib. 1.* ¶ Conſanguinitas quomodo probetur, vide eundem. *obſerv. 2. tit. de probationib. lib. 2.* ¶ Conſanguinitas quid, & qui dicantur conſanguinei. *Hartm. cap. 1. tit. de matrim.* ¶ De affinitate, & ejus gradibus, & quod in matrimonio canones ſint ſervandi, vide eundem *Hartm. cap. 2. eod.* & matrimonium contrahere inter quas perſonas ſit prohibitum. *ibid. obſerv. 4.*

TITULUS CCCCXXIX.

De ſecundis nuptiis.

Cap. I. Nuptia: Quales ſint.

DOs primi matrimonii videtur in ſequenti matrimonio repetita. *l. pen. §. uxor. ff. ſolu. matr. Ozaſ. deciſ. 21. Natt. conſ. 571. Petr. de Raven. ſingularib. 137.* quod non procedit in donatione propter nuptias. *Natt. conſil. 571.*

Cap. II. Qui nubere, & ducere uxorem poſſit.

Unus teſtis de morte prioris mariti ſufficit, ut ſecundo mulier poſſit nubere, & Dux belli pariter ſufficit, & tunc concurrente ſaltem fama excuſatur mulier, quæ ſecundo nupſit, licet poſtea reperiatur primum maritum vivere. *Gom. Leo. deciſ. 62. in deciſion. diverſo.* ¶ Mulier licet ex primo matrimonio habeat filios, dotem ſuam recuperat, & alteri nubere poteſt: ſed ſi faciat extraneum hanc dotem ſtipulari, animo donandi cauſa mortis, ea mortua donatio revocatur, uſque ad debitum bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonio inveniatur. *l. 2. C. de donat. cauſ. mort.* ¶ Maritus mortua uxore poteſt ſtatim aliam ducere. *Hartm. cap. 7. tit. de matrim. libr. 2.*

Ducere uxorem poſſit.

Secundum veritatis rationem fornicari convincitur, qui ſecundam duxit uxorem. *cap. hac ratione. 31. qu. 1.* ſed ut videtur periculum fornicationis ſecundum matrimonium conceditur. *cap. quomodo. 31. quaſt. 1.* ideo duæ, neque tres, nec deinceps nuptiæ ſunt condemnandæ. *c. aperuit. 31. quæſt. 1.* ¶ Non poteſt quis illam habere uxorem, cujus maritum occidit machinatione ipſius mulieris, ſecus ſi ſine machinatione. *cap. 1. extra de converſ. infidel.*

Cap. III. Quando nuptia contrahi poſſint, vel non.

Mulier non poteſt contrahere ſecundas nuptias, niſi conſtet de mariti morte, ſed qualis, & quæ probatio ſufficiat, *vide obſerv. 2. Senat. Thol. in deciſ. diverſo.* & debet probari per certum nuntium, ideo ſecundum matrimonium contractum in abſentia primi viri non tenet ipſo reverſo *Roland conſ. 93. vol. 3.* tamen filii nati ex tali ſecundo matrimonio contracto bona fide, ſunt legitimi. *ibid. Roland. num. 8.* ¶ Mulier de jure Canonico nubens intra tempus luctus, non eſt infamis. *c. ex emphemium. 2. quaſt. 3.* tamen tribus cauſis intra tale tempus videtur prohibita contrahere matrimonium, *vide gloſſ. in c. omne 27. quaſt. 2.*

Cap. IV. Qua habere poſſint filii ſecundi matrimonii.

Bona donata contemplatione, & propter bene merita donatarii, tranſeunt etiam in filios ſecundi matrimonii, licet in donatione fuerit appoſita hæc clauſula, pro te, & filiis ex Catharina prima uxore, ſuſcipiendis. *Menoch. conſ. 40. vol. 1.* ¶ Dotis augmenta acquiruntur (mortua muliere) filiis illius, qui donationem fecerat. *Menoch. conſil. 155. num. 36. lib. 2. vide infra tit. de donatione propter nuptias.* ¶ Etiam quando mater commiſiſſet adulterium in ſecundo matrimonio, dos debet reſervari filiis primi matrimonii. *Francif. Cremen. ſingul. 88.* ¶ An filii primi matrimonii poſſint opponere contra novercam agentem ad dotis reſtitutionem, confeſſionem ipſius factam in fraudem ipſorum, & ſeparare vim donationis, *Cravet. conſ. 40.*

Cap. V. Qui ſint effectus.

Pater per tranſitum ad ſecunda vota, non perdit uſumfructum ſibi quæſitum in bonis filiorum. *l. fin. C. de bonis maternis.* ¶ Pater non poteſt minuere dotem filiæ ſecundo nubenti, niſi ex cauſa ſuperviventis paupertatis. *§. quia vero Authent. de aqualitate dotis.*

Cap. VI. Mater: uxor: mulier. Qua facere poſſit.

Filia ad ſecunda vota tranſiens poteſt patrem compellere, ut eandem dotem, quam primo viro dederat, ſecundo tribuat. *Lud. Rom. ſing. 788.* ¶ Mulier quæ ſecundo nubit dote non repetita, habet privilegia dotis. *Bartol. in l. 1. num. 28. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Mulier in bonis filii (liberis non extantibus) etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, in totum ſuccedit. *Bart. in §. prima quidem Authen. de nup.* ¶ Dotem totam poteſt mulier conſtituere in dotem ſecundo viro, & ſic eo in caſu poteſt dare ſecundo viro omnia, quæ habet, quibus fruatur, donec ipſa vivat. *Boer. deciſion. 200. & 201. Dec. conſil. 246.*

Cap. VII. Ad qua teneatur, vel non.

Mulier ſecundum matrimonium contrahens honeſtè vivere, voluntatemque viri ſervare cenſetur, qui in teſtamento dixit, lego uxori meæ, ſi caſte vixerit, ideo ob id non amittit legatum. *Hippol. ſing. 177. vide tamen Joan. de Arnono, ſingul. 3.* ubi tenet contrarium, *& Bart. in l. 3. §. ſed quia. de indicta viduitate. c. Deus, & ibidem gloſſ. 31. quaſt. 1.* ¶ Mulier tranſiens ad ſecunda vota eſt filiis primi matrimonii multum ſuſpecta. *Bart. in l. 22. C. de adminiſtra. tuto. & curat. num. 4.* ¶ Mulier ſecundo nubens, & dotem à primis liberis recipiens, non tenetur cavere de dote illis ſervanda (niſi à ſtatuto hoc eſſet diſpoſitum) ſecus erit in lucris nuptialibus. *Boer. deciſ. 200.*

Cap. VIII. Miſcellanea.

Statuto poteſt conſtitui, ut ſecundus vir lucretur dotem mulieri, repulſis filiis primi matrimonii, nec requiritur hoc in caſu, quod mulier expreſſe declaret ſe velle filios primi matrimonii eſſe privatos, ſed ſufficit ſimpliciter dotis conſtitutio. *Natt. conſil. 146. Tom. 1. conſ. 308.*

TITULUS CCCCXXX.

De pœnis ſecundo nubentium.

Generalia.

DE quadam conſuetudine Paduana ſuper bigamis, in odio ſecundo nubentium, *vide per Marc. de Mant. ſingularib. 100.* ¶ Vide de materia pertinenti ad hunc titulum per *Bartol. in Auth. de non eligen. ſecundo nuben.*

Cap.

Cap. I. Quæ præſumantur.

Mulier nubens intra annum luctus, præſumitur primum virum occidiſſe. *Guil. de Lud. ſing. 127.*

Cap. II. Lex hac edictali. C. de ſecund. nupt. Quomodo intelligatur, &c.

De intellectu hujus legis, *vide Creſcen. deciſion. 4.* alias *273. tit. de teſtam.* ¶ Donatum uxori contemplatione mariti non comprehenditur, ſub diſpoſitione legis fœminæ, *C. de ſecund. nupt. Vincent. de Franc. deciſ. 18. num. 7. Caſſ. in conſuetud. Burg tit des ſucceſſions. Rub. 7. gloſſ. 7. Franc. Cremen. ſing. 83.* non econtra, *Marc. qu. 113. part. 2.* tamen legatum factum per virum uxori pro bonis ſervitiis ſubjacet diſpoſitioni. *d l. fœmina. Vincent. de Franc. deciſion. 428 part. 2.* ¶ Renunciatio, & ceſſio bonorum facta per filiam primi matrimonii intelligitur facta in favorem filiorum ejuſdem matrimonii, & fratrum conſanguineorum dictæ filiæ, & ſororis reſpective. *Pap. lib. 15. tit. 1 arreſt. 10.* & non filiorum ſecundi matrimonii. *Boer. deciſ. 184.* vide tamen. *ibid.*

Cap. III. Quando habeat locum, & quæ fieri poſſint.

Lex hac edictalis *C. de ſecund. nupt.* habet locum in alimentis viduæ relictis, & in uſufructu, ut tunc æſtimatio fiat ſecundum terminos. *l hæredum. ff. ad leg. Falc. tamen deciſ. 95. Rot. Avenio. in deciſion. diverſ. Cravet. conſil. 194.* ¶ In terminis d l. hac edictali, filius tranſit primo ſuam legitimam, & deinde de reliquis bonis, debet fieri diviſio juxta ipſam legem. *Rot. Avenio. deciſion. 95 in deciſion. diverſo. vide Creſcen. deciſ. 4. alias 273. titul. de donato. Boer. deciſ. 201. num. 4. Franc. Marc. quæſt. 23. part. 2. quæſt. 24. & 113. ibid. Cravet. conſ. 142. & 194. Dec. conſ. 246. Roland. conſil. 62. volum. 3. & conſ. 29. volum. 4 Boer. quæſt. 119.* ſecus ſi ſecundus vir ex diſpoſitione ſtatuti deberet ſuccedere in dote cum filiis primi matrimonii, *Rol. conſil. 62. vol. 3. tamen Excell. Præſid. Theſſaur. deciſion. 184.* ſed quid, quando mater aliquid reliquit filiis primi matrimonii, *Boer. deciſ. 201. num. 6. Marc. quæſt. 23. 24. 71 78. 113. part. 2.* ¶ Dicta l. loquens de matre, habet etiam locum in patre. *Put. deciſ. 4. num. 3. lib. 3.* ¶ Hæres, qui non fecit inventarium gaudet etiam beneficio. *d. l. hac edictali. Rot. Aven. deciſ. 95. in deciſion. diverſ.* ¶ Tranſmiſſio fit de jure competenti ex l. hac edictali ad liberos, non ad extraneos, ſi unus ex filiis primi matrimonii deceſſerit ante patrem, quæ ſecundum matrimonium contraxerat. *Cravet. conſilio 142.*

Vel non.

Lex, hac edictali, non habet locum filiis vulgo conceptis. *Roma. ſing. 232. Franc. Crem. ſing. 89.* ¶ Diſpoſitio l. hac edictali, habet præciſam prohibitionem, ſed in quibus caſibus non habeat locum, *vide Dec. conſ. 246.* ¶ Ob ingratitudinem filius perdit beneficium d. l. hac edictali. *Boer. deciſ. 201. n. 5.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Filiis primi matrimonii competit, actio in rem ſcripta revocatoria, in terminis l hac edictali. *Cravet. conſ. 194. num. 6 vide Bartol. in § nec illud. Auth. de nupt.* ¶ Conſentiendo matri tranſeunti ad ſecundas nuptias, an ſibi præjudicet. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 100* ¶ Confeſſio novercæ, vel vitrici etiam jurata, in liberorum primi matrimonii præjudicium, non valet. *Marc. quæſt. 27. part. 2 vide Cravet. conſil. 40.*

Cap. V. Mater, filia, filius, maritus, mulier, uxor. Quæ facere poſſit, ut donare, ſuccedere, &c.

Secundo nubens poteſt omnia bona dare, ſecundo viro in dotem, vel aliter ad vitam; quia pœnæ impoſitæ ſecundo nubentibus, in favorem liberorum primi matrimonii, non habent locum, quamdiu parentes vivunt, *Cravet. conſil. 285.* ¶ Exemplarem ſubſtitutionem, an facere poſſit Pater vel Mater ad ſecunda tranſiens vota, ante vel poſt tranſitum, *vide Boer. deciſ. 188.* ¶ Uxor, vel vir ſecundi matrimonii poteſt habere tantum, quantum valet legitima cujuslibet filii ex primo matrimonio, etiamſi illi filio minus legitima eſſet relictum. *Mohed. deciſ. 231. Marc. quæſt. 23. 24. & 113. part. 2. Cravet. conſ. 40. 142. & 193. num. 12. ubi de limitationib.* ¶ Filii primi matrimonii, non ſecundi, de eo gaudere debent, quod plus novercæ, vel vitrico relictum eſt. *Marc. quæſt. 25. part. 2.*

Habere poſſit.

Pater ſuccedens filio una cum illius fratre, poſt tranſitum ad ſecunda vota, an habeat uſumfructum in medietate fratris defuncti delata, quem non haberet ſi non tranſiviſſet ad ſecunda vota, *vide Boer. deciſ. 190* ¶ Quod dicitur matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, tantum habere uſumfructum in bonis filiæ, quæ ei provenerint ex ſubſtantia paterna. & proprietatem acquiri fratri ſuperſtiti, intelligitur locum habere volente filio primi matrimonii, & declarante matrem privatam eſſe proprietate bonorum ſororis, propter tranſitum ad ſecunda vota *Rol. conſ. 81. vol. 1.* ¶ Filius primi matrimonii vendicans hæreditatem ex diſpoſitione legis, hac edictali. *C. de ſecund. nup* (liberorum detracta legitima) facit partem. *Franc. Marc. quæſt. 85. part. 2.*

Vel non.

Sicut prohibetur donare ſecundo viro ultra juris diſpoſitionem: ita pariter prohibetur donare perſonæ conjunctæ dicti ſecundi viri. *Papon. ibid. arreſt. 11. vide Boer. deciſ. 201.* ¶ Filia, cui pater dedit omnia bona ſua in contractu primi matrimonii pro ipſa, & ſuis deſcendentibus, ex ipſo matrimonio, & omnibus aliis habentibus cauſam ab ea, non poteſt ob id donare ſecundo viro in præjudicium filiorum primi matrimonii. *Papon. lib. 15. tit. 1. arreſt. 5. Cravet. conſ. 194. num. 4 Rol. conſ. 29. num. 8. vol 4.* ¶ Quod aufertur ſecundo marito virtute legis hac edictali, in ſolidum applicatur filii primi matrimonii, excluſis filiis ſecundi. *Papon. libr. 15. tit. 1. arreſt. 9. Cravet. conſil. 194. num. 5. Roland. conſ. 29. num. 8. vol. 4.*

Maritus.

Si maritus in donatione, quam fecit uxori non exceſſerit legitimam filiorum primi matrimonii, ſi poſtea legitima minuatur, quia paſcantur alii liberi de ſecundo matrimonio, diminui non debet donatio ſecundæ uxoris, quæ ab initio non fuit exceſſiva. *Cravet. conſil. 40.*

Mater ſuccedere poſſit.

Mater tranſiens ad ſecunda vota mortuo filio, aliis ſuperſtitibus, ſuccedit in uſufructu tantum, reſpectu bonorum obventorum filio à patre, in reliquis vero bonis etiam quæſitis, ex fructibus bonorum paternorum, ſuccedit in proprietate. *Vinc. de Franc. deciſ. 18. vide Boer. deciſion. 190. num. 3. Cravet. conſ. 37. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 7. gl. 4. Bartol. conſ. 2. vol 1. l. 5. C. ad Senatuſconſul. Tertul.* ſed quid in portionibus paternis, quas ille habuerat ab aliis fratribus. *Boer. deciſ. 192.* ¶ De ſucceſſione matris in bonis filii etiam poſt tranſitum ad ſecunda vota, *vide per Afflict. deciſ. 75. Boer deciſ. 185 Roland. conſ. 81 vol. 3.* ¶ Quid in patre tranſeunte ad ſecunda vota, *vide Boer. deciſ. 185. Cravet. conſ. 37 Dec. conſ. 87. & 230. Roland. conſ. 95. vol. 1. Caſſa. in conſuet. Burg tit. des ſucceſſionis. Rub. 7. §. 6. gloſſ. 4. Marc. de Mant. ſing. 218.*

Filius.

Filii primi matrimonii, an matri ſuccedant, æqualiter cum filiis ſecundi. *Magon. deciſ. 107. Rot. Flo.* ¶ Liberi

primi,

primi & ſecundi matrimonii æqualiter ſuccedunt pro numero liberorum, exceptis ſponſalitiis largitionibus, & lucris nuptialibus, cum aliis venientibus contemplatione illius matrimonii, quia debent reſervari liberis ipſius matrimonii. *Franc. Marc. quæſt. 316.* ¶ Filia, quæ renunciavit hæreditati maternæ, ſi mortua matre hæreditas delata fuerit renuncianti fratri, qui poſtea moriatur, non prohibetur fratri ſuo ſuccedere. *Dec. conſil. 130. Rol. conſ. 95. vol. 1.* tamen filia tunc non habet beneficium legis, hac edictali. *Marc. quæſt. 25. part. 2.*

Quæ facere non poſſit.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota non poteſt retinere proprietatem bonorum, quæ habuit à primo marito virtute mutuæ donationis, quod procedit extantibus liberis primi matrimonii. *Papon. libr. 15. tit. 1. arreſt. 6.* ¶ Noverca hæres univerſalis inſtituta, cum onere reſtituendi liberis ſecundi matrimonii, cenſetur hæres fiduciaria, contemplatione liberorum ſecundi matrimonii. *Marc. quæſt. 113. n. 7. part. 2.*

Vel non.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota non petito tutore, nec reddita ratione liberis primi matrimonii, non poteſt dare ſecundo viro, ultra tertiam partem bonorum ſuorum. *Ozaſc. decis. 21. n. fin.* ¶ Mater tranſiens ad ſecunda vota habet proprietatem in bonis filii avitis, non paternis. *Boer. deciſion. 192. n. 5.*

Cap. VI. Ad quæ teneatur.

Mater tranſiens ad ſecunda vota debet reſervare portionem filiis primi matrimonii, juxta *d. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* ſed an per ſtatutum poſſit derogari ipſi legi. *Magon. deciſ. 107. Roe. Flor. Dec. conſ. 19. & conſ. 195. Franc. Marc. quæſt. 25. part. 2.* ¶ Quando mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonii, nondum datis rationibus ſuæ adminiſtrationis, ad ſecunda vota convolat, ſecundus maritus pro uxore tenetur, & ejus bona liberis primi matrimonii, tacite obligantur. *Andr. Gail. obſerv. 90. lib. 2. Dec. conſ. 591. l. 6. C. de pignoribus.* ¶ Mulier ſecundo nubens quicquid de bonis prioris mariti lucrata fuerit, filiis primi matrimonii conſervare tenetur, quod procedit, & ſi filii prioris matrimonii non ſint hæredes patris præmortui, ſed ipſius matris tantum. *Mynſing. obſerv. 24. cent. 5. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 7. vide Hartm. c. 5. tit. de matr. libr. 2.* ¶ Idem procedit, etiamſi filii renunciaſſent bonis paternis, vel maternis ante tranſitum (quoad bona matris) ad ſecunda vota. *Mynſing. obſerv. 24. cent. 5.* ¶ Quod etiam habet locum in nepotibus patribus prædefunctis. *ibid. obſerv. 24.* ¶ Quid ſi nulli ſuperſint filii ex primo matrimonio, *vide ibid. obſerv. 24. & Boer. deciſion. 185. gloſſ. in d. l. fœmina. §. quod.* tunc enim ceſſant pœnæ d. legis fœminæ, *Afflict. deciſ. 61. num. fin.* ¶ Si mulier titulo tranſactionis aliquid habuerit propter bona primi mariti, an teneatur illud reſervare. *Natt. conſ. 14. Tom. 1.* ¶ Mater cum non poſſit de lucris nuptialibus ad ſecunda vota tranſiens diſponere, ſed ea primi matrimonii filiis reſervare debeat, ad id teneatur, etiam ſi ſecundæ nuptiæ eſſent nullæ, aut invalidæ. *Pur. deciſion. 4. libr. 3. Boer. deciſ. 183. & 201. num. 2. Franc. Marc. quæſt. 22. in additio. part. 2. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 7.*

Vel non.

Licet mater per tranſitum ad ſecunda vota efficiatur de proprietaria uſufructuariâ, non tamen tenetur præſtare cautionem de utendo, fruendo; arbitrio boni viri, *Cravet. conſ. 285. in fin.*

Cap. VII. Quibus privetur, & quæ amittat.

Mulier tutrix liberorum, ſi convolet ad ſecundas nuptias, repellitur à tutela, & quare, *vide Guid. Pap. q. 539. Crav. conſ. 193. num. 13 gloſſ. in l. 6. C. ad Senatuſconſ. Tertul.*

¶ Mulier nubens ſecundo intra annum luctus privatur hæreditate mariti, qui illam hæredem inſtituerat. *Papon. lib. 15. tit. 1. arreſt. 12. & fin. lib. 21. titul. 4. arreſt. 2. vide Boer. deciſ. 186. & in additio. ad Bartol. in l. 1. C. de ſecund. nupt.* ¶ Si per ſtatutum mulier tranſiens ad ſecundas nuptias privetur ſucceſſione filiorum, perpetuo remanet excluſa, licet ſecundo loco efficiatur vidua. *Menoch. conſil. 29. lib. 3.* ¶ Mater tutelam filiorum gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inventario, tutore filiis non petito, nullaque ratione adminiſtrationis reddita, filii defuncti ſucceſſione excluditur. *Ozaſ. deciſ. 58. vide Boer. deciſ. 266. Dec. conſ. 264. num. 7. l. 6. ad Senatuſc. Ter.* ¶ Fallit in matre minore. *Boer. deciſ. 285. num. fin.* quando adſunt alii tutores. *Boer. deciſ. 266. circa fin. Dec. conſ. 246. num. 7.* ¶ Pater ad ſecunda tranſiens vota perdit, ſeu privatur proprietate bonorum filiorum, ideo eo in caſu excluditur ab aliis filiis fratribus defuncti. *Boer. deciſion. 187.* ſed quid de aliis filiis aſcendentibus. *ibid. Boer. deciſion. 178. Marc. quæſt. 879.* ¶ In caſu, in quo mater tranſiens ad ſecunda vota amittit proprietatem bonorum provenientium ex ſubſtantia primi mariti, in illo caſu non ſuccedit in legitima filio, dicti primi matrimonii, in bonis provenientibus ex hæreditate ſui patris, ut poſſit eam relinquere ſuis hæredibus. *Menoch. conſ. 273. lib. 3.*

Amittere poſſit.

Mulier, quæ tranſivit ad ſecundas nuptias anno luctus non expectato, an amittat augmentum, & legata, & quibus pœnis afficiatur. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. quæſt. 28. lib. 1.* ¶ Concluſio illa habens, mulierem ſecundo nubentem perdere proprietatem acquiſitorum à primo viro, limitatur pluribus modis. Primo, quando donatio fuit remuneratoria, & non ſimplex. *Menoch. conſil. 155. lib. 2. & conſil. 308. lib. 4.* ¶ Secundo, in donatione facta uxori, non illius contemplatione, ſed alterius affinis. *Menoch. conſil. 155. lib. 2. & conſ. 308.* ¶ Tertio limitatur, quando mulier tranſit ad ſecunda vota de conſenſu filiorum, ſed ex quibus cognoſcatur talis conſenſus. *vide Menoch. d. conſil. 155. num. 13. lib. 2. Paul. Æmil. deciſion. 28. part. 2. Mynſinger. obſerv. 14. cent. 5. Pap. lib. 15. tit. 15. arreſt. 8. Dec. conſ. 206. Roland. conſil. 95.* & ſufficit tacitus. *Menoch. d. conſil. 155. num. 16.* etiam interveniens poſt contractum matrimonium. *ibidem, vide etiam conſil. 237. lib. 9.* ubi Menoch. ſcribit quinque caſus circa hanc limitationem; ſed ex quibus ſignis poſſimus arguere filios tacite conſenſiſſe, *vide Menoch. conſil. 237. num. 20. lib. 3.* ¶ Quarto limitatur, quando contractu donationis uxor acquiſivit pro ſe, & filiis hæredibus, notario ſtipulante pro ipſis. *Menoch. d. conſ. 155. lib. 2. n. 25. & conſ. 308. lib. 4.* ¶ Quinto, quando tranſivit ad ſecunda vota de conſenſu mariti, qui deprehenditur quoties legaſſet uxori aliquid tranſeunti ad ſecunda vota. *Franc. Cremen. ſingul. 75. Mynſing. obſerv. 24. cent. 5. Papon. lib. 15. titul. 1. arreſt. 8. Roland. conſ. 95. num. 29.* ¶ Pater & mater tranſeuntes ad ſecunda vota an amittant ſtatim proprietatem, *Bart. in §. ſi vero in Authent. de nupt. & ibid. in §. optime. & §. nec illud vide de materia. in Authent. neque viri, quod ex dote eſt.* ¶ Quid juris, muliere tranſeunte ad ſecunda vota circa augmentum nuptiale, *vide Authen. de non eligend. ſecundo nuben. mulier.* ¶ Mulier tranſiens ad ſecunda vota liberis extantibus, non ſolum perdit quoad proprietatem quicquid à marito defuncto titulo lucrativo, ſed etiam quicquid per ſucceſſionem filiorum primi matrimonii conſequuta eſt, ſolo uſufructu iſtorum bonorum apud ipſam remanente. *And. Gail. obſervatio. 98.* ¶ Amplia primo, ut non ſolum hoc procedat in uxore, verum etiam in marito ad ſecunda vota convolante, idque ex identitate rationis. *Gail. d. obſerv. 98. num. 3.* ¶ Secundo amplia, ut procedat

cedat

cedat etiam in lucro ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut pacto ultimo ſuperſtiti conjugi debito; nam per tranſitum ad ſecur. la vota hujuſmodi lucra, etiam amittuntur. *Gail. d. obſerv. 98. num. 6.* ¶ Tertio amplia hanc concluſionem, ut procedat ſive ante, ſive poſt mortem filii, vel filiæ ſuperſtes conjunx contrahat ſecundas nuptias. *ibid Gail. num. 7.* ¶ Quarto amplia, ut non ſolum procedat de jure civili, ſed etiam de jure canonico. *ibidem Gail. num. 8.* ¶ Quindo amplia, ut filia primi matrimonii dotata, ſtatuto, vel renunciatione jurata á ſucceſſione paterna excluſa, admittatur (non obſtante ſtatuto, vel renunciatione) ſecundarum nuptiarum, ad ſucceſſionem bonorum, quæ deferuntur liberis primi matrimonii. *Gail. d. obſerv. 98. lib. 2. num. 9. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 9. Guid. Pap. quaſt. 228. & 229. Cravet. conſ. 242. Dec. conſ. 206. 396. & conſ. 239. vide Roland. conſ 95. vol. 1.* ¶ Limita concluſionem, primo quando ſuperſtes conjux ex voluntate defuncti ſecundas nuptias contrahat. *Gail. obſerv 98. num. 18. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 8.* nam mariti licentia de ſecundo nubendo aufert omnes pœnas mulieri ad ſecunda vota tranſeunti. *Boer. deciſion. 173. & 185.* ¶ Secundo limita, ſi liberi primi matrimonii conſentiant in ſecundas nuptias, unde pro cautela obſervandum eſt, ut parentes conſenſu liberorum primi matrimonii nuptias repetant, *Gail. d. obſervat. 98. num. 19. Pap. lib. 15. tit. 1. arreſt. 8.* ¶ Tertio limita, in acquiſitis titulo oneroſo. *ibid. Gail. d. obſ. 98. n. 24.* ¶ Quarto limita concluſionem, in uſufructu uxori per maritum relicto: quia uxor uſufructuaria bonorum mariti repetitione nuptiarum uſumfructum non amittitur, ſicut nec legatum conditionale à marito relictum puta, ſi uxor ſue caſte, & honeſte vixerit, niſi adjecerit, & in viduitate permanſerit. *Gail. d. obſerv. 98. num. fin.* ¶ Sexto limita, ſi nuptiæ fuerunt contractæ de licentia Principis, vel ſupremæ Curiæ. *Pap. lib. 25. tit. 1. arreſt. 8. vide tamen l. 3. C. ad Sena·uſconſ. Tertul.* ¶ Septimo limita, in bonis obventis matri, ex teſtamento ſui filii. *Papon. dict. arreſt. 8. Boer. deciſ 191.* ¶ Filius prioris matrimonii, conſentiendo ſecundis nuptiis matris ſuæ, perdat beneficium. *l. fœmina. C. de ſecund. nupt. Io. Petr. Surd. deciſion. 99.*

Vel non.

Legata non perdit uxor nubens intra annum luctus, ſi non extant liberi. *Boer. deciſ. 186. numer. 3.* ¶ Mulier, cui per teſtamentum, vel pactum relictus eſt uſusfructus à marito, ſi tranſierit ad ſecunda vota poſt annum luctus, non perdit uſumfructum, niſi hoc expreſſe ſit dictum. *Hartm. cap. 7.*

Cap. VIII. Relictum, lucrum, quibus debeatur, vel non.

Maritus relinquens novercæ plus quam uni ex liberis primi matrimonii; illud plus non debetur, ſed ipſis primi matrimonii, applicatur, etiamſi non ſint hæredes patris, ſed quomodo hoc intelligatur, *Franc. Marc. quaſt. 57. q. 848. part. 1. & quaſt. 23. part. 2. Roland. conſil. 29. vol. 4.* idem in muliere, *vide Abb. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Quando plus relictum ſit vitrico, vel novercæ, quam liberis primi matrimonii, mortis tempus ſpectandum eſt. *Marc. queſt. 24. part. 2.* ¶ Lucrum, quod debetur filiis reſpectu ſecundarum nuptiarum, non debetur jure hæreditario. *Dec. conſil. 86.* ideo filii primi matrimonii, etiamſi non ſint hæredes matris, vel patris, poſſunt avocare tale lucrum, *Rol. conſ. 29. volum. 4. num. 14.* ¶ An in tali lucro concurrant filii fratris cum patruo, *Dec. conſil. 86. num. final.*

Cap. IX. Quibus ſit ſervandum, vel non.

Statuto diſponente, quod mortuo altero conjugum in matrimonio, ſupervivens lucretur certam partem dotis, ſi mulier ſupervivens hoc lucrum habuerit, & tranſierit ad ſecunda vota, illud ſervare tenetur filiis primi matrimonii. *Franc. Cremen. ſingul. 173.* ¶ Filiis primi matrimonii reſervantur bona paterna, ac materna, & matri, vel patri ipſorum ad ſecunda vota tranſeuntibus alienatio eorum interdicitur. *idem Æmil. deciſ. 26. part. 2. vide tamen l. 18. & Anthent. pater. C. de donation. ant. nupt.* ¶ Extraneus, qui in contractu matrimonii donavit conjugibus aliquid de ſuis bonis, uſufructu retento, ſi conjugum alter ad ſecundas convolaverit nuptias id, quod datum fuit, liberis primi matrimonii eſt ſervandum. *Franc. Marc quaſt. 76.*

Cap. X. Quibus relinquere poſſit, & donare.

Mater, quæ tranſivit ad ſecunda vota, an poſſit plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quam primi, *Perillustr. D. P. Theſſaur. deciſ. 170.* ¶ Secundus maritus debet bona uxoris in dotem recipere pro ſe, & communibus liberis naſcituris, quia tunc liberis extantibus, mater plus poterit relinquere liberis ſecundi quam primi matrimonii, qui legitima hoc caſu contenti eſſe debent. *And. Gail. obſerv. 82. lib. 2. n. 10. Boer. deciſ. 200. n. 4. Cravet. conſ. 40. & conſil. 104. Dec. conſil. 246.* ſed viro ſolummodo dare poteſt, ut uni ex liberis primi matrimonii, cui minus fuit relictum. *Boer. deciſ. 20. & Marc. quaſt. 27. part. 2. & quaſt. 123.* ¶ Mater an poſſit quid relinquere ſecundo viro, quando alteri filiorum ex primo matrimonio, nihil reliquit, & an ſecundus maritus, & liberi primi matrimonii, reduci debeant ad æqualitatem, *vide Cravet. conſ. 193. num. 13.* ¶ Mulier ſecundo nubens debet filio primi matrimonii (ultra legitimam) tantum relinquere, quantum ſecundo viro dedit, alias non valet diſpoſitio. *Amanel. de Claris aquis. ſingul. 122.*

Vel non.

Pater non poteſt uxori plus relinquere, quam uni ex filiis primi matrimonii relictum fuerit, & habito reſpectu ſupplementi legitimæ. *Jac. Put. deciſ. 1. lib. 2.* & hoc procedit, licet filius cui minus legitima fuit relictum ſupplementum non petat. *idem deciſ. 9. & 14. ibid. & ſic. l. hac edictal. C. de ſecun. nupt.* diſponens, quod noverca concurrat cum filiis uſque ad ſupplementum legitimæ, procedit etiamſi filius ſupplementum non petat, ut late comprobat. *idem Put. deciſ. 14.*

Donare.

Mater, an poſſit plus donare ſecundo marito ſtipulanti nomine filiorum naſciturorum ex ſecundo matrimonio, quamprimis primi matrimonii. *Cravet. conſil. 194. num. 11.* ¶ Ubi citantur Doctores pro utraque parte, tandem refert fuiſſe judicatum pro negativa cum diſtinctione, de qua ibidem. *vide Dec. conſil. 246.*

Cap. XI. Pœna ſecundo nubentium. Quando habeat locum, vel non.

Pœnæ ſecundarum nuptiarum tantum habent locum in bonis, quæ ex liberalitate conjugis non ex legis diſpoſitione proveniunt. *Gom. Leo. deciſ. 4. in deciſ. diverſo.* ¶ Mulier, & maritus poſt annum luctus ad ſecundas, vel ulteriores nuptias tranſeuntes, quibus pœnis ſubjiciantur. *D. Gaſp. Theſ. quaſt. Foren. quaſt. 19. lib. 2.* ¶ Pœnæ ſecundo nubentis habent locum nedum, ſi mulier ſecundo contraxerit, verum etiam ſi vivat cum amaſio, vel luxurioſe. *Paul. Æmil. deciſ. 264. ibid. Mynſing. obſerv. 24. cent. 6.*

Evitantur.

Licet mulier nubens de conſenſu mariti, vel filiorum evitet pœnas ſecundo nubentium: fallit tamen, ſi nubat intra annum luctus, quia tunc talis conſenſus illi non prodeſt, *Lud. Rom. ſing. 251.*

Cap.

Cap. XII. Quando ſit ſublata, vel non.

Pœnæ ſecundo nubentium, quibus in caſibus ceſſent. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. Foren. quæſt. 30. lib. 2.* ¶ Pœnæ ſecundo nubentium ceſſant præmorientibus liberis primi matrimonii. *Cravet. conſil. 242.* & quando alias ceſſent. *Rol. conſil. 81. vol. 3.* ¶ Licet omnes pœnæ impoſitæ de jure communi contra viduas nubentes intra annum luctus, hodie ſint ſublatæ: adhuc tamen locum habent contra viduas luxurioſe & inhoneſte viventes. *Jul. Clar. in ſua pract. crimin. §. ſtuprum.* contra quam habent locum omnes pœnæ ſecundo nubentium. *Bart. in l. 7. C. de revo. dona.* ¶ Pœnæ ſecundo nubentium intra annum hodie ſunt ſublatæ. *Paul. Æmil. decis. 25. part. 2. num. fin. Bart. in l. 12. ff. de his, qui nota. infam. & in Authent. de non eligen. ſecundo nuben. mulier.* antiquitus ſecus erat, *vide l. 3. C. ad Senatuſ. Tert.* & ſic intra annum luctus non perdit ſibi donata à viro; ſecus ſi commiſerit ſtuprum. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 138.*

Vel non.

Pœnæ, de quibus *in l. fœmina. C. de ſecund. nupt.* appoſitæ mulieri nubenti ſecundo poſt annum favore filiorum, non ſunt ſublatæ (quia non ſunt oppoſitæ in odium matrimonii, ſed favore filiorum) omnes vero aliæ pœnæ non concernentes favorem filiorum, de quibus *in l. 1. & 2. C. de ſecund. nupt.* ſunt ſublatæ. *Afflict. dec. 75. in fin. Abb. in cap. fin. ext. de ſecund. nupt. Boer. deciſion. 188. num. 17. Cravet. conſil 36. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des enfans. Rubr. 6. §. 1. numer. 6.* ¶ Licet pœnæ juris civilis in odium ſecundi matrimonii præpropere contracti impoſitæ, de jure canonico ſint ſublatæ tamen pœnæ juris civilis in favorem filiorum primi matrimonii appoſitæ, non ſunt ſublatæ. *Andr. Gail. obſervat 98. lib. 2. num. 8. Hartm. cap. 6. titul. de matrimon. lib. 2.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Statutum, quo mater per tranſitum ad ſecunda vota privatur luctuoſa hæreditate filiorum, non habet locum in bonis ſitis extra territorium loci ſtatuentium, & etiam in mercibus & mobilibus alibi exiſtentibus, ut perpetuo ibi manerent. *Natt. conſil. 184. Tom. 1.* ¶ Statutum diſponens, quod uxor amittat legatum factum ſibi à marito per tranſitum ad ſecunda vota, dicitur conditum in ea parte favore mariti, qui propterea poteſt concedere licentiam uxori de nubendo, abſque amiſſione legati. *Natt. conſ. 463.*

TITULUS CCCCXXXI.

De divortiis, repudiis & ſeparatione à thoro.

Generalia.

Vide de materia. *ext. tit. de divortiis.*

Cap. I. Quo probentur.

Conſanguinitas ad dirimendum matrimonium, quomodo probetur. *Paul. Æmil. deciſ. 208. part. 1.* ¶ Uxor, ſi virum ſemper frigidum fuiſſe allegat, ipſe vero alleget frigiditatem poſt matrimonium proveniſſe, mulieri incumbit onus probandi frigiditatem, *Ludov. Rom. ſing. 158.*

Cap. II. Qui ſint effectus, ut confeſſionis divortii, &c.

Confeſſioni conjugum non creditur ſuper matrimonio, cum ad alterius matrimonii detrimentum eſt. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 103. num. 6.* tamen aliquando confeſſioni alterius conjugum creditur, ut fiat thori ſeparatio, ut puta, ſi mulier fateatur commiſiſſe adulterium. *Menoch. ibidem num. 7.* ¶ Confeſſioni conjugum ſuper impedimento non ſtatur ad hoc, ut matrimonium vere diſſolvatur: fallit, ſi ipſi curant, ne diſſolvatur matrimonium. *Menoch. ibidem num. 8.* nam confeſſio impedimenti nocet confitenti, qui vellet matrimonium valere. *ibidem num. fin.* ¶ Divortio facto apud quem liberi educari debeant, *vide tit. C. divortio facto.* ¶ Diſſoluto matrimonio non conſummato, non ſit condemnatio expenſarum & intereſſe, contra illum, cujus cauſa fuit diſſolutum. *Joan. Papon. libr. 14. arreſt. 4.* ¶ Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendum pœnitentiam in aliquo clauſtro collocatur. *c. 19 ex. de converſ. conjn.* ¶ Qui illicite ſunt conjuncti, excommunicandi ſunt, ut ab invicem diſcedant. *cap. 6. de offic. jud. ord* ¶ Per ſolam traductionem mulieri ad domum viri factam non præcedentibus ſponſalibus, vel præcedentibus, ſed invalidis, non acquiritur poſſeſſio, unde ea recedente propria auctoritate, non competit reſtitutio. *cap. 14 ex. de reſtit. ſpoliat.* ¶ Non creditur marito aſſerenti (etiam cum juramento) uxorem ſe cognoviſſe, ſi uxor per matronas atteſtantes de ipſius corporis aſpectu, probat contrarium. *c. 14. ex. de probat.* ¶ Sententia divortii in cauſa matrimonii rite lata, ad ſolam conjugis confeſſionem aſſerentis contrarium non revocatur, ſed illi ſtatur, donec legitime de contrario doceatur. *c. 11. ex. de ſentent. & re jud.* ¶ Cauſa adulterii uxorem relinquentis, continentiam ſervet. *c. hi vero 32. qu 7.*

Cap. III. Matrimonium quando contrahi poſſit, vel non.

Matrimonium, quando ex aliquibus cauſis judicatur nullum, datur utrique parti facultas contrahendi aliud matrimonium. *Æmil. deciſ 204. num. 3.* ¶ Licet viro aliam ducere, cui uxor ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet. *c. quod propoſuiſti. 32. quæſt. 7.* ¶ Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoſcere non poteſt. *c. quod ante interrogaſti, & ſeqq. 33. quæſt. 1.*

Vel non.

Votum ſolemne impedit matrimonium contrahendum, & diſſolvit jam contractum. *cap. 14. ex. eod.* quod procedit ante carnalem copulam. *cap. 6. ex. de frigidis.* ¶ Impotens ad coeundum non poteſt contrahere matrimonium, & ſi contrahat, erit nullum. *Gom. Leo. deciſ. 39. in deciſion. diverſo. tom. 2.* & tunc propter impotentiam coeundi mulier ſeparatur. *c. quod autem. 27. quæſt. 2.* ¶ Habens virgam erectam, & non emittens ſemen, non poteſt contrahere matrimonium. *Borg. d. deciſion. 18. num 6.* ¶ Si mulier mittat divortium, ipſa non debet nubere infra annum. *Guid. Pap. quæſt. 459.*

Cap. IV. Quibus modis diſſolvi poſſit, vel non.

Papa ex legitima cauſa poteſt diſſolvere matrimonium per verba de præſenti contractum, copula carnali non ſubſequuta, *Hieron. de Mont. in ſuis quæſt. qu. 6. Dec. conſ. 112. & conſil. 681. Natt. conſil. 290. Menoch. conſil. 385. lib. 4.* ſed qualis debeat eſſe cauſa, *Natt. d. conſ. 15. vol. 1. Fel. conſ. 26.* ¶ Utrum Papa poſſit diſpenſare cum aliquo Principe circa matrimonium (jam conſummatum) diſſolvendum, & cum alia contrahendum, maxime ſi non poſſit habere filios, qui ſuccedant in Regno, *vide Boer. conſ. 20.* quod poſſit ex cauſa etiam in privato, ſcribit *Dec. conſ. 602. & conſ. 681. vide Hippol. ſingul. 165.* ¶ Ex magna cauſa Papa poteſt diſſolvere matrimonium etiam conſummatum. *Fel. conſ. 26. n. 16. circ. fin. Marc. quæſt. 674. & quæſt. 675. part. 2.* ¶ Papa ſuper matrimonio per verba de præſenti contracto de conſenſu conjugum (copula non ſequuta) diſpenſare poteſt de poteſtate abſoluta, non de ordinaria. *Marc. quæſt. 675. part. 2.* ¶ An matrimonium contractum per verba de præſenti (copula carnali non ſequuta) poſſit diſſolvi altero ingrediente Monaſterium, & profeſſionem faciente, *Borg. deciſ.*

deciſ. 18. de contract. part. 2. ¶ Quis dicatur frigidus, & quis maleficiatus, & an propter frigiditatem, vel maleficium poſſit diſſolvi matrimonium. *Capell. Thol. quæſt. 381.* ¶ Ex quibus cauſis de jure civili matrimonium diſſolvatur, *tot. titul. Auth. de nupt.* ¶ Matrimonium ex quibus cauſis diſſolvatur, *Bart. in §. minores. ibid.*

Vel non.

Lepra ſuperveniens non diſſolvit matrimonium, ſecus in ſponſalibus, *vide tot. titul. ex. de conjug. lepros.* ¶ Compaternitas ſuperveniens ſcienter, vel ignoranter inter conjuges, conjugium non diſſolvit. *cap. 2. ext. de cognat. ſpirit.* ¶ Affinitas ſuperveniens poſt matrimonium contractum, non ſolvit matrimonium, ſed exactionem debiti impedit. *c. 1. & 2. ext. de eo, qui cogno. conſang. ux. ſuæ, & 10. ibid.* ¶ Matrimonium non diſſolvitur prætextu erroris, ut ſi quis cederet ducere in uxorem virginem divitem, & duceret meretricem pauperem. *Gom. Leo. deciſ. 47. in deciſ. diverſ. tot. 2.* ¶ Ob infirmitatem, vel damna corporis, conjugium ſolvi non licet. *c. qui matrimon. 32. quæſt 7.*

Cap. V. Quando dirimi poſſit, vel non.

Matrimonium contractum inter maleficiatum, aut frigidum, vel impotentem, & non impotentem, nec maleficiatum, ſi poſt triennium remaneat maleficium, aut ſtatim appareat de impotentia naturali & perpetua, poteſt dirimi. *Borg. Caval. deciſion. 18. de contract. part. 2. vide obſero. 20. Senat. Thol. in deciſion. diverſ. & tit. ex. de frigid. & malefic.* ¶ Matrimonium an de jure canonico diſtrahatur, & an dirimatur propter coitus impedimentum, quod præſumitur ſuperveniſſe poſt matrimonium contractum, *vide Bart. in §. diſtrahatur, Authen. de nupt.* ¶ Impedimentum ſuperveniens ex parte mulieris, quando dirimat matrimonium, *Bartol. in d. §. diſtrahatur. authen. de nupt.*

Cap. VI. Thorum, matrimonium, quando ſeparari poſſit, vel non.

Uxor poteſt à viro per judicem eccleſiaſticum ſeparari, ſi ſit infidelis. *c. fin. ex. eo.* ¶ Separatur matrimonium, quando liber ignoranter contrahit cum ancilla, niſi poſtea hoc ſciens illam cognoverit. *c. 2. & fin. ext. de conjug. ſervor.* ¶ Sodomia eſt juſta cauſa ſeparationis thori. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 602.* ¶ Mulier debet ſeparari à marito, & non debet cogi cum eo habitare, ſi contra illum moverit litem, propter multa bona mobilia egregii valoris. *Cravet. conſ. 31.* ¶ Uxor poteſt agere ad ſeparationem thori, marito laborante morbo gallico. *Natt. conſil. 24. tot. 1.* ¶ Uxor audiri poteſt, & agere ad ſeparationem thori, & repetitionem dotis, & donationis propter nuptias contra maritum adulterum, ſicut poteſt ipſe maritus, & quoad probationem adulterii, ſufficiunt probationes præſumptivæ. *Roland. conſ. 50. volum. 1.* nam propter adulterium fit ſeparatio thori, non autem, ut denuo liceat nubere. *cap. 1. & ibidem. gloſſ. ext. ut lite non conteſtata, vide 32. quæſt. 1. & c. 4. ext. de eo, qui duxit.* ¶ Quod uxor probata viri ſævitia per teſtes omni exceptione majores, poſſit petere ſeparationem thori, & dotem, ſcribit *Natt. conſil. 616. Excell. P. Theſſaur. deciſ. 130. Marc. qu. 738. part. 2.* ¶ Ante matrimonium conſummatum poteſt alter conjugum (etiam altero invito) religionem ingredi, ſed alter remanens in ſeculo, poteſt ad ſecunda vota tranſire. *cap. 2. ext. de converſ. conjug.* ¶ An liceat fideli ſe ſeparare ab infideli, vel hoc expediat, *vide 28. quæſt. 1.* ¶ Separatur, qui cum filiola, vel matre ſpirituali contrahit matrimonium, *vide cap. 1. 19. quæſt. 1.* ¶ An liceat conjugibus, vel alteri ipſorum ſe ſeparare cauſa Religionis, *vide per tot. 27. q. 2.* ¶ Maleficiati impedir coire artibus maleficis, poſt confeſſionem, & orationes factas, cauſa tollendi incantationes, poſſunt ſeparari. *c. ſi per ſortiarias 32. q. 1.* ¶ Niſi poſt reſtitutionem, neque de conjugii fœdere, neque de adulterii crimine, inter virum & uxorem, judicium eſt agitandum. *c. ſive 33. q. 2.* ¶ Matrimonium, quando ob maleficium ſeparatur, ſeparati poſſunt alibi uxorari. *Marc. d. qu. 667. num. 15. part. 2.* ¶ An in crimine Sodomitico, aut alio crimine concernente Religionem Fidei, fiat ſeparatio, quoad thorum. *Marc. q. 739. part. 2.*

Vel non.

Qui fornicatur, cauſa fornicationis uxorem ſuam dimittere non poteſt. *c. nihil. quæſt. 6.* tamen uxor poteſt dimittere virum ob fornicationem. *c. apoſtolus. & c. fidelis 32. quæſt. 7.* ¶ Nemo ſine judicio Eccleſiæ, debet uxorem ſuam relinquere. *cap. 12. ex. de deſponſ. impub. vide Franc. Marc. quæſt. 513.* ¶ Ex cauſa levi, & temeraria conjuges etiam quoad thorum & mutuam cohabitationem, ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum juramenti interpoſitione. *cap. 24. ex. de jurejur.* ¶ Non ſeparatur matrimonium ad dictum unius aſſerentis affinitatem præceſſiſſe. *c. 3. ex. de divor.* & hoc etiamſi rumor viciniæ conſentiat. *c. 5. eo.* ¶ Ei adulterium objici non poteſt, quæ ad hoc invita tracta eſt, & ſic non ſemper propter adulterium vir poteſt uxorem dimittere. *c. 6. ex. eo, qui cognovit conſang. ſuæ uxor.* ¶ Si ambo commiſerint adulterium, non fit ſeparatio thori: quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur. *c. 4. & 5. ex. divor.* ¶ Conjuges voluntarie ſe ſeparantes, poſſunt ſe invicem alter alterum repetere, non obſtante hujuſmodi voluntaria ſeparatione. *Joan. de Arnon. ſing. 60.* ¶ Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet. *Felyn. conſ. 26.* ¶ Qualiſcumque ſit vir, ex quo ſemel placuit, non dimittendus. *c. horrendus. 32. q. 5. idem in uxore. cap. ſi uxor. ibidem.*

Cap. VII. Quæ reſtituenda.

Dos, jocalia, veſtes, & donata reſtituuntur, ſoluto matrimonio, propter impotentiam, vel aliam cauſam. *Borg. deciſion. 18.* Fallit in eo, qui malitioſe & dolo contraxit matrimonium. *Borg. ibidem num. 10.* ¶ Dos reſtituitur, quando fit ſeparatio thori propter lepram, morbum gallicum, furorem, dementiam, adulterium, & quid ſimile. *Borg. deciſ. 18. de contra. part. 2. n. 26. Vinc. de Franc. deciſ. 312. part. 2. vide eundem, deciſ. 144.* ¶ Maritus ſæviens in uxorem, maleque vivendo, an teneatur ad alimenta tantum, vel totam reſtituere dotem, *vide deciſ. 131. Rot. Aven. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* & uxor, ſi verberetur à viro, licite poteſt divertere. *Bartol. in l. 22. C. de agricolis. lib. 10. num. 7. & c. 8. ext. de reſtit. ſpoliat.* & tunc uxor poteſt à viro aufugere, & extra domum petere alimenta. *Vinc. de Franc. deciſ. 244. part. 2. Lud. à Pogue in ſuis quæſt. crimin. cap. 20. cap. 8. ext. de reſtit. ſpoliat.* ¶ Delegatus ad cauſam matrimonii, ſi fert ſententiam divortii pronunciare, etiam debet dotem reſtituere. *cap. 3. ext. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Maritus per ſententiam ab uxore ſeparatus, ſi poſtea adulteratur, an ſit uxori reſtituendus, *vide gloſſ. in cap. apoſtolus. 32. quæſt. 7.*

Valeant, vel non.

Conceſſio precibus falſis & mendaciis conceſſa, eſt obreptitia & ſubreptitia, & per conſequens nullius valoris: ideo diſpenſatio ejus virtute ſequuta non tenet, nec filii nati ex matrimonio ſequuto poſt talem diſpenſationem, ſunt legitimi. *Menoch. conſ. 15. volum. 1.* ¶ Uxor non reſtituitur viro capitali odio eam proſequenti, etiam cum cautione. *Menoch. conſ. 299. libr. 3. vide Pet. Genar. ſingul. 65.*

Cap. VIII. Uxor, maritus, quæ facere, lucrari poſſit, vel non.

Si uxor alicujus publice adulteratur, vir licite poteſt poſtmodum ad ordines promoveri, & religionem

intrare, ſi poſt adulterium eam non cognoverit. *c. 15. ex. de converſ. conjug.*

Lucrari.

Matrimonium, ſi ſeparetur quoad thorum culpa mariti, uxor lucratur donationem propter nuptias, & econtra, ſi uxoris culpa, vir lucratur dotem. *Vinc. de Franc. deciſion. 244. part. 2.* & cauſa ſeparationis thori & matrimonii, eſt prius tractanda coram judice eccleſiaſtico, quam agatur ad dotis reſtitutionem coram judice laico. *Vinc. de Franc. deciſion. 312. part. 2.*

Cap. IX. Quando repudiari poſſit, vel non.

Furioſus non poteſt conjugem repudiare, nec ipſe poteſt ex hac cauſa repudiari, niſi furor ſit intolerabilis. *l. 23. §. maritus. ff. ſolut. matrim. vide Vinc. de Franc. deciſ. 312. part. 2.* ¶ Propter impotentiam coitus mulier repudiat virum. *gloſſ. cap. 4. de probatio.* ſed matrimonium, an propter impedimentum ſeparari poſſit. *Marc. quaeſt. 677. part. 2.* ¶ Non poteſt quis reprobare uxorem (quam approbavit) ex cauſa præcedenti; ſecus ex ſequenti, & multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ non dirimunt jam contractum & matrimonium de præſenti nullo caſu ſuperveniente diſſolvitur, niſi ante carnalem copulam profiteatur alter. *c. 25. ex. de jurejur.*

Cap. X. Qua amittat.

Uxor propter adulterium à viro ſeparata, perdit dotem, & donationem propter nuptias. *cap. 4. de eo, qui cogn.*

Cap. XI. Ad qua teneatur.

Maritus ab accuſatione adulterii, repellitur in caſibus ſeptem, traditis *per gloſſ. in c. 1. 23. q. 6.* ¶ Pendente lite divortii, uxor debet ſtare & habitare cum marito. *Joan. Papon. lib. 15. titul. 3. arreſt. 1. cap 2. ex. ut lite pendente nihil.* ¶ De uxore, quæ virum leproſum non poteſt deſerere, & de viro, qui diu ab uxore abeſſe non debet. *Menoch. de Arbitr. lib 2. caſ. 456.* ¶ Qui alteri nupſit putans virum ſuum mortuum, illo redeunte, ad ipſum primum redire cogitur. *c. cum per bellicam. 34 q. 1. & 2.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Statutum de lucro dotis non habet locum in matrimonio ſolvendo propter maleficium, vel impotentiam, licet uxor moriatur ante diſſolutionem. *Borg. deciſ. 18. de contract. part. 2. num. 24.* ſecus in fructibus dot. *ibid. numer. 25.* ¶ Mulier, quæ matrimonium contraxit cum viro, quem frigidum eſſe ſciebat, divortii libellum dare non poteſt. *34. quaeſt. 1. num. 3.* ¶ Sponſa, an ſit virgo, quomodo cognoſcatur, *vide num. 10.* & quomodo viſitari debeat, *vide ibid. quaeſt 678. part. 2.*

TITULUS CCCCXXXII.

De adoptionibus & arrogationibus.

Generalia.

DE ſtipulatione, quæ interponitur à patre arrogante pupillum, *vide per Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tractat. termino. action. num. 191. poſt volumen Jaſ. de action.*

Cap. I. Qua veniant.

Appellatione filii venit adoptivus, quando diſpoſitio in aliis filiis verificari non poteſt, regulariter contra. *Rebuff. de ſent. proviſ. art. 1. gl. 2. num. 27.*

Cap. II. Qua debeantur adoptivo.

In filiis adoptivis petentibus ſucceſſionem, non habet locum proviſio de alimentis. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 584.* ¶ Immunitas, quæ datur patri propter filios, non habet locum in filiis adoptivis. *Dec. conſil. 399. vol. 2.*

Cap. III. Qui ſuccedere poſſint.

Filius datus in adoptionem, poteſt vocari ad contratabulas ex perſona hæredis committentis delictum, idem in filio dato in adoptionem avo materno. *l. ſi poſt mortem. ff. de bonorum poſſeſſ. contr. tabul.* ¶ De ſucceſſione filii, vel nepotis dati in adoptionem. *l. cum emancipatus. ibidem.* ¶ Cum adoptivus admittitur ad contratabulas patris naturalis, pater ejus adoptivus pro eo debet conferre, niſi eum antè ſine fraude emancipaverit. *l. 1. §. is quoque. ff. de collat. bonor.* ¶ Adoptivi filii ſimul cum legitimis & naturalibus admittuntur ad ſucceſſionem. *Ozaſ. deciſion. 75.*

Vel non.

Pater adoptivus non ſuccedit filio ab inteſtato, etiam poſt mortem patris naturalis. *Jac. Put deciſion. 505. libr. 2.* ¶ Quia adoptio in hoc tantum prodeſt, ut filius adoptatus patri adoptivo ſuccedat, & non econtra. *ibidem Put.* & non ratione filiationis ſuccedit patri adoptivo, ſed quod illud ſolatium adoptanti præſtiterit. *ibid. num. 7.*

Cap. IV. Qui excludantur à ſucceſſione.

Mater naturalis, an excludat adoptantem, vel cum eo ſimul admittatur, *Ozaſc. deciſion 75.* ¶ Pater adoptivus excluditur à matre naturali, ſi definat eſſe pater, puta per emancipationem. *ibid. num. 3.* ¶ Adoptatus ab avo materno, an excludat ſubſtitutum, teſtatore prohibente, ne filiæ fœminæ ſuccedant, *Creſcen. deciſion. 1. alias 22. tit. de ſucceſſion.*

Vel non.

Filius emancipatus & poſtea arrogatus ab alio, non poteſt venire etiam de jure Prætorio ad hæreditatem patris naturalis, niſi ante mortem ſuam fuerit emancipatus ab arrogante. *§. & hi qui emancipati, inſt. eod.* hodie tamen hoc videtur correctum, *vide §. admonendi. & §. ea omnia ibidem.* ¶ Adoptivus ſubſtitutum non excludit, eſt enim communis concluſio adoptivum, vel arrogatum appellatione liberorum non venire, quoties adoptione, vel arrogatione diſpoſitio legis, ſtatuti, vel hominis fieret eluſoria, & generaliter ſcire oportet, appellatione filiorum non venire adoptivum, vel arrogatum, niſi in caſibus in jure expreſſis. *Andr. Gail. obſerv. 136. n. 4. lib. 2. num. 13. & 14.*

Cap. V. Qui ſint effectus adoptionis.

Adoptio quare non operetur defectum ſubſtitutionis factæ ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, *Ozaſ. deciſ. 126. num. 16.* ¶ Fœmina per adoptionem non poteſt habere filium, qui poſſit habere querelam inofficioſi. *l. 29. § fin. ff. de inoffic. teſt.* ¶ Qui aliquem tanquam filium promittit tractare, ipſum emancipare, inſtituere, vel exhæredare tenetur de jure, vel de facto, alias pœna committitur. *l. 132. ff. de verborum obligat.* ¶ Donatio, quæ revocatur propter ſupervenientiam liberorum, non revocabitur per filios inde adoptatos, qui pariter non faciunt deficere fideicommiſſum. *Dec. conſil. 399. Rebuff. in ſuis commentariis. tractat. de ſentent. proviſion. art. 1 gloſſ. 2. num. 27.* ¶ Ideo adoptivis filiis agentibus ad bona paterna, interim non fit proviſio de alimentis, *Rebuff. ibid. num. 29.* ¶ Adoptione non mutatur domicilium. *Boer. deciſ. 13 num. 4.* ſed adoptatus efficitur de domicilio & origine adoptantis. *Franc. Marc. quaeſt. 880.* & adoptivus nomen & arma adoptantis ſequitur, *ibid. num. 2.* ¶ Arrogatione patris, filii capite minuuntur. *l. 3 ff. de capit. dimin.* ¶ Adoptione vitiata ex aliqua cauſa, vitiantur inſtitutio, & legatum. *Marc. quaeſt. 883.* ¶ Si quis adoptaverit, vel arrogaverit aliquem, adoptans acquirit poſſeſſionem bonorum illius ſine traditione. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſ. in præfat. n. 113.*

Cap.

Cap. VI. Quæ præſumantur & requirantur.

Adoptio facta in loco inſolito præſumitur fraudulenta. *Dec. ibid. num. fin.* ¶ Adoptio de ſubſtantia, exigit ſcripturam. *§. ſed. & ſi quib. mod. jus pat. pot ſol.*

Cap. VII. Qui arrogari, adoptari poſſint, vel non.

Infans arrogari non poteſt, in adoptione tamen ſufficit conſenſus expreſſus, vel tacitus, imo etiam filius invitus poteſt adoptari, ſed in arrogatione requiritur vocatio, ſeu conſenſus agnatorum & parentum. *Franc. Marc. quæſt. 881.* ¶ Adoptari ſpurius non poteſt, neque filius naturalis. *Dec. conſ. 298. numer. 9. Ludovic. Rom. ſingul. 627.* & ſcriptura in adoptione, & arrogatione requiritur, & apud judicem competentem fieri debet. *Marc. quæſt. 881.* ¶ Non poteſt quis adoptari ut frater. *l. 7. C. de hæred. inſtit.*

Cap. VIII. Qui tranſeant in arrogationem, adoptionem.

Adoptatus ab aſcendente exigit patriam poteſtatem, & tranſit in poteſtatem adoptantis. *§. ſed, & ſi pater, inſtit. quibusmod. jus pat. poteſt. ſolut.* ¶ Dominium & poſſeſſio omnium bonorum arrogati, & ipſe arrogatus in arrogantem tranſeunt, ſine ulla apprehenſione. *l. 16. ff. de precar.* ¶ Arrogatus tranſit in poteſtatem arrogantis, & ei ſuccedit. *§. item vetuſtas. inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer.* ¶ Privilegium patris adoptantis ad filium adoptivum, ſicut ad legitimum tranſit. *Marc. d. quæſt. 885.* ¶ Feuda ad filios adoptivos tranſeunt, *vide tamen Gail. obſerv. 136. lib. 2. num. 16. Franc. Mant. tractat. de conject. ult. volunt. libr. 10. tit. 8.* & adoptivus neque nobilitatem patris naturalis, neque dignitatem perdit. *Marc. quæſt. 885.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Adoptatus ex cauſa ingratitudinis poteſt exhæredari, ſicut filius naturalis, nam adoptio naturam imitatur. *Marc. quæſt. 882.* ¶ Quando res alienatur à patre arrogante in fraudem filii arrogati, quid juris, *Jaſon. de act. in §. item ſi quis in fraudem.* ¶ Adverſus arrogationem minor reſtituitur. *l. 3. §. ſi quis. ff. de minor. 25. ann.*

TITULUS CCCCXXXIII.

De patria poteſtate.

Generalia.

DE patria poteſtate, *vide titul. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. & tit. de adopt. & emancip. & in titul. quib. mod. patr. poteſt. ſolu.*

Cap. I. Qualis ſit.

Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debet. *l. 5 ff. ad leg. Pomp. de pari.* ¶ Patriæ & patris poteſtas æquiparantur. *l. velut i. ff. de juſtit. & jur. Bart. in l. 1. C. de ſumm. Trinit.* ¶ Jus patriæ poteſtatis eſt à poteſtate ſeculari, & non eccleſiaſtica introductum. *Ægid. Bellam. concl. 731.* ¶ Patria poteſtas non curatur in his, quæ publici juris ſunt, quando aliquid fit, ut à publica perſona, alias ſecus, *vide Bart. in l. 6. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine. Marc. quæſt. 529* verum in his, quæ publici ſunt juris, quando attendatur patria poteſtas, *vide eundem Bart. in l. 3. ff. de teſtam.*

Cap. II. Quæ præſumantur.

Patris conſenſus, in quibus cauſis filiofamilias agenti, & in poteſtate exiſtenti, ſit neceſſarius, *vide gl. in l. fin. §. ſi filius ſimili modo. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Patria poteſtas præſumitur, niſi contrarium probetur. *Boer. deciſ. 197.* ideo filius in dubio præſumitur in poteſtate: fallit quando filius eſſet in quaſi poſſeſſione eſſentiæ ſui juris, quia tunc transfertur onus probandi in adverſarium, quod procedit, quando filius ſeorſum habitavit à patre per decennium. *idem Cabal. Milleloq 547. vide Guid. Papon. ſingul. 337. & l. 8. ff. de probat.*

Cap. III. Inter patrem & filium, quæ fieri poſſint.

In adventitiis obligatio inter patrem & filium conſiſtit. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 44. num. fin.* ¶ Inter patrem & filium durante patria poteſtate, non cadit obligatio civilis. *Abb. conſ. 66. num. 3. lib. 2.* ¶ Lis inter patrem & filium in poteſtate eſſe non poteſt jure civili, ſecus de jure canonico. *Bartol. in ſuo tract. de differ. int. jus Canon. & Civil. num. 7.*

Cap. IV. Quæ valeant.

Si pater multos habens filios vendat omnia bona ſua diſſipando, & filii petant ſibi aſſignari aliquam poſſeſſionem pro eorum alimentis, an talis petitio procedat de jure, *de actio. §. ſi quis in fraudem. Jaſon. num. 4.* ¶ Contractus inter fratres & cum patre factus, juramento confirmatur, & ſubſiſtit irrevocabiliter. *Ozaſ. deciſion. 125. n. 3. circa medium.*

Cap. V. Qui ſint effectus.

Aſſertio alterius non facit filium eum, qui non eſt, & quod relinquitur alicui, ut filio non debetur, ſi appareat illum non eſſe filium. *l. 5. C. de teſtam.* ¶ Patris, aut matris aſſertio filiis non præjudicat ſuper filiatione. *Bart. in l. 6. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. vide Abb. conſil. 105.* ¶ Aſſertio patris non facit filium non eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, niſi mulier contempſerit Plautianum. *Bart. in l. 14 §. ſi quis. ff. de liber. & poſthum. vide ſupra lib. 2. tit. de confeſſis, & confeſſion. in genere.*

Cap. VI. Qui dicatur in patria poteſtate.

Legitimati per Principem, vel per ſubſequens matrimonium efficiuntur in poteſtate patris. *§. fin. Authen. de nupt. & §. generaliter. Auth. quib. mod. natu. effic. ſui.* ¶ Qualiter & quando quis efficiatur in poteſtate patris adoptantis, vel arrogantis per adoptionem, vel arrogationem, *vide in tit. de adopt. ſup.* ¶ Emancipato filio, vel in adoptionem dato, nepos tunc conceptus remanet in poteſtate. *§. illud inſtit. eo.* & nepos non eximitur à poteſtate avi ratione feudi. *Vinc. de Franc. deciſ. 304. lib. 3.* ¶ Nepos ex filio eſt in poteſtate avi, & non patris, tamen hoc non obſtante filius (etiam invito patre) poterit filium ſuum, & nepotem avi tradere monaſterio. *Hippol. ſingul. 120.* ¶ Filia de jure communi licet maritetur, tamen remanet in poteſtate patris, nec tranſit in poteſtatem mariti, ſed ſocia eſt ipſius, ita quod non reincidat in patris poteſtatem, marito mortuo. *Grammat. ibid. num. 4. Joſeph. Lud. deciſion. Peruſ. 28. num. 11. l. 5. C. de condition. inſert. & ibid. gloſſ. vide Caſſad. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts. Rub. 4. §. 1. gloſſ. 3. num. 8.* propterea quamvis ipſa filia ſit nupta, & demum vidua, non ex hoc poteſt dici exempta à patris poteſtate, & per conſequens cogitur redire ad habitandum cum patre, hoc requirente, *Grammat. dict. deciſ. 54.* ¶ Filia nupta eſt etiam in poteſtate mariti, quoad illa, quæ ſunt neceſſaria ipſi marito. *Bartol. in l. 5. C. de condit. inſert.*

Vel non.

Naturalis filius non eſt in poteſtate patris, & patria poteſtas, quot modis inducatur, *Bart. in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ¶ Filii nati ex matrimonio illegitimo, non ſunt in patris poteſtate. *§. ſi adverſus. Authen. de nupt.* ¶ Pater inhoneſtæ vitæ, non habet filium in poteſtate. *Capell. Thol. quæſtion. 242. in addit.* ¶ Fœminæ non habent filios in poteſtate. *§. fœminæ, inſtitut. de adopt.*

Cap. VII. Qui recuſari poſſint in patriam poteſtatem.

Filius liberatus à patria poteſtate propter patris monachationem, ſi revertitur ad ſeculum auctoritate Summi Pontificis pater, reincidit filius in priſtinam poteſtatem. *Gmm. deciſion. 54. num. 10.* ¶ Patre deportato deinde reſtituto, fillus quando reincidat in ejus poteſtatem, & filio in poteſtate datur tutor, propter malos mores patris. *Bart. in l. 13. C. de ſentent. paſſis, & reſtit.* aliaa filio in poteſtate non datur tutor. *gloſſ. in l. fin. §. ſin autem. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ A patria poteſtate ſemel liberatus, in ejuſdem patris poteſtatem honeſte reverti non poteſt. *Gmm. deciſ 54.*

Cap. VIII. Qui eximi poſſint.

De patria poteſtate, & quando dignitas liberet filium ab illa, *vide in tit. Auth. conſtit. qua in dignitatib.* ¶ Per deportationem patris, filii liberantur à patria poteſtate, quam non recuperat pater ex ſola indulgentia ſibi conceſſa. *l. 9. C de ſencen. paſſis, & reſtit.* ¶ Clericus liberatur à patria poteſtate. *Guid. Pap. quaſt. 382.* tamen clericatus non liberat quem à patria poteſtate. *Ægid. Bellam. concl. 731 n. fin.*

Vel non.

Dignitas presbyteralis non liberat filium à patria poteſtate; ſecus in dignitate Epiſcopali, *Joan. Papon. libr. 7. arreſt. 24. vide tamen Guid. Pap. ſingul. 564. & Anthen. ſed Epiſcopalis. C. de Epiſcop. & Cleric.* ¶ Filium ex eo à patria poteſtate non liberari, quod pater bannitus ſit, ſcribit *Menoch de Arbitm. quaſt 90. num. 45.* ¶ Filia ex nexu paterno contra patris voluntatem, eximi non poteſt. *Grammat. deciſ. 54. num. 8.*

Cap. IX. Patria poteſtas, quando finiatur, ceſſet.

Patres lenonea, ſi filiabus peccandi præbent neceſſitatem, earum perdunt poteſtatem. *l. fin. C. de ſpectaculis. lib. 11. l. 13. C. de Epiſc. audien.* ¶ Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvatur, *vide tit. inſtit quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv. & in tit. de adopt.* ¶ Jure Civili durat patria poteſtas in omnem ætatem filii, ſed de jure Canonico ſolvitur adveniente adulta ætate, quoad matrimonium, & adjuramentum. *Bartol. de different. inter jus Civil. & Canon. num. 88.* ¶ Patria poteſtas ſolvitur patre effecto monacho, pariter filius effectus monachus liberatur à patria poteſtate. *Bartol. in l. 6. num. 8 ff. de his, qui ſunt ſui.* ¶ Patria poteſtas de jure non ceſſat per filii, vel filiæ matrimonium; ſecus de conſuetudine Franciæ, & tunc an filia vidua redeat in patria poteſtatem, *vide Boer. deciſ. 197. Hartm. cap. 11. titul. de matrimon. libr. 1.*

Cap X. Filius, qualis ſit.

Pater & filius eadem perſona cenſentur. *l. fin. C. de impuberum.* quod procedit in his, quæ ſunt juris; ſecus in his, quæ facti. *Jaſon. ibidem.* ¶ Probatio adulterii non infert probationem ſpurietatis: quia in dubio ſtatur præſumptioni, quod filius ſit conceptus ex ſemine mariti. *Alex. Raud. tractat. de Analog. cap. 30. & ſupra titul. de nupt.* ¶ Nemo poteſt ſibi patrem aſſignare, cum id ſolum natura faciat: quare qui ſe vocat ex alio parente natum, non officit veritati. *l. 12. C. de libera. cauſ.*

Cap. XI. Qua probentur

Ubicunque propter delictum patris bona filio acquiruntur, ſtatim filius efficitur ſui juris. *Petr. de Raven. ſingul. 133.* ¶ Probatio filiationia probatur præſumptive, & ſi filius eſt in quaſi poſſeſſione filiationia, non habet neceſſe probare ſe filium. *Bartol. in l. 1. C. quorum bonorum. vide Abb. conſil. 205.* ¶ In partu ſuppoſito duo teſtes (etiam mulieres) plene probant. *Dec. conſ. 342. vol. 2.*

Cap. XII Qua præſumantur.

Quando filius habeatur pro illegitimo, *vide Joan. Mobed. deciſ. 29.* & quando præſumatur filius, *vide Mobed. deciſ. 115. & ſupra titul. de nupt. & matrimon. Dec. conſ 289. Natt. conſil. 205. Hippol. ſingul. 530.* & de probatione filiationis legitimæ, vel illegitimæ, *vide Dec. conſ. 54. & conſ. 272. Marc. quaſt. 457. part. 2. Magon. deciſ. 86. Luc. & Andr. Gail. obſerv. 97. lib. 2.* ¶ Filius an præſumatur ex ſemine mariti conceptus, ſi uxor erat alterius aſſidua concubina, *vide Creſcen. deciſ. 1. alias 118. tit. qui fil. ſint. legit.* filiatio enim facila non poteſt probari, niſi per conjecturas. *l. 83. ff. de condit. & demonſtr. & ibidem gloſſ.* ¶ Filius natus in novo menſe ex vidua, quæ ſtatim mortuo viro effecta fuit concubina alterius, præſumitur filius primi mariti, rationa legitimitatis. *Franc. Cremen. ſingul. 127.*

Cap. XIII. Pater, qua facere poſſit, vel non.

Pater qua emendatione in filium uti debeat, *vide Marc. queſtion. 880. part. 2.* ¶ Ad juſſum patris debet judex filium detinere, quum non ſit veriſimile, quod pater vellet eum incarcerari ſine juſta cauſa. *Jaſſ. Lanfr. Balb. deciſ. 209.* ¶ Pater ex cauſa neceſſitatis filium vendere poteſt. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 172. num. 4. Marc. de Mant. ſingul. 77. & ſingul. 547. Hippol. ſingul. 101.* fallit in filio presbytero. *Hippol. d. ſingul. 77. & ſingul. 101.* ¶ Amor paternus operatur, quod filius delinquens præſentatus à patre puniatur. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 347.* à judice, qui tenetur in filium ſententiam ferre, quam elegerit pater, *vide Marc. de Mant. ſingul. 547. l. 3. C. de patrimon. poteſt. Alexand. in l. moribus. ff. de vulgari. num. 24. & Boer. deciſ. 199. num. 10.* ¶ Si pater amiſerit omnia bona in ludo, an poſſint filii illa revocare uſque ad eorum legitimam, tanquam in fraudem alienata, *Jaſ. §. in fraudem de actio. num. 3.* ¶ Pater non poteſt filium legitima privare, ſine legitima cauſa, *Marc. de Mant. ſingul 547.* ¶ Quando pater dilapidat bona ſua, tunc filius poteſt agere contra eum, *Mann. in ſuo ſpec. part. 6. cap. & perveniuntur aliquando per viam inquiſ. num. 70. vide gloſſ. in c. quaritur. 2. quaſt. 7.*

Vel non.

Pater non poteſt invito filio jus patriæ poteſtatis ſolvere: ita nec filium invitum ſub poteſtate redigere. *Capic. deciſ. 194. num. 9.* ¶ Filia alteri donare non poteſt dotem à patre profectam. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 242.* ¶ Flius in profectitiis agere non poteſt eſſe in judicio abſque patris aſſenſu: fallit in caſibus, de quibus per *Gaſp. Cabal. Milleloq. 546. vide ſupra libr. 1. tit. qui legit. perſon. ſtan. in judic. habe.* ¶ Pater durante patria poteſtate non poteſt contra filium actionem exercere in rebus uſufructuariis, poteſt tamen Manum Regiam judicis arbitrio exercere. *Put. deciſion 304 libr. 3.* ¶ Filii parentes caſtigare non debent, ipſi vero poſſunt exercere patriam poteſtatem in filios, eoa corrigendo & verberando, quotieſcunque velint impedire patrem, & contra ipſum agere ratione adminiſtrationis bonorom ipſorum filiorum, *l. 6. §. non autem, & ibidem gloſſ. C. de bonis, qua liberis.*

Cap. XIV. Ad qua teneatur.

An pater dotem filiæ nubenti, ſine ſuo conſenſu dare teneantur. *Andr. Fach. lib. 3. contr. cap. 45.* ¶ Promittens aliquem tractare, ut filium, tenetur illum emancipare de facto, vel inſtituere, aut ex hæreditate. *Matth. Matheſ. ſing. 175.* & aliter, ad quid teneatur, *vide Bart. in l. 131. ff. de verb. oblig.* ¶ Patri in carceribus detento, filius tenetur toto poſſe præſtare auxilium, & illum liberare ſi fieri poteſt; alias reputabitur ingratus, *Joan. Papon. lib. 7. tit. 5. arreſt. 3.* ¶ Quando alienantur res à patre, vel à

matre

matre in fraudem filiorum, quid juris, *vide Jaſon. de actione. in §. ſi quis in fraudem, inſtitut. de action.* & quando filii poſſint revocare bona in eorum fraudem alienata, *vide ibid. & num. 119.* ¶ Pater, qui fecit atrocem injuriam filio, poteſt accuſari criminaliter. *Bart. in l. 7. §. ſi dicatur. ff. de injur. & famo. libel.* & econtra poteſt accuſare filium pro gravi delicto in ipſum commiſſo; ſecus pro levi. *Bartol. in l. 2. ff. ad leg. Cornel. de ſica.* ¶ Filius conditionem matris, vel patris converſi ad fidem, ſequi debet. *c. fin. ext. de converſ. infidel.* ¶ Pater, ſi expoſuit filium, an perdat jus, quod habet in eum, *vide l. fin. & ibid. gl. C. de infant. expo.* quod perdat, facit, *cap. 1. extr. de infant. langu. expo.* ¶ Filius non ſemper tenetur obedire patri. *gloſſ. in l. 37. ad leg. Aquil.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Si liberi noſtri per alium detineantur, agitur interdicto de liberis exhibendis. *l. 2. C. de liber. exhib.* ¶ Interdictum de uxore exhibenda competit contra patrem puellæ, qui habet eam in poteſtate. *l. 4. C. eod.*

TITULUS CCCCXXXIV.

De emendatione propinquorum.

DE emendatione filiorum, uxorum & monachorum, *vide per Boer. dec. 304.* ¶ Corrigere poteſt ſocer generum, quia ſocer habetur loco patris, imo ſenior juniorem (eum verberando) & ceſſante conjunctione ſanguinis. *Cravet. conſil. 151. num. 17.* ¶ Caſtigatio, quæ conceſſa ſit propinquis, & de pœna excedentis moderatam caſtigatiooem, *vide per Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 364.* ¶ Uxorem delinquentem maritus leviter corrigere & verberare poteſt, ſed non carcerare. *Lud. Roman. ſingul. 4.* ¶ Pater poteſt ponere filium inobedientem in compedibus. *Petr. de Raven. ſingul. 816.* ¶ Qualem caſtigationem habet pater in filios, *vide ſupra titul. proxim. præcedent.* ¶ Pater qua animadverſione in filium uti debeat, *vide per Marc. quæſt. 880.*

TITULUS CCCCXXXV.

De bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis acquiruntur, & eorum adminiſtratione.

Cap. I. Bona, qualia ſint.

DOnatum filiofamilias quando dicatur periculum caſtrenſe, *Bartol. in l. 8. num. 3. ff. de caſtren. pecu.* ¶ Ubi in venditione rei mioorıs neceſſaria eſt auctoritas judicis, ſi pater vendiderit, non eſt neceſſaria ipſa judicis auctoritas. *Bald. ſing. 37.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Profectitium quid ſit, & qualiter intelligatur ex ſubſtantia patris proficiſci, *vide Bart. in l. 6. C. de bonis, quæ liber.* ¶ In donatione facta filiofamilias, inſpicitur cujus contemplatione ſit facta donatio. *l. 23. ff. de mor. cauſa. donat.* ¶ Legatum relictum filiofamilias, an & quando patris contemplatione relictum intelligatur, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 16. Bart. in l. ex liberis. C. de uſufruct. & habitat. & l. cum antiquitas. C. de jure delib.* ¶ Quando propter delictum patris conſolidetur uſusfructus cum proprietate, *Papon. lib. 14. tit. 2. art. 8.*

Cap. III. Quæ præſumantur.

Filius, qui non eſt induſtrioſus, vel non apparet unde quærere potuit, de bonis patris quæſiviſſe præſumitur. *Boer. deciſ. 81. num. 9. vide l. 2. C. de patria poteſtat.* ¶ In dubio, an bona quæſita per filium præſumantur, quæſita ex ſubſtantia patris, val ex induſtria ipſius filii, & ſic eſſe profectitia, vel adventitia, *Cravet. conſil. 61. num. 8. Dec. conſil. 670. Roland. conſil. 90. volum. 2. & conſil. 54. volum. 3. Bartol. in tract. de duobus fratrib. num. 4. & 5. Abb. conſil. 36. lib. 2. gl. in l. 52. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Cap. IV. Quæ fieri poſſint inter patrem & filium.

Quando conſiſtat mutuum venditio, vel emptio inter patrem & filium, *Bartol. in l. 24. ff. de acq. poſſ.* & quid in locatione & ſocietate. *ibid.* vel alia obligatione, *vide eundem in §. ſi vero. Auth. de nupt.* ¶ Filio in judicio condemnato, exequutio fit in peculio caſtrenſi, vel quaſi ſecus in adventitio, in quo pater habet uſumfructum. *Capell. Thol. quæſt. 121.* ¶ Præſcriptio inter patrem & filium in adventitiis poteſt inchoari. *Pat. deciſ. 304. lib. 3.* ¶ Exequutio ſententiæ contra filiumfamilias latæ, non poteſt fieri in bonis ipſius filii, ſi in illis pater habeat uſumfructum. *Guid. Pap. quæſt. 326. vide Boer. deciſ. 7. num. 14. Bartol. in l. 7. C. qui bonis cedere poſſ. in l. 34. ff. de noxal. act. & in l. ſi finita. §. ſi de. ff. de dam. infect.* ¶ Obligatio civilis hodie cadit inter patrem & filium, *Bart. in l. 6. §. illud C. ad Senat. Conſ. Trebell.* ¶ Libri empti per patrem, & traditi filio, quando videantur donati, *Bart. in l. 18. C. famil. ercif.* ¶ Publicatis bonis filii, etiam ob crimen læſæ Majeſtatis, non intelliguntur publicata bona adventitia, ratione uſusfructus ad patrem pertinentis. *Ozaſ. deciſion 94. Boer. deciſion. 7. & deciſion. 171. num. 33. Capell. Thol. quæſt. 120. Menoch. conſil. 182. libr. 2. num. 23.* limita *ut ibid. per Ozaſ. d. deciſ. 94. num. 29.*

Cap. V. Quæ valeant, vel non.

In adventitiis, obligatio inter patrem & filium poteſt conſiſtere. *Ozaſ. deciſ. 44 n. fin.* ¶ Donatio facta patri & filio, quando in medietate quæratur filio, & quando in ſolidum patri. *Afflict. deciſ. 393.* ¶ Donatio facta per nepotem patruo, ſive ſit cauſa mortis, ſive inter vivos, non valet. *Rol. conſ. 89. vol. 4.*

Cap. VI. Filio actio contra patrem, quando detur.

Filio eſt danda actio, pro bonis alienatis per patrem, contra poſſeſſorem, ſed an detur vivente patre, *vide deciſ. 13. Joſeph. Lud.* ¶ Mutuo facto pauperi, de quo filios alimentavit, poteſt agi contra filios, qui habent bona materna. *Bart. in l. 49. ff. de condict. in deb.* ¶ Vide de materia *per Bart. in tit. ff. de peculio.* ¶ Creditor patris poteſt agere ſuper uſufructu, quem habet pater in bonis filiis deductis, tamen alimentis ipſius filii. *Joan. Papon. lib. 14. tit. 2. arreſt. 8. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. c. & poſt omnia. n. 37.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Filiusfamilias ſi habet ſpem de præſenti contra debitores patris, eos liberando ſibi præjudicat poſt mortem patris, *Ozaſc. deciſ. 94. n. 21.* ¶ Conſenſus minis & metu extortus, non operatur in alienatione rei minoris facta per patrem, *ibid. num. 20.* ¶ Filia propter ejus delictum dotem amittens, non patri, ſed ſibi poſt mortem patris præjudicat. *Ozaſ. d. deciſ. 94. n. 7.*

Cap. VIII. Filius, pater, quæ facere poſſit, ut donare, &c.

An filiusfamilias donare cauſa mortis poſſit res, in quibus pater non habet uſumfructum ſine conſenſu ipſius. *Cravet. conſ. 92.* ¶ Filius ſibi acquirit hodie ex omni cauſa adventitia. *Guid. Pap. quæſt. 145.* ¶ Qualiter filiusfamilias pupillus poſſit adire hæreditatem, patre recuſante, *vide Franc. Marc. quæſt. 42.* ¶ Filius impendens circa perſonam patris, non petit à cohærede judicio familiæ erciſcundæ, ſed act. neg. geſt. *Bald. in ſuo tractat. inter tract. Bart. de duob. fratr.* ¶ Filius poteſt donare bona adventitia ſine conſenſu patris contemplatione matrimonii, ſeu propter nuptias. *Cravet. conſ. 387.*

¶ Pater remittendo uſumfructum bonorum adventitiorum filiis, hæredea ab hujuſmodi uſusfructua petitione excluſiſſe cenſetur. *Ozaſ. deciſ. 132. num 4.* ¶ An pater poſſit expreſſe, vel tacite uſumfructum, quem habet in bonis filii, donare filio, vel filiis, ita quod poſtea eundem revocare non poſſit, *vide Boer. deciſ. 196.* ¶ Pater permittens filium percipere fructus bonorum adventitiorum, & de eis diſponere, cenſetur ipſi filio remiſiſſe jus, vel commoditatem ipſius uſusfructus ad ſe ſpectantem, etiamſi cum patre ipſo habitet. *Menoch. conſil. 282. num. 32.* Sed quando pater donaſſet hanc commoditatem, non poſſet revocare donationem reſultantem ex dicta permiſſione, pro uſufructu præterito, ſecua quoad futurum. *Menoch. ibidem num. 34.* ¶ Bonorum adventitiorum alienatio prohibita filio eſt, propter uſumfructum, quem habet in eis pater. *Ozaſ. dict. deciſ. 94. Afflict. deciſ. 241. Boer. dec. 7. num. 13. Mynſing. obſervat. 10. cent. 6. idem Boer. deciſ. 61.* ſecus quando pater non habet uſumfructum in bonis filiorum, *Boer. deciſion. 185. num. 11. & Capell. Tholoſan. quaſt. 2.* quia tunc filius libere de bonis ſuis agit. *Marant. in ſuo ſpec. de ardine judic. diſtinct. 16. jud. num. 31.*

Vel non.

Filius regulariter, cui hæreditas venit reſtituenda à patre, cautionem reſtituendæ hæreditatis, durante patria poteſtate, petere non poteſt: fallit, quando reſtator ſpecialiter juſſiſſet, vel quando pater tranſiret ad ſecundas nuptias. *Marc. de Mant. ſingul. 394* ¶ Quod dicitur filium nihil poſſe diſponere in præjudicium patris, cui debetur uſusfructus in bonis ſuis, intelligitur dummodo (quando pater vult revocare factum filii) ipſe filius præſtet conſenſum patri, alias non eſſet audiendus. *Menoch. conſ. 154 lib. 2. num. 12.* ¶ Filius bona adventitia in patria præjudicium donare non poteſt, nec mortuo patre convaleſcit talis donatio, *Ozaſ. dict. deciſion. 94. numer. 9. vide Cravet. conſ. 39. 84. & 92.* nec bona acquiſita alienare. *l. 3. C. de patria poteſtat.*

Cap. IX. Habere poſſit, vel non.

Filius, qui negotiatur pecunia paterna, conſequitur medietatem lucri ipſius negotiationia, pro labore & induſtria, quod limita, quando negotiatur filius nomine patris. *Cravet. canſil. 125. in fin. & conſ. 165. vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 126. Caſſan. in conſuet. d. Burgun. titul. des enfans. Rub. 6. §. 2. gl. 2. Maran. in ſuo ſpec. titul. an ſit judicium civile, vel crimin. diſtinct. 4. num. 32. Bartal. in l. 1. C. pra ſocio. vide in tit. de collatia. & in titul. quod cum cod. Bartol. in l. 20. C. de collatia. Joſeph. Ludav. deciſion. Peruſ. 28. num. 25. & Abb. conſ. 36. libr. 2.* ¶ Filiusfamilias quinque modis poteſt habere pecuniam, nempe caſtrenſem, quaſi caſtrenſem, adventitiam, profectitiam & paternam. *Bartol. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* ¶ Bonorum adventitiorum proptietas & dominium, ad filios inſolidum ſpectat, & hujuſmodi dominium, bonorum appellatione continetur. *Ozaſ. ibid. num. 13.* ¶ An filiusfamilias hæredem habere poſſit in bonis adventiiis, & mortuo illo ad quem hodie pertineant, *Cuiac. titul. de bon. qua lib. fol. 729.* ¶ Filii in vita patris, ſi ſunt in poteſtate ipſiua, & ſub ejus gubernio, nihil conſequi poſſunt de acquiſitia, vivo patre. *Borg. Caval. deciſ. 11. num. 14. de contract. part. 2.*

Cap. X. Filius, ad qua teneatur.

Filii, vel filiæ non tenentur conferre tempore diviſionis bonorum parentum adventitia, ſed ſunt propria eorum, ſed tantum conferunt bona profectitia, nec caſtrenſia, vel quaſi conferuntur. *l. fin. C. de collat.* ¶ Filius, qui acquirit uſuras ex pecunia profectitia patris illas non communicat fratribus. *Bart. in l. 24 ff. de acq. poſſ.*

Cap. XI. Pater qua facere poſſit, vel non.

Pater expendens in ſtudio pro filio, quando videatur expendere de ſuo, ubi filius habet peculium, *vide Bart. in l. 36. ff. de negot. geſt. & in l. 61. ff. de petit. hæredit.* ¶ Pater poteſt conſtiruere procuratorem in bonis filii, etiam ante litem conteſtatam, & quando pater agit, vel convenitur nomine filii, in cujua perſona ſit formandus libellua, *vide Bartol. in l. 1. C. de bonis maternis.* ¶ Pater liugans tanquam adminiſtrator bonorum filii, facit expenſas litis de fructibus. *Bartol. ibid. in l. 1.* ¶ Pater habens adminiſtrationem bonorum filii, poteſt recipere ſolutionem. *Caſſan. ibidem num. 8. vide Natt. conſil 543.* ¶ Pater in adminiſtratione bonorum filiorum, præfertur matri, quod procedit, quando filiua eſt legitimus & naturalis, ſecus ſi ſit tantum naturalis, quia tunc mater præfertur. *ibid. Caſſan. d. §. 5. num. 10.* ¶ Pater, qui conſumpſit multa bona adventitia filiorum, loco ipſorum bonorum conſumptorum, poteſt dare in ſolutum filiis alia ſua bona, pro concurrenti quantitate. *Menoch. conſ. 196. lib. 2. lib. 2. num. 25.* ¶ Licet parens tranſiens ad ſecunda vota, amittat proprietatem bonorum habitorum titulo donationis, habitæ á conjuge ſolum retento uſufructu, tamen ſi ejus vita durante vult ea bona alienare, non poteſt impediri per filium, licet poſt ejua mortem alienatio ſit nullius momenti. *§. ſed quod ſancitum. Auth. de nuptiis.* ¶ Pater, ſi faciat filium ſtipulari ab aliquo debitore, quando videatur facere animo donandi, *Bartol. in d. tract. de duobus fratribus. numer. final.* ¶ Pater poteſt auferre filiis, vel filiabus profectitia, quæ non ſunt dotalia. *l. 7. C. ſolut. matrim.* ¶ Avus paternua, qui una cum avo materno ſuccedit in hæreditate nepotis præmortui, facta diſtinctione bonorum, paternorum & maternorum, an totius hæreditatis habere debeat uſumfructum, *Excell. Praſ. Theſſaur. deciſ. 56.* ¶ Furioſo in poteſtate patris conſtituto non datur curator, ſed ejus pater eſt legitimus adminiſtrator. *l. 7. eod. tit.* ¶ Uſusfructus bonorum relictorum filio, quibus caſibus quæratur patri, *Bart. in l. § 1. Auth. ut liceat matri.* ¶ De reſcindenda venditione facta per patrem de bonis adventitiis filiis minoris 11. ann. etiam conſentientis, *Affl. deciſ 393.* ¶ Pater, an & quando poſſit alienare bona ſibi, & filio donata, & alia adventitia filii, *ibid.* ¶ Pater adminiſtratorio nomine filii, poteſt venire adverſus contractum juratum, & illum revocare maxime, quando ſupervenit juſta cauſa, *Franc. Mant. quaſt. 43. & 503. part. 2.* ¶ Pater ſuper bonis adventitiis filii conventus, poteſt ante & poſt litem conteſtatam procuratorem (ut legitimus adminiſtrator) conſtituere, dummodo filius conſentiat. *Capell. Thol. quaſt. 105.* ¶ Pater eſt legitimus adminiſtrator filiorum & nepotum, exceptis bonis, in quibus patri non quæritur uſusfructus, & in quibus non eſt legitimus adminiſtrator, *Afflict. dict. deciſion. 56. & deciſ 73. Franc. Marc. quaſt. 43. Joſeph. Ludovic. deciſion. Peruſ. 13. num. 8. Vinc. de Franc. deciſ. 10. num 6. Bartol. in l. 36 ff. de injuriis.* ¶ Filius inſtirutus in aliquo, gravatusque ut amplius petere non poſſit, ſi illud relictum acceperit ſimpliciter, non ob id impeditur petere quod ſibi debebatur à patre *Guid. Pap. queſt 93.* ¶ Peculium filii profectitium pater alienare poteſt. *Afflict. dict. deciſion 393. numer. 4.* ¶ Pater ut legitimus adminiſtrator, poteſt pro filiia tranſigere, ſed quid quando promiſit pro ipſis de rato, *Jacob. Put. deciſion. 22. lib. 2. Andr. Gail. obſervat. 72. lib. 2.* quando poſſit tranſigere. *Cravet. conſil. 74. Natt. conſ. 503. & Ant. Trigo. ſingul. 93.* ¶ Pater in bonis filii habet majorem poteſtatem, quam tutor in bonis pupilli, ideo poteſt alienare (ex cauſa) bona filiorum ſine decreto. *Cravet. conſ. 74 Matth. Matheſ. ſing. 190.*

V. l

Vel non.

Patri male adminiſtranti bona filii, interdicitur adminiſtratio. *Gulıel. de Lud. ſingul. 7. Bartol. in l. ſi quis priorıs. §. in illo. C. de ſecund. nupt.* Et tunc filius poſſet petere bona ſua, *Amanel. de Clariſaquis. ſing. 121.* ¶ Pater hodie de jure noviſſimo non occupat bona adventitia filii jure peculii, ſed ut hæres. *ibid. num. 27. Bartol. in l. c. ff. de Caſtr. pecu.* ¶ Pater non ſimpliciter poteſt alienare bona filii, in quibus habet uſumfructum, ſed urgente neceſſitate ſolummodo, quo caſu poteſt alienare ſine judicis decreto, alias tenetur filio ad intereſſe, ſi eo in caſu non alienaverit. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 13. Franc. Marc. quæſt. 603. Andr. Gail. obſerv. 72. num. 14. lib. 2. Mynſing. obſerv. 61. cent. 6. Petr. de Raven. ſingul. 555.* imo quod poſſit in omni caſu ſine decreto, *ſcribit. Dec. conſil. 209. part. 2. num. 3. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des enfans. Rub. 6. §. 5. num. 14. Hippol. ſing. 498.* ¶ Quod pater non poſſit alienare bona filii adventitia, & ſi eorum uſumfructum obtineat, & conſequenter non poſſit renunciando præjudicare ipſis filiis in bonis maternis, *vide per Menoch. conſil. 279. num. 13. & ſeq.* ¶ Mater non poteſt adminiſtrare res filii furioſi, vel mente capti, nec filium obligare. *l. 4. C. de curat. furioſ. vel prodig.* non poteſt enim eſſe adminiſtratrix perſonæ, neque bonorum filii. *Cravet. conſil. 39* ¶ Pater, licet ſit legitimus adminiſtrator, tamen prohibetur alienare bona filii, ideo poſt mortem patris filii poſſunt alienata revocare, vel alias ſoluta patria poteſtate *Franc. Marc. quæſt. 604.* ¶ Pater non poteſt jura filii repudiare in judicio, vel extra. *l. fin. C. de repud. bon. poſſ.* ¶ Lex multoties non confidit de patre, ſi ejus qualitas hoc non patiatur. *Gram. deciſ. 103. num. 37.* ¶ Teſtator, quando videatur voluiſſe, ne ad patrem perveniat uſusfructus ex nepotia perſona, *vide eundem Afflict. deciſ. 393. num. 7.* ¶ Pater durante patria poteſtate non poteſt contra filium actionem exercere in rebus uſufructuariis, poteſt tamen Manum Regiam officio judicis exercere. *Put. dict. deciſ. 304.*

Cap. XII. Quæ habere poſſit, vel non.

Filio hærede inſtituto à matre, vel aſcendente lineæ maternæ cum conditione, quod ad patrem non perveneſit uſusfructus, an dicta conditione non obſtante, pater ſaltem in legitima habeat uſumfructum, *vide Bartol. quæſt. 12. num. 14. & Bald. ibid. in tractat. de duobus fratribus.* ¶ Si pater per publicum inſtrumentum confeſſus fuerit habuiſſe congruam portionem bonorum acquiſitorum per filios, & uſumfructum eorum, cum clauſulis generalibus, aptis ad comprehendendum futura acquiſita, quando ipſa futura cenſeantur comprehenſa. *Menoch. conſil. 282. lib. 3.* ¶ Si pater auctoratur filio in cauſa adventitia, ad quem remanebit uſusfructus, *Bartol. in l. 1. ff. de aucto. & conſen. tuto. num. 3.* ¶ Datum filio patris contemplatione, eſt peculii profectitii. *Bartol. in l. 10. §. in arrogato, ff. de vulgari.* ſed qualiter cognoſcatur, quod ſit datum patris contemplatione. *Bartol. in l. 23. ff. de don. cau. mort. & in ſuo tractat. de duobus fratribus. num. 7.* ¶ Pater habet uſumfructum bonorum filii (niſi eſſet dilapidator) ſed, an habeat uſumfructum in dote filii, *vide eundem Boer. deſiſ. 195. Joſeph. Ludov. deſiſ. Peruſ. 13. Cravet. conſil. 84.* ¶ Pater debet habere etiam in nominibus filii uſumfructum, hoc ideo, quia eſt legitimus adminiſtrator. *l. 3. ff. de uſufruct. earum rerum.* ¶ Si filius ſit inſtitutus ab aliquo contemplatione patris, tunc jura vetera non ſunt immutata, quia eo caſu hæreditas pertinet pleno jure, ad ipſum patrem, *l. 13. §. fin. & ibid. gloſſ. ff. de acquir. vel omit. hæred.* ¶ Patri acquiritur, quod filius ex injuria ſibi facta conſequitur ex condemnatione pecuniaria, etiam quoad proprietatem. *Barth. de Cap. ſing. 52.* ¶ In bonis maternis filiis emancipatis delatis, pater ſuccedit in virilem uſusfructus, ſi ſunt in poteſtate, in totum, idem in nepotibus *Petr. de Raven. ſingul 48.* ¶ Uſusfructus ſi relinquitur filio, cujus contemplatione videatur relictus, *vide Bartol. in l. 23. ff. de donat. cauſ. mortis.* ¶ Pater tutelam filiorum ſuorum habet, & adminiſtrationem non ſolum corporum, ſed etiam bonorum. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des enfans. Rub 6 § 5.* Nec ei debet decerni à judice. *Caſſan. ibidem.* ¶ Bona cenſentur eſſe adventitia, quæ provenerunt ab avo ad nepotem, non paterna. *idem Boer. deciſ. 192.* ¶ An pater binubens in bonis feudalibus filio ex ſucceſſione materna, aut alias delatis, uſumfructum habeat, ſecus in paganicis & allodialibus, & ſuccedat filio in illis, *vide Boer. deciſ. 199. num. 9.* ¶ Uſumfructum in bonis filii, poteſt capere pater propria auctoritate, & adminiſtrare bona, & ſi filius, aut nepos ei reſiſtere velit, patriam poteſtatem in eos exercere poterit, & verberare. *Boer deciſ. 199. num. 9.* ¶ Dotia profectitiæ pater habet uſumfructum, ſecus in adventitia. *Cravet. conſil. 84. num. 1. 7. 15.* imo aliquando non habet uſumfructum ipſius dotis profectitiæ. *ibid. num. 11.* ¶ An in Regno Franciæ pater habeat uſumfructum in bonis adventitiis filiorum, *Joan. Papon. libr. 7. titul. 1. arreſt. 4. & lib. 14. titul. 2. arreſt. 10.* ¶ Pater, an habeat uſumfructum in bonis filio naſcituro donatis, vel relictis, *vide Boer. deciſ. 172. numer. 16. 17. 28. 30. & 32.* ubi concludit affirmative, *& Capic. deciſion. 56.* ¶ Filius, quando vivo patre patrem habeat in feudo patri, & filio dato, *Afflict. deciſ. 393. num. 5.* ¶ Pater habet uſumfructum in bonis filii, fallit quibuſdam in caſibus, de quibus per *Cabal. Milleloq 551. part. 2.* ¶ Licet pater ſit prohibitus habere uſumfructum in bonis relictis filio, tamen habebit commoditatem uſusfructus, niſi ſit etiam prohibitus habere ipſam commoditatem *Vincent. de Franc. deciſ. 10. num. 8.* ¶ Per mortem filii non extinguitur uſusfructus competens patri. *Bartol. in l. 7. C. ad Senat. conſ. Tert. idem in §. 1. Auth. de hæredit. quæ ab inteſt.*

Vel non.

Adventitia non quæruntur hodie per filium patri, & adventitia dicuntur ea, quæ haber nepos ab avo reſpectu patris. *Bartol. in l. 93. de leg. 1.* quod procedat etiam in avo materno. ¶ Filio poteſt relinqui hoc adjecto, ne acquiratur patri. *Bart. quæſt. 12. num. 14.* ¶ Pater non dicitur habere ſpem probabilem ſuccedendi filio, cum ſit contra rationem & ordinem naturæ, *Ozaſ. d. deciſ. 94. num. 30.* ¶ Patri ſpurio non debetur uſusfructus bonorum ejus filio legitimo relictorum in teſtamento, in quo ipſe & filius ſunt inſtituti. *Bart. conſ. 118. num. 2. volum. 1.* ¶ Filius, ſi recepit dotem patre non conſentiente, nec ſe obligante, patri nihil quæritur, ſi tamen lucratur ex pecunia dotali, pater in lucro habet uſumfructum. *Bart. in l. 6. §. quotiens, ff. ſolut. matr.* ¶ Uſusfructus non debetur patri in rebus adventitiis, ex illicita cauſa quæſitis. *Petr. de Raven. ſingul. 798.* ¶ Uſusfructus, an cenſeatur patri prohibitus, ex eo, quod fuit à matre gravatus hæreditatem filio in 25. ann. reſtituere, vel relinquatur expreſſa prohibitio, *vide Boer. deciſ. 193. & Joan. Papon. libr. 7. titul. 1. arreſt. 5.* ¶ Quamvis mater, aut alius ſuperior teſtator poſſit prohibere uſumfructum patri acquiri, dubitatur tamen, an hæc prohibitio extendatur ad legitimam filio debitam, in qua pater non habet uſumfructum, *vide Boer. deciſ. 194.* ¶ Pater quando ſuccedit filio una cum aliis filiis, non habet uſumfructum in patribus illis pertinentibus. *Cravet conſil. 37. num. fin. Rolan. conſil. 95. volum. 1. Alviſ. de Alber. ſingul. 54. Bartol. in §. conſequens. Authent. de hæredit. quæ ab inteſt.* Sed quid juris, ſi pater tranſierit ad ſecunda vota, an hoc ha-

beat locum, ex eo, quod tunc pater (etiam portionis ſuæ) tantum remaneat uſufructuarius, *vide Boer. deciſio. 190.* ¶ Pater non habet uſumfructum in bonis filii emancipati, quæſitis poſt emancipationem. *Cravet. conſil. 84. num. 8.* ¶ Item non habet uſumfructum in feudo adventitio filii, *Rol. conſil. 71. vol. 2. num. 65.* ¶ Item non habet uſumfructum in aliis caſibus; de quibus, *vide per Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des enfans, Rub. 6. §. 5. gloſſ. 3. Guid. Pap. 738. Bartol. in l. 3. Cod. de uſufruct. & habita.* § Septem caſus, in quibus uſusfructus non quæritur patri, *vide gloſſ. in §. 1. Authent. ut liceat matri, & avia.*

Cap. XIII. Qua amittat, vel non.

Uſusfructus, quem habet pater in bonis filiorum, an perdatur per ingreſſum monaſterii, *vide gloſſ. in Authen. idem eſt. C. de bonis, qua liberis, vel alterius Religionis, vide Boer. deciſ. 61. num. 13. & deciſ. 197. num. fin.* ¶ Pater nolens adire hæreditatem filio delatam, perdit uſumfructum, filio adeunte. *Boer. deciſ. 196. num. fin.* ¶ Uſumfructum, an perdat pater per filii matrimonium per quod de conſuetudine, vel ſtatuto egreditur patriam poteſtatem, *Boer. deciſ. 197.*

Vel non.

Propter delictum filii, ex quo publicantur ejus bona, pater non privatur uſufructu, quem habet in bonis ipſius filii. *Papon. lib. 14. titul. 2. arreſt. 9.* ¶ Publicatis bonis patris, non publicatur peculium filii, publicatur tamen uſusfructus patre vivente. ſed an econtra proprietas peculii publicetor, filio delinquente, *vide Bartol. in l. 2. §. ſed verum, ff. de minor. 25. ann. & in l. 17. §. jubet, ff. ad l. Jul. de adult.* ¶ Uſumfructum non perdit pater (quem habet in bonis filiorum) per tranſitum ad ſecunda vota, niſi aliter de conſuetudine, vel ſtatuto obſervetur. *Boer. deciſ. 198.*

Cap. XIV. Ad qua teneatur, vel non.

Pater dilapidans bona fideicommiſſo ſubjecta, cogitur ante eventum fideicommiſſi illa reſtituere filiis, *idem Ozaſ. deciſ. 180. num. 8. Bartol. in l. 50. ff. ad Trebellia.* ¶ Dilapidare bona, quando quis dicatur, & patri dilapidanti, vel aliter male adminiſtranti, quando interdicatur, adminiſtratio bonorum filiorum, & quando non, *vide Boer. deciſio. 61.* & filiis ſuccurratur, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 10. numer. 21. Joan. Papon. lib. 14. titul. 2. arreſt. 6. Manut. in ſuo Specul. part. 6. titul. & pervenitur aliquando per viam inquiſ. num. 70. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. §. 5. gloſſ. 2. Pet. de Raven. ſingul. 641.* ¶ Filius hæres non conficiens inventarium repellitur à vendicatione rei adventitiæ à patre alienatæ, ſed quomodo hoc intelligatur, *vide Ozaſ. deciſ. 181. num. 20. Boer. deciſ. 23. num. 13. Gom. Leo. deciſ. 79. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Pater, an obligetur ad reſtitutionem bonorum filii, ſi per patrem tanquam miniſtrum ſint quæſita filio, *Bartol. conſil. 1. vol. 2. num. fin.* ¶ In rebus, in quibus patri non quæritur uſusfructus, quia non vult, cogitur pater in judicio conſentire. *Bart. ſingul. 198.* ¶ Pater dotando filiam, ſi habeat penes ſe bona adventitia ipſius filiæ, an videatur dotare de bonis propriis, vel de bonis filiæ, *Bart. in l. 7. C. de dot. promiſſ. & nud. pollicit.* ¶ Quando pater eſt legitimus tutor filii, tenetur reddere rationem ſuæ tutelæ quando autem non eſt tutor. ſed eſt legitimus adminiſtrator ratione uſusfructus, tunc non tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. *Hartman. cap. 2. tit. de tutela. lib. 1.* ¶ Quando pater pro mobilibus filii teneatur præſtare cautionem, *Pap. lib. 14. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Pater ſolum uſumfructum habens in bonis filiæ, tenetur eam dotare, ſi nemo eam cum nuda proprietate velit accipere. *Boer. deciſ. 7. num. 9.* ¶ Pater, quando debeat dare cautionem utendi, fruendique arbitrio boni viri, bonis filii, *ibid. num. 10.* ¶ An pater teneatur habere ratum pactum filii, circa rem per ipſum quæſitam, *vide Boer. deciſ. 18. num. 30.* ¶ Pater adminiſtrans bona filii emancipati tenetur reddere rationem, ſicut alius. *Capel. Thol. dict. quæſt. 105. in additio.* ¶ Pater adminiſtrans præbendam filii, tenetur filio actione negot. geſt. idem in aliis bonis, in quibus non quæritur patri uſusfructus. *Bartol. in l. 39. §. pater. ff. de neg. geſt.*

Vel non.

Pater non tenetur facere inventarium de bonis filiorum, & cavere, quia inventarium reſpicit eos, qui ſunt obnoxii ad reddendam rationem, & non alios: ſed pater ob reverentiã paternam non tenetur ſuæ adminiſtrationis rationem reddere. *l. 6. §. omnibus, & l. 8. §. in illo C. de ſecundis nup. Mynſing. obſerv. 9. cent. 2. Andr. Gail. obſerv. 72. lib. 2. vide Gaſp. Cabal. milleloq. 553. Illuſtr. Senator Sola in ſuis comment. ſuper decreti. antiq. gloſſ. una. ſuper decreto. quoniam fol. 95. num. 8. Cravet. conſil. 218. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des enfans, Rubr. 6. §. 5. & 7.* Contrarium tamen tenet *Joan. Papon. lib. 15. titul. 6. arreſt. 1. Boer. deciſ. 1.* quid in matre, *vide ibid. Boer. deciſ. 61. num. 22. & 23. Cravet. conſil. 218. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 209. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des enfans, Rubr. 6. §. 7. numero 5. & 6. l. fin. §. quem, & ibid. gloſſ. Codic. de ſentent. paſſ. & reſtitut. Bart. num. 4. C. de uſuf. & habita.* ¶ Filius, qui negotiatur ex operibus, & induſtria ſua nihil communicat aliis fratribus, aut ſororibus, *Cravet. conſil. 165. Dec. conſil. 670.* fallit, quando filius negotiatus eſt nomine patris. *Cravet. dict. conſil. 145. num. 4.* ¶ De judicio agitato ſine conſenſu patris, *Manut. in ſuo Specul. part. 4. diſt. 16. jud. num. 13.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur an pater adminiſtrator bonorum filii, & ab eo liberatus, à reliquatu cenſeatur liberatus. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 209. num. 26. & 27.* ¶ Pater ex contractu filii (filio vivo) non tenetur de caſtrenſi peculio, ſed olim de adventitio, & perfectitio tenebatur, hodie de adventitio tenetur, ut legitimus adminiſtrator. *Bartol. in l. 17. ff. de caſtr. pec.*

Cap. XV. Miſcellanea.

An l. cum avus de cond. & dem. ad filios naturales extendi poſſit. *Andr. Fach. lib. 4. contr. cap. 58.* ¶ Lucrum proveniens ex perſona filii, dicitur adventitium. *Bart. in tract. de duobus fratribus, num. 2.* § Lucrum factum per filiumfam. cum pecunia caſtrenſi, vel quaſi, quando dicatur adventitium, & quando caſtrenſe, vel quaſi, *Bart. ibid. num. 13.* ¶ Lex erubeſcit filios eſſe caſtigatores parentum. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 24. num. 10. Bart. in §. ſi vero ſit, authent. de nuptiis.* ¶ Quod debetur filio. patri ſolvi non poteſt, *ibid. Guid. d. quæſt. 526.* ¶ De publicatione hujus uſusfructus, *Manut. in ſuo Specul. part. 6. cap. & poſt omnia, numero 37.* ¶ Inſtitutus contemplatione alterius, quando acquirat illi, cujus contemplatione fuit inſtitutus, *Bart. in d. conſil. 118. num. 3.* ¶ Filio in poteſtate datur tutor propter malos mores patris. *Bart. in l. 13. C. de ſent. paſſ. & reſtit.*

TITULUS CCCCXXXVI.

De emancipatione liberorum.

Generalia.

DE emancipatione ingenui defuncti, etiam poſt quinquennium poteſt quæri. *l. 5. C. ne de ſtatu defunctorum.*

Cap. I. Emancipatio. Quid ſit.

Emancipatio eſt actus patris, & non filii, & vocatur præmium, ſive donum. *DD. de Rota deciſ. 7. de jud. in novis.* ¶ Emancipationum alia particularis, alia generalis, & de modo, & forma ambarum, *vide per Joan. Pap.*

lib.

lib. 7. titul. 1. arreſt. 25. quid ſit emancipare, quomodo fiat, *vide Bude. in l. 2. ff. de orig. jur. & gloſſ in §. præterea inſtitut. quibus modis jus part. poteſt ſolut. & ibidem Angel.* ¶ Emancipare, quid ſit, & quomodo emancipatio debeat fieri coram judice ordinario, nec ſufficiat; ſi fiat coram extraordinario, nempe coram judice appellationis. *Guid. Pap. quæſt. 632. vide tamen Manunt. in ſuo Spec. part, 4. diſtinct. 18.*

Cap. II. Qualis ſit.

Donatio facta per patrem filio emancipato in præmium emancipationis, dicitur ſimplex. *D. Sol. in ſuu comment. in antiq. conſtit. fol. 107. num. 12.* & ideo indiget inſinuatione. *Guid. Pap. ſingul. 375.* ¶ Emancipatio non recipit diem, vel conditionem. *Reg. actus legitimi.* ¶ An appellatione agnatorum veniant emancipati, *vide Dec. conſil. 13.* ¶ Circa inſtitutionem, & exhæredationem liberorum non eſt hodie differentia in affectu, inter ſuos, & emancipatos, *§. ſed hæc quidem inſtitut. de exhæredat. liber.* ¶ Differentia inter ſuos, & emancipatos, quoad collationem, non eſt ſublata, nec quoad acquiſitionem, licet quoad ſucceſſionem tollatur. *Bart. in l. 9. C. de collation.* ideo emancipati, à ſuis adhuc in aliquibus differunt, *l. 1. illud quoque C. communia de manumiſſ.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Licet emancipatio requirat ſcripturam, tamen ſufficit ut allegetur. *Afflict. decis. 183.* ¶ Manumiſſio facta ſub iſtis verbis, manumitto te ſub hac conditione, ut des Titio decem, intelligitur facta ſub modo. *Ant. Corſ in ſuis ſingul. litera M. ſing manumiſſio.* ¶ Quod ad validitatem emancipationis requiratur judicis decretum, *ſcribit Amanel. de clariſaquis ſing. 207.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Emancipatio, quando præſumatur ſpacio decem, vel viginti annorum, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 10. Afflict. deciſ. 183. Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des enfans, Rub. 5. §. 3.* ¶ Hodie parens præſumitur contracta fiducia ſemper emancipare: ideo vocatur ad ſucceſſionem filii emancipati; olim ſecus *§. fin. inſtitut. de legit. agnat ſucceſſion.* ¶ Emancipatio, an, & quando in fraudem facta præſumatur, & donatio facta filio emancipato à patre, quando à creditoribus revocari poſſit, *Petr. Gerard. ſing. 76.* ¶ Filius emancipatus non præſumitur acquirere ex re patris. *Mago. deciſ. 9. Rot. Flor.*

Cap. V. Quando non permittatur, & fieri poſſit.

Emancipatio ad unum actum non permittitur, quia debet fieri in totum, *idem de Franc. deciſ. 32. num. 13. vide de ratione per Henric. Boer. in ſuis ſingular. titul. fin. num. 13.* ¶ Emancipatio eſt libertatis conceſſio, & debet fieri in ſcriptis, poteſt tamen probari per teſtes, ſed an poſſit fieri per procuratorem, coram quo, & quomodo fiat, an infans, vel abſens poſſit emancipari, & an poſſit fieri, quoad unum actum, *Caſſad. ibid. gloſſ. fin. l. 11. Cod. de fide inſtr.*

Cap. VI. Qui emancipare teneatur, vel non.

Filius poteſt cogi invitus emancipari ex cauſa, & quando emancipatio ſit honor aut pœna, *Bartol. in l. 132. ff. de verb. oblig.* ¶ Pater ſuum filium emancipare cogitur, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 139.* ¶ Regulariter nemo invitus cogitur filium emancipare. *§. fin. inſt. eo.* fallit in quatuor caſibus, *ibid.*

Cap. VII. Filius, quæ petere non poſſit.

Si filius minor fuerit emancipatus, non poterit petere reſtitutionem in integrum adverſus emancipationem. *Petr. de Raven. ſingul. 173.* ¶ Filius renuncians emancipationi non reintrat in patriam poteſtatem, *Manunt. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 18. num. fin.* ¶ Emancipatus filius poteſt ob ingratitudinem reduci in patriam poteſtatem. *Alex. Raud. tract. de Anal. cap. 37.*

Cap. VIII. Emancipato, quæ competant.

Bonorum poſſeſſio cauſa agnoſcendæ litis, quæ datur filio emancipato exhæredato, non tribuit jus, ideo ejus virtute ſcriptis hæredibus non poteſt poſſeſſio auferri, *l. 2. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Emancipati, & ſi aliquando jure civili fuerint incogniti, nunquam tamen fraudati fuerint legitima jure naturæ debita. *Marc. de Mant. ſing. 562.* ¶ Filio emancipato licet exhæredato competit querela inofficioſi, ſed quomodo in ea litis ordinetur, *vide l. cognitio. §. fin. ff. de offic. cui mandat.*

Cap. IX. Quibus ſuccedere poſſit, vel non.

Quomodo ſuccedat nepos præteritus avo, vel patri, ubi eſt natus poſt emancipationem, *vide l ſi emancipatus. ff. de bono. poſſ. cont. tabul.* ¶ Emancipati admittuntur ad ſucceſſionem in feudis, *idem ſing. 564.*

Vel non.

Emancipatus de jure civili incognitus, ad ſucceſſionem parentis non venit, Prætoris tamen beneficio per bonor. poſſeſſ. unde liberi, perinde admittitur, ac ſi in ejus poteſtate manſiſſet. *§. emancipati. inſtit. de hæredi. quæ ab inteſt. deſer.* ¶ Filius emancipatus poſtea arrogatus ab alio, non poteſt venire (etiam de jure prætorio) ad hæreditatem patris naturalis, niſi ante mortem fuerit emancipatus ab arrogante, *§. at ii, qui emancipati, inſtit. eod. tit.* ſed hodie hæc videntur correcta per *§. admonendi, & §. ſed ea omnia, inſtit. eo.*

Cap. X. Ad quæ teneatur, vel non.

Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas emancipatus tenetur conferre omnia bona profectitia, *tot. tit. ff. de collat,*

Vel non.

Data à patre filio emancipato in legitimam filii non ſunt imputanda, niſi aliter expreſſe ſit actum, vel aliter colligi poſſit ex inſtrumento emancipationis, *Mago. d. deciſ. 84.* ¶ Emancipatus petit contra tabulas, nec computat in legitimam, quod ſibi cauſa emancipationis datum eſt, *l. 1. §. is quoque & gloſſ. ff. de poſſ. contr. tab.* quid quando pater fuit præteritus à filio emancipato, *vide tit. ff. ſi à parente. qui emancipatus.*

Cap. XI. Qui ſint effectus emancipationis.

Emancipatione tollitur patria poteſtas, & fit coram quocunque judice competenti: idemque juris habet emancipans in bonis emancipati, quod patronus, & retinet tutelam filii impuberis, & poteſt filius emancipari nepote retento in poteſtate, & contra. *§. præterea. inſ. quib. mod. jus pat. poteſt. ſolut.* ¶ Emancipatione capitis diminutio contingit. *leg. 3. §. 1. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Emancipatio, quando faciat locum ſubſtitutioni vulgari, & tit. de conjungendis cum emancipato liberis, an ſit correctus, & ſit ſublata doctrina emancipationis, & patriæ poteſtatis, *Bartol. in l. Gal. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.* ¶ Filius emancipatus, ſi readoptetur, an noceat nepoti, *Bart. ibid.* ¶ Emancipatio ad quod proſit, *Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des enfans, Rub. 5. §. 3.* ¶ Rogatus emancipare filios non poteſt cogi jure actionis; ſed officio judicis, & ſic hoc caſu pater cogitur emancipare filium, *leg. 91. & ibid. gloſſ. ff. de cond. & demonſt.*

Caſt. XII. Quæ non valeant.

Filius emancipato præterito teſtamentum dicitur nullum: fallit quando filius eſſet bannitus, & ſic incapax ad ſuccedendum, quia tunc, nec ipſe, nec fiſcus poſſunt venire contra teſtamentum, *Henric. Magon. deciſ. 84. Luc.* ¶ Reſervatio uſusfructus dum filius emancipatur non valet *Vincent. de Franc. d. deciſ. 32. num. 14,*

Cap. XIII. Emancipatio quando valeat, vel non.

Emancipatio Clerici filiifam. facta coram Judice ſeculari, eſt valida. *Ægid. Bellam. concluſ. 731. DD. de Rota. deciſ. 7. de jud. in novis*, tamen hujusmodi emancipatio, nempe facta coram Judice Laico, non derogat libertati Clericorum, *ibidem.* ¶ Decretum interpoſitum ſtatim poſt emancipationem & datum in præmium ipſius, eam validat. *Bartol. in l. 7. ff. de oper. libert.* ¶ Emancipatio facta coram Judice incompetenti, an valeat, *Dec. conſ. 13.*

Vel non.

Emancipatio jurata ſine Judicis decreto dicitur invalida, ita judicavit Senatus, & tunc donatio in præmium emancipationis per patrem filio facta corruit, improbata ipſa emancipatione, *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſt. fol. 107. num. 13. & 14.* ratio eſt, quia cum emancipatio ſit juris publici, non poterat ejus ſolemnitas, & forma pactia privatorum (etiam juratis) tolli, & ſolemnitas judiciaria intervenire debet partibus præſentibus, quæ neque per prius, neque per poſterius adhiberi poteſt, ſed in ipſo actu neceſſaria eſt, & ubi deficit, juramentum non ſupplet, emancipatio quoque connumeratur inter actus legitimos, qui non pendent á partium arbitrio, nec per procuratorem quis emancipare poteſt, *D. Sol. ibid. num. 13.*

Cap. XIV. Pater quæ poſſit habere, ad quæ teneatur.

Pater poſt emancipationem habet uſumfructum in bonis filii, *Boer. deciſ. 172. num. 34.* ¶ Pater quæritur uſusfructus bonorum adventitiorum filii emancipati pro dimidia. *Ludov. Rom. ſingul. 547.* quod procedit in quæſitis; non autem in acquirendis, *Hippol. ſingul. 518.* ¶ In bonis maternis filiis emancipatis delatis, pater ſuccedit in virilem uſusfruct. *Petr. de Raven. ſingul. 48.* ¶ Pater emancipans filium, licet poſſit ſibi retinere dimidiam uſusfructus in bonis filii, tamen hoc verum eſt in quæſitis; ſecus in quærendis, *Petr. de Ger. ſing. 76.* ¶ Pater habet ſolum hodie dimidiam uſusfructus in præmium emancipationis, cui quidem commodo poteſt renunciare, illumque filio remittere, *l. 6. § cum autem. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ In emancipatione generali pater amittit uſumfructum bonorum filii, niſi fuerit quoad certam partem reſervatus; ſecus in particulari, *Pap. lib. 7. tit. 1. arreſt. 25.*

TITULUS CCCCXXXVII.

De concubinis, & concubinatu.

Cap. I. Quid, qualis ſit.

IN ſchemate concubinæ, dicitur animi deſtinatio, & proteſtatio, quæ facit mulierem concubinam, *Gram. vot. 4.* ¶ Concubina conjugati, vel ſoluti reputatur mulier inhoneſte vivens, *Matth. Matheſ. ſing. 100.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Ad juſtificandum concubinatum eſſe oportet ſeptem requiſita concurrere, de quibus vide per eundem *Gram. vot. num. 7.* ¶ Qui allegat ſe natum ex legitimo concubinatu admiſſo de jure Civili quid probare debeat, *Natt. conſ. 421.*

Cap. III. Quæ præſumantur, vel non.

Concubina quicquid acquirit, præſumitur de bonis amaſii acquiſiviſſe. *Franc. Crem. ſingul. 6. & Petr. de Rav. ſingul. 131.* ¶ Matrimonium & concubinatus de jure non præſumuntur, cum ſint facti: ideo qui allegat matrimonium vel concubinatum, tenetur probare, *Natt. conſil. 42. numer. 10.* ¶ Judicium agitatum inter patrem, & filium ſuper legitimitate non præſumitur colluſorium, niſi probetur colluſio, *Natt. conſil. 537. numer. 29.*

Cap. IV. Quando permittatur.

Concubinatus an de jure Civili ſit illicitus, & concubina, quæ proprie dicatur, & de materia, *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. ibid. fol. 184.* ¶ Concubinariorum pœnæ quæ ſint tam de jure Pontificio, quam Cæſareo, & quæ olim concubinæ, & quomodo permiſſæ erant, *vide per Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 418.*

Cap. V. Quæ debeantur concubinæ: donari: legari poſſint.

Legatum factum concubinæ pro ſervitiis Presbytero præſtitis, debetur proportionabiliter, probatis ſervitiis, *Afflict. deciſ. 102.* ¶ Concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, ut duceret in uxorem, ſi poſtea animo mutato eam expellat, qualis pars bonorum viri debeatur, *gloſſ. in verbo perinde, in addit. §. ſed quia hæres, inſtit. de fideic. hæred.* ¶ Sub qua pœna prohibeatur concubinatus laicorum, *vide decretum antiq. Sabaudiæ tit. de concubin. lib. 3. & D. Sol. in ſuis comment. ſuper ipſo decret. fol. 184. Concil. Trident. ſeſſio. 24. decret. de reformatione matrim. cap. 8. & in ſeſſio. 25. de reformat. c. 14. fol. 317.* ¶ Poteſt donari, & legari concubinæ: limita quando habens filios ex concubina habet etiam filios legitimos, & naturales, *Pet. de Raven. ſing. 870.*

Cap. VI. Qui ſuccedere poſſit, & ad quæ teneatur.

Concubina ſuccedit amaſio ab inteſtato, ſicut uxor viro. *Guid. Pap. ſingul. 77.* ¶ Uxor ſequitur forum viri; ſecus in concubina. *Rom. ſing. 666.*

Cap. VII. Qui ſint effectus: Quæ valeant.

Mulier aſſerentis ſe prægnantem ex aliquo, an credatur, *Boer. deciſ. 299.* ¶ Clericus concubinarius ab officio ſuſpenditur, & deponitur, imo ex ſimplici fornicatione. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 418.* ¶ Donatio inter concubinarios valet. *Azo. in ſumma tit. de donatio. inter vir. & uxor. ſi ſit juncta. Rol. conſil. 89. volum. 1.* fallit in Advocato, & Clerico. *Bartol. in l. 6. ff. de jud. Rol. d. conſ. 98.* ¶ Donatio facta concubinæ an valeat, *Bart. in l. 1. C. de dignitatibus lib. 12.* ¶ Concubinarii poſſunt per Judicem ſecularem compelli ad dimittendum concubinas. *Jo. de Aruon. ſing. 67.*

TITULUS CCCCXXXVIII.

De naturalibus liberis tantum.

Cap. I. Qui dicantur.

INter naturalem tantum, & ſpuriam, hæc eſt differentia, quia naturalem tantum poteſt pater ad libitum dotare, ſed ſpuriam non, niſi quoad quantitatem alimentorum perpetuorum. *Boer. deciſ. 127.* ¶ Filius natus ſi fuerit in ſeptimo, vel octavo, aut nono menſe, aut undecimo ante, vel poſt, quando habeatur pro legitimo, vel non, *vide Menoch. de arbitrar. libr. 2. caſ. 89. numer. 34.*

Cap. II. Quales ſint.

Baſtardus non retinet dignitatem, ſeu nobilitatem generis: Ideo non poteſt eſſe conſiliarius Principis, nec portare arma agnationis. *Guid. Pap. quæſt. 580. Bartol. in l. 5. C. de verb. & rer. ſign. & in l. 7. ff. de capi. diminut. Rebuff. in ſuis comment. in proœmio. gloſſ. 5. num. 111. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des baſtards, Rub. 8. gloſſ. 1.* nam illegitimus eſt incapax honoris & dignitatis. *Paul. Æmil. deciſ. 8. part. 1. Mynſing. obſerv. 31. cent. 4.* & non poteſt, niſi præcedente diſpenſatione ad ſacros Ordines promoveri, nec beneficium ei conferri poteſt. *Vincent. de Franc. deciſ. 189.* ¶ Tamen naturales in Regno Franciæ retinent nobilitatem, & arma cum differentia

unius

Digitized by Google

unius baræ, ſecus tamen eſt de jure communi. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 1.* ¶ Naturalis debet recipi à Domino ad fidelitatem, & homagium. *Papon. arreſt. 7. lib. 21. tit. 3.* ¶ Cognatio non conſideratur inter natos, aut conjunctos ex diverſis matribus. *Cravet. conſil. 138. numer. fin.* & quis dicatur naturalis. *Cravet. conſil. 166.* ¶ Ignorantiam probabilem non poteſt allegare contrahens matrimonium cum profeſſa, in incluſorio inter moniales habitante: ideo filii ex tali matrimonio nati, dicuntur illegitimi. *Put. decif. 244. lib. 3. vide decif. 251. 257. & 262. ibid.*

Cap. III. Qui veniant.

Filiorum appellatione in ſtatuto, an veniant naturales. *Boer. decif. 127.* ¶ In favorabilibus appellatione parentum, & filiorum veniunt parentes, & filii naturales. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 2.* ¶ Appellatione filiorum veniunt naturales tantum: fallit quando pater tenetur ex facto filii: nam tunc non tenebitur pro facto filiorum naturalium, ſed ſolum pro facto legitimorum. *Hippol. ſingul. 139.* Filii appellatione in lege, an veniat naturalis, & baſtardi, & naturales idem ſunt, *vide Bart. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellianum.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Cum invenitur in jure, quod filii natorales ſunt in poteſtate parentum, debemus intelligere de filiis legitimis, & naturalibus non autem de naturalibus tantum. *gloſſ. in l. 68. ff. de reg. jur.* ¶ Diſpenſatio data illegitimo, ut poſſit promoveri ad omnes Ordines etiam Sacros, non extenditur ad accolitatum. *Paul. Æmil. decif. 70. parte ſecunda.*

Cap. V. Quæ præſumantur, probentur, vel non.

Filius illegitimus potius præſumitur ſpurius, quam naturalis, *Menoch. conſil. 60. vo. 1.* ¶ Ad docendum prolem illegitimam, non ſufficit probare impedimentum matrimonii, ſi fuit in facie Eccleſiæ contractum. *cap. 11. ext. qui filii ſint legit.*

Cap. VI. Quæ competant, vel non.

Baſtardi, ſeu naturales, an poſſint uti inſigniis, & ut vulgo dicitur armis, quibus utuntur illi de familia. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. q. 45. lib. 2.* ¶ Filius naturalis non habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas in bonis paternis; ſed in maternis tantum. *Bartol. in l. 1. ff. de bon. poſ. contra tabul.* & pater naturalis eodem modo etiam oon habet contra tabulas. *Bart. ibidem.* ¶ Filius naturalis præteritus nullum habet remedium contra patris teſtamentum. *Guid. quæſt. 632. in fine Boer. decif. 269. Bartol. in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de liberis, & poſthum.*

Cap. VII. Quæ relinqui poſſint,

Quia licet de jure pater poſſit filio naturali aliquid relinquere, non tamen poteſt ad relinquendum cogi. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, item quia tit. de feudis. fol. 75.* ¶ Ideo filiis naturalibus tantum, ſi adſunt alii liberi naturales, & legitimi, pater unam unciam relinquere poteſt, ſed non extantibus legitimis relicta parentibus legitima, reſiduum poteſt relinquere. *Marc. quæſt. 472. part. 2. Vinc. de Franc. decif. 47.* alias eo in caſu, quando adeſt legitima proles, filius naturalis omni jure excluditur, & non poteſt à patre inſtitui hæres. *Menoch. conſil. 285. lib. 3.* nec donatio facta per patrem in filio naturali in præmium emancipationis valet, *Guid. Pap. quæſt. 632.*

Cap. VIII. Legari. Quando poſſit.

Filii non nato ex damnato coitu, ſed meretricio, pater poteſt legare, quamvis aliis extent filii legitimi. *Jacob. Put. decif. 188. lib. 3.* ¶ Filio naturali, an duæ unciæ debeantur, quando natus eſt extra formã concubinatus à jure civili introductam. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. 83. lib. 2.*

Cap. IX. Quando ſuccedere poſſit naturalis.

Liberi naturales nati ex concubinis, qui non ſunt ſpurii, ſuccedunt patri in duabus unciis ab inteſtato, quando pater non habet alios liberos, nec parentem, ſeu conjugem legitimam. *Guid. Pap. quæſt. 280. Vincent. de Franc. decif. 291. part. 2. vide Rol. conſil. 54. num. 7. volum. 2.* alias extante legitima prole ſolum poſſunt inſtitui in una uncia. *Guid. Pap. ſingul. 365. vide §. conſideremus. Authent. de triente, & ſemiſſe,* & filius naturalis tantum, poteſt capere ex teſtamento patris. *Jul. Clar. lib. 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt. 31.* ¶ Filii naturales tantum ſuccedunt matri ab inteſtato etiam cum aliis liberis legitimis, & ex cauſa teſtati, ſuccedunt in legitima, & poſſunt quærelare teſtamentum matris, ſecus in teſtamento patris. *Franc. Marc. quæſt. 12. & quæſt. 472. part. 2. vide Vincent. de Franc. decif. 47.* quod limitatur, quando mater eſſet illuſtris; nam tunc filius naturalis non ſuccedit matri. *Marc. quæſt. 472. num. 6. part. 2. & Vincent. de Franc. decif. 47.* tamen mater non poteſt inſtitui per filium naturalem. *Papon. arreſt. fin. libr. 21. tit. 3.* ¶ Spuria, ſi poteſt ſuccedere ejus matri, quia nata ex coitu non damnato accuſabili, & punitur de jure Civili, ut quia ex meretrice nata; ita & ejus deſcendentes poſſunt ſuccedere aviæ matri dictæ ſpuriæ. *Rol. conſil. 74. vol. 1. num. 23.* ¶ In dicto caſu, in quo filii ſunt nati ex coitu non damnato de jure Civili, poſſunt ſuccedere matri, vel aliis deſcendentibus per lineam maternam, perinde ac ſi nati eſſent ex legitimo matrimonio, & per conſequens poſſunt ſuccedere cum legitimis. *Rol. ibid. num. 14.* ¶ Nati ex conjugato, & ſoluta, quæ publicè reputabatur pro meretrice, non dicuntur nati ex damnato coitu, quoad ſuccedendum matri modo ſupra ſcripto. *Rol. ibid.* ¶ Filiis filii naturalis, aut ſpurii, una uncia relinqui poteſt ab eorum avo paterno, etiam ſtante legitima prole, *Capic. decif. 181. num. fin.* tamen nepos legitimus ex illegitimo filio natus, non poteſt avo ſuccedere ab inteſtato: ideo non venit contra avi teſtamentum. *Raud. tractat. de Analog. cap. 37. num. 116.* ¶ Naturales filii ex diverſis patribus (ex una tamen matre) ab inteſtato ſibi ſuccedunt: ſecus ſi ex diverſis matribus orti ſint. *Amanel. de Clariſagu. ſing. 89.* ¶ Filius naturalis tantum qualiter patri ſuccedat, *vide Afflict. decif. 392. numer. 22. Marc. quæſt. 12. & quæſt. 471. part. 2. Bart. in ſuo tract. de ſucceſſio. ab inteſta. num. 6.* ubi etiam de ſucceſſione matris. *gloſſ. fin. in §. fin. inſtitut. de nupt. Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſions des baſtards. Rub. 8.* ¶ In Regno Franciæ Rex ſuccedit naturalibus duobus caſibus exceptis, nempe ſi habeant filios, & ſi fecerint teſtamentum. *Papon. arreſt. 56. libr. 22. titul. 3.* ¶ Filius naturalis excludit ſubſtitutum in ſubſtitutione facta, ſi deceſſerit ſine liberis, quæ concluſio limitatur pluribus modis. *de quibus per Andr. Gail. obſerv. 136. lib. 2. Dec. conſ. 433. n. 17. & Pet. de Raven. ſing. 519.*

Vel non.

Nepos naturalis ex filio legitimo avo, vel aviæ inteſtato non ſuccedit. *Andr. de Iſern. ſingul. 4.* tamen fratres naturales nati ex eadem matre inter ſe ſuccedunt, & ipſi matri, & mater ipſis, niſi eſſent tales ſpurii, qui poſſunt argui de damnato coitu, *ibid. d. ſing. 4.* ¶ Nati ex viliſſimis concubinis, & parentibus io dignitate poſitis ſunt ſpurii, & incapaces per viam ultimæ voluntatis, & contractus. *Afflict. decif. 203.* ¶ Naturalis non ſuccedit conjunctis ex latere, aut ex perſona patris: ideo ſi deceſſerit aliquis ab inteſtato relicta ſorore naturali ex parte patris, ipſa ſoror non poteſt ſuccedere fratri conſanguineo, imo fiſcus admittitur, aliis agnatis non exiſtentibus: ſecus erit in conjunctis ex parte matris, quia ex ea parte dicuntur cognati, *Crav. con. 178.*

Collaterales naturales tantum, qualiter inter ſe ſuccedant *Bart. in ſuo tractat. de ſucceſſio. ab inteſt. numero vigeſimo.*

Cap. X. Quando legitimari poſſint, vel non.

Fœmina naturalis tantum, ſi viro legitimo, & naturali nupta ſit, propter mariti qualitatem, legitima efficitur, *Hippol. ſingul. 501.* ¶ Baſtardum Religionis ingreſſu legitimum fieri, *ſcribit ibid.* ¶ Pater naturalis filium in teſtamento, vel alio inſtrumento ſine alia expreſſione naturaliratis nominando, videtur filium legitimare, propter præſumptum matrimonium inter amaſiam, & amaſium; ſecus eſt in mare, *Franc. Crem. ſingul. 162. Petr. Gerar. ſingul. 60.* ſed declara dictum procedere, *ut ibid.* ¶ Scientes inter ſe impedimentum matrimonii, ſi illud contrahant, illegitima erit proles eorum. *cap. 10. ext. eod.*

Cap. XI. Quæ valeant.

Legatum factum filio naturali ab avia paterna an, & quando valeat, *Marc. quaſt. 312* ¶ Legatum relictum filiæ etiam naturali conſequenter capaci (non exiſtentibus filiis legitimis) pro dote ante matrimonium dicitur conditionale: ideo non tranſmittitur ad matrem ipſius filiæ naturalis, ſed remanet apud hæredem patris, *Menoch. dict. conſil. 60.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Subſtituere filium naturalem filio legitimo, & naturali, quando quis poſſit, *vide Bartol. in l. 36. ff. de donat. cauſ. mort.*

TITULUS CCCCXXXIX.

De naturalibus liberis, ſpuriis, vel inceſtuoſis.

Generalia.

De alimentis horum filiorum, *vide inf. tit. ſeq.*

Cap. I. Naturales, ſpurii, qui dicantur.

Nati ex conjugato, & ſoluta, quæ publice reputabatur, & habebatur pro meretrice, non dicuntur nati ex damnato coitu, quoad ſucceſſionem matris, *Rol. conſil. 74. num. 24. volum. 1.* ¶ Inceſtuoſi dicuntur nati ex conſanguinea tranſverſali, & nefarii dicuntur ex conſanguinea aſcendente, vel deſcendente. *Boer. deciſ. 127.* qui dicatur ſpurius, & natus ex damnato coitu, *vide Cravet. conſil. 166.* ¶ Spurius dicitur omnis natus ex coitu non approbato à lege, ſeu qui à lege nomen non ſumit, *Bartol. in l. fin. ff. de his, quib. ut indig. legat. auſe.* ¶ Inter naturalem tantum, & ſpuriam hæc eſt differentia, quia naturalem tantum poteſt pater ad libitum dotare, ſed ſpuriam non tenetur, niſi usque ad quantitatem alimentorum perpetuorum, *Boer. deciſ. 127.* ¶ Inceſtuoſus dicitur natus ex Miſite Hieroſolymitano expreſſe profeſſo, & ideo ab hæreditate patris excluditur, *Vincent. de Franc. deciſ. 28.* ¶ Liberi nati ex matrimonio putarivo illicito, ſunt ſpurii, dato quod ignoranter ſit contractum matrimonium, *vide l. 3. ff. ſolut. matrim.*

Cap. II. Quales ſint.

Spurius quoad patrem non habet lineam, nec eſt de domo patris, nec ei ulla agnatione, vel cognatione conjungitur. *Natt. conſil 421.* ideo domus & familia non conſervantur ex ſpuriis damnati coitus. *Afflict. deciſ. 96. num. 9.* ſpurius quoque non eſt de ſtirpe nobili, *idem Afflict. deciſ. 195. num. 8.* ¶ Spurius non comprehenditur ſub diſpoſitione, qua vocantur baſtardi, *Dec. conſil. 413.* ¶ Agens contra naturalem ſeu ſpurium ad bona vendicandum, primum. & ante omnia, & pro fundamento ſuæ intentionis, debet probare illum eſſe ſpurium, *Cravet. conſil. 166.*

Cap. III. Quæ præſumantur, vel non.

Spurius ſi directo emat à patre, ſemper præſumitur factum in fraudem, & quid ſi per interpoſitam perſonam. *Andr. de Iſer. ſingul. 6.* ¶ Spurius cæteris hominibus deterioris conditionis eſt: ideo non præſcribit, niſi longiſſimi temporis ſpatio, *Hippol. ſingul. 478.* ¶ Filius non legitimus potius præſumitur ſpurius, quam naturalis, *Menoch. conſil. 60. volum. 1.* ¶ Uxor, quæ fuit hæres inſtituta, & rogata à viro, de reſtituendo pro anima cui voluerit, ſi reſtituat ſpurio non præſumitur tacite rogata, etiamſi omnia illi reſtituerit. *Bartol. conſil. 194. vol. 1.*

Cap. IV. Quæ relinqui poſſint, vel non.

Hæres ſcriptus in teſtamento poteſt relinquere hæreditatem ſpurio teſtatoris: quia ſpurius poteſt capere & acquirere ab extraneo. *Franc. Marc. quaſt. 258.* niſi intervenarit fraus. *Mynſing. obſervat. 35. cent. 1. Rot. Aven. deciſ. 42. in deciſ. diverſ. tom. 2.* ¶ Spurio ex coitu damnato non punibili relinqui poteſt à matre, & cum legitimis in omnibus ab inteſtato ſuccedit, *Gail. obſerv. 88. lib. 2. num. 20.* ¶ Mater filio ſpurio nato ex coitu damnato non punibili, poteſt relinquere quicquid vult, ſecus ſi natus ſit ex coitu punibili. *Natt. conſil. 421. Bartol. in l. fin. ff. de his, quib. ut indig. legat. auſe.* An Princeps poſſit relinquere filio ſpurio, *vide per Natt. conſil. 402. & conſil. 420.* ¶ Spuriorum materia, & quid eis relinqui poſſit, fuſiſſime tractatur per *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 18.* ¶ Frater (ſicut quilibet extraneus) poteſt relinquerere fratri ſpurio, quod intelligendum eſt, ubi frater relinquit à ſeipſo; ſecus ſi id fecerit ad effectum exequendi legatum paternum. *Natt. conſil. 402. num. 50.* ¶ Pater poteſt relinquere filiæ natæ ex nefario, & inceſtuoſo coitu, non ſolum alimenta, ſed etiam dotem, & ad id tenetur de jure Canonico. *Matth. Matheſ. ſingul. 146. vide tamen Amanel. de Clariſaquis. ſingul. 140. Boer. deciſ. 127.* ¶ Cautela eſt, quod pater relinquat filio ſpurio tantum, quod ſufficiat ad alimenta in vita ſua, & poſt ejus mortem relictum ſit filiorum ſuorum, quibus relinqui poteſt. *Capic. dict. deciſ. 181. num. 4. Andr. Gail. obſerv. 88. num. 13. lib. 2. Abb. conſil. 115. lib 2. num. fin.* ſed an filiis ſpuriis relinqui poſſit, *vide eundem Capic. deciſ. 194. Benint. deciſ. 22. Boer. deciſ. 127. n. 8. & Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 18. num. 31.*

Vel non.

Sacerdos filiæ natæ in ſacerdotio, non poteſt aliquid (etiam ratione dotis) relinquere, *Bart. conſ. 219.* ¶ Spurius non habet teſtamenti factionem paſſivam, niſi quoad alimenta, & an illi relictum applicetur fiſco, & quid ſi alter fuit inſtitutus ſub tacita conditione, de reſtituendo ipſi ſpurio, *Clar. in §. teſtamentum quaſt. 31.* & tacite rogatus de reſtituendo ſpurio, ſecundum conſcientiam debet id dare fiſco. *Bartol. in l. fin. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* nam pater, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, poteſt aliquid relinquere filio ſpurio. *Menoch. de arbitr. lib. 2 caſ. 459. n. 27. Dec. conſil. 462.* ¶ Spurio relicta vendicari debent per agnatos intra duos menſes, alias fiſco ſit locus, *Cravet. conſ. 166. num. fin. Andr. de Cap. ſing. 8.* nec ſoboles legitima poteſt conſentire, aut aliquid relinquatur filiis ſpuriis. *Cravet. conſil. 219.* ¶ Filio ſpurio nato ex damnato coitu nihil poteſt relinqui (niſi occaſione alimentorum,) & tale relictum habetur pro non ſcripto, remanetque apud hæredes in teſtamento inſtitutos, & his deficientibus, venientes ab inteſtato capiunt illud. *Jul. Clar. lib. 3. ſen. §. teſtamentum, quaſt. 31.* & non applicatur fiſco, *Franc. Marc. quaſt. 89. vide tamen eundem. quaſt. 256. & 257.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint.

Mater non poteſt inſtitui per filium naturalem, *Papon. lib. 21.*

lib. 21. titul. 3. arreſt. fin. ¶ Dos data ſpuriæ ultra alimentorum metam, mortuo dotante, revocari poteſt etiam conſtante matrimonio. *Vincent. de Franc. deciſ. 104. num. 7. Andr. Gail. obſerv. 88. lib. 2.* imo ſolum illo ſoluto, ſecundum *Rol. conſ. 74. num. 49. vol. 1. & conſ. 85. vol. 3. & Capic. deciſ. 184.* ¶ Dos data per patrem filiæ ſpuriæ, ſi ad eam revertatur, an venientes ab inteſtato poſſint ab ea vendicare. *Bartol. in l 68. §. duorum. num. 18. de leg. 2. & in l. 25. ff. de his, quæ in fraud. cred. & Abb. conſ. 115. part. 2.*

Cap. VI. Quæ debeantur, vel non ſpurio.

Patri ſpurio non debetur uſuſfructus bonorum ejus filio legitimo relictorum. *Bart. in conſil. 118.* ¶ Legatum relictum filiæ ſpuriæ in cauſa dotis, non debetur, ſi pater in vita eum poſtea dotaverit. *Benint. deciſ. 22.*

Cap. VII. Quando inſtitui poſſit, vel non.

Nepos legitimus, & naturalis ex filio ſpurio, poteſt inſtitui ab avo cum diſtinctione Bar. ſed quid in nepote ex filio inceſtuoſo, *Vincent. de Franc. deciſ. 27. Joan. Papon. lib. 11. tit. arreſt. fin. Alex. Raud. tractat. de Analog. cap. 37. num. 116.* ¶ Spurius quando inſtitui poſſit ad hoc, ut hæreditas non deferatur in fiſcum, *vide Bartol. in l. 2. Cod. de hæred. inſtitu.* ¶ Spurius non poteſt inſtitui ab eo, qui fuit inſtitutus à patre ſpurii gravatus expreſſe de reſtituendo hæreditatem ſpurio. *Natt. conſil. 402. num. 52.* ¶ Alias ſpurius poteſt inſtitui ab inſtituto à patre ipſius ſpurii, ſed non poteſt emere ab eo, cui pater ipſius vendiderat. *Bartol. in l. 6. ff. de vulg.* ¶ Spurius quando inſtituitur, hæreditas devolvitur in ſolidum ad cohæredem, vel ad ſuccedentes ab inteſtato. *Bartol. in l. 4. ff. de his quib. ut indig. leg. hæred. aufer excluſo fiſco. Bartol. in l. fin. ff. de his quib. indig. legat. aufer. & conſil. 205.*

Cap. VIII. Qui ſuccedere poſſint, vel non.

Parentes eodem modo ſuccedunt ſpuriis, quo ipſi parentibus, *Bartol. in l. fin. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Spurius natus ex coitu non damnato poteſt capere ex teſtemento, non exiſtente legitima ſobole. *Cravet. conſil. 116. num. 12.* ¶ Spurius an, & quando ad bona paterna admittatur, *Dec. conſ. 312.* ¶ Spurius regulariter nullius rei paternæ capax eſt, ſi tamen ſubſtituatur impuberi filio teſtatoris, poſſet accipere bona fratris morientis; ſed non bona patris, *Mynſing. obſerv. 35. cent. 1.* ¶ Spurius ſub conditione, ſi legitimetur, inſtitui poteſt, & pure inſtitutus ſuccedit patri, ſi ipſo vivente legitimetur. *Andr. Gail. obſerv. 88. num. 17. & 18. lib. 2. vide Natt. conſ. 247.* ¶ Spurii ex pacto poſſunt ſuccedere in emphyteuſi patri conceſſa. *Franc. Crem. ſing. 130.* ¶ Spurii non ſuccedunt parentibus, ſed tamen parentes poſſunt eis relinquere tacite medietatem omnium bonorum, inſtituendo ſocium omnium bonorum illius ſpurii filii. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera S. ſingul. ſpurius. 1. Bart. num. 30. ff. de lib. legat.* ¶ Spurius ex damnato coitu natus, an ſuccedat fratri ſuo nato ex eadem matre, & ex damnato coitu, *Afflict. deciſ. 96.* ¶ Natus ex accuſabili coitu, an ſuccedat collaterali ex latere materno, *Afflict. ibid.* ¶ Inter natus ex damnato coitu datur ſucceſſio, etiam in linea tranſverſali, & ita obſervatum fuit in conſ. Nea. licet quæſtio ſit controverſa inter Doctores. *Vincent. de Franc. deciſ. 238. part. 2. Bart. conſ. 194. volum. 1.* ¶ Filius propter incapacitatem ſpurii, cui erat fideicommiſſum relictum, detecto fideicommiſſo poſt mortem illius, quando habeat bona, *Bart. conſil. 194. volum. 1. & inf. tit. de his, quibus ut indig. leg. aufer.* ¶ Filia ſpuria excludit parentes matris, etiam quoad legitimam (niſi mater eſſet illuſtris) & ſi filia ſpuria eſſet præterita, ageret contra teſtamentum matris ſi non eſſet nata ex damnato coitu. *Vincent. de Franc. deciſ. 47.* ¶ Licet naturalis excludat ſubſtitutum; ſecus tamen erit in ſpurio. *Dec. conſil. 433. num. 17.* ¶ Agnatus ultra aſcendentes, & deſcendentes fratres, & ſorores non admittitur ad revocandum, & vendicandum hæreditatem ſpurio relictam, *Bartol. d. conſ. 118. num. fin. vide tamen conſ. 119.* ¶ Bulla Sixti, & Leonis loquens de ſucceſſione ſpurii paſſive, an intelligatur active, *Creſcent. deciſ. 2. alias 218. titul. de ſucceſſio.* ¶ Spurii ex adulterio, vel inceſtuoſo coitu nati, nihil habere debent in bonis patris: ſuccedunt tamen matri, ſi non ſit illuſtris. *Guid. Pap. ſing. 365.* ¶ An ſpurius inſtitutus univerſalis hæres legitimatione facta, & impetrata, ut ſit capax bonorum poſſit mitti in poſſeſſionem feudalium, juriſdictionum, caſtrorum. *Rol. conſ. 22. tit. 3.*

Vel non.

Nepos ex ſpurio avo ſuo ab inteſtato non ſuccedit: nam licet ipſe ex legitimo matrimonio natus ſit: tamen originem ducit ex radice infecta. *Andr. Gail. obſerv. 115. lib. 2. Cravet. conſil. 184. Dec. conſil. 75. & 462. & conſ. 471.* tamen ab avo nepos poteſt inſtitui, nulla legitima prole exiſtente. *idem Gail. dict. obſervat. 115. Bart. conſil. 118. volum. 1. Dec. conſ. 462. Cravet. conſil. 184. Petr. de Raven. ſingul. 452. Ant. Corſet. in ſuis ſingul. litera H. ſing. hæres. 4.* ¶ Fallit, ſi avus nepotem inſtitueret, vel aliquid relinqueret contemplatione patris: *Gail. ibid. num. 2. d. obſerv. 115. Ang. Aret. quæſt. 127. Bartol. in l. Gallus. §. quid ſi tan. ff. de liberis, & poſthum.* ¶ Secundo, fallit in nepote ex filio inceſtuoſo, qui à nullo ex parentibus inſtitui poteſt, *Gail. ibid. num. 9. dict. obſerv. 115. Hippol. ſing. 143.* ſed ſi extat ſoboles legitima non valet relictum nullo modo, etiam ſi ipſa ſoboles illud tacite approbaverit. *Cravet. conſil. 200. Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des fiedz. Rub. 3. §. 5. gl. 7. n. 70. & in tit. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. 1. num. 15. Cravet. conſ. 326. & Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 32.* ¶ Fratres inceſtuoſi inter ipſos non ſuccedunt: idem in ſororibus, & parentibus; quia inter eos nulla adeſt civilis, vel naturalis ſucceſſio. *Abb. conſil. 50. lib. 2.* ¶ Spurii ex ancilla in domo retenta, & concubina relictorum ſunt incapaces, etiam datis libertatibus, *Afflict. deciſ. 263. num. fin.* ¶ Spuria, ſi matri ſuccedere non poteſt, minus deſcendentes ab ea, ſuccedent. *Rol. conſil. 74.* ¶ Filii nati ex damnato coitu neque patri, neque matri ſuccedunt. *Cravet. conſ. 184. Dec. conſ. 312.* & qui dicantur ex damnato coitu nati, *vide per Franc. Marc. quæſt. 12. part. 1. & quæſt. 472. part. 2.* Neque aviæ ſuccedunt. *Cravet. conſ. 184. Dec. conſ. 312.* ¶ Filii ſacerdotum ſunt omnino incapaces: ideo non poſſunt habere legatum patris, etiam ratione alimentorum. *Jo. Pap. lib. 21. tit. 3. arreſt. 17.* ¶ Lex prohibet ſpurium ſuccedere patri nobili in dignitate conſtituto. *Raud. tractat. de Analog. cap. 37. num. 36.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Confeſſio patris facta in teſtamento cum juramento confitentis ſe debitorem filii ſpurii, tenet, ſi veriſimiliter apparet, quod ſpurius poterat habere bona aliunde quæſita, quam à patre. *Capic. deciſ. 203. num. 20. Bartol. in l. 27. ff. de probatio.* ¶ Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſſiones, an valeat, *vide Boer. deciſ. 127. num. 9.* pro negativa ſcribit *Gaſp. Cabal. milleloq. 767.* ¶ An exequutor teſtamenti ad diſtribuendum bona inter pauperes, poſſit eligere ſpurium ipſius teſtatoris pro paupere, *vide Boer. deciſ. 127. num. 14. Marc. quæſt. 259.* quod poſſit, *ſcribit Mynſing. obſerv. 35. cent. 1.*

Vel non.

Legatum factum ſpurio, etiam nato ex ſoluta, patre conjugato, & ſine liberis decedente alio hærede inſtituto non valet. *Guid. Pap. quæſt. 280. Dec. conſil. 307.* quia de jure Canonico iſte talis dicitur natus ex damnato coitu. *Guid. Pap. ſingul. 365.* ¶ Subſtituere filium natu-

naturalem filio legitimo, & naturali, quando quis poſſit, & inſtitutio facta de aliquo, ſi dederit mille filio incapaci. non valet. *Bart. in l. 36. ff. de donat. cauſ. mort.* ¶ Legatum relictum ſpurio legitimato non valet, quando legitimatio non valuit aliqua de cauſa. *Dec. conſil. 289. vide conſil. 579.* quia natus ex damnato coitu non capit legatum ei factum. *Bartol. in leg. 25. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraud. cred.*

Cap. X. Pater: ſpurius. Quæ facere poſſint, ad quæ teneantur.

Pater tenetur dotare filiam ſpuriam. *Cap. decis. 164. Benint. deciſ. 22. vide tamen Boer. deciſ. 127. num. 11. cap. cum haberet ext. de eo, qui cognovit conſang.* tamen filiæ ſpuriæ dari non poteſt pro dote, niſi quantitas æquivales alimentis, alias præſumitur fraus. *Capic. dec. 181. Pet. de Beninc. deciſ. 22. Rol. conſ 74. num. 43. vol. 1.* ſed ſpuria filia mortua, dos redit ad hæredes patris, quia finita eſt alimentorum cauſa, *Capic. deciſ. 181. num. 3. vide Benint. deciſ. 22. Vincent. de Franc. deciſ. 283. num. 7. Cravet. conſil. 186. numer. 16. Menoch. conſil. 60. volum. 1. vide etiam Cravet. conſ. 219.* ſi deceſſerit maxime ſine liberis. *Thom. Minad. deciſ. 21. Abb. conſil. 50. lib. 2.* Imo etiam cum liberis. *Andr. Gail. obſerv. 88. num. 13. libr. 2.* tamen vide pro conciliatione. *Vincent. de Franc. deciſ. 283.* quod procedit etiamſi filia de dote diſpoſuiſſet. *Minad. deciſ. 21.* ¶ Spurius præſcribit bona patris, ſpatio 30. annorum. *Cravet. conſ. 166. num. 13.* ¶ Tertii jus opponi poteſt per ſpurium in eum, qui agit contra ipſum, quod non ſit proximior. *Cravet. d. conſ. 166.*

Ad quæ teneantur.

Spurius, ſi de patris bonis poſſideret, tenetur patris creditoribus ſatisfacere. *Bart. de Cap. ſing. 45.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Indignus culpa ſua, quando quis dicatur fieri. *Bartol. conſil. 119.* ¶ Filia ſpuria mortua in matrimonio, maritus lucratur partem dotis ſibi delatæ ex ſtatuto. *Rol. conſil. 74. num. 53.* ¶ Illegitimi non admittuntur ad officia habentia dignitatem: quia ſunt infames, & non poſſunt Doctoris titulo inſignari, etiamſi eſſent legitimati. *Mynſing. obſerv. 31. cent. 4.*

TITULUS CCCCXL.

De alimentis liberorum naturalium, ſpuriorum, & inceſtuoſorum.

Cap. I. Qui alendi ſint.

De æquitate canonica ſpurii à parentibus ſunt alendi. *vide gloſſ. in §. noviſſime, inſtitut. de Senatuſconſ. Orſi. Bart. in Authent. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nupt. Hartm. cap. 3. tit. de alimentis. lib. 2.* ¶ Pater non ſolum in vita alere tenetur filios naturales, ſed etiam poſt mortem relinquere eis alimenta ſufficientia; alias pro ipſis alimentis filii legitimi, & naturales poterunt conveniri, etiam à ſorore naturali jam nupta, quæ ſine culpa ſua amiſerat dotem. *Gomez. Leo. deciſ. 15. in deciſ. diverſ. Tom. 2. vide plene per Excell. Præſ. Theſſaur. deciſ. 211.* quid, ſi pater peti prohibuiſſet, *vide ibidem d. deciſ. 211. num. 3.*

Cap. II. Qui teneantur alere alios.

Imo pater tenetur etiam alere filios inceſtuoſos, & nefarios, *Capic. deciſ. 164. num. fin.* ¶ An hæredes patris teneantur alere ſpurios, & adulterinos, ſive natos ex quocunque coitu, *vide Capic. deciſ. 144. & Petr. Benic. deciſ. 22.* pro affirmativa, *ſcribit Vincent. de Franc. deciſ. 178.* ſed ſpurius non tenetur alere patrem. *Capic. deciſ. 144.* ¶ Si hæredes non haberent pecunias, non cogerentur vendere bona pro alimentis ſpuriorum. *Cravet. conſ. 219. num. fin.*

Cap. III. Quibus præſtanda ſint alimenta, vel non.

Alimenta ſpurio relicta, Judicis arbitrio præſtanda ſunt, *Menoch. de arbit. lib. 2 caſ. 169.* ¶ De legato relicto filiis naturalibus ratione alimentorum, non detrahitur falcidia. *DD. in l. divi. ff. ad leg. Falc.* & de alimentis, quæ præſtantur filiis ſpuriis, *vide Capic. deciſ. 164. & Petr. de Benint. deciſ. 22.* ¶ Pater jure Pontificio tenetur præſtare alimenta filio ſpurio, & nepotibus, & quando non cogeretur, poteſt ſine difficultate illis legare, ratione alimentorum. *Menoch. conſil. 231. lib. 3.* ¶ Alimenta filio naturali ſunt ab hærede patris præſtanda de benignitate canonica, *Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſucceſſio. ab inteſt. Petr. Benint. deciſ. 22.* ¶ Succeſſor quilibet bonorum paternorum, & maternorum, tenetur alimenta præſtare ſpuriis, & naturalibus liberis defuncti, cujus eſt hæres. *Rol. conſil. 54. volum. 2. num. 65. Hippol. ſingul. 358.* etiamſi pater hoc prohibuiſſet. *Hippol. ibid. d. ſing. 358.* quod procedit etiam in donatario omnium bonorum, & rejecta prohibitione paterna. *Rol. dict. conſ. 54. num. 67. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 211. num. 8.* ſed quid, ſi naturalis poterat aliunde, & alio modo habere alimenta, *Rol. conſil. 54. num. 67.* an alimenta ab hæredibus debeantur, etiam uxori filii naturalis, *Excell. D. P. Theſſaur. deciſ 211. num. 12.* ¶ Hæres defuncti, nedum tenetur præſtare alimenta filio naturali teſtatoris; ſed etiam duas uncias de bonis ipſius. *Rol. conſil. 54. num. 72. lib. 2.* ¶ Spuriis & aliis naturalibus liberis, quibus non debentur bona paterna, nec legitima, ex illis non fit proviſio pro alimentis. *Rebuff. in ſuis comment. in Reg. conſtit. tractat. de ſentent. proviſio. art. 1. gl. 2. n. 30. Tom. 1.*

Cap. IV. Quando peti poſſint, vel non.

Alimenta quando alicui relinquuntur in domo teſtatoris, poſſunt peti extra domum, ubi ex cauſa in domo percipi non poſſunt. *Rol. dict. conſ. 89.* ¶ Spurius ſi aliunde alimenta habeat, non poteſt à patre alimenta petere, *Gail. obſerv. 88. num. 9. lib. 2. Petr. Benint. deciſ. 22. vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 211. Hartm. cap. 3. tit. de alimentis lib. 2.*

Cap. V. Quæ relinquenda pro alimentis.

Spurio, an relinqui poſſit pro alimentis; quando poteſt vivere ex arte, & operibus ſuis, *vide Cravet. conſ. 199.* ubi ſcribit pro parte affirmativa, *vide tamen conſil. 201. & Dec. conſil. 576. Natt. conſ. 207. num. 8. & conſ. 421. Cravet. conſil. 402. & Excell. P. Theſſaur. deciſ. 211.* ¶ Jus Pontificium (per quod pater poteſt relinquere ſpuriis alimenta) ſervandum eſt, etiam in terris Imperii. *Rol. conſil. 89. vol. 3. Capic. deciſ. 144. Benint. deciſ. 22.* ¶ Spurio alimentorum cauſa, tantum licet relinquere, quantum alimenta requirunt, & non ultra. *Menoch. ibid caſ. 182. num. 33. Rol. conſ. 74. volum. 1.* ¶ An pater poſſit filio naturali relinquere pro alimentis, quintam partem ſuæ hæreditatis, *vide Put. deciſ. 164. num. 5.* ¶ Quando mater teneatur ſpurio alimento præſtare. *Capic. deciſ. 211. n. 7. & ſeqq.*

Cap. VI. Quæ valeant relicta pro alimentis.

Relictum ſpuriis in cauſa alimentorum valet. *Jaſ. conſ. 25. lib. 1. Ang. in §. legati, inſtit. de legat. Bart. in l. fin. ff. de his, quib. ut indig. legat. auſer. Abb. conſ. 115. libr. 1. Andr. Gail. obſerv. 55. n. 12. lib. 2.* ſed quid, ſi habeant aliunde, *Perilluſtr. D. Præſ. Theſſ. deciſ. 211. num. 18. Hartm. cap. 3. tit. de alimentis. lib. 2.* ¶ Legatum alimentorum factum filio ſpurio, & liberis, comprehendit nepotes. *Rol. conſil. 89. num. 3. vol. 3.* ¶ Valet legatum relictum filiæ ſpuriæ pro dote, & pro alimentis. *Dec. conſil. 611. Rol. conſil. 85. vol. 3. Hippol. ſing. 358 Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions des baſtards, Rub 8. §. 3. gl. 1. n. 11* non tamen debentur ſpurio alimenta ſplendida ſecundum qualitatem patris;

sed

ſed ſecundum educationem, quæ eſt de jure Naturali, ad quod reſpexit jus Canonicum. *Cravet. conſil. 219. num. 8. vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera S. ſing. ſpurius. 2. & Pet. Benint. deciſ. 22.*

Vel non.

Donatio facta filio ſpurio non valet, ultra metam alimentorum; ſed reſpectu ipſorum tantum. *Joan. Mohed. deciſ. 178.* quid, ſi eſſet ingratus, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 211. num. 21.* nam nati ex damnato coitu à parentibus ali debent. *Franc. Marc. quæſt. 458. part. 2.* ¶ Legatum factum ſpuriis eſt nullum, niſi fuerit factum in cauſam alimentorum, quod præſumitur, quando ſpurii ſunt pauperes. *Cravet. conſil. 219. num. 7. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 169. num. 8. Rol. conſ. 74. vol. 1. num. 39. Hippol. ſing. 358. & Benint. deciſ. 22.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Filius naturalis, ſeu ſpurius artem aliquam exercere non tenetur, quando eſt ei ſumma verecundia exercitium facere. *Rol. conſil. 54. numer. 78. lib. 2.* ¶ Spurius non tranſmittit ad hæredes relicta pro olimentis. *Cravet. conſil. 186. Dec. conſil. 312. & Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 169. num. 10.*

TITULUS CCCCXLI.

De alimentis liberis à parentibus præſtandis, & econtra, de liberis agnoſcendis.

Generalia.

DE alimentis naturalium, ſpuriorum, & inceſtuoſorum liberorum, *vide ſupr. tit. prox. praeced.*

Cap. I. Quæ dicantur.

Quæ dicantur appellatione alimentorum. *Menoch. præſumpt. 157. num. 13. lib. 4.*

Cap. II. Qui alendi, vel non.

Si ſit contentio de filiatione impuberis, aliquando cauſa differtur (etiam patre vivo) usque ad pubertatem, & interim impubes reponitur apud idoneum tertium, vel ſi eſſet apud matrem, ipſa cæteris præfertur in educatione. *l. 3. §. Julianus, & §. etiam. ff. de liber. exhib.* ¶ Uxor divertere culpa ſua, filii apud virum aluntur expenſis matris, ſi eſt dives. *Bartol. in §. illud quoque, Authent. ut liceat matri, & avia.* ¶ Filia, quæ in corpus ſuum peccavit, ſi ſit reverſa, à patre alenda eſt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 464. num. 28. Petr. de Raven. ſingul. 179.* ¶ Licet mater poſſit privari legitima filii per pupillarem ſubſtitutionem, tamen ſi maxima paupertate laborat, quoad alimenta ei ſuccurritur. *leg. 5. §. item. ff. de liber. agnoſc.* ¶ Filia ſi debet dotari quando nupſerit, interim alimentari debet, & tunc alimenta debent taxari habito reſpectu ad quantitatem dotis. *Cravet. conſil. 189. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 169.* ¶ Nepos debet ali à patre ſuo, non autem ab avo. *leg. 17. ff. de injuriis.* ¶ Mater, quæ adulterium commiſit, dummodo poſtea honeſte vivat, & pœniteat, à filiis alimenta ſumere poteſt. *Ozaſcb. deciſ. 114. num. 13.* ¶ Non exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis non alitur. *Bartol. in l. 7. de liber. agnoſc.*

Cap. III. Qui teneantur alere alios, vel non.

Hæres qui inventarium non confecit, an teneatur in ſolidum ad præſtandum legatum alimentorum. *Andr. Fachin. lib. 6. cont. cap. 34.* ¶ An vaſalli teneantur dominum directum alimentare. *Roland. à Valle conſil. 5. tom. 3.* ¶ An pater teneatur alere filium, qui poteſt ſe alere ex ſuis operis, & artificio, *Surdus quæſtion. 6. de alimentis titul. 6.* ¶ An pater adoptivus teneatur alere filium adoptivum extraneum. *Fachin. libr. 12. capit. 60. negat. l. penult. C. de adopt.* ¶ Hæres illius, qui tenebatur ad alimenta, an teneatur inſolidum ad illorum præſtationem, quando habet cohæredes? & quid ſtante hypotheca? & an detur hypothecaria contra ſingularem ſucceſſorem, & eo caſu nunquid opponi poſſit de excuſſione non facta. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. quæſt. 67. lib. 2.* ¶ Filia tenetur alere matrem pauperem *l. 5. Cod. de patr. poteſt.* ¶ Onus, quo pater tenetur alere filium, & econtra tranſit ad hæredes in ſubſidium, quando nullus eſt à quo poſſint peti alimenta, unde ſi filius, vel filia habuit legitimam, & poſtea pervenerit ad paupertatem, poterit in ſubſidium petere alimenta ab hæredibus, de bonis hæreditariis patris, vel matris. *Matth. Matheſ. ſingul. 147.* ¶ Pater tenetur alere filium, ſed quomodo alimenta ſint præſtanda per filium, & qualiter ſint taxanda, *vide Petr. Benint. deciſ. 89. Mago. deciſ. 73. Luc.* ¶ Statutum excludens filias dotatas, & maritatas à ſucceſſione patris extantibus maſculis, vel filiabus non nuptis, illas non excludit ab alimentis ſuper bonia paternis, illis non habentibus unde ſe alerent. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 210.* ¶ Pater tenetur alere filios, & econtra filii patrem. *leg. fin. §. ipſum autem. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Quando alimentando onus non ſpectat ad matrem, mater videtur habere animum repetendi. *Bartol. in l. 36. ff. de negot. geſt. num. 3. & in l. 5. §. ſi autem. ff. de liberis agnoſcen. Natt. conſil. 108.* ¶ Quando tractatur de dandis alimentis aſcendentis per deſcendentem, tenebitur deſcendens dare avo, vel patri ex juris diſpoſitione fundata in ratione Naturali, quemadmodum tenetur aſcendens præſtare deſcendentibus ex linea maſculina. *Vincent. de Franc. deciſ. 178. num. 10.* ¶ Filius patrem exulem alere tenetur. *Petr. Roy. deciſ. 3. Litua. numer. 431. in deciſ. diverſ. Tom. 2. Bart. in Auth. inceſtus. Cod. de inceſtuo. & inutilib. nupt. & in l. 5. §. utrum. ff. de liber. agnoſc. Menoch. de arbitr. quæſt. 90. num. 45.* ¶ Si pater aſſignaverit filio partem ſuam, unde vivere poterat, & filius illam conſumpſerit, etiam ludendo, an pater ipſe teneatur deinceps illum alimentare, *vide Jaſ. ibidem in §. fuerat num. 137. Hippol. ſingul. 104.* ubi tenet affirmativam. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 2. gloſſ. fin. Petr. de Raven. ſingul. 44. Ozaſcb. deciſ. 124. num. 9. gloſſ. in §. 1. inſtitut. de jure Natur. gent.* ¶ Si pater, qui alimentabat filiam intraverit monaſterium, filiam ipſam monaſterium tenetur alimentare, *Petr. de Raven. ſingul. 520.* ¶ Filium minorem triennio non pater, ſed mater cogitur alere. *Azo. in ſumma tit. C. de patri poteſt. Bartol. in ſuo tract. de alimentis num. 13.* ¶ Pater non ſolum tenetur alere filium, ſed etiam ejus uxorem volentes commorari cum patre, alias ſecus niſi juſta cauſa interveniente. *Natt. conſ. 278. vide Put. deciſ. 339. lib. 2.* ¶ Pater non compellitur dare vitam, & militiam filio ſecundo genito, & officio Judicis tenetur ad alimenta. *Afflict. deciſ. 138. num. fin.* ¶ Si dos non eſt conſtituta, & maritus eſt pauper, tunc pater tenetur alere filiam, & non maritus. *Guid. Pap. quæſt. 439.* ¶ Parentes tenentur ad alimenta liberorum pro modo facultatum, & debet haberi ratio trafici, quod facit parens, ſed an pater poſſit cogi ad alienandum bona pro alimentis filiis præſtandis. *Natt. conſil. 48. Tom. 1.* ¶ Pater, an ob patriam poteſtatem compellere poſſit filios ſecum habitare, & habens dotem uxoris ipſius filii, tenetur alere filium, & uxorem, omniaque onera ſuſtinere. *Boer. deciſ. 165.* ¶ Mater uſufructuaria tenetur alere filium, & ſuis expenſis litigare. *Hartm. cap. 4. titul. de alimentis.* ¶ Filius patrem agentem alere tenetur. *Jaſ. de actio. in §. ſunt præterea, verſic. ſed & ſi.* ¶ Pater cogitur alere filium majorem triennio; minorem autem triennio cogitur mater. *l. 9. C. de patri. poteſt. & ibid. Bart. c. fin. ext. de converſ. infide. limita, ut per Hartm. cap. 1. tit. de alimentis.* ¶ Mater tenetur alere filium usque ad triennium, ſi modum habeat; alias ſecus *D. Sol. in ſuis comment, in antiq. conſt. gl. ſuper 3. part. decreti abuſionibus*

ſit. de cap. num. 8. fol. 133. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des infans. Rub. 6. §. 8. num. 12. Amanel. de Clariſaqua ſingul. 7. & Ozaſ. deciſ. 46. num. 10. ¶ Matrem teneri alere filium vel filiam cum pater eſt inops, ſcribunt Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 460. Bart. in Auth. res quæ C. communia de leg. & Boer. deciſ. 129.

Vel non.

Pater non poteſt cogi, ut alat filium, quando ex operibus ſuis ſe alere poteſt. Cravet. conſil. 199. num. 19. circa finem. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſentent. proviſio. artic. 1. gloſſ. 2. num. 22. Dec. conſ. 576. Petr. Roy. deciſ. 4. Litua. num. 274. in deciſ. diverſ. Bartol. in l. unica. C. de mendicantibus lib. 11. & multo magis ſi habeat, ut aliunde ſe alat. Jaſ. de actio. in § fuerat. num. 101. Dec. conſ. 576. Natt. conſ. 402. num. 49. Petr. de Benint. deciſ. 89. quando dicatur quis habere, unde aliunde ſe alat, vide Cravet. conſil. 191. ¶ Pater filium robuſtum alere non cogitur. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. fol. 183. ¶ Pater non tenetur alere filium ſua culpa redactum ad neceſſitatem. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 182. numer. 55. ¶ Pater non tenetur dare alimenta filiis, ſi ipſe non habeat pro ſuis alimentis; quia prima charitas, &c. Afflict. deciſ. 190. Petr. de Benint. deciſ. 89. & ſi fructus bonorum non ſufficiant pro patre, & filiis, nam non debet cogi vendere proprietatem. Vincent. de Franc. deciſ 236 part. 2. ¶ Mater non tenetur alere filium, quando eſt pauper, Vincent. de Franc. deciſ. 336. part. 2. num. 4.

Cap. IV. Quibus debeantur, vel non.

An parentes à filiis ſint alendi. Cujac. libr. 21. obſerv. cap. 7. ¶ Cur malæ fidei poſſeſſor ſumptus neceſſarios in re factos repetere poſſit, cur in ſpecie. l. 1. C. de infant. expoſ. non liceat furi alimenta repetere. Andr. Fach. lib. 1. contr. cap. 54. ¶ Uxore relicta uſufructuaria liberis extantibus, atque hæredibus inſtitutis, cur intelligantur tantum alimenta relicta. Andr. Fach. libr. 5. contr. cap. 47. ¶ An uxor quæ fructuaria ex aſſe relicta eſt, alimenta tantum debeantur. Vaud. var. q. lib. 1. quæſt. 2. ¶ Alimenta per patrem filio debentur inſtinctu naturæ: ideo pater alimenta negans anathema eſt, & turbat filium in ſtatu, quaſi poſſeſſionis ſuæ filiationis. Hieron. Mago. deciſ. Luc. 73. cap. ſi quis reliquerit, diſt. 9. ¶ Alimentis debitis à patre jure Naturali, filii renunciare non poſſunt, etiam cum juramento. Cravet. conſil. 189. quia debentur jure Naturali, & nullo effectu tolli poſſunt, Ozaſ. deciſ. 124. num. 10 ¶ Alimenta ex iiſdem cauſis poſſunt denegari filio, ex quibus poteſt exhæredari. Franc. Crement. ſing. 20. Pet. Gemr. ſing. 1. Ozaſch. deciſ. 124.

Cap. V. Quibus ſint præſtanda, vel non.

An ſpurii debeant alimentari in domo hæredum, an vero extra, Rol. conſ. 89. num. 10. tom. 3. ¶ An ſocer teneatur alere nurum, quando filius duxit indignum, quæ ſibi, & patri ſit dedecori, Surdus quæſt. 38. num. 35. tit. 1. de alimentis. ¶ An ſocer teneatur alere nurum, ibid. tit. de alimentis. ¶ An ſi quis ſucceſſit ab inteſtato teſtatori, qui habet filium naturalem teneatur filium naturalem alere. Rol. conſil. 54. tit. 2. num. 48. ex diſpoſitione juris communis, & tenetur. ¶ An alimentarius poſſit petere alimenta extra domum debitoris, ne cogatur cum illo habitare. Surd. quæſt. 14. num. 1. 16. tit. de alimentis. ¶ An pater teneatur præſtare alimenta filio, qui duxit uxorem ſine conſenſu patris, Surd. quæſt. 6. n. 1. de alimentis. ¶ An pater cogatur alere filium conjugatum. Surdus quæſt. 7. 1. de alimentis. ¶ An ſpurii ſint alendi à patre. Rol. conſ. 89. tom. 3. ¶ An filii uxoris ex primo viro alendi ſint ex fructibus bonorum dotalium, Surd. quæſt. 12. num. 4. titul. 4. de alimentis, ait alendos eſſe. ¶ An ſocer teneatur alere nurum, quando filius committit contra patrem, Surd. quæſt. 38. num. 27. tit. 1. de alimentis. ¶ Alimenta filii parentibus indigentibus præſtare tenentur. Ozaſ. deciſ. 134. num. 8. alias ſi haberent unde ſe alerent, filii non tenerentur. Jaſ. in l. 1. §. excipitur. ff. de ferio. ¶ Parentes, & liberi ſibi invicem præſtant alimenta, non jure patriæ poteſtatis; ſed ratione filiationis, vel paternitatis. Azo. in ſumma tit. C. de patri. poteſt. vide §. illud quoque & ibid. gloſſ. Authent. ut liceat matri, & avia. Harem. cap. 1. tit. de alimentis libr. 2. ¶ Alimenta an ſint præſtanda per eum, qui negat aliquem filium, vide gloſſ. in l. pen. C. eod. ¶ Quando quis habet patrem, & filium divites, quid juris, circa præſtationem alimentorum. Bartol. in l. 8. ff. de liber. agnoſc. ¶ Alimenta ſunt parentibus, & patronis præſtanda. l. 2. & ibid. gloſſ. C. quod cum eo. §. illud quoque & ibid. gloſſ. Auth. ut liceat matri, & avia.

Vel non.

Filio lite pendente non præſtantur alimenta à patre, Capel. Thol. quæſt. 77. Niſi filius eſſet quaſi in poſſeſſione filiationis. Paul. Æmil. Vera. deciſ. 21. part. 1. quod limita, ubi filius eſſet ingratus; vel haberet aliunde, unde ſe aleret, vel poſſet ex ſuo labore honeſte vivere, ibid. in addit, d. quæſt. 77. Capel. Thol. vide Gaſpar. Cabal. milleloq. 682. ¶ Aliquando pater non tenetur filio alimenta præſtare: Primo. quando filius habitat ſeorſum à patre: Secundo, quando proprio exercitio ſibi victum quærit: Tertio, quando duxit uxorem dotatam, vide Mago. deciſ. 73. ſed quando ſævitia dat juſtam cauſam filio non cohabitandi cum patre, tunc pater tenetur præſtare alimenta filio ſeorſum habitanti. Magon. deciſ. 112. Rot. Flor.

Cap. VI. Quibus modis peti poſſint.

Si pater multos habens filios vendat omnia bona ſua diſſipando, & filii petant, quod aſſignentur eis aliqua bona patris pro eorum alimentis, an talis petitio procedat de jure. Jaſ. de action. §. item ſi quis in fraudem. num. 4. Hippol. ſingul. 613. pro affirmativa, ſcribit Boer. deciſ. 61. num. 18. ¶ Filius poteſt alimenta petere à patre non obſtante, quod duxerit uxorem ſine ejus conſenſu. Dec. conſil. 231. num. fin. ¶ Alimenta petuntur officio Judicis; quia pro illis non datur actio, quando debentur jure Naturali, Bartol. in l. 5. ff. de liber. agnoſc. & tale officium Judicis deſcendit ex charitate ſanguinis, & ex æquitate, Bartol. in §. ſed utrum. d. l. 5. de liber. agnoſc. ¶ Filius alimentatus non poteſt petere alimenta præterita, niſi feciſſet ſe debitorem alterius, pro illis alimentis. Afflict. deciſ. 10. num. fin.

Cap. VII. Quando provideri poſſint: decerni.

Alimenta liberis à parentibus, & econtra, officio Judicis decernuntur: fallit, ſi fuerint immeriti. Marc. de Mant. ſingul. 683. ¶ Quando filio, nepoti, vel nepti poſt mortem patris ſit providendum de alimentis, cum contenditur de bonis paternis, vide Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſentent. provi. art. 1. gloſſ. 2. ubi tradit reg. cum 8. limitationib. num. 21. & Franc. Marc. quæſt. 364. part. 2. quod quando pater petit bona filii, vide ibid. Rebuff. numer. 9. ¶ In filiis adoptivis petentibus ſucceſſionem, non habet locum proviſio de alimentis, Cabal. milleloq. 683.

Cap. VIII Quando repeti poſſint.

An alimenta facta per matrem in alimentis filiorum per eam repeti poſſint, Corn. conſil. 165. lib. 4. ¶ Pater alens aliquem ut filium, quem poſtea apparuit non eſſe, an poſſit repetere alimenta. Natt. conſil. 108. num. 8. ¶ Mater alens filium nulla præcedente proteſtatione, non repetit alimenta à cohæredibus; ſed quando alias repetat, & in quibus caſibus, & quando non, vide Auguſt. Bero. quæſt. 11. l. 11. C. de neg. geſt. ¶ Mater, frater, vel patruus, an repetant alimenta præſtita. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 78. part. 2.

Cap. IX.

Cap. IX. Quæ valeant.

An tranſactio de alimentis futuris valeat, abſque decreto judicis ſi fuerit juramento firmata. *Andr. Fach. lib. 3. cont. cap. 21.*

Cap. X. Qui ſint effectus.

An in cauſa alimentorum appellatio ſit permiſſa, *And. Fach. lib. 1. cont. cap. 77. alias 28.* ¶ Sententia ſuper alimentis, an præjudicet in filiatione, *gloſſ. fin. in l. 2. C. de ordin. cogn.* ¶ Filius emancipatus denegans alimenta, revocatur in poteſtatem, *Bartol. in l. 6. §. Imperatoris. ff. de libr. agnoſc.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Pater ſi pecuniam mutuo acceperit, & illam in alimenta filiorum erogaverit, filii poſtea divites effecti, eam mutuanti reddere tenentur. *Ludov. Rom. ſingul. 213. Bartol. in l. 49. ff. de cond. indeb.* ¶ Pater filium non poteſt facere ſervum, niſi ex neceſſitate famis. *l. fin. Cod. de patr. poteſt.* ¶ De actione, quæ datur pro partu agnoſcendo, *vide per Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termin. act. num. 10. poſt volumen. Jaſ. de act.* ¶ Actio in rem præjudicialis de partu agnoſcendo, quando detur, & quomodo proponatur. *Manant. in ſuo Specul. de ordin. tit. an judic. civil. vel crim.* ¶ Avus maternus, vel mater ſi præſtiterint alimenta nepotibus, vel filiis, an pro illis habeant actionem ad repetendum, *vide Boer. conſil. 17. Natt. conſ. 108. num. 7. Tom. 1.* ¶ Pater tenetur emere libros filio ſtudenti. *Caſtrenſ. conſil. 184. & Bartol. in l. fin. C. de ſilentia. libr. 12.*

TITULUS CCCCXL.

De alimentis præſtandis à fratre fratri, vel ſorori, aut marito uxori, & econtra.

Cap. I. Qui ſint alendi.

Soror petens legitimam, eſt alimentanda etiam in prima inſtantia. *Afflict. deciſ. 11.* idem in filio, etiam religioſo. *Franc. Marc. quæſt. 127.* ¶ Si vir verberaret atrociter uxorem ſuam, licitum eſt uxori fugere, & debet alimentari extra domum viri, ſumptibus ipſius. *Guid. Pap. quæſt. 439. vide Boer. deciſ. 195. Guid. Pap. ſing. 534. & Capel. Tholoſ. quæſt. 87.* ¶ Filia, ſi debet dotari, quando nupſerit, interim antequam nubat ali debet. *Cravet. conſil. 189.* & qualiter tunc debeant taxari alimenta. *ibid. num. 9.* ¶ Uxor agena contra maritum ſuper conſanguinitate, & impedimento matrimonii, ab eodem eſt alenda. *Capel. Thol. quæſt. 88.*

Cap. II. Qui teneatur alere, vel non.

Alimentandi onus, quando tranſeat ad hæredem, & frater alit fratrem inopem, & non hæredes extranei filii ipſius. *leg. 5. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſcend.* ¶ Pater hærede filio inſtituto, & dote filiæ relicta deceſſit, tunc ſi ſoror alimentetur à fratre, donec maritetur, non compenſat frater alimenta cum dote, *vide in liberis. Bartol. in l. 4. §. ſed ſi egeni. ff. de excuſ. tut. in quadam lect. Nicol. de Neap.* ¶ Frater uti tenetur alere ſororem inopem; ita tenetur eam dotare, *Abb. conſil. 50. lib. 2.* ¶ Maritus tenetur ad alimenta per uxorem petita, in quæſtione dotis reſtituendæ, & lite pendente. *Afflict. deciſ. 10. vide deciſ. 152.* ¶ Maritus adulter tenens concubinam, tenetur præſtare alimenta uxori, quæ propter pellicem ab eo receſſit. *Afflict. ibid.* ¶ Uxori exiſtenti in infirmitate maritus tenetur ſubvenire de alimentis, medicinis, & omnibus neceſſariis de proprio. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 531.* ¶ Frater dives tenetur alere fratrem & ſororem pauperes, hoc tamen onus non extenditur ad nepotem ex fratre: quia non porrigitur ultra primum gradum. *Vincent. de Franc. dec. 178.* ¶ Frater tenetur etiam alere fratrem naturalem egentem. *Hartm. cap. 2. titul. de aliment. lib. 2. Bartol. in l. 5. §. utrum. ff. de liber. agnoſc.* ¶ Quando fœmina excluditur à ſtatuto propter maſculum, tenetur maſculus ad eam alimentandam. *Cravet. conſil. 189.* ¶ Sicut pater tenetur alere filium fratris egentem: ita hæres fratris alere tenetur. *Rip. in l. filiusfam. & divi. de leg. 1. num. 43. vide tamen Bartol. in l. 5. §. item. ff. de liber. agnoſc.* ¶ Frater tenetur alere fratrem, & ſoror ſororem inopem, *Paul. de Caſt. ſing. 5. Bartol. in l. 5. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſc. Guid. Pap. quæſt. 439. num. fin. & Hartm. cap. 2. tit. de aliment. lib. 2.* ¶ Frater tenetur alere ſororem ex eodem, vel alio patre natam. *Boer. deciſ. 129. vide Excell. Præſid. Theſſaur. dec. 192.* & fratrem inopem. *Franc. Marc. quæſt. 225. part. 2. num. 7.* ¶ Patruus tenetur alere nepotes, & nepotea, & ſic de ſingulis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 62. num. 33. vide tamen Vincent. de Franc. deciſ. 178.* ¶ Dotis reſtitutæ fructus ſi non ſufficiant mulieri ad alimenta, vir tenetur ultra dare, & eam alere. *Bart. ibid. num. 102.* tamen debet ali uxor ſecundum reditus, qui percipiuntur ex dote. *Bartol. in l. 13. §. ſi autem. ff. ſolut. matr.* ¶ Uxor, cui dos eſt reſtituta, tenetur ex ea (ſi ſatis ſit) alimentare virum, & filios alterius matrimonii. *Bartol. in l. ſi conſtante n. 109 ff. ſol. matr.* ¶ Maritus, an teneatur de neceſſitate expendere in uxore ægra, & quando poſſit alimenta repetere. *Bartol. in l. quod in uxorem. C. de neg. geſt.* ¶ Vir qui tenetur uxori ad alimenta, tenetur etiam pro ſervientibus, inſpecta ejus qualitate: idem in quocunque alio, cui alimenta debentur. *Bart. in §. illud Auth. de non eligendo ſecund. nub.* ¶ Maritus cogitur uxorem furioſam alimentare, & alia neceſſaria impendere. *leg. 23. §. ſi autem. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Uxor tenetur operari viro, & non poteſt petere alimenta præterita, quando aliunde fuit alimentata. *Joſeph. Ludov. deciſ. 47. Peruſ. n. 13.* ¶ Maritus uxori, (quamvia indotatæ) alimenta præſtare tenetur. *Ozaſ. deciſ. 132. num. 8. vide tamen num. 18. Afflict. deciſ. 152. Gram. deciſ. 103. num. 26. Guid. Pap. quæſt. 439. Boer. deciſ. 22.* quod procedit, ſi uxor nullam dotem promiſerit, ſecus tamen ſi doa fuiſſet promiſſa, & non ſoluta. *Capel. Thol. quæſt. 87. Andr. Gail. obſerv. 87. lib. 2. Bart. in l. ſi conſtante, num. 102. ff. ſolut. matrim.* ¶ Quando maritus teneatur alere uxorem, vel non, traduntur novem concluſiones per *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droicts, Rub. 4. §. 25. gloſſ. 1. num. 14.*

Vel non.

Maritus non alimentat uxorem principaliter propter dotem acceptam; ſed quia uxor deſervit oneribus matrimonii, *Abb. conſil. 39. lib. 2. num. 4. vide in addit. l. 23. §. ſi autem. ff. ſolut. matrim.* ¶ Dos promiſſa, ſi non ſolvitur viro, licitum eſt ei uxorem à ſe repellere, & ſibi alimenta denegare. *Abb. conſil. 85. lib. 2.* ſed vide, *ibid.* ¶ Maritus non tenetur dotem, nec alimenta reſtituere, & præſtare uxori ſeorſum à marito habitanti abſque culpa mariti. *Borg. Caval. deciſ. 21. part. 2. vide ſupra tit. de divortiis.*

Cap. III. Quibus debeantur.

Frater agena petitione hæreditatis contra fratrem debet habere alimenta, & expenſas à fratre poſſeſſore hæreditatia, lite pendente. *DD. de Rota deciſ. 2. de arb. in antiquo. Paul. Æmil. deciſ. 20. part. 1.* ¶ Marito abſenti debent mitti alimenta. *Bart. in l. ſi conſtante. num. 22. ff. ſol. matr.* ¶ Uxori debentur alimenta in bonis mariti, & ſi haberet, unde aliunde ſe aleret, quod intellige, ſi maritus dotem ſibi promiſſam receperat: nam ſi dos fuerit ſibi promiſſa, & non ſoluta, non cogitur. *Mynſing. obſ. 64. cent. 1.*

Cap. IV. Quibus præſtanda, & peti poſſint.

Marito exuli alimenta per uxorem præſtanda ſunt. *Ozaſ. deciſ. 124. num. 11.* & uxor divea tenetur alimentare virum. *Guid. Pap. qu. 439.* ¶ Mariti bona pro alimentis uxori

uxori debitis ſunt tacite hypothecata, & uxor etiamſi aliunde poſſet vivere, poteſt petere ſe à viro alimentari, quando alimenta debentur jure actionis; ſecus ſi officio judicis. *Afflict. deciſ. 10.*

Cap. V. Quando providenda.

Quando dos non ſolvitur, vel reſtituitur, an, & quando pendente lite fiat proviſio pro alimentis mulieris, & quid quando aliqua ex cauſa non habitat cum marito, *vide Rebuff. in ſuo comment. tract. de ſent. proviſ. art. 1. gloſſ. 4. num. 22.* ¶ Mulieri à viro expulſæ, pendente lite fit proviſio de alimentis. *Cabal. milleloq. 688.* Idem pendente appellatione. *ibid. Milleloq. 690.* ¶ Mulier ſeorſum habitanti à marito non fit proviſio, niſi eſſet valetudine affecta. *Cabal. Milleloq. 689.* ſed pauperi provideri debet. *ibid. Milleloq. 696.*

Miſcellanea.

Expenſa facta in curanda uxore non repetitur; ſecus in impenſa funeris. *l. 13. C. de neg geſt.* ¶ Mulier poteſt alienare rem dotalem durante matrimonio pro alimentis ſibi, & familiæ comparandis, marito abſente. *Natt. conſil. 547.* ¶ Alimenta quando præſumantur per maritum uxori remiſſa, & quando non, ad hoc, ut hæres ipſius mariti ad ea agere poſſit, *Ozaſ. deciſ. 132. Gram. deciſ. 103. num. 29.* ¶ Authen. præterea, C. unde vir, & uxor declaratur, an ſcilicet in ea dos ſufficere debeat ad alimenta condocentia. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 61.*

TITULUS CCCCXLIII.

De alimentis in genere.

Generalia.

De alimentis carceratis præſtandis. *Afflict. deciſ. 71. & ſup. lib. lib. 1. titul. de carcer. exp.* ¶ De materia alimentorum, *Bartol. in ſuo tractat. de alimentis. fol. 128.* ¶ De reditu ad vitam conſtituto, *vide Gaſp. Gabal. milleloq. 421.*

Cap. I. Quæ dicantur.

Alimenta ſtatim, quod petita ſunt in judicio dicuntur futura, & non præterita. *Ven. deciſ. 20. part. 1.* ideo à die motæ litis dicuntur futura, *idem deciſ. 22.* & ſuper iſtis non datur appellatio, ſecus in alimentis, quæ fuerunt decurſa ante motam litem, ſi petantur. *Idem Paul. Æmil. Ven. deciſ. 24. part. 1.*

Cap. II. Qualia ſint.

Alimentatio minus gravis videtur in domo, quam extra. *Menoch. conſ. 231. num. 32. 33.* ¶ Cauſa alimentorum favorabilis eſt. *Ozaſ. dec. 132. Capic. dec. 65.* ¶ Alimentorum cauſa adeo eſt favorabilis, ut impediat perpetuo translationem dominii rei donatæ, reſpectu alimentorum, *Ozaſ. deciſ. 85.* ¶ Præſtatio alimentorum eſt pia cauſa, cui jura concedunt etiam privilegia juris publici. *Afflict. deciſ. 252. num. 8. Capic. deciſ. 65.* quod cauſa alimentorum ſit pia, *ſcribit Mart. de Mant. ſingul. 22.* ¶ Cauſa alimentorum eſt ſummaria, & liquida *Tho. Minad. deciſ. 3.* ¶ Alimentorum cauſa eſt privilegiata, tum reſpectu proceſſus, tum etiam probationum. *Ven. deciſ. 2.* ¶ In cauſa alimentorum proceditur ſummarie omni dilatione rejecta. *ibid. num. 4. & deciſ. 259. part. 2.* ¶ Conſtituta penſione ſuper aliquo fundo pro alimentis, fundus pro ipſis cenſetur obligatus. *Guid. Pap. quæſt. 576.*

Veniant.

Alimentorum appellatione non ſolum victus venit, ſed etiam cubile. *Franc. Marc. quæſt. 154 part. 2. num. 7.* ¶ Appellatione alimentorum veniunt calciamenta, veſtimenta, & etiam medicinæ, & expenſæ ſtudii, ubi agitur de perſona docili. *Cravet. conſil. 199. num. 3.* quæ veniant alimentorum nomine, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 170. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſ. art. 1. gloſſ. 2. & 4. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des enfans, Rub. 6. §. 4. gloſſ. 11. Rol. conſ. 22. lib. 1.*

Cap. III. Quando probentur, vel non.

Legitimationis quaſi poſſeſſio, quomodo ſummatim probetur ad affectum obtinendi alimenta, & expenſas litis, *vide Ven. deciſ. 150. part. 2. & deciſ. 379. ibid.* Viduæ agenti contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam ab ea, pendente lite non fit proviſio de alimentis. *Pap. lib. 18. tit. 1. arreſt. 16.* ¶ Alimenta fuiſſe præſtita alicui, qualiter probet, *vide Joſeph Ludov. deciſ Luc. 42.* ¶ Alimentorum qualitas, & quantitas poſſunt probari per teſtes domeſticos. *ibid. num. 7. & 26.* ¶ Alimenta continuo eſſe præſtita in domo, quomodo probetur, *vide Beninten. deciſ. 43.* ¶ Liberculus, in quo apparet expenſum an, & quando probet, *vide ibid. num. 5.* & expenſæ, quæ quotidie minutim fiunt, quomodo probentur *ibid. num. 11.* ¶ Alimenta promiſſa per aliquem alicui non expreſſo tempore, intelliguntur promiſſa ejus vita durante. *Gram. deciſ. 101. num 56. vide tamen ibid. num. 112.* ¶ Alimenta promiſſa præſtari per ſocerum, genero, & filiæ inter vivos per ſe, & filios licet tempus non præfignetur, tamen intelligi debent promiſſa in vita viri. *Gram. deciſ. 101. num. 13.* ¶ Tranſactio alimentorum facta ſimpliciter, non porrigitur ad habitationem, & veſtiarium, niſi expreſſe de illis fiat mentio. *Bart. ſing. 111. & in l. 8. §. qui. ff. de tranſact. & Petr. de Raven. ſing. 218.* ¶ Sententia lata ſuper alimentis à die motæ litis, comprehendit expenſas litis poſitas in prima commiſſione. *Ven. deciſ. 20. num. 5.*

Vel non.

Alimenta non comprehenduntur in generali excluſione, aut prohibitione, & tolli non poſſunt per ſtatutum. *Cravet. conſ. 189.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

Alimenta non patiuntur dilationem, cum nemo vivat vento, negareque illa, eſſet necare homines; quare ſunt privilegiata, & conceſſa eorum favore, ad piam cauſam dicuntur conceſſa. *Guliel. Caſſad. deciſ. 1. de mutu. petit.* ¶ Alimenta ſi præſtantur officio Judicis, non requiritur ſatisdatio in caſu, quo appareret actorem jus non habere; ſecus ſi jure actionis petantur. *Gend. de Lud. ſing. 139.*

Cap. V. Quæ præſumantur, vel non.

Alimenta præſtita à patre, fratre, & patruo in dubio, præſumuntur præſtita animo donandi. *Borg. Caval dec. 6. de contract. num. 13.* ¶ In alimentis præſtitis per aſcendentem deſcendenti, quando onus alimentandi ad alium pertinebat, non præſumitur donatio; quia tunc præſumitur aſcendens expendere tanquam gerens negotia illius, qui tenetur ad ipſa alimenta, & ſic animo repetendi. *Cravet. conſ. 86. num. 3. Anguſt. Bero. quæſt. 11. Natt. conſ. 108.*

Cap. VI. Quæ fieri poſſint in cauſa alimentorum, vel non.

Alimentorum expenſæ parvæ compenſentur cum operibus. *Bartol. in l. 30. §. ſervum. ff. ſi cert. pet.* ¶ Super alimentis præteritis libere tranſigitur, ſuper futuris vero auctoritas Prætoris requiritur, *l. de alimentis. C. de tranſact.* ¶ Ruſtici uti non debent pane albo, vel pullis, aut aliis delicatis cibariis. *Jaſ. de actio. in §. ſunt præterea verſ. item ſi de dote num 8.* ¶ In omnibus caſibus, in quibus fit proviſio alimentorum, non obſtante appellatione, fit exequutio. *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſent. proviſ. art. 1. gl. 2 n 34.* tamen illa exequutio non nocet cauſæ principali. *Rebuff. ibid. fol. 155.* ¶ Decretum, ſeu ſententia ſuper alimentis futuris mandatur exequutioni, appellatione non obſtante, & illa expleta. *Afflict. dec. 261. Pap. lib. 18. tit. 1. arr. 19. & 31.* ¶ Quando de alimentis tranſi-

tranſigere liceat, qua ſolemnitate tranſigatur. *Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 170.* ¶ Quando tractatur de æſtimandis alimentis, pro quot annis debeant æſtimari, *vide deciſion. 95. num. 4. Rot. Aven. in deciſ. diverſ.* ¶ Jus alimentorum non poteſt in alium venditorem transferri. *Bart. in l. 55. §. cum Titio. ff. ad leg. falc.* ¶ Stipulatio facta pauperi, videtur cauſa alimentorum. *Bartol. in l. 16. §. ſtipulatio. ff. de verb. obl.* ¶ Poteſt capi de bonis pupilli ad ejus nutrimentum, licet bona ipſius ſint à creditoribus poſſeſſa eo, quod non defendebatur. *l. 17. ff. de privileg. credit.* ¶ Sumptus alimentorum, an poſſint fieri de rebus, quæ obnoxia ſunt reſtitutioni, *vide Bartol. in auth. res quæ. C. communia de lega.* ¶ Alimentorum moderatio, ſeu taxatio debet fieri ſecundum quantitatem redituum, non autem ſecundum valorem bonorum, aut ædificiorum. *Boer. deciſ. 19. num. 8.* ideo ſi extarent bona magni valoris, quæ ita paucos reditus afferrent; ut non ſufficerent ad præſtationem alimentorum, non poſſet alienari proprietas, niſi alimenta deberentur ei, qui futurus eſſet dominus bonorum. *Joan. Ant. Trigon. ſingul. 11.* ¶ Alimenta debent moderari reſpectu valoris patrimonii. *Bartol. in l. 50. ff. ad Treb. num 4.* ¶ Sententia in cauſa alimentorum, an ſit interlocutoria, vel definitiva, *Bart. in l. 5. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc.* ¶ Uſura non arguitur ex taxatione alimentorum. *Cravet. d. conſ. 189. n. 5.*

Cap. VII. Qui alendi ſint, vel non.

Mulier intra annum luctus debet ali ab hæredibus viri, ſi non habeat aliunde, unde ſe alat; tamen ipſa tenetur illis operari, & quatenus velit habitare ſeorſum, debentur alimenta, deducto pretio, ſeu æſtimatione operarum, niſi eſſet magna domina. *Bartol. in l. divortio. ff. ſolut. matrimon. num. 4. Bald. num. 5. Caſtren num. 10. Jaſ. num. 14. Alexand. num. 28. ibid. Capic. deciſ. 24. Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 21. Jaſ. de action. in §. fuerat, num. 23. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſentent. proviſ. artic. 3. gloſſ. 1. num. 10. Petr. de Raven. ſing. 782. Guid. Pap. ſing. 111. Roland. conſil. 55. volum. 2.* niſi intra annum tranſiiſſet ad ſecunda vota. *Jaſ. ibid. num. 26.* ſed an teneantur eam alere poſt annum luctus, *vide Jaſ. ibid. num. 26. Roland. conſ. 55. vol. 2. & Abb. conſil. 39. lib. 2.* ¶ An hæredis ſit electio ſolvere dotem, vel dare alimenta viduæ infra annum luctus, *vide Capic. deciſ. 24.* pro affirmativa, ſcribit *Jaſ. de act. in §. fuerat, num. 24.* poſſidentes dotem intra annum viduam alere debent, ſi non habeat, unde ſe alat, ſecus ſi dos ſtatim ſolvatur. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 687.* ſed quando quis dicatur habere, unde ſe alat, *vide Rol. conſ. 55. volum. 2.* ¶ Qui in querela inofficioſi obtinuit, pendente appellatione debet ex hæreditate ali. *l. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Exiſtens in poſſeſſione, ſeu quaſi præbendæ, alitur ex ea, etiamſi de ea ſibi moveatur quæſtio. *Bartol. in l. 7. titul. de liber. agnoſc.*

Cap. VIII. Qui & quos teneantur alere, vel non.

Donatarius, an teneatur alere donantem, *vide Bart. in l. 6. ff. de liber. agnoſcen. §. 1. & in l. 134. ff. de regul. juris.* ¶ Si dives dederit alicui multa bona, effectus pauper, poteſt illum cogere, ut ipſum alat. *Bartol. in §. 1. inſtit. de oblig. num. fin.* ¶ Donatum, ut alimenta præſtantur, non ſolum poteſt condici, (ſi non præſtentur,) ſed etiam rei vendicatione agi: & tres actiones competunt contra illum donatarium, qui alimenta promiſſa non præſtat. *l. 1. & ibi gloſſ. Cod. de donat. quæ ſub modo.* ¶ Alimentorum præſtatio continet duas obligationes, unam videlicet perſonalem, quæ non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, alteram hypothecariam, & hæc tranſit ad quemcunque. *Bartol. in l. 2. num. 3. ff. de alimen. & cib. leg.* ¶ Eccleſia tenetur alimentare donantem re donata combuſta, quando fuit hac conditione donata, ut teneretur alimentare donatorem, & ipſa acceptavit hanc donationem *Franc. Crim. ſing. 1.* ¶ Si filia mutuum in alimenta converterit, tenetur pater de in rem verſo, ſi onus alimentorum ad patrem ſpectabat, *vide l. 20. ff. de in rem verſ.* ¶ Ubi aliquis tenetur ad alimenta ex promiſſione, non debet creditor probare, quod non fuerit alitus; ſed debitor, quod aluerit. *Natt. conſ. 369.* ¶ Hæres tenetur ad alimenta, quod procedit in hærede deſcendentis; non autem collateralis, & quando hæres eſt extraneus, tenebitur ut hæres, ſed ſi hæredes eſſent liberi, vel nepotes, tenerentur ipſi ex propria perſona, *Vinc. de Franch. deciſ. 178. num. 9.* ¶ Alens filiam ſuam, quam nuptui tradiderit, non tenetur ad uſuras dotis tardius ſolutæ, licet per errorem promiſerit. *l. 17. ff. de dolo malo exc.* ¶ An in alimentis quis teneatur in plus, quam facere poſſit, ut etiam cogatur arctare victum ſuum pro illorum præſtatione, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 211. num. fin.* ¶ Promittens aliquem veluti filium alere ſub pœna; tenetur eum tradere in diſciplinam, ſi facultates ejus patiuntur, & conditio perſonæ pueri non repugnet. *Bart. in l. 132. num. 10. ff. de verborum obligation. ibid.* ¶ Dominus tenetur facere famulo infirmo impenſas modicas, non magnas, & medicinæ ſunt præſtandæ illi, cui alimenta debentur. *Bartol. in l. 23. §. ſin autem. ff. ſolut. matr.*

Vel non.

Si quis aliquem alere tenetur, ſatisfeciſſe videtur, ſi ei præbendam ad alimoniam procuraverit, vel ſi in aliquo hoſpitali de alimentis providerit: ſed illud de hoſpitali intelligitur, dummodo ille, cui debentur alimenta, poſſet ſine ejus dedecore ibi habitare, *Hipp. ſing. 420.* ¶ Vaſſallus non tenetur dominum egenum alimentare, exceptis certis caſibus, de quibus per *Roland. conſ. 5. vol. 3. vide Bart. in l. 6. ff. de lib. agnoſ.* ¶ Infantes expoſitos alere non tenetur Communitas, ſed illius loci Eccleſiæ Rector, ubi expoſiti ſunt, ſi modo habeat. *Illuſtr. Senator Sola in ſuis comment. in antiq. conſt. gloſſ. ſuper 3. part. decreti abuſionibus, titul. de capt. num. 7. fol. 133. vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 118.*

Cap. IX. Quibus debeantur, vel non.

Alimenta debita viduæ virtute conſuetudinis, pro ſex menſibus primi anni luctus, tranſmittuntur ad hæredes ipſius. *Vinc. de Franc. deciſ. 338.* ¶ Vidua, utrum de domo viri debeat expenſis hæredum habere veſtes lugubres, ſeu viduales, *vide Capic. deciſ. 26. Capel. Thol. quaeſt. 337. fol. 531.* pro affirmativa ſcribit *Gaſp. Cabal. Milleloq. 521.* vide etiam *Vincent. de Franc. deciſ. 41.* & an tales veſtes finito anno repeti poſſint, *Roland. conſil. 10. num. 8. & Guid. Pap. ſingular. 113. & 398.* ¶ Alimenta debentur ſecundum fructuum quantitatem (ſalva ſemper rei ſubſtantia. *Fran. Marc. quæſt. 43.*) & qualitatem perſonarum. *Veral. deciſion. 21. part. 1. num. 3. Hieron. Magon. deciſ. Luc. 73.* ¶ Alimenta debent ſolvi anticipate. *Vincent. de Franc. deciſ. 159. num. 3.* ¶ Monachus cum Abbate litigans ſumptus litis habere debet ab Abbate cum alimentis, tam in cauſa principali, quam appellationis. *Afflict. deciſ. 10. vide DD. de Rot. deciſ. 4. tit. de accuſ. in antiq. Gaſpar. Cabal. Milleloq. 680.* quibus in cauſis pendente lite fiat proviſio, *vide Joan. Pap. libr. 18. titul. 1. arreſt. 18. Mynſinger. obſerv. 21. cent. 6.* & quibus perſonis. *Rebuff. in ſuis commentar. tract. de ſentent. proviſio num. 104. fol. 196.* ¶ Alimenta, an debeantur ejectæ à Religione, *Jac. Put. deciſion. 208 lib. 1.* ¶ Abbatiſſæ ejectæ debentur alimenta, ſed non expenſæ litis, *idem deciſ. 071. libr. 1.* ¶ Filio litiganti ſuper bonis pa-

ternis, alimenta debentur ſemper dum litigat. *Paul. Æmil. deciſ. 18. & 20. part. 1. etiam in prima inſtantia. idem deciſ. 249. part. 2.* ¶ Si alimenta uſque ad pubertatem conceſſa ſunt, debentur uſque ad annos 18. in maſculo, & uſque ad 14. in fœmina. *idem Mynſing. obſerv. 12. cent. 3. Lud. Rom. ſingul. 604.* ¶ Veſtes, quando præſtentur, *Hartman. cap. 9. titul. Miſcellaneorum ex jure civil. libr. 2.* ¶ Alimenta, qui ex diſpoſitione teſtatoria habet, etiam habebit expenſas in ſtudendo; ſecus ſi debeantur ex diſpoſitione legis. *Marc. de Mant. ſing. 680.* ¶ Quando debeantur alimenta pendente lite, & debeant decerni in prima & ſecunda inſtantia, *vide Joſ. Ludov. deciſ. Peruſ. 46.* quid in filio, vel nepte agentibus pro hæreditate, *vide Marc. quæſtion. 364.* ¶ Quando alimenta debentur reſpectu dotis, quomodo debeatur taxari, *vide Cravet. conſ. 189.* ¶ Alimentarius non debet operari ad commodum hæredis, quando alimenta debentur jure actionis; ſecus quando debentur Judicis officio, ut in uxore, quæ tenetur operari viro, & non poteſt petere alimenta præterita, quando aliunde fuit alimentata. *Joſ. Ludov. deciſ. Peruſ. 47. num. 13.* ¶ Jus alimentorum ad ſingularem ſucceſſorem tranſit, & quando alimenta debentur jure actionis, extra domum debent præſtari. *Franc. Marc. quæſt. 383.* ¶ Præſtatio triennalis in alimentis, ſufficit ad futuram obligationem inducendam. *Boer. deciſion. 236.* nam favore alimentorum facta ſolutione per triennium ex voluntate minus ſolemni, debentur exinde impoſterum. *l. 1. C. de fideic. Bart. ſingul. 187. & Pet. de Rav. ſing. 218.* tamen præſtatio annua, ut debeatur in futurum (etiam ratione alimentorum) requiritur, quod fuerit præſtita per decennium. *Bart. in l. 6. §. non vero ff. de offic. Proconſ.* ¶ Alimenta promiſſa alteri, in cujus domo debeantur, in domo, videlicet promittentis, aut alimentarii, *vide Gramm. deciſ. 101. num. 57.* ¶ Alimenta etiam præterita debentur, quoties non officio Judicis; ſed actionis jure petuntur. *Joan. Mobed. deciſion. 127.* ¶ Si Decurio perdat bona ſua, danda ſunt ei alimenta de publico. *l. 8. ff. de decurio.*

Vel non.

Alimenta non debentur illi, qui ex propria confeſſione ſovet malam cauſam. *Vem. deciſ. 19. part. 1.* ¶ Si vir, & uxor donaverint eorum bona reſervata aliqua penſione pro alimentis, mortuo uno ipſorum non debetur, niſi medietas penſionis, quia cauſa alimentorum eſt reiterabilis. *Guid. Pap. quæſt. 204.* & maritus reſervans ſibi alimenta, cenſetur etiam reſervaſſe pro uxore; ſed quid, ſi ſibi fuerit ſtipulatus, *vide Cravet. conſ. 51.*

Cap. X. Quando decerni poſſint.

Alimenta ſubminiſtrantur accuſato, vel litiganti ſuper bonis, pendente lite. *DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de accuſ. in antiq.* ¶ Abbas, qui ſolet per electionem aſſumi, ſi privetur abbatia, & poſtea judicio reſtitutorio agat, debent ſibi decerni alimenta. *Ægid. Bellam. concluſ. 88.*

Cap. XI. Quando præſtanda.

Alimentorum modus totus committitur arbitrio Judicis, qui debet arbitrari, habito reſpectu ad quantitatem dotis, qualitatem matrimonii, & dignitatem alimentarii, & ad conſuetudinem regionis. *Cravet. conſil. 189.* ¶ Alimenta, quæ præſtantur in domo, debent præſtari in una habitatione: ideo facta diviſione inter hæredes, ipſi non poſſunt cogere alimentarium ad habitandum in domo cujuslibet ipſorum. *Joſ. Lud. deciſ. 92. Peruſ. num. 20. vide Bart. in l. 8. §. vult. ff. de tranſactio.* ¶ Alimentorum præſtatio non impeditur per litis pendentiam. *Afflict. deciſ. 152. num. 3. vide Boer. deciſ. 324.* ideo appellatio non admittitur à ſententia præſtationis alimentorum. *Affl. dict. deciſ. 152. n. 3. Natt. conſ. 108. Marc. de Mant. ſing. 285.* & tunc etiam revocata ſententia, non datur repetitio. *Afflict. d. deciſion. 152. num. 4.* ¶ Cauſa alimentorum pendente, alimenta actori præſtantur. *l. ſi negent. C. de alendis liberis.* ¶ Marito abſenti debent mitti alimenta. *Bartol. in l. 23. num. 22. ff. ſi cert. petat.* ¶ Alimentorum ſtatutorum ſolutio non retardatur, propter cognitionem negotii principalis. *Vernl. deciſ. 21. & 22. part. 1.* tamen proceſſus negotii principalis retractatur, quando ille, qui in negotio principali vult procedere, eſt condemnatos ad ſolvendum alimenta, & litis expenſas parti, & non ſolvit. *Paul. Æmil. deciſ. 385. part. 2.* ¶ Operæ cujus ſumptibus præſtari debeant, diſtingue, aut præſtantur ex liberalitate, & tunc debent præſtari ſumptibus Domini, aut præſtantur ex neceſſitate, & hoc caſu debent præſtari ſumptibus, & expenſis ſubditi. *Cabal. milleloq. 575. vide Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des mains mortes. Rub. 9. §. 18. gloſſ. 2. num. 26.* ¶ Alimenta præſtantur ſingulis menſibus. *l. fin. ff. de lib. agnoſ. & ibid. Bart. vide eundem Bart. in l. 8. §. vult. ff. de tranſact.* fallit, quando alimenta ſunt parva, quia tunc præſtantur in principio cujuslibet trimeſtris. *Bart. ibi. vid. eund. Bart. in l. 9. ff. de lib. agnoſ.* ¶ Sponſus, qui recipit dotes tenetur ſubminiſtrare expenſas ſponſæ. *Gramm. dec. 103. num. 23.* ¶ Alimenta tenetur quis præſtare ſervo, vel alteri, quem habet in ſuo ſervitio. *Gramm. ibid. num. 27.* ¶ De alimentis præſtitis per tutorem facultatum pupilli perſonis, erga quas pupillus tenebatur, *vide l. 1. & per tot. tit. ff. de ration. diſtrib.* ¶ Alimenta quis habere non debet ex his bonis, quæ illi ratione delicti auferuntur. *Ozaſ. dec. 124.*

Cap. XII. Quando peti poſſint.

Alimenta an petere poſſit, qui ſe poteſt ex operibus ſuis alere, *vide Bartol. in l. 5. §. ſed & ſi filius ff. de liber. agnoſc.* Diſtingue tamen, aut alimenta debentur ex diſpoſitione legis, ſtatuti, vel Judicis, & peti non poſſunt, vel debentur ex diſpoſitione hominis, vel jure actionis, & tunc peti poſſunt. *Rol. conſ. 55. vol. 2. num. 5.* ¶ Alimenta petita à curatore nulliter deputato, qui uti conjunctus illa petere poterat, ſunt nulliter petita. *Vern. deciſ. 23. part. 1.* ¶ Quando alimenta petuntur jure actionis, ut puta legati, tunc in illis datur appellatio; ſecus quando petuntur officio Judicis. *Venal. deciſ. 93. part. 1. Bartol. in l. 7. ff. de appellat. recipien.* ¶ Alimenta præterita poſſunt peti etiam per hæredem ejus, cui debebantur. *Menoch. conſ. 231. num. 32. & 33.* ¶ An alimenta præterita mulier ab hæredibus viri petere poſſit, cum durante anno luctus, pro illorum præſtatione non interpellavit hæredes, *vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 44.* ¶ Circa alimenta, quando dicatur quis habere, unde aliunde ſe alat, *vide Crav. conſil. 194. num. 5. & 6.*

Cap. XIII. Quando providenda, vel non.

Quod fuit ſolutum per modum proviſionis pendente lite, non computatur in id, in quo fuit condemnatus conventus per ſententiam. *Pap. lib. 18. tit. 1. arreſt. 38. & 39. ibid.* ¶ Proviſio alimentorum pendente lite fit, tum pro præterito, tum pro futuro tempore. *Pap. ibid. arreſt. 18.* ¶ Filio, vel filiæ pendente lite ſuper bonis hæreditariis fit proviſio de alimentis; ſed quando dictum procedat, *vide per Rebuf. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſ. art. 1. gloſſ. 2. fol. 151.* idem in quolibet alio deſcendenti, *ibid. num. 6. ſed reg.* limitatur octo in caſibus, *de quib. ibidem.* ¶ Quæ proviſio fieri debeat vulnerato pro medicinis & alimentis, *vide Rebuff. ibid.*

ibid. gl. 4. fol. 156. ¶ Ita demum providetur miſerabilibus perſonis, ſi ſint pauperes. *Cabal. Milletoq. 700.*

Vel non.

Proviſio non fit inter collaterales, dum agitur de aliqua ſucceſſione inter eos. *Pap. lib. 18 tit. 1. arreſt. 34. Reb. in ſuis comm. tract. de ſent. proviſ. & Fel. conſil. 154. num. 33.* ¶ A proviſione quis cenſetur excluſus, ſi incidens proviſionale jungatur cum principali. *Papon. arreſt. 35. libr. 18. titul. 1.* ¶ Proviſio non debet ordinari, nec fieri ſine cautione regulariter. *Papon. libr. 18. titul. 1. arreſt. 26. vide tamen arreſt. 41. ibidem.* ¶ Per pactum non poteſt remitti jus alimentorum. *Papon. lib. 18. tit. 1. arreſt. 20.*

Cap. XIV. Quando repeti, & quæ fieri poſſint.

Propter alimenta, & dotem, quæ ſuccedit loco alimentorum, diſceditur à regulis juris in multis caſibus, *vide Caſſ. deciſ. 1. de mutu. petit.* ¶ Alimentorum favore poſſunt hæredes inſolidum conveniri. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 92. part. 2.* ſed quando hoc procedat. *vide ibidem num. 14 & 15.* ¶ Alimentorum favor ceſſat in alimentis præteritis. *Vincent. de Franc. deciſion. 203.* ¶ Favore alimentorum poteſt fieri exequutio inſolidum contra plures hæredes. *ibid. d. deciſion. 293.* Ideo alimenta ſi à pluribus debeantur, Judex unum ſtatuere poteſt, qui ſolus ſolvat, cæteris contribuentibus partes ſuas. *Mynſing. obſerv. 62. cent. 1.* ¶ Alimenta repetuntur, licet quis non geſſerit animo gerendi alterius negotia. *Bart. in l. 16. C. de nupt.* ¶ Alimenta extraneo pietatis gratia præſtita, aliquando repetuntur, licet ea quis non præſtiterit animo gerendi alterius negotia. *Bartol. ſing. 169.* ¶ Aliquando alimenta præſtita pietatis cauſa, repetuntur, *vide l. 16. C. de nupt.*

Vel non.

Vitricus expendens in privignum paterno affectu, non repetit, ſecus ſi geſtorio nomine. *l. 15. C. de negotiis geſtis.* ¶ Alimenta lite pendente præſtita, an ſit reſtituenda alimentario ſuccumbente, & quomodo debeant dari libere, *vide Vinc. de Franc. deciſion. 336. Boer. deciſ. 324. Marc. quæſt. 364.*

Cap. XV. Quæ valeant.

Tranſactio facta ſuper alimentis, firmatur juramento. *Guid. Pap. quæſt. 190.* alias non valet. *Pap. lib. 5. tit. 1. arreſt. 5.*

Cap. XVI. Qui ſint effectus.

Si reditus non ſufficiunt pro alimentis præſtandis, vendi non debent bona magni valoris, ſed parvi fructus niſi pro alimentis filiorum. *Hieronym. Magon. deciſ. Luc. 73. num. 26. vide Cravet. conſil. 25. num. final. & conſil. 199.* ¶ Alimenta etiam quod ſint illiquida, tamen pars debet offerre cautionem de ſolvendo, vel facere depoſitum, *Paul. Æmil. deciſion. 72. part. 1. num. fin.* ¶ In caſu neceſſitatis pro alimentis filii gravari, poſſunt bona ſubjecta fideicommiſſo alienari. *Guid. Papon. quæſt. 611.* ¶ Si tutor non curaverit, ut pupillo decernantur alimenta, punitur. *§. ſi quis autem, & §. ſi quis tutor. inſtitutio. de ſuſpect. tutor.* ¶ Quis poteſt cum juramento renunciare futuris alimentis, quæ debentur ex diſpoſitione hominis, ſecus autem ſi debebantur ex diſpoſitione legis, ſive Naturæ, *vide tamen Henric. Boer. in ſuis. ſing. tit. juramentum num. 17.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Uſusfructus ſexagenarii, eſt per tempus quinque annorum. *Joſeph. Lud. deciſion. 21. Luc. num. 62.* ¶ Bona illius, qui alimenta præſtare tenetur, an tranſeant etiam in fiſcum, cum illo onere, *Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſion. 211. num. 11.* ¶ Licet appellatio à ſententia lata ſuper alimentis futuris non ſuſpendat, tamen devolvit cauſam. *Vera deciſ. 39. part. 1. & deciſ. 145. part. 3.* ¶ Officium judicis circa alimenta, deſcendit ex charitate ſanguinis, & æquitate. *Bartol. in l. 5. §. utrum, ff. de liber. agnoſc.*

TITULUS CCCCXLIV.

De alimentis, & cibariis per legatum relictis.

Generalia.

De legato facto uxori circa ea, quæ pertinent ad cultum ipſius, *vide in tit. de auro, & arg. leg.*

Cap. I. Qualia ſint.

Alimenta relicta æſtimantur ad 30. annos vitæ, ſi alimentarius eſt infra illam ætatem. *Afflict. deciſ. 71.* ¶ Legatum alimentorum, ſi factum ſit capiendum ex aliquo prædio, non augetur, licet augumentetur reditus. *Natt. conſ. 211. cap. 1.*

Cap. II. Qui alendi.

Si mater mea de bonis meis habens uſumfructum, ſuper illis litigaverit, debet ſuis expenſis, & non meis litigare, & cogitur me alere ſine diminutione bonorum. *Hartm. cap. 4. tit. de alimentis, lib. 2. vide de materia inf. tit. de uſuf. per leg. relic.*

Cap. III. Quando præſtanda, vel non.

Alimenta in domo hæredum relicta, ibi præſtanda ſunt, ideo ſi hæredes ipſam domum alienaverint, legataria non cogitur in alia domo morari, & percipere ipſa alimenta, *Auguſt. Bero. quæſt. 101.* ¶ Alimenta ſi ſunt præſtanda in pecunia, hæres tenetur eam deferre ad domum legatarii, ſi vero in alia re, in cuj.s portatione eſt neceſſaria expenſa, tunc in domo hæredis eſt tradenda. *Bartol. in l. 1. num. 4. ff. de alimen. & cibar. leg.* ¶ Alimenta regulariter debent præſtari in domo hæredis gravati: fallit, quando inter hæredem, & alimentarium eſt lis. *Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 47. num. 9.* vel ex alia cauſa, quis non poteſt morari in domo hæredis, *Roland. conſ. 89. num. 10. volum. 3.* ¶ Alimentorum præſtatio dicitur minus gravis hæredi, quando ille, cui alimenta ſunt præſtanda, habitat cum hærede, *idem Lud. deciſ. 92. Peruſ. Natt. conſ. 384.* ideo ſi alimenta legantur in domo, videtur hoc factum favore hæredis. *Natt. ibidem.* ſed quando hoc procedat, *vide ibidem num. 14. & 15. d. deciſ. 92. Lud.* ¶ Uxor, cui per maritum fuit relictus victus, & veſtitus non adjecto, quod maneret in domo ſua, poteſt morari ubi vult, & habere alimenta. *Bart. in l. 4. §. Lucius ff. de alim. & cib.* ¶ Alimenta eſſe in domicilio gravati præſtanda, & in ejus domo, & relicta uxori, in domo hæredis, ſcribit *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 170.* tamen extra domum hæredis præſtanda ſunt, ubi uxor ſalva honeſtate cum illo habitare non poteſt, vel aliter ex juſta cauſa, de qua *vide per Menoch. idem d. caſ. 170. num. 12.* alias; quando legantur alimenta, donec legatarius ſteterit in domo hæredis, ſi noluerit habitare, alimenta non debentur. *Dec. conſ. 454. num. 5.* ¶ Alimenta legata antequam debeantur, detrahenda ſunt æs alienum, & legitima liberorum, atque inde de reſiduo debent præſtari, ſecundum quantitatem fructuum. non autem vendenda ſunt prædia, ubi fructus non ſufficerent, *Roland. conſil. 22. num. 19. vol. 1.* ¶ Alimentorum præſtatio danda eſt ab hærede legatario per menſes, reſpectu eorum quæ reſpiciunt menſtruam ſolutionem, reſpectu vero eorum, quæ non poſſunt dividi per menſem, ut veſtimenta, tunc danda erunt cum legatarius egebit *Rol. d. conſil. 22. num. 22.* ¶ Alimenta legata præſumuntur præſtita, ob obligationem antecedentem ex legato teſtatoris. *Menoch. conſ. 231. n. 26. lib. 2.*

Cap.

Cap. IV. Quando debeantur, vel non.

Alimenta legata alicui, quod cum aliquo morabitur, ſi legatarius non poteſt morari in illa domo propter aliquam juſtam rationem, nihilominus debentur legatario extra illam domum. *Ludov. à Pegu. in ſuis quaeſt. crim. cap. 20.* alias ſi noluerit habitare, alimenta non debentur. *Dec. conſil. 454.* ¶ Alimenta relicta in domo, debentur extra domum, quando non ſtat per legatarium, quo minus in ea perceperit, ſed per hæredem, qui tradare debeat, vel ex aliqua juſta cauſa. *Natt. conſil. 387. num. 5.* ¶ Alimenta relicta legatariis quouſque cum Titio morari ſuerint, etiam debentur poſt mortem Titii. *leg. 1. Codic. de legat.* ¶ Uxori relictæ dominæ, & uſufructuariæ debentur tantum alimenta, quando extant filii. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 46. Cabal. milleloq. 523.* ſed extantibus hæredibus extraneis, debet habere plenum jus. *Cabal. d. milleloq. 523.* ideo mulier relicta uſufructuaria omnium bonorum extantibus liberis ſuis, tenetur reddere rationem de bonia, quæ habuit ultra ſua alimenta. *Cabal. milleloq.* ¶ Alimenta uxori relicta debentur, detractis priua expenſis pro filio, & victum ſuum quis non tenetur coarctare propter alimenta cujuſcunque niſi largas habeat facultates. *Joſeph. Ludovic. deciſion. Peruſ. 47.* ¶ Alimenta uxori debita, quando fuit relicta domina, & uſufructuaria à viro, debentur pro integro anno, licet ante annum uxor deceſſerit, ideo pro toto anno, non exacta ad hæredes tranſmittuntur, idem ſi ante annum uxor nupſerit, & hoc caſu annus capitur à die mortis teſtatoris, & non à die quo fuit facta promiſſio ſolutionis inter partes. *Vincent. de Franc. deciſion. 155.* ¶ Habitatione uxori cum filiia legata, alimenta etiam debentur. *Franc. Mant. de conject. ult. volun. libr. 9. titul. 4. num. 12.* ¶ Ubi alimenta debentur uxori ab hæredibus mariti, illo mortuo, uxor tenetur operari ad utilitatem ipſorum hæredum. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularib. litem V. ſing. uxor.* ¶ Pecuniis relictis ad alimenta, ut illæ ponantur ad honeſtum lucrum, inde alimenta percipiantur, ipſæ pecuniæ debent remitti apud mercatorem, ut ex honeſto quæſtu percipiantur alimenta. *Bartol. in l. 88. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Alimenta ſimpliciter legata, ſtatim debentur legatario pro qualitate ejus perſonæ, & defuncti, & qualitate patrimonii, niſi una cum alimentia doa ſit legata, tunc enim alimenta commenſurantur ſecundum quantitatem dotis. *Ludov. Rom. ſingul. 538.* ¶ Alimenta qui ex diſpoſitione teſtatoris habet, etiam expenſaa in ſtudendo habebit, ſecus ſi debeantur ex diſpoſitione legis. *Marc. de Mant. ſingul. 660.*

Cap. V. Quando peti poſſint.

Alimenta ſi ſunt legata in domo, non poſſunt extra eam peti, modo commode legatarius cum hærede morari poſſit, & legatum alimentorum poteſt peti pro tempore præterito, & quid tunc petitio continere debeat, *Bartol. conſ. 211. volum. 1. & conſ. 4. volum. 2.* ¶ Alimenta ſi fuerint relicta viduæ intra annum luctus, & ſi illa aliunde habuerit, quo ſe ſuſtentaverit, poteſt tamen petere alimenta, & hoc maxime procedit, quando alimenta ipſa debentur ex ultima voluntate. *idem Ludov. deciſ. 92. num. 7.* ¶ Alimenta etiam præterita poſſunt peti, quando debentur jure actionis, veluti titulo legati, poſſunt etiam peti ab hæredibus legatarii. *Menoch. d. conſil. 231. num. 22.* dato, quod eſſent ab alio præſtita. *ibidem num. 36. & 69.* ideo licet mulier conſequatur alimenta à ſuia conſanguineis, tamen adhuc petere illa poteſt. *ibidem num. 39.* ¶ Uxor, cui maritus reliquit alimenta in domo ipſius teſtatoris, quæ non valet ibi pacifice, vel honeſte vivere, poteſt petere alimenta ſibi miniſtrari extra domum. *Boer. dec. 195. n. 6.*

Cap. VI. Quando relinqui poſſint.

Quando viduæ relinquuntur alimenta in domo, & ubi non poſſet ibi morari, aliud certum relinqueretur, non eſt illi credendum, dicenti non poſſe cum hærede morari. *Roc. Avenio. deciſ. 95. num. 2. in deciſ. diverſ. tom. 3.* ¶ Alimenta matri cenſentur relicta, quando teſtator juſſit filios ſuos alimentari penes matrem. *Franc. Cremen. ſingul. 66.*

Cap. VII. Quando remitti, & qua valeant.

Alimenta liberis relicta, dato, quod longi temporis ſpatio petita non fuerint, remiſſa eſſe non præſumuntur. *Ozaſ. dec. 132. n. 12.* ¶ Tranſactio facta ſuper alimentis ultima voluntate relictis, non tenet ſine Judicis decreto, ſecus ſi fiat ſuper debitis inter vivoa, *l. 8 ff. de tranſ.* Quæ deciſio procedit, ſi efficiatur deterior alimentarii conditio, alias ſecus, §. *eam. d. l. 8. vide ſupra cit. proxim.*

Cap. VIII. Legatum alimentorum, Quale ſit.

Legatum alimentorum ad vitam relictum, ſubjicitur falcidiæ, & reputatur aſcendere ad tantam quantitatem, quantam comprehendere poteſt tempus vitæ, habita ratione ætatis, de qua in *l. hæredum, ff. ad leg. Falc. vide l. divi di Severis eod.* ¶ Appellatione pannorum in legatis, quid veniat *Abb. conſ. 105. num. fin.* ¶ Alimentis relictis bona ſunt obligata, ſicut pro cæteris, legat. *Bart. in l. 8. §. ſi uni. ff. de tranſ.* ¶ Legatum pium alimentorum, poteſt Pontifex de plenitudine poteſtatis commutare in alium uſum, *Natt. conſ. 211. tom. 1.* ¶ Alimentorum legatum, non venit ſub legatorum ademptione in genere. *Afflict. deciſ. 111. numer. 10.* nam legatum pium incertum valet, & eo in caſu Judex ſupplet de facto, inquirens ex officio. *Afflict. deciſ. 371.* & voluntas alterius favore piæ cauſæ, ſecrete committitur. *Afflict. ibid. num. 4.*

Cap. IX. Quibus modis intelligatur.

Teſtator ſi legat uxori veſtes, non poteſt hæres elevare maſpillos. *Bartol. in leg. 30. §. plane. ff. de auro, & argent. legat.* ¶ Fundo relicto ad alimenta, videtur relicta proprietas. *Bartol. in l. 8. §. ſi uni, ff. de tranſact.* Nam proprietas dicitur relicta, relicto fundo pluribus, ut inde percipiantur alimenta. *Capic. deciſ. 188. num. 5.* ¶ Quod defuit in fructu unius anni, ſuppletur ex fructibus ſequentium annorum, in annuo legato. *l. 17. §. fin. ff. de annu. legat.* ¶ Legatum victus, veſtitus, & habitationis, qualiter intelligatur, *Bartol. conſ. 4. vol. 2.* ¶ Si teſtator ſpecialiter providerit uxori de alimentis, & deinde reliquerit eam nutricem, dominam, & deinde gubernatricem bonorum, quomodo intelligatur tale legatum, *vide Cravet. conſ. 32.* vidua non cogitur morari cum hæredibus mariti, quando debentur alimenta ex diſpoſitione teſtatoris. *Cravet conſil. 205.* quid, ſi teſtator reliquerit alimenta extra domum caſu, quo non potuiſſet morari cum ſuis hæredibus, quando poſſit petere ipſa alimenta extra domum, *Cravet. conſil. 268.* ¶ Legatis alimentis uxori, & aliis rebus habitando in domo teſtatoris cum ſuis filiis, & non petendo ſuas dotes, & inde in eodem teſtamento caſu, quo dicta uxor non poſſet habitare cum ipſis filiis, illi fuerit factum aliud legatum ſimpliciter, dubitatum fuit, an illud onus adjectum primo legato de non petendo dotes, intelligatur repetitum in hoc ſecundo, *Menoch. conſil. 166. lib. 2.* reſpondit cenſeri repetitum. ¶ Jus accreſcendi habet locum in legato alimentorum, *Menoch. conſ. 231. num. 63.* ¶ Legatum donec nubat, intelligitur annum, *l. 17. ff. de itin. leg.* ¶ Si teſtator legaverit uxori ſuæ victum, & veſtitum, ita tamen, quod teneatur bene regere, & gubernare omnia bona ſua ejus vita durante, nec alicui

diſtri-

diſtribuere, vendere, nec alienare, imo ipſa ut ſupra bene regere ad opus quorum intererit, niſi in caſu maxime neceſſitatis, tunc cenſetur legata proprietas, minus uſusfructus, ſed ſolummodo cenſentur legata alimenta. *Cravet. conſ. 25. num. 21.*

Cap. X Quando fieri poſſit, & debeatur.

Annuum relictum, quando videatur factum in cauſa alimentorum, *Bartol. in §. ſi in ſingulis, d. l. 8. de tranſaction.* ¶ Præſtatio triennalis alimentorum, concurrente favore ultimæ voluntatis, facit legatum deberi (etiam in futurum) ex voluntate minus ſolemni, *l. 1. C. de fideicom. Guid. Pap. q. 200. & Bartol. ſingul. 187 ſupra titul. præced.* ¶ Uſufructu ad alimenta legato, quod ex alimentis ſupereſt, pertinet ad hæredem, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 9. titul. 5. number. 2.* ¶ Si legentur hyberna veſtimenta, & æſtiva, bis in anno debentur, *Capel. Thol. quæſt. 338.* ¶ Legatum alimentorum à duobus teſtatoribus relictum, an legatorio debeatur, ab ambobus, *vide ibidem num. 68.*

Cap. XI. Quando valeat, vel non.

Legatum incertum relictum in his, quæ alimenta reſpiciunt, valet, *vide l. 12. de leg. 3. & l. 14. ff. de annuis legat.* ¶ Legatum alimentorum factum à marito uxori, donec ſteterit cum filiis; Si uxor ſteterit per aliquos annos, inde receſſerit, & poſtea vellet redire, an reintegretur, concluditur pro parte negativa per *Dec. conſil. 621.*

Cap. XII. Quando extinguatur, vel non.

Legatum alimentorum morte legatarii extinguitur, quando ſimpliciter legata fuiſſent alimenta ſecus ſi ita eſſent legata, ut mortuo legatario pervenirent ad alium; nam tunc non extinguitur. *Menoch. conſ. 231. num. 80.* ¶ Legatum alimentorum factum à teſtatore Magdalenæ ejus uxori, donec in domo ſua ſteterit cum filiis, & vitam honeſtam, & vidualem ſervaverit, extinguitur per mortem filiorum, cum quibus uxor morari debebat. *Dec. conſil. 485. vide conſ. 520 537. & 630.* ſed quando non extinguatur, *vide eundem Dec. conſ. 601.* quia quando teſtator propter filii utilitatem alimenta reliquit his, qui cum eo morati fuiſſent mortuo filio, alimentorum legatum ceſſat. *Dec. conſ. 485. num. 5.* ¶ An legatum alimentorum tollatur præſcriptione 30. annorum, *Menoch. d. conſil. 231. num. 35. libr. 2.* etiam in legatis alimentorum, unus alteri poteſt ſuccedere virtute ſubſtitutionis, factæ ab illo, qui alimenta reliquit. *Menoch. ibid. num. 71.*

Vel non.

Legatus, vel donatus fundus ad alimenta, legatum, vel donatio non extinguitur morte legatarii, vel donatarii. *Franc. Cremen. ſing. 34.* ¶ Legatum alimentorum non eſt reiterabile. *Bart. in l. 19. §. qui Marco. ff. de annu. leg. Menoch. conſ. 231. n. 62. lib. 2.* ſed limita & declara, prout *ibidem d. conſ. 231. num. 67. & 71.* ¶ Conditio mixta dependens ex facto meo, & alterius, ſi caſu deficiat, legatum non extinguitur favore alimentorum, *Bartol. in l. 29. §. uxori. de lega. 3. & in l. 20. ff. de annn. legat.* ¶ Legatum alimentorum non extinguitur morte ejus, cum quo morandum erat, *Andr. Gail. obſerv. 144. lib. 2. num. 15.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Hæres, qui deducit ſortem pro alimentis, cavere debet fideicommiſſario de ipſa ſorte reſtituenda. mortuis alimentariis. *l. maritus. §. 1. ff. ad leg. Falc.* ¶ Alimentarius tenetur operari ad utilitatem, & favorem hæredis, in cujus domo percipit alimenta. *Crav. conſ. 25. n. 23. vide ſup. tit. præce.* ¶ Standum eſt dicto alterius de eo, quod teſtator ſibi dixit in cauſis piis ſolummodo, quia ille videtur approbatus à teſtatore. *Afflict. deciſion. 371. num. 6.*

TITULUS CCCCXLV.

De alimentis pupillis præſtandis, & ubi pupilli educari debeant, vel non.

Cap. I. Quando probentur, & præſumantur.

ALimenta fuiſſe præſtita, qualiter probetur, *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 42.* & de qualitate, & quantitate ipſorum. *ibidem.* ¶ Alimentatus præſumitur infans, & minor à tutore, cum aliunde ſibi alimenta quærere non potuerit, *ibidem num. 6.* ¶ Donare præſumitur mater, vel avia, cum alimenta filio præſtiterit animo non repetendi, ſed pro intelligentia hujus dicti, & declaratione, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 88. & ſupra tit. de alimentis in genere.* ¶ Pupillus in dubio præſumitur alitus a tutore, *Bartol. in l. 2. C. de arbitr. tut.* ad quem ſpectat hoc facere, *Bartol. in l. 104. ff. de verb. oblig.*

Cap. II. Quando præſtanda.

Alimenta quomodo ſint præſtanda pupillo, & ex quibus rebus, nempe ex redditibus, non autem ex proprietate, *Menoch. de Arbit. libr. 2. caſ. 169.* & quomodo ſint præſtanda filiæ dotatæ, *vide ibidem caſ. 169. num. 7.*

Cpp. III. Qui, apud quos ſint alendi, vel non.

An pupillus ducari debeat apud matrem, vel alium, *Afflict. deciſ. 183.* ¶ Apud quos educari pupilli debeant, ac poſſint, plene explicatur *per Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 168. Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des enfans. §. 4. gloſſ. 12. num. 8. gloſſ. in c. fin. extra de converſ. infide,* ¶ Pupilla ex diſpoſitione teſtatoris debet educari apud fratrem, & non apud matrem. *Menoch. conſil. 62. num. 11. lib. 1.* ¶ Filius debet educari apud matrem, niſi ad ſecundas nuptias convolaverit. *§. ejuſdem Auth. de nupt.* ¶ Alimentandi nepotes, vel neptes onus, potius ſpectat ad avum maternum, quam ad hæredes mariti filiæ, unde magis quam ad matrem, quæ convolavit ad ſecunda vota, cum apud vitricum non debeant ali filii. *Boer. 17. num. fin.* quod procedit ſine difficultate, quando mater pupillo ſuccedere debet. *Crav. conſ. 18. & conſ. 190. num. 7.* minus debent ali apud aviam, quæ ei nuptias procuravit, *Cravet. conſ. 18. num. 11.* ¶ Puella deponi, aut ſequeſtrari debet apud matronam honeſtam, aut monaſterium aliquod ad inſtantiam conjuncti id requirentis, ne indigeat, aut ante ætatem legitimam alicui nubat, ad ejus ſuggeſtionem, apud quem moratur, quando contra eum ſuſpicio aliqua laborat. *Crav. conſ. 190.* ¶ Puella quando apud ſponſum educari debeat, *Crav. d. conſ. 190. num. 4. & Bart. in ſuis quæſtion. qu. 16.* ¶ Puella ali debet, penes quem non adeſt mala ſuſpicio & quando mater tranſit ad ſecunda vota, lex diffidit de ipſa: tamen debet admitti ad probandum bonam tractationem. *Franc. Marc. quæſt. 131. vide quæſt. 591. part. 2.* Quia filii aliquando debent educari penes matrem, quæ tranſivit ad ſecunda vota, *vide Vinc. de Franc. d. deciſ. 350. num. fin. part. 2.* ¶ Mater (licet ſit debitrix pupillo) non prohibetur tamen admitti ad ejus tutelam, cum Naturæ amor plus circa filios faciat abſque ſuſpicione: idem ergo erit in educatione. *Afflict. deciſion 185. num. 4.* nam liberos à parentibus, ſorores à fratribus, uxores à maritis ſeparari, quis ferat? *Gramm. d. deciſ. 35. num fin.* ¶ Educationis materia eſt arbitraria, & quæ judex decernendo educationem, conſiderare debeat, *Vinc. de Franc. d. deciſ. 350. part.*

part. 2. ¶ Teſtatoris voluntas non ſemper eſt ſervanda, & in ſpecie circa pupillorum educationem, interdum à teſtatoris voluntate receditur. *Gramm. dec. 55.* & ſic judex unacum conjunctis poteſt à voluntate teſtatoris recedere, ubi expedìri videbitur commode pupillum morari poſſe. *Grammat. 55. num. 2. & Cravet. conſilio 150. num. 9.* ¶ Suſpecta, an dicitur mater ex eo, quod promiſerit filiam in ſponſam alicui, *vide numer. 6. & Bartol. quæſt. 16.*

Vel non.

Pupilla non eſt alenda apud eum, qui ejus vitæ inſidiari poteſt, & malis moribus informari. *Bartol. in ſuis quæſt. qu. 16.* & cauſa juſta timoris, & morari in non tuto loco. *Bartol. ibid. num. 4.* ¶ Pupillus non debet educari penes tutorem, (ſi ſit ſibi ſubſtitutus) propter ſpem ſucceſſionis: quia ſpes ſubſtitutionis futuræ, votum inducit captandæ mortis, *Guid. Pap quæſt. 539. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des enfans, Rubr. 6. §. 8. num. 11.* ſed tunc debet educari penes matrem. *ibid. Guid. d. quæſtion. 539. in fine.* ¶ Licet vitricus poſſit eſſe tutor, non tamen poteſt eſſe educator, & licet qui prior eſt in ſucceſſione, debeat eſſet tutor, non tamen poteſt eſſe educator. *Guid. ibidem.*

Cap. IV. Quis præfertur.

Ille præferendus eſt in educatione filiorum, qui ipſis non eſt ſucceſſurus. *Afflict. d. deciſ. 18. num. 5.* ¶ Mater ſi ſit notæ auctoritatis, præfertur cæteris in educatione filii impuberis, etiam patri iniquo. *l. 3. §. etiam. ff. de lib. exhiben.*

Cap. V. Quæ repeti poſſint, vel non.

Expenſæ factæ pietate materna, vel affectione domeſtica; non repetuntur actione negotiorum geſtorum. *l. 1. C. de neg. geſt. & Bart. ibid.* ſed quando hoc procedat in matre, *vide ibidem.* ¶ Quando ipſa mater poſſit alimenta filio facta repetere, *vide Bartol. in l. 11. C. eod.* ¶ Quando quis debet probare animo repetendi feciſſe, quia eſt præſumptio contra eum, quomodo probare debeat, *Bart. in l. ſi paterno. C. eod.* ¶ Tutor alimenta præſtita pupillo poteſt compenſare, vel repetere, & etiam ſi non ſint taxatæ expenſæ, repeti poſſunt. *Gramm. deciſ. 103. num. 204.* ¶ Tutor, ſi non fecerit ſui copiam, ut pupillo decernantur alimenta, qualiter puniatur, *vide §. quis autem, & §. ſi quis tutor. inſt. de ſuſpect. tuto.*

TITULUS CCCCXLVI.

De legitimatione liberorum naturalium in genere.

Generalia.

DE legitimatione liberorum, & qualiter efficiantur legitimi per legitimationem, *vide Bart. in §. recte, Authent. quib. mod. nat. effic. legit.*

Cap. I. Legitimatio, quæ dicatur, vel non.

Legitimatio eſt actus Principis, qui confertur in legitimatum patre conſentiente, *Dec. conſ. 258. numer. 10.* ¶ Legitimatio dicitur vera & propria, quando quis abſolute reſtituitur natalibus, non obſtante, quod in legitimatione dicatur, legitimatum non poſſe ſuccedere patri, niſi in eo quod ſibi placuerit: ideo pater promittens in contractu matrimonii legitimare filiam naturalem, impetrando talem legitimationem, cum dicta condirione, dicitur adimpleviſſe promiſſionem, *Roland. conſ. 26 vol. 4.* ¶ Legitimatio eſt actus voluntariæ juriſdictionis, *Vero. deciſion. 74. part. 2. Dec. conſ. 150.* tamen non poteſt fieri de non ſubditis. *Dec. d. conſ. 150. & 15.* & extra territorium. *Dec. conſil. 557.* ideo legitimatio facta per Imperatorem in terris Eccleſiæ, non valet, *Roland. conſil. 88. vol. 1. vide Bartol. in l. 57. ff. de ritu nupt. & conſ. 75. vol. 1.* ¶ Illa dicitur legitimatio, quando quis ſimpliciter reſtituitur natalibus, & ingenuitati plene, ita ut omnis macula tollatur, perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, & quando quis ad omnes juris effectus pleniſſime reſtituitur: ſed illa dicitur diſpenſatio, quando tollitur tantum defectus natalium, quoad quid, vel in certo caſu, veluti ſi quis legitimetur quoad honores, vel dignitates, vel ad ſucceſſiones, non obſtante defectu natalium; tunc in caſu diſpenſationis pro vero legitimo habetur, ſed ultra illum caſum non fit extenſio. *Andr. Gail. obſerv. 142. num. 5. & 17.* ¶ Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractus matrimonii attenditur, ut proles dicatur legitima, *idem Put. deciſ. 77. libr. 2.* ¶ Temporis diuturnitas facit, quod proles illegitima pro legitima habeatur, concurrente probabili ignorantia, *Paul. Æmil. deciſ. 269. part. 1. & deciſ. 25. part. 2.*

Vel non.

Quando quis non legitimatur ſimpliciter, ſed ſub conditione, illa non dicitur proprie legitimatio, ſed diſpenſatio: ideo eo caſu ſemper requiritur citatio agnatorum, qui aliquod præjudicium prætendere poſſunt, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 563.* ¶ Legitimatio nati ex ea, cum qua non potuiſſet contrahi matrimonium, dicitur diſpenſatio, & eſt odioſa, *Raud. tract. de Analog. cap. 30. num. 74. & cap. 37. num. 37. Onaſc. deciſ. 6. Dec. conſ. 308. num. 10. & conſ. 338. & Rol. conſ. 89. num. 49.* nam filius ejus, quam quis non poterat ducere in uxorem, non poteſt legitimari; ſed ſolum diſpenſari. *Raud. ibid. cap. 37. num. 37. Dec. conſ. 338. & conſ. 393. Menoch. conſ. 181. lib. 2.* ¶ Legitimatio, quæ ad feuda, nec ad officia fit, dicitur diſpenſatio; tamen non obeſt legitimato, quin per omnia habeatur pro legitimato, & conſequatur plenariam perſonæ habilitatem, *Thom. Minad. deciſ. 34.*

Cap. II. Legitimatus quis dicatur, vel non.

An legitimatus quis dicatur eſſe de linea, vel quando conditio facta de filiis, habeat locum in legitimatis, *vide Decium conſil. 365.* ¶ Quod filii legitimati dicantur vere legitimi, & ea conſequantur, quæ & filii legitimi, atque naturales, per 18. fundamenta comprobabat. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des baſtards. Rub. 8. §. 5. gloſſ. 3.* & per contra, quod non dicantur vere legitimi, probat per 20. fundamenta, idem Caſſa. *ibid.* ¶ Mulier naturalis nubens viro naturali, & legitimo, efficitur legitima, *Boer. deciſ. 240. num. 19.* ¶ Legitimatus dicitur legitimus, etiam quoad honores, & ordinem, *Bart. in ſuo tract. ſucceſſion. ab inteſt. num. 4.* nam legitimatus ad patris inſtantiam, debet per omnia tractari, ſicut legitime natus, *Abb. conſ. 86.* ¶ Legitimatus qui habet inſtrumentum ſuæ legitimationis, dicitur habere intentionem ſuam fundatam pro legitimationis ſuæ validitate; ideo opponenti contrarium incumbit onus probandi. *Rol. conſ. 61. num. 28. vol. 1. & conſ. 67. volum. 3.* ¶ Filius legitimus eſt, qui ex uxore conjuncta viro legitimo matrimonio naſcitur, *Capic. deciſ. 194.* ¶ Naſci in ſexto menſe, & uno die quis poteſt: idem in nato ultra duos dies poſt decimum menſem, *Bart. in l. 12. ff. de ſtatu hom.* ¶ Ex quibus cauſis poteſt filius exhæredari, ex eiſdem filius legitimatus poterit in priſtinam ſpuritatem reduci, *Cabal. milleloq. 682. Franc. Cremen. in 20. Pet. de Raven. ſing. 1. Hippol. ſingul. 413.* ideo legitimatus poteſt per ingratitudinem reduci in ſpuritatem. *Raud. tract. de analog. cap. 37.* ¶ Matrimonium ſi eſt contractum inter gradus prohibitos, & ſuperveniat diſpenſatio

ſatio

ſatio Papæ an filii nati ante habitam diſpenſationem ſint legitimi, *Bartol. in l. 11. ff. de ſtatu hom.* ¶ De jure Civili, quoad effectum ſuccedendi, quis dicatur legitimus, *Put. deciſ. 8. libr. 3.* ¶ Filius naturalis ſciens ejus patrem ſuam impetrare legitimationem, an pro conſentiente habeatur, *Rom. ſing. 594.* ¶ Quod ſufficiat conſentire etiam in poſt facto, & poſt mortem ejus de cujus facto agitur, imo ſufficere filiam non contradicere, *ſcribit Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſions, des baſtards. §. 3. gloſſ. 3. num. 18.*

Vel non.

Ingratitudo, utrum ſit ſufficiens cauſa reducendi legitimatum ad illegitimationem, *Lud. Rom. ſing. 225.* diſtinguit, aut ſumus in legitimatione obtenta reſcripto Principis, & tunc ſuſtinet partem affirmativam, aut in legitimatione per ſubſequens matrimonium, & tenet negativam.

Cap. III. Legitimatus, quæ facere poſſit, ad quæ teneatur, vel non.

Filius legitimatus tenetur probare ſe filium illius, ad cujus inſtantiam fuit legitimatus, maxime ſi opponatur illi de filiatione, *Roland. conſ. 49. vol. 4.* ¶ Clauſula, ſine præjudicio venientium ab inteſtato, appoſita in legitimatione, non præjudicat filio legitimato, quo minus admittatur ad ſucceſſionem bonorum patris legitimantis, excluſis agnatis, & conſequenter hoc caſu, legitimatus excludit nepotem ex fratre ſui patris. *Menoch. conſ. 306. libr. 4.* legitimatus adhibita hac clauſula, qualiter ſuccedat, *Capic. deciſion. 22.* quod tunc ſolum ſuccedat ex teſtamento, *ſcribit Dec. conſil. 338. 610, vide conſil. 393. & 576.* ¶ Legitimatus etiam detrahit legitimam, & trebellianicam de fideicommiſſo dato, quod ſit legitimatus in eo, quod patri videbitur, *Dec. conſil. 257. Rol. conſ. 96. vol 3. num. 52.* & ita illi legitima debetur, ſicut legitimo & naturali: ideo habens minus legitima, agit ad ſupplementum, *Rol. d. conſ. 96. num. 50.*

Cap. IV. Legitimatio. Qualis ſit.

Quando legitimati cauſa ſit favorabilis, *Raud. tract. de analog. cap. 36. num. 66.* & late interpretanda, *Ozaſc. deciſ. 119.* ¶ Spurius legitimatus æquipatatur legitime nato, *Dec. conſ. 276. & 316.* in quibus tamen differant, *Dec. conſ. 276. 368. & 366.* ¶ Illegitimationis vitium à jure Divino procedere; non autem à jure Civili, pluribus ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis oſtenditur per *Ozaſc. deciſ. 119. num. 4.* ¶ Legitimationis materia eſt de juris apicibus. *Affict. deciſ. 386.*

Cap. V. Quæ requirantur.

In legitimatione filii naturalis, debet ab initio adhiberi conſenſus patris, *Boer. deciſion. 160. num. 3. Menoch. conſ. 108. lib. 2.* alias ipſa legitimatio erit nulla, nec ſufficit ratificatio ipſius patris, ex poſt facto interveniens, *Papon. lib. 21. tit. 3. arreſt. 9.* maxime, ſi ratificatio ipſa non fuerit facta coram judice, *ibid.* nec talis conſenſus præſumitur (niſi probetur) imo præſumitur diſſenſus, *Menoch. conſil. 108. num. 10.* ¶ Ligitimatus debet eſſe filius illius, cujus ſe filium aſſerit, alioqui legitimatio non valet, *Auguſt. Bero. quaſt. 60.* ¶ Ratificatio ad hoc, ut legitimationem præcedentem convalidet: requirit perfectam haberi ſcientiam legitimationis tempore, quo ratificatio fit, *Ozaſch. deciſ. 119. num. 28.* ¶ Legitimatio clauſulam derogatotiam continere debet, nempe non obſtantibus. c. naturales. §. *fin. Authent. quib. mod. natur. effic. ſui l. qui contra Authen. ex complex. C. de inceſt. nupt. & l. licet. C. de natural. liber. Affict. deciſ. 195.* tamen & ſi in ſpecie ibi non ſit talis clauſula, ſufficit, ut in privilegio legitimationis adſint verba æquipollentia, videlicet, non obſtantibus omnibus legibus, conſtitutionibus, quibusvis in contrarium facientibus, quæ clauſula derogatoria generalis tantum operatur, quantum clauſula derogatoria ſpecialis dictarum legum. *Affict. ibidem.* ¶ Quæ qualitates narrandæ ſint in precibus, quando legitimatur filius naturalis, vel ſpurius, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 203. Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions, des baſtards. §. 3. gloſſ. 2. num. 30. Dec. conſil. 80. numer. 8. & conſilio 338. 343. 379. & Hippol. ſingul. 492.* ¶ Qualitas naturalitatis filii, in diſpenſatione exprimenda eſt. *Rot. Avenio deciſ. 6. Tom. 3. no. 3.* ¶ In legitimatione ſpuriorum debet fieri expreſſa mentio, de qualitate coitus reprobati, cum clauſula derogatoria. *Franc. Marc. quaſt. 10 vide Dec. conſil. 55.* quia ſubreptione etiam minima, legitimatio vitiatur. *ibidem Marc. num. 2. & quaſt. 470. part. 2.* ¶ In legitimatione, quæ ſit per diſpenſationem, conjuncti ſunt citandi. *Dec. conſil. 308. n. 6.* ut in filio nato ex adulterio. *ibid. num. 10. vide conſil. 393. Menoch. conſ. 181. libr. 2. num. 19.* ¶ Legitimatio non requirit cauſam, ſufficit enim patris conſenſus, neque requirit citationem. *Vern. deciſion. 74. num. 5. part. 2.* quod procedit in legitimatione Principis, ſecus in alia facta ab inferiore. *Raud tract. de Analog. cap. 37.* & quando adſunt alii filii legitimi, & naturales. *vide Dec. conſ. 308. num. 10. & conſ. 393.* ¶ Quando legitimatio fuit facta de ſpurio nato ex adulterio, quia tunc diſpenſatio eſt odioſa, in ea cauſa requiritur. *Dec. conſil. 576. & conſ. 577.* ¶ Cauſa ſufficiens ad legitimandum, quænam debeat eſſe. *Put. deciſion. 111. lib. 2. Raud. tract. de Analog. ca. 36.* & ſine cauſa facta legitimatio non valet. *Doct. in cap. per venerabilem ext. qui filii ſint. leg.* ¶ Et qualis mentio facienda ſit in legitimatione de agnatis ad hoc, ut valeat etiam ad feudum, *vide Rol. conſ. 23. vol. 3.* ¶ Verba poſita in l. fin. Cod. de naturar. liber. quæ tractant de legitima ſobole, etiam in legitimatis verificantur. *Dec. conſil. 258.* ¶ Numquid legitimatio trahatur retro, an legitimati auferant hæreditatem venientibus ab inteſtato, in ipſa legitimatione, an requiratur citatio agnatorum & an quis poſſit legitimari pro parte, & pro parte non, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. 2. num. 51.* ¶ In legitimatione ſufficit adeſſe conſenſum patris, nec requiritur conſenſus matris, & legitimatus ſuccedit etiam agnatis, maxime ſi legitimans hoc dicat. *Abb. conſ. 86.*

Vel non.

Quando legitimatio ſit patre vivente, non eſt neceſſaria citatio agnatorum. *Dec. conſ. 55. 308. 338. 339. & 698.* ſecus ſi fiat poſt mortem patris. *Joan. Pap. libr. 21. titul. 3. arreſt. 12. vide Boer. deciſ. 122.* an legitimatio debeat mentionem facere de ſuccedentibus ab inteſtato. *Boer. deciſion. 122.*

Cap. IV. Quando comprehendatur.

Statutum, excludens fœminam propter maſculum, non comprehendit filium legitimatum. *Put. deciſion. 303. libr. 3. Gaſp. Cabal. milleloq. 79. & Capic. deciſion. 194.* ¶ Quod legitimati comprehendantur ſub ſtatuto excludente fœminas, ſcribit *Raud. tract. de analog. cap. 26. numer. 107. Dec. conſil. 52. 383. 392. & 393. Roland. conſil. 83. volum. 3.*

Cap. V. Quæ probentur.

Quaſi poſſeſſio legitimationis quomodo ſummatim probetur, ad effectum obtinendi alimenta & expenſas litis, *Vern deciſ. 158. lib. 2.*

Cap. Quibus modis fieri poſſit.

Legitimatio fieri poteſt de non natis, & in utero conceptis. *Rol. conſil. 61. num. 38.* ¶ Legitimatio filii, vel filiæ poteſt geminari, qua debet fieri mentio aliorum liberorum, non tamen citatis aut vocatis aliis agnatis, & aliud eſt genus legitimandi filios, aliud filias. *Dec. conſ. 698. Roland. conſil. 89. vol. 1.* ¶ Legitimatio baſtardi fieri poteſt à patre ſub conditione, quod in hæreditate non

ſuccedat;

ſuccedat. *Franc. Crem. ſingul. 17.* ¶ Legitimatio facta de filio illegitimo, cum pater morti proximus erat, cenſetur facta ad fraudandum cæteros filios legitimos. *Menoch. conſil. 108. num. 15. libr. 2.* ¶ Legitimatio infantis, an fieri poſſit, *Dec. conſ. 55. & 367. & Menoch. conſ. 19. volum. 1.* quod poſſit, ſcribunt. *Dec. conſ. 317. num. 10. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. 2. num. 19. Bartol. in l. 5. C. de emancip. liber.* tamen quod diſpenſatio fieri non poſſit, tradit idem *Dec. conſil. 579* ¶ An legitimatio per reſcriptum plus relinqui poſſit quam filio legitimo, & naturali. *Rol. conſ. 95. tom. 3.*

Cap. VII. Quæ relinqui poſſint legitimato.

Pater in caſu validæ legitimationis, non poteſt filio naturali legitimato plus relinquere, quam uni filiorum legitimorum & naturalium, cui minus relictum ſit. *And. Gail. obſerv. 142. num 9. Dec. conſ. 393. vol. 2. Franc. Crem. ſing. 52. vide tamen. Rol. conſ. 95. vol. 3.*

Cap. VIII. Qui legitimare poſſint, vel non.

Juri in ſpe, Princeps derogare poteſt cum plenitudine poteſtatis, & ſine patris citatione, ideo poteſt legitimare in præjudicium venientium ab inteſtato. *Gaſp. Cabal. milleloq. 837.* quare filius naturalis aliis filiis legitimis non extantibus, à patre per Principem (non vocatis agnatis) legitimari poteſt. *Andr. Gail. obſervat. 142. Joan. Papon. lib. 21. tit. 3. arreſt. 28.* legitimatio quando poſſit fieri in præjudicium venientium ab inteſtato. *Put. deciſion. 482. lib 2.* ¶ Ampliatur procedere, etiamſi poſt factam legitimationem filii naturalis, naſcantur ex matrimonio ſubſequuto filii legitimi, & naturales. *Gail. ibid num. 5. d. obſervat. 142.* ſed declara dictam concluſionem procedere in vera legitimatione, quæ eſt favorabilis, largeque interpretanda; ſecus autem in diſpenſatione, quæ cum ſit odioſa, & ſtricti juris, citationem agnatorum requirit; ſed de differentiis legitimationis, & diſpenſationis, *vide ibid. Gail. remiſſive, num. 5.* ¶ Princeps poteſt legitimare filium ſpurium, ut ſuccedat in feudum præjudicium agnatorum. *Dec. conſilio 269. numero 10.* tamen quod non poſſit in feudo antiquo, & proprio, plene comprobat. *Menoch. conſil. 181. num. 39. lib. 2.*

Vel non.

Statutum non poteſt diſponere ſuper legitimatione ſpuriorum. *Bart. conſ. 105. vol. 2.* ¶ Princeps non poteſt legitimare illegitimum mortuo patre in præjudicium agnatorum, tamen in hac quæſtione conſiderantur tria tempora, nempe quando hæreditas ſolum fuit agnatis delata: Secundo, quando jam fuit adita: Tertio, quando fuit acquiſita poſſeſſio bonorum hæreditariorum, & in omnibus his caſibus de jure ordinario; Princeps non poteſt legitimare. *Menoch. ibidem d. conſ. 108. Bartol. in l. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthumis*; in primo tamen caſu, nempe hæreditate delata, ſed non adita, Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt legitimare illegitimum, etiam in præjudicium agnatorum concurrentibus notatis *per Menoch. d. conſil. 108. num. 66.*

Cap. IX. Qui legitimari poſſit.

Sicut ſpurius, vel inceſtuoſus poteſt legitimari à Cæſare, nulla facta mentione filiorum legitimorum, ad inſtantiam patris, ita, & à Comite Palatino, cui in privilegio eſt conceſſa hæc facultas legitimandi. *Roland. conſ. 61. num. 24. vol. 1. & conſ. 67. vol. 3.* ¶ Spurius an poſſit legitimari ad feudum eccleſiaſticum, *Afflict. deciſ. 386.* ¶ An filia Sacerdotis poſſit legitimari. *Papon. libr. 21. titul. 3. arreſt. 18.* dic, quoad proprietatem non poſſe; ſecus quoad uſumfructum ratione alimentorum. *ibidem arreſt. 19.* ¶ Per generalem conſuetudinem hodie fuerunt abrogati omnes modi legitimandi naturales, & ſpurios, duobus exceptis, nempe per ſubſequens matrimonium, & per reſcriptum Principis, *Papon. libr. 21. titul. 3. arreſt. 16.* tamen pater teſtando inter liberos, & filios naturales, illos nominando hæredes legitimat, dum tamen ipſos non appellet naturales? idem ſi in alio Inſtrumento publico, id actum fuerit. *Boer. deciſ. 240. numer. 15. Franc. Cremen. ſingular. 76. vide §. ad hoc autem, Authent. ut liceat matri, & aviæ*, quod procedit nullis filiis legitimis extantibus. *Boer. ibidem num. 18.* quando procedat, *Petr. Gerard. ſingular. 60. Marc. Mant. ſingular. 600.* ¶ Matrimonium putativum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, legitimat prolem, ſicut verum. *Caſſad. deciſion. 1. titul. de ſponſa.* ¶ Si traduntur modi legitimandi, quos ſcribit *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 3 gloſſ. 2.* ¶ Filii naturales quinque modis efficiuntur legitimi, & legitimati ſuccedunt, ſicut legitimi. *Bartol. in ſuo tractat. ſucceſſionis ab inteſtato.* ¶ Legitimatio taliter vulnus ſanat, ut non remaneat cicatrix. *Raud. tractat. de analog. cap. 36. num. 93.* tamen Natus aliis legitimatus, non dicitur vere legitimus. *Ozaſch. deciſ. 119. num. 15. Afflict. deciſion. 195. Capic. deciſ 194. numer. 7. Marc. de Mant. ſingul. 597. Bartol. in l. his, qui pro emptore; num. 29. ff. de uſucapio.* ¶ Inceſtuoſi auctoritate Imperiali cum clauſula, non obſtante, poſſunt legitimari quoad temporalia. *Rol. conſ. 61. n. 32.*

Vel non.

Pater non legitimat naturalem filium, nec ſpurium invitum, niſi ſit infans. *Bart. in l. 11. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris.* ¶ Prius ſacerdotis, ſeu habentis minores ordines, non poteſt legitimari, prohibente quodam conſilio, & ſi diſpenſetur debet apponi clauſula derogatoria ſpecialis, non obſtante tali conſtitutione conciliari; nam generalis clauſula, non obſtantibus, minime ſufficit. *Raud. tract. de analog. c. 37. n. 40.* ¶ Filius naturalis invitus non cogitur ſuſcipere legitimationem, niſi quando occultat ſuam matrem concubinam, quam pater vellet in uxorem ducere. *Rom. ſing. 230.*

Cap. X. Quando habeat locum, vel non.

Legitimatio non habet locum in filiis natis ex clandeſtino matrimonio. *Guid. Pap. quæſt. 581.* ¶ Quando ſtatutum de agnatis diſponens habeat locum in legitimitatis, *Dec. conſ. 317.* ¶ Statutum, quod excludit fœminas extantibus maſculis habet locum, etiam in maſculo legitimato per ſubſequens matrimonium; ſecus ſi ex reſcripto Principis ſit legitimatus. *Dec. conſ. 155. num. 4.* ¶ Statutum diſponens, & tribuens beneficium agnatis, recuperandi rem patrimonialem, an comprehendat agnatos legitimatos, *vide Dec. conſ. 276.* quo loci adducit rationes hinc inde, & demum concludit negative, *vide conſ. 317.* quia filiorum legitimorum appellatione in materia ſtricta, & odioſa, non veniunt legitimati. *Dec. conſ. 258. num. 3. & 9.* ¶ Statutum excludens fœminas à ſucceſſione, ceſſat in filio naturali legitimato: quia ſolum habet locum in filio legitimo, & naturali. *Mynſing. obſerv. 26. cent. 3.* ſed tunc fœmina una cum legitimato æqualiter admittitur. *Andr. Gail. obſerv. 140. libr. 2.* ¶ Fallit primo ſi Princeps voluerit legitimatum eſſe legitimum, etiam quoad ſtatuta: nam in legitimatione ſola Principis voluntas attenditur. *ibid. num. 20.* ¶ Fallit ſecundo, ſi legitimatio facta ſit in ampliſſima forma, puta, quod ſuccedat parentibus, agnatis, & cognatis. *ibid.*

Cap. XI. Quæ opponi poſſint: inducatur legitimatio.

Quæ exceptiones poſſint adduci contra privilegium legitima-

legitimationis, *Cravet. conſil. 277. Franc. Cur. conſ. 73.* ubi adducit decem oppoſitiones, quæ poſſunt opponi contra legitimationem, etiam *Rol. conſ. 89. vol. 1. & conſ. 12. vol. 4. Menoch. conſ. 181. lib. 2.* ubi ſcribit 17. oppoſitiones. ¶ Contra legitimationem infantis poteſt opponi, Comitem Palatinum non habuiſſe ſpeciale mandatum adhuc, fuiſſeque factam, ſive cauſa, à patre ſine conſenſu avi, & alias prout ſcribit *Menoch. conſ. 19. vol. 1.* ſed his non obſtantibus ſuſtinetur legitimatio, *vide ibidem.* ¶ Legitimatio prolis inducitur ex bona fide unius ex conjugibus. *Vern. deciſ. 150. part. 2. n. 7.*

Cap. XII. Legitimatus, quando ſuccedere poſſit, & quibus.

Legitimatus in ſpecie ad bona emphyteutica eccleſiaſtica ab habente poteſtatem, admittitur ad ipſa bona, alias ſecus. *Hieron. Magon. deciſ. 10. Raud. tract. de Analog. cap. 36. num. 64. & numer. 15. Afflict. deciſ. 385.* ¶ An filii legitimati habeant jus ſuccedendi ultra patrem & an habeant omnia remedia contra teſtamentum paternum, quæ habent cæteri legitimi, *Bart. in Auth. quibus mod. natu. effic. legit. n. 8. & in §. tribus, & §. generaliter ibid.* ¶ In Regno Franciæ legitimatus ſimpliciter ſuccedit in feudo, *Pap. lib. 21. tit. 3. arreſt. 12.* quod ſuccedat, ſcribunt etiam *Raud. tract. de Anal. c. 36. num. 107. & Menoch. conſ. 156. lib. 2. num. 18.* ¶ Legitimatus ad feuda, quando ſuccedat. *Menoch. conſ. 16. & conſ. 203. libr. 1. & conſ. 181. lib. 2.* ¶ Legitimatus ſuccedit una cum legitimis, & naturalibus illi debetur legitima, præteritus rumpit teſtamentum patris, & exhæredatus querelam inofficioſi teſtamenti habet. *Gail. obſerv. 140. lib. 2.* tamen legitimatus non habet beneficium legis, *ſi unquam ibidem obſerv. 140. num. 10.*

Cap. XIII. Quando inſtitui poſſit.

Spurius ſub conditione (ſi legitimetur) inſtitui poteſt, & pure inſtitutus ſuccedit patri, ſi vivente patre legitimetur, *Andr. Gail. obſerv. 88. n. 17. & 18. lib. 2.* ¶ Filius ſpurius legitimatus poteſt à patre inſtitui, & illi quocunque titulo relinqui poteſt. *Jul. Clar. in ſua prac. §. teſtamentum quaſt. 31.* quid, ſi inſtituatur ſpurius ſub conditione, ſi legitimabitur. *ibid. num. 7.* ſed an legitimatus ſuccedat in emphyteuſi. *Perilluſtr. D P. Theſ. dec. 84.* ¶ Simpliciter legitimatus, non cenſetur ad feuda admiſſus, niſi Princeps hoc expreſſe in legitimatione dixerit, & fecerit ex plenitudine poteſtatis, & cætera ſcientia: tunc enim valet legitimatio etiam quoad feudum antiquum, verum Princeps non debet uti hac plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa. *Gail. ibidem num. 12. vide Afflict. deciſ. 195. Boer. deciſ. 123. cap. naturales titul. ſi de feud. defunc. ſit controverſ. in uſib. feud. & ibid. gloſſ.*

Cap. XIV. Qui ſint effectus legitimationis.

Legitimatio prodeſt in ſucceſſione patris naturalis. *Joan. Gail. quaſt. 298.* ideo ille ſuccedit ab inteſtato. *Pap. ib. 21. tit. 3. arreſt. 10. & 11. Dec. conſ. 308. num. 14.* ¶ Donatio cauſa mortis propter filiorum legitimationem ſubſequutam, non revocatur, cùm jus ſuccedendi à jure legitimationis, ſive filiationis, ſeparatum ſit. *Ozaſ. deciſ. 118. num. 10.* tamen diſpoſitio. *l. ſi unquam. C. de revoc. donation.* locum habet in legitimatis. *Dec. conſ. 366.* ¶ An per legitimationem probetur quis filius, *Dec. conſil. 345.* ¶ Legitimatus, an excludatur in diſpoſitione Principis, de hæredibus mentionem faciente, *vide Afflict. deciſion. 392. numer. 23.* ¶ Licet beneficium legitimationis à Principe conceſſo filio ſpurio non auferat hæreditatem, jam quæſitam agnatis de eis non facta mentione: tamen ſecus eſt in hæreditate tempore legitimationis nondum delata; quia in ea valet beneficium legitimationis. *Ægid. Bellam. concluſion. 751. Dec. conſil. 269. Natt. conſil. 619.* ¶ Legitimationis nullitas, annullat donationem factam legitimato, ſeu inſtitutionem. *Raud. tract. de analog. cap. 30. num. 71. & 72. Dec. conſ. 289. num. 4.* ¶ Legitimatio non prodeſt exiſtentibus legitimis, niſi in duobus caſibus, nempe quando fit per oblationem curiæ, vel per ſubſequens matrimonium *gloſſ. in Auth. ſi quis. C. de natur. liber.* ¶ An legitimatus per reſcriptum excludat filiam dotatam ſtante ſtatuto, quod extantibus filiis legitimis, & naturalibus filia dotata non ſuccedat. *Roland. conſil. 83. Tom. 3.* ¶ An legitimatus excludat ſubſtitutum. *Rol. conſilio 67. tom. 3.*

Cap. XV. Quibus modis valeat, vel non.

An legitimatio facta cum reſervatione, quod, & ſibi ſuccedere non poſſit, niſi in eo, quod ſibi placuerit ſit ſufficiens. *Rol. conſ. 26. tom. 4.* ¶ Quomodo valeat legitimatio alicujus filii. *Rol. conſil. 96. tom. 3.* ¶ An, & quomodo valida ſit legitimatio, quandoque filius legitimatus poſſit ſuccedere feudo. *Roland. conſ. 49. tom. 4.* ¶ Licet filius naturalis proprie dicatur natus ex concubina retenta in domo, tamen legitimatio illius, qui legitimatione dictus fuit naturalis, quamvis eſſet natus ex muliere non retenta in domo, valet. *Natt. conſ. 623.* ¶ Quoad validitatem legitimationis reſpectu ſucceſſionis bonorum patris, ſufficit conſenſus ipſius patris, ſine quo non valet. *Dec. conſ. 338. & conſ. 579.* ſed quando tractatur de ſucceſſione aliorum agnatorum, & cognatorum legitimatio nihil operatur, ſi fuit obtenta ſine eorum conſenſu, *Joan. Papon. libr. 5. arreſt. 2. & lib. 21. titul. 3. arreſt. 15. vide Menoch. conſ. 108. numer. 9. lib. 2.* ¶ Legitimatio, ſeu diſpenſatio filii facta extra territorium legitimantis, eſt valida, patre ratificante. *Put. deciſ. 222. lib. 2. vide tamen Randen. tract. de analog. cap. 30. num. 73. & cap. 36. num. 46.* ¶ Mortuo patre ſuperſtitibus fratre, & filio naturali, frater omnia bona præoccupavit, & uti proximior agnatus in gradu ſuccedenti illa poſſedit per multos annos, hæreditatemque dicti ſui fratris adivit: ſed dum laboraret in extremis, dictus nepos, & filius naturalis prædefuncti fratris in præjudicium aliorum agnatorum fecit, ut legitimaretur à Comite Palatino, dubium oritur, an talis legitimatio valeat in præjudicium aliorum agnatorum. *Menoch. conſilio 108. libr. 2.* reſpondit non valere. ¶ Legitimatio non citatis ſubſtitutis valet, ſi fiat à Principe; ſecus ſi à Comite Palatino. *Raud. tract. de analog. cap. 36. num. 29. & c. 37. num. 39.* & quid quando tractatur de primogenitura. *vide ibidem cap. 36.* ¶ Legitimatio filii, facta inſtante patre habita mentione filiorum, licet non ſint citati, eſt valida. *Put. deciſ. 89. libr. 2. vide tamen Mohed. deciſ. 236. & Dec. conſ. 393.* ¶ Cum dubitatur, an valeat legitimatio, liberis legitimis & naturalibus extantibus, diſtinguendum eſt, utrum pater in ſupplicatione liberorum naturalium, & legitimorum mentionem fecerit, nec ne: primo caſu valet legtimatio à Principe facta, cum clauſula non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, in præjudicium legitimorum, & naturalium. *Gail. obſerv. 142. num. 7. Boer. deciſ. 240. num. 19.* alias legitimatio filiorum per reſcriptum ita demum habet effectum, ſi pater legitimam ſobolem non habet. *Capic. deciſ. 194. n. 3.* nam pater non legitimat filios naturales per Principis reſcriptum, ſi habeat filios legitimos. *Bartol. in §. tribus. n. 6. & §. & igitur. Auth. quib. mod. natu. effic. ſui.* nam legitimatio redditur nulla, quando in ea nulla fuit facta mentio de filio naturali, & legitimo, quem patar habebat *Dec. conſ. 289. & conſ. 308. & Rol. conſ. 8 vol 1.* idem ſi non fuerit facta mentio de non nato, ſed jam in ventre concepto. *Roland. conſil. 34. volum. 1.* limita, ut per eundem. *Roland. conſil. 61. vol. 1.* ¶ Legitimatio tenet, etiamſi non pro-

betur certa mater legitimati. *Jac. Put. deciſion. 435. libr. 1.* ¶ Teſtamentum prius factum ad ſimilitudinem poſthumi præteriti, per legitimationem filii poſtea factam rumpitur. *Dec. conſ. 366. n. 5. Abb. conſ. 86. Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 84.* & quid, ſi poſt mortem patris filius ſe legitimari feciſſet à Principe, *vide eundem ibidem d. deciſ. 84. & §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* non habet locum in filiis naturalibus vel legitimatis. *Dec. conſ. 610.*

Vel non.

Legitimatio facta per aliquem eccleſiaſticum, vel ſecularem ſit nulla etiamſi ſit aliquis in ſacris conſtitotus. *Roland. conſil. 12. tom. 4.* ¶ Legitimatio poſt mortem patris facta etiam ab ipſo Prinicipe in præjudicium illorum, quibus jam aditione hæreditatis, & bonorum poſſeſſionis apprehenſione jus erat quæſitum, non valet, niſi legitimatio ex cauſa concernente principaliter utilitatem publicam facta eſſet, & in omnem caſum ſaltem debent citari agnati. *Auguſt. Bero. quaſtio. 60. Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. & ſi tantum. ff. de liberis, & poſthum. ubi tractat.* quæſtionem illam quid, quando pater in ſuo teſtamento rogavit Principem de legitimando, de qua quæſtione, *vide ibid. per DD.* ¶ Legitimatio poteſt reddi nulla, ex deficiente legitimantis poteſtate, vel voluntate, aut ipſius legitimationis ſolemnitate, & forma. *Menoch. conſ. 108. num. 4. vol. 2.* ¶ Legitimatio non concurrit, licet per legitimantem narrentur quædam cauſæ, quæ non probantur. *Mobed. deciſ. 246 num. 3.* ¶ Legitimatio poſt mortem patris facta, non valet in præjudicium eorum, quibus jus ſuccedendi ab inteſtato quæſitum eſt, licet ex poteſtate abſoluta fieri poſſit. *An. Gail. obſerv. 142 num. 16. late Alex. Rauden. tract. & de analog. cap. 36.* ¶ Legitimatio facta non habita mentione, quod legitimans haberet agnatos, quibus donatio collata fuerat, in eorum præjudicium non ſuſtinetur. *Ozaſ. deciſion. 119. num. fin.* ¶ Legitimatio non valet, ubicunque facta eſt abſentibus ſpuriis legitimatis. *Ozaſch. deciſ. 119. num. 22.* qui conſentire debent ſuæ legitimationi. *Capic. deciſ. 194. numer. 4. Boer. deciſ. 160.* fallit in caſibus de quibus ibidem *per Boer.* ſed quando debeant conſentire, *Dec. conſil. 55. & 579.* ¶ Legitimatio redditur nulla, ſi filius legitimatus fuerit nominatus naturalis, in patris teſtamento. *Joan. Pap. lib. 21. tit. 13. arreſt. 3. Dec. conſ. 462.* ¶ Aliquis impetravit à Principe legitimari, dicens ſe natum ex ſoluto, & ſoluta, cum tamen eſſet natus ex adulterio, legitimatio non valet, *Jaſ. de act. §. omninm, num. 33.* ¶ Famæ contrariæ ſuper legitimatione exiſtentes, quæ fama prævaleat. *Put. deciſ. 2. lib. 2.*

Cap. XVI. Quando vitietur: revocetur, vel non.

Legitimatio ſicut vitiatur, quando in ejus impetratione non ſit expreſſa mentio de exiſtentia filiorum, ita vitiatur nullis extantibus filiis, ſi pater tacuit ſe conjugatum, cum muliere, ex qua filium habere poterat; ſecus ſi non poterat, veluti quum haberet mulierem quinquagenariam, *Rol. conſil. 96. vol. 3.* ¶ Licet per ſupervenientiam filiorum legitimatio prius facta non revocetur, effectus tamen legitimationis limitatur, & reſtringitur: quia cum ipſo legitimato concurrunt filii ex legitimo matrimonio procreati, *Dec. conſ 258. numer. 12. vide conſ. 308. num. 13. & conſ. 576. ejuſdem Dec. Rol. conſ. 89. volum. 1. num. 12.* quod non revocetur per ſupervenientiam filiorum legitimorum, & naturalium, ſcribit *Rol. conſ. 69. volum. 3.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Pater non poteſt invitis filiis jus patriæ poteſtatis ſolvere, ita nec filios invitos ſub poteſtate redigere. *Capic. deciſ. 194. numer. 9.* ¶ Quando pater in legitimatione certum modum ſuccedendi expreſſit, talis declaratio habet vim teſtamenti. *Menoch. conſ. 387. num. 21. libr. 4.*

TITULUS CCCCXLVII.

De legitimatione facta per Papam.

Rex Aragonum non poteſt facere filium naturalem legitimari per Papam in præiudicium alterius conſanguinei, cum conſuetudo Regnum deferat, Rege decedente ſine filiis legitimis. *Capic. deciſ. 421. numer. 4.* ¶ Legitimati à Papa, an cenſeantur legitimati ad temporalia, & legitimatio quid ſit, & an retrotrahatur, *Guid. Pap. quaſt. 482.* ¶ Papa non poteſt in Gallia, quoad ſucceſſionem legitimare, *Boer. deciſ. 297.* ¶ Si illegitimus per Papæ legitimationem reſtituatur, cenſetur legitimatus quoad honores; non quoad bona. *Ægid. Bellam. concluſ. 742. num. 10.* ¶ Papa non habet legitimandi poteſtatem, niſi in terris ſibi temporali juriſdictione ſubjectis, *DD. de Rot. deciſ. 2. titul. qui filii ſint legit. in novis.* Papa enim non poteſt Imperio ſubditum legitimare in temporalibus, niſi impedimentum ſit canonicum. *Jac. Put. deciſ. 483. lib. 2. n. 4.* ¶ Legitimatus à Papa non poteſt ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato: quia legitimatio facta ab illo non trahitur ad temporalia, quæ ſunt in territoria Imperii, *Guid. Pap. ſing. 331.* ¶ Papa poteſt quoad ſpiritualia quemlibet legitimare, & talis legitimatio tenet ubique locorum; quia quoad ſpiritualia, omnes ſunt de ſua juriſdictione, *Harm. cap. 8. tit. de matrimon.* ¶ Et è converſo legitimatio facta per Papam, non trahitur ad ea, quæ non ſunt ſuæ juriſdictionis, ut ad bona, quæ ſunt in terris Imperii, *ibid. d. c. 8. per venerabilem, qui filii ſint legitimi.*

TITULUS CCCCXLVIII.

De legitimatione facta per Imperatorem, vel Principem.

Generalia.

Vide de legitimatione filiorum naturalium *per Azoſ. in ſumma tit. C. natural. liber.*

Cap. I. Legitimatus. Quis non dicatur.

Illegitimi ſtatus vitium, ubi à jure divino procedit, legitimatus per reſcriptum Principis non dicitur vere legitimatus; ſed ficte, & potius diſpenſatus, *Ozaſ. d. 119. num. 3.* ideo legitimatus à principe non eſt apud Eccleſiam legitimatus *gloſſ. in 3. diſt. 59.*

Cap. II. Quæ facere poſſit.

Legitimatus per Principem, an poſſit petere hæreditatem cum aliis fratribus naturalibus, & legitimis. *Guid. Pap. qu. 482. & ſupra eod.* ¶ An filius ſpurius legitimatus per privilegium Reges, & reſtitutus natalibus, cum omnibus clauſulis derogatoriis, gaudeat nobilitate paterna, *Afflict. deciſ. 193. in fine.*

Cap III. Qualis ſit.

Filius legitimatus à Principe ſequitur familiam patris; ſicut adoptivus, *gloſſ. fin. in l. 1. ff. ad municip. & de incol. & conditionem. Bartol. in l. 3. C. de municip. & origin. lib. 10.* dignitatem, & originem *gloſſ. pen. in d. l. 3. C. de municip.*

Cap. IV. Quæ requiruntur in legitimatione.

Forma legitimationis per reſcriptum, traditur per *Bart. in §. trib. num. 6. & §. ſit igitur. Auth. quib. mod. natu. effic. ſui.* ¶ Ad legitimationem à Principe faciendam, ſufficiunt voluntas & conſenſus patris. *Mobed. deciſion. 246.*

Cap.

Cap. V. Qui legitimare poſſit.

Imperator, Rex, & Princeps non recognoſcens ſuperiorem, tantum legitimare poſſunt. *Caſſan. in conſuet. Burgun. titul. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 5. gloſſ. 2. num. 20. vide §. gloſſ. 3. num. 40. ibid. Roland. conſ. 89. vol. 1.* ¶ Temporis diuturnitas, & juris ignorantia cum numero liberorum, inducunt Principem ad legitimationem liberorum. *l. 57. §. divus. ff. de ritu nupt.* ¶ Imperator, vel habens cauſam ab eo, poteſt legitimare (patre petente) filium Sacerdotis, etiam in terris Eccleſiæ. *Paul. Æmil. deciſ. 74. part. 2. 75. & 76. ibid. vide etiam deciſ. 147. 148. & 199. ibidem.* ſed an poſſit legitimare in terris Eccleſiæ non ſubditum, vide eundem *Ven. deciſ. 77. part. 2.* tamen Princeps ſecularis non poteſt legitimare Clericum baſtardum. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 565. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 5. gloſſ. 3. num. 49.* ſed quod valeat legitimatio ſaltem, quoad bona patrimonialia, ſcribit *Caſſan. ibid. num. 58.* ¶ Princeps legitimatum ad illegitimationem reducere poteſt: quia legitimationes ſunt de jure Civili. *Afflict. deciſ. 128. num. 13.* ¶ Imperator poteſt legitimare natum ex damnato coitu, ſi dicat non obſtante, *Auth. ex complexu. Guid. Pap. qu. 280. & ſing. 353. ſupra tit. de legitimatione liberorum in genere.* ¶ Pater poteſt legitimare auctoritate Imperatoris filium ſpurium, non citatis agnatis, ſi alios filios legitimos non habeat. *Ven. deciſion. 146. part. 2. vide ſupra de legitimatione in genere.* ¶ Imperator poteſt legitimare, etiam extantibus filiis legitimis, & naturalibus: quia in eo propter ſupremam poteſtatem, ſola voluntas pro cauſa habetur. *Dec. conſil. 209. & conſil. 308. vide tamen Menoch. conſil. 181. lib. 2. num. 39.* idem in Principe non recognoſcente ſuperiorem. *Dec. d. conſ. 308. & conſ. 579.* imo Princeps poteſt legitimare in præjudicium agnatorum, quibus delata ſit hæreditas. *Dec. conſ. 393. vol. 2. vide ſupra tit. de legitim. in genere.* ¶ An Imperator poſſit legitimare in terris Eccleſiæ. *Bart. in l. 57. ff. de rit. nup. & in conſ. 75.*

Cap. VI. Qui legitimari poſſint, vel non.

Filii ſpurii legitimari poſſunt per Principem. *Bartol. in Auth. ex complexu. C. de inceſt. & inutil. nup.* ¶ Filius naturalis quotieſcunque poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, nunquam poteſt legitimari per reſcriptum Principis. *Hippol. ſing. 170.*

Cap. VII. Legitimatus. Quando ſuccedere poſſit, vel non.

Legitimatus per reſcriptum Principis conſequitur jura agnationis, & ſuccedere poteſt agnatis patris, ſaltem quando ita dicitur in legitimatione; ſecus in legitimatis per oblationem curiæ. *Curvet. conſ. 138. Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des ſucceſſions, des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. 2. num. 29.* ¶ Legitimatus per Pricipem admittitur ad ea, quæ de jure communi, etiam legitimo competunt. *Bartol. conſ. 75. vol. 1.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus legitimationis.

Per legitimationem Princeps reſtituit filios ſpurios ad primum jus Naturæ, jure poſitivo ſublato. *Ozaſ. deciſ. 119.* ¶ Nepos per legitimationem poteſt effici ſuus, poſt mortem filii, & modus legitimandi per reſcriptum Principis, erat cognitus de jure fforum; ſed alii modi non. *Bartol. in l. Gallus. §. nunc. ff. de liberis, & poſthum.* ¶ Legitimatio ſpurii non præjudicat filiis legitime natis, niſi Imperator hoc exprimeret, & motu proprio & ex certa ſcientia hoc provideret. *Mynſing. obſerv. 33. cent. 1.*

Cap. IX. Quibus modis valeat.

Reſcriptum contra jus elicitum valet, ſi expreſſe dicat Princeps, non obſtante tali lege. *gloſſ. in verbo expreſſim in §. & ſi quidem. Auth. de teſtam. imperf.*

TITULUS CCCCXLIX.

De legitimatione facta à Comite Palatino, vel ab alio habente poteſtatem à Papa, ab Imperatore, aut Principe.

Cap. I. Qui legitimare poſſit, vel non.

Vicarii Imperatoris perpetui legitimare ſpurios, & reſtituere natalibus poſſunt; ſicut poſſunt Principes. *Franc. Marc. quæſtion. 617.* ¶ Poteſtas legitimandi ſpurios, non habet locum in filiabus. *Dec. conſil. 453. & conſil. 698.* ¶ Facultas legitimandi naturales ſpurios, inceſtuoſos, & alios quoſcunque procreatos, & procreandos ex illicito coitu, extenditur ad infantes, qui virtute hujus conceſſi privilegii, legitimari poterunt. *Roland. conſil. 61. vol. 1.* ¶ Sicut poteſt legitimare ſpurios cum clauſula, non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis, non requiſitis his, de quorum præjudicio agitur, ita poteſt concedere Comiti Palatino facultatem legitimandi, hoc modo, *Roland. ibidem num. 30.* ¶ Legatus de latere habens poteſtatem legitimandi ſpurios, ac inceſtuoſos, poterit legitimare ſpurium & inceſtuoſum ſimul, *Roer. deciſion. 127.* ¶ Legitimandi ſpurios & inceſtuoſos poteſtatem habens, an poſſit ſpurios, & inceſtuoſos ſimul legitimare, *Jaſ. de act. in §. omnium. num. 30.* ¶ Habens poteſtatem legitimandi ab Imperatore, an in terris Eccleſiæ legitimare poſſit, *vide Dec. conſil. 55. & conſil. 308. num. 7.* ¶ Qui habet poteſtatem legitimandi à Papa vel Imperatore, non poteſt legitimare in præjudicium alterius, cui jus ſit quæſitum, etiam in ſpe: quia tales conceſſiones intelliguntur fieri in præjudicium aliorum. *Dec. conſilio 425.*

Vel non.

Quod legitimandi adulterinos habens poteſtatem item, & inceſtuoſos, non poſſit legitimare adulterinum, & inceſtuoſum ſimul, ſcribit *Bartol. in l. 13. ff. de liber. & poſthu. vide tamen eundem Bart. in l. 2. ff. de verb. oblig.*

Cap. II. Qui ſint effectus legitimationis.

Licet inter privatos aſſertio meritorum non probet, tamen hoc fallit in Comite Palatino legitimante aliquem, & aſſerente, quod propter merita collata legitimavit, *Jac. Put. deciſion. 115. libr. 2.*

Cap. III. Quibus modis valeat.

Si extet decretum in aliquo Principatu, quod Comes Palatinus non poſſit in eo ducatu legitimare abſque licentia Principis, an non impetrata tali licentia facta legitimatio valeat, *vide Roland. conſ. 67. vol. 3. num. 65.* ¶ De jure legitimatio facta à Comite Palatino, cum cauſa, & citatis prætendentibus intereſſe valet, tamen in patria, an iſte Comes ex decreto Maximiliani habeat auctoritatem, vel legitimatio ab illo facta ſuſtineatur, vel nulla declaranda ſit, *vide Excell. D. Pet. Theſſaur. deciſion. 69.* & quid, ſi Princeps poteſt jus agnatis quæſitum, confirmaſſet hujuſmodi legitimationem, facta per ipſum declaratione, non fuiſſe mentis derogare juribus quæſitis ipſis agnatis, *ibidem d. deciſ. 59.* ¶ Quod ſi aliquis ſpurius, & inceſtuoſus ſimul eſſet legitimatus ſolum tanquam ſpurius, an valeat legitimari, *Jaſ. de act. §. omnium. num. 32.* ¶ Privilegium legitimandi ſpurios mortuo concedente, an expiret, *Afflict. deciſion. 128.*

Cap. IV. Quando revocari poſſit.

Succeſſor Princeps poteſt revocare privilegium legitimandi conceſſum per anteceſſorem, & omnes legitimationes factas poſt mortem concedentis tale privilegium, *Afflict. deciſ. 128. num. 12.* ¶ Privilegium legiti-

mandi, ſeu creandi Comites Palatinos, conceſſum per ſummum Pontificem, poteſt per ipſum revocari, & per ejus ſucceſſorem, *Menoch. conſ. 112. vol. 2.*

TITULUS CCCCL.

De legitimatis per ſubſequens Matrimonium.

Cap. I. Legitimatus. Quid dicatur.

DIſpenſatione à parentibus ſcienter contrahentibus matrimonium illicitum impetrata, & conditionibus illi appoſitis ob mortis ſupervenientiam non impletis, ſi canonice conſtiterit eos voluiſſe illas adimplere, filius habetur pro legitimo, *Put. deciſ. 488. libr. 2.* ¶ Legitimati per ſubſequens matrimonium dicuntur vere legitimi, licet eſſent nati ex ancilla, quæ domi primo ſerviebat, & nata ex patre rurali, & ita legitimati, natique ex tali matrimonio, non poſſunt dici nati ex muliere inhoneſta, vili & abjecta, *vide Menoch. conſ. 225. lib. 3.*

Vel non.

Filius natus ex moniali in monaſterio degenti, non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, mediante diſpenſatione contractum, in præjudicium ſubſtituti. *Rot. Avenio. deciſion. 6. in deciſion. diverſo. Tom. 3.*

Cap. II. Qualis ſit.

Spurius natus ex conjugato, & ſoluta, per ſubſequens matrimonium non deſinit eſſe ſpurius. *Ozaſ. deciſ. 119. num. 17. 18. & 19.* & reprobantur tenentes contrarium, *vide Marc. quæſt. 682. part. 2* tamen per ſubſequens matrimonium filii nati ex concubina legitimantur, dicuntur vere legitimi, etiamſi medio tempore concubinatus habuerit aliam uxorem, & ex ea prolem ſi illa mortua, duxerit in uxorem primam concubinam, quia tunc legitimantur filii ex ipſa nati ante contractum matrimonium, cum prima uxore nunc defuncta, ita ſcribunt. *Bartol. in l. bonorum. ff. rem rat. habe. num. 3. & in l. penu. §. uxor. ff. ſolut. matrimon. Bald. ibid. Ang. in §. fin. numer. 12. Inſtitut. de nupt. Abb. in capit. tanta est.* qui filii ſint legitimi, *num. 33. Caſtrenſ. in d. l. fin. §. uxor. ff. ſolut. matrimon. & d. lex. ibid. remiſſive. Tiraq. in l. boves. §. hoc ſermone in princ. num. 4. ff. de verbor. & rer. ſignificat. & in 3. limitatione ibidem num. 8. & ſub num. 17.* atteſtatur de communi, idem *Tiraqu. in tract at. de jure primogenit. q. 34. num. 3.* cum aliis ibi per ipſum cumulatis, contrarium tamen tenent iidem *Caſtrenſ. & Alex. in l. Pomponius §. quæſitum. ff. de acq. poſ.* & hanc quæſtionem dicit dubiam. *Bald. in l. cum quis. num. 4. C. de natural. liber.*

Cap. III. Quæ requirantur in legitimatione, & probentur.

An legitimatio per ſubſequens matrimonium requirat inſtrumenta dotalia de jure Civili; quid de jure Canonico, *Excell. P. Theſſan. deciſ. 83.* ¶ Ad hoc, ut filius naturalis extantibus legitimis per ſubſequens matrimonium legitimetur, debent confici inſtrumenta dotalia, quod procedit de jure Civili; ſecus de jure Canonico, *Hippol. ſingul. 250.* ¶ Ad effectum legitimationis prolis, ſufficit probare matrimonium per inſtrumentum dotale reputationem, & famam. *Jac. Put. deciſion. 72. libr.*

Cap. IV. Qui legitimari poſſint, vel non.

Matrimonii tanta via eſt, ut qui antea illegitime nati ſunt, poſt matrimonium ſubſequutum, legitimentur, *Ozaſc. deciſion. 154. num. 5. & 8. Marc. quæſt 680. part. 2.* ſed tunc requiritur conſenſus liberorum, *Marc. q. 683.* ¶ Filii per ſubſequens matrimonium legitimantur, licet nati ex vili fœmina inde nupta cum illuſtri viro, *Menoch. conſ. 15. volum. 1.* & dicuntur vere & proprie legitimi etiam in materia, & diſpoſitione, quæ ſtrictam tantum interpretationem admittit, *idem Menoch. conſil. 227. libr. 3.* ¶ Filii ſuſcepti ex vili fœmina, & Clerico beneficiato (nondum in Sacris conſtituto) per ſubſequens matrimonium legitimantur, & admittuntur ad fideicommiſſum. *Ozaſ. deciſ. 154.* & ad feudum. *Menoch. conſ. 174. libr. 2. vide Bartol. in l. 5. C. de nupt.* ¶ Filii naturales per ſubſequens matrimonium legitimari poſſunt, etiam ſobole legitima exiſtente. *Bart. in §. dubitatum. Authen. de inceſt. nupt.*

Vel non.

Filius inceſtuoſus non legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum per diſpenſationem Papæ, niſi de eo ſit facta mentio. *Hippol. ſingul. 121.* ¶ Filius naturalis, quotieſcunque poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, nunquam poteſt legitimari per reſcriptum Principis, *Hippol. ſing. 130.* ¶ Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum cum ea, quam vivente uxore cognoverat, & ex qua habuerat filium ipſum. *Amaneh. de Claraq. ſing. 218* ¶ Filii per ſubſequens matrimonium clandeſtinum, non legitimantur *Auguſt. Bero. in ſuis quæſtion qu. 107.* ¶ Filii procreati ex muliere extra domum cognita, non legitimantur per ſubſequens matrimonium de jure Civili; ſecus de jure Canonico, cui ſtandum eſt in hac materia. *Dec. conſ. 155. vide Bart. in l. 4. ff. de concubinis.* & tunc excludunt ſubſtitutum; ſecus ſi ſint legitimati per reſcriptum Principis. *Dec. ibid.* ¶ Filii non aliter legitimantur per ſubſequens matrimonium, quam ſi mulier talis ſit conditionis, cum qua commode, & pro dignitate natalium matrimonium contrahi poſſit, & quæ vitæ turpitudine careat. *Ozaſ. deciſ. 154. in principio. vide tamen ibid. Ozaſ. num. 10.* ſed quod filii nati ex quavis concubina licita de jure civili. Nat. de jure canonico ex non concubina eſt illicita, per ſubſequens matrimonium legitimentur, habetur in adduio. *quæſtion. 220. Capel. Thol. vide Menoch. conſ. 18. vol. 1.* etiam non confectis inſtrumentis dotalibus. *Mobed. deciſion. 181.*

Cap. V. Qui ſuccedere, & admittatur ad ſucceſſionem.

Legitimati per ſubſequens matrimonium admittuntur ad ſucceſſionem feudi; ſecus eſt in legitimatis per reſcriptum Principis, *Mynſing. obſerv. 42. cent. 5. Hippol. ſing. 542. vide tamen Raud. tract. de Analog. cap. 35.* nam legitimati per ſubſequens matrimonium vere legitimi dicuntur, & per omnia æquiparantur legitimis, etiam quoad ſtatuta. *Andr. Gail. obſerv. 141. libr. 2.* quæ concluſio ampliatur procedere, etiamſi matrimonium ſit contractum in mortis articulo, vel à ſene decrepito. *Gail. ibid. num. 8.* limita non procedere in nepote, ſi filius naturalis mortuus ſit, antequam pater cum matre filii naturalis matrimonium contraxiſſet, *ibidem. num. 9. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des ſucceſſion, des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. ſecunda num. octavo.*

Vel non.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium non efficitur legitimus, & non admittitur ad feudum, quando erat natus ex ea, cum qua tempore nativitatis, non poterat contrahi matrimonium, veluti ſi erat nupta alteri, licet poſtea ex diſpenſatione fuerit ſecundum matrimonium cum patre legitimati, *Menoch. conſil. 46. volum. primo.* ¶ Legitimatus hoc modo, non ſuccedit in feudo, quando verba inveſtituræ reſpiciunt initium nativitatis, ut ſi ſcriptum ſit, pro te, & filiis ex te legitime deſcendentibus. *Menoch. ibid. num. 6.*

Cap.

Cap. VI. Qui ſint.

Legitimatus ex ſequenti matrimonio, an excludat ſubſtitutum, *Joan. Petr. Surd. deciſ. 319.* ¶ Legitimati per ſubſequens matrimonium, quando excludant ſubſtitutum, *Franc. Marc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 12.* ¶ Quid in legitimatis per matrimonium contractum in mortis articulo, an excludant ſubſtitutum, *vide ibid. titul. 13.* nam talis legitimatio non reddit filios legitimos, quoad ſucceſſionem, *Menoch. conſil. 108. volum. 2.* ¶ Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt potentior cæteris ſpeciebus legitimationum, *Ozaſ. deciſ. 154. num. 12. Hippol. ſing. 542. num. fin.* ¶ Filiis per ſubſequens matrimonium legitimatis, revocatur donatio ante facta, *Boer. deciſ. 59.* & tales filii admittuntur ad ſucceſſionem, non obſtante ſtatuto diſponente, non debere admitti, niſi legitime natos, *Boer. ibid. num. 5.* ¶ Primogenitus naturalis legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundum legitime natum, *vide ibid. in fine.*

TITULUS CCCCLI.

Legitimati filii, quando faciant deficere fideicommiſſum.

Generalia.

Vide de materia, *ſup. tit. prox.*

Cap. I. Legitimus. Quis non dicatur.

Filius natus ex moniali in monaſterio degenti non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, mediante diſpenſatione contractum, in præjudicium ſubſtituti. *Rot. Avenio. deciſ. 6. in deciſ. diverſ. Tom. 3.*

Cap. II. Quæ requiruntur.

An legitimatio ſaltem debeat mentionem facere de ſubſtitutione, *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 14. Raud. tractat. de Analog. cap. 36. num. 30.* & an ſubſtitutus tempore legitimationis debeat citari, *vide Mant. ibid.* qui concludit pro parte negativa, ita quoque tenet *Raud. tract. de Analog. cap. 36. num. 29. vide & cap. 37. & 39. Rol. conſ. 67. vol. 3. num. 6.*

Cap. III. Qui ſuccedere, & quibus poſſint.

Filii ſuſcepti ex vili fœmina, & Clerico beneficiato, nondum in Sacris conſtituto, per ſubſequens matrimonium legitimantur, & admittuntur ad fideicommiſſum, *Ant. Ozaſ. deciſ. 154.*

Cap. IV. Qui ſint effectus legitimationis, vel non.

Licet dubium ſit, an legitimatus faciat deficere conditionem fideicommiſſi facti ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis legitime procreatis, vel ex legitimo matrimonio, tamen hæc dubitatio ceſſat in legitimato per ſubſequens matrimonium, qui ſine dubio excludit in dicto caſu ſubſtitutum. *Rip. in l. ex facto. ff. de vulgari. num. 47. & in l. ſi unquam C. de revoc. donatio. num. 86. poſt Caſtren. in l. fin. C. de his, qui veniam ætati. Boer. deciſ. 159. num. 20. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 12. Dec. conſil. 155.* quod limita, *ut per Excell. D. P. Theſſaur. deciſ. 196.* ſed quid in legitimatis per matrimonium contractum in mortis articulo, an excludant ſubſtitutum, *Mant. ibid. titul. 13. fol. 280.* ¶ Facta ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus, an ſpurius legitimatus excludat ſubſtitutum, *Afflict. deciſ. 386. Caſtr. in l. fin. C. de his, qui veniam ætati. Jaſ. in l. 2. C. de jure emph. Rip. in l. ex facto. ff. de vulgari. num. 24. & Alex. ibid.* ¶ Quod etiam legitimatus per reſcriptum Principis, faciat deficere fideicommiſſum, & in totum excludat ſubſtitutum, *ſcribunt Gaſp. Cabal. millsloq. 79. Dec. conſil. 365. 366. & 399.* ſed quando hoc verum ſit, & procedat, *vide per Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 10.* ¶ In hac quæſtione, an legitimati excludant ſubſtitutum diſtinguendi ſunt duo caſus: Primus erit, quando teſtator inſtituit, & ſubſtituit filios legitimos, & naturales expreſſe excludendo illegitime natos, ut conſtet voluntatem teſtatoris fuiſſe, quod non admitterentur, *Menoch. conſil. 20. num. 27. & 28. volum. 1.* ¶ Secundus caſus erit, quando teſtator non excludit illegitimos, ſed ſimpliciter vocat, & ſubſtituit legitimos, & hoc caſu Princeps poteſt auferre illud impedimentum illegitimationis, atque ita poteſt facere, ut illegitime nati ſint legitimi, & hæredes, & ſub ea ſubſtitutione comprehenſi à teſtatore dicantur. *Menoch. d. conſil. 20.* ¶ Ex quibus conjecturis colligi poſſit teſtatorem non voluiſſe legitimatum excludere ſubſtitutum, *vide per Raud. ibid. num. 49. & Menoch. conſ. 164. lib. 2.*

Vel non.

Legitimatus non facit deficere fideicommiſſum factum, ſi gravatus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, qui nullam habeant maculam in nativitate, & origine, *Menoch. conſil. 203. num. 155 libr. 3.* ¶ Quando legitimatus non excludat ſubſtitutum, *Dec. conſil. 436. & conſil. 557.* ¶ Legitimatus per ſubſequens matrimonium non excludit fideicommiſſarium, in fideicommiſſo facto ſub conditione, ſi gravatus deceſſerit ſine filiis legitimo matrimonio procreatis, nam legitimatus per ſubſequens matrimonium non poteſt dici natus ex legitimo matrimonio. *Natt. conſil. 602. Sol. conſ. 109. vol. 2.* ¶ Idem ſi dictum ſit in ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine liberis legitime procreatis. *Natt. conſil. 624.* contrarium tamen tenet *Menoch. conſil. 225. & 227. num. 21.* quid ſi ſolum eſſet facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, *vide Rol. d. conſil 199. num. 47. volum. 2. Menoch. conſil. 16. libr. 1. & conſil. 66. lib. 3. Rol. conſil. 67. volum. 3.* quod limita, quando eſſet ſubſtitutus aliquis ex deſcendentibus teſtatoris, *Menoch. conſil. 318. num. 18.*

Cap. V. Miſcellanea.

De ſententia pro nepotibus legitimatis contra patruum in materia fideicommiſſi, *Raud. tract. de Analog. cap. 36. num. 102.* ¶ Clauſula, ſi deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio natis, non verificatur in filio legitimato ab Imperatore. *Bart. conſ. 75. vol. 1.*

TITULUS CCCCLII.

De donationibus propter nuptias, & lucro nuptiali dotis viro competenti.

Generalia.

De lucro nuptiali, *vide per tot. titul. Authent. de non eligendo, & in tit. de nupt. ibid.* Vide de materia, *in titulo ſequenti.*

Cap. I. Donatio. Quæ legitima dicatur, & quæ dicantur donata, vel non.

Legatum, pactum, Dos: An donatio propter nuptias ipſo jure conſtituta videatur, *Fach. lib. 8. c. 67.* affirmat. *Auth. de æqualitate dotis, & donatio prop. nupt. in prin. Auth. dos data. Cod. de donat. propter nuptias.* ¶ Annuli, veſtes, & alia ornamenta, quando cenſeantur ſponſæ, vel uxori donata. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 166.* ¶ Sponſalitia largitas dicitur, quando ſponſus ſponſæ per verba de futuro, vel econtra, donat pure non reſpectu dotis, quæ conditionem matrimonii habet, diſtingue tamen, quia aliquando fit ex mera liberalitate hoc expreſſo, quod revocari non poſſit, & tunc habet locum. *l. ſi mater. C. de don. ante nuptias*, aliquando ſimpliciter nullo expreſſo, & tunc olim erat irrevocabilis, & præſumebatur ex

Google

liberalitate, hodie vero ob cauſam futuri matrimonii, *gloſſ. in §. eſt aliud. inſtit. de donatio.* ¶ Sponſalitia largitas eſt, quando ſponſus dat ſponſæ, vel econtra, ſimpliciter, *Guid. Pap. quæſt. 145.* ¶ Quando pater facit donationem filio ante contractum matrimonii, tamen contemplatione ipſius, cum aliqua muliere contrahendi, & non exprimit qualitatem donationis, nihilominus intelligitur propter nuptias facta, *Guid. ibid. num. fin.* & hæc donatio, an conferatur, *Excell. D. P. Theſſaur. deciſ. 46.* ¶ Augmentum dotis conſtitutum à ſocero, qui dotem receperat, an cenſeatur donatum filio, ſeu viro, ut in diviſione facienda inter fratres, illud in primis filius non debeat in portionem ſuam computare, *Excell. P. Theſſ. deciſ. 46.* quid in jocalibus, & veſtibus magni valoris, *vide ibidem.*

Vel non.

Lex nunquam fingit donationem, quando matrimonium non ſequitur, *Bartol. in l. 23. ff. ſoluto matrimonio.* ¶ Jocalia miſſa per ſponſum ſponſæ, cum his verbis, donat veſtes, & jocalia, non præſumuntur vere donata, ſed data ad utendum, ut ornatior incedat: ideo hujusmodi donatio non confirmatur morte, niſi vere ſint donata, *Borg. Caval. deciſ. 18. num. 20. part. 2.*

Cap. II. Quale ſit lucrum: donatio.

Licet de jure in lucro nuptiali æqualitas debeat ſervari, tamen quandoque toleratur inæqualitas, veluti ex uſu, & conſuetudine Patriæ, vel ſi juvenis accipiat in uxorem mulierem ſenem, aut nobilis ignobilem, *Guid. Pap. quæſt. 363. & quæſt. 565. Boer. deciſ. 22. num. 20. Natt. conſil. 391.* ¶ Dos & donatio propter nuptias, æqualitatem requirunt: fallit, ſi conſuetudine aliter receptum ſit, vel ante celebratum matrimonium aliter fuerit conventum: quia tunc circa lucra nuptialia ſtandum erit conſuetudini, vel conventioni. *Andr. Gail. obſerv. 78. lib. 2.* ¶ Dotium lucra ita æqualiter ſunt ſervanda in pactis eorum, ut dotes. *Afflict. deciſ. 154. num. fin.* quia idem judicium eſt de augmento, quod de ipſa dote. *Gram. deciſ. 9.* tamen diſpoſitio in dote non habet locum in omnibus in antiphato, *Gram. deciſ. 103. num. 136. Guid. Pap. quæſt. 145. num. 4. Vincent. de Franc. deciſ. 181. Gail. obſerv. 78. lib. 2.* ¶ Legatum relictum ab uxore marito, debet imputari in portionem, quam maritus lucratur ex jure municipali, cum prius ſine liberis uxor deceſſerit. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 10. titul. 2. num. 7.* ſed declara, *ut ibid. numer. 8. Barc. in Authent. præterea. Cod. unde vir. & uxor.* ¶ Jura de lucris dotalibus, & donationibus antenuptialibus loquentia magis voluntaria, quàm rationabilia ſunt. *Bart. in §. 1. Auth. de non eligendo.*

Cap. III. Quomodo intelligatur.

Pactum, quod quomodocunque ſolvatur matrimonium dos remaneat penes virum, non intelligitur quando ſolvitur morte viri, quare ex tali pacto hæredibus viri non datur exceptio. *Barc. conſ. 126. vol. 1. & conſ. 93. vol. 2.* ¶ Donatio propter nuptias facta filio contemplatione matrimonii, dicitur ob cauſam: ideo non comprehenditur ſub prohibitione ſtatuti, prohibentis donationem inter vivos ſimpliciter, niſi ſervatis certis ſolemnitatibus. *Menoch. conſil. 261. lib.* ¶ Privilegia dotibus, & uxoribus conceſſa, amplectuntur etiam uxores per verba de futuro. *Afflict. deciſ. 81. num. 5.* ¶ Statutum de lucro dotis generaliter loquens, generaliter intelligi debet. *Cravet. conſil. 307.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

Donatio propter nuptias excedens legitimam ſummam debet inſinuari, & inſinuatio facta cum principali, prodeſt ei, cui in conficiendo eſſet donatum. *leg. 31. §. ſimile. C. de jure dot.* ¶ Donatio propter nuptias non requirit inſinuationem & publicationem. *Menoch. conſil. 261. num. 16. lib. 3.*

Cap. V. Quando fieri, conſtitui poſſit.

Liberi dementis poſſunt conſtituere donationem propter nuptias. *l. 11. C. de Epiſc. audien.* ¶ Olim conſtante matrimonio donatio ante nuptias non fiebat, hodie ante, & poſt fit, & augetur & vocatur propter nuptias. *§. eſt aliud genus, Inſtit. de donat.*

Cap. VI. Quando communicari debeat.

Dos, quam maritus lucratur, debet communicari cum fratribus, ſtante tacita ſocietate omnium bonorum. *Dec. conſil. 67. & conſ. 68.* ¶ Quid, quando pater mariti recepit ipſe dotem, & ſuſtinuerit onera matrimonii, & inde avus moritur ipſo ſocero vivo, vel mortuo, *Dec. conſil. 67.* quod tunc etiam debeat communicari, tenet *Dec. conſil. 560.*

Cap. VII. Quando minui poſſit, permittatur.

Si minuitur dos conſtante matrimonio, neceſſario eſt minuenda donatio propter nuptias, proportionabiliter. *Harm. cap. 9. titul. de dote.* ¶ Dos data donatione propter nuptias meretur, ideo donatio propter nuptias inter virum, & uxorem permittitur, & privilegia dotis augmento competunt. *Illuſtr. Senator Sola in ſuis comment. in antiquis conſtit. gloſſ. ſuper 1. parte decreti Blancha. titul. de feudis. num. 4. fol. 69. Gram. deciſ. 103. num. 101. Afflict. deciſ. 154. num. fin. & deciſ. 333. gl. in §. eſt aliud inſtit. de donatio.*

Cap. VIII. Quando debeatur, vel non.

Donatio propter nuptias debetur uxori (etiam extantibus liberis) quando in inſtrumento fuit promiſſa reſtitutio in omnem caſum dotis reſtituendæ. *Natt. conſil. 391.*

Vel non.

Donatio propter nuptias conſtituta per maritum, non debetur uxori poſt mortem viri, dote promiſſa, & in termino non ſoluta, & ubi minus ſolverit mulier de dote quam promiſerat, minus lucratur de donatione propter nuptias, & ea gaudebit ſolummodo pro rata quantitatis ſolutæ dotis. *Afflict. deciſ. 242. Gram. dec. 97. & deciſ. 103. num. 171. Guid. Pap. quæſt. 274. Marc. quæſt. 17. part. 2. Jaſ. de act. in §. fuerat, num. 126. D. Sola in ſuis comment. gloſſ. ſuper 1. parte decreti, Blancha. tit. de feud. num. 18. Dec. conſil. 644. & Natt. conſil. 358.* ſed hæc juris concluſio videtur alterari ex forma inſtrumentorum dotalium. *Guid. Pap. quæſt. 434. & 565.* ſecus ſi maritus deceſſerit ante tempus ſolutionis conventæ, nam tunc debetur totum augmentum. *Afflict. deciſ. 333. Guid. Pap. quæſt. 430. & quæſt. 565. Boer. deciſ. 22. num. 6. 16. 21. & ſeq. Rol. conſil. 10. vol. 1.* ſed quid, ſi ab alio, quam ab uxore dos fuerit promiſſa, an tunc debeatur augmentum uxori, etiam dote non ſoluta in termino, *vide Boer. d. deciſ. 22. num. 17.* ¶ De muneribus, & ornamentis per ſponſum ſponſæ datis ante matrimonium, tempore matrimonii, & poſt, & de eorum ſucceſſione, *vide Afflict. deciſ. 315.* ubi ſcribit quatuor concluſiones, quibus diſtinguit, quæ jocalia, vel veſtimenta cenſeantur donata ſponſæ, vel uxori, & quæ non, diffuſe hanc materiam explicando, *vide ſup. titul. de nup. & bar. ſponſ. Bartol. in l. 1. §. nec conſtante. ff. de collat. & infr. tit. proxim. de donat. int. vir. & uxor.*

Cap. IX. Quæ ſint reſervanda filiis.

Bona donata per alterum conjugum, vel extraneum, liberis primi matrimonii reſervanda ſunt. *Marc. quæſt. 76 part. 2.* ¶ Donationem propter nuptias mater ad ſecundas tranſiens nuptias filiis primi matrimonii ſervare tenetur; illis tamen prædecedentibus proprietas dicti lucri amiſſa, revertitur ad matrem, & ad ejus hæredem,

hære-

hæredibus dictorum primi matrimonii excluſis. *Natt. conſil. 519.*

Quæ retineri poſſint.

Jocale, & annuli donati ſponſæ, ante contractum matrimonium efficiuntur ſponſæ, & non poſſunt repeti ab hæredibus viri; ſecus ſi ſint donati uxori, quia donatio facta à ſponſo ſponſæ valet. *Natt. conſil. 317.* ¶ Dotem integram ſi promiſerit maritus reſtituere, an poſſit partem ex ſtatuto ſibi delatam retinere, *vide Boer. dict. deciſ. 244. num. 8.* quod tunc nihil lucretur, *ſcribit Hippol. ſingul. 687.* ¶ Dotis dimidiam, an maritus retinere poſſit pro lucro, mortua uxore, cum liberis ex alio viro, an vero tota uti frui poſſit cùm cautione de reſtituendo poſt mortem, & de conſuetudine hujus patriæ circa hoc, *vide Excell. D. P. Theſſ. deciſ. 183.*

Cap. X. Quæ reſtituenda hæredibus, vel non.

Jocalia, veſtes, & donata ab uxore marito, & econtra, ſolum pretioſa, & feſtiva reſtituuntur, *Borg. deciſ. 28. part. 2. num. 12.* & quæ ſint, *vide num. 13. & 18. & de materia.* ¶ Quamvis lucrum ex conjugio filio in poteſtate quæſitum, patri non acquiratur (niſi quoad uſumfructum) tamen dos & donatio propter nuptias ipſi lucranti ab ipſo patre data, vel conſtituta, ad patrem redit. *l. 2. C. de bonis, quæ liber.* ¶ Donatio propter nuptias, quæ appellatur ex conſuetudine augmentum dotis, ſoluto matrimonio revertitur ad donantem, niſi aliter actum ſit, & quando maritus præmoritur mulier ex conſuetudine habet uſumfructum ipſius augmenti dotis; ſed ipſa mortua revertitur ad hæredes viri donantis. *Cravet. conſ. 185.* ¶ Matrimonio nullo declarato propter aliquod impedimentum, lucra matrimonialia provenientia ex pacto, vel ſtatuto non reſtituuntur, quando alter conjugum ignorabat impedimentum. *Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des droicts, Rub. 4. §. 2. gloſſ. 2. num. 5.* ¶ Filiis, ſi ad ſecunda vota mater tranſeat ſemper augmentum debet præſervare & reſtituere; imo jure noviſſimo Authenticorum illud totum, etiamſi non nubat filiis tenetur reſtituere, ſolo uſufructu contenta, niſi filii prædeceſſerint. *Natt. conſ. 391. num. 2. D. Sola in ſuis comment. in antiq. Subaudiæ gloſſ. ſuper 1. part. decreti, Blanchæ, num. 13. titul. de feud. numer. 13. fol. 70. vide leg. 6. §. ſi vero §. illud & certum Auth. nunc, & l. 8. C. de ſecund. nup.* ¶ Quod dicitur dotem, & donationem propter nuptias æquiparari, ut ſicut dotem ad dotantem ita donationem ad donantem debere redire, habent locum, quando non apparet donantem voluiſſe donationem perpetuo (nedum conſtante matrimonio, ſed etiam diſſoluto) pertinere ad donatariam, vel donatarium, ſecus ſi de hoc appareret, *vide Guid. Pap. quæſt. 147. gloſſ. in cap. 4. ext. de empt. & vend.* quando cenſeatur donatum, & remiſſum dictum augmentum, *Roland. conſ. 62. vol. 1.* ¶ Sicut dos à patre profecta, ad patrem revertitur, ita donatio propter nuptias ab illo profecta, ad ipſum revertitur. *Guid. Pap. quæſt. 274.* ¶ Dos ad mulierem redire debet, & donatio propter nuptias, ad virum, niſi aliter conſuetudine, vel pacto caveatur, & legi derogetur. *cap. fin. ext. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Muliere decedente ſine filiis, donarium redditur, ad conſtituentem, vel ejus hæredem. *Papon. lib. 21. titul. 1. arreſt. 7. Rol. conſil. 62. vol. 1.* ¶ Si vir ab uxore recipiat proprietatem nudam cum pacto de lucrando à ſocero uſumfructum, ſoluto matrimonio morte mulieris, nihil reſtituit, ſecus ſi uſumfructum non recepiſſet in dotem. *leg. 18. Cod. de jure dot.*

Cap. XI. Quæ alienari poſſint, vel non.

Filius de re ſibi donata à patre matrimonii contemplatione, ad libitum diſponere poteſt, tanquam de re propria, nec in ea dicitur aliquod jus quæſitum filiis naſcituris ex ipſo matrimonio. *Menoch. conſ. 286. lib. 3.* ¶ Alienari prohibita quemadmodum poſſunt in cauſa dotis diſtrahi, ita etiam ex cauſa donationis, propter nupt. *Vinc. de Franc. deciſ. 182. numer. 6.* ¶ Conjuges ſecundo non nubentes, an dotem, & donationem propter nuptias alienare poſſint, vel filiis reſervare debeant, *Bart. in §. ſoluto igitur, Auth. de nupt.*

Vel non.

Donatio propter nuptias in immobilibus conſiſtens (etiam muliere conſentiente) non poteſt alienari. *tot. tit. Auth. ut immobilia.* ¶ Si vir alia bona habeat, unde uxor poſſit ſibi conſulere, & conſentiente uxore rem propter nuptias donatam uxori, vendiderit alteri, venditor per uxorem non inquietatur, *c. pervenit. ext. de empt. & vendit.*

Cap. XII. Quando peti non poſſit donatio.

Mulier, quæ non dedit dotem, non poteſt petere donationem propter nuptias. *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des droicts, Rub. 4. §. 22. gloſſ. 3.*

Cap. XIII. Quæ conferenda ſit, vel non.

Portio illa, quam lucratur filiusfam. ex dote, vel filiafam. ex donatione propter nuptias ex forma ſtatuti, illa dicitur peculium adventitium, & per conſequens non venit fratribus conferenda. *gloſſ. l. 1. C. de bon. quæ lib. & Bart.* ¶ Donatio facta per matrem filio in contractu matrimonii, non venit in collatione, tempore ſucceſſionis. *Cravet. conſ. 83.*

Cap. XIV. Quis præfertur, vel non.

Soror uterina præfertur proximioribus agnatis ex parte patris in ſucceſſione antiphati proventi ex matre, tanquam cauſa proxima, licet proveniat ex parte tanquam cauſa remota, quia proxima inſpicitur. *Afflict. deciſ. 127.*

Cap. XV. Maritus: uxor: Quæ lucratur, vel non.

An lucrum uxoris marito deferatur, & deſcendente ſine liberis propter onera matrimonii, ſtante ſtatuto, quod lucrum dotis ſit validum. *Roland. conſil. 46. Tom. 4.* ¶ An ſi dos non fuerit ſoluta vidua lucretur donationem propter nuptias. *Fachin. lib. 8. cap. 68.* negat niſi mulier non fuerit in mora ſolvendi. ¶ Filiiſam, in lucris nuptialibus liberos ſuos habent hæredes, & ſi dicti liberi poſtea moriantur, avus eorum paternus in dictis lucris retinet uſumfructum; maternus vero eorum in proprietate à ſe datorum ſuccedit. *l. 3. Cod. de bon. quæ lib.* ¶ Lucra nuptialia quæruntur, quoad uſumfructum parentibus, qui habent in poteſtate lucrantes: ſed proprietas primo defertur liberis lucrantis 2. fratribus conſanguineis, & uterinis. 3. uterinis tantum. 4. ad parentes proximos defunctorum *l. 4. Cod. de bonis, quæ liber.* ¶ Conjuges, qui non tranſeunt ad ſecunda vota habent uſumfructum lucri nuptialis, & in proprietate partem ſibi faciunt pro virili, cum filiis. *§. quia vero. Authen. ut fratrum filii.* ¶ In lucro nuptiali, licet ſtatutum utatur verbo, ſuccedat, tamen vir titulo particulari admittitur ad tale lucrum dato, quod non ſit hæres uxoris univerſalis. *Magon. deciſ. 34. Rot. Flor. numer. 14.* ¶ Circa lucrum nuptiale attenditur conſuetudo, vel ſtatutum loci viri, & non conſuetudo loci uxoris, ubi eſt celebratus contractus. *Afflict. deciſ. 226. Franc. Marc. quæſt. 66. part. 1 & quæſt. 528. part. 2. Franc. Cremen. ſing. 67. Bero. quæſt. 108. Bartol. in l. 65. ff. de jud. Hartm. cap. 6. tit. de dote. lib. 1.* ſecus ſi tractetur de ſucceſſione ipſius mulieris. *Bero. quæſt. 109. vide Borg. Caval. deciſ. 18. de contract. part. 2.* ¶ Circa lucrum dotis attenditur ſtatutum loci exiſtens tempore matrimonii, non autem novum poſtea conditum. *Menoch. conſ. 240. lib. 3.* ¶ Uxor mortuo viro, & ſuperſtite filio, uſumfructum donationis

Digitized by Google

nis propter nuptias tantum lucratur, qui (mortua uxore) conſolidatur proprietati ad utilitatem liberorum, ut liberorum, non autem, ut hæredum. *Afflict. deciſ. 37. num. fin. Vincent. de Franc. deciſ. 182. num. 4.* etiamſi non ſint hæredes patris. *Afflict. deciſ. l. 314. vide tamen eundem. Afflict. deciſ. 291.* ¶ Uxor per tranſitum ad ſecunda vota, ubi non ſunt filii primi matrimonii non perdit ea, quæ habuit à marito præmortuo. *Afflict. deciſ. 61. num. fin.* ſecus ſi extant liberi primi matrimonii. *Boer. deciſ. 201. vide ſupra titul. de pœnis ſecundo nub.* ¶ Muliere condemnata propter delictum, an maritus lucretur dotem, *vide l. 3. & ibi gloſſ. & leg. 4. & 5. ff. de bonis damnato.* ¶ Dotem lucratur vir, ſi per uxorem ſteterit, quo minus conſummaretur matrimonium. *Boer. d. deciſ. 22. num. 39.* ¶ Si in domum mariti mulier ducta ſit, ut cum ea conjungatur, ſi ante conjunctionem deceſſerit maritus, partem dotis, quæ ſibi ratione ſtatuti debetur) lucrari debat. *Dec. conſil. 540. numer. 13. vide plenius conſil. 577. Hippol. ſingul. 106. Natt. conſil. 282.* ſecus ſi nondum ducta ſit in domum, licet nupta per verba de præſenti, ſed non cognita. *Hippol. d. ſingul. 106.* ¶ An & quando ex forma ſtatuti maritus poſſu lucrari feudum in dote datum, vel partem ejus, *Raud. tract. de Anal. cap. 21.* ¶ Filii primi matrimonii an habeant partem lucrorum, tempore ſecundi matrimonii factorum, *vide Boer. deciſ. 203.* ¶ De legitima debita matri in bonis filiæ, detrahitur lucrum ſtatutarium, quod facit maritus in dote uxoris. *Cravet. conſ. 186. num. 12.* ¶ Maritus lucratur partem dotis ex forma ſtatuti, etiam in dote ſpuriæ. *Rol. conſil. 74. num. 53. Cravet. d. conſ. 186. num. 16.* ¶ Donatio propter nuptias vera, & propria ſit mulieris, & ad ejus utilitatem, non autem viro *Cravet. conſil. 85. num. 4.* ¶ Filius tranſmittit ad deſcendentes jus vendicandi lucrum ſibi provetiens propter tranſitum, quem facit parens ad ſecunda vota, aſcendentibus, vel collateralibus excluſis. *l. 7. Cod. de ſec. nup.* ¶ Muliere in matrimonio ſine filiis excedente, ſi ſtatuto diſponatur, ut vir dotis dimidiam ſublucretur, ſi pater mariti, non ipſe maritus matrimonii onera ſuſtinuerat, tunc pater, non maritus lucrum reportabit. *Hippol. ſingul. 264. Abb. conſil. 79. lib. 2.* ¶ Si mulier. quæ tranſivit ad ſecunda vota, & dedit omnia ejus bona in dotem deceſſerit nullis liberis ex ſecundo viro relictis, quid lucrabitur vir ex forma ſtatuti. *Bartol. in l. hac. edictal. Cod. de ſecund. nupt.* ¶ Uxor etiam imperfectæ ætatis, quæ fuit à viro cognita in domo patris, & nondum traducta ad domum viri, viro mortuo, lucratur quartam. *Bart. in ſuo tractat. de differ. int. jus Canon. & Civil. num. 63.* ¶ Propter adulterium viri mulier lucratur donationem propter nuptias. *gloſſ. 1. in c. 1. ext. ut lite non conteſtata.* ¶ Maritus, qui certam dotis partem lucratur, eam ad hæredes tranſmittit, etiam ſine agnitione. *Natt. conſil 507. num. 36. Franc. Crem. ſing. 94. Bartol. in l. arrogator. ff. de adopt.* ¶ Marito, quod uxoris contemplatione datur, liberis dicti matrimonii, quæſitum eſſe videtur. *Marc. quæſt. 113.*

Vel non.

Si ex pacto de lucrando, uxor nihil lucratur de donatione propter nup. ita vir non lucrabitur ex pacto de lucranda dote. *Bart. in §. 1. Auth. ne æqual. dot. & prop. nupt. donat.* ¶ Uxor, quod non lucretur fructus donationis propter nupt. quæ utilitas erit mulieri, *vide per Bart. ibid. num. 5.* ¶ De jure communi vir nihil lucratur de dote uxoris præmortuæ; ſed debet reddi integraliter hæredibus ipſius uxoris. *Abb. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Si in pactis matrimonialibus caveatur, quod decedente uxore ſine filiis maritus lucretur dotem, vel partem, ipſa uxore relinquente nepotem excluditur maritus: idem in ſtatutis. *Rot. Aven. deciſ. 84 in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Maritus, qui non ſuſtinet onera matrimonii, non poteſt dotis partem ex pacto, vel ſtatuto lucrari. *Ozaſ. deciſ. 21. num. 17.* ¶ Partem dotis non lucratur vir, uxore etiam in domo traducta, ſi ante annos nubiles deceſſerit, *Boer. deciſ. 22. num. 37.* ¶ Uxor conſtante matrimonio non lucratur fructus fundi, ſibi per maritum propter nuptias donati. *Lud. Rom. ſing. 545.* ¶ Si mulier dederit in dotem omnia bona ſua ſecundo viro, & deceſſerit in matrimonio ſine filiis, vir non lucratur ex forma legis municipalis ultra illud, quid debet habere unus ex filiis primi matrimonii *Bart. in §. optime, Authen. de nupt.* ¶ Maritus, ſi non apparet ſe feciſſe donationem propter nuptias expreſſe, val tacite uxori, dimidiam dotis ex ſtatuto debitam non lucratur. *Ozaſ. deciſ. 21. num. 21.* quando alias maritus privetur hoc lucro, *vide Boer. deciſ. 244. num. fin. Dec. in l. 1. C. unde vir, & uxor. num. 9. Abb. conſ. 85. part. 2. num. fin.* tamen dotis ſimplex conſtitutio valet, ſine pacto de aliquo lucrando. *Boer. deciſ. 113.* ¶ Conſtitutio dotis facta por tutorem pupillæ ſuæ ſine decreto redditur nulla: ideo ex ea maritus ex forma ſtatuti nihil lucrari poteſt, niſi per Judicem fuerit pronunciatum ſuper congruitate dotis, illam declarando. *Mago. dec. 34. Rot. Floren.* tamen donatio ſponſalitia non immoderata prætextu ætatis, non revocatur. *l. 1. C. ſi adverſ. donat.* ¶ Lucra nuptialia non quæruntur patri per filium, niſi quoad uſumfructum. *l. 1. C. de bonis, quæ liber.*

Cap. XVI. Qui, & quibus ſuccedere poſſint.

De jure communi liberi primi matrimonii, & ſecundi ſuccedunt æqualiter, exceptis ſponſalitiis largitionibus, & lucris nuptialibus, cum aliis venientibus contemplatione illius matrimonii: quia debent reſervari liberis illius matrimonii. *Franc. Marc. quæſt. 316. Bart. in Auth. itaque. C. communia de ſucceſſio.*

Cap. XVII. Quibus privetur, vel amittat maritus, &c.

Maritus, qui promittit dotem reſtituere, an privetur lucro, quod ſibi à lege, vel conſuetudine, aut ſtatuto defertur. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. Foren. quæſt. 91. libr. 2.* ¶ Maritus privatur lucro dotis, ſi propter ſuam culpam, vel negligentiam uxor moriatur. *Menoch. conſ. 256. lib. 3.* idem ſi non ſuſtinuerit onera matrimonii. *Hipp. ſing. 514.* ¶ Marito non vendicanti mortem uxoris occiſæ, aufertur portio dotis, quam debebat lucrari ex forma ſtatuti. *Bartol. in l. 15. §. cum ex part. ff. ad Senatuſconſ. Sylla. & in l. 21 ff. de his, quibus, ut indig. legat. aufer.* ¶ Maritus privatur lucro dotis eo, quod uxor reperitur noctu occiſa. *Boer. deciſ. 261.* vel ſi ipſe illam interfecerit. *Marc. de Mant. ſing. 413.* ¶ Ex matrimonio reprobato lucra nuptialia non procedunt, ſed veniunt potius confiſcanda: *Idem in donatione. l. 4. C. de inceſt. nupt.* ¶ Mulier vivens luxurioſe ante tempus luctus amittit lucrum nuptiale, ſicut amitteret, ſi tranſiſſet ad ſecunda vota intra illud tempus. *§. unum Authent. de reſtit. & ea. quæ parit.* ¶ Uxor tranſiens ad ſecundas nuptias, quando privetur proprietate donationis antenuptialis, & jura, quæ habent locum in matre ſecundo nubente, habent etiam locum in patre ſecundo nubente. *Bartol. §. 1. Authen. de non eligendo. numer. 5. & 6.* ¶ Quando titulo donationis propter nuptias datur res immobilis, quid juris, *vide Bartol. in § 1. Authen. ut immobil. bon. ante nupt.* ¶ Filii lucris nuptialibus privari non poſſunt. *Afflict. deciſ. 111. num. 12.*

Cap. XVIII. Quibus renunciaſſe: remiſiſſe dicatur, vel non.

Maritus, ſi ſtatuto permittatur occidat uxorem in adulterio deprehenſam, videtur renunciaſſe lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat; ſecus ſi illud debebatur ex forma ſtatuti, vel pacti. *Matth. Matheſ. ſing. 72.*

Vel non.

Quomodo maritus promiſit totam dotem reſtituere, non eſt locus ſtatuto deferenti lucrum dotis eidem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 58. num. 8. Natt. conſil. 108.* alias licet maritus promiſerit reſtituere dotes ſimpliciter, non cenſetur renunciaſſe lucro ſibi debito ex forma ſtatuti, quod tamen non procedit, quando ſit promiſſio verbis univerſalibus, ut ſi promittat maritus reſtituere totam dotem, *Cravet. conſil. 294. & Menoch. conſil. 256. lib. 3.* ¶ Non cenſetur etiam renunciaſſe dicto lucro, quando promiſit reſtituere hoc modo, quos florenos, puta mille (ad quos aſcendebat dos) promiſit reſtituere. *Menoch. d. conſil. 256. lib. 3. num. 25.*

Remiſiſſe dicatur.

Quando maritus promiſit reſtituere dotem ſimpliciter in omnem cauſam, & eventum reſtitutionis ipſius, ex tali promiſſione facta ſimpliciter, lucrum dotis remittere non videtur. *Dec. conſil. 196. & 402. vide Natt. conſil. 108. Tom. 1.*

Cap. XIX. Quæ valeant, vel non,

Donatio propter nuptias conſtante matrimonio, an valeat, obſtante ſtatuto, ne vir donet uxori. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 214.* ¶ Dos, & ejus augmentum confeſſa, & confeſſum animo donandi, confirmantur morte confitentis. *l. 2. C. de dot. cauſ. non numer.* ¶ Lucrum dotis, quod ex diſpoſitione ſtatuti defertur marito uxore præmortua, ſi remiſſum uxori fuerit, talis remiſſio non poteſt dici facta in fraudem creditorum mariti; ideo valet. *Dec. conſ. 260.* ¶ Donatio propter nuptias facta videtur ſpe futuri matrimonii. *Dec. conſ. 644.* ¶ Donatio facta á ſponſo ſponſæ valet, & tenet licet traditio ſit facta poſtea conſtante matrimonio, dummodo á ſponſo ante matrimonium contractum fuerit facta traditio procuratori uxoris; ſecus ſi procuratori ſponſæ. *l. 5. de donatio. inter. vir. & uxor.* ¶ Ante nuptias facta donatio inter conjuges tenet. *l. 28. ff. eod.* ¶ Pactum, quod dos, aut pars dotis non reſtituatur, valeat; ſed quid, ſi pater, vel extraneus paciſcatur, *vide Boer. deciſ. 208.* ¶ Si gener aſſocietur in tertia, vel quarta parte bonorum alicujus, cujus filiam in uxorem acceperat, portando certam pecuniam, valet conventio. *Boer. deciſ. 355. num. 2.* ¶ Pactum de lucranda certa parte dotis in caſu mortis, ſortitur ſuum effectum altero conjugum Religionem ingrediente. *Abb. conſ. 1. lib. 1.* ¶ In donatione propter nuptias valet pactum, quod ſoluto matrimonio mulier lucretur donationem ipſam. *Natt. conſil. 147.* ¶ Promiſſio ex cauſa lucrativa, an & quaodo valeat inter ſponſum, & ſponſam, quando cauſa lucrativa in matrimonii tempus confertur, *vide l. 97. §. fin. & ibid. gloſſ. ff. de verb. oblig.* ¶ Exactio, quæ ſit conſtante matrimonio, non impedit pactum de dote lucranda. *Bartol. in l. ubi Adbuc. Cod. de jure dot.* ¶ Pactum de lucranda parte dotis uxotis tranſeuntis ad ſecundas nuptias, factum in favorem ſecundi mariti, valet uſque ad illam quantitatem, & partem, de qua poteſt diſponere mulier in ſecundom maritum per l. hac edictali. *Abb. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Si dotarium conſtituatur ſponſæ in caſu, quo vir præcederet, valet talis conſtitutio, & transfertur dominium ſine traditione. *Guid. quæſt. 524.* nam donationis propter nuptias dominium ex ſolo titulo transfertur in mulierem. *Hartman. cap. 1. titul. de donat. propter nupt. Bartol. in l. traditionibus. Cod. de pactis.* & in bonis prædictis uxor cenſetur in proprietaria. *Guid. quæſt. 525.* tamen *vide ibid.* ¶ Pactum de dote, aut ejus parte lucranda valet, & tunc licet maritus dederit licentiam uxori, ut poſſit libere teſtari, tamen hæc licentia reſtringitur ad partem dotis non donatam, quam promiſit reſtituere maritus, & non ad aliam. *Boer. dec. 244. Marc. quæſt. 130. & quæſt. 131. part. 2.* & quo in caſu maritus, qui promiſit exequi teſtamentum uxoris non tenebitur in eo, quod ultra debitum ipſa reliquit. *ibidem.* ¶ Donatio facta filio in poteſtate conſtituto matrimonii contemplatione, valet. *Guid. Pap. quæſt. 145. vide Dec. conſil. 239.* ¶ Donatio inter conjuges eſt valida (etiamſi carnalis copula intervenerit) antequam ad viri domum transducatur uxor. *Marc. quæſt. 70. num 8. part. 1.* ¶ Matrimonio nullo declarato, an donationes factæ inter ſponſos teneant, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 52.* ¶ Si nullam dotem à principio mulier promiſerit, & vir nihilominus fecerit donationem propter nuptias, tunc valebit talis donatio, quia hoc in caſu illa nullam reſpicit dotem: ſecus in caſu ſupraſcripto. *Afflict. dict. deciſ. 242.* ¶ Donatio propter nuptias à principio tenet, ex quo ſequitur mulierem eſſe præferendam cæteris creditoribus. *Joan. Mohed. deciſ. 50.* verum licet bona mariti obligata ſint uxori (etiam pro donatione propter nuptias) in illis tamen, & aliis paraſernis privilegium prælationis non habet uxor ratione tacitæ hypothecæ. *Andr. Gail. obſervat. 92 num. 10. lib. 2,* uxor enim in augmento ſibi facto per virum, non præfertur creditoribus mariti. *Bartol. §. 1. Auth. de æqualit. dot. & propt. nupt. don. num. 18.* nam mulier in donatione propter nuptias licet habeat tacitam hypothecam, non tamen habet privilegium, ſicut habet in dote, & vir pro donatione propter nuptias, non habet tacitam hypothecam in bonis uxoris. *Bartol. in Authen. de privileg. mulier. baret. non præſtan.* an donatio propter nuptias habeat tacitam hypothecam *vide Jaſ. de actio. §. fuerat, num. 4.* ¶ Si vir antequam contrahat per verba de præſenti promittat dotare uxorem, cum habeat contrahere per verba de præſenti, quia uxor nobilior eſt viro, valet talis promiſſio. *Afflict. deciſ. 61. vide Bartol. in l. 4. C. de dotis promiſ.* quæ dos promiſſa per virum nobilem uxori nobili, debetur ab hæredibus viri, & ſi matrimonium fuerit ſolum contractum per verba de præſenti, non ſecuta copula carnali, neque uxor traducta in domum viri. *Afflict. ibid. num. 3.* ¶ Donatio generaliter inter futuros conjuges facta ante contractum matrimonium valet. *l. 14. ff. de Publicana*; ſecus ſi fiat poſt, niſi uxor eſſet nobilis, & vir ignobilis, nam tunc valet etiam poſt contractum matrimonium. *Afflict. d. deciſ. 61. num. 3.* & hæc donatio dicitur remuneratoria, ſed an ſit irrevocabilis, *vide Cravet. conſ. 51.* ¶ Ratio lucrorum nuptialium, & dotis datæ prætexu nobilitatis uxoris, eſt eadem. *Afflict. d. deciſ. 61. num. fin.* ¶ Donatio juris præſentandi pro una vice, quando valeat, & ſi fuerit confirmata à Papa. *vide Decium conſ. 541.*

Vel non.

Ubi principale non tenet, nec acceſſorium, & per conſequens, ubi matrimonium eſſe non poteſt, neque donatio propter nuptias. *cap. 5. ext. donat. inter vir. & uxor.* & pactum de lucranda dote non valet, ſi matrimonium non ſequatur *l. 1. C. de cond. ob cauſ.* ¶ Donatio propter nuptias facta mulieri abſenti non valet, niſi aliquo pro ipſa ſtipulante, & ſequuta ratihabitione, & non aliter. *Natt. conſil. 253.* ¶ Pactum de lucranda dote, vel patre ipſius non habet locum donatatio præmoriente donanti, late *Cravet. conſil. 70.*

Cap. XX. Quæ revocari poſſint, vel non.

Filii primi matrimonii, an admittantur ad revocandam, quando mulier dedit omnia bona ſua in dotem ſecundo viro, cum pacto de lucrando totum, *vide Bartol. Auth. de nupt. §. de optime.* ¶ Quando aliquid datur contemplatione matrimonii, non poteſt revocari favore ipſius matrimonii, in præjudicium alterius ex conjugibus,

jugibus, etiam cui non fuerat facta donatio, *vide Guid. Pap. dict. quæſt. 145.* ratio eſt, quia talis donatio, quæ facta eſt in contractu matrimonii, eſt pars dicti contractus, & conſonditur cum illo. *ibid. num. 2.* ¶ Si ſponſus donet ſponſæ pure vera eſt donatio, nec revocatur, etiamſi non ſequatur matrimonium, niſi bac mente donaverit, ut ſi non ſequatur, revocetur, *vide l. 1. ff. de donat.*

Cap. XXI. Quæ facere poſſit maritus, uxor, vel non.

Mulier non poteſt de lucro dotis viro competenti ex forma ſtatuti, vel ex pacto diſponere, in ejus præjudiciom. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 20. vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 106.* ¶ Maritus in lucro dotis, quod ſibi à ſtatuto tribuitur, dicitur habere cauſam oneroſam. *Dec. conſil. 402. num. 7.* ideo quando circa illud erraret, ei debet ſubveniri. *ibid.* ¶ Maritus, & uxor poſſunt ſacere nova pacta ab his, quæ geſta ſunt ſuper primaria dote, pro dotis augmento. *Abb. conſil. 46. lib. 1.* ¶ Uxor poteſt diſponere de rebus ſibi donatis à primo marito, in liberos ſecundi matrimonii, ubi maritus donavit in caſu, quo iterum nuberet: nam tunc videtur remiſiſſe pœnas impoſitas lege ſecundo nubentibus. *Natt. conſil 466.* ¶ Filius poteſt donare bona adventitia contemplatione matrimonii, ſeu propter nuptias, ſine patris conſenſu. *Cravet. conſil. 185.* ¶ Maritus, cui eſt conſtituta dos in bonis ſubjectis fideicommiſſo, ſi illa evincatur per fideicommiſſarium, mortua uxore ſine liberis, agit de evictione contra hæredes uxoris, quatenus aſcendit lucrum dotis ſibi debitum ex ſorma ſtatuti, quando mulier habebat alia bona, de quibus ſe dotare poterat. *conſil. 186. Cra. num. fin.* ¶ Mater non obſtante Vellejano, poteſt intercedere pro filio, in donatione propter nuptias. *Vincent. de Franc. deciſ. 182.*

Vel non.

Mulier non poteſt augere dotem, niſi maritus parì incremento augeat donationem propter nuptias. *Abb. conſ. 46. lib. 2.* ¶ Si Imperator conceſſiſſet liberam facultatem teſtandi uxori tamen ex hac facultate non infertur, quod uxor poſſit diſponere de lucro nuptiali, ad maritum ſpectante ex forma ſtatuti. *Franc. Crem. ſingul. 155.* ¶ Donare non poteſt minor bona ſua etiam ob cauſam nuptiarum. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 171. num. 47.* ¶ Mulier data certa dote viro, licet patiatur alias ſuas res adminiſtrari, non videtur illas in augmento date. *Bart. quæſt. 7.*

Cap. XXII. Ad quæ teneantur, vel non.

Si vir dotem à muliere ſolvere volente accipere recuſaverit, matrimonio ſoluto tenetur ad donationem propter nuptias, *§. illud quoque Authent. ut exactione.* ¶ Vidua ad hoc, ut poſſit babere ea, in quibus ſolum habet uſumſructum, tenetur illa petere Prætore auctore, & datis fidejuſſoribus de reſtituendo proprietatem, *Papon. lib. 16. titul. 2. arreſt. 16. Rot. Aven. d. 84. in deciſ. diverſ.* & etiam propter nuptias non poteſt minor alienare rem non alienabilem ſine decreto, *l. 8. Cod. de præd. minor.* ¶ Maritus lucrans partem dotis, an teneatur ad legata uxoris, & male illam tractans, an perdat lucra dotis, *Boer. deciſ. 244. num. 11.* ¶ Mulieri exiſtenti in infirmitata maritus tenetur ſubvenire de alimentis, medicinis, & omnibus neceſſariis, alias non poteſt, neque ex pacto, neque ex ſtatuto dotem lucrari, *Cabal. milleloq. 531. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droicts, §. 9. gloſſ. 7.* imo maritus uxori ægrotanti medium imperium adhibent, ea defuncta, lucro dotis carere debet, acſi ſuis ipſam manibus occidiſſet. *Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. num. 65. in deciſ. diverſ.* idem ſi medicum non adhibuerit, *ibid. num. 71.*

Vel non.

Maritus licet lucretur dotem, non tamen tenetur ad onera hæreditaria. *Pet. de Raven. ſingul. 292.* ¶ Licet ſtatuto caveatur, quod gabella ſolvatur pro rebus provenientibus ad aliquem ex cauſa lucrativa, non tamen maritus tenetur pro lucro dotis ſibi provenienti, quo modo. *Pet. de Raven. ſing. 831.*

Cap. XXIII. De ſtatuto: Quando habeat locum, quando valeat, vel non.

Statutum in lucris nuptialibus, an extendatur ad perſonas, & bona extra territorium ſtatuentium, vide ibidem, & ſic ad forenſes, *vide etiam Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 106.* ¶ Statutum loquens de locro muliere præmortua, habet locum in muliere ingrediente monaſterium, idem in pacto. *Natt. conſil. 282. num. 6.* ¶ Statutum, quod vir lucretur dotem, non extantibus filiis, vindicat ſibi locum, etiam extante nepote ex filia, *Bart. conſil. 133.* ¶ Statutum loquens de dote lucranda, ut habeat locum requiritur, quod qui dat dotem, poſſit de ipſa dote pleno jure diſponere, prout poteſt filia de dote, non obſtante fideicommiſſo quo à patre fuerat gravata. *Natt. conſil. 455.* ¶ Statutum, vel decretum, quod mortuo uxore nullis liberis, vel hæredibus relictis ex ipſo matrimonio maritus ſuccedat in dotem, habet locum in præjudicium filiorum primi matrimonii. *Natt. conſil. 308. vide, & conſil. 146.* ¶ Si ſtatuto caveatur, quod mulier habens maritum, & non liberos ex eo matrimonio, non poſſit ſacere ex teſtamento, vel ab inteſtato, quin maritus habeat medietatem dotis liberam, ſi mulier ſecundo nupſerit, tale ſtatutum locum habet in ſecundo marito, ſive extent liberi ex primo matrimonio, ſive non, tamen extantibus liberia primi matrimonii defalcatur lucrum ſtatuti, & reducitur ad terminos, *l. hac edictali, ſed vide Cravet. conſil. 307. Dec. conſil. 19.* ¶ Statutum (de lucranda parte dotis) loquens in civibus habet locum, licet uxor non eſſet civis, quia hæc qualitas ſolum requiritur in viro; *Jacob. Put. deciſ. 139. libr. 2.* ¶ Circa lucra nuptialia ſtatutum loqoens de muliere civi, tranſeunte ad ſecunda vota, comprehendit etiam mulierem extraneam habentem iu civitate domicilium, & tranſeuntem etiam ad tertia vota, decedentem ab inteſtato, vel facto teſtamento, filiis inſtitutis, ſed vide de his omnibus per *Rol. conſ. 72. volum. 1.* ¶ Statutum de lucranda dote, habet etiam locum, ubi non fuit expreſſe conſtituta, ſed tacite, *Menoch. conſil. 4. vol. 1.* & donatio propter nuptias ſtatim videtur conſtituta ipſo jure, cum vir dotem receperit. *Bartol. in l. ſi conſtante. num. 76. ff. ſol. matr. Clar. in ſua pract. § donatio. quæſt. 11.* ¶ Statutum loquens de dote data, an habeat locum in dote præſumpta, nempe ſi mulier nubat traditis bonis ſuis viro, nulla facta conſtitutione dotis, *Ozaſ. deciſ. 2. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 99. part. 2. Menoch. conſil. 5. & Bart. in ſuis quæſt. q. 7.* ¶ Statutum loquens de dote data habet locum etiam in dote promiſſa, *Ozaſ. dict. deciſ. 21. num. 5. Guid. Pap. quæſt. 565. Boer. deciſ. 22. num. 7. Magon. deciſ. 86. Rot. Flor. Matth. Matheſ. ſingul. 73. Bartol. in l. 14. §. ſane, C. de Sacroſanct. Eccl. & conſil. 132. Gail. obſerv. 79. libr. 2. vide Capic. deciſ. 176. num. 31. Guid. Pap. quæſt. 274. Mynſing. obſervat. 110. cent. 5.* & muliere non cognita, *Boer. d. deciſ. 39.* ¶ Statutum, vel pactum diſponens de lucro dotis, habet etiam locum in uxore deſponſata per verba de præſenti, nondum tamen cognita, neque ad domum traducta, *idem Gail. obſerv. 80 lib. 2. Boer. deciſ. 22. Mynſing. obſ. 78. cent. 9.* ubi ſcribit hanc opinionem eſſe controverſiam, & indigere deciſione Cæſarea, *Matth. Matheſ. ſing. 74. Abb. conſil. 1. lib. 1. & conſil. 79. lib. 2. Afflict. deciſ. 61. num. 4. & Bart. in l. nihil. ff. de activ. rer. amot.* ¶ Limita primo concluſionem, in minore ſeptennio ſponſata per verba

præſenti, & ad domum traducta, *Gail. d. obſerv. 80. lib. 2.* ¶ Secundo limita, ſi culpa mariti non fiat traductio, ad domum, vel matrimonium non conſummaretur per cohabitationem, & copulam, *ibid. Gail.* nam matrimonium non conſummatum culpa viri, habetur, ac conſummatum fuiſſet quoad lucrum antiphati. *Gram. deciſ. 193. num. 88.* & pactum de lucranda dote, habet locum, etiamſi matrimonium non fuerit conſummatum, *ibid. num. 89.* ¶ Tertio, in marito natura frigido, & impotente, *Gail. ibid. d. obſerv. 80.* ¶ Stante ſtatuto, quod uxore decedente ſine liberis, maritus lucretur certam partem dotis, tale ſtatutum habet etiam locum, quando conſtituitur dos de bonis ſubjectis fideicommiſſo, *Cravet. conſil. 186. D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaud. titul. de feudis, fol. 69.* ¶ An ſtatutum de dote per maritum lucranda, habeat etiam locum in jocalibus, & corredo & quid, in paraphernalibus magni valoris immobilibus, *Excell. D. Theſſaur. deciſ. 195.* & quid, ſi lucretur dos virtute conſuetudinis, *ibid. num. fin.* ¶ Statutum ſi diſponat, quod mortua uxore in matrimonio maritus lucretur dimidiam dotis, habebit locum, ſi maritus & uxor ſimul pereant, *Franc. Crem. ſing. 53. Bartol. in l. 10. §. ſi maritus, ff. de reb. dub.*

Vel non.

Quando ſtatutum expreſſe faceret mentionem de dote ſoluta, non haberet locum in promiſſa, niſi ex communi uſu loquendi dos promiſſa, pro data acciperetur, vel qui ſolvere debebat dotem fuerit in mora ſolvendi, nam his duobus caſibus, hoc ſtatutum habet etiam locum in dote promiſſa, *Gail. obſerv. 79. num. 3. libr. 2. Papon. 15. tit. 4. arreſt. 13. Cravet. pro genero. conſil. 1. num. 067. vide Jaſ. de act. in §. fuerat. num. 127.* ¶ Statutum loquens de lucro dotis, in clandeſtino matrimonio locum non habet, *Auguſt. Berom. in ſuis quæſt. q. 107.* ¶ Stante ſtatuto, quod maritus lucretur dotem uxore præcedente in matrimonio, hoc non habet locum in muliere præcedente in ſecundo matrimonio, ſuperſtitibus liberis ex primo matrimonio, quia illa dos illis debet reſervari, & tantum maritus habebit, quantum unus ex ipſis filiis. *Caſſa. in conſuet. Burgund. titul. des enfans, Rub. 6. §. 1. Excell. Præſ. Theſſa. deciſ. 183. num. 6.* tamen tale ſtatutum, vel conſuetudo deferens lucrum dotis marito, an intelligatur detracta prius per filios alterius matrimonii legitima, *Excell. Præſ. Theſſaur. deciſ. 184.* ¶ Statutum loquens in dote data, vel promiſſa, locum non habet reſpectu lucri dotis confeſſæ; quia aliud eſt dos data, vel promiſſa, & aliud dos confeſſa, *Rol. conſil. 46. vol. 4.* ¶ Statutum de lucris dotis non habet locum in matrimonio ſolvendo propter maleficium, impotentiam, aut affinitatem, licet uxor moriatur ante diſſolutionem, *Borg. deciſ. 18. num. 24. part. 2.* lucratur tamen fructus, *ibid. num. 25.* ¶ Conſuetudini de lucranda dote poteſt per pactum contraveniri, *Bart. de Capic. ſing. 56.* ¶ In lucris nuptialibus, an per ſtatutum poſſit derogari diſpoſitioni, *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. vide Mago. deciſ. 107. Rot. Flor. & ſupra titul. de pœnis ſecundo nubentium.* ¶ Per ſtatutum diſponens maritum ſupravenientem lucrari dotem, non derogatur legi hac edictali. *C. de ſecund. nupt.* marito tranſeunte ad ſecunda vota, niſi ſtatutum diſponeret, hoc procedere ſive uxor prædeceſſerit relictis liberis, ſive non. *Pap. lib. 21. tit. 2.* ¶ Marito ſecundum conſuetudinem, vel ſtatutum aliquid de dote lucrante, talis conſuetudo non habet locum extantibus liberis, ſi pater tranſeat ad ſecunda vota, *Boer. deciſ. 113. vide Mynſing. obſervat. 99. cent. 3. Dec. conſil. 577. Bartol. in l. 21. ff. de ſerv. urb. præd.* ideo tunc non habet ſolum uſumfructum. *idem Boer. deciſ. 185.* ¶ Quando ſtatutum deferens partem dotis, vel ipſam totam, videatur derogare legi hac edictali, *Cod. de ſecund. nupt. Dec. conſil, 19. 193. 283. & 295. Menoch. conſil. 4. volum. 1.*

Quando valeat.

Valet conſuetudo, vel ſtatutum, quod maritus, aut uxor certum quid p[illegible] mortem alterius lucretur. *Caſſan. ibid. §. 6 gloſſ. 1.* ¶ ſed an hæc conſuetudo habeat locum in conjuge de præſenti, copula nondum ſequuta, *Caſſ. ibid. gloſſ. 2.*

Cap. XXIV. Augmentum: Antiphatum, quid ſit.

Duplex in materia dotium eſt augmentum, unum eſt, quod fit per maritum doti ſuæ uxoris, & nihil aliud eſt, quam donatio propter nuptias. *Dominus Sola in ſuis comment. in antiquis conſtitut. Sabaud. gloſſ. 1.* ſuper prima parte decreti, *Blancha. tit. de feud fol. 69.* unde ſecundum communem uſum loquendi iſtæ donationes à maritis uxoribus ſuis factæ nuncupantur augmenta, quæ nihil aliud ſunt, quam donationes, quæ augmenta de jure communi nullo exiſtente pacto in contrarium, ſolut. matr. ad viros revertuntur, ſicut dotes ad uxores. *D. Sola in ſuis comment. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, Blancha. titul. de feudis. num. 8. fol. 69.* tamen de conſuetudine patriæ (etiam nullo exiſtente pacto) uxor per totum tempus ejus vitæ eſt uſufructuaria augmenti, vel poteſt eligere dimidiam ipſius augmenti, quæ erit perpetuo ſua, & conſuetudo hæc cum ſit generalis non indiget probatione, ſed ejus ſufficit allegatio, & judex ſupplet. *idem ibidem, num. 9.*

Cap. XXV. Quale ſit.

Augmentum dotis, ſeu donatio propter nuptias, quæ habeat privilegia, & ſpecialia, & de effectibus ex hac ſpecialitate reſultantibus. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. quæſt. 9. lib. 2.* ¶ Promiſſio conſtituendi antiphatum ita meretur executionem, ſicut expreſſa ſtipulatio, & habetur pro conſtituto. *Gram. d. deciſ. 97. num. 87.* ¶ Augmentum hoc, quod maritus uxori donat, regulatur à ſolito, & conſueto ad rationem quartæ partis dotis, nam ſi dos ſit aureorum centum, vir ex ſolito auget 25. *ibidem num. 14.* quamobrem ſi maritus hanc metam excederet dotem augendo, mulier in feudalibus non fruetur beneficio decreti, *Sol. ut ſup. num. 15.*

Cap. XXVI. Quando peti poſſit, debeatur, vel non.

Filia, quæ dote contenta, & recepta renunciavit bonis paternis, an auctis poſtea facultatibus mortuo patre poſſit petere augmentum dotis, vel legitimæ ſupplementum, *D. Gaſp. Theſſ. Forenſ. quæſt. 93. lib. 2.* ¶ Antifactum, ſeu donatio propter nuptias: loco arrharum, (quæ per prius conſtituebatur) hodie datur in detrimentum amiſſæ virginitatis, *Vincent. de Franc. deciſ. 182. num. 9.* ¶ Antiphatum non conſtitutum, nec promiſſum conſtitui, non debetur, *Grammat. deciſ. 97. num. 4.* ſed vide *Grammat. deciſ. 103. num. 124.* quod loci habetur in ipſo antiphato, etiam fingi ſtipulationem, *Boer. deciſ. 22. num. 32.*

Cap. XXVII. Quando, & eligi poſſit.

Augmenti uſusfructus ratione moræ non debet ſolvi à filiis: quia hoc eſt prohibitum de jure canonico. *Afflict. deciſ. 291. vide Capec. deciſ. 65. Gram. deciſ. 97. num. 99.* ¶ Pro ipſo augmento permittitur alienatio bonorum ſubjectorum fideicommiſſo, & licet de conſuetudine prædicta uxor poſſit eligere dimidiam partem augmenti ſine onere reſtitutionis, in feudalibus tamen decreto cavetur (uxore mortua) totum augmentum eſſe reſtituendum hæredibus mariti, niſi aliter conventione caveatur, *Sol. ut ſup. num. 12.* ¶ Dotium augmentum in pecunia conſiſtentium, non præbet uxori electionem ad uſumfructum, ſeu uſuras ipſius augmenti,

Digitized by Google

ſed ejus vita durante debet habere penes ſe dictum augmentum præſtita cautione de reſtiuendo poſt ejus mortem. *Afflict. deciſ. 291. vide tamen Capic. deciſ. 65. Gramm. deciſ. 97. num. 91.*

Cap. XXVIII. Actio: quibus competat.

Actio in rem uulis datur ad recuperandam rem propter nuptias donatam, ſoluto matrimonio licet non fuerit tradita, *Marant. in ſuo Specul. part. 4. diſtinct. 3. titul. an ſit jud. civil. vel crim. num. 20. Bart. in auth. ſive à me. C. ad Senatusconſult. Vellejan.* ¶ Dote uxoris publicata, ſi maritus aliquid ex pacto lucretur, qualiter agat contra fiſcum, vel excipiat, *vide Bartol. in l. 3. ff. de bon. damn. num. 3.*

Cap. XXIX. Miſcellanea.

Quæ pœnæ circa lucrum nuptiale hodie per jus canonicum ſint ſublatæ, & quæ non, quando mulier tranſit ad ſecunda vota intra annum, vel poſt, *vide ſupra titul. de pœnis ſecundo nub.* ¶ Lucrum onerofum, non lucrativum dicitur, locrum dotis à ſtatuto conceſſum, præmoriente uxore viro, *Matheſ. ſingul. 72. in addit.* ¶ Vir reputator indignus, ſi probetur, quod ante teſtamentum verberaverit uxorem. *Bartol. in l. 3. num. 16. ff. ſi quis aliquis teſtari probib.* ¶ Conſummatum intelligitur matrimonium ex concubitu, licet vere non fuerit uxor cognita. *Boer. deciſ. 22. num. 36.*

TITULUS CCCCLIII.

De donationibus inter virum & uxorem.

Generalia.

DE ornamentis per ſponſum ſponſæ donatis ante, vel poſt matrimonium, *vide ſupra tit. prox. præced. DD. de Rot. deciſ. 1. de donat. inter vir. & uxor. in antiq. Bartol. in l. 5. ff. commod.* ¶ De donatione facta inter conjuges ex cauſa remunerationis, *vide per Clar. in ſua Pract. §. donatio. quæſt. 9. Dec. conſil. 232. Natt. conſil. 674. numer. 10.*

Cap. I. Dos: donatio. Qualis ſit.

Donatio facta viro per uxorem habet in ſe conditionem, ſi vir erit ſuperſtes poſt mortem uxoris: alias ſi uxor remaneat poſt mortem viri, donatio reſolvitur, *Gramm. deciſ. 103. num. 72. Cravet. conſ. 70.*

Cap. II. Quæ requirantur.

In hac donatione qualiter benemerita debeant in ſpecie deſcribi, & probari, *vide Menoch. conſil. 112. libr. 2.* ¶ Ad donationem cauſa mortis inter virum & uxorem ſufficit mortis cogitatio. *leg. pen. ff. de donat. cauſ. mort.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur: probetur.

Mulier, quæ viro donaverit omnes acquiſitiones præſentes, & futuras, an intelligatur de factis conſtante illo matrimonio; *vide Boer. deciſ. 203.* ¶ Donatio cum inter virum, & uxorem eſt facta, & ambo deceſſerunt, & non apparet quis primo deceſſerit, quis debeat probare, quod donans primo deceſſerit, *vide Bartol. in l. 9. ff. de reb. dub.*

Cap. IV. Quæ veniant, vel non.

Quando fit pactum in contractu matrimonii reciprocæ donationis medietatis omnium boorum, ita quod omnia bona remaneant ſupervenienti, & liberis mariti natis, & naſcituris, an in dicto pacto veniant omnia bona, & debeant dividi æquis portionibus, inter uxorem ſupervenientem, & dictos liberos pro medietate, *vide Marc. quæſt. 130. part. 2.* ¶ Donatio facta per virum uxori, non venit in reſtitutione fideicommiſſi. *Bartol. in l. 70. de leg. 2.* ¶ Donatio, quæ morte confirmatur, non venit in fideicommiſſum, *Bart. in l. 3. §. quidam. ff. ad Trebellian. num. 4.*

Cap. V. Quæ dicantur donata.

Quæ dantur uxori, videntur data contemplatione mariti, & ipſius uxoris, ideo efficiuntur communia. *Bart. conſil. 10. vol. 2.* ¶ Donatum conſanguineo in dubio cenſetur donatum reſpectu conſanguinitatis, non reſpectu remunerationis. *Lud. Rom. ſing. 651.*

Cap. VI. Quæ præſumantur, vel non.

Uxor donans viro ob nimiam reverentiam, & ſubornationem, contra ejus voluntatem præſumitur donaſſe, ut legatum corruat. *Afflict. deciſ. 69.* ¶ An vidua præſumatur acquirere de bonis filiorum, *vide Mynſing. obſerv. 92. cent. 2. Magon. deciſ. 43. Rot. Flor.* ¶ Maritus emens fundum pro ſoa uxore abſente, ſi confiteatur ſolvere de pecunia uxoris, præſumitur donare, quod eſt prohibitum, niſi veriſimiliter appareat aliunde, quod uxor potuit habere pecuniam. *Capic. deciſ. 203. numer. 18.* ¶ Uxor poſſidens cum marito præſumitur jure familiaritatis poſſidere, *Ozaſ. deciſ. 140. num. 5. & lex quoties. ff. de donat. inter vir. & uxor.* limitatur & declaratur. *ibid. num. fin.* ¶ Si mulier conſtante matrimonio aliquid acquiſiverit, an præſumatur de bonis viri acquiſiviſſe, *vide Boer. deciſ. 81. DD. de Rot. deciſ. 1. de donat. int. vir. & uxor. in antiquio. Mynſing. obſerv. 96. cent. 2. Cravet. conſil. 61. & 81. & Dec. conſ. 237. num. 8.* ¶ Uxor vendens prædium cum marito, præſumitur adhibita pro forma, & totum pretium ad maritum perveniſſe *Ozaſ. deciſ. 140. vide ſupra lib. 1. tit. de præſumptio.* ¶ Donatio facta viro, quam uxori. *Dec. conſ. 286.*

Vel non.

Non præſumitur donatio in confeſſione facta conſtante matrimonio per maritum ſecundo nubentem, de parte dotis ſecundæ uxoris recognitæ ante matrimonium, ſed quid, quando non præceſſit recognitio ante matrimonium, vel dos fuerit tota confeſſa illa conſtante, aut renunciatum fuerit exceptioni non numeratæ dotis, *vide Cravet. conſil. 40.* ¶ Donatio inter perſonas prohibitas non præſumitur, *Ozaſ. deciſ. 132. numer. 14.*

Cap. VII. Quæ, quibus acquirantur.

Maritus emens de pecunia donata uxori, illi acquirit, *Ozaſ. deciſ. 140.* ¶ Quod dicitur uxorem præſumi acquirere de bonis viri quicquid acquirit, & ad virum pertinere, intelligitor in dubio: ſecus quando conſtat aliquid acquiſiviſſe ex induſtria, & opera artificiali ipſius; quia tunc tale lucrum ad mulierem, & ejus hæredem pertinet. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 28. vide DD. de Rot. deciſ. 1. de donat. int. vir. & uxor. in antiquio.* ¶ Marito actio quæritur ex contractu, in quo uxoris nomen accommodatur. *Franc. Marc. quæſt. 46.*

Cap. VIII. Quæ fieri poſſint inter virum, & uxorem.

Contractus omnis ex quo dotis conditio fit melior, & vir non efficitur pauperior inter virum, & uxorem eſt licitus, *Bart. in l. 25. num. 96. ff. ſolut. matrim.* ¶ Prohibitus donare, an poſſit confiteri in alio contractu, *vide Creſcen. deciſ. 2. alias 198. titul. de confeſſis.* ¶ Dotem mulier poteſt cum viro permutare, ſi id ſibi ſit utile, *Bartol. de Capic. ſing. 74.*

Cap. IX. Quæ prohibita ſint inter virum & uxorem, vel non.

Quando donatio inter virum & uxorem eſt prohibita, non poteſt uxor donare filiis, & filiabus mariti ex alia uxore. *Joan. Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ Donatio inter virum, & uxorem regulariter eſt prohibita, adeo quod lata ſententia abſolutoris pro uxore, cui vir (cum poſſet) non oppoſuit, non impedit ſoluti repetitionem. *Ludov. Rom. ſingul. 411.* ¶ Donatio inter virum & uxorem eſt prohibita à lege, & ex ea non oritur obligatio

civilis,

civilis, vel naturalis, nec fidejuſſor ei accedit. *Bartol. in l. 2. §. ſi viro. ff. de donatio.* ¶ Prohibitio donationis inter conjuges accommodatur, etiam ad remiſſionem juris, quando ex illa conjunx, cui remittitur fieret locupletior, & remittens pauperior. *Harem. cap. 4 tit. de donat. lib. 4.*

Vel non.

Licet inter conjuges ſit prohibita donatio; tamen non cenſetur prohibita recompenſatio. *idem Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 6.* ¶ Licet donatio inter virum, & uxorem ſit prohibita, etiam ante perfectum matrimonium, quando confertur in tempus contracti matrimonii, tamen iſtud non procedit, quando ſit talis donatio ex cauſa remunerationis, puta quando mulier annoſa donat viro juveni, ſed iſtud ultimum non eſt ſimpliciter intelligendum, ſed cum diſtinctione, de qua per *Cuvet. conſil. 51. vide Bartol. in leg. 21. ff. de verb. obligat.*

Cap. X. Quæ ſint uxoris, vel non.

Res empta per uxorem erit ipſius uxoris, & non viri, licet præſumatur empta de bonis viri, & teneatur uxor viro ad pretium. *Bartol. in l. 3. C. de fid. inſtrum. & jure haſt. fiſc. lib. 10. vide ſupra titul. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Jocale, & annuli donati ſponſæ ante contractum matrimonium efficiuntur ſponſæ, & non poſſunt repeti ab hæredibus viri; ſecus ſi ſint donati uxori. *Natt. conſil. 317.* ¶ Donata per conſanguineos uxori donaſſe; ut ei acquirerentur, alias ſecus. *Rol. conſil. 10. num. 8.* ¶ Veſtimenta ad uſum mulieris facta, & etiam ejus cura, non ſunt uxoris: ſed viri. *l. 32. in priu. & §. ſi vir. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Cap. XI. Quæ ſint reſtituenda hæredibus, non ſint donata, vel non.

Jocalia, veſtes & ornamenta donata ab uxore marito, & econtra pretioſa, & feſtiva reſtituuntur. *Borg. Caval. deciſ. 18. de contract. part. 2. Andr. Gail. obſerv. 91. lib. 2.* alia non. *Rot. Avenio. deciſ. 105. in deciſ. diverſ. vide Clar. in ſua Pract. §. donatio. quæſt. 10. Menoch. de arbit. libr. 2. caſ. 218. in conſuetud. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. gloſſ. 7. titul. 16. & titul. des enfans. Rub. 6. §. 2. gloſſ. 4. Natt. conſil. 147. Tom. 1. Rol. conſ. 10. vol. 1. Bartol. in l. 80. §. dos legata. ff. ad leg. Falc. & in conſil. 50. vol. 1. & conſil. 80. vol. 2. & 86.* ¶ Jocalia, & ornamenta facta à conſanguineis viri ſponſæ, dicuntur facta viri contemplation, & econtra, ideo de illis judicatur, ut de donatis per virum. *Borg. deciſ. 18. part. 2. num. 21.* & illi acquiruntur. *Capel. Thol. quæſt. 337. DD. de Rota deciſ. 1 donat. int. vir. & uxor.* ¶ Donamenta, & jocalia præſumuntur extare, & qui dicit conſumpta debet probare, tamen quando reſtituuntur, poſſunt reſtitui, talia qualia reperiuntur, niſi ſint data æſtimata. *Borg. d. deciſ. 18. num. 22.* ¶ De fructibus bonorum uxoris per maritum adminiſtratorum extra cauſam dotis, & quando ejus hæres teneatur uxori ad reſtitutionem ipſorum fructuum ſeu ad eorum æſtimationem, *Afflict. deciſ. 44. Gnum. deciſ. 103. Guid. Pap. quæſt. 486. Marc. quæſt. 507. Cuoet. conſil. 193. n. 35. Natt. conſil. 75. Tom. 1. Bartol. in l. 94. ff. ad l. Falc. & conſil. 185. vol. 1.*

Cap. XII. Qui effectus producantur.

An ſtetur confeſſioni, & aſſertioni juratæ ſuper meritis, *Guid. Pap. ſing. 377. & 395. Hippol. ſingul. 610.* ¶ Pactum factum inter conjuges de lucranda dote in eventum mortis uxoris, non ſortitur ſuum effectum, ſi uxor commiſerit grave delictum, propter quod etiam poſſet ferri ſententia poſt mortem, tunc enim dos pervenire debet ad fiſcum. *Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des droicts. §. 6. gloſſ. 6. num. 9.* ¶ Donatio bonorum mortis cauſa uxori à marito facta, fiſcum ab his petendis in eventum etiam proſcriptionis perſonæ mariti, & rerum arctat, ſi modo ad plenam, & integram traditionem perventum ſit. *Hippol. ſing. 316.*

Cap. XIII. Quibus modis valeat donatio, pactum contractus, vel non.

Donatio inter virum, & uxorem reciproca, vel remuneratoria ſuſtinetur, quæ alias regulariter prohibetur. *Ozaſch. deciſ. Pedem. 100. vide Franc. Marc. quæſt. 22. part. 2. Gaſp. Cabal. milleloq. 499. Andr. Gail. obſerv. 40. lib. 2. Abb. conſil. 18. lib. 1. Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 31. 35. 36. & 40. Boer. conſil. 51. Cuvet. conſil. 45. Dec. conſ. 202. & conſil. 232. Guid. Pap. ſing. 878. Hippol. ſingul. 50. Ludov. Roman. ſingul. 820. Bartol. in l. 27. ff. ad l. Falc.* fallit in tribus caſibus de quibus per *Marc. de Mant. ſingul. 555.* fallit etiam, ſi fiat ex intervallo. *Rom. ſingul. 820. Harem. cap. 1. tit. de donat. lib. 2.* ¶ Valet donatio inter futuros conjuges facta inter contractum matrimonium, non autem poſt, niſi vir ſit ignobilis, vel ſenis, & uxor nobilis, vel juvenis, nam tunc valet etiam poſt contractum matrimonium. *Afflict. deciſ. 61. Gaſpar. Cabal. milleloq. 470. Andr. Gail. obſerv. 40. lib. 2. vide ſupra tit. prox.* ¶ Donatio mulieris facta marito, ut dos filiæ communi conſtituatur, valet. *Ludov. Rom. ſing. 821. Franc. Crem. ſing. 4. & Pet. de Rav. ſing. 146.* ¶ Donatio facta per uxorem viro de dote, patre ipſius filiæ præmortuæ adhuc vivento, quando valeat, etiam ipſo patre excluſo ab uſufructu, *Cuvet. conſ. 84. & conſ. 92.* ¶ Donatio facta contemplatione matrimonii relata in finem dierum, cum juramento de non contraveniendo, mortis cauſa facta non cenſetur, ſed inter vivos, & valet. *Marc. quæſt. 850. & quæſt. 851.* ¶ Donatio inter virum & uxorem cauſa mortis valet. *Mynſing. obſerv. 33. cent. 2. Andr. Gail. obſerv. 91. lib 2. Abb. conſil. 18. lib. 1. Harem. cap. 3. titul. de donationibus lib. 2.* ¶ Ut ſaltem confirmetur morte donantis, interveniente traditione vera, vel ficta, puta per conſtitutum. *Clar. in ſua Pract. §. donat. quæſt. 9 & Dec. conſ. 202. num. 7.* ¶ Donatio uſusfructus facta inter vivos, inter conjuges quando valeat. *Bart. in §. ſi vero ſolum, Auth. de nupt.* ¶ Donatio facta ante matrimonium inter ſponſos do futuro, valet. *tit. des droicts. §. 7. gloſſ. 8.* ¶ Donatio inter virum & uxorem valet, quando datur aliquid annuum pro alimentis, & quando aliis caſibus valeat. *Franc. Marc. quæſt. 330. n. 3.*

Vel non.

Donatio reciproca inter conjuges omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet, etiamſi fuerit jurata, ſi nihil ſibi reſervaverint cauſa teſtandi, *vide Boer. deciſ. 353. & deciſ. 355.* & an poſſit revocari. *vide ibid.* ¶ Hæc donatio, ut valeat, non debet claudicare. *Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 34.* ¶ Licet juramentum validet donationem inter conjuges; tamen ſtatuto poteſt decerni quod non valet. *Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des droicts. §. 7. gl. 15.* ¶ Donatio inter virum & uxorem non valet, niſi in caſibus, *de quibus in c. fin. ext. de don. int. vir. & uxor. & ib. gl.* ¶ Donatio facta inter perſonas prohibitas propter benemerita non valet, niſi ipſis meritis probatis. *Pap. lib. 11. tit. 1. arr. 14. Nat. conſ. 295. n. 3.* ¶ Donatio facta à marito minore uxori, ſuæ minori (etiam cum juramento) contra formam juris, & ſtatutorum non valet, nec confirmatur morte donantis. *Borg. Caval. deciſ. 1. de contr. Dec. conſil. 232. num. 3.* ¶ Donatio facta per virum ſecundo nubentem uxori, vel econtra ultra formam à jure traditam non valet, licet fuerit renunciatum legi contrarium diſponenti. *Bart. in §. optime vero Auth. de nup.* ¶ Maritus mandans donare volenti cauſa mortis, quod donet uxori ſuæ, intelligitur illud uxori donare, unde donatio eſt nulla, ſecus eſt ſi mandet ei legare volenti, ut uxori leget. *idem Rom. ſingul. 690.* ¶ Donatio facta à viro uxori, per quam ipſe efficitur pauperior, non valet. *Afflict. ibid.*

Pactum, contractus, vel non.

Pactum, quod dos, aut pars dotis non reſtituitur, valet de conſuetudine. *Boer. deciſ. 208.* ¶ Contractus omnes inter virum & uxorem ſunt permiſſi (excepta donatione) ideo valent contractus emptionis, & venditionis, ſocietatis & ſimilium. *Marc. quæſt. 507. vide Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des droicts, §. 7. gloſſ. 7.* ¶ Pactum inter conjuges factum, ut uno ex conjugibus præmortuo ſine liberis ſuperſtes ſuccedat, valet, quia donatio eſt reciproca. *Mynſing. obſerv. 33. cent. 2. & Andr. Gail. obſerv. 126. lib. 2.*

Vel non.

Juramentum aſſertorium non validat confeſſionem conſtante matrimonio factam, quia videtur facta in fraudem donationis, ſecus in juramento promiſſorio de non contraveniendo. *Cravet. conſil. 11. Dec. conſil. 202.* ¶ Quando fit donatio cauſa mortis uxori bonorum præſentium & futurorum cum juramento, & cum pacto de non revocando dictam donationem, tale pactum non valet, quia fecit tranſire donationem cauſa mortis in donationem inter vivos, ideo rejicitur, & remanet donatio cauſa mortis. *Afflict. deciſ. 338. num. 6.*

Cap. XIV. Quæ confirmentur, vel non.

Inter virum & uxorem, an confirmetur clauſula habens vim juramenti. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 154.* ¶ Donatio facta per virum uxori conſtante matrimonio, morte confirmatur. *Afflict deciſ. 359. num. 7.* ſi traditio intervenerit & non aliter. *gloſſ. in 2. C. de dot. caut. nov. num. Hartman. cap. 3. titul. de donationibus lib. 2. Marc. quæſt. 330. Mynſing. obſerv. 33. cent. 2. Andr. Gail. obſerv. 91. lib. 2.* vere, vel fide. *Bartol. in l. 2. Cod. de dote cauta.* ¶ Quod procedit ſi non appareat de expreſſa, vel tacita revocatione, quia ſi appareret, etiam mors nullam induceret confirmationem. *Gail. d. obſerv. 91. lib. 2.* ideo ſi poſt donationem maritus rem donatam obligaverit ſpecialiter, morte non confirmatur donatio: ſecus ſi illam ſolum obligaverit generaliter. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de conſt. red. gloſſ. 14. num. 6. Bartol. in l. 18. ff. de admin. legat.* ¶ Confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio, confirmatur morte mariti: ſicut confirmantur aliæ donationes inter virum & uxorem, & retrotrahitur ad tempus confeſſionis, vel factæ donationis, quod intellige reſpectu fructuum, non reſpectu proprietatis. *Joſeph. Ludov deciſ. Peruſ. 66. part. 2.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, an confirmetur juramento. *Bartol. in l. 11. §. item ſi. ff. de jurejur.* ¶ Confirmatio donationis factæ per virum uxori, quæ fit expreſſe per legatum, quando habeat vim legati, vel fideicommiſſi, *Bart. in l. 112. de leg. 1.* ¶ Donatio inter virum & uxorem firmatur juramento; tamen hoc procedit quantum ad removendam prohibitionem iuris, ſecundum quod donatio inter virum & uxorem eſt prohibita. *Gram. d. deciſ. 103. numer. 73. Guid. Pap. quæſt. 100. Boer. deciſ. 92. Capel. Thol. quæſt. 162. And. Gail. obſerv. 40. lib. 2. Hartm. cap. 3. titul. de donat. lib. 2. Clar. in ſua Pract. §. donat. quæſt 9. Dec. conſ. 202. & 232. Roland. conſil. 8 vol. 1. & conſil. 70. volum. 2. vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 32.* ubi Regula limitatur pluribus in caſibus, habet tamen hæc donatio juratam tacitam conditionem, ſi uxor donataria ſupervivat. *Dec. conſil. 240. 536 & 659. vide tamen Cravet. conſ. 102. Bartol. in l. 57. ff. de fidejuſſ & mandat. Felin. conſil. 30. Abb conſ. 95. lib 2. Excell. P. Theſſaur. deciſ. 32. Borgenſ. deciſ. 18. num. 20. de contract. part. 2.* ſed an, & quando ab hoc juramento concedatur abſolutio, *vide Guid. Pap. quæſt. 224.* circa medium, prædicta procedunt in juramento promiſſorio; ſecus in aſſertorio. *Natt. conſil. 28.* ¶ Donatio facta à viro uxori, vel econtra, licet confirmetur ſequuta morte donantis, non tamen hæc confirmatio trahitur retro ad tempus factæ donationis reſpectu dominii; ſecus reſpectu fructuum perceptorum. *Bartol. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucapio.* ¶ Donatio cauſa mortis facta uxori, ſi confirmetur morte donantis, trahitur retro ad diem donationis. *l. 40. ff. de donat. cauſ. mor.* ¶ Ad confirmationem donationis ſufficit conjugem donantem donatario non ſupervixiſſe. *l. 9. ff. de reb. dub.*

Vel non.

Rei donatæ inter conjuges non transfertur dominium nec confirmatur donatio, ſequuto divortio, vel ſi prius donatarius moriatur, aut ſi fuerit revocata. *l. 18. Cod. de donat. inter vir. & uxor.* etiam appoſito juramento. *ibid. in addit.* ¶ Donatio facta ob bene merita, non confirmatur morte donantis conjugis, *Franc. Crem. ſing. 138.* ¶ In marito, & uxore putativis, donatio non confirmatur morte. *Pet. de Rav. ſing. 143.*

Cap. XV. Quibus modis vitietur: revocetur, vel non.

Donatio ante facta non irritatur, licet matrimonium inter donatorem, & donantem poſtea ſequatur, *leg. 6. de contrahend empt.* ¶ Donatio facta inter conjuges, an revocetur ſententia condemnatoria contra donantem ſequuta, *Bartol. in l. 15. ff. donat. num. 11.*

Cap. XVI. Uxor: maritus: Quæ facere poſſint, ad quæ teneantur, vel non.

Uxor de bonis viri nihil diſponere poteſt, etiam durante conjugio, adeo ut de bonis ipſius eleemoſinam facere non poteſt, etiamſi illa ſint bona dotalia, nec maritus in vita uxoris de bonis ipſius ultra dotem aliquid diſponere poteſt. *Abb. quæſt. 3. numero 10.* ¶ Mulier non tenetur compenſare cum dote id, quod ſibi vir donavit, niſi in quantum ſit facta locupletior. *Bart. in §. dotes, Authent. de nupt.* ¶ Si uxor fecerit donationem viro de commodo alicujus ſocietatis hac conditione, ut vir teneatur ſolvere debita ipſius ſocietatis, ex cauſa contenta in duobus inſtrumentis, vir tenebitur etiam ad debita contenta in apochis, quæ ante inſtrumentum fuerant factæ ex eadem tamen cauſa *Cravet. conſil. 245.* ¶ Vir & uxor in contractu matrimonii poſſunt facere, & contrahere; quod ſi unus ab humanis decedat ſine liberis, bona perveniant ad ſuperſtitem. *in conſuetud. Burgund. titul. des droicts. §. 7 gl. 6.* ¶ Uxor conſtante matrimonio emens rem nomine proprio, poteſt poſtea illam remittere marito, & fateri illam emiſſe de bonis ipſius mariti. *Cravet. conſil. 81.* ¶ Poteſt maritus ſe obligare uxori ad pœnam, ſi tenuerit concubinam. *leg. 121. §. mulier. ff. de verb. obligat.*

Vel non.

Si vir acceperit expromiſſorem ſcienter non idoneum cauſa donandi uxori, non obligatur niſi in eo, in quo erat promiſſori idoneus tempore promiſſionis niſi poſtea efficeretur idoneus. *leg. 54. ff. de jure dot.* ¶ Proventus rerum paraphernalium maritus poteſt convertere in uſus communes. *Bartol. in l. 2. C. de pactis conventis.* ¶ Tranſiens ad ſecunda vota non poteſt relinquere conjugi plus, quam relinquat uni filiorum primi matrimonii, cui minus reliquit, & ultra relictum revocatur. *§. optime Auth. de nup. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium.* ¶ Uxor non poteſt per ſe, nec per aliam perſonam donare marito. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 459. num. 30.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Statutum prohibens maritum relinquere uxori in ultima voluntate, habet locum etiam in donatione cauſa mortis, & ita pronunciavit Senatus Mediol. ut te-

ſtatur

ſtatur *Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 18. num. 3.* ¶ Res, quæ donatur contracto matrimonio per verba de præſenti, an tranſmittatur, *Afflict. deciſ. 315. num. 8.*

TITULUS CCCCLIV.

De dotis promiſſione, & nuda pollicitatione.

Cap. I. Quibus modis intelligatur: probetur.

CONſtituta certa dote, & promiſſa, & ſimul omne id, & quicquid de pluri, ad pecuniam & quantitatem declarandam, & arbitrandam per Jacobum, cui declarationi partes promiſerunt ſtare, ipſo mortuo nullà facta declaratione, pro illa recurrendum eſt ad arbitrium boni viri. *Menoch. conſ. 83. volum. 1.* ¶ Dote promiſſa à curatore curatorio nomine, ultra vires patrimonii puellæ, quid juris, *leg. 44. ff. de admin. & pecul. tutor.* ¶ Quando pater curator filiæ, promittit dotem, videtur promittere, ut pater, non ut curator. *l. 5. §. fin. ff. de jure dot.* ¶ In promiſſione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur. *l. 4. §. Lucius. ff. de pact.* ¶ Matrimonium probari debet, quando agitur ad dotem. *Franc. Marc. quæſt. 70. part. 2.* ¶ Verba enunciativa favore dotis inducunt plenariam probationem, niſi inter tertios proferantur; quia tunc ſolum ſemiplenam inducunt. *Ludov. Rom. ſing. 540.*

Cap. II. Quæ præſumantur.

Pater, & mater, ubi ſimul pro filia dotem promittunt mater præſumitur magis intercedendi animo pro marito promittere, quam ut de ſuo aliquid præſtare velit. *Ozaſ. deciſ. 44. num. 7. Cravet. conſil. 77. Roland. conſil. 65. vol. 1. num. 6.* niſi non eſſet ſolvendo tempore dotis conſtitutæ. *Cravet. d. conſ. 77. Roland. d. conſ. 64.* ¶ Ubi apparet de promiſſione uſurarum, præſumitur promiſſio dotis præceſſiſſe, *Bal. d. ſing. 22.*

Cap. III. Quando retineri, conſtitui poſſit, &c.

Dos promiſſa tantum, non poteſt propter ingratitudinem retineri, neque ſoluta revocari. *Boer. deciſ. 27.* ¶ Inductus dolo mulieris ad dotem promittendam, non habet exceptionem doli contra maritum petentem. *l. 5. ff. de do. mali except.* ¶ Dos an conſtituatur nudo pacto. *Bartol. in l. 1. num. 10. ff. ſolut. matrim.* ¶ Dos bis promiſſa, nempe primo, & ſecundo marito, ſemel tantum debet ſolvi. *Papon. lib. 13. tom. 4. arreſt. 4. Menoch. conſ. 370. l. 4. Guid. Pap. ſing. 282.* & ſi plus pater promiſit, cenſetur promiſiſſe de bonis relictis ipſi filiæ per primum virum. *Menoch. conſil. 370. lib. 4.*

Cap. IV. Qui ſint effectus promiſſionis, vel non.

Promiſſio conſtituendi dotem habet eundem effectum ac ſi eſſet conſtituta. *Afflict. deciſ. 61.* ideo promiſſio ſolum conſtituendi dotem operatur, ſi dos conſtituta eſſet, ad evitandum circuitum; non tamen videtur promiſſum intereſſe. *Grammat. deciſ. 109. num. 18. & 191.*

Cap. V. Quibus modis valeat.

Si à principio fuit data dos, & ex intervallo fuit cum juramento promiſſum per virum illum reſtituere extraneo qui cauſa ſolvit, an hujusmodi promiſſio valeat in præjudicium uxoris, & ejus hæredum, *Corneus conſil. 285. volum. 4.* ¶ Fidejuſſio, ſeu promiſſio de dote reſtituenda cum juramento facta per tertium qui ſe, ut principalis obligavit, an teneat contra tit. *C. ne fidejuſſ. dot. den. Corneus conſ. 287. vol. 4.* ¶ Maritus futurus promittens uxorem dotare antequam contrahat per verba de præſenti, quia uxor nobilior eſt viro, valet talis promiſſio. *Afflict. deciſ. 61. numer. 3.* ¶ Quando valet pactum de ſolvenda uſura pro dote promiſſa, & nondum ſoluta, *vide Capic. deciſ. 65.*

Cap. VI. Actio cui competat.

Actio de dote conſequenda, mortuo viro competit uxori, cui non fuit promiſſa dos ſolvi, ſed viro *Jo. Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 3.* tamen ab abundantem cautelam mulier procurare debet ab hæredibus viri, ut ſibi cedant actiones contra patrem. *Guid. Pap. quæſt 375. Vincent. de Franc. deciſ. 33. num. 12.* ¶ Si filius habitet ſeorſum à patre, an ipſi patri competat actio ad dotis reſiduum. *deciſ. 261. lib. 3. deciſ. 339. & 343.* ¶ Hypotheca tacita competit etiam viro, pro dote habenda. *Bartol. in l. 25. num. 77. ff. ſolut. matrim.* ¶ Socero ex utraque parte, & mulieri promittentibus dotem, datur beneficium, ut non conveniantur, niſi in quantum facere poſſunt, deducto ne egeant. *l. 16. §. fin. & l. 17. & 18. ff. ſolut. matrim. & l. 17. & ibid. gloſſ. ff. de re judic.*

Cap. VII. Maritus, uxor: Quæ facere poſſit.

Maritus, qui promiſit pecunias dotales convertere in tot. bona ſtabilia, poteſt pecunias exigere, quando ipſe maritus relocaret uxorem in tot ſuis bonis ſtabilibus. *Joſeph. Ludov. deciſ. 21. num. 9.* ¶ Si pater primo dotat promittendo, poſtea legat videtur pro dote legare. *l. 86. §. cum pater de legat. 1.* ¶ Mulier promittens dotem, Vellejano non juvatur. *l. 11. C. de ad Senatuſconſ. Vellejan.*

Cap. VIII. Ad quæ teneatur.

Vir agens pro dote non omnino excluditur ex eo, quod vergat ad inopiam, nec præciſe cogitur ſatisdare ultra propriam facoltatem, ſed dos ſibi aſſignatur ſub cautione, vel deponitur apud mercatorem, ut de honeſto lucro ſuſtineat onera matrimonii. *cap. 7. extra de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Mortua filia relictis liberis, parte dotis promiſſæ adhuc non ſoluta, an pater dotans, & ſuperſtes, poſſit compelli ad ſolvendum illam partem dotis non ſolutæ, *Menoch. conſil. 238. lib. 3.* ¶ Mediator, qui fecit matrimonium, & convenit de dote, ac illam promiſit, non tenetur de ſuo ſolvere, ſed poteſt de bonis uxoris, vel ejus patris ſolvere, & ita præſumitur promiſiſſe. *Borg. Caval. deciſ. 5. de contract.* ¶ Dotem promittens, quando inſolidum teneatur, & quando deducto, ne egeat, ſive ſit pater, ſive ſit extraneus. *Bart. ſing. 26.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Stipulationi propter inopiam, quando locus non ſit ut non detur inſtrumenti executio, *Put. deciſ 356. lib. 3. 363. & 364.* ¶ Licet regulariter in alternativa ſumma electio ſit debitoris; tamen hoc fallit in cauſa dotis, favore ipſius. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 95.*

TITULUS CCCCLV.

Ne fidejuſſores, vel mandatores pro dote dentur.

REgulariter fidejuſſores pro dote conſervanda, vel reſtituenda non dantur; fallit, quando mulier ſcienter, ac prudens contraxit matrimonium non datur repetitio dotis, poterit mulier exigere à viro cautione de dote conſervanda, & reſtituenda. *Andr. Gail. obſerv. 84. libr. 2.* Alia eſt limitatio, quando quis principaliter obligat ſe una cum marito tanquam correus, ad reſtitutionem dotis. *Gail. ibid. num. 11. Petr. de Raven. ſing. 606. Bartol. in §. quoque Authent. de nupt. & in l. 3. Cod. de dote caut. non numer.* ¶ Licet pro dote reſtituenda non poſſint dari fidejuſſores, tamen pro dote ſolvenda poſſunt dari. *Guid. Pap. ſingul. 485. Bart, in d. §. quoque.* ¶ Fidejuſſio præſtita de dote conſervanda, an firmetur juramento, *Bart. in l. 57. num. 9 ff. de fidejuſſ. & mandato.*

Guid. Pap. quæſt. 350. tenet partem negativam. *Joſeph. Ludov. deciſ. 57. Peruſ.* tenet affirmativam, quod tali juri prohibitivo non poſſit renunciari, *ſcribit Bartol. in d. l. 57. ff. de fidejuſſ.* ¶ Pignora, & fidejuſſores pro dote reddenda. *Bartol. in l. 45. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ An, & quando poſſit dari fidejuſſor pro dote, *Bart. in l. 24. ff. de re judicat.*

TITULUS CCCCLVI.

De jure dotium in genere.

Generalia.

De dote cauta non numerata, *vide in lib. 1.*

Cap. I. Dos: Donatio. Quid ſit.

Dos ex parte patris, & mariti dicitur titulus oneroſus, ſed ex parte filiæ, aut uxoris, titulus lucrativus. *Jaſ. de actio. in §. item ſi quis in fraudem. num. 52.* ¶ Dos titulus lucrativus non eſt. *l. 9. §. ſi quis. & ibid. gloſſ. ff. de condict. ob cauſ. vide l. 25. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraudem. creditorum. & l. 18. ff. de act. & obl.* ¶ Dos eſt quid univerſale. *Bart. in l. 8. §. obl. ff. ſol. matr.* ¶ Dos dicitur patrimonium mulieris, & dotis capitale non poteſt minuere maritus in uxoris præjudicium. *Joſeph. Lud. deciſ. 21. Luc. num. 56.*

Cap. II. Quæ dicantur dotalia, vel non.

Dos licet ſit data ſocero, ſi ille permittat filio percipere fructus, intelliguntur donati, etiamſi ſocer ſuſtineat onera matrimonii. *Petr. de Raven. ſingul. 160.* ¶ Fundus datus loco quantitatis debitæ pro dote, dotalis eſt. *Ozaſ. deciſ. 21. num. 7.* ¶ Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſic ad ejus utilitatem, *Gaſp. Cabal. milleloq. 542.* ¶ Prædium in dotem conſtitutum non dicitur dotale, niſi tradita poſſeſſione: ideo interim maritus ante traditionem non lucratur fructus dicti prædii dotalis. *Andr. Gail. obſerv. 79. lib. 2.*

Cap. II. Qualis ſit dos.

Dotis cauſa privilegiata eſt, non ſolum propter mulieres, ſed etiam propter favorem Reipub. qui vertitur in liberis procreandis, *l. 1. ff. ſoluto matrimonio.* ideo dotis favore ſufficit pro ratione dicere, ſpeciale eſt in dote. *Magon. deciſio. 76. numero final. Rot. Florent.* nam dotis cauſa eſt favorabilis, & in dubio pro ipſa judicandum eſt. *Fel. conſil. 20. num. final.* ¶ Soluto matrimonio res dotalis retinet ſua privilegia, donec dos ſit reſtituta mulieri; poſt reſtitutionem autem dotis, non poteſt amplius dici dos, nec durant ejus privilegia. *Hartm. cap. 1. titul. de dote lib. 2.* ¶ Stipulatio tacita à lege inducta favore dotis, ita meretur executionem, ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumento. *Gnem. deciſ. 103. num. 14.* ¶ Dos fœminæ quanta debeat eſſe. quando ſtatutum providet, quod non ſuccedat; ſed dotetur. *Bartol. in l. 41. de leg. 3.* ¶ Dos dicitur legitima ſecundum qualitatem mulieris. *Abb. conſil. 115. lib. 2.* ¶ Dotis conſtitutio, dato, quod ex matrimonio contracto procedat, nihilominus voluntaria non dicitur. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 19.* ¶ Dos data filiæ á patre, dicitur eſſe aliena ab omnibus bonis patris. *Bartol. in l. 1. §. quia vero, Auth. de æqual. dot.* ¶ In dote datur tacita hypotheca, & fingitur ſtipulatio, quæ habet vim inſtrumenti, & expreſſæ ſtipulationis. *Jaſ. de actio. in §. fuerat. numer. 58.* ¶ Dos magna, vel parva dicitur ſecundum qualitatem perſonarum. *Bart. in Authent. quod locum. C. de collatio. & in l. 25. num. 48. ff. ſolut. matrim.* ¶ Dos congrua in non maritata poteſt eſſe ultra legitimam; ſed in maritata dos erit, ut legitima, & minor eſſe non debet. *Afflict. deciſ. 160.* ¶ Dos data, vel promiſſa filiæ, non cadit in fideicommiſſum univerſale injunctum filiæ. *l. Filia mater. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* ¶ Dotis cauſa eſt pia. *Afflict. deciſ. 371. Gram. deciſ. 193. num. 137.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Dotis privilegium utrum ad hæredes extendatur. *D. Gaſp. Theſſaur. Quæſt. For. quæſt. 5. lib. 1.* ¶ Dos profectitia non intelligitur eſſe in bonis patris. *l. filium. ff. de collat. bon.* ¶ In ſtipulatione dotis ineſt tacita conditio, ſi matrimonium non ſequatur; ante vero non dabitur actio. *l. 4. §. hujus rei. ff. de pact.* ¶ Si legetur genero futuro, vel præſenti nomine dotis filiæ, quid juris, *vide l. 70. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ Stipulatio capitulorum matrimonii favore dotis fingitur, etiamſi vere non intervenisſet. *Gram. deciſ. 103. num. 7.* ¶ Minor ſi recepit dotem uxoris, erunt ipſius bona tacite hypothecata. *Gram deciſ. 103. num. 17.* ¶ nam in dote fingitur ſtipulatio etiam dato, quod conjuges ſint muti. *Pet. de Raven. ſingul. 161. facit l. unica §. 1. C. de rei uxor. act.* ¶ In generali ſermone non comprehenditur cauſa dotis, etiamſi agatur de præjudicio fiſci. *Rand. de analog. cap. 33. numer. 12.* ſecus in univerſali, nam ſtatutum generaliter loquens non comprehendit cauſam dotis; ſecus quando ſtatutum loquitur verbis univerſalibus. *Cravet. conſ. 294* & in ambiguis pro dotibus reſpondendum melius eſt. *leg. 86. ff. de reg. jur.* ¶ Si aliquid detur alteri ex conjugibus contemplatione matrimonii, donatio irrevocabiliter valet & cenſetur etiam datum, non ſolum favore donatarii, ſed etiam alterius conjugis. *Guid. Pap. quæſt. 45. quando non veniat.* ¶ Dotis contractus non venit in generali contractum revocatione. *Afflict. deciſ. 111. num. 15.*

Cap. V. Quæ requirantur.

Dos ut dici poſſit congrua ſex requiruntur. *Gnem. deciſ. 101. num. 28. Excell. D. P. Theſſ. deciſ. 192.* ¶ Cum dos datur ab extraneo marito, quantum ad eum eſt donatio ſimplex, tamen inſinuatione non indiget. *Bart. ſing. 174.*

Cap. VI. Quæ præſumantur.

Donatio filiæ facta per patrem præſumitur legitima, niſi de contrario apparere poſſit. *Gnem. deciſ. 104. numer. 40.* ¶ Qui ſtipulatur dotem ſibi reddi mandato mulieris in dubio præſumitur, ut miniſter adhibitus. *l. 35. de legat. 3.* ¶ Donatio præſumitur ratione conjunctionis ſanguinis, & dotis quando patruus ſcit filiam fratris dotari de bonis communibus, & tacet. *Cravet. conſ. 159.*

Cap. VII. Quando probetur dos, vel non.

Dos probatur per verba enunciativa inſtrumenti contracti inter alios favore ipſius, etiamſi eſſent enunciativa inter diverſas perſonas. *Vers. deciſ. 283. part. 1.* ſed non conſtito de inſtrumento, debet plene probari. *Hieran. Magon. deciſ. 76. num. 10.* ¶ Favore dotis probatio, quæ alias non admitteretur, admittitur, & verba enunciativa probant. *Petr. de Benint. deciſ. 61. numer. 6. vide Ludov. Roman. ſingul. 150.* ¶ Dotis datio ex longa poſſeſſione ſecundi viri prædiorum, in ſolutum dotis nomine datorum probatur. *Ozaſ. deciſ. 21. num. 6.* ¶ Promiſſio uxoris permittentis maritum bona ſua adminiſtrare non probat, quod fuerint ipſa bona data in dotem. *Rand. tract. de Analog. cap. 30. num. 296.*

Cap. VIII. Quando ſibi dotare, vel quando filia dotari debeat, vel non.

Mulier invito patre poteſt ſe dotare, *Jaſ. de actio. 94. §. fuerat. num. 99.* quid in filia habente de bonis propriis, an pater teneatur. *Jaſ. ibid. num. 10. & 105.*

Dotari debeat, vel non.

Filia ubi eſt unica, & unicus maſculus, debet pinguis dotari, ut non ſit dos minus legitima. *Gnem. dec. 101. n. 51.* ¶ Quan-

¶ Quando extraneus, vel pater, mater, aut frater dans dotem, cenſeatur eam omnino donare abſque animo repetendi, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 78.* ¶ Si frater dotet filiam fratris, videtur illud facere contemplatione ipſius fratris, & ideo illa dos dicitur profectitia. *Dec. conſ. 250 num. 4.* ¶ Filiæ incompetenter dotatæ officio Judicis ſuccurritur. *Gram. 101. num. 71.* ¶ Si pater, vel extraneus dans dotem ſtipuletur ſoli ſibi reddi in unum caſum ſoluti matrimonii, cenſetur in alium caſum mulieri donaſſe. *l. 23. ff. ſoluto. matrimon.* ¶ In dubio an pater cenſeatur dotaſſe filiam de bonis propriis, vel maternis, aut ipſius, & quid, ſi in dotatione pater ſe declaravit, *vide Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 21. Jaſon. de action. in §. fuerat. num. 106 Bart. in l. 7. C. de dot. promiſ. & in l. 36. ff. de nego. geſt.* quod indiſtincte videatur donare ſcribunt *Dec. conſil. 25. num. 6. Bartol. ſingul. 173. Pet. Gera ſingul. 71.* & mater dotando filiam ſimpliciter, cenſetur de bonis filiæ eam dotare, ſecus in patre. *Put. deciſion. 182. libr. 4. Mynſing. obſerv. 32. cent. 5. vide obſerv. 85. cent. 6.* idem in fratre. *Gulиel. de Ludov. ſingul. 150.* ¶ Debitor ex cauſa legati, vel ex alia conſtituens dotem mulieri creditrici ſimpliciter an cenſeatur hoc feciſſe animo compenſandi cum debito. *Mago. deciſ. 14. Rot. Flor.* ¶ Dos relicta nepti per avum, cenſetur relicta contemplatione ipſius neptis, & non filii ejus patris. *Menoch. conſ 151. l. 2 vide infra titul. de dot. prælegat.* an avus ceuſeatur dotare contemplatione filii, vel neptis, *Menoch. conſ 81. vol. 1. num. 45.* ¶ Promittens dotem pro ea, cujus negocia adminiſtrat, non videtur promittere animo donandi, ſed animo repetendi. *Bartol. in l. 43. § quidam ff. de adminiſt. & peric. tuto.* ¶ Pater naturalis dotando filiam in dubio non videtur habere animum donandi; ſed magis compenſandi cum eo, quod filiæ debet *l. 39. §. pater. de adminiſt. & per. tut.* ¶ Tutor dotat ſororem pupilli ex eodem patre natam, & filia, cui eſt aſſignata dos in teſtamento per patrem videtur dotata. *Bartol. in l. 13. ff. de adminiſt. & peric. tuto. vel cura.* nam filia, cui eſt conſtituta dos dicitur dotata. *Bart. in l. 70. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtra.* ¶ Filia quibus modis dicatur dotata. *Bartol. in l. 7. ff. ad leg. Jul. de adul.* ¶ Pater de bonis ſubſtitutioni ſubjectis dotat filiam, ſi aliud non habeat *Bartol. in l. 62 ff. ad Treb.* nam res ſubjecta fideicommiſſo ex cauſa dotis poteſt alienari alias ſecus. *l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Senat. Trebel. Authent. res quæ. C. commun. de legat. & fideicom.* ¶ Filia, quæ peccavit in corpus ſuum, an debeat dotari a patre, *Pet. de Rand. ſing. 197.*

Cap. IX. Quando conſtituatur dos, vel non.

Mulier nubendo videtur bona ſua in dotem conſtituiſſe, traditione tamen interveniente. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 99. part. 2.* ideo quia nomina non traduntur ſed ceduntur, non videntur conſtituta in dotem. *Guid. Papon. quæſt. 499. Marc. 372. part. 4.* & alias licet omnia bona ſua in dotem expreſſe dare poſſit, tamen nubendo nulla dote conſtituta, tacite non cenſentur in dotem data, & tunc ipſa mulier poſſet diſponere de bonis ſuis invito marito, qui hoc in caſu invita uxore non facit fructus ſuos. *Gail. obſerv. 82. lib. 2. vide deciſ. conſ. 321. num. 10. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des droictz. §. 24. gl. 3. Hippol. ſing. 588. Bart. in l. 25 num. 78. ff. ſolut. matrim. in l. 67. §. uxor. ff. eod. & in ſuis quæſt qu. 7. Abb. conſ. 46. Hartm. cap. 7. tit. de præſum. libr. 1.* limita concluſionem in muliere ad ſecundas nuptias convolante, nam illa ſi primo marito certam dotem dedit, cum eadem dote in dubio nubere præſumitur. *Gail. ibid. num. 8.* quia diſpoſitio legis reputatur factum hominis. *Ozaſ. deciſ. 21.* etiam extantibus liberis ex primo matrimonio, quod non procedit in donatione propter nuptias, *Natt. conſil. 571.* ¶ Dos ſecundum perſonarum merita conſtituitur, *§. quamobrem. Authen. de reſtitut.* & ea quæ, & arbitrio boni viri dos conſtituitur, dignitate, facultatibus teſtatoris, & numero liberorum inſpectis. *l. 41. de leg. 3.* ¶ Conſtante matrimonio dos poteſt de novo augeri, & conſtitui, & pacta de novo apponi poſſunt, vel vetera prorogari, & hypothecæ ex die contrahi, & è contra poteſt dos minui, niſi iſta diminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonii. *l. 19. cum Auth. ſeq. C. de donat. ante nup. Hartm. c. 9. tit. de dote lib. 2.* ¶ In dotibus poſſunt conſtitui duo rei licet non poſſit intervenire fidejuſſor, *Bartol. in l. 3. C. de dot. caut. non numer.* ¶ Dotes ubi arbitrio boni viri conſtituendæ ſunt, qualitates filiæ, quæ dotanda eſt, & facultates ipſius dotantis inſpiciendæ ſunt, ita tamen, ut minores congruis alimentis non ſint, quibus dotes æquiparantur. *Ozaſ. deciſ. 107. n. 6.* nam dos incerta debet declarari pro modo facultatum, & dignitate perſonarum. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 99. part. 2.* ¶ Virginem corrumpens quas dotes illi conſtituere teneatur. *Ozaſ. deciſ. 167. n. 10.*

Vel non.

Dotem ſine decreto mulier minori conſtituere non poteſt. *Menoch. de Arbit. caſ. 171. vide Bart. in l. unica. C. ſi advers. dot. & in l. 22. C. de adminiſt. tut.* ſed minor poteſt ſe obligare pro dote ſine decreto. *idem Menoch. conſ. 242. libr. 2.* tamen minor dotans immoderate ſororem, debet in integrum reſtitui propter læſionem. *Natt. conſ. 658.*

Cap. X. Quæ fieri poſſint pro dote.

An quis poteſt hypothecare bona feudalis pro uxoris dote ſine conſenſu domini directi, vel ducis. ¶ An quis poſſit obligare bona pro reſtitutione dotis quæ ſubjecta reperiuntur fideicommiſſo avi. *Roland. conſ. 20. tom. 4.* ¶ An bona obligari poſſint pro dote confeſſata quando lapſa ſunt omnia tempora apponendi exceptionem non num. pecun. & dotis, *Roland. conſ. 20. tom. 4.* ¶ An bona mariti ſint uxori obligata pro alimentis. *Fach. libr. 12. cap. 33. negat.* ¶ Si eſt utile mulieri pecunia in dotem promiſſa, poteſt in corpus, vel ſpeciem commutari. *l. 21. ff. de pact. dot.* ¶ Filia poteſt gravari in dote, quatenus dos eſt ultra legitimam. *l. final. §. filia de leg. 2.* ¶ Inſtrumentum dotale debet celebrari ſecundum conſuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus; ſecus eſt in dotis repetitione, in qua attenditur conſuetudo loci viri. *Afflict. deciſ. 246.*

Vel non.

In dote non fit executio in præjudicium mariti, pro expenſis, in quibus fuit condemnata uxor, litigans etiam cum conſenſu viri. *Papon. libr. 18. titul. 5. arreſt. 44.* ¶ Dotans extraneus, niſi paciſcatur ſibi tradi in contractu dotis, non poterit paciſci in traditione. *Pet. de Raven. ſingul. 164. & 382.* ſecus in patre. *ibidem.* ¶ Executio non poteſt fieri in bonis dotalibus pro debito uxoris, facto poſt contractum matrimonium: ſecus ſi ante (intellige vivente viro) *Guid. Pap. qu. 447. vide eundem ſingul. 429.*

Cap. XI, Quæ dari poſſint in dotem.

Mulier debitrix, ſi dat in dotem omnia bona ſua, intelliguntur data deducto ære alieno: ideo ſententia lata eo in caſu contra ipſam mulierem, mandatur executioni ſuper ipſis bonis, marito tamen denuo citato. *Capic. deciſ. 128.* ¶ Simpliciter donata à ſponſo ſponſæ poſſunt in dotem converti, ſeu retro dari, niſi fuerint collata in prohibitum tempus matrimonii. *l. 1. C. de donatio. ante nupt.* ¶ Si ſimpliciter eſt contractum matrimonium nulla facta mentione de dote, non videtur aliquid datum in dotem, & ſic erit matrimonium ſine dote. *Pet. de Rav. ſing. 295.*

Cap. XII. Quæ alienari poſſint, vel non.

Non obſtante quacunque prohibitione poterit de bonis prohibitis fieri alienatio, pro dotibus filiarum, & aliarum deſcendentium. *Guid. Pap. quæſt. 96.* ¶ Dos eſt juſta cauſa alienationis. *Bart. in l. unic. Cod. ſi advers. dot.* ¶ Bona matris ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari pro dote filiæ (patre inope exiſtente) ſcribit *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 460. numer. 7.* ¶ Res dotalis ſine decreto non poteſt alienari, ſi ſit immobilis; ſecus ſi mobilis. *Bartol. in l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 17. & 18.*

Cap. XIII. Qui teneatur dotare filiam, &c.

An avus paternus dotare teneatur neptem, quando filius eſt dives. *Andr. Fachin. libr. 15. cont. cap. 41.* ¶ Frater tenetur dotare ſororem, *Guid. Papon. quæſt. 96. in fin. Excell. D. P. Theſ. 192. Afflict. deciſ. 371. Boer. deciſ. 139. Gome. Leo. deciſ. 15. in deciſ. diverſ. Bare. in Rub. proœm. ff. orum. num. 14.* ſi aliunde non poſſet ſe dotare, *Capel. Tholoſ. quæſt. 290. in additio. Vinc. de Franc. deciſ. 97. num. 12. Jaſ. de actio. in §. fuerat. num. 105. Guid. Pap. ſingul. 470. Natt. conſil. 658. Joan. Bacau ſing. 8. & Abb. conſ. 50. lib. 2.* ¶ Frater an teneatur dotare ſororem, etiam uterinam, *Boer. deciſ. 129.* & frater Clericus tenetur de reditibus Eccleſiæ. *ibid. num. 8. Capel. Tholoſ. quæſt. 290 in additio.* ¶ Avus paternus tenetur dotare neptem, ſi filius fuerit ſolvendo; alias ſecus. *Capel. Tholoſ. 290. in in additio. Cravet. conſ. 216. vide Jaſ. de actio. in §. fuerat. num. 103.* ¶ Hæres patris cogitur dotare filiam. *Bartol. in l. 32. §. ſi voluntate. ff. ſolut. matrim.* ¶ Pater tenetur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem, ſi ſecundum ſuam dignitatem nupſerit. *Boer. deciſ. 130. num. 8.* alias ſecus, *vide Andr. Gail. obſerv. 95. lib. 2. Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des juſtices. §. 4 gloſſ. 5. num. 16. vide Papon. lib 15. titul. 4. arreſt. 22. Jaſ. de action. in §. fuerat. num. 97. Math. Matheſ. ſing. 105. Harim. c. 2 tit. de dote. lib. 3.* quando hoc procedat, *vide Capel. Tholoſ. quæſt. 290.* quod teneatur etiamſi nupſerit ipſo patre contradicente, ſcribit *Abb. conſ. 20. lib. 1.* idem in fratre, qui patri ſuccedit, ibidem. tunc etiam teneatur ad id quod eidem filiæ in tempus nuptiarum eſt per alium relictum. *Boer. deciſion. 130. num. 9.* ſed non tenetur pater dotare filiam ingratam. *Pet. Gemr. ſing. 1.* ¶ Dotare obligatus, niſi ſemel tenetur. *Boer. deciſ. 141.* tamen an pater filiæ emancipatæ, vel ſecundo nubenti, dotem ſolvere debeat. *Boer. deciſ. 130.* ¶ An pater teneatur dotare filiam naturalem, *Jaſon. §. fuerat de act. num. 40. & 120. & ſup. t. de natu. libert.* & in quibus caſibus pater non teneatur dotare filiam. *Jaſ. ibid. num. 112.* ¶ Fiſcus bonis publicatis tenetur dotare filias. *ibid. in additio.* ¶ Dotare filiam pater tenetur, & pro dote legata bona teſtatoris (etiam alienata poſt mortem) ſunt tacite hypothecata. *Afflict. deciſ. 102. num. 4.*

Vel non.

Filius non tenetur dotare matrem. *Ozaſ. deciſ. 124. Boer. deciſion. 120. Pet. de Raven. ſing. 196.* ¶ Pater dotæ filiæ ſuæ ſemel conſtituta, iterum dotare non tenetur, ubicunque ejus culpa, & facta amiſſa fuerit dos prima. *Ozaſ. d. 124. num. 5. Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 182. & conſil. 370. num. 15.* alias ſecus. *Gome. Leo. deciſ. 15. in deciſ. diverſ. Raud. tract. de analog. cap. 12. numer. 33. Gulielm. de Ludovic. ſing. 110.* ¶ Mater, & avus maternus non tenetur dotare filiam, vel neptem, niſi ex magna & probabili cauſa. *Ozaſ. deciſ. 107. num. 5. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 460.* tamen mater dotare filiam tenetur ſecundum ſuas facultates, ubicunque pater inopia laborat. *Ozaſ. deciſ. 107. num. 9, Paul. Æmil. deciſ. 273. part. 2. Jaſ. de action. in §. fuerat. n. 116. vide Jo. Bacan. ſing. 8.* mater an teneatur dotare filiam diſtingue, *ut per Boer. deciſ. 129.*

Cap. XIV. Qui teneatur dare dotem, vel non.

Viduæ ſecundo nubenti, aut Religionem ingredienti pater tenetur ſuam primam dotem dare. *Boer. deciſ. 130. num. 7.* nec poteſt eam minuere. *l. 2. & 7. C. ſolut. matrimonio.* ¶ Curator pro minore non tantum dotem dare poteſt, ſed etiam impendia, quæ ad nuptias faciendas neceſſaria ſunt, *l. 53. ff. de adminiſt. & Peric. tut.* ¶ Pater qui maritavit filiam ſine dote, non poteſt amplius cogi ad illi dandam aliquam dotem. *Math. Matheſ. ſingul. 105.*

Cap. XV. Qui teneatur maritare filias, &c.

Judex qualiter poſſit ex officio cogere patrem, ad filiam maritandam, *vide Capel. Tholoſ. quæſtion. 291. Guil. obſ. 48. libr. 2.* ¶ Filiæ cognati inſtar poſſunt, ut pater eam maritare cogatur. *Gail. obſervat. 48. libr. 2. numer. 6.* nam dotem filiæ aſſignare tenetur pater neceſſitate legali. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. num. 67.* ¶ Filia dum maritatur à patre, reſervatur à jure eidem patri arbitrium in conſtitutione dotis, cum nemo alius bonus vir melius arbitrari poſſit pro filia, quam pater, *Gramm. deciſion. 101. num. 68.* ¶ Mulier licet ex primo matrimonio habeat filios dotem ſuam recuperat, & alteri nubere poteſt, ſed ſi faciat extraneum dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis, ea mortua donatio revocatur uſque ad debitum bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonii inveniatur ipſa legitima. *L. 2. C. de donat. cauſ. mor.* ¶ Adminiſtratio longa bonorum uxoris cum ejus participatione, habetur pro traditione. *Ozaſch. deciſ. 21. num. 8.* ¶ Pater officio Judicis cogi poteſt ad recipiendam & recognoſcendam dotem pro filio. *Ozaſ. deciſ.. 44. num. 6.*

Cap. XVI. Actio pro dote. Quibus modis non competat, vel non.

An uxor pro conſequutione dotum poſſit agere contra tertios poſſeſſores antequam non egerit contra hæredes. *Roland. conſ. 86. tom. 4.* ¶ Adulta agit contra curatores, ut conſtituant ſibi dotem. *l. 9. C. de adminiſt. tuto. vel curato.* ¶ Evicta re in ſolutum pro dote marito data, ipſe maritus agit ad dotem. *l. 98. ff. de ſolut. & libera.* ¶ Actio competens pro exactione dotis eſt hodie bonæ fidei, & privilegiata: quia in illa datur tacita hypotheca *§. fuerat, inſtitut. de actio.* ¶ Ille, qui confitetur in cauſa dotis plus recepiſſe, quam receperit, poteſt agere, ut id, quod non tecepit, recipiat. *Bartol. ſing. 171. Bare. de Cap. ſingul. 88.* ¶ Filii poſſunt agere contra patrem conſummentem omnia ſua bona, ne dos conſummetur. *Bartol. in l. 2. §. quod. ff. ſolut. matrim.*

Vel non.

Si pecunia debet ob dotem, & interponatur pactum de lucrando, & matrimonium non ſequatur jure impediente, mulier non habet actionem de dote, ad repetendum, ſed conditionem ob cauſam, nec pactum habet effectum. *l. 1. C. de condict. ob cauſ.*

Cap. XVII. In quæ imputari poſſit.

An dos data filiæ poſſit imputari in partem fratrum in diviſionem ſocietatis. *Roland. conſ. 91. tom. 1.* ¶ Data à matre, an imputetur in lucrum à ſtatuto delatum, *Pet. Surd. deciſion. 119.* ¶ Quando agitur de ſucceſſione paterna, dos data confertur conſtante matrimonio, minus accipendo de portione hæreditatis, *l. 5. C. de collat. ſed vide Auth. ſeq. ibid.* ¶ Maritus recipiens pignus dote promiſſa, fructus non imputat in ſortem, *cap. ſalubriter. ext. de uſuris.*

Cap.

Cap. XVIII. Quando extrahi, detrahi, & ex quibus poſſit.

An dos data filiæ unius ex ſociis omnium bonorum ſit extrahenda de communi, an vero de portione partis tantum. *Fachin. lib. 12. cap. 13.* affirmat primam partem, *& lib. 8. cap. 4. l.* ſi ſocietatem univerſorum. *ff. pro ſoc. l. omne æs alienum. ff. eod.* ¶ Dos, an detrahatur de fideicommiſſo, non obſtante expreſſa prohibitione teſtatoris. *Pet. Surd. deciſion. 62.* ¶ Pater ſi dotavit filiam nupturam, & bona non ſunt ſufficientia pro aliis legatis, dos deducitur, ut æs alienum. *Bartol. in l. 2. §. ſi ſponſa ff. de privileg. cred.*

Cap. XIX. Quando peti poſſit, vel non.

Filia petere non poteſt ambas dotes, ſi pater eam ſecundo nubentem dotet, non facta mentione ac primæ dote. *Guid. Papon. quæſt. 375.* quia prima dos includitur in ſecunda *Boer. deciſ. 136.* & dos bis promiſſa, nempe primo & ſecundo marito, ſemel tantum debet ſolvi. *Papon. lib. 15. tit. 4. arreſt. 4 Menoch. conſil 370. libr. 4. Guid. Pap ſing. 281.* ¶ Si legatum factum pro dote, detur filiæ in dotem ab ipſomet patre vivente, non poteſt amplius (eo mortuo) peti. *l. 11. Cod. de legat. vide infra tit. de dot. prælegat.*

Cap. XX. Quando ſolvenda dos.

An dos filiæ unius ex ſociis omnium bonorum ſolvenda ſit ex bonis communibus, an vero diviſionis tempore imputanda in patris. *Socin. Senenſ. conſilio 45. libr. 4. Natt. conſil 91. lib. 1. Roland. conſil. 91. libr. 1. Fachin. lib. 8. cap. 4.* ajunt ex bonis communibus. *l. ſi ſocietatem univerſorum. ff. pro ſocio. l. omne alienum. eod.* ¶ Viro inopi ſolvitur dos, data per eum cautione, vel pecunia ponitur ad honeſtum lucrum penes mercatorem. *Capic. deciſ. 65. num. 8.*

Cap. XXI. Qui habere: conſequi poſſit.

Filia conſequitur dotem à patre promiſſam, & legatum. *l. 4. de colla. dotis.* ¶ Qui onera matrimonii ſuſtinet, debet dotem percipere. *l. 20. ff. famil. erciſ. & l. 47. eod.* & maritus eſt dominus rei dotalis, & eam poſſidet. *Bartol. in l. unica. C. de uſucap. pro. dot.* ideo conſtante montrimonio rei vendicatio uxori non competit. *l. 9. C. de rei vendic. l. 1. & fin. C. de ſerv. pignor. dat.* ¶ In diviſione hæreditatis paternæ filius uxoratus debet habere dotem præcipuam, nec eam poſtea communicat, licet uxor decedat. *l. 2. C. famil. erciſ. l. 20. §. ſi filius. ff. famil. erciſ.*

Cap. XXII. Quibus debeatur, vel non.

Promiſſio facta pro dote Seiæ, ſi contraxerit matrimonium cum Cajo, dos debetur Sejæ, ſi Cajus per eam fuerit requiſitus, & contrahere noluerit. *Bartol. in conſ. 122.* ¶ Dos promiſſa conſtitui per virum ignobilem, uxori nobili debetur ab hæredibus viri, matrimonio per verba de præſenti contracto, etiam copula non ſecuta. *Afflict. deciſ. 61.*

Cap. XXIII. Quæ, & ad quos tranſeant, vel non.

Privilegium, quod in dubio pro dote præſumatur, & pro ea interpretatio fiat, tranſit ad omnes, ad quos dos tranſit. *Bart. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* idem in privilegio tacitæ ſtipulationis, & quod contractus dotis ſit bonæ fidei. *vide Bartol. ibid. num. 6.* ¶ Bona paterna alienata in tertium poſſeſſorem, an tranſeant cum onere paragii filiæ dibiti, & paragium eſt legitima. *Afflict. deciſ. 162.*

Cap. XXIV. Ad quos revertatur dos.

Dos à patre profecta ad eum reverſa, venit inter liberos dividenda, niſi ratio inæqualitatis aliud inducat: verum cum hærede extraneo non dividitur, ſed ad ipſos liberos, pro quibus data fuerat, revertitur. *l. final. C. commun. utriuſque judi.* ¶ Quando pater dedit dotem filiæ, & eam ſtipulatus eſt pro ipſa illa mortua ſine liberis patre, matre & fratribus ſuperſtitibus, pater ſolus ſuccedit in dote ipſa. *gloſſ. in l. 3. C. de bonis, quæ liberis.*

Cap. XXV. Qui, & quæ teneatur reſtituere in dotalibus rebus.

An quando quis recepit prædia nomine dotis, ſi æſtimata cogatur & prædia reddere, vel æſtimationem ipſorum prædiorum. *Roland. conſil. 64. tom. 4.* ¶ An filii teneantur reſtituere dotem matri tutrici donec ratio adminiſtrationis tutelæ reddita ſit ipſis filiis, *Rol. conſ. 17. tom. 4.* ait, non teneri. ¶ An mulier poſſit recuperare dotem in bonis mariti ſubjectis fideicommiſſo, quando nulla ſuperant bona mariti. *Roland. conſil. 85. tom. 1. conſil. 27. tom. 4.* ait non poſſe. *Menoch. præſumpt. 190.* ¶ Mulier recipiens dotem à patre ſuo ſcienter in fraudem creditorum, tenetur illam reſtituere: fallit quoad riſtitutionem uſurarum. *Hippol. ſingul. 67.* nam dotis conſtitutio facta à patre filiæ in fraudem creditorum, non valet. *Ozaſ. deciſ. 107. facit l. 2. C. de revocandis his, quæ in fraudem creditorum, vide l. 25. §. ſi à ſocero. ff. eodem.* ¶ Extraneus, qui non dedit dotem tribus modis poteſt adhiberi ad illam ſtipulandam, & ſibi reddendam, de quibus *vide per gloſſ. final. in leg. 22. ff. de dote prælеg.* ¶ Maritus poteſt pro dote uxoris bona filii hæredis aliunde quæſita obligare, & ipſe filius tenetur ad reſtitutionem, ſi nullum fecerit inventarium, vel minus juridice fecerit. *Afflict. deciſion. tit. num. 15.*

Vel non.

Arredium, quod portat mulier in domo viri, ſi conſumetur non repetitur; ſed tantum illud ſupereſt, & dicitur arredium illud, quod portat ea intentione, ut conſumetur, ut eſt conſuetudo in pannis lineis. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts, §. 24. gloſſ. 3. num. 8.* ¶ Fallit, ſi tempore traditionis rei dotalis æſtimatæ uxor eſſet decepta, tunc enim ſuccurritur mulieri. *Afflict. deciſ. 270. num. final.* ¶ Quando ſimpliciter ſit æſtimatio bonorum datorum in dotem, & non fuit dictum, quod in reſtitutione reſtituantur dicta bona, ſed æſtimatio ipſa, tunc maritus videtur emiſſe, & omne augmentum ad ipſum pertinet; ideo in reſtitutione ſolum tenetur ad ipſam æſtimationem; ſecus ſi bona eſſent data in dotem æſtimata, ut non ignoretur valor ſolummodo, *vide Afflict. deciſ. 270. & Jaſon. in §. omnium. num. 80.* ¶ Dos ad patrem reverſa, vel donatio propter nuptias debet eſſe præcipue illius filiæ, pro qua data fuit extraneis inſtitutia; ſed quid, ſi alii filii fuerint inſtituti.. *Bart. ſing. 154.*

Cap. XXVI. Qui ſint effectus donationis, &c.

Favor dotis facit ceſſare Vellejanum. *l. 12. C. ad Senatuſconſ. Vellei. & l. ſi. ibid.* ¶ Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio præjudicat hæredibus mariti, vel tertio poſſeſſori, & etiam fiſco, ſi fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel lapſa fuerint tempora opponendi dictam exceptionem. *Paul. Æmil. deciſ. 96. part. 1. vide titul. de dot. cautæ non num. & Jaſ. de action. §. fuerat. num. 58. Bartol. in l. 8. §. creditum. ff. ſi cert. pet.* ¶ Confeſſio facta in inſtrumento diviſioni inter fratres per alterum ipſorum ſe habuiſſe centum ab altero pro dote uxoris, probat dotem pro ipſa uxore, & verba enunciativa pro dote, inducunt ſaltem ſemiplenam probationem. *Bart conſil. 123.* ¶ Matrimoniale pactum eſt teſtamentum: ideo per illud poteſt provideri deſcendentibus, & ex eo ipſos

vocari

vocari poſſe, latè ſcribit *Boer. deciſion. 155. Capel. Tholoſ. quæſt. 453.* & an poſſit revocari. *vide ibid.*

Cap. XXVII. Quæ valeant, vel non.

Hæreditatem ſi dat pater filiæ nubenti, an valeat tale pactum, ſeu donatio. *Boer. deciſ. 204.* ¶ Servandum eſt pactum appoſitum, in traditione rei datæ in dotem. *l. 10. C. de pact.* ¶ Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem de dote reſtituenda: ideo etſi mulier niſi centum nomine dotis dediſſet, vel nihil, tamen ſtipulata fuerit ſibi ducentum reſtitui, valet ſtipulatio, & repromiſſio. *l. 21. ff. de verb. oblig.* ¶ Argumentum de dote ad alimenta, an in jure receptum ſit, *vide Afflict. deciſion. 111. num. 10. & Ozaſch deciſion. 124. numer. 3.* ¶ Rei dotalis alienatio quando valeat, & quando non. *Bartol. in §. multo, Auth. ut immobilia.*

Vel non.

Contractus dotis factus per metum, eſt ipſo jure nullus. *l. 21. §. ſi dos. ff. de eo, quod met. cauſ.* ¶ Inſtrumentum dotale ineptum explicat, *Bartol. conſil. 179.* ¶ Pactum, per quod dotis conditio ſit deterior non valet in ejus præjudicium, *Afflict. deciſion. 154.*

Cap. XXVIII. Dos. Quando amittatur, & qui privetur, vel non.

An mulier amittat dotem propter oſculum impudicum. *Fachin. lib. 11. cap. 65. negat. §. qui vero plurimas. §. prædictis aut. ut liceat matri.* ¶ An mulier amittat dotem propter adulterium. *Idem cap. 76. affirmat. cap. de aut dominum. 32. quæſt. 1.* ¶ Filia peccans in corpus ſuum, an privari poſſit dote, & à patre exhæredari, & an poſſit conſequi dotes maternas, & alia bona, quæ ad matrem pervenerant, & quibus pater privatus erat per tranſitum ad ſecundas nuptias, & nunquid mortua filia dotem conſequi poſſit. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. 70.* ¶ Sicut donatio inofficioſa reſcinditur per querelam inofficioſæ donationis; ita & dos inofficioſa reſcinditur, per querelam inofficioſæ dotis. *l. unica. C. de inoffic. dot.*

Cap. XXIX. Maritus: uxor: mulier: quæ facere poſſit, vel non.

Mulier de dote ſua diſponere non poteſt, ubicunque illa, vel illius pars ex contractu, vel ex ſtatuti diſpoſitione, ad alium pervenire debet. *Ozaſc. deciſ. 20.* ¶ Mulier non poteſt ſibi in dote præjudicare ob utilitatem publicam, quoad fructus dotis, & paraphernalia, etiam adhibito juramento, *vide Joſ. Lud. deciſ. 21. num. 10. Luc.* ¶ Mulier, vel ſuperſtes alteri eorum præcedenti ſuccedit in quartam partem omnium bonorum, etiam liberis extantibus: quod procedit ſi conjux ſuperſtes ſit pauper. *§. quoniam vero, Auth. de exhib. vel introd. reis, vide infra tit. de ſucceſſ. int. conjug.* ¶ Mulier ſecundo nubens, & donans in dotem omnia bona ſua præſentia, & futura, cum clauſula conſtituti, ſi ſuper hæreditate ſibi obventa poſtea tranſigat cum aliis, an præjudicet marito. *Creſcen. deciſ. 1. alias 203. titul. qui filii ſint legit.* ¶ Vir durante matrimonio lucratur confiſcationes, condemnationes, & multas caſtri pro dote dati, cum expreſſa juriſdictione. *Capic. deciſ. 185. vide Boer. deciſ. 180. Papon. lib. 15. tit. 4. arreſt. 5.* nam dos datur pro oneribus matrimonii, & illis debet deſervire, *Borg. Caval. deciſ. 5. num. 3. part. 2.* de contract. ideo maritus eſt dominus fructuum ipſius. tamen poteſt renunciare lucro dotis, quæ renunciatio à creditoribus ſuis non poteſt revocari. *Joſ. Lud. deciſion. 21. Luc. num. 56.* ¶ Maritus poteſt expellere uxorem ex quo pater non ſolvit dotem. *Jaſ. de act. § fuerat num. 93.*

Vel non.

Maritum uſumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare non poteſt: idem ſi proprietatem inæſtimatam; ſi vero rem æſtimatam recepit, obligare eam poteſt. *l. 6. C. de uſu & habit.* ¶ Uxor non poteſt dotem dare, vel aliter alienare in præjudicium mariti. *l. 21. C. de donatio.*

Cap. XXX. Ad quæ teneatur.

Si hæreditas datur in dotem, maritus utili hæreditatis petitione tenetur. *l. 16. §. apud Marcellum. ff. de pet. hæred.* ¶ Quando ſubditi teneantur juvare dominos in dotandis filiabus ipſorum. *Boer. deciſion. 130.* ¶ Pater concedens dilationem ad ſolvendam dotem, tenetur ad integra conjugum alimenta. *Pat. deciſion. 291.* ¶ Popularis dives, qui accepit in uxorem nobilem, an obligetur, quando confitetur ſe plus recepiſſe ab uxore, quam habuerit in dotem, *Bartol. in l. 4. C. de dot. promiſſio.*

Cap. XXXI. Miſcellanea.

Fiſcus præfertur filiæ à patre dotatæ. *l. pen. C. de privileg. fiſc.* ¶ Minor circumſcripta in datione dotis datæ viro, tanta dote non digno, poteſt reſtitui, & ejus hæres. *l. unic. C. ſi adverſ. dot. l. 10. §. in donis. ff. de min. 25. ann.* ¶ Si res evincatur à genero emptoris, cui in dotem tradiderat, committitur ſtipulatio, etiam ſi dos erat reverſura. *l. 71. ff. de evicto.*

TITULUS CCCCLVII.

De paraphernalibus bonis uxoris, & aliis extra dotem.

Cap. I. Dos: Quid ſit. Et quæ fieri poſſint in dote.

DOs matris, mortua matre, dicitur patrimonium filiæ per ſucceſſionem acquiſitum, & peculium, ſive paraphernale à dote ſua (quam habet à patre) ſeparatum. *Hartman. cap. 2. titul. de dote libr. 2.* ¶ Executio non poteſt fieri in rebus dotalibus pro debito contracto poſt matrimonium; ſecus in paraphernalibus. *Guid. Pap. quæſt. 447.*

Cap. II. Quæ præſumantur, vel non.

Res traditæ ad ſuſtentationem filiæ non præſumuntur eſſe dotales; ſed extra dotem, nec poſſunt capi pro debito mariti. *l. 3. C. ne uxor pro marito.* ¶ Si vir, & uxor habitaverint in una domo, & domus ſit uxoris, maſſaritiæ ibi exiſtentes præſumuntur eſſe uxoris, ſed ſi domus ſit viri maſſaritiæ præſumitur eſſe viri. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts. Rub. 1. §. 14. gloſſ. 2. num. 9.* ¶ Regulariter in dubio mulier nubendo non præſumitur dare in dotem marito omina bona ſua. *Hippol. ſing. 586. vide ſup. titul. prox. præced.*

Cap. III. Quæ: Quibus ſint reſtituenda.

Maritus tenetur reſtituere uxori, ſeu ſuis hæred. omne id, quod ad eum pervenit de bonis uxoris, ut maritum. *Vincent. de Franc. deciſion. 172. num. 2.* ¶ Fructus bonorum paraphernalium, & aliorum bonorum non dotalium, quando teneatur maritus uxori reſtituere, vel ejus hæredibus, *vide per Cravet. conſil. 193. numer. 15. Dec. conſ. 521. Excell. P. Theſſau. deciſion. 187. Rot. Aven. diverſo. & ſupra. titul. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Arredium, quod portat mulier in domo viri, ſi conſumetur; non repetitur; ſed tantum illud quod ſupereſt, & dicitur arredium illud, quod portat uxor ea intentione, ut conſumatur, veluti eſt conſuetudo in pannis lineis. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts. §. 24. gloſſ. 3. numer. 8.*

Cap.

Cap. IV. Maritus : uxor : Quæ facere : habere poſſit, vel non.

Vir in paraphernalibus nullum habet jus, neque exercitum uxore prohibente, *l. 8. C. de pact. conventis*, nec de illis aliud diſponere poteſt. *Abb. in ſuis quæſt. qu. 3. num. 10.* & in illis uxor abſque conſenſu mariti contrahere poteſt. *Ozaſ. deciſ. 62. num. 14.* nam bona paraphernalia dicuntur propria uxoris, nec poſſunt à viro adminiſtrari, ea contradicente. *Natt. conſil. 75. Tom. 1. numer. 2.* ¶ Mulier data certa dote viro, licet patiatur alias res adminiſtrare, non videtur illas in augmento dotis dare. *Bare. in ſuis quæſtionib. quæſt. 7.* ¶ Si bona paraphernalia contrita ſint ad uſum communem mariti, ſcilicet, & uxoris, ſoluto matrimonio, uxor non poteſt petere æſtimationem, ſed talia qualia ſint, debent illi reſtitui. *Franc. Crem. ſing. 142.*

Habere.

Mulier poteſt habere bona triplicis conditionis, nempe paraphernalia, dotalia, & alia nec paraphernalia, neque dotalia, de quibus *vide per Guid. Papon. quæſt. 468. num. 4. Dec. conſ. 521. & Caſſa. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts Rub. 4. §. 5. gloſſ. 3. numer. 10. & §. 24. gloſſ. 3 ibid. Bartol. in l. 21. C. de procura. & Boer. deciſion. 81.* ¶ In dote maritus ſine mandato plenam habet adminiſtrationem, in aliis autem bonis uxoris viro traditis, quæ paraphernalia dicuntur, maritus ſine mandato, & cautione de rato procurator eſt, *vide Hartm. cap. 8. tit. de dote lib. 1.*

TITULUS CCCCXLVIII.

De pactis conventis tam ſuper dote, quam ſuper donatione propter nuptias.

Cap. I. Pactum : Quæ fieri poſſint in pacto.

IN matrimonio poteſt apponi pœna, ut ſi concubinam maritus tenebit; dabit centum uxori nomine pœnæ. *Pet. de Raven. ſingul. 291.*

Cap. II. Actio, Quando non competat.

Per factum filiæ ſuper dote non quæritur actio matri, veluti ſi filia pacta ſit, ut ſi moriatur in matrimonio, maritus teneatur partem dotis matri reſtituere. *l. debitor ſub pignore. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.* ¶ Pro dote ex pacto appoſito juxta contractum non agitur, ſi deſinit intereſſe competere. *l. 11. ff. eo.*

Cap. III. Dos quando peti : minui poſſit, vel non.

Dos, & antiphatum non obſtante pacto de non petendo facto etiam ſoluto matrimonio peti poſſunt per mulierem, *Afflict. deciſ. 154.* ¶ An dos poſſit minui, ſicut poteſt augeri, conſtante matrimonio, *vide Hartman, cap. 9. tit. de dote. lib. 2.*

Cap. IV. Pactum quos effectus producat.

Pactum de pignore dando in ſolutum pro dote, non præjudicat marito debitori poſſidenti. *l. 45. ff. de ſol. & lib.* ¶ Æqualitas in dotibus ſervanda eſt, & pactum majus trahitur ad minus. *§. deinceps, Authent. de nupt. & tit. de æqualit. dot.*

Cap. V. Quibus modis valeat, vel non.

Pactum inter conjuges, ut primogenitus ex illo matrimonio certis in bonis patris, vel matris ſuccedat, valet, non obſtante minori ætate accedente ſaltem juramento. *Menoch. conſ. 203.* nec revocatur per alienationem. *ibidem.* ¶ Pacta dotalia, quæ non ſunt contra legem, ſunt ſervanda. *l. unica. Cod. de rei uxor. act.* ¶ Divortium fraudulentum non impedit pactum, in caſum mortis collatum. *l. 3. C. de repudi.* ¶ Pactum in præjudicium dotis promiſſæ factum, an ſuſtineatur. *Excell. P. Theſ. deciſ. 230.* ¶ Pactum quod dixi cum dotem pro alumna dares, ſervari oportet. *l. 10. C. de pact.*

Vel non.

Pactum, quod maritus conveniatur, ultra quam facere poſſit, cum per illud tollatur jus reverentiale non valet tanquam contra bonos mores. *l. 15. §. eleganter. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Non valet pactum, per quod pater promittit in inſtrumento dotali, ſe filiam inſtituturam in æquali portione, cum filio *l. pactum l. prima. C. de pactis.* ¶ Pactum de lucranda dote redditur nullum deficiente matrimonio. *l. 1. C. de condict. ob cauſ.* ¶ Pactum, per quod dotis conditio fit deterior in præjudicium mulieris, eſt nullius momenti, *Afflict. deciſ. 154.* ideo ſi pactum ſuper dote à quocunque dante dotem interponatur ante nuptias, vel in continenti poſt, & qualecunque valet, ſi ex intervallo, in præjudicium mulieris (etiam ea conſentiente) non valet. *Guid. Papon. ſingul. 56.* quid, ſi fuerit juratum. *vide ibidem.* ¶ Idem in pacto appoſito contra diſpoſitionem legis, veluti ſi fuerit conventum, ut dos reſtituatur de pecunia currenti tempore reſtitutionis. *Natt. conſil. 37. Tom. 1. vide ſupra lib. 1. titul. de augmento auri, & monetarum.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Maritus tenetur incerto loco perpetuum domicilium habere, prout in capitulis matrimonialibus fuerat conventum. *Capic. deciſ. 135.* ¶ Adverſus pactum circa dotem appoſitum, minor reſtituitur. *l. 50. §. fin. ff. de minor. 25. ann.*

TITULUS CCCCLIX.

De dote prælegata, vel legata.

Cap. I. Legatum : Dos legata. Qualis ſit.

LEgatum dotis dicitur conditionale, & etiam factum pro dote, niſi ex conjecturis, vel ex communi uſu loquendi, aliter appareat, ſed factum à patre pro dote, quando dicatur purum. *vide Bart. in l. 70. Titio genero. ff. de condict. & demonſt.* ¶ Legatum dotis dicitur, pium, ſi relinquatur pauperi extraneæ; ſecus ſi conjunctæ perſonæ, & in caſu in quo dicitur pium per duos, vel tres teſtes probatur. *Dec. conſ. 120.* ¶ Legatum pro dote licet ſit conditionale, tamen ſecus eſt in legato occaſione dotis: quia cum ſit purum ſtatim debetur. *Gramm. deciſ. 59. Franc. Marc. quæſt. 839. & qu. 860.* ¶ Legatum dotis ante matrimonium celebratum dicitur conditionale; ob id ex eo interim non datur actio, ſunt tamen qui tenent contrarium, *vide Magon. deciſ. 60. Bartol. in l. 10. §. alimentis ff. de alimen. & ciba. legat. & in l. 21. ff. de verbor. obligat. num. 6. & conſil. 44. volum. 1. num. 4.* ideo mortua muliere, ante matrimonium, non tranſmittitur ad hæredes ipſius, *vide eundem Magon. deciſion. 14. Rot. Floren.* ubi de differentia, quando fit patre, aut ab extraneo: an tranſmittatur, *vide Franc. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 22. & tit. 23. ibid.* Niſi obiter ex conjecturis apparet. *vide Menoch. conſil. 60. num. 37. vol. 3.* quando tamen tranſmittatur, *vide eundem conſil. 281. num. 24. ibid*

Cap. II. Quæ veniant, vel non.

Dote prælegata per maritum uxori, in dubio quid veniat, quid probandum ad conſequendum tale legatum, *vide Afflict. deciſ. 159.* ¶ Dos prælegata non venit, nec comprehenditur ſub fideicommiſſo univerſali. *And. Gail. obſerv. 135. lib. 2. l. Lucius. §. maritus. ff ad Senatuſc. Trebel.* ¶ Legatis mille pro decem mulieribus maritandis, ad hoc legatum non veniunt viduæ, quia intelli-

intelligitur illud verbum maritandis, de primo matrimonio. *Petr. de Raven. ſing. 943.* ideo ſi teſtator mandaverit bona ſua diſtribui in maritandis mulieribus, hoc legato non comprehenduntur viduæ. *Joan. Anton. Trigon. ſingul. 20.* ¶ Legatum ſactum uxori de veſtibus, non comprehendit veſtes, & ornamenta per ſtatutum prohibita. *Bart. in l. unica. C. nulli licere.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, vel non.

Si maritus in ſuo teſtamento confeſſus fuerit ſe debere uxori, quia florenos mille pro ejus dote, quæ non aſcendebat ad illam ſummam, intelligere debemus maritum voluiſſe includere in ipſa confeſſione acceſſoria ipſius dotis, ex conjecturis adductis pet *Cravet. conſ. 149.* ¶ Maritus legans dotem uxori, videtur etiam ei legare uſuras. *Franc. Crem. ſing. 5.*

Cap. IV. Quando debeatur, vel non.

Legatum relictum mulieri in auxilium maritandi, an debeatur, etiam quod die legati adveniente mulier nupta reperiatur, & aliunde habuerit dotes. *vide Natt. conſil. 485.* quo loci concludit pro parte affirmativa. ¶ Legatum dotis repoſitum ad hæredum arbitrium, & voluntatem, debetur boni viri arbitrio, & non ad liberam voluntatem hæredum. *Magon. decis. 7. Rot. Flor. numer. 7.* & debetur etiam contracto matrimonio ſine conſenſu hæredum. *ibidem num. 13.* ¶ In dicto legato lapſo anno à die ſcientiæ hæredum, poteſt adiri judex pro declaranda, & arbitranda dote, ſeu quantitate ipſius, ipſis hæredibus prius non requiſitis. *Magon. ibidem num. final.* ¶ Pro legato dotis facto mulieri extraneæ non debetur intereſſe; ſed pendente lite, & per modum proviſionis ſuccuritur dictæ muleri, de aliqua parte legati. *Joan. Papon. libr. 15. tit. 4. arreſt. 2.* ¶ Si avus legaverit, puta, centum nepti ſimpliciter, & inde pater alia centum eidem pro ſua dote, ambo legata debentur, *Natt. conſ. 363.* quia dos relicta per avum nepti, cenſetur data ejus contemplatione, & non filii patris ejus, *Menoch. conſil. 15. lib. 2. & conſ. 183. ibidem.* ¶ Si pater leget filiæ res, quas dederat in dotem filiæ debetur æſtimatio ipſarum, & earum, quæ ex eis natæ ſunt, ſi ſunt dotales: idem ſi res donatæ legentur uxori. *l. 79. §. pater de legat. 2.* ¶ Legatum factum pro dote, quando duplicetur. *Bartol. in l. 90. §. impuberum, de legat. 2.* ¶ Quando filia eſt dotanda ex diſpoſitione ſtatuti, & fuit à patre dotata, dos legata debetur cum uſuris à die mortis, quæ cedunt loco alimentorum. *Menoch. conſ. 81. num. 91. vol. 1.* ¶ Filia, cui fuerunt legata quadringenta, quando maritabitur, & ſi nubat ſine conſenſu matris, tantum centum, debet habere quadringenta, licet nubat ſine conſenſu dictæ matris. *Natt. conſil. 355.* ¶ De legato dotis probato per unum teſtem deponentem de certa quantitate, & pet alios de ipſo legato deponentes non exprimendo quantitatem, & etiam per famam, & confeſſionem hæredis, & quod debeatur. *Afflict. decis. 337.* ¶ Relictis centum filiæ, ſi nupſerit, & quinquaginta, ſi intraverit Religionem, filia debet in utroque caſu habere illa centum, rejecta conditione tanquam turpi. *Boer. decis. 3. num. 14. Roland. conſ. 35. vol. 3.* ſed vide cautelam. *ibid. & per Bartol. in l. 2. ff. de iis quæ pœnæ cau. relinq.* ¶ Dos legata debetur ſtatim, mortuo viro. *Afflict. dict. deciſion. 359. num. fin.* ¶ Filia inſtituta in dote danda, quando nuberet, dicitur pure inſtituta; quia rejicitur dilatio ob incluſam legitimam. *Raud. tractat. de Analog. cap. 33. num. 69.*

Vel non.

Non eſt veriſimile patrem duplici præſtatione dotis filium hæredem onerare voluiſſe, niſi manifeſte oſtendatur contrarium. *Boer. deciſion. 162.* ¶ Legatum relictum in cauſa dotis non debetur, ſi legataria in vita teſtatoris fuerit ab eo dotata, & nupta. *Benınten. deciſion. 22.* quid, ſi fuit ab eo dotata de aliena pecunia, *vide Hieronym. Magon. decis. Luc. 28.* ¶ Legatum dotis, ut mulier matrimonium contrahat, non poteſt conſequi legata, ſi nolit nubere, vel moriatur ante nuptias. *Capic. decis. 204. Marc. quæſt. 856. & qu. 857.* tamen ipſa legataria monaſterium, vel Religionem ingrediens conſequitur tale legatum, ſub hac conditione ſactum; non autem ſi vellet honeſte vivere in domo. *ibidem Capit. Franc. Mant. de conjecturis ult. volunt. libr. 11. tit. 22. Natt. conſ. 296. Bart. conſ. 11.* ſecus ſi eſſet factum legatum virgini, cum nupſerit, & non ex alia cauſa. *Menoch. conſ. 169. lib. 2.* ¶ Si quid uxori fuerit legatum præter dotem, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, non præſtabitur; ſecus ſi aliquid pro dote legatur, quia illud præſtabitur, etiamſi plus ſit in legato, quam in dote. *l. 8. §. ſi quid. ff. de leg. præſt.*

Cap. V. Quando compenſari poſſit, & fiat animo compenſandi, vel non.

Legatum factum filiabus pro reſtitutione dotis maternæ, cenſetur factum animo compenſandi, etiam cum debito reſtitutionis bonorum paraphernalium. *Menoch. conſil. 56. volum. 1.* ¶ Legatum factum à viro, videtur factum animo compenſandi, & an hoc procedat in legato facto à patre filiæ, *Bart. in l. 86. de leg. 1.* ¶ Legatum ab avo factum non ſimpliciter; ſed aliquo expreſſo, veluti in dotem, vel ratione alimentorum contemplatione filii, & non neptis cenſetur factum: ideo tunc tale legatum compenſatur cum dote conſtituta à patre, vel à fratre; ſecus ſi ſimpliciter fuerit factum legatum, ſed quid, ſi pater filiæ, & neptis reſpective legatariæ fuerit divers, *Magon. decis. 13. Rot. Flor. & infr. in hoc tit.* ¶ Legatum relictum filiæ, intelligitur relictum animo compenſandi cum dote. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 10. 2. num. 5.* quod declara, *ut ibidem num. 8.* ¶ Quando legatum dotis nomine relictum videatur, *Mantic. lib. 11. titul. 21.* & legare uxori pro dote, & animo compenſandi cum ipſa, paria ſunt. *Idem ibidem tit. 22. num. 4.* ¶ An legatum dotis paternum ſit compenſandum cum legato avito, *vide Raud. tract. de Analog. cap. 33. num. 48.* ¶ Dos data filiæ à patre, an computentur in legato dotis ſibi facto ab avo, *Bartol. in conſ. 54. vol. 2.*

Cap. VI. Quando ſolvatur.

Maritus legans uxori, & non declarans utrum pro dote, vel pro debito, an utrunque ſolvi debeat, *Afflict. decis. 44. num. 13.*

Cap. VII. Quando peti poſſit, vel non.

Legatis mille pro maritanda filia, quæ poſtea ab eodem teſtatore marītetur cum 500. an poſſint peti alia quinquaginta, *vide Magon. decis. Luc. 28. num. 76.* ¶ Legatum alicui relictum, ut nubat poteſt ante nuptias peti præſtita cautione. *Franciſc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 21. num. 6.* tamen filia ante nubilem ætatem habet dotem, ſed alimenta quando pater ei reliquit centum pro ea maritanda. *ibidem numero 10.* etiam ſi relictum pro dote eſſet debitum à fiſco. *Raud. tract. de Analog. cap. 33. num. 59.* ¶ Filia cui pater relinquit centum pro dote, ſtante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat, nec poſſit contra teſtamentum patris aliquid dicere, an poſſit ſtatim petere legatum, *Bartol. in l. 70. §. Titio. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Legatum pro dote factum filiæ, vel alteri poteſt ſtatim peti ante nuptias, vel poſt, *Bartol. conſ. 200. vol. 1.* quia dicitur purum, & tranſmittitur. *Abb. conſil. 90. lib. 2.* ¶ Pa-

ter

ter ſi relinquat filiæ centum pro dote cum hoc, quod nihil aliud petere poſſit, ſi filia ſimpliciter acceptet legatum, non ex hoc ſibi præjudicat, quin petere poſſit ſupplementum legitimæ, aut dotis loco ipſius. *Gramm. dec. 101. num. 116.* ¶ Legatum dotis factum filiæ, quando poſſit peti. *Bartol. in l. 59. §. pupillo. ff. de adminiſt. & peric. tuto. & in l. 70. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtratio. num. 7.* ¶ Si ſint legatum pro filia maritanda poteſt legatum peti, præſtita cautione de nubendo. *Guid. Papon. ſingul. 706.*

Vel non.

Filia, cui pater nomine dotis exactæ à marito aliquid legavit, ſi dotem repetat à marito, non poteſt legatum petere, niſi quatenus eſſet plus dote. *Beumten. deciſion. 72.*

Cap. VIII. Quando deduci: detrahi poſſit, vel non.

Legatum factum uxori de dote, & augmento, cui poſtmodum factum eſt legatum univerſale omnium bonorum mobilium, & pecuniarum, qualiter veniat deducendum, & intelligatur. *Afflict. deciſion. 45.* ¶ De dote prælegata, non detrahitur falcidia. *l. uſuſfructus, §. dos legata, ff. ad l. Falci.* ideò dos, quæ fuit prælegata deducitur ut æs alienum, nec talis deductio impeditatur per quartæ detractionem, *l. cum hæres, ff. ad Senatuſconſul. Trebellia.*

Vel non.

Uxori ſi ſint relictæ dotes ſuæ, & poſtea ipſa uxor inſtituatur hæres & rogetur alteri reſtituere, hæredes uxoris non poſſunt detrahere dotem, niſi illam probent. *Bart. in l. 19. ff. de auro, & argen. leg.* ¶ Si maritus, vel alius legat mulieri dotem, aut dicit quicquid in dotem datum eſt, & tunc non deducuntur impenſæ, aut dicit dotem ſimpliciter, & tunc deducuntur. *l. 42. §. à me, de leg. 2.* ¶ Si legetur genero futuro, vel præſenti nomine dotis filiæ, quid juris, *vide l. 70. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Uxori dos ſi à marito fuerit relicta, eaque hæres inſtituta, & rogata de reſtituendo hæreditatem, dotem non deducet, antequam conſtet, quid, & quantum deduci debeat. *Marc. de Mant. ſing. 640.*

Cap. IX. Quando reſtituenda.

Dos conſiſtens in pecunia, & ſi ſoluto matrimonio per hæredes viri (quamvis divites) ſtatim reſtituenda non ſit, ſed infra annum, tamen hoc fallit, quando dos legata fuit per virum uxori. *Roland. conſilio 10. numer. 29.* ¶ Mortua filia in matrimonio dos debet reddi patri, vel ejus hæredibus, & ipſe poteſt legare liberationem, *d. l. 3. C. de falſ. cauſa.*

Cap. X. Quando adimi: minui poſſit.

Quando legatum dotis cenſeatur ademptum per promiſſionem, vel ſolutionem factam ipſius dotis per teſtatorem vivum, *Cravet. conſil. 167.* ¶ Si pater filiæ ſuæ non nuptæ centum legaverit, quæ cum non caveretur miſſa ſit in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, poteſt minuere de bonis cauſa veſcendi. *Bartol. ſingul. 100.* ¶ Filius gravatus de reſtituendo, ſi filiam non dotaverit in vita, ſed in teſtamento ei dotem reliquerit, an hoc relictum minuat fideicommiſſum, *Bart. in l. 62. ff. ad Trebellia.*

Cap. XI. Quando fieri: relinqui poſſit.

Legatum factum filiæ in dubio cenſetur factum cauſa dotis, nam dos poteſt eſſe ſine matrimonio. *Franciſc. Cremen. ſingul. 3.* ¶ Dos mulieri nuptæ legari poteſt, etiamſi ſit donata. *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 22.* ¶ Legatum factum nepti pro dote per annum, videtur factum contemplatione filii, & non neptis, quando non erat nata. *Bartol. conſil. 131. vol. 1.* ¶ Legata facta pluribus, quæ excedunt vires hæreditatis, inter legatarios fieri debet diminutio legatorum pro rata: fallit, quando unum legatum eſt factum ex cauſa dotis, & alia non, vel eſt factum filiæ. *Roland. conſil. 25. vol. 4.* ¶ Legatum factum cauſa dotis mulieri pauperi, dicitur in cauſam piam relictum. *Papon. lib. 20. tit. 6. arreſt. 2. Raud. Tract. de Analog. c. 33 n. 42.* quando ſit verum, *Boer. deciſ. 94.* ubi diſtinguit.

Cap. XII. Qui ſine effectu.

Legatum ſi factum fuerit mulieri, ſi Titio nupſerit, videtur prohibita, ne alteri nubat, ſed cum illo Titio tantum. *Abb. conſil. 90. volum. 1.* ¶ Dote prælegata, an cenſeantur remiſſæ expenſæ in re dotali factæ per maritum, *Afflict. deciſ. 359. & Bartol. in l. 3. de falſ. cauſ. adje. legat.*

Cap. XIII. Quando valeat, vel non.

Dotis incertæ relictum eſt validum, & tunc quantitas arbitrio Judicis debet declarari. *Afflict. deciſ. 337. num. 9. & deciſ. 371. Magon. deciſ. 7. Roe. Flor. Franc. Mantic. de conject. ultim. volun. libr. 9. titul. 1. Bartol. in l. 22. §. ſi quid. ff. de teſtament.* ¶ Legatum dotis factum à marito uxori valet, & ſi maritus nullam dotem habuerit, dummodo in legato certum exprimatur, *§. ſed ſi uxori inſtitut. de legat. & ibidem gloſſ.* ¶ Falſa demonſtratio quantitatis expreſſæ, dotis legatum non vitiat ut ſi quis legaverit uxori centum pro dote, quam jam reddiderat *l. 21. de legat. 2.*

Cap. XIV. Uxor: Maritus: Quæ habere poſſit, & ad quæ teneatur.

Si pater legat filiæ, qua invita dotem exegerat, filia debet eſſe contenta, alterutro niſi plus ſit in dote *l. 35 §. qui invita, de leg. 2.* ¶ Maritus ſi ſimpliciter legaverit urori rem, quam æſtimatam habuerat in dote uxor habebit rem, actione ex teſtamento, & actione de dote, æſtimationem. *Bart. in l. 49. de leg. 2.* ¶ Uxor, cui per virum legatæ ſunt dotes, item panni, & ornamenta domus & decem ſalmæ vini, & grani, & relicta domina, & uſufructuaria, an habeat omnia legata, *Bartol. in conſil. 216.* ¶ Si maritus legat dotem uxori certa quantitate non expreſſa, oportet uxorem probare numerationem, quod non habet neceſſe, ſi certa quantitas ſit expreſſa. *l. 3. C. de falſ. cauſ. adject. legat. & l. 21. ff. de verborum obligatio.* Ideo ſi legatur dos facta relatione, ad inſtrumentum dotis, nihil aliud requiritur, niſi, quod inſtrumentum loquatur, ſed ſi ſit relicta facta relatione ad dotem, inquiritur veritas, *l. fin. Cod. de falſa cauſa.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Pro dote filiæ legata, illa poteſt reperiri contra tertium poſſeſſorem. *Afflict. deciſ. 162. in fin.* ¶ Filia inſtituta in dote, fratribus univerſaliter inſtitutis, cenſentur ſubſtituta vulgariter. *Raud. tract. de Anal. cap. 33. num. 61.* ¶ Pater dotat filiam in ejus teſtamento de bonis ſubjectis reſtitutioni. *Bart. in l. 2. §. ſi ſponſa. ff. de privileg. cred.*

TITULUS CCCCLX.

De feudo, & re dotali immobili.

Cap. I. Prohibitio alienationis, Quæ dicatur, & Qualis ſit.

Fundus dotalis ſi legetur, debetur æſtimatio, & alienatio fundi dotalis, quomodo dicatur prohibita, & cujus reſpectu. *Bartol. in l. dotalem. ff. de milit. teſtam.* ¶ Privilegium, ne fundus dotalis alienetur, quando tranſeat ad omnes, *Bartol. in l. 1. ff. ſol. matr.* ¶ Major eſt prohibitio alienationis rerum dotalium, quam peculii adventitii, *Ozaſ. deciſion. 94. num. 22.*

Digitized by Google

Cap. II. Quæ præſumantur & requirantur.

Uxor vendens prædium cum marito, præſumitur pro forma adhibita, & totum pretium ad maritum perveniſſe. *Ozaſ. deciſ. 140. Afflict. deciſion. 209. vide tamen Bald. in l. mater. Cod. de rei vend. & alios citatos in additio. ad Bart. in l. 8. C. de inoffic. donatio.* nec ſibi præiudicat in dote conſequenda, *vide Afflict. deciſ. 311. Capic. deciſion. 78. n. 9. Boer. deciſ. 23. Franc. Marc. quæſt. 507. & Joan. Gal. q. 2. & qu. 15.* ¶ Pretium fundi dotalis venditi per virum, & uxorem, & per quemlibet ipſorum inſolidum, præſumitur pro dimidia ad uxorem perveniſſe. *Bartol. conſ. 124. vol. 1. vide tamen Ozaſ. dec. 140. Afflict. dec. 209. & Capic. deciſ. 78. n. 9.* ¶ Conſenſus binus uxoris requiritur in alienatione facienda per maritum de re immobili donata propter nuptias, ſed quando conſenſus duplex præjudicet mulieri, *Bart. in Authen. ut immobilia bona.*

Cap. III. Probibitio quando fieri poſſit.

Alienationia rerum dotalium prohibitio, non ſolum fit propter ſexus muliebris fragilitatem, ſed etiam ob favorem mariti. *Ozaſ. deciſ. 94. num. 26.* ¶ Qualiter fructus fundi dotalis dividantur, ſi maritus deceſſerit in medio anni, vel aliter, inter uxorem, & hæredes mariti, *vide Cravet. conſ. 268.*

Cap. IV. Quæ alienare non poſſint.

Fundus dotalis non poteſt alienari, ſed quid, in fundo viduæ; *vide Franc. Cremen. ſing. 171.* ¶ Dotalis fundus etiam ſoluto matrimonio non poteſt alienari, antequam reſtituatur mulieri, ſed poſtquam eſt reſtitutus, perdit jus, & nomen, *vide Pet. de Raven ſing. 147.* ¶ Fundus dotalis prohibetur alienari, quod etiam habet locum in quaſi dotali. *Alviſ. de Alber. ſing. 63.* ¶ Sicut maritus non poteſt alienare fundum dotalem; ita nec uxor conſentire marito alienanti, niſi propter mulieris utilitatem. *l. fin. ff. de jur. dot. §. inſtitut. quib. alien. licet, vel non.*

Cap. V. Quæ dentur in dotem.

Quando res æſtimata datur in dotem, an illa æſtimatio faciat emptionem, ut maritus eam poſſit retinere, & ſolvere æſtimationem, *vide Boer. deciſ. 327. num. 10. Joſ. Ludov. deciſion. Peruſ. 8. part. 2. & ſupra titul. de jure dotium.* ¶ Æſtimata prædia, ubi dantur in dotem, & convenitur, quod æſtimatio, vel res præſtetur, tunc eſt in electione viri utrum vel reſtituere. *Natt. d. conſil. 450. num. 4.* nam æſtimatio in dubio facit emptionem, quod non procedit, quando æſtimatio non reſponderet valori rei. *Anton. Trigon. ſing. 62.* Æſtimata prædia viro in dotem dari poſſunt duplici reſpectu, nempe ad effectum, ut ſi prædia fuerint deteriorata id cedat periculo viri; item ut æſtimatio faciat emptionem, ita quod vir non teneatur reſtituere prædia, ſed pretium æſtimationis, & in dubio regulariter æſtimatio facit emptionem, adeo quod bona deſinant eſſe dotalia, & alienari poſſint per virum, etiam invita uxore, *vide Natt. conſil. 450. Roland. conſil. 92. volum. 2. & conſil. 64. volum. 4.* & præmiſſa procedunt, quando matrimonium habuit effectum, alias ſemper reſtituitur res. *Pnt. deciſion. 376. lib. 3. Paul. Æmil. deciſ. 331. part. 2.* ¶ Quando dotis promiſſio conſiſtit in quantitate, & inde fundus datur, cenſetur datus in ſolutum pro ipſa quantitate, & ex ea æſtimatione, quæ emptionem facit, quod non procedit, quando intervenit læſio ultra dimidiam, *Magon. dec. 76. Luc.*

Cap. VI. Actio cui competat.

Mulier ſoluto matrimonio poteſt agere ad revocationem alienationia rei dotalis, per eam factæ conſtante matrimonio. *Guid. Pap. ſing. 348.* ¶ Rei dotalis nomine (quæ periculo mulieris eſt) non mulier furti actione agit, ſed maritus. *l. 50. §. maritus, ff. de furtis.*

Cap. VII. Qui ſint effectus alienationis.

Alienatio fundi dotalis per virum inſcia uxore facta, non nocet mulieri. *Afflict. dec. 340.*

Cap. VIII. Quibus modis valeat.

Alienatio facta de fundo dotali per mulierem firmatur juramento, quoad ipſam mulierem, ſed non facit, ut transferatur dominium, ideo alius poterit fundum dotalem alienatum vendicare. *Bart. in l. 93. numer. 5. ff. de acquir. hæred.* ¶ Rei dotalis quando valeat alienatio, & quando non, *vide per Bartol. in §. multo. Authen. ut immobilia bona.* ¶ Fundi dotalis alienatio cum uxoris conſenſu, & permutatione in alterum fundum meliorem valet. *Afflict. deciſ. 336.* & dotem uxor poteſt cum viro permutare, ſi id ſibi ſit utile. *Barth. de Cap. ſingul. 74.* ¶ Conceditur abſolutio à juramento præſtito ſuper alienatione fundi dotalis, aliquibus tamen concurrentibus, *Guid. Pap. qu. 214.* alias valet alienatio facta cum juramento. *Bart. in l. 23. C. de jure dot.* ¶ Quod dicitur alienationem fundi dotalis valere, ſi ſit utilis mulieri, quomodo intelligatur, *Cravet. conſil. 1. pro genero, n. 39.* ¶ Juramentum mulieris ſuper alienatione fundi dotalis, ab ea ſervandum. *Afflict. dec. 336. n. 4. vide Franc. Marc. q. 426.* quid, ſi remaneret totaliter indotata, *Excell. P. Theſſa. dec. 223. num 9. 12. & 13.*

Vel non.

Mulier, quæ primo juravit ſe non alienaturam fundum dotalem, & poſtea alienavit, & juravit de non veniendo contra, non obligatur, & alienatio ſecunda non valet. *Bart. in l. 57. numer. 9. ff. de fidejuſſor. & manda.* ¶ Emptio fundi dotalis facta ſive à ſciente, ſibi ab ignorante eſt nulla, in præjudicium mulieris, ſed in præjudicium viri tenet. *Bart. in l. 42. ff. de uſucap. pro empt. num. 1. & 13.* ¶ Alienatio à jure prohibita ita demum non dicitur valere, ſi pars ſe oppoſuerit. *Ozaſc. dec. 49. num. 33.* ¶ Factum ab uxore propter minas à viro illatas, reſcinditur officio judicis. *Bart. in l. 13. C. de transact. num. 6.*

Cap. IX. Res dotalis. Quæ dicatur. Qualis ſit, vel non.

Prædium eſſe dotale, eſt vitium reale. *Bartol. in l. 23. Cod. de jure dot.* & non poteſt alienari. *leg. 13. C. de jure dot.* ¶ Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando eſt empta nomine mulieris, & ſit ad ejus utilitatem, alias ſecus. *Gaſp. Cabal. milleloqu. 540. vide l. 12. C. de jure dot.*

Vel non.

Soluto matrimonio durat fundus dotalis, & ejus privilegium, ut ſit inalienabilis, & impræſcriptibilis, donec ipſa dos ſit reſtituta mulieri, poſt reſtitutionem autem dotis non poteſt amplius dici dos, nec durant ejus privilegia. *Harim. cap. 1. tit. de dote. libr. 2.* ¶ Res data in ſolutum pro pecuoia dotali, non efficitur dotalis. *Rol. conſ. 86. vol. 4.*

Cap. X. Quando ſit dotalis, vel non.

Dotalis fundus ſit res illa, ſuper qua fuit dos uxoris aſſecurata. *Capic. dec. 78. num. 10.* tamen prædium in dotem conſtitutum non dicitur dotale, niſi tradita poſſeſſione. *Andr. Gail. obſerv. 79. n. 9. lib. 2.*

Cap. XI. Quæ fieri poſſint jure dotali.

Executio ſententiæ non fit in fundo dotali pro debito mariti, & uxoris, ſecus erit pro debito contracto per uxorem ante matrimonium, ſi ipſa nulla alia bona habeat, hoc verum citato denuo marito. *Capic. deciſ. 128.* ¶ In rebus dotalibus non fit executio pro debito, ſeu expenſis, in quibus fuit condemnata uxor litigans (etiam cum conſenſu mariti) in præjudicium ipſius mariti. *Joan. Pap. libr. 18. tit. 5. arreſt. 44.*

Cap. XII. Maritus, uxor: Quis ſit: videatur.

Maritus conſtante matrimonio rei dotalis eſt dominus.

Afflict.

Afflict. deciſion 252. & eam poſſidet. *Bartol. in l. unica. C. de uſuc. pro dot. vide l. 1. & fin. C. de ſerv. pign.* & tenetur ad onera. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 38. num. 19. Bart. in l. 21. §. item l. 2. ff. ad municip. & de incol.* tamen dominium rei dotalis poſt mortem viri ipſo jure revertitur ad mulierem; non autem poſſeſſio. *Joſ. Ludov. deciſ. Peruſ. 61. part. 2. vide Dec. conſil. 671. & Bart. in l. 26. §. maritum. ff. ſol. matrimon. & in l. 10. ff. ſol. matrimon.* ¶ In bono ſufficit maritum eſſe in rebus dotalibus, qualem in ſuis, ſecus in malo. *l. 25. §. maritum. ff. eod.* ¶ Mulier an ſit domina rei dotalis, *vide in l. pater filiam. ff. ad leg. Falc. & in l. in rebus. C. de jure dot.* an vir ſit dominus, *vide eundem Bartol. in l. 13. §. in dotem. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ¶ Mulier fundi dotalis domina non eſt, *argento. ff. de auro. & arg. leg.*

Cap. XIII. Quæ facere poſſit, vir, maritus, & uxor.

Vir, quando poſſit reſcribere rem dotalem, & quando utatur acceſſione auctoris, *vide Bartol. in l. 12. §. in dotem. ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Vir cum convenitur per hæredes mulieris ad fundum dotalem in dotem datum, an poſſit opponere ne conveniatur, niſi in quantum facere poteſt, *Bartol. in l. 41. §. fundum. ff. de re jud.* ¶ Maritus, ſi non eſt ſolvendo dotem ſibi æſtimatam vera æſtimatione, alteri obligare non poteſt, & hoc caſu in ſubſidium datur actio contra tertium poſſeſſorem. *Roland. conſ. 92. num. 8. & 23. Hippol. ſing. 691. Joan. Anton. Trig. ſing. 62. vide Bartol. in Auth. ſive à me C. ad Senatuſ. conſul. Vellei.* & tunc res æſtimata non deſinet eſſe dotalis, nec poterit alienari, vel obligari per maritum. *Franc. Crem. ſing. 19. Anton. Trig. ſingul. 62.* tamen poſſeſſor offerendo æſtimationem aufugit rerum reſtitutionem. *Roland. d. conſ. 92. num fin.* alias æſtimatio facit emptionem, quando eſt certa, & tunc facit tranſire periculum in maritum. *Cab. Milleoq. 531.* ¶ Maritum ſuo facto non poſſe facere conditionem uxoris deteriorem, & ideo ſententiam latam contra maritum uxori non præjudicare, ſcribit *Menoch. de Arbit. lib. 2. cap. 39. num. 21.* idem in præſcriptione, *vide tamen Bart. in l. 8. §. quidam. ff. qui ſatiſdare cogant.*

Uxor: mulier.

Donate poteſt uxor, ut filia communis maritetur. *Franc. Crem. ſing. 4.* ¶ Uxor poteſt uti retentione, etiam contra extraneos agentes hypothecaria, viro ad inopiam vergente. *Bart. in l. 71. ff. ſol. matr. num. 89.* ¶ Mulier conſtante matrimonio efficaciter obligat bona dotalia cum juramento, & renunciationibus ſolitis. *Gomez. Leo. deciſ. 18. in deciſion. diverſo. Tom. 2. Bartol. in l. 37. num. 8. ff. de fidejuſſor. & mand. Abb. conſil. 95. volum. 2.* ſed pro pretio ipſarum rerum obligatarum, ipſis capitis creditoribus, habet regreſſum contra bona mariti, & debet præferri aliis creditoribus ipſius mariti, *vide ibid. d. deciſ. 18.* ¶ Quando maritus alienat fundum dotalem de conſenſu mulieris, quæ confeſſa eſt cum marito ſe recepiſſe pretium, mortuo marito uxor poterit petere pretium fundi ab hæredibus mariti, niſi conſtet pretium vel partem ejus fuiſſe verſum in utilitatem mulieris, *Caſſa. in conſuetud. Burg. tit des droicts, Rub. 4. §. 17. glo. 6. numer. 29. & Rol. conſ. 64. volum. 1.* ¶ Dotale prædium mulier poteſt pro alimentis ſibi, & familiæ comparandis, (marito abſente) alienare. *Natt. conſil. 574.* alias ſecus, *Bart. in l. C. de rei vend.* ¶ Mulier hodie poteſt vendicare à viro rem in dotem datam. *Bartol. in l. 54. ff. ſol. matrim.*

Vel non.

Mulier ſine viri conſenſu rem dotalem alienans, nihil ab hæredibus mariti petere poteſt, nec etamſi cum conſenſu mariti intraverit, & ſola obligata fuerit de evict. *Boer. deciſ. 23. num. 5.* ¶ Uxor non poteſt conſentire viro alienanti rem dotalem, niſi propter ſuam utilitatem. *Bart. in l. 88. ff. de jure dot.*

Quæ habere poſſit.

Uxor ſi conſenſit alienationi fundi dotalis in caſibus quibus vendi poteſt, pretium ſuccedit loco dotis, & habet pro eo hypothecata bona viri. *Capic. deciſ. 78. num. fin. vide Caſſ. in conſuet. Burg. titul. des droicts. Rub. 4. §. 22. gl. fin.*

Cap. XIV. Ad quæ teneatur.

Maritus in rebus dotalibus tenetur de levi culpa. *l. 25. §. ſi maritus, & ibidem Bartol. ff. ſol. matrim.* poteſt alienare ſervitutes fundo dotali debitas non utendo; non tamen patiendo. *Bartol. in l. 26. §. maritus. ff. eod.* ¶ Mora mulieris in non recipiendo fundum dotalem, facit maritum teneri de dolo duntaxat, & de fructibus quos percepit. *l. 10. ff. ſol. matrim.* ¶ Si maritus arbores fructiferas in rebus dotalibus inciderit, tenebitur pœna legis Aquiliæ, quia quoad hoc non eſt dominus rei dotalis. *Marc. de Mane. ſing. 609.* ¶ Dotales res, ubi caſu fortuito ſunt factæ deteriores, illa deterioratio cedit damno mulieris; & non mariti, *Natt. conſil. 601. numer. 7.* ¶ Mulier reſtituitur adverſus alienationes factas de fundis datalibus, non obſtante tacita approbatione, primo metu durante. *Rot. Aven. deciſion. 113. ibid. Tom. 3.*

TITULUS CCCCLXI.

De reſtitutione & collocatione dotis in tuto, quæ fit conſtante matrimonio.

Cap. I. Aſſecuratio: Quæ dicatur.

PRoviſio in eventum reſtitutionis dotis, inopiæ cauſam non comprehendit, ſed conſignatio potius dicitur. *Put. deciſ. 356. libr. 3.* ¶ Aſſecuratio dotium, quæ fit conſtante matrimonio ob urgentiam viri ad inopiam, non eſt vera dotis reſtitutio. *Gramm. deciſ. 92. Bartol. & Doctor. in l. ſi ita ſtipulcr. ff. ſol. matrim. vide Hieronym. Mag. deciſ. Luc. 55.*

Cap. II. Quando fieri poſſit, vel non.

Dotis collocatio in tuto, ſive aſſecuratio fieri debet, citatis prius creditioribus. *Ozaſc. d. deciſ. 155. numer. 6.* imo bona mariti vergentes ad inopiam poſſunt aſſignari uxori in præjudicium creditorum, & ipſis non vocatis. *Capel. Thol. quæſt. 339.* ¶ Quando uxor egit hypothecaria conſtante matrimonio viro ad inopiam vergente, ſi fructus percepit non computat ipſos fructus in ſortem. *Bart. in l. 1. C. de pign. action.*

Cap. III. Qui aſſecurari poſſit in dote.

Viro vergente ad inopiam, uxor aſſecuratur in dote ſua auctore Prætore ſuper bonis patris, qui ſe obligaverat cum filio pro reſtitutione illius. *Afflict. deciſ. 9.* & pariter dos data ſocero poteſt repeti, ſi ipſe ad inopiam vergat. *Bartol. in Auth. ben. de æqualit. dot. §. illud quoque.* ¶ Uxor poteſt aſſecurari in pecunia viro debita, marito ad inopiam vergente, & tunc talis pecunia deponitur apud mercatorem, ut de lucro maritus, & uxor alantur. *Afflict. deciſ. 221.*

Cap. IV. Dos apud quem remanere debeat.

Si filius ſuſtinet onera matrimonii, dos debet eſſe penes ipſum. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. §. 2. gl. 9. Bart. in l. 25. n. 61. ff. ſolut. matrim. l. 20. ff. fam. erciſcun. & Put. deciſion. 265. lib. 3.* ¶ Dos quod debeat eſſe, ubi ſunt onera matrimonii, intelligitur reſpectu viri, non mulieris, & an uxor, cui fuit per ſocerum dos legata agere poſſit vigore legis, ſi conſtante, & actio de dote,

an oriatur conſtante matrimonio. *Bart. in leg. 2. ff. de dot. prælegat.* ¶ Fructus rei, ſuper que mulier eſt aſſecurata conſtante mattrimonio, debent ſervire oneribus matrimonii *Afflict. dec. 9. in fine. Magon. deciſion. 125. Rot. Flor.* ¶ Dos aſſecurata remanet apud uxorem, etiam marito facto divite, *Magon. deciſ. Luc. 55. num. 2. vide tamen And. Gail. obſ. 85. lib. 2. & Bart. in l. 140. §. et ſi placet. ff. de verb. oblig.* ¶ Si plures ſunt fratres, & unus habeat uxorem, ille debet percipere dotem patri per nurum datam, vel ſibi vivente patre. *§. ſi filiusfam. ff. Fami. erciſ. vede l. 47. ibid.*

Cap. V. Quando reſtituenda ſit, vel non.

Marito urgente ad inopiam dos eſt reſtituenda, vel uxor alimendanda, & eſt in electione uxoris petere alimenta, aut cautionem, vel dotem. *Joſ. Lud. deciſ. 22. num. 8. & 11.* ¶ De reſtitutione dotis poſt ſeparationem thori, & quando maritus mulieri ad alimenta teneatur, *Fmne. Marc. qu. 413. num. 25.* ¶ Dotem filii acceptam, quando tenetur pater reſtituere conſtante matrimonio, filio, & nuru ſeorſum ab ipſo habitare volentibus, *Boer. deciſion. 195.* ubi ſcribit nonnullas diſtinctiones, *& Caſtren. in l. 2. C. famil. erciſcun.*

Vel non.

Regulariter conſtante matrimonio dos reſtitui non poteſt, niſi in caſu inopiæ, & quando hæredes ſoceri recipientis dotem reſtituerunt ipſam dotem. *Afflict. deciſion. 349.* & ſic dos conſtante matrimonio repeti non poteſt: fallit iſta juria concluſio ſi maritus conſtante matrimonio ad inopiam vergeat qualitercunque. *Andr. Gail. obſerv. 83. libr. 2. Roland. conſ. 9. volum. 1. Bartol. in l. 9. C. de rei vendic. l. 29. C. de jure dot.* ¶ Ampliatur iſta fallentia primo, ut procedat non ſolum in dote, ſed etiam in donatione propter nuptias, *Gail. ib. n. 2. Roland. d. conſ. 9.* ¶ Secundo ampliatur, ut procedat non ſolum in dote, verum etiam in bonis paraphernalibus, quæ uxor marito ultra dotem dederit. *ib. num. 3. Rol. d. conſ. 9.* ¶ Tertio ampliatur, ut habeat locum non ſolum in bonis propriis mariti allodialibus; ſed etiam emphyteuticis, & feudalibus in ſubſidium *Gail. d. obſerv. 83. libr. 2. n. 4.* ¶ Quarto ampliatur, ut procedat non ſolum in marito ſed etiam in ſocero, qui dotem receperat, ſi incipiat vergere ad inopiam, vel male uti ſua ſubſtantia. *ibid. d. num. 4.* licet maritus ſimul cum ſocero obligatus eſſet dives, *Put. deciſion. 265. libr. 3.* ¶ Quinto ampliatur, ut procedat etiamſi maritus fidejuſſores de conſervanda, & reſtituenda dote offerret. *ibid. Gail. d. obſerv 83. n. 7. Put. deciſ. 359. lib. 2.* ¶ Sexto, ampliatur in marito adhuc minore. *ibid. num. 7.* & quando jam incipit labi facultatibus, & male uti ſubſtantia ſua. *ibid. n. 11.* ¶ Nurus à ſocero dotem non repetit, patre virum ſuum emancipante, & dotem reſtituente de ipſius nurus mandato. *Afflict. deciſ. 349.* ¶ Dos conſtante matrimonio reſtitui non debet, niſi in caſibus, in jure expreſſis, & de quibus *vide per gloſſ. in §. dotes, Authent. de nup.* ¶ Licet dos conſtante matrimonio non poſſit reſtitui; tamen conſiſtens in pecunia poteſt permutari, & converti in corpora, & ſic poteſt mulier in ſolutum recipere aliqua bona pro reſtitutione ſuæ dotis, & valet talis reſtitutio, *Natt. conſ. 465. num. 19. & conſil. 496.* ¶ Dos licet non poſſet reſtitui conſtante matrimonio regulariter, poteſt tamen minui, quod verum eſt in dote tantum promiſſa. *Pet de Rav. ſing. 565.*

Cap. VI. Quando repeti poſſit.

Repetitio dotis fit conſtante matrimonio duabus ex cauſis, una, ut dos ſit in tuto, alia, ut deſerviat pro alimentis viri & uxoris. *Put. dec 265. num. 4. lib. 3.* ¶ Furor ſuperveniens viro abſque eius culpa eſt cauſa. ut uxor poſſit repetere dotem probato furore. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 22.* ¶ Dos conſtante matrimonio quibus repetatur caſibus & maritus quando poſſit ſolvere dotem uxori conſtante matrimonio, ut ſolvendo liberetur. *Bart. in l. 2. ff. ſolut matrim.* ¶ Quæſtio in utramque patrem diſputabilis eſt, an mulier ſciens, prudensque cum viro inope, vel prodigaliter ſumptuoſo matrimonium contrabens poſſit conſtante matrimonio ob viri inopiam dotem datam repetere, demum concluditur pro parte negativa; tamen hoc caſu poteſt uxor exigente à marito cautionem de dote conſervanda & reſtituenda. *Andr. Gail. obſerv. 84. lib. 2. vide Bart. in leg. 3. §. ſi ſemel ff. ut in poſſeſſionem legatorum, & in l. 13 §. de illo. ff. de damno infect.*

Vel non.

Uxor quæ ſcit malam qualitatem viri tempore contracti matrimonii non poteſt repetere dotem; quia eſt ſibi imputandum. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 22. numer. 7. 18. vide tamen numero 17.*

Cap. VII. Quando peti poſſit.

Si maritus eſt excommunicatus, & perſeverat in excommunicatione, uxor que non velit ſecum habitare, poteſt petere dotem. *Pet. de Ravent. ſing. 956.* ¶ Dos mulieri in quibus caſibus ſolvi poſſit. *Bartol. in lege 88 ff. de jure dot.*

Cap. VIII. Qui liberetur à dote præſtanda, vel non.

Si pater reſtituat dotem nurus filio bonum erit, quod hanc reſtitutionem faciat de voluntate ipſius nurus, aut ejus patris, qui ſic faciendo liberatur purpetuo ab eadem obligatione dotis. *Boer. deciſ. 195. numero 8.* ¶ Si pater emancipat filium, & ei tradat dotem juſſu nurus ſuæ, liberatur ab ipſa. *Petr. de Raven. ſing. 165.* ¶ Uxor aſſecurata pro dote conſtante matrimonio ſuper aliqua re viri non liberat eum nec alia ejus bona ab hypothecia; minus in tali aſſecuratione procedi poteſt ad ſecundum decretum, etſi maritus aſſignat rem, dominium non transfertur. *Capic. deciſion. 46. & Hieron. Magon. deciſion. Luc. 55.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Conſignatio bonorum viri vergentis ad inopiam uxori facta, non nocet viro, remanet enim dominus, & ejus conditio non fit deterior, nec pauperior, ſola adminiſtratione, quæ in illo jam erat, penes uxorem reſidente, *Mag. dec. 125. Rot. Flor.* & quia conſtante matrimonio dos ſolvi non poteſt, res aſſignata pro ſecuritate dotis, non poteſt peti ſoluto matrimonio ſed ſolum dos ipſa. *Gom. Leo. deciſ. 6 deciſ. diverſo.* ¶ Dotis repetitio, quæ fit conſtante matrimonio, quem effectum operetur. *Bartol. in l. ubi adhuc. C. de jure dot.* ¶ Vir reſtituens ſua ſponte dotem uxnri propter inopiam quando talis reſtitutio ſibi, & creditoribus præjudicet, *Bartol. in l. 25. numer. 95. ff. ſol. matrim.* ¶ Facta reſtitutione dotis per virum vergentem inopiam conſtante matrimonin, eſt interdicta mulieri alienatio ipſius *idem de Ravent. ſingul. 136.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Aſſignatio facta mulieri per maritum pro dote non valet in præjudicium creditorum mariti. *Caſſand. in conſuetud. Burg. titul. des droicts. Rub. 4. § gloſſ. 2. num. 8.*

Jus offerendi quando competat.

Licet creditoribus ſoluto matrimonio per mortem mariti competat jus offerendi dotem, tamen hoc non procedit, quando fit reſtitutio dotium propter mariti inopiam: quia tunc non licet offerre pecuniam dotalem, & habere bona, in quibus fuerunt dotes reſtitutæ, & collocatæ pro concurrenti quantitate; ſecus in pluri valore. *Ozaſc. deciſ. 134. numero 12. vide Afflict. dec. 169. Vincent. de Fmnc. deciſion. 54. Andr. Gail. obſervation. 92. libro 2. Gaſpar Cabal. Milleloq. 813*

Cap. XI. Maritus: uxor: mulier: Quæ facere poſſit.

An mulier intentato remedio legis. ſi conſtante, poſſit ſe opponere executioni, quæ fit ſuper bonis viri per ſecun-

Cap. XI. Maritus: uxor: mulier: Quæ facere poſſit.

An mulier intentato remedio legis, ſi conſtante, poſſit ſe opponere executioni, quæ ſit ſuper bonis viri per ſecundum creditorem, allegando vergentiam mariti ad inopiam. *Excell. P. Theſſau. deciſ. 207.* ¶ Dotea mulier poteſt cum marito permutare, id ſi ſibi ſit utile. *Barth. de Cap. ſingul. 74.* ¶ Uxor aſſecurata pro dote in una re viri, non poteſt variare, & eligere alia bona hypothecata. *Capic. deciſion. 46. numer. 5. & 13.* ¶ Mulier an poſſit ob inopiam, ſeu mutationem ſtatus à cautione, ſeu diſpenſatione, aut proviſione partis dotis recedere. *Put. deciſ. 364. libr. 3.* ¶ Uxor an ex cantà petitæ aſſecurationis dotium, poſſit impedire creditorem mariti volentem capere ejus bona, dum adhuc non obtinuerit pronunciari eſſe locum aſſecurationi. *Grammat. deciſ. 92. numer. 17.* & hoc caſu datur cautela mulieri, ut in ſua petitione dicat ſe paratam oſtendere, quod maritus uti cœpit male ſubſtantia ſua, & ſic evenit caſus conſignationis dotium, quo caſu poſſet recta via agere contra tertios poſſeſſores, vel impedire executionem ad inſtantiam creditorum faciendam. *ibid. n. 8. Vinc. de Franc. deciſ. 381.* ¶ Mulier poteſt agere contra tertios poſſeſſores reſtitutione dotis, quando maritus eſt notoriè non ſolvendo, & quando agit contra bona mariti ſufficiunt leviores probationes; ſecus quando ageret contra tertium poſſeſſorem. *Lud. deciſ. Luc. 22. n. 12. & 15. Pet. de Benint. deciſ. 68.* ¶ Poteſt uxor impedire executionem factam in bonis mariti probando virum vergere ad inopiam, etiam antequam egerit, & diſcuſſerit bona mariti, *Rebuff. in ſuis comment. tom. 2. tractat. de conſtitutiu. redit. gloſſ. 14. num. 43. Caſſan. in conſuet. Burg. des droicts. Rub. 4. §. 17. gl. 2. fin. Roland. conſ. 9. vol. 1.* ¶ Maritus omnes exceptiones legitimas contra dotis repetitionem opponere poteſt. *Gail obſervat. 83. num. 21.*

Cap. XII. Habere poſſit, vel non.

Bonis mariti confiſcatis, uxor dotem ſuam ſalvam habere debet, item *Gail. obſerv. 6. lib. 2.* ¶ Filia dote adventitia ſine patris conſenſu agit. *Auth. quod locum, & ibidem Bartol. C. de collatio.* ¶ Uxor aſſecurata ſuper bonis viri pro dote, non habet dominium illorum. *Affl. deciſion. 9.* poſſeſſio tamen non avocatur à conventa, cum agitur contra mulierem aſſecuratam ſuper re patris mariti pro dotibus ſuis, quæ fuerat obligata, licet actor probet dominium, & poſſeſſionem conventi in actione rei venditionis. *Afflict. ibid. num. 3.*

Cap. XIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Maritus ſæviens in uxorem, maleque vivendo, an teneatur ad alimenta tantum, vel totam reſtituere dotem, *vide deciſion. 131. Rot. Avenio. in deciſion. diverſo.* ¶ Si maritus expulit uxorem etiam ſine juſta cauſa, non tenetur ad reſtitutionem dotis. *Pet. de Raven. ſingul. 320.*

Cap. XIV. Quando vergat ad inopiam.

Maritus, quod vergat ad inopiam ſufficit vulgari opinione, & dicitur vergere ad inopiam, quando eſt bannitus, & ex quo incipit male uti ſubſtantia ſua. *Joſ. Lud. deciſion. 22. Luc. num. 19. & 21. Bartol. in l. 1. C. de repudiis.* ¶ Quando maritus dicatur vergere ad inopiam, qualiter ipſa inopia probetur. *Gail. obſerv. 83. n. 11. Bartol. in l. ubi adhuc. C. de jur. dot.* ¶ Maritus fidejubens dicitur vergere ad inopiam, & uxor repetit dotem. *Maran. in ſuo ſpec. 6. diſpu. num. 12. fol. 577. Hippol. ſing. 574.* ¶ Per plura inſtrumenta alienationum, poteſt conſtare maritum vergere ad inopiam. *Roland. conſil. 9. vol. 1.* ¶ Stipulationi propter inopiam quando locus non ſit, ut non detur executio inſtrumenti dotis. *Put. deciſ. 356. 359. 364. lib. 3.*

TITULUS CCCCLXVII.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, & de reſtitutione ipſius.

Cap. I. Dos. Qualis ſit.

CAuſa viduæ, & cauſa dotis dicitur pia. *Grammat. deciſion. 193. num. 137.* ¶ Dos confeſſa, & non recepta, an habeat privilegia dotis numeratæ. *Boer. deciſ. 330. & ſupra tit. de dote cauta. lib. 1.* ¶ Soluto matrimonio res dotalis retinet ſua privilegia, donec dos ſit reſtituta mulieri; poſt reſtitutionem autem dotis, non poteſt amplius dici dos, nec durant ejus privilegia. *Harem. cap. 1. tit. de dote, libr. 2.* ¶ Data jurium dubitatione favendum eſt cauſæ dotali. *Abb. conſ. 73. libro 2.* ¶ Conſtante matrimonio augeri poteſt dos, debet tamen augeri in immobilibus, ne fraus aliqua excogitari poſſit adverſus creditores ratione augmenti; in rebus vero mobilibus, ſi maritus creditoribus eſt obnoxius, nullo modo procedit augmentum. *§. aliud quoque, Auth. de æqualitate dotis, ubi de materia.* ¶ Dos data ab avo, an cenſeatur profectitia, & videatur profecta à patre. *Cravec. conſ. 219.* ¶ Dos quando conſtituitur filiæ pro omni jure, quod habere poſſit in bonis patris, dicitur habita dos loco legitimæ; ideo quæritur ſoli filiæ, & in ea ſuccedunt hæredes ipſius, vel filii ab inteſtato. *Crav. conſ. 84. n. 4.* ¶ Dos data filiæ à patre dicitur eſſe aliena ab omnibus bonis patris, & dos reverſa ad patrem, illam minuere non poteſt pater in præjudicium filiæ, niſi ejus ſubſtantia eſſet diminuta. *Bartol. in §. quia vero. Auth. de æqualit. dot.* ¶ Privilegia dotibus, & uxoribus conceſſa, anplectuntur etiam uxores per verba de futuro. *Afflict. deciſ. 61.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Requiſita ad obtinendum in judicio aſſiſtentiæ petitæ, tam quando agitur contra poſſeſſorem, quam principalem, *Gramm. deciſ. 103. num. 105. & 175.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Dos, vel donatio ad patrem reverſa debet eſſe præcipua illius filiæ, pro qua data fuit, extraneis inſtitutis, ſed quid, ſi alii filii fuerint inſtituti, *vide Bart ſing. 154.* ¶ Adhibitus ad ſtipulandum totam dotem, in dubio non intelligitur adhibitus animo donandi, & adhibitus animo donandi intelligitur cauſa mortis, ſi mortis cauſa eſt mentio facta, & tunc poteſt gravari fideicommiſſo. *L. 12. ff. de dot. prælegat.* ¶ Si teſtator jubeat hæredem dotem filiæ ſtipulari intelligitur ea moriente in matrimonio, non ea ſuperveniente, ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. *l. 79. §. pater, de legat. 2.* ¶ Revocatio facta per filium hæredem alienationum bonorum feudalium per defunctum factarum, ſalvo aſſenſu domini: antequam dominus conſentiret, non extenditur ad bona feudalia obligata ſalvo aſſenſu Regis pro dote uxoris ipſius defuncti, quæ poſt revocationem impetravit aſſenſum. *Afflict. dec. 111.* ¶ Obligatio, ſeu ſtipulatio de aliqua quantitate reſtituenda in omnem eventum dotis reſtituendæ, habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſine liberis uxor deceſſerit. *Ozaſ. dec. 108. n. 6. vide Afflict. deciſ. 399.* ¶ Tribus modis quis dicitur adhibitus ad dotem ſtipulandam, quam ipſe non dedit, de quibus *gloſſ. l. 12. ff. de dot. prae.* ¶ Stipulatio de dote reddenda, habet locum viro, & uxore ſimul decedentibus. *l. 510. §. maritus. ff. de rebus dub.* ¶ Augmentum in materia dotali dupliciter conſideratur. *D. Sol. decr. Blanc. part. 1. de feud. num. 7.* ¶ Inſtrumentum dotale licet in ſe non contineat hypothecam, quia tamen præſuppoſita dote, de neceſſitate datur hypotheca hinc inde ſequitur etiam quod habeatur pro expreſſa eo modo. *Gram. ibid. num. 46.*

Cap. IV. Quando probetur.

Dos probatur per verba enunciativa inſtrumenti facti inter alios favore dotis, etiamſi eſſent enunciativa inter diverſas perſonas. *Paul. Æmil. deciſ. 288. part. 1.* ¶ Confeſſio facta in inſtrumento diviſionis inter fratres per alterum ipſorum, ſe habuiſſe centum ab altero pro dote uxoris, probat dotem pro ipſa. *Bartol. conſilio 123. volum. 1.* ¶ Mater mulieris agens ad reſtitutionem dotis filiæ, quæ habuit filios, ſed tamen deceſſit ſine ipſis, debet probare ipſam filiam abſque liberis deceſſiſſe; alias non ſequeretur condemnatio contra maritum. *Ozaſ. deciſ. Senatuſc. 108. & conſ. ſeq.* ¶ Conſuetudo generalis, quod dos filiæ prædefunctæ tranſmittatur ad ejus filios, & non revertatur ad patrem, an debeat probari. *Capic. deciſ. 176. num. 18.* & tunc dos ſpectat ad filios beneficio legis, non uti hæredes. *Borg. Caval. deciſion. 14. contract. part. 2. num. 18.* ¶ Clauſula appoſita in inſtrumento dotali, nempe confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe, probat traditionem ejus, quod tunc temporis tradi potuit. *Bart. in l. 48. ff. de acquir. poſſ.* quod facit ad id, quia ſi ante inſtrumentum fuiſſet res tradita, non poſſet ex inſtrumento quæri actio patri. *Bartol. ibid.*

Cap. V. Quæ præſumantur.

Pretium fundi dotalis venditi per virum, & uxorem, & per quemlibet ipſorum inſolidum, præſumitur pro dimidia ad uxorem perveniſſe, & alia dimidia ab hæredibus viri poteſt repeti, & dos eſt quid univerſale: ideo in illa pretium ſuccedit loco rei, *Bart. conſil. 124.* & reſpectu proprietatis inſpicitur tempus dati fundi in dotem. *Bart. ibidem.* An talis confeſſio noceat hæredibus mariti, vel creditoribus. *vide per Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 60. part. 2. & ſupra titul. de dote cauta libr. 1.* ¶ Confeſſio facta conſtante matrimonio de dolo recepta in bonis mobilibus, quæ non apparent, præſumitur facta in fraudem creditorum, & non valet. *Capel. Thol. quæſtione 340. vide tamen Menoch. deciſ. 202.* ¶ Maritus, & uxor quando ſimul confitentur habuiſſe pecuniam dotis, præſumitur perveniſſe dos ad ſolum maritum; ideo ipſe tenetur inſolidum ad reſtitutionem. *Cravet. conſ. 91.* ¶ Frater ſtipulando dotem reſtitui, an in dubio præſumatur pro ſe, vel pro ſorore ſtipulari, *vide Bartol. conſilio. 88. volum. 2.* ¶ Qui ſtipulatur dotem ſibi reddi, mandato mulieris in dubio præſumitur adhibita. *l. 35. §. nuptura, de legat. 3.*

Cap. VI. Qui dare cenſeantur dotem, vel non.

Promiſſio facta pro dote Sejæ, ſi contraxerit matrimonium cum Cajo, debetur dos Sejæ, ſi Cajus per eam fuit requiſitos, & contrahere noluerit. *Bartol. conſil. 122. volum. 1.* ¶ Dans dotem de ſuo proprio, poteſt ipſi doti legem, quam vult imponere, reſpectu reſtitutionis, *Abb. conſil. 19. libr. 1.* ¶ An filia poſſit dare dotem filiis ſuis patre ipſius filiæ ad huc vivente, & an datio convaleſcat mortuo patre. *Cravet. conſil. 39.* ¶ Dos data ab extraneo, vel patre, matre, aut fratre an, & quando cenſeatur donata abſque animo repetendi. *Menoch. de Arbitr. libro 2. caſ. 88. num. 39.* ¶ Si frater dotaverit filiam fratris, videtur illud feciſſe contemplatione fratris, & ideo illa dos dicitur profectitia. *Dec. conſ. 280. numer. 4.* ¶ Pater quando dat certam dotem filiæ pro omnibus bonis, & juribus paternis, maternis, fraternis, & ſororinis, quæ bona, & jura filia cedit, & renunciat ipſi patri, non cenſetur eam dotaſſe be bonis propriis tantum. *vide Cravet. conſil. 84. num. 4.*

Cap. VII. Qui habere poſſit.

Filia dotata à patre ea conventione, ut dos ad ſe rediret, mortuo patre filio maſculo etiam exiſtente hærede inſtituto, ipſa filia & hæredes ejus dotem debent conſequi. *Dec. conſil. 106.* ¶ Idem quando pater deceſſit ab inteſtato relicto filio, qui ſolus ab inteſtato ſuccedit. *Dec. ibid.*

Cap. VIII. Quando retineri poſſit.

Retentio dotis, an competat pupillo adverſus matrem, vel aviam, quæ tutelam adminiſtrarunt? *D. Gaſp. Theſ. q. For. qu. 28. lib. 2.* ¶ Mulier mortuo marito, poteſt retinere domum, quam jure familiaritatis habitabat, marito vivente. *Dec. conſ. 232.* ſed quando hoc dictum locum habeat, & quæ concurrere debeant. *Roland. conſil. 77. vol. 1. n. 90.* & quando habet hypothecam poteſt inſiſtere bonis, etiam contra fiſcum. *Roland. conſil. 31. vol. 1.* ¶ Filiis datur retentio dotis, donec per matrem fuerit reddita ratio adminiſtrationis tutelæ, per eam adminiſtratæ. *Roland. conſil. 17. volum. 4.* ¶ Mulier condemnata ad rei reſtitutionem, poteſt eam retinere poſt ſententiam, virtute hypothecæ ſuarum dotium, vel precarii, quam, vel quod ante ſententiam non oppoſuerat; ſecus ſi oppoſuiſſet. *Capic. deciſ. 119.* ¶ Mulier mortuo viro, poteſt auctoritate propria remanere in retentione domus, in qua cum viro habitabat, donec dos actualiter ſibi ſolvatur. *Capic. ibidem num. 3.* nam mulier virtute hypothecæ, quam habet in bonis viri, poteſt uti retentione pro ejus dote. *Grammat. deciſ 92. numer. 19 Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 12. num. 18. part. 1. & deciſ. 61. part. 2. & 109. Magon. deciſ. Luc. 94. Mynſing. obſervat. 82. cent. 6. & Put. deciſ. 278. lib. 3* ¶ Uxore mortua maritus poterit ſibi retinere veſtes pretioſiores, quas fecit uxori; ſecus in veſtibus quotidianis. *Capel. Thol. qu. 337. vide ſupra tit. de donat. int. vir. & uxor.*

Cap. IX. Quando peti poſſit, vel non.

Dos ſi præſcribatur, aut pater uxoris fiat non ſolvendo, imputatur hoc marito; ideo dos poteſt peti ſoluto matrimonio. *Bocr. deciſ. 22. num. 18.* imo uxor non poteſt viro imputare negligentiam dotis non exactæ, & ſic regulariter mariti negligentiam in non exigendo dotem nocet uxori: fallit, Primo, ubi maritus ſine conſenſu uxoris remiſerit dotem, aut eam, quam non receperat confeſſus fuiſſet recepiſſe: Secundo, quando maritus convenit hæredem ſoceri promittentis: Tertio fallit, quando extraneus dotem promiſerat ex cauſa oneroſa uxoris, *Boer. deciſ. 329. Franc. Marc. qu. 180 Rot. Avenio deciſ. 148. in deciſ. diverſo.* ¶ Quando maritus facit legatum uxori cum onere non petendi dotem, ſi mulier acceptaverit legatum, non poterit amplius dotem petere: quia legatum cum onere ſuo acceptatum intelligitur. *Dec. conſil. 300. num. 13. vide de materia ſupra tit. de dot. prælegat.*

Cap. X. Quando ſolvenda, vel non.

Quando maritus in inſtrumento matrimonii, confitetur recepiſſe à ſocero, & incontinenti in inſtrumento ſocer ſe obligat marito ad quantitatem confeſſam, an ſoluto matrimonio hæredes mariti teneantur ad ſolutionem dotis; an vero cedendo jura ſua contra ſocerum, vel ejus hæredes liberentur, *Marc. quæſt. 642. part. 2.* ¶ Duo rei debendi fiunt duo fratres, ubi promittunt dotes uxoris alterius reſtituere, & ex quibos conjecturis per diviſionem ſubſequutam, frater intelligatur ejus dimidiam ſolviſſe. *Natt. conſilio 684.* ¶ Fiſcus tenetur etiam ad ſolutionem dotis confeſſæ, ubi renunciatum eſt exceptioni non numeratæ dotis, vel lapſa ſint tempora opponendi. *Natt. conſil. 78. Bartol. in l. 1. C. de dote cauta.* ¶ Filii filiæ morientis ante patrem, ſuccedunt in dote materna. *Capic. deciſ. 176. n 24. & 28.* ¶ Dos conſtante matrimonio ſolvi non poteſt: ideo res aſſignata pro ſecuritate dotis, non poteſt peti ſoluto matrimonio; ſed dos ipſa. *Gom. Leo. deciſ. 6. in dec. diverſ. Tom. 2.*

vide

vide ſupra tit. prox. ideo uxor hoc caſu non poteſt renunciare juri hypothecarum in rebus ſpecialiter obligatis. *Nat. conſil. 101. volum. 1.* ¶ Si dos ſocero data eſt mortuo ipſo ſocero, illa debetur uti æs alienum. *l. ſi. dos. ff. ad leg. Falc.*

Cap. XI. Cui acquiratur, vel non.

Dos inſolidum acquiritur filiæ quando pater fuit ſtipulatus eam filiæ reddi. *Cravet. d. conſ. 84. num. 3.* & tunc illam pater conſequi non poteſt, niſi ut hæres filiæ. *Cravet. ibidem num. 10.* ¶ Marito quod uxoris contemplatione datur, liberis primi matrimonii quæſitum eſſe videtur. *Marc. quæſt. 113. part. 2.* ¶ In contractu dotis ſpeciale eſt, ut ex eo inter alios celebrato mulieri abſenti jus quæratur, abſque alicujus ſtipulatione. *Nat. conſil. 316. num. 6.*

Vel non.

Non datur ſoluto matrimonio uſusfructus dotis, niſi quando debitor illius fuit in mora, & uxor eſt pauper, & non habet unde vivat, niſi ex ſua dote, vel conſtet, quod paſſa fuit intereſſe. *vide Afflict. deciſ. 284. Gram. deciſ. 103. num. 91. & 97. & 98. Gaſp. Cabal. milleloq. 433.* ¶ Pater dando dotem pro filia ſibi inſolidum actionem non quærit, niſi ſtipulatione proſpiciat: ſecus in aliis omnibus, qui dando dotem per ſolum pactum nudum ſibi actionem quærunt. *Jaſ. de action. §. fuerat num. 53.* alias quæritur filiæ; quod intellige ſi matrimonium ſequatur. *Jaſ. ibid. num. 131.* tamen actio de dote eſt communis patris, & filiæ, *ibid. num. 54.*

Cap. XII. Quæ fieri poſſint in re dotali.

Fructus dotis ſoluto matrimonio dividuntur pro rata temporis, quo maritus onera matrimonii ſuſtinuit. *Hartm. cap. 5. tit. de dote lib. 1.* ¶ Si nomina dantur in dotem, debent exigi ſumptibus viri, & non uxoris. *Guid. Pap. ſing. 335.* ¶ Quando bona dotalia conſiſtunt in rebus immobilibus & vir deceſſerit in medio anni, vel aliter, qualiter dividantur fructus, *Cravet. conſ. 268.* ¶ Fructus percepti per mulierem ſoluto matrimonio computantur in dotem. *D. Sola in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ gloſſ. ſuper 3. part. decreti blanchæ numer. 7. titul. de feudis.* ¶ Limita primo, ubi hæredes eſſent in mora, & mulier non haberet aliunde, unde ſe aleret, *ibidem d. num. 7.* ¶ Secundo, ſi mulier iterum nupſiſſet tradendo in dotem marito pignus, quod poſſidebat de bonis primi mariti. *ibid.* alias conventio de præſtandis uſuris uxori ſoluto matrimonio pro dote (quam poterat petere) non valet. *Roland. conſil. 55. volum. 2.* etiam ratione alimentorum. *Bart. conſil. 128. volum. 1.* ¶ Dos à patre profecta, & ad eum reverſa, venit inter liberos dividenda, niſi ratio inæqualitatis aliud inducat: cum hærede autem extraneo non dividitur, ſed ad ipſos liberos, pro quibus data fuerat revertitur. *l. ſi. C. commun. utriusque Judic.* ¶ Jocalia, & donamenta facta à conſanguineis viri ſponſæ, dicuntur facta contemplatione viri, & econtra, *vide ibidem num. 21.* ¶ Si uxor dederit marito aliquam hæreditatem, pro qua oportuit longo tempore litigare, nunquid expenſæ factæ in lite minuant dotem. *Caſſa. in conſuet. Burgund. titul. des droicts, Rub. 4. §. gloſſ. 4.* ¶ Legatum factum filiabus pro reſtitutione, dotis maternæ, cenſetur factum animo compenſandi, etiam cum debito reſtitutionis bonorum paraphernalium. *Menoch. conſ. 56.* ¶ Dos eſt ſequela matrimonii, ideo debet exegi ſecundum conſuetudinem loci viri, & non mulieris; ſed inſtrumentum dotale debet celebrari ſecundum conſuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus. *Afflict. deciſ. 126. vide l. 65. ff. de re jud.*

Quæ alienari poſſint.

Ex forma decreti antiqua in hac Patria bona feudalia, pro reſtitutione dotium, & augmenti ipſius, poſſunt alienari, *idem Senat. ibidem fol. 69.* ¶ Bona fideicommiſſi pro reſtitutione dotium ſunt alienabilia. *Illuſtr. Senator. Sol. in ſuis comment. antiq. conſtit. Sabaud. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, blancha titul. de feudis, num. 3. fol. 69. & Dec. conſil. 376. & conſ. 519.*

Cap. XIII. Quæ opponi poſſint.

Si ſecunda uxor agat ad reſtitutionem dotis confeſſæ per maritum contra filios primi matrimonii an ipſi poſſint contra eam opponere dictam confeſſionem fuiſſe factam in fraudem ipſorum, & ſapere vim donationis, *Cravet. conſil. 40. & ſupra titul. de pœnis ſecundo nubent.* ¶ Vir cum convenitur per hæredes mulieris pro fundo dato in dotem, an poſſit opponere, ne conveniatur niſi in quantum facere poteſt, *Bartol. in l. 41. §. fundum. ff. de re judic.* ¶ An contra inſtrumentum dotis poſſit opponi exceptio non numeratæ dotis, ut retardetur executio ipſius, ſi maritus in ipſo inſtrumento confeſſus fuit dotem recepiſſe, & illico in continenti per aliud inſtrumentum conſtat de obligatione ipſius dotis, non obſtante confeſſione prædicta, & deinceps non conſtet de ſolutione, *vide plene per Abb. conſil 73. lib. 2.* ¶ Maritus conventus actione de dote, pro rebus amotis compenſationem objicere poteſt. *leg. 1. Cod. de act. rer. amo.*

Cap. XIV. Actio pro dote cui, & contra quem competat.

Actio de dote, quæ communis eſt patri, & filiæ, non poteſt in præjudicium filiæ (ſine ejus conſenſu) à patre intentari. *Ozaſ. deciſ. 62. numero fin.* ¶ Actio de dote non eſt communis patris, & filiæ, conſtante matrimonio; ſicut eo ſoluto, ſed ſolum datur filiæ. *Bald. ſingul. 11.* ¶ Vir ſi inſtrumento confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe à patre mulieris centum in dotem, quæ promiſit reſtituere, an mulier ſoluto matrimonio poſſit dicere actionem ſuam, *vide Bartol. in l. 41. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Actio de dote intentata per patrem an fiat tranſitoria ad hæredes per ſolam litis conteſtationem, & quando faciat actionem propriam, *vide Bartol. in l. 14. ff. ad leg. Falc.* ¶ Mulieri pro rebus dotalibus (etiam æſtimatis) competit rei vendicatio, & hypothecaria, in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus, nec ei ulla currit præſcriptio antequam agere poſſit ſoluto, vel conſtante matrimonio. *l. in rebus C. de jure dot.* ¶ Quando ſunt duo res obligatæ pro reſtitutione dotis, tunc mulier debet prius experiri contra ambos correos, antequam agat contra tertium. *Afflict. deciſ. 312.* ¶ Mortuo viro uxor poterit agere contra hæredes mariti durante tempore dato ad deliberandum. *Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 5.* ¶ Pater mortua uxore, ſi incipiat male uti ſubſtantia, an filius habeat remedium, *l. ubi adhuc, vide Bartol. in l. 13. C. de ſentent. paſſis, & reſtitut.* ¶ Actio de dote conſequenda competit uxori (mortuo viro) cui non fuerat dos ſolvi promiſſa; ſed viro, *vide Guid. Pap. quæſt. 375. & ſupra titul. de jure dot.* ¶ Socer uxoris pro dote conventus beneficium habet, ne conveniatur ultra quam facere poſſit: ſed ſocer viri non, ſi conveniatur ſoluto matrimonio; ſecus ſi conſtante. *l. 21. ff. de re judic.* & tale beneficium competit etiam poſt ſententiam, & illi non poteſt renunciari. *vide Franc. deciſ. 164.* tamen poteſt dolo amitti. *ibidem num. 11.* ¶ Quando pater ſtipulatur dotem pro filia, actio eſt propria patris; ſed an tranſeat ad hæredes, *vide Bartol. in l. fin. C. communia utriusque judic.* ¶ Actio de dote non perimitur, ſi ſolvatur aliquid mulieri pro dote, in qua ſolutione ipſa decipiatur. *Bartol. in conſil. 121. volum. 1.* ¶ Hæredes mulieris habent actionem contra maritum, ſi mulier aliquid acquiſivit ex ejus opera fabrili, & artificiali. *Joſeph. Ludov. deciſ. 28.* nam acquiſita ab uxore conſtante matrimonio, illi ac-

quiruntur, ſi artem aliquam (ex qua lucrabatur) exercebat. *Menoch. conſil. 154. num. 14. lib. 2. vide ſupra titul. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Mulier pro dote reſtituenda habet tacitam hypothecam in bonis mariti. *Jaſ. de action. in § fuerat. num. 29.* ¶ De beneficio competenti marito, & ſocero, ne conveniantur ultra quam facere poſſint, *vide libr. 1. titul. de privilegiis.* ¶ Exceptio competens marito, ne conveniatur ultra quam facere poſſit competit ejus hæredibus, ſi ſunt filii ejuſdem matrimonii. *Bartol. in l. 23. ff. de re judic.* ¶ Pater ſi ſtipulatus eſt dotem ſibi dari, facto divortio filiæ voluntate, mortua filia ſine liberis agit pater, ut hæres filiæ, nec alius conſenſus requiritur. *Bart. ſing. 61.* ¶ In dote profectitia mulier agit cum conſenſu patris; ſecus in adventitia. *Jaſ. de action. § fuerat. num. 133.* ¶ Pro dote competit actio ex ſtipulatu, etiamſi ſtipulatio non interceſſerit, vel interceſſit inutiliter. *l. unica §. 1. C. de rei uxor. actio.* & de hac actione, vide ibi per totam legem. ¶ Actio rei uxoriæ, quæ olim pro dote competebat, eſt hodie transfuſa in actionem ex ſtipulatu, cum omni ſuo jure, quæ actio eſt bonæ fidei, & competit pro reſtitutione dotis, & eſt privilegiata reſpectu hypothecæ, & prælationis. *§. fuerat. inſtitut. de actio.* ¶ Actio ex ſtipulatu de dote competens viro, & uxori eſt bonæ fidei; competens autem extraneo, eſt ſtricti juris. *gloſſ. ibid.*

Vel non.

Hæredes patris, & quilibet inſolidum conveniri poſſunt ad dotem, pro cujus aſſecuratione promiſit pater. *Afflict. decif. 332.* ¶ Res empta ex pecunia dotali, non eſt dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio, & ideo ſi dos eſt in caſu reſtitutionis, mulier pecuniam repetit, non autem ad rem agit. *l. 12. C. de jure dot. vide ſupra tit. de fundo, & re dotali.* ¶ Mulieri non datur actio ad rem in ſolutum traditam pro dote; ſed ſolum ad pecuniam dotalem. *Roland. conſil 86. volum. 4.* tamen res data pro reſtitutione dotis in dubio præſumitur potius data in ſolutum, quam remiſſa jure pignoris, & hypothecæ, ideo efficitur dotalis. *vide Menoch. conſil. 229. lib. 3.*

Cap. XV. Dos: ad quos reddi debeat; poſſit, vel non.

Si pater eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi, filia decedente ſine filiis, illa decedente cum filiis, etiam debet ei reddi dos de jure. *Bart. conſil. 130.* ſecus de conſuetudine. *idem Bart. conſil. 199. vol 1. & Abb. conſil. 115. lib. 2.* ¶ De jure communi dos debet integra reddi hæredibus mulieris, & maritus nihil lucratur. *Abb. conſil. 117. libr. 2.* ¶ Si extraneus, qui dotem conſtituit, ſtipuletur illam ſibi reſtitui ſoluto matrimonio, ipſa dos debet reverti ad ipſam conſtituentem, etiam liberis extantibus ex ipſo matrimonio. *Guid. Pap. quæſt. 523.* ¶ Dos data per patrem filiæ ſpuriæ, de neceſſitate mortua filia ſine liberis debet redire ad patrem. *Abb. conſil. 50. lib. 2. vide ſupra tit. de naturalibus, ſpu.* ¶ Soluto matrimonio dos ad mulierem redditur, & donatio propter nuptias ad virum. *cap. fin. de donat. int. vir. & uxor. l. 18. C. de donat. ante nupt.* ¶ Dos data occaſione matrimonii illiciti, quod non contrahitur, quando poſſit repeti, & quid, ſi de facto fuit contractum, *vide Bart. in l. 5. ff. de cond. ſine cauſa.* ¶ Dos filiæ ſoluto matrimonio jure patriæ poteſtatis, ad patrem reddi debet, licet eam diminuere non poſſit. *Gram. decif. 54. num. 8.* ¶ Dos à patre profecta revertitur ad patrem, filia ſine liberis decedente, vel cum libero nato in octavo menſe, qui vixit duobus diebus, & vivere non poterat. *Afflict. decif. 236. Guid. Pap. quæſt. 142. facit l. 4. C. de falſ. cauſ. adject. legat.* ¶ Dos mulieris excluſæ per maſculos à ſtatuto, utrum remaneat penes filios ſuos, vel revertatur ad patrem donantem, *Capic. 176. num. 7.*

Vel non.

Dos quæſita per filiam emancipatam poſtquam pater eam dotavit, non conſolidatur amplius in patrem. *Capic. 176.* ¶ Quando filia de conſenſu patris ſtipulatur dotem ſibi reddi, & ſuis liberis, aut ipſe pater nomine filiæ ſtipulatur ipſi filiæ reſtitui; vel ſuis liberis tunc ſoluto matrimonio ipſa dos non reddit ad patrem dotantem, ſed tranſit ad filiam, ſi vivat, & ſi mortua devolvitur ad ejus liberos tanquam ad hæredes, & in caſu omiſſo, & non comprehenſo in ſtipulatione, facta per patrem de dote ſibi reſtituenda, donare videtur ipſi filiæ, & ipſius ſolius eſt actio. *Guid. Pap. quæſt. 147. & quæſt. 523. & ſingul. 623.* ¶ Conſuetudine inductum eſt, quod dos a patre data non revertatur ad ipſum ſupraviventum mortua filia, relictis liberis; ſed remanere debet apud maritum pro commodo filiorum, à qua conſuetudine receditur, quando maritus eſſet dives, & pars dotis non eſſet adhuc ſoluta (licet promiſſa) nam pro ea parte hoc non poſſet compelli pater dotans ad ſolvendum. *Menoch. conſ. 238. lib. 3.*

Cap. XVI. Quando reſtitui debeat, poſſit.

Dos, jocalia, veſtes, & donata pretioſa, & feſtiva ſolum reſtituuntur. *Borg. Caval. decif. 18. part. 2. num. 11.* & quæ ſint *vide num. 13. & 18.* ¶ Maritus confeſſus habuiſſe dotem tenetur eam reſtituere, & ſi poſtea virtute promiſſionis factæ à patre; vel extraneo ipſas non receperit, quia ſibi præjudicavit in prima confeſſione. *Capic. decif. 183. num. fin. vide Cravet. conſil. 282* ¶ Soluto matrimonio cogitur vir dotem reſtituere, & bona dividere communia. *cap. 1. & 2. ext. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Quod intellige de his bonis, quæ communiter empta fuerunt de bonis propriis uxoris, & viri & de hoc conſtat: alias enim præſumerentur omnia eſſe de bonis mariti. *gloſſ. ibid.* ¶ Maritus, an teneatur ad dotis reſtitutionem, data dilatione ſi pater uxoris qui tempore promiſſionis erat ſolvendo, reperiatur non ſolvendo tempore reſtiutionis. *Vincent. de Franc. decif 424. part. 2.* ¶ Maritus, ſi conſequutus fuit pœnam dotis non ſolutæ, an ſoluto matrimonio illam reſtiuere debeat. *vide Franc. Crem. ſingul. 69.* ¶ Dos promiſſa reſtitui extraneo illam conſtituenti, ipſi eſt reſtituenda, etiam liberis extantibus; ſecus erit in aliis conſanguineis, vel parentibus, *Papon. lib. 15. titul. 9. arreſt. 10. Boer. conſil. 56.* ¶ Ubi dos ſolum fuit recognita per filium, quando eo mortuo pater tenetur eam reſtituere, *Caſſa. titul. des droicts. Rub. 6. §. 2. gloſſ. 3.* ¶ Pater & filius, qui dotem recepiſſe confeſſi ſunt, an viriliter, vel in ſolidum ad ejus reſtitutionem obligentur, *vide Ozaſch. decif. 44. Franc. Marc. quæſt. 407. num. fin. Rot. Avenio. decif. 45. tom. 3. in decif. diverſ. Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 14* ¶ Pater ubi bona filii adminiſtrat, & eum gubernat ad reſtitutionem dotium inſolidum tenetur. *Ozaſch. d. decif. 44. Cravet. conſil. 91.* ¶ Pater quando conſentit matrimonio filii, obligat ſe, & ejus bona pro reſtitutione dotis. *Ozaſ. d. decif. 44. num. 8. Guid. Pap. ſingul. 880. vide Bartol. in leg. 23. §. cumegrediatur. ff. ſolut. matrimon.* nam paria ſunt, quod filius dotem recipiat cum voluntate patris, vel juſſu ejus. *Ozaſch. ibidem num. 10.* ¶ Dos conſiſtens in rebus mobilibus lapſo anno, debet reſtitui cum ſuis fructibus, non ſic in pecunia, licet tanto minus de fructibus, quantum fuerit expenſum pro alimentis uxori, reſtituatur. *Capic. decif. 24. numer. 4. vide ſupra titul. de aliment. in genere.* ¶ Pater filiorum filiæ morientis ante patrem, lucratur dotem paternam ipſorum morientium ſibi ſolutam; promiſſam vero lucratur æqualiter una cum ſocero. *Capic. decif. 176. num. 30.* ¶ Fructus bonorum non dotalium, quando teneatur maritus uxori reſtituere, vel ejus hæredi, *Cravet. conſ. 193. & ſupra titul. de bonis paraphernalibus.* ¶ Dos profe-

ctitia

ctitia patri, & filiæ reſtitui debet, ſed quando filia juſte recuſare dicatur conſentire patri recuperanti dotem à ſe datam, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 240.* tamen pater non poteſt in dote præjudicare, *ibid.* & econtra filia non poteſt dotem profectitiam patre invito exigere, vel donare. *ibidem Menoch. conſ. caſ. 242. ibidem.* ¶ Immobilia ſoluto matrimonio debent uxori ſtatim reſtitui, mobilia autem poſt annum, ſed quid. ſi vir immobilia dotalia alienaverit, & eorum pretio mobilia emerit, an debeant ſtatim reſtitui, *vide Ludov. Roman. ſing. 228.* ubi iuſtinet partem in negativam. ¶ Si pater eſt furioſus, dos debet reſtitui curatori ſuo, cum conſenſu filii, vel filiæ. *l. 69. ff. de ſolut. & lib.* ¶ Dos à patre profecta (etiamſi extent liberi) an ad illum reſtitui debeat, quando prædecedit maritus, & inde moriatur uxor, *vide Excell. P. Theſſ. deciſ. 138.* & quid, quando filia moritur in matrimonio cum liberis, *vide ibid. deciſ. 190. & Hartm. cap. 4. tit. de dote lib. 2.*

Vel non.

Quando mulier conſiſtit ſibi dotem de bonis ſubjectis fideicommiſſo, ſi eam recuperet, non tenetur amplius fideicommiſſario illam reſtituere. *Cravet. conſil. 168. num. 14. Bartol. in Auth. de reſtit.* ¶ Si vir ab uxore recipit nudam proprietatem à ſocero uſumfructum, ſoluto matrimonio morte mulieris nihil reſtituit. *l. 18. C. eodem.*

Cap. XVII. Quando repeti poſſit, vel non.

Deportatione viri, ſeu amiſſione Civitatis matrimonium non ſolvitur, dos tamen de æquitate reperitur. *l. 1. C. de repud.* ¶ Extraneus dans dotem non ſequuto matrimonio, vel eo ſequuto, reſoluto, an & quando dotem repetat, *vide Azo. in ſumma titul. de condic. ob cauſ.* ¶ Dos, in qua moneta debeat reſtitui, *vide ſupra lib. 1. titul. de augmento aurei, & monetæ.* ¶ Maritus, & uxor rem dotalem vendentes, ſi pretium recepiſſe confiteantur, ſoluto matrimonio totam ſummam uxor repetet. *Franc. Marc. quæſt. 407. vide tamen ſupra titul. de fundo, & re dotæ. & tit. de præſumptionibus, lib. 1.* idem ſi mulier conſentiente marito vendat, *Marc. d. quæſtion. 407. num. 22.* ¶ Dos promiſſa, & non ſoluta, quando repeti poſſit ſoluto matrimonio. *Bartol. in §. illud. quoque, Authent. de non eligendo.* ¶ Dos data à fratribus ſibi ſtipulantibus reſtitui in caſu ſoluti matrimonii non repetitur ab ipſis, ſi ſoror deceſſerit relictis liberis. *Bart. conſ. 127. vol. 1.*

Cap. XVIII. Qui, & quæ obligentur, vel obligata ſint, & qui liberentur à dote, vel non.

Socer, qui per apocham unius dotem promiſit cautam ſub bonorum hypotheca, dicitur obligaſſe bona ſua, & obnoxios hæredes ad illam ſolvendam feciſſe. *Afflict. deciſ. 332.* ¶ Patris bona pro dote nurus, & ejus antiphato ſunt obligata, ſi dotem pater recepit. *ibid. num. 2.* ¶ Maritus aſſecurando uxorem ſuper bonis ſuis, liberatur ab obligatione dotis. *Capic. deciſ. 78. num 8.* ¶ Dos dicitur proprium filiæ patrimonium, & an ſolutio facta patri liberet maritum, vel ejus hæredis á filia, & econtra. *Abb. conſil. 81.* ¶ Reſtituens dotem profectitiam patri ſine filiæ voluntate, non liberatur á filia; ideo poteſt repetere. *l. 34. §. ſi gener. ff. de ſol. & liber.*

Cap. XIX. Qui ſuccedere poſſit in dote, vel non.

Filiafam. quando habeat hæredem ab inteſtato in dote profectitia, *Bart. in §. 1. authent. de hær. quæ ab inteſt.* ¶ Pater, qui dedit dotem filiæ, & pro ea eſt ſtipulatus, ea mortua ſine liberis, ſolus ſuccedit. *Bart. ſingul. 62* excluſis fratribus, & ſororibus defunctæ. *Joan. Anton. Trig. ſingul. 17.* ¶ Mulier, vel vir ſuperſtes alteri prædecedenti ſuccedit in quartam partem omnium bonorum, etiam liberis extantibus, quod procedit, ſi conjux ſuperveniens eſſet pauper, & præcedens dives; alias ſecus. *§. quoniam vero Auth. de exhib. & introd. reu.* ſed gloſſ. ibi tradit hoc in viro eſſe correctum, *vide infra tit. de ſucceſſ. int. conjug.*

Vel non.

Conventione inita in dotis conſtitutione, quod ſi filia decederet ſine filiis legitimis & naturalibus bona dotalia ad patrem revertamur, filia unica extante tempore mortis matris, pater excluditur, & ſemel excluſus amplius non admittitur. *Dec. conſ. 414.* ¶ Filia excluſa per ſtatutum, & per renunciationem, an pariter procedat, quoad tranſmittendam dotem filiis ſuis, & non patri, *Capic. deciſ. 176. num. 8.*

Cap. XX. Qui, & quæ aſſecurari debeant pro dote.

Dos promiſſa marito, qui poſt promiſſionem obligavit omnia bona ſua, inde contraxit multa debita, & poſtea confeſſus eſt dotem illam recepiſſe, aſſecuranda eſt in creditorum præjudicium: quia inſpicitur tempus dotis promiſſæ; & non receptionis, ſeu ſecundæ confeſſionis de numeratione dotis. *Afflict. deciſ. 402. Joſeph. Ludov. deciſ. 57. Peruſ. 71. part. 2.* tamen nulla præcedente promiſſione, confeſſio de dote recepta per virum conſtante matrimonio non nocet anterioribus creditoribus. *ibid. Afflict. num. 2.* ideo alienatis bonis dotalibus de conſenſu mulieris, pro pretio uxor habet regreſſum contra bona mariti, cum anterioritate temporis à die ſuæ dotis conſtitutæ. *Gomez. Leo. deciſ. 18. Natt. conſil. 552. Rol. conſil. 64. volum. 1.* ¶ Mulier poteſt pro dote petere ſibi aſſignari terras ſuis vicinas, & cohærentes. *Capic. deciſ. 42.* ¶ Uxor filii, ſi modo appareat inſtrumentum dotale, aſſecurari debet pro dote, & antiphato ſuper bonis ſoceri. *Afflict. deciſ. 332. num. fin.*

Cap. XXI. Æſtimatio dotis, quando faciat emptionem.

Si ſimpliciter fiat æſtimatio bonorum datorum in dotem, & non ſit dictum, quod in reſtitutione dotis reſtituantur ipſa bona; ſed dicta æſtimatio, maritus videtur emiſſe prædicta bona, & omne augmentum tunc pertinet ad illum, ſi matrimonium habuerit effectum, alias non. *Put. deciſ. 376. libro 3.* ſecus etiam ſi eſſent data in dotem æſtimata, ut non ignoretur valor. *Afflict. deciſ. 27. vide ſupra titul. de jur. dot. & tit. de fundo, & re dotæ. Boer. deciſ. 327. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 10. & deciſ. 89. Cabal. milleloq. 557. Borg. Caval. deciſ. 16. de jud. l. 5. & 10. C. de jur. dot.* ¶ In re dotali æſtimatio facit emptionem, & res data æſtimata non remanet amplius pro dotibus obnoxia, niſi in ſubſidium: tamen æſtimatio non facit emptionem, quando fundus plus dimidio valet, quiá tunc ſtante tali exceſſu dicendum eſt magis datum eſſe ad cuſtodiam, & ad gaudimentum, quam in ſolutum. *Mago deciſ. Luc. 76.* ¶ Animalia, veſtes, & ſimilia, quando dantur in dotem intereſt mariti, ut non dentur æſtimata: quia tunc ſolum tenetur ad reſtitutionem ipſarum rerum ſi extent; ſecus ſi dentur æſtimata, quia hoc caſu illis conſumptis (etiam ad uſum mulieris) tenetur ad reſtitutionem ſecundum æſtimationem. *Rol. conſil. 92. volum. 2. num. 10. & 11.*

Cap. XXII. Qui amittat dotem, privatur.

Ei, qui mortem uxoris non defendit, ut indigno dos aufertur. *l. 20. ff. de his, quib. ut indig. leg. aufer.* ¶ Propter filiæ adulterium pater ejus vita durante; non privatur uſufructu dotis filiæ traditæ. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 6. gloſſ. 13.*

Quando tollatur, derogetur:

Pater qui obligavit bona ſua pro reſtitutione dotis, non poteſt amplius illam obligationem tollere. *Dec. conſil. 376.* ¶ Pater obligationi bonorum ſuorum pro reſti-

reſtitutione dotium jam contractæ, derogare non poteſt, ſubjiciendo eam fideicommiſſo. *Ozaſ. deciſ. 44. num. 9.*

Cap. XXIII. Qui effectus producantur.

Ad dotem ſi eſt actum ex una ſtipulatione dotis, & non probatur ſtipulatio, nihilominus obtinebit agens, non vi fictionis, ſed vi præſumptionis tacitæ ſtipulationis. *Gram. deciſ. 103. num. 13.* ¶ Stipulatio tacita à lege inducta favore dotis, ita meretur executionem, ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumento. *ibid. num. 14.* ¶ Confeſſio mariti de dote recepta, licet nihil dicatur in ea, quod promiſerit reſtituere, ex quo tacite in ſe continet promiſſionem de reſtituendo, ita mandabitur executioni, ſicut expreſſa promiſſio reſtituendi, *Gram. deciſ. 103. num. 15. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 1. num. 23. Tom. 1.* ¶ Revocatio donationis facta per maritum in ſequenti die ſub prætextu ſimulationis, non præjudicat uxori, cui in bonis donatis fuerant aſſecuratæ dotes. *Pap. lib. 15. tit. 4. arreſt. 21.* ¶ Matrimoniale pactum eſt teſtamentum; ideo per illud poteſt provideri liberis, & deſcendentibus, ut plene traditur per *Boer. deciſ. 155.* ¶ Promiſſio conſtituendi dotem operatur, ac ſi conſtituta fuiſſet ad evitandum circuitum. *Gram. deciſ. 103. num. 18. & 87.* ¶ Sententia lata contra maritum; an præjudicet uxori ignoranti, *vide Bartol. in l. 6. §. quidam. ff. qui ſatiſdar. cogantur.* ¶ Confeſſio dotis receptæ facta à marito, non videtur facta ſpe futuræ numerationis; ideo præjudicat hæredibus viri non obſtante, quod ſtatim ſocer recognoverit ſe debitorem mariti de certa ſumma pro reſiduo dotis, & non liberantur cedendo actiones. *Natt. conſil. 316.* ¶ Quittatio facta per maritum de parte dotis non receptæ, quando præjudicet mulieri, vel ejus heredibus agentibus ad reſtitutionem ipſius dotis, *Joan. Pap. lib. 15. tit. 4. arreſt. 3.* ¶ In prætorio pignore etiam in cauſa dotis reſtituendæ, fructus extenuant ſortem, *l. 48. ff. de ſol.* ¶ Pater ſolvendo dotem, ſi ſtipulatur ſibi, & hæredibus ſuis reddi, in omnem caſum reſtitutionis dotium, an impediat conſolidationem in filiam fieri, *vide Capic. deciſ. 176. num. 17.* ¶ Lapſis temporibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, tantum operatur confeſſio mariti de dotis receptione (etiam in præjudicium quorumcunque creditorum) quantum operatur vera & realis ſolutio, & hoc caſu dos confeſſa habet omnia privilegia ſicut dos numerata. *Afflict. deciſ. 402. num. 10. vide ſup. lib. 1. titul. de dote cauta.* ¶ Quid hoc in caſu ſi talis confeſſio fuerit facta conſtante matrimonio. *Cravet. conſil. 40. num. 5. Rol. conſil. 31. vol. 1. Jaſ. de actio. §. fuerat. num. 76. Natt. conſil. 78. num. 8. Felin. conſil. 21. num. 6. ſupra titul. de dote cauta lib. 1.*

Cap. XXIV. Quæ valeant, vel non.

Stipulatio dotis facta conſtante matrimonio, an valeat, *Bartol. in l. 21. ff. de verb. oblig.* ¶ Confeſſio dotis receptæ facta per divitem vilem, uxori pauperi nobili, ſtatim valet. *Bart. ibid. num. 4.* ¶ Pactum factum in contractu matrimonii, quod primogenitus maſculus ſuccedat in tali domo, ſtipulatione per ſponſum, vel notarium interpoſita, valet. *Guid. Pap. quæſt. 267. Capel. Thol. quæſt. 453. & quæſt. 454.* ¶ Si filia præmortua donaverit dotem viro ſuperſtiti, quando valeat donatio, ut pater excludatur etiam quoad uſumfructum, *vide Cravet. conſil. 84. plenius conſil. 92.* ¶ Pactum de dando uxori in ſolutum rem minoris pretii, quam ſit dos, conſtante matrimonio non valet; ſecus ſi ſoluto matrimonio, *Bartol. in l. 45. ff. de ſolut. & liberat.*

Cap. XXV. Qui revocetur, vel non.

Mulier licet ex primo matrimonio habeat filios, dotem ſuam recuperat, & alteri nubere poteſt: ſed ſi faciat extraneum hanc dotem ſtipulari animo donandi cauſa mortis, ea mortua, donatio revocatur uſque ad debitum bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonio inveniatur legitima. *l. 2. C. de donat. cauſ. mortis.* ¶ Dos data filiæ ſpuriæ, non poteſt per dotantis conſanguineos à viro revocari; ſed poſtquam fuit reverſa ad filiam ſic, deductis alimentis. *Bartol. in l. 25. §. ſi à ſocero ff. quæ in fraudem creditorum, vide ſupra titul. de natur. liber.*

Cap. XXVI. Renuncietur, vel non.

Uxor conſentiens alienationi rei mariti ſibi obligatæ, non intelligitur tacite renunciare juri hypothecæ, niſi expreſſe hoc agatur. *Natt. conſil. 101. Tom. 12.* imò regula eſt, quod mulier juri hypothecæ renunciare poſſit, ſi vir habeat bona, in quibus mulieri conſultum eſſe poſſit, in caſu dotis reſtituendæ, ſecus ſi alia non haberet bona. *Roland. conſilio 70. volum. 2. vide cap. 4. ext. de empt. & vend. Afflict. deciſ. 311. n. 5.* ¶ Declaratur non procedere hoc ultimum dictum, quando in renunciatione intervenit juramentum, nam tunc fit præjudicium mulieri, & ejus hæredi, etſi non adſint alia bona, in quibus conſultum eſſe poſſit ipſi mulieri, & ejus hæredi. *Roland. ibid. Afflict. dict. deciſ. 311. num. 4. Boer. deciſ. 23. num. 9.* ¶ Mulier renuncians juri hypothecarum in uno contractu, vel quoad unam perſonam, quoad alium contractum, vel quoad aliam perſonam ſibi non præjudicat. *Bald. ſingul. 27.* & renuncians, quo, ad unam petiam, non præjudicat ſibi quoad alia bona, jam ante alienata ſine ejus conſenſu. *Auguſt. Beron. quæſt. 93.* ¶ Filius expreſſe conſentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factæ, licet videatur renunciare jure hypothecæ ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renunciare doti, vel hypothecæ, quoad alia bona patris non vendita. *Petr. Gerar. ſing. 32. Mag. deciſ. Luc. 55.*

Cap. XXVII. Uxor: Maritus. Quæ facere poſſit, vel non.

Uxor bona defuncti mariti inſolidum poſſidere, aut petere poteſt, donec ſibi dos, & donatio propter nuptias ſolvantur, hæredi precario poſſidenti etiam præferenda. *Put. deciſ. 463. num. 4. libr. 2.* ¶ Uxor per clauſulam contentam in inſtrumento dotium, quod in eventum reſtituendarum dotium poſſit propria auctoritate capere, & apprehendere bona, &c. poterit nedum inhærere poſſeſſioni bonorum viri, verum etiam, ſi creditor eam apprehendiſſet, poſſet propria auctoritate ingredi, & apprehendere etiam illo reſiſtente. *Gram. deciſ. 92. num. 21.* ¶ Maritus ſepelit uxorem de dote. *Gaſp. Cabal. milleloq. 531.* ¶ Si tempore diviſionis factæ inter fratres fuerit aſſignatum certum prædium pro dotibus uxoris unius ex ipſis fratribus, & maritus promiſerit de rato pro uxore, ſoluto matrimonio poterit uxor petere illud prædium, & non cogitur accipere pecuniam, in qua fuit dos conſtituta, tamen ſi illam potius voluerit, habet electionem. *Cravet. conſil. 304.* ¶ Si quis promiſerit infra annum dotem florenorum mille reſtituere mulieri, etſi non ſolverit dederit ex tunc quædam bona in ſolutum, cum pacto, quod ſi talia bona evincerentur, ipſa haberet regreſſum, ad quantitatem dotis elapſo anno, ſi mulier noluerit dationem in ſolutum, poterit petere quantitatem dotis, quia datio in ſolutum non habet locum ipſa muliere invita. *Dec. conſil. 12.* contrarium tamen conſuluerunt *Sol. Junior. conſil. 41. vel 44. libr. 3. Alcia. conſil. 109. Laurent. Silva. conſil. 102. Afflict. deciſ. 368.* ¶ Soluto matrimonio, mulier poteſt titulo donationis cedere dotem. *Dec. conſil. 536.* ¶ Mulier ſoluto matrimonio, an poſſit vendere res dotales, & actio de dote incipit competere ſoluto matrimonio, vel viro ad inopiam vergente.

gente. *Bartol. in l. reb. C. de jure dot.* ¶ Mulier ſi adhibeat conjunctam perſonam ad ſtipulandam dotem, an videatur donare. *Bartol. in l. 8. §. ſi cui, ff. mandati.* ¶ Ex bonis confiſcatis mulier detrahit dotem, *Bald. ſingul. 12.* ¶ Mulier agens in caſu legis, ſi conſtante proſequitur judicium cœptum, mortuo marito, absque eo, quod incipiat contra hæredes cauſam. *Bartol. in l. 11. ff. de ſuſpect. tutor.* ¶ Maritus poteſt pro dote uxoris bona ſua, & filii hæredis aliunde quæſita obligare, ſi filius nullum confecit inventarium, vel fecit, ſed minus legitime, & contra ipſum filium mulier obtinebit. *Afflict. deciſ. 111. numero 15.* alias bona hæredum defuncti non ſunt obligata pro dotis reſtitutione, niſi defunctus ſpecialiter bona hæredis obligaſſet nomine hæredis, nec ſufficeret obligare ſe, ſuos hæredes. *Afflict. deciſ. 201.* ¶ Maritus de dote deducit impenſam funeris. *leg. 16. & ſeqq. ff. de Relig. & ſumpt. funer.* ¶ Uxor licet conſtante matrimonio dotem donare non poſſit in præjudicium mariti, tamen talis donatio morte marid confirmatur. *Ozaſcb. deciſ. 94.* ¶ Mulier habentibus tacitam hypothecam præfertur, non autem habentibus expreſſam. *gloſſ. §. fuerat. inſtit. de act. vide infra tit. qui potiores.*

Vel non.

Mulier, cui maritus reliquit pro dotibus ſuis fructus certorum caſtrorum, non poteſt in eis creare officiales ad juſtitiam, cum perceptione fructuum jurisdictionis criminalis. *Capic. deciſ. 185.* ¶ Soror, quando dotatur de bonis propriis fratris, ipſa decedente ſine liberis, non poterit diſponere de dote in præjudicium fratris, qui ſtipulatus fuerat, quod dos revertatur unde exierat, ſecus, quando fuiſſet dotata de bonis paternis, vel maternis. *Vincent. de Franc. deciſ. 196.* ¶ Si mulier paciſcatur de dote reddenda fratri ſuo præſenti, & ſtipulanti, non poterit amplius de ipſa diſponere in in præjudicium ipſius. *Boer. deciſ. 353. n. 14.* ¶ Mulier, quæ vult recuperare bona ſibi hypothecata pro dote, non poteſt eligere ubi voluerit, ſed judicis arbitrio relinquitur. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 65. part. 2. num. 17.*

Cap. XXVIII. Quæ habere poſſit.

Vidua, utrum de domo viri debeat expenſis hæredum habere veſtes lugubres, ſeu viduales, *vide Capic. deciſ. 26. ſupra eod. tit. de alimentis. Gaſp. Cabal. milleloq. 521.* Mulier ſterilis, an gaudeat privilegio dotis, *Bartol. in l. 9. ff. de liber. & poſthum.*

Cap. XXIX. Ad quæ teneatur.

Popularis dives, qui accepit in uxorem nobilem an obligetur, quando confitetur ſe plus accepiſſe ab uxore, quam habuit in dotem, *Bartol. in l. 4. C. de dot. promiſſ.* ¶ Maritus ignoranter recipiens in ſolutum (etiam per delegationem) nomen debitoris non ſolvendo, pro certa quantitate dotis, non præjudicat ſibi neque hæredi in inſtitutione, ſi nihil à debitore ceſſo exegerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 108.* nam ceſſi nominis periculum principaliter ad uxorem ſpectat, niſi culpa mariti intervenerit. *Ozaſcb. deciſ. 62. num. 12.* ¶ In dotis reſtitutione condemnatur maritus in quantum facere poteſt, vel in quantum habet, & facere poſſe importat quatenus facultates patiuntur, deducto, ne egeat. *§. item ſi de dote, inſtitut. de action.* ¶ Fallit duobus in caſibus, nempe ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex ea extaret, & quando mulier eſſet pauper. *gloſſ. ibid.* ¶ Uxor tenetur expectare per annum ad repetendam dotem, quando dos conſiſtit in pecuniis, & aliis rebus mobilibus; ſecus quando conſiſtit in immobilibus, & interim debet alimentari. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 21. vide Boer. conſil. 50. num. 18.* ſed an præmiſſa procedant in campſore, vel mercatore pecunioſo, *vide Jaſ. de action. in §. fuerat num. 28.* ¶ Mulier, quæ continuat recipere alimenta in domo mariti defuncti, ſibi prædicat in intereſſe. *Vincent. de Franc. deciſ. 217.* ¶ Mulier tranſiens ad ſecunda vota debet filiis ſuis petere tutores, & rationes de adminiſtratis reddere; alias quasdam pœnas patitur. *§. ſi autem tutela, Auth. de nupt. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubenti.*

Cap. XXX. Pater: filia: quæ facere poſſit, vel non.

Filia, cui pater dederat bona ſua in contractu matrimonii pro illa, & ejus deſcendentibus ex ipſo matrimonio, & omnibus aliis habentibus cauſam ab ipſa, non poteſt aliis donare, niſi deficientibus filiis ejusdem matrimonii. *Papon. lib. 15. tit. 1. arreſt. 5.* ¶ Frater non poteſt ſtipulari dotem ſibi reddi, quæ eſt de bonis ſororis, & ſtipulator poteſt ipſa agere, ut liberet virum. *Bart. conſil. 88. vol. 2.*

Habere.

Filius poſt mortem patris dotem uxoris viventis, vel defunctæ percipit. *l. 2. C. famil. erciſc.* ¶ Dotis profectitiæ pater habet uſumfructum, & tunc filia non poteſt diſponere de dote ipſa. *Cnvet. d. conſ. 84.* ſecus in adventitia. *ibid. num. 7.*

Cap. XXXI. Ad quæ teneatur.

Pater, & ejus filius in receptione dotis, ſi præſentes ſint, duo rei debendi judicantur, quod eſt ſpeciale. *Ozaſ. deciſ. 44. num. 12.* ¶ Angeli opinio confutatur, dum vult patrem tanquam fidejuſſorem obligari, ubicunque filius ejus voluntate dotem recipit *Ozaſ. d. deciſ. 44. num. 12.* ¶ Pater adjuncta filia dotem repetens, ipſam tenetur defendere inſolidum. *l. 3. §. ſi filiam. ff. de act. rer. amot.* ¶ Hæres favore dotis tenetur habere ratum defuncti factum. *Afflict. deciſ. 111. num. 7.* ¶ Filia delinquens non nocet patri in dote repetenda, & ipſe pater repetens dotem adjuncta perſona filiæ, tenetur ſatisdare de ea defendenda in caſu reconventionis. *Bartol. in l. 3. §. ſi filiafam. ff. de action. rer. amot.* ¶ Filia poteſt gravari in dote, quatenus dos eſt ultra legitimam. *l. fin. §. filia, de legat. 2.*

Miſcellanea.

Poſſeſſor tertius bonorum pro dote obligatorum conventus hypothecaria, ut executionem evitet, debet offerre dotem, neque repellitur mulier, vel ejus hæres exceptione cedendarum actionum, ſi eam ceſſionem contra alios non poteſt facere ſine dolo malo, puta quia illos liberaverat, tenetur tamen cedere actionem contra alios, prout facere poteſt. *Afflict. deciſ. 343.* vide tamen *Thom. Minad. deciſ. 29. Bartol. in l. 21. C ad Vellejan.* ſed quando fit reſtitutio conſtante matrimonio, non admittitur oblatio dotis. *Bartol. in l. 10. C. qui potiores, vide ſupra titul. prox.* ¶ De ratione quare in cauſa dotis duo rei debendi conſtitui poſſint, non tamen duo rei credendi; *vide per Bart. in l. 15. ff. de duob. reis.* ¶ Publicatis bonis uxoris non venit dos, niſi in quibusdam caſibus, de quibus *Ozaſ. deciſ. 94. num. 19.* ¶ Per ſecundum inſtrumentum conſtitutionis dotium, non videtur receſſum à priori ante facto. *Cnvet. conſil. 282.* ¶ Inſtrumentum dotis liquidum non dicitur, quando mulier per mortem viro petit executionem. *Gram. deciſ. 58. num. 12.*

TITULUS CCCCLXIII.

De actione rerum amotarum.

Actione rerum amotarum ita finiatur anno, ſicut condictio furtiva. *Jaſ. de action. in §. omnium num. 50.* ¶ De hac actione rerum amotarum, *vide per Joan. Criſp. de Montibus. in ſuo tract. termin. actio. poſt volumen Jaſ. de actio. num. 168.* ¶ Maritus conventus actione de dote, pro rebus amotis compenſationem objicere poteſt. *l. 1. C. de actio. rerum amot.*

TITU-

TITULUS CCCCLXIV.

De bonis maternis, & materni generis.

Generalia.

DE bonis maternis, *vide in tit. ad Orſic. & in Auth. de nupt.*

Cap. I. Bona: Quibus modis intelligantur.

Tacita hypotheca, quæ contrahitur in bonis pattis pro bonis maternis alienatis, trahitur retro tempus, quo cœpit adminiſtrare bona filii adventitia. *Boer. deciſ. 231.* ¶ In hæreditate materna, filius debet ſe probare hæredem, nec in illa habet locum regula, ſi filius, ergo hæres, *Mago. deciſ. Luc. 62. num. 24.*

Cap. II. Dos, quando retineri poſſit.

Pater dives intelligitur dare dotem filiæ de ſuis propriis bonis, licet dixerit computato eo, quod filia poſſet habere de bonis patris, & matris. *Petr. Genur. ſingul. 71.* ¶ Filius pro dotibus maternis poteſt uti retentione bonorum patris, donec ſibi dotes ſuæ matris ſolvantur. *Gram. deciſ. 92* ¶ Uxor inſtituens maritum cum onere reſtituendi hæreditatem filiis poſt certum tempus, illo elapſo pater hæres poterit retinere (non obſtante ipſo gravamine) uſumfructum bonorum hæreditariorum, uſque ad ſuam legitimam. *Joan. Papon. libr. 7. titul. 1. areſt. 5.*

Cap. III. Quando peti poſſit.

Patre promittente dotem filiæ de bonis paternis, & maternis, filia nihilominus materna bona rectè petet, niſi pater expreſſiſſet determinatas quantitates bonorum ſuorum, & maternorum. *Mynſing. obſerv. 88. cent. 6.* ¶ Si pater filium, vel filiam inſtituerit in centum, & juſſerit ſtare tacitum, vel tacitam, & contentam adeo, quod amplius de bonis ſuis petere non poſſit, licet ipſa centum aſcendant plus quam legitima, nihilominus non prohibetur filius, vel filia petere (ultra relictum) dotem maternam. *Guid. Pap. quæſt. 93. Natt. conſ. 186. Tom. 1. Bartol. in l. 7. §. ſi libere. ff. de oper. libert. vide tamen Menoch. conſ. 81. vol. 1.*

Cap. IV. Quando ſolvendæ.

Mortua filia relictis liberis, parte dotis non ſoluta, an pater dotans, & ſuperveniens poſſit compelli ad ſolvendum partem ipſam non ſolutam ipſius dotis, *vide eundem Menoch. conſil. 238. lib. 3.* ¶ Filius poteſt habere bona paterna citra jus, & nomen hæredis patris, puta ſi retineat bona pro dote materna. *Afflict. deciſ. 372.*

Cap. V. Quando excludatur quis à dote, vel non.

Si filia ex diſpoſitione ſtatuti excludatur à bonis parentum, ſi fuit à patre dotata, cenſetur excluſa etiam à bonis maternis. *Afflict. deciſ. 178.* ¶ Soror, quæ renunciavit bonis paternis, & maternis, non cenſetur excluſa à legitima. *ibid. d. deciſ. 178.* ¶ Uſusfructus bonorum maternorum non quæritur patri, matre inſtituente filium cum prohibitione, quod procedit etiam quoad legitimam. *Vincent. de Franc. deciſ. 161. & ſic Auth. excipitur. C. de bon. mater.* procedit etiam in bonis dotalibus, *vide ibid.* ¶ Renunciatio per filiam patri facta de bonis maternis, cenſetur facta contemplatione fratrum renunciatis utrinque conjunctorum, & non patris, minus ejus filiorum habitorum ex alio matrimonio. *Boer. deciſ. 184.*

Cap. VI. Actio cui, & contra quem competat, vel non.

Filio competit hæreditatis petitio contra poſſidentem bona materna. *l. 1. C. de liber. exhiben.* ¶ Mutuo facto pauperi, de quo filios aluit, poteſt agi contra filios, qui habent bona materna. *Bartol. in l. 49. ff. de condict. indeb.* ¶ Filii poſſunt agere contra patrem conſumentem omnia ejus bona, ne dos materna conſumatur poſt mortem matris. *Bart. in l. 2. §. ff. ſolut. matrim. num. 9.* ¶ Filii matre mortua non poterunt contra patrem habere remedium *l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim.* ſi diſſipet bona ſua, tamen aliquando filiis ſuccurritur alio remedio, *vide eundem Bart. in d. l. ſi conſtante, num. 63.*

Cap. VII. Quando reſtituenda dos, vel bona.

Bona materna ita filiis debentur, ut nec pater, qui dum vivit uſufructuarius eſt, diſtrahere illa poſſit, ideo frater, vel alius qui poſſidet bona patris obligata pro dote matris, tenetur ſorori reſtituere partem ipſius dotis ad dictam filiam ſpectantem, una cum intereſſe à die mortis patri. *Menoch. conſ. 7. vol. 1.*

Cap. VIII. Qui: quibus ſuccedere poſſit.

Pater, & filia ſimul concurrunt in ſucceſſione bonorum maternorum, quæ filiæ defunctæ obvenerunt, ſed per tranſitum ad ſecundas nuptias, pater amittit proprietatem. *Rol. conſil. 95. volum. 1. Marc. de Mant. ſingul. 217. vide tamen Bart. in l. 11. C. communia de ſucceſſion. & in §. cum igitur, num. pen. Authent. de non eligen. 2. nub.* quod procedit, etiamſi filia eſſet excluſa ſtatuto, à ſucceſſione fratris. *ibid. de Mant d. ſingul. 217.* ¶ In bonis maternis filiis emancipatis delatis pater ſuccedit in uſufructu in virilem, ſi ſunt in poteſtate, in totum: idem in nepotibus. *Bart. ſing. 197. & Pet. de Raven. ſingul. 48.* ¶ Teſtator filiis hæredibus inſtitutis, quos, ex diverſis ſuſceperat uxoribus juſſit, ut poſt mortem ſuam æqualiter dividerent, dubitatum fuit an unus filiorum poſſet habere præcipuum prædium, quod mater ſua dederat in dotem patri, reſponſum fuit pro parte affirmativa per *Marc. de Mant. ſingul. 605.* ¶ De ſucceſſione dotis filiorum (excluſo patre) matris prædefunctæ, *vide Capec. deciſ. 176.*

Cap. IX. Qui effectus producantur.

Dotis maternæ retentio, an inducat aditionem hæreditatis, *vide Magon. deciſ. 148. Rot. Flor.* ¶ Poſſeſſio fundi dotalis, quam habet pater nomine filiorum, inducit actionem hæreditatis maternæ. *Bart. conſil. 207. volum. 1.*

Cap. X. Quando revocentur, vel illis renuncietur.

Filius conſentiens alienationi rerum paternarum, dicitur renunciare juri hypothecæ, quod in illis habebat occaſione dotium maternarum, quod procedit in illis bonis tantum, quorum alienationi expreſſe conſenſit. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 55. num. 14. Petr. de Raven. ſingul. 32.* ¶ Si filius ſuccedat patri, vel matri, non revocat alienata per parentem, etiam jure proprio. *Boer. deciſ. 23. num. 13.*

Cap. XI. Pater, quæ facere poſſit & ad quæ teneatur.

Licet pater non tranſierit ad ſecunda vota, tamen totam dotem debet ſervare filiis. *Bart. in §. ſoluto igitur, Authent. de nuptiis.* ¶ Pater poſſidens dotem uxoris matris pupilli, videtur pro ipſo pupillo poſſidere. *Bart. conſil. 129. vol. 1.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Patre naturali curatore dato filio condemnato ad reddendam rationem bonorum maternorum, ipſi filio minori etiam invito, dandus eſt curator ratione adminiſtrationis dictorum bonorum. *Gomez. Leo. deciſ. 70. in deciſ. diverſ. tom. 2. fol. 42.* ¶ Pater non poteſt alienare bona materna filii, quorum tantum eſt uſufructuarius, & ſi alienet vendicari poſſunt à filio, niſi ſit hæres patris, ſed quid, ſi fuerit hæres cum beneficio legis, *vide Natt. conſil. 214. tom. 1.* ¶ Si mater deceſſerit ſuperſtitibus filiis, qui ſunt hæredes patris, & matris,

debite

debitoreſque in dote, ſi dicti filii ſtant per annum, quo non ſolvunt dotem ſuccedentibus ab inteſtato, videntur hæreditatem adire, *vide Bart. q. 11. num. 15.* ¶ Idem quando ſuperſunt ipſi filii debitores, vel pater eorum legitimus adminiſtrator eſt, *ibid. Bart.* ¶ Bona per matrem ad ſecunda vota tranſeuntem acquiſita ex primo matrimonio, reſervanda ſunt filiis ipſius primi matrimonii, *vide tot. tit. Cod. de ſecund. nupt.* ¶ Major eſt prohibitio alienationis bonorum dotalium, quam peculii adventitii. *Ozaſc. deciſ. 94. n. 22.*

TITULUS CCCCLXV.

De tutelis, & tutoribus, in genere.

Cap. I. Tutela quid ſit.

Tutela eſt jus, ſed adminiſtratio tutelæ eſt factum. *Hartm. ca. 1. tit de tutelis lib. 1.* ¶ Verbum tutela, uſque ad tempus pubertatis retinet propriam ſignificationem, poſt vero pubertatem, aſſumit aliam impropriam. *leg. 1000. §. conditionem ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Quot ſint genera tutorum, habetur *in l. 14. §. ſunt quidam, ff. de ſoluto. & libera.* ¶ Tutela eſt munus publicum auctoritate, & non utilitate. *l. 1. §. aque perſonale, ff. de mune. & hono.*

Cap. II. Quale ſit.

Officium tutoris differt ab officio geſtoris, ut habetur *in l. 20. de neg. geſt.* ¶ Tutelæ officium eſt virile, ideo mulieres non admittuntur, fallit in matre, & avia. *Franc. Marc. q. 11. part. 1. & quæſtione 471. part. 2.* ¶ Tutela continet gravamen ex parte tutoris, licet ex parte pupilli ſit favorabilis. *Bart. in l. 12. ff. eodem.* ¶ In tutore principaliter attenditur perſona, ſecundario patrimonium. *l. 5. C. de ſuſpect. tuto.*

Cap. III. Quæ requirantur, quando intelligitur tutela.

In creatione tutoris, vel curatoris debet attendi conſuetudo. *Guid. Pap. ſing. 587.* ¶ Judex decernens tutelam pupillo, intelligitur etiam interpoſuiſſe decretum, ſuper bonis in alieno territorio exiſtentibus *Marc. de Mant. ſing. 228.* ¶ Decretum Judicis in tutela fuit introductum de jure digeſtorum, & in quibus tutoribus requiratur, *Bart. in l. 5. ff. de legit. tuto.*

Cap. IV. Quis eſſe poſſit tutor.

Subrogatus uno caſu, an habeat locum in uno caſu. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 207.* ¶ Mater in pertinentibus ad tutelam præfertur, & in educatione, *Bart in l. 2. num. 14. ff. qui pet. tut. vide ſupra de alimentis pupil. præſtan.* ¶ An creditor vel debitor pupillorum poſſit eſſe tutor, *Bart. in Auth. ut ii, qui obligatas ſe habere.* ¶ Clericus poteſt eſſe tutor, vel curator, ſi vult non tamen cogitur. *§. Deo amabiles, Auth. de ſanctiſſ. Epiſc & l. generaliter. C. de Epiſc. & Cleri.* ¶ Creditor poteſt eſſe tutor. *l. 70. & ibidem Bart. ff. de procura.* ¶ Pariter vitricus poteſt eſſe tutor privigniæ ſuæ, *l. 2. C. de interd. matrim.* ¶ Infamis poteſt eſſe tutor. *Bartol. in l. 3. ff. de poſtulando.* ¶ Tutor duorum pupillorum quis eſſe poteſt, licet unus ſit actor, alius reus. *Bart. in l. 42. §. ſi plures, ff. de procurato.*

Vel non.

Epiſcopis, & Monachis tutelæ, & curæ officium interdicitur, Presbyteris autem, & aliis Clericis in aliquibus caſibus non. *§. Deo autem amabiles. Auth. de ſanct. Epiſc.* ¶ Minor 25. anno. non poteſt eſſe tutor, vel curator, *l. 5. C. de legit. tutel.* ¶ Vitricus poteſt eſſe tutor privigni, non tamen debet ali apud vitricum. *Hartm. cap. 6. tit. de tutelis libro 2.* ¶ Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco. *Bart. in l 8 ff. de confir. tuto.*

Cap. V. Qui habere non poſſit tutorem.

Regulariter ille, qui eſt in poteſtate non habet, neque habere poteſt tutorem, fallit in caſu. *l. fin. C. de ſent. paſſ. & reſtit.* propter duo, de quibus *vide per Petr. de Rav. ſing. 641.*

Cap. VI. Quib. dari, & qui dari poſſit tutor.

Tutor an dari poſſit, ut non teneatur ſatiſdare. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 91.* ¶ Tutor an poſſit dari, ad unum articulum, *Bart. in l. 10. ff. de re teſtam. tutel.* ¶ Tutelam magis perſonis, quam bonis dari, habetur in quadam deciſione *Senat. Pari. in deciſ. diverſ. fol. 139.* ¶ Is debet dari tutor, vel curator bonis, qui eorum futurus eſt heres. *Gome. Leo. deciſ. 29. diverſ. tomo 2.* ¶ Per Judicem laicum poteſt Sacerdos dari tutor, ſed quando, *Mamn. in ſuo Spec. part. 4. diſtin. 11. jud. num. 65. fol. 203.* ¶ Tutores, vel curatores à quibus judicibus dentur *Bart. in l. 1. & tot. tit. ff. de tutor. & cura. dat. ab his.* ¶ Tutor ſimpliciter datus, intelligitur datus univerſo patrimonio, *§. datus, inſtit. de excuſa. tut. vel cura.* ¶ Tutelæ, vel curæ officium invitis datur. *Marc. ibid quæſtion. 1219.* ¶ Legibus tutelæ, & hæreditates proximioribus agnatis deferuntur. *l. 10. ff. de grad. affini.*

Vel non.

Filio in patris poteſtate conſtituto, non datur tutor, vel curator, *gloſſ. in l. fi. §. ſin autem, C. de bonis quæ liberis*, fallit in caſu, de quo ſupra. ¶ Tutorem habenti non datur tutor. *Bart. in §. ſed cum, inſt. de codic. & in conſ. 21. vol. 2.*

Cap. VII. Quibus modis amittatur.

Tutela, quando alii datur, an cenſeatur ademptum legatum primo tutori factum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 38.* ¶ Mater, quæ amiſit tutelam per ſecundas nuptias, an illam reaſſumat mortuo viro. *Joan. Pet. Surd. d. 106.* ¶ Damnati actione tutelæ efficiuntur infames. *l. 1. & 6. §. pen. ff. de his, qui nota. infam.*

Cap. VIII. Quando valeat.

An, & quomodo valeat tutela adminiſtrata per mulierem tutricem. *Rol. conſ. 48. tom. 3.* ¶ Tutoris datio, etiamſi non præceſſerit inquiſitio valet, dummodo datus ſit ſubjectus terræ originis, vel domicilii pupilli. *Bart. conſ. 145. vol. 1.* ¶ Tutelæ datio ratione incertitudinis, quando vitietur, *Bart. in l. 6. n. 4. ff. de reb. dub.*

Cap. IX. Tutor, quæ facere poſſit, vel non.

An tutor poſſit ſibi ipſi pecuniam pupilli mutuari, *Fachin. lib. 11. cap. 45.* negat, niſi palam, & bona fide fiat. *l. non exiſtimo, ff. de adminiſt. tut.* ¶ An tutor poſſit ſibi ſolvere pecuniam quam patri pupilli mutuavit. *Idem ibid. cap. 66. affirmat. l. quoties, ſicut ff. eod. tit.* ¶ An tutor poſſit prorogare debitoribus pupilli tempus ſolutionis faciendæ, *Fachin. libr. 12. capit. 56. negat.* ¶ Tutor creatus per ſententiam, pendente appellatione debet adminiſtrare, alias de damnis, & intereſſe pupillo tenetur. *Joan. Papo. lib. 15. tit. 5. arreſt. 4.* ¶ Tutor ſi non eſt dives ſicut pupillus, an poſſit adminiſtrare, *Bart. in l. 18. §. ſi quis, ff. de accuſat. tuto.* ¶ Tutori poteſt quandoque ſalarium conſtitui. *Bart. in l. 1. §. mandatum, ff. mandati.*

Cap. X. Ad quæ teneatur, vel non.

Conveniri poteſt, ad reſtituendum bona inventarii ante redditam univerſalem rationem *Joan. Pet. Surd. deciſ. 184.* ¶ An tutor, vel curator condamnari, & cogi poſſit, ad reddendam pecuniam pupilli, vel adulti ante rationes adminiſtrationis, *Fachin. libro 8. capit. 58.* negat. ¶ Tutores, & curatores debent ſpecialiter, & expreſſe tempore, quo creatur promittere, quod defenſionem ſubibunt, alias datio tutelæ non tenet. *Bart. ſing. 178. Math. Matheſ. ſing. 107. Anton. Corſet. in ſuis ſingul. tutor, & Marc. de Mant. ſingul. 570.* ¶ Tutores de eorum poteſtate fidem facere ante omnia teneantur, & de inventario, ſaltem in parte. *Marc.*

quæſtione 131. part. 1. ¶ Omnis tutor antequam adminiſtret, debet novem requiſita ſolemnia obſervare, de quibus, & aliis requiſitis in conferenda cautela, *vide per Capo. deciſ. 50. & Guid. Pap. quæſt. 330.* ¶ Tutela abſentis finita, debet tutor proximioribus illius reſtituere bona, & abſentia longa æquiparatur morti. *Boer. dec. 88.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Qualitet intentetur judicium contra infantem, diſtingue, aut infans habet tutorem, aut non habet, primo caſu citabitur tutor, & cum eo judicium agitur, ſecundo, citati ſunt agnati, vel cognati, ut veniant defenſuri ipſum infantem, vel tutorem ei daricurent. *And. Gail. obſerv 127. num 7. lib. 2.* ¶ Tranſactio non cadit ſuper quæſtione tutelæ. *Ludov. Roma. ſing. 471.* pariter quæſtio non poteſt compromitti, etiam ſtante ſtatuto, quod omnes cauſæ compromittuntur. *Bart. in l. 4. ff. de tuta. & cura. dat. ab his.*

TITULUS CCCCXLVI.

De tutela teſtamentaria.

Generalia.

Vide de materia, *Bart. in Auth. matri, & avia. C. quando mulier officio tutelæ.*

Cap. I. Tutela quibus modis intelligatur.

Tutor ſimpliciter datus intelligitur datus univerſo patrimonio. *§. datus, inſtitu. de excuſa. tutor.* ¶ Maſculinum concipit fœmininum, ideo ſi teſtator tantum de filiis dixerit, etiam filiæ intelliguntur. *l. 46. de leg. 2. l. 122. ff. de verb. & rer. ſignif.*

Cap. II. Quis eſſe poſſit tutor.

Mater quando ſine decreto Judicis poſſit ſuſcipere adminiſtrationem tutelæ. *Jac. Put. deciſ. 427. lib 2. num. 6. & 7.* ¶ Mulier minor 25. annor. facta tutrix in teſtamento poteſt exercere officium tutelæ ſuorum liberorum non obſtante minore ætate. *Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 3. Boer. deciſ. 124 num. 7.* ſed ſi talis mulier tranſierit ad ſecunda vota qualitar, & quomodo poſſit retinere tutelam, *vide ibid. arreſt. 3.* ¶ Tutricem, an faciat matrem teſtator relinquens filios in poteſtate ipſius, *Boer. deciſ. 124 n. 6.* ¶ Tutrix, an facta cenſeatur mater, quæ relicta eſt adminiſtratrix, & uſufructuaria omnium bonorum, *vid. Boer. dec. 124.* ¶ Tutor in teſtamento datus, utrũ confirmari debeat à Judice, & facere ſolemnia, *Capic. deciſ. 129.* ¶ Clericus, an poſſit eſſe tutor teſtamentarius, *Bart. in §. Deo amabiles. Authen. de ſanctis Epiſco.*

Vel non.

Presbyter tutelam dativam, vel teſtamentariam ſuſcipere non poteſt, legitimam ſic. *Bart. conſ 143. vol. 1.* ¶ Mater non cenſetur tutrix conſtituta per hæc verba, committo filium meum matris cuſtodiæ. *Rom. ſing. 165.*

Cap. III. Qui, & quibus dari poſſit.

Adultus ſicut poteſt facere teſtamentum, ita filio ſuo tutorem dare poteſt. *Ludov. Roman. ſing. 171. Pet. de Rav. ſing. 36. Bart. in l. ſi plures ff. de adminiſt. tuto.* ¶ Filio in poteſtate teſtamento tutor dari poteſt; & nepoti, niſi in patris poteſtatem recaſurus ſit. *§. permiſſurum, inſtit. de tutel.* ¶ Tutela datur jure patriæ poteſtatis, non militiæ præmio. *Bart. in l 41 ff. de adminiſtr. tut.* ¶ Fœmina, niſi ſit mater, vel avia, nec à teſtatore tutrix dari poteſt. *Bero. q. 67.* ¶ Quilibet poteſt dare tutorem impuberi, etſi nihil aliud habeat. *l quarta ff. de confirm. tut.* ¶ Si notarius ſcribat ſe tutorem filio impuberi teſtatoris licet ex hoc ſuſpectus præſumatur, tamen ſi alias eſt idoneus dandus eſt à judice, nec poteſt ſe excuſare, *l. 18. ff. ad leg. Corne. de falſ.* ¶ Poteſtas dandi tutores tribuitur patri à leg. 12. tabularum, *l. 120. ff. de verb. & rerum ſignif.* ¶ Subſtitutus pupillo poteſt illi dari tutor in teſtamento. *Pet. de Rave. ſing. 679.* ¶ Pater naturalis filii matrem tutricem dare poteſt, ſed debet confirmari. *Marc. q. 11.*

Vel non.

Spurio dari tutor per patrem non poteſt in ſuo teſtamento. *Ludov. Roman ſing. 83.* niſi confirmetur. *Bart. in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ¶ Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis hæredibus cum moritur habuerit, habiturusvè eſſet, ſi vixiſſet *l. 79 ff. de Regul. juris.* ¶ Naturali filio, cui nihil relictum eſt tutor fruſtra datur à patre, nec ſine inquiſitione confirmatur. *l. 7. ff. eodem.* ¶ Filiusfam. miles poteſt filium inſtituere, & ei ſubſtituere, non tamen eidem poteſt tutorem dare, quia illum non habet in poteſtate. *l. 29. ff. de milit. teſtam.*

Cap. IV. Quibus defeatur, vel non.

Matre tranſeunte ad ſecunda vota, tutela defertur inſolidum tutori teſtamentario, nec poteſt Judex alium adjungere, ſi teſtamentarius ſolus ſit ſufficiens. *Curvet. conſ. 18. numer. 5.* imo mater conſtituta; tutrix in teſtamento debet agnoſcere tutelam coram Judice, & renunciare ſecundis nuptiis Vellejano, & omni juris, & legum auxilio. *Natt. conſil. 143. tomo. 1.* ¶ Maritus, qui dedit uxorem tutricem filiis in teſtamento, quam dationem deinde ceſſavit, an uxor poſtea poſſit admitti, ut legitima. *Bartol. in l. 11. §. ſexaginta, ff. ad leg. Jul. de adul.*

Cap. V. Quis præferatur, vel non.

An mater data tutrix marito qui præſumebatur emancipatus à patre ſuo, præferatur in tutela avo paterno, *vide Afflict. deciſion. 183.* vel, quando filiusfamilias poteſt teſtari, quia habebat peculium caſtrenſe, vel quaſi, *Afflict. deciſ. 183.* ¶ Tutela legitima cedit teſtamentariæ. *Bart. ſing. 21.* ¶ Licet mater hodie præferatur omnibus tutoribus legitimis, & dativis, non tamen præfertur teſtamentariis, *gl. 1. in c. 67. ex. de apella.* ¶ Lite pendente ſuper validitate teſtamenti, poteſt agi contra tutorem, ſive in eodem teſtamento dato, ſive à Judice. *Jacob. Put. deciſ. 427. lib 2.*

Cap. VI. Quando confirmari poſſit, vel non.

De confirmando tutore, vel curatore, *vide in titul. ff. & C. de confir. tut. vel curat.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis confirmat teſtamentariam tutelam, *Bart. in l. 1. C. ſi minor ab hæret. ſe abſti.* ¶ Tutor datus filio emancipato confirmandus eſt ſine inquiſitione, *§. ſi de tutelis.* ¶ Quoties ſpes eſt teſtamentarii tutoris, & pendet, dativus habet locum, qui tutor eſt quouſque teſtamentarii impedimentum ceſſet, & teſtamentaria tutela non confirmatur, niſi addita hæreditate, *§. ſed, & ſi, inſtitut. de attil. tut.* ¶ Datio tutelæ conſervatur per *Auth. ex cauſa. Bart. in l. 1. §. ſubſtituere, ff. de vulgari, & in Authen. ut cum de appella. cognoſc.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Mater quæ fuit relicta tutrix in teſtamento, ſi non petiit ſibi decerni adminiſtrationem, & inventarium non fecerit, decedente filio in pupillari ætate, amittit hæreditatem. *Bartol. conſ. 18. volum. 1.* ¶ Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, omnia ſibi in eo teſtamento relicta perdit. *Mynſing. obſerv. 87. cent. 6.* quod procedit ſi legatum fuerit factum ea contemplatione ut tutelam tutor ſubeat, ſed ex quibus hoc apparere poſſit. *Bart. ſing. 68.*

Cap. VIII. Quæ valeant, vel non.

Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis habet locum, quando teſtator ſciebat ſe præterire filium, ſecus ſi

ignorabat,

ignorabat, unde tutoris datio in tali teſtamento valet, ſi confirmetur, *Bart.conſ.148.ibid.* ¶ Tutoris datio in teſtamento imperfecto non tenet. *Bar.in l.71.§.mater de lega. 2. vide tamen.ibi.& ſupra.* ¶ Tutelæ datio ratione incertitudinis, quando vitietur. *Bart.in l.6.n.4. ff.de reb.dub.*

Cap. IX. Tutor: qualis ſit.

Tutor cuſtos pupillorum in teſtamento conſtitutus, an vere dicator cuſtos ſeu dominus pupillorum, & an indigeat Judicis confirmatione, *Capic.dec.129. num.2.& Marc.q.471.part.2.* ¶ Tutor teſtamentarius. ſi remiſſam tutelam matri pupillorum reaſſumat, Judice auctore, ex eo, quod mater tranſiverit ad ſecundas nuptias, non efficitur dativus, ſed retinet qualitates tutoris teſtamentarii. *Rot.Avenio.decis.141. in decis. diverſ.tom.3.*

Cap. X. Ad qua teneatur, vel non.

Tutor honorarius tenetur conficere inventarium. *Capel.Thol.quaſt. 289.n.5. in additio.* ¶ Tutor creditor teſtamentarius, ſi acceptaverit tutelam, & exercuerit, amittit debitum & relictum à teſtatore, ſi teſtator ignorabit ipſum tutorem eſſe creditorem, ſecus ſi ſciebat eum eſſe creditorem, quia tunc filius ipſius ſatis approbata videtur à teſtatore. *Guid.Pap. q.144. Pap. lib. 15. tit.5. arreſt.ſecundo.* Ideo diſpoſitio. *Auth.minoris debitor. C. qui dare tut. vel cura.* locum non habet in tutore teſtamentario, qui propterea debitor, vel creditor pupillorum ſciente teſtatore, jurium ſuorum commodo non privatur, licet creditum, vel debitum ante ſuſceptam adminiſtrationem tacuerit; ſecus in aliis tutoribus. *Auguſt. Bero q.49. Bartol.conſil.148.* quis poſſit eſſe tutor, & quid in creditore, vel debitore, *vide per Bart. in Authen. minoris.C qui dar. tuto.vel cura. & in l.70.ff.de procurato.* ¶ Tutor teſtamentarios non excuſando ſe intra 50. dies poſt ſcientiam, videtur ſe tutelæ officio aſtringere. *Abb. conſ.90. lib. 2.* ¶ Datus tutor, quem teſtator putavit eſſe liberum, non propter hoc efficitur liber. *l.24.§. ſi quis. ff. de fideicom. liber.* ¶ Tutori dato in teſtamento poteſt teſtator præcipere, ut modo ordinato de rebus ſuis diſponat. *c. Raynutius ex.de teſtam.* ¶ Mater tutrix facta in teſtamento, an teneatur renuntiare ſecundis nuptiis, & Vellejan. *Boer.decis.124 num 9.* quod non teneatur, ſcribit *Pur.decis.617. libr 2.* ¶ Teſtator poteſt remittere tutori confectionem inventarii, & Judex poteſt ſequi teſtatoris voluntatem, remittentis tutori confectionem ipſam. *Bart.in l.58.n.12. de leg.1.*

Cap. XI. Quando revocari poſſit.

Tutorem ſecundum quando quis dat, an videatur revocare primum, *vide Bart. in §.uneo, inſtitut.de adempt. legat.* ¶ Recuſare tutelam jam ſuſceptam, quando quis poſſit. *Bart.in l.12.§.ex facto.ff.de minoribus.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Conditio appoſita adminiſtrationi, non ſuſpendit dationem tutelæ. *l.76. §.pater ff. de cond. & demonſt.* ¶ Utilitatis pupilli cauſa aliquando receditur à voluntate teſtatoris defuncti. *Bart. in l. 8.ff de confirm.tuto.*

TITULUS CCCCLXVII.

De tutela legitima.

Generalia.

Vide de materia *in Authen. matri, & avia, C. quando mulier officio tutel.*

Cap. I. Tutela legitima. Quæ dicatur.

Tutela, quæ defertur matri eſt legitima. *Bart.in l.6.C. in quib.cauſ.pign.tacit. contrah.*

Cap. II. Tutor. Quis eſſe poſſit.

Fratar, an poſſit eſſe tutor filiorum fratris defuncti, ex quo inter eos eſt obligatio conditionalis, ſi res evincetur. *Bartol.in l.83. §.ſacram.ff.de verb. oblig.* ¶ Filiusfam. poteſt eſſe tutor, etſi pater nollet pro eo conſentire, ut tutela liberetur, coguntur ambo onus tutelæ ſubire. *l.18. §.fin.ff.de excuſa.tut.*

Vel non.

Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco, & utilitatis pupilli cauſa receditur à voluntate defuncti. *Bart. in l.8. ff. de confirm.tuto.* ¶ Regula, quæ habet, ut creditor, vel debitor non poſſit eſſe tutor, fallit ubi æquitas in contrarium ſuadet. *Bart. in Authen. ut ſine prohibit. matr. debit. vel credit.* ſed quando frater debitor fratris poſſit eſſe ejus tutor, *vide per Bart. ibid* ¶ Agnatus ſi eſt creditor pupilli non poteſt eſſe ejus tutor. *Afflict. decis. 13. num.11.* ob id acceptando tutelam ſine declaratione facienda Judici, amittit jus ſuum. *Papon. lib. 15. tit 5. arreſt. 6.* ¶ Frater major, qui habet commune patrimonium conſiſtena pro majori parte in negotiationibus, cum minore fratre non poteſt eſſe tutor ipſius fratris minoris. *Vinc. de Franc. decis. 401. part. 2.* alias frater major cogitur accipere tutelam ſuorum fratrum minorum. *Pap.lib.15. tit. 5. arreſt.16.*

Cap. III. Tutor: Quis dari poſſit.

Filio in poteſtate datur tutor propter malos mores patris. *Bart. in l. 13. C. de ſenten.paſſ. & reſtit.* ¶ Si mater tranſiverit ad ſecunda vota, & ob id deſinat eſſe tutrix, quis tunc debeat dari tutor. *vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 151.* an ſit locus legitimo, vel dativo, *vide Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtament. tutel.* ¶ Tutor legitimus ſi deſiit, an ſuccedat alius, vel perveniatur ad dativum, & quando tutor dativus deſiit, an perveniatur ad legitimum, vel detur alius. *Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut.* ¶ Tutor ſimpliciter datus, intelligitur datus univerſo patrimonio. *§. datum, inſtit. de excuſa. tuto.* ¶ Contra matris voluntatem tutor filio dari non poteſt. *l.unica. C. ſi tutor contra matris volunt.*

A quibus dari poſſint.

A quibus dentur tutores. *Bart. in l. 1. & tot. tit. ff. de tut. & curato. dat. ab his.* ¶ Judex dat pupillo tutorem nemine petente; ſecus in curatore. *Bart. in l.5. ff. quib. ex cauſis in poſſ. eat.*

Cap. IV. Qui admitti poſſit.

Maritus, qui dedit uxorem tutricem in teſtamento filiis ſuis, quam dationem poſtea caſſavit, an uxor poſſit admitti tanquam legitima. *Bart. in l.11. §. ſexaginta ff. ad leg. Jul. de adult.*

Cap. V. Quando decerni, deferri poſſit.

Die feriata etiam in honorem Dei poteſt decerni, & confirmari tutor, quando non exigitur cauſæ cognitio; alias ſecus, ut quando datur per inquiſitionem. *Jaſſ. Lanſ. Balb. decis. 352.* ¶ Tutela matri eſt deferenda, & non aviæ ex parte patris. *Afflict. decis. 281. numer. fin.* ¶ Tutela defertur proximiori gradu, & ſi plures ſunt ejusdem gradus, defertur ad omnes. *§. fin. inſtit. de capit. diminu.* ¶ Tutelæ deferuntur per conſequentias hæreditatum, & earum onus etiam invitis agnatis defertur. *Dec conſ.16.* ¶ Quo tutela redit, eo, & hæreditas pervenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt, & unum ſine altero non debet contingere alicui. *l.74. & ibi. gl. ff. de reg. jur.* ¶ Tutela defertur proximiori in gradu, & ſi plures ſunt ejuſdem gradus, defertur ad omnes. *§. fin. inſtitut. de capit. diminu.* nam lex defert tutelas ſecundum naturam ſucceſſionum regulariter. quia ubi eſt emolumentum, ſeu commodum, ibi debet eſſe incommodum. *§. unic. inſtit. de legit. patro. tute. & Regula, ſecundum naturam.* ¶ Tutela legitima defertur proximioribus ſecundum gradum, quoad hæreditatem, qua vocatur, ſi idonei ſint, agnationis, & cognationis differenia ſublata regulariter, mulieribus excluſis, exceptis matre, & avia, quæ omnibus ex latere venientibus

præferuntur, ſolis teſtamentariis eas præcedentibus: pluribus autem in eodem gradu exiſtentibus, magis idoneus eligendus eſt, tutelæ periculo omnibus imminente. §. *ex his,* & §. *ſin autem. Auth. de hared. ab inteſt, venien.*

Cap. VII. Quando conferri posſit, vel non.

Vitrico poteſt tutelam Judex conferre. *Bart. in l.2.C. de interd. matrimo.* & mater mortuo ſecundo viro poteſt recuperare tutelam priorum liberorum in ſubſidium, *Bocr. deciſ. 266.* Idem ſi volens nubere depoſuerit tutelam, nam ſi poſtea non nubat eam recuperat. *Boer. ibi.*

Cap. VIII. Quando ſit locus, vel non.

Si proximior legitimus eſt creditor, vel debitor, an ſit locus ſequenti legitimo, vel dativo. *Bart. in l. 11.ff. de teſtamen. tute. nnmer. 31.* ¶ Matre pupilli exiſtente minore 25. ann. interim ſit locus legitimæ, & dativæ tutelæ, *vide Marc. qu. 79. part. 2. & Bart. in Auth. ſacramentum. C. quando mulier offic. tut. fung. pot.* quod ſit locus legitimo, ſcribit idem *Bart. in l ſi quis. num. 30. ff. de teſtamen. tutel.* ¶ Matre poſt ſuſceptam tutelam volente ad ſecunda vota tranſire, & à Judice petente filiis ſuis de tutore provideri, utrum ſit locus dativo, vel legitimo tutore, *Auguſt. Bero. q. 66.* ¶ Tutoribus legitimis extantibus tutelæ non eſt locus, ſed quid, ſi tutores legitimi ſint de aliena, & extranea Provincia. *Franc. Marc. q. 251.*

Cap. IX. Qui ſuſcipere poſſit.

Creditor, vel debitor minoris non poteſt ejus curam ſuſcipere ſub pœnis, de quibus in *Auth. minoris. C. de confirm. tuto.*

Cap. X. Quis præferri poſſit.

Matrem præferri legitimis, quomodo intelligendum. *vide per Afflict. deciſ. 281.* ſed ſi tranſierit ad ſecunda vota repellitur. *Guid. Pap. q. 539.* ¶ Legitimus tutor, an excludat dativum à Judice confirmatum, *Bart. in l. 1. ff. de pecuh.* ¶. Si ſtatutum præfert agnatos cognatis in ſucceſſione, etiam videtur illos in tutela præponere; hoc tamen non habet locum in matre. *Dec. conſ. :6.* ¶ Avus præfertur aviæ in tutela quando ſuperſunt avus & avia. *Bart. in l. 11. num. 9. ff. de teſtam. tut.* ¶ Avus paternus volens tutelam nepotis, præfertur matri, niſi diſſiparet bona ſua, quo caſu mater præferenda avo; *Vincent. de Fran. deciſ. 10. Afflict. deciſ. 281.* ¶ Hodie mater præfertur omnibus tutoribus legitimis; ſed non teſtamentariis. *gloſſ. 1. in cap. 67. ext. de appellat.* ¶ Tutor confirmatus præfertur legitimo, tamen admittit ſecum alium dativum. *Bart. in l. 1. ff. de confirm. tuto.*

Cap. XI. Qui arceri poſſit, vel non, qui emittat, &c.

Ob quod debitum arcetur debitor à tutela, vel cura ſuorum creditorum, *Menoch. de arbitr. caſ 196.* quid ſi debitum ſit parvum, *ibidem.* ¶ Mater quæ luxuriatur perdit tutelam; ſicut quando tranſit ad ſecunda vota: ſed tunc ad quos tutela redeat & an ad eum, quem mater petiit, *Bartol. in Auth. ſacramentum. C. quando mulier offi. tut. fung. pot.* ¶ Filii damnatorum non admittunt jus legitimarum tutelarum. *l. 3. ff. de interdictis, & releg.* ¶ Si tutor datur à Judice rebus alterius Provinciæ, datio ipſo jure eſt nulla, *l. 12. §. & qui, ibi, glo. ff. de excuſ. tut. tamen Bart. in l. unica. C. ubi petant. tuto. vel cura.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Pater cogitur ſe obligare pro filio tutore. *l. 1. §. fin. de ſuſpect. tuto.* ¶ Tutela legitima tranſit ad filios; ſed quomodo, *Bart. in l. 16. ff. de tutelis.* ¶ Quando ſententia dationis tutoris ſit exequenda, non obſtante appellatione, *Rebuff. in ſuis comment. tr. de ſenten. proviſio. ar. 3. gl. 2. fol. 168.*

TITULUS CCCCLXVIII.

De tutela dativa.

Generalia.

Vide de materia, *per Azon. in ſumma. titul. C. qui tutores, vel curatores.*

Cap. I. Quæ requirantur.

Tutoris dandi mores quando inquiruntur; conjuncti, & amici pupilli requiri debent. *Bart. in l. 21. §. cum reliquis. ff. de tut. & curat. dat. ab his.*

Cap. II. Quis eſſe poſſit tutor, vel non.

Vitricus poteſt eſſe tutor ſui privigni. *Bart. in l. 1. C. de interdicto matrimonio.*

Cap. III. Quis dari posſit, vel non.

Qui dari dareve poſſint tutores, *vide in tit. ff. de tut.* ¶ Abſens, & invitus, abſenti, & invito tutor dari poteſt. *l. 5. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.* ¶ Tutor dativus datur in caſibus, in quibus legitimus eſſe non poteſt, & impedimento legitimi ceſſante; ceſſat dativus. *Bart. in l. 13 ff. de tuto. & curat. dat. ab his.* ¶ Judex dat pupillo tutorem ex inquiſitione, nemine petente. *Bart. in l. 5 ff. quib. ex cauſ in poſſ. eat.* ¶ Antequam tutor inutiliter à patre datus confirmetur, poteſt per judicem de alio provideri, & per eum geſta valent. *l. tertia. de confir. tuto.* ¶ Filio in poteſtate datur tutor propter malos mores patris. *Bart. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.* ¶ Tutor poteſt dari ad unum articulum tantum, etiam hoc expreſſo. *Bart. in l. 9. ff. de tuto. & curat. dat. ab his.* ¶ Deficientib. legitimis tutoribus proximior vicinus datur. *Pap. lib. 15. tit. 5. arreſt. 1.*

Vel non.

Habenti tutorem tutor dari non poteſt, etſi daretur ſecunda datio, eſſet nulla. *Menoch. conſil. 380. lib. 4.* quod limita in caſu *legis 24 §. fi. ff. de excuſat. tut.* ¶ Habenti tutorem tutor dari non poteſt, & tutor dari non ſolet, nec poteſt ad tempus, & quando habenti tutorem datur tutor, ſecunda tutela non tenet, nec valet. *Menoch. conſ. 380. lib. 4.* ¶ A Judice non poteſt dari tutor ſub conditione, ſed expreſſio ejus, quod tacite ineſt, diſpoſitionem conditionalem non inducit. *l. 6. §. ſub conditione tutelis.* ¶ Tutor non poteſt dari à Judice, qui non eſt ſuppoſitus ejus juriſdictioni. *l. 15. C. qui dare tutores.*

Cap. IV. Qui admitti poſſint, vel non.

Agnati, & cogniti pariter ad tutelam admittuntur obſervata gradus dignitate, proprietateque. ideo avus maternus præfertur in tutela nepotum, patruo ipſorum, *Dec. conſ. 188.* ¶ Ad legitimam tutelam volens admittitur Clericus. *Auth. presbyteros. C. de Epiſc. & Cler.* ſed an ipſi poſſint eſſe tutores, *vide per Bart. in l. 5. §. ſi legitimus. ff. de legit. tutor.*

Cap. V. Quando decerni posſit.

Tutor, qui dat ex inquiſitione debet pronunciari idoneus, antequam ſibi decernatur tutela, *Guid. Pap. q. 330. n. fin. Bart. in l. 5 ff. de confir. tut.*

Cap. VI. Quando ſit locus dativa.

Spes teſtamentaria facit ceſſare legitimam, & locus interim erit dativæ. *vide l. 11. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Tutore legitimo ſemel admiſſo, quando ſequenti legitimo locus ſit, & non dativo, *Aug. Bero. q 66. num fin.* ¶ Spes teſtamentariæ tutelæ facit ceſſare legitimam, & locus eſt dativæ. *l. 11 ff. de teſtam. tute.* ¶ Spes primi legitimi facit tutelam non devolvi ad ſequentem; ſed eſſe locum dativo. *l. 1. §. ſi apud ff. de legit. tuto.*

Cap. VII. Quis præferatur, vel non.

An legitim⁹ tutor præferatur teſtamentario inutiliter

dato,

ſtato, & à Judice confirmato, *Azo in ſumma. tit. C. de confirm. tuto.* ¶ Tutela teſtamentaria non cedit legitimæ. *l.3.C. de teſtamen.tutel.*

Cap. VIII. Qui ſuſcipere non poſſint.

Agnati inviti cogi non poſſunt ad tutelam ſuſcipiendam ſine ſalario. *Menoch. conſ.380.num.24.* ¶ Creditor, vel debitor minoris non poteſt ejus curam ſuſcipere. *Auth. Minoris. C. qui dare tutores.* ¶ Presbyter tutelam dativam, vel teſtamentariam ſuſcipere non poteſt; legitimam ſic. *Bart.conſ.143. vol.1.* ¶ Sufficit denuntiare proximioribus, ut tutelam ſuſcipiant, ita quod illis negligentibus poſſit Judex tutorem conſtituere ad inſtantiam creditoris. *Natt.conſ.334.*

Cap. IX. Quando non valeat.

Tutela data fratris matri ex abrupto ad ſimplicem requiſitionem ipſius matris tranſeuntis ad ſecunda vota, non tenet. *Dec. conſ. 674.n.6.* ¶ Tutelæ datio eſt nulla, quando fuit decreta eodem die, quo fuit petita. *Menoch. conſ.380.*

Cap. X. Miſcellanea.

Conſanguineus inimici propter conſanguinitatem, ſuſpectus reputatur. *Dec. conſ. 674. num. 7.* ¶ Tutores, & curatores tempore ſuæ decretationis debent ſpecialiter. & expreſſe promittere, quod defenſionem minorum ſuſcipient ſine ulla dilatione. *l. fin. §. pen. ff. de adminiſt. tuto. vel cura.* ¶ Si pater conſenſit filio tutori dativo, tenetur in ſolidum. *l.7. ff. de tutelis.*

TITULUS CCCCLXIX.

Quando mulier tutelæ officio fungi poſſit.

Cap. I. Tutor. Qui ſit, vel dicatur.

Mater eſt legitima tutrix filiorum ſuorum, licet non per omnia ſortiatur naturam legitimorum tutorum. *Bart. in §. ex his. Auth. de hæred. ab inteſt.* ¶ Mater non eſt legitima adminiſtratrix bonorum filiorum; fallit, quando adminiſtrat filiis ſcientibus, & patientibus. *Natt. conſ.261.* ¶ Concubina eſt tutrix legitima filiorum naturalium, ſicut uxor legitimorum. *Amanel.de Clariſaq. ſingul.16.* ¶ Mater deputata tutrix in teſtamento, quando dicatur adminiſtratrix, vel tutrix, *vide Jaco. Put.deciſ. 146. lib.2.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Mater, & avia petentes tutelam debent promittere ſolemnia cum expreſſa hypotheca ſuorum bonorum; alias talis omiſſio vitiaret tutelam. *Capic. deciſ.50. n.5.* ¶ Mater ſuſcipiens tutelam filiorum, quæ promittere debeat, & quibus juribus renunciare tenetur, alias tutelæ datio redderetur nulla. *Matt. Matheſ.ſing.108.*

Cap. III. Quis eſſe poſſit.

Mater ſecundo nubens tutelam filii retinere poteſt ex Principis reſcripto. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ.161.n. fin.* ¶ Tutrix an poſſit eſſe mater minor 25. ann. *vide Boer. deciſ. 124. num. 7.* ¶ Mater tutrix eſſe non poteſt ſi ſecundo nupſerit: ſed an poſſit pupillis petere tutorem, *vide per Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.151.* ¶ Mater, quæ luxurioſa eſt, tutrix eſſe deſinit. *Menoch. ibid.num. 6. Bart.in l.11 ff.de teſtam.tute. n. 26.*

Cap. IV. Quomodo dari poſſit, & admitti poſſit, vel non.

Fœmina nec à teſtatore, nec à Jodice tutrix dari poteſt, niſi ſit mater, vel avia pupilli. *Auguſt.Bero.q.87.* ¶ Mater licet ſit debitrix pupilli non prohibetur admitti ad ejus tutelam: cum naturæ amor plus circa filios faciat abſque ſuſpicione. *Gram. deciſ.55. Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 168. num. 3.* ¶ Matres creditrices, & debitrices ad tutelam filiorum admittuntur, nec juramentum de ſecundis nuptiis non contrahendis exigitur, dummodo Senatuſconſul. Velleja. & omni auxilio renunciaverint, & quæ alii tutores facere tenentur adimpleverint, faciendo inventarium, & dando fidejuſſores, *vide tot. tit. Authent. ſine prohibitione matres debitrices. Capic. deciſ.50. Boer. deciſ.124. & Bart. in l.21. ff. de teſtamen. tuto.* ¶ Tutela eſt matri deferenda, & non aviæ ex parte patris. *Afflict.deciſ.281.num.final.*

Cap. V. Qui præferantur, vel non.

Avia in tutela præfertur dativo, matre nolente eſſe tutrice. *Bart. conſil.149.* ¶ Item præfertur legitimus, matre in medio non exiſtente. *Bart.conſil.242. vol.1.* ¶ In tutela mater præfertur patri naturali. *Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſucceſſio.* ¶ Si propter tranſitum ad ſecunda vota matris dandus ſit tutor, præfertur avia ſuperſtes. *Bart. in l. 11. ff. de teſtament. tut. numero. 23.* ¶ Matri in pertinentibus ad tutelam præferuntur, qui debent ſuccedere, licet in educatione ipſa præferatur. *Bart. in l. 2. numero 14. ff. qui petunt. tutores.* ¶ Mater in tutela, an veniat præferenda avo paterno, *vide per Afflict. deciſ. 183. & deciſ.281. Capic.deciſ.56.* ubi ſcribit pro parte affirmativa, *ita Bart. in l. 11. numero 10. ff. de teſtament. tutel.* ¶ Mater volens tutelam, & baliatum filii cæteris præfertur, excepto avo paterno non diſſipante bona ſua: ſecus ſi diſſiparet. *Vincen.de Franc. deciſ.10.*

Cap. VI. Qui accipere poſſit, teneatur.

Mater tenetur accipere tutelam filiorum per munus juſtitiæ. *Caſ. tit. des enfans. Rub.6. § 6. gloſſ. 3.* & tenetur tria facere ante adminiſtrationem. *ibid.* ¶ Mater tenetur facere inventarium, & accipere adminiſtrationem à judice; ſed ſi hoc non fecerit, quomodo privetur. *Caſſan. ibid. gloſſ.3. n.13.*

Cap. VII. Quæ repellatur.

Mater tutrix liberorum, ſi convolat ad ſecunda vota, repellitur à tutela. *Guid. Pap. q.539.* ¶ Licet mater privetur ſtatuto hæreditate filii, tamen à tutela non excluditur. *Dec.conſ.16.* ſed quid in avia, *vide ibid.*

Cap. VIII. Qui amittat tutelam, vel non.

Mater tutrix tutelam amittens ob ſecundas nuptias, eam non reaſſumit mortuo ſecundo marito. *Mynſing. obſerv. 89. cent.* tamen mortuo ſecundo viro poteſt recuperare tutelam priorum liberorum in ſubſidium, ſi alium idoneum liberi non habeant tutorem, vel habere non poſſunt. *Boer.deciſ.266. vide Bart. in §. ſi autem tutelam. Authen. de nupt.* ¶ Idem ſi depoſuerit tutelam cauſa nuptiarum, quas poſtea non contraxit. *Boer. deciſ. 259. num. 5.* ¶ Tutelæ munus non eſt neceſſarium in matre, vel avia; ſicut in maſculis. Ita deciſum fuiſſe reperitur, in quadam deciſione *Senat. Pariſ. in deciſ. diverſ. fol. 241.* ſcribunt *Pap. lib.15. tit.5. arreſt.15. & Boer. deciſ. 244.* poſſunt tamen cogi per principem. *Menoch. conſ. 270. lib. 3.* ¶ Tutoris datio facta à Judice alio petente non facta mentione de matre, an valeat, etſi de ipſa eſt facta mentio, an debeat requiri. *Bart. in l 10. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.* ¶ Judex, cui fuit narratum de matre, ſi dederit tutorem ſine inquiſitione, an præjudicet matri poſtea volenti tutelam. *Bart. ibid.* ¶ Licet mater non habeat filios in poteſtate; tamen fallit, quando eſt tutrix filii ſui. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. § 6. gl. 2.* ¶ Quando non conſtat matrem adminiſtraſſe uti tutricem, tunc talis adminiſtratio non impedit executionem inſtrumenti dotalis. *Put. deciſ.146. lib.1.*

TITULUS CCCCLXX.

De eo qui pro tutore, vel curatore negotia geſſit.

DEpoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. *Afflict. deciſ. 147.* ¶ Sententia lata pro falſo tutore, quando poſſit per minorem ratificari, *vide Bartol. in l. 4. Cod. in quibus cauſ. in integ. reſtit. non neceſſa.* ¶ Geſta à tutore non legitimo, non præjudicant domino, *Bartol. in l. 3. in repet. ff. de offi* Prato. ¶ De geſtis à falſo tutore *vide tot. tit. ff. quod falſ. tuto. acto. geſſ. eſſ. dic.* ¶ Dolus illius, qui pro tutore, vel curatore negotia gerebat, non nocet pupillo, neque bona ejus alienare poteſt, *l. 3. §. ſi quis. non tutor. ff. de dol. mal. except.* ¶ Solvens ei qui pro tutore negotia gerit, liberatur, ſi pecunia convertatur in utilitatem creditoris, alias ſecus *l. 28 ff. de ſolut. & liber.* ¶ Ex re pupilli per extraneum non tutorem ei non quæritur, niſi in ſubſidium. *l. 88. ff. eod.* ¶ Qui tutelam adminiſtravit, etiam ſi non erat verus tutor, ſed ut tutor agebat, tenetur ſtipulatione rem pupilli ſalvam fore. *l. 4 §. illud. ff. rem pupil. ſal. for.*

TITULUS CCCCLXXI.

Rem pupilli ſalvam fore.

EX ſtipolatione rem pupilli ſalvam fore, competit actio pupillo finita tutela ad intereſſe contra tutorem, vel curatorem, quando tutor, vel curator per ſtipulationem promiſit rem pupilli ſalvam fore, de qua actione *vide per Jo. Criſpin. in ſuo tract. termino. actio. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ Tutor, & curator tenetur cavere rem pupilli ſalvam fore, quæ cautio dicitur neceſſaria, quia a lege aſtringuntur, ideo poſſunt hoc in caſu dare fidejuſſorem quoquo loco voluerint, etiamſi ipſi alibi habitent, quod ſecus eſt in voluntariis cautionibus. *l. 8. §. tutor cum ſeqq. ff. qui ſatiſdare cogantur.* ¶ Qui obligatur ſalvam fore rem pupilli, non obligatur de quolibet ſingulari, *l. 3. §. ſi. ff. de pecul.* ¶ Formam ſatiſdationis rem pupilli ſualvam fore, *vide in gloſſ. in verbo duodecim. §. 1. inſtit. de agnat. tutel.* ¶ Quando notarius teneatur, ſi non receperit idoneos fidejuſſores pro pupillo, Repub. de privato, *vide Jaſ. Luc. deciſ. 33. Luc.*

TITULUS CCCCLXXII.

De ſatiſdationibus, & fidejuſſoribus tutorum, curatorum, & executorum.

Cap. I. Tutor: quæ facere poſſit, vel non.

TUtor licet dederit fidejuſſorem pauperem, reſpectu facultatum pupilli, poteſt tamen adminiſtrare. *Bar. in l. 5. ff. de legit. tuto.* ¶ Tutor contra tutorem, qui non ſatiſdedit de jure, vel de facto, non poteſt venire, niſi offerat ſatiſdationem, ſed pupillus, vel tertius ſic. *Bart. in l. 5 ff. in legitimis ff. eod.* ¶ Extraneus paratus ſatiſdare non repellit tutores ab adminiſtratione. *l. 19. ff. de teſta. tutel.* ¶ Tutor legitimus conſtituitur ipſo jure per legem, non tamen poteſt adminiſtrare, niſi ſatiſdet. *l. 5. ff. de legit. tuto.*

Cap. II. Ad quæ teneatur, vel non.

Fidejuſſor tutoris non tenetur ad ea, quæ tutor poſt pubertatem ſponte geſſit. *l. 47. §. Paulus. ff. de adminiſt. & peric. tuto. vel cura.* ¶ Eodem modo, quo unus tutor tenetur pro alio, eodem modo ejus tenetur fidejuſſor. *l. 25. ff. eod.* ¶ Pater cogitur ſe obligare pro filio tutore, ſi eſt neceſſe. *l. final. § final. ff. de ſuſpect. tuto. vel curat. & l. 18. §. ſi quis. ff. de excuſat. tuto.* ¶ Fidejuſſor tutoris conveniri debet judicio ordinario, & non executivo, etiam ſententia lata contra principalem. *Nat. conſ. 195.* ¶ Sicut durante tutela tutor non poteſt conveniri actione tutelæ, ita nec fidejuſſores ejus, ſecus in curatore. *l. 66. ff. de tutel. & ratio. diſtrah.*

Cap. III. Qui teneatur ſatiſdare.

De tutore, & curatore, qui non ſatiſdedit, *vide per totum tit. C. de tutor. & curat. qui non ſatiſd.* ¶ Tutor & curator tenentur ſatiſdare rem pupilli ſalvam fore, quæ ſatiſdatio vocatur neceſſaria, quia à lega aſtringuntur; ideo poſſunt dare fidejuſſorea, quoquo loco potuerint, etiamſi ibi tutores moram non trahant. *l. 8. § tutor, & ſeqq. ff. qui ſatisd. cogant.* ¶ Tutor, vel curator ſatiſdare debet rem pupilli ſalvam fore, niſi ſit teſtamentarius, ſed quando dativus teneatur, *vide Bart. in §. quoniam, Auth. ut ii, qui obligatas, &c. num. final.* ¶ Executor dativus tenetur ſatiſdare, ſed quibus caſibus teneatur teſtamentarius. *Bart. in l 3. ff. de aliment. & cibar. legat. num. 3.* ¶ Tutores, qui teneantur ſatiſdare, & qui non, *vide plene per Bart. in l. teſtamento 17. §. hoc edictum ff. de teſtam. tutel.* ¶ Tutores dati ex inquiſitione, an hodie debeant ſatiſdare. *Bart. in l. 5. ff. de confirma. tuto.* ¶ Curator datus bonis ventris tenetur ſatiſdare. *l. 8 ff. de curatore furioſi.*

Vel non.

Tutor dativus à Judice majore non ſatiſdat, ſecus datus à minore. *Bart. in l. 1 ff. rem pupil. ſal for. & vide ibi. de materia per totum tit. § nos autem inſtit. de Attil. tuto. & Guliel. de Lud. ſingul. 121.* ¶ Tutor datus cum inquiſitione, vel teſtamentarius, non tenetur ſatiſdare pupillo, ſed ſi offertur ſatiſdatio à contutore volente in ſe totam adminiſtrationem recipere, alius contutor debet eam acceptare, vel offerre. *l. 7. ff. rem pupil. ſal. fore, vide per tot. tit. ibi. de materia.* ¶ Tutores teſtamentarii non coguntur à Judice ſatisdare, ſed quandoque poſſunt offerre, ut ſoli adminiſtrent, ad quod admittuntur, niſi alii etiam idonei, vel judici cognoſcenti aliud videatur, quod ſi plures ſimul offerant, idoneo religitur. *l. 17. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Curator datus à patre non debet ſatiſdare rem pupilli ſalvam fore, ſed de fideicommiſſo reſtituendo (ſibi relicto) ſi curam reliquerit. *l. ſi. ff. de confirma. tut. vel curat.*

Cap IV. Miſcellanea.

Inter plures fidejuſſores unius tutoris datos pupillo, non eſt locus beneficio epiſtolæ divi Adriani, nempe, ut dividatur actio. *l. ſi. ff. rem pupil. ſal. fore.* ſed glo. ibi. opponit, & ſolvit, quam vide. ¶ Quæ ſit ſatiſdatio, quam præſtat tutor legitimus, & qualis ejus forma, habetur *in glo. in § 2. inſtit. de legit. agnat. tutel.*

TITULUS CCCCLXXIII.

De curatoribus in genere.

Generalia.

DE curatore, qui datur ventri in poſſeſſionem miſſo, *vide tot. tit. ff. de curatore ventris.* ¶ De curatore bonorum, *vide tit. ff. de curato. bono. dan.* ¶ De curatore auctoritatem ſuam feſtinanter impertiente circa alienationem, vel alium gravem actum minoris, ubi plura de feſtinatione. *Joan Petr. Surd. deciſ. 334.*

Cap. I. Curator, quis eſſe poſſit.

Creditor poteſt eſſe curator hæreditatis jacentis. *Lud. Rom. ſing. 131.* ¶ Filius patria curator eſſe poteſt, & hoc in caſu habenti curator dari poteſt. *leg. 25. & ibid. gloſſ. C. de nupt. lib. 12. ff. de tutor. & curato. datis ab his*, ſed in quibus aliis caſib. curatorem habenti, detur

curator

curator, *vide in tit. C. in quibus cauſ. curat. haben.* ¶ Mulier non poteſt eſſe curatrix bonorum. *Vincen. de Franc. deciſ. 348. par. 2. Dec. conſ. 575. n. 4.* ¶ Creditor, vel debitor non poteſt eſſe curator, nec ipſe curator poteſt ſuſcipere ceſſiones contra eos, quorum curam habet. *Authen. ut hi, qui obligatas ſe habere.* ¶ Maritus non poteſt eſſe curator uxoris; niſi ad lites. *l. 2. C. qui dare tuto. vel curat.* ¶ Cœcus omnino non poteſt eſſe curator. *l. 2. C. eod.* ¶ Qui tutelam alicujus geſſit non cogitur poſtea ejuſdem pupilli eſſe curator, etiamſi detur à teſtatore, *§. qui tutelam, inſt. de excuſa. tuto.*

Cap. II. Qualis ſit cura.

Officium curatoris differt ab officio geſtoris, quia officium curatoris neceſſarium eſt, & neceſſitate ceſſante finitur, officium vero geſtoris eſt voluntarium, & propria voluntate finitur, item ille actionem intentat, geſtor non, *vide l. 2. C. de neg. geſt.* ¶ Cura eſt munus publicum, *leg. 1. §. aque ff. de muner. & bonor.*

Cap. III. Quæ præſumantur, attendantur.

Curatorem aliquem eſſe, quomodo ex curſu temporis præſumatur, *Joan. Pet. Surd. dec. 231.* ¶ In creatione curatoria debet attendi conſuetudo. *Guid. Pap. ſing. 387.* ¶ Beneficium epiſtolæ divi Adriani, de quo *in l. fin. C. de conſt. pecun.* habet locum inter curatores. *Marc. de Mant. 578.*

Cap. IV. Quibus dari poſſit, & à quibus.

Socer poteſt dari curator nurui. *Pet. de Raven. ſingul. 649 & tit. ff. de curat. bon. dand.* intelligitur, quando hæreditas eſt jacens, niſi in ſuis hæredibus, quoniam in eis non eſt dare hæreditatem jacentem. *Marc. de Mant. ſingul. 137.* ¶ Hæreditati jacenti providetur de curatore officio judicis, qui debet facere inventarium de bonis hæreditariis. *Authen. ſi omnes. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* ¶ In hac patria Pedem. quomodo detur curator abſenti vel hæreditati jacenti, habetur in novis ordinibus. *t. della legit. delle perſone.* ¶ Appellatione inter poſita ſuper excuſatione tutoris, interim datur curator pupillo, & curatoris pupilli auctoritas ad adeundam hæreditatem non ſufficit, & ideo ad id (ex cauſa) ſpecialiter tutor datur. *l. 17. §. tut. ff. de appellat.* ¶ Licet maritus non poſſit eſſe curator uxoris ſuæ, tamen bene poteſt curator ad litem ſibi dari. *Guid. Pap. ſingul. 421.* ¶ Quando curator bonis jacentibus, aut bonis abſentis vagabundi, vel ejus, qui ceſſit bonis detur, qua forma, qui dari poſſint curatores, & de ipſorum officio & adminiſtratione, *vide per Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 150.* ¶ Ille curator bonis dari debet, & præferri, qui in ſuccedendo præfertur. *Menoch. ibid. n. 32. & conſil. 345. lib. 4.* ¶ Curator vel coadjutor datur tutori per judicem ex cauſa, vel per ipſum tutorem cum decreto judicis. *l. 13. ff. de tutelis.* ¶ Curator poteſt dari ad auctorandum in uno contractu tantum. *l. 7. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, & ad unum actum. l. 8. ff. rem pupil. ſalv. for.* ¶ Curator datus in locum tutoris abſentis, datur in omnem rem. *l. 15. ff. de tutor. & cura. dat. ab his.* ¶ Habenti curatorem poteſt dari alius curator; ſecus in tutore. *l. 20. ff. eod. §. fin. inſt. de auct. tut.* ¶ Curator poteſt dari ad agendum, non autem ad auctorandum. *l. 19. ff. de auctor. & conſen. tuto.* ¶ Filio emancipato non ſatiſdante de conferendo propter inopiam, datur curator portioni bonorum ad ipſum pertinenti. *l. 1. §. jubet. ff. de collat. bon.* ¶ Adulto curator generalis ad lites præſentes, & futuras dari poteſt. *Capel. Thol. quæſt. 72.* tamen ad hoc non eſt cogendus, niſi ex cauſa, & abſens dari non poteſt. *ibid. in addit.* imo curator datur invitus, & ignorans. *Bartol. in l. 5. ff. de tuto. & curato. dat. ab his.* ¶ Curator datur liti per judicem, qui illi præeſt. *Bartol. in l. 28. ff. de adminiſt. tut. Bart. ſing. 177.* ¶ Minore reſtituto adverſus aditionem, bonis datur curator. *§. ad hæc quoque Authen. ut ſponſalitia largitas.* ¶ Curator pupillus, qui vult ſe tueri Carboniano edicto non ſatiſdat, conſtituitur curator bonis defuncti, ſed ad quid teneatur, *vide l. 5. §. quotieſcunque. ff. ad Carbonianum.* ¶ Quando curator eſt ſuſpectus non ob id removendus eſt, ſed illi dandus eſt adjunctus, *Menoch. conſil. 345. libr. 4.* ¶ Minor debet admoneri, quod petat curatorem ad lites, & ſi admonitus non petit, illi etiam abſenti; & invito datur curator, *l. 1. C. qui pet. tuto. vel curat. & l. 11. C. qui dare tuto.* ¶ Curator ex officio à judice dari poteſt infanti cum conſenſu conſanguineorum ſi ejus bona eſſent peritura, vel grande æs alienum immineret. *Ozaſ. d. 89. n. 6.* & quando periculum eſſet in mora. *And. Gail. obſerv. 107. lib. 2.* ¶ Curator ad litem pupillo convento dari poteſt, & ſi habeat tutorem, qui non vult copiam ſui facere, & hoc verum citato prius ipſo pupillo, ſi eſſet major infantiæ, & deinceps datur curator ex officio liti. *Afflict. deciſ. 256. 262.* ¶ Tutor teſtamentarius infantis, an poſſit dari curator ad litem, *vide Afflict. deciſ. 262.* ¶ Quando dubitatur, an aliquis ſit vivus, vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas, ſed interim debet dari curator, uti abſenti. *Dec. conſ. 575.* ¶ Curator datur etiam bonis viventis, quando ignoratur ipſum vivere. *Bartol. in l. 7. §. ſi tutor. ff. de tutel. & ratio. diſtrah.* ¶ Curator datus bonis venditis, bona pro ſatisfaciendo creditoribus, & curator antequam detur, requiruntur illi, quorum prima cauſa eſt in ſucceſſione. *Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de cura. bon. dat.* ¶ Filiofamil. minori datur curator ratione hæreditatis, non perſonæ. *Bart. in l. 8. §. ſin autem. Cod. de bonis, quæ liberis.* ¶ Curator datus impuberi, durat uſque ad pubertatem. *l. 25 ff. de tuto. & cura. dat. ab his.* ¶ Curator hæreditati jacenti, ſeu vacanti, ut detur quinque requiruntur. *Capic. deciſio. 87.* quando, & quomodo detur, *And. Gail obſerv. 134. lib. 2.* ¶ Curator datur petenti, nec dari poteſt regulariter infanti: ideo curatoris datio, ubi tutor eſt dandus, dicitur ipſo jure nulla. *Paul. Æmil. Veral. deciſ. 158. par. 1.* ¶ Poteſt dari curator ad litem pupillo non petenti, quando non habet tutorem, vel habet, ſed eſt abſens: & quando habet litem cum tutore non datur curator, niſi pupillus petat. *Mynſing. obſerv. 31. cent. 2.* ¶ Patre nolente bona filii adminiſtrare, debet curator ipſis bonis dari, non autem ipſi filio: quia illi in poteſtate conſtituto non datur tutor, nec curator. *l. fi. §. ſin autem, & ibid. gloſſ. Cod. de bonis, quæ liberis.* ¶ Curator ad litem datus pupillo, datur invitus, & volens, & quando datur ad litem, debet eſſe præſens; ſed quando poſſit dari, *vide Bart. in l. 3. §. ſi pupillus ff. de tutelis. Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 124.* ¶ Curator ad litem datur per Judicem litis; ſi vero detur ad lites dandus eſt per Judicem originis, vel domicilii. *Mynſing. obſerv. 88. cent. 1.* ¶ Curator bonis defuncti dari poteſt Judicis officio. *Dec. conſ. 509. ſed quando vide ibid.* ¶ An minori invito dari poſſit curator ad litem, ſi actor ſit, *Fachin. lib. 8. cap. 160. affirmat. §. item inviti, Inſtitut. de curato.*

Vel non.

Curator non datur teſtamento, niſi furioſo, *Bartol in l. 1. ff. de confir. tuto. & in l. 40. §. curator ff. de adminiſt. tuto.* ¶ Curator infanti dari non poteſt, cum regulariter, niſi præſenti, & petenti detur, *Cravet. conſ. 261. num. 57. Ozaſch. dec. 89.* ¶ Curator in teſtamento non datur, licet confirmari poſſit. *l. 7. C. de teſtam. tutel.* ¶ Regulariter curator non datur pupillo, neque adulto, niſi petenti. *Bartol. in l. 5. ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* poteſt tamen dari pupillo ad judicium, & ad negotia. *Roman. ſing. 241.* ¶ Curator in teſtamento dari non poteſt: ideo quod ante confirmationem gerit, venit in actionem nego. geſt. *l. 6. C. de neg. geſt.* ¶ Curatores plures, & ſimul dari non poſſunt, niſi dentur inſolidum. *Bartol. in l. 5. ff de tutel.*

Cap. V. Qui petere poſſit, debeat.

Ventre in poſſeſſionem miſſo, mulier debet petere curatorem ventri, & bonis, & qui petantur, & dati ad quid teneatur, *vide per tot. tit. ff. de vent. in poſſ. mitten.* ventri enim non datur tutor; ſed curator. *l. 20. ff. de tuto. & curato. datis ab his.* ¶ Minor ad litem curatorem accipere cogitur. *Boer. deciſ. 92.* ¶ Volens reddere rationem adminiſtrationis adulto; poteſt petere illi curatorem dari, cui reddatur ratio. *l. 7. C. qui pet. tuto. vel cura.* ¶ Ibi curator debet peti, ubi pupillus, vel adultus originem trahit, vel majorem partem facultatum habet, aut domicilium. *l. 1. C. ubi pet. tut. vel cura.*

Cap. VI. Qui revocari poſſit, vel non.

Curator, ſicut procurator ante litem conteſtatam, poteſt revocari. *Jacob. Put. deciſ. 119. lib. 3.* ¶ Curator ad lites eodem modo revocatur, prout revocatur procurator, & maritus poteſt dari curator uxori ad litem. *Bartol. in l. 31. §. Juliano. ff. de procurato. Guid. Pap. ſing. 421.* ¶ Curator ad litem datus minori poteſt revocari ante litem conteſtatam; non poſt. *gloſſ. fin. in l. 31. §. fin. ff. de procurato.* ¶ Curator, datus bonis, an poſſit exercere actiones, *vide Bartol. in l. 14. ff. de bonis auctor. jud. poſ.*

Cap. VII. Curator, quæ facere poſſit.

Curator repetit impenſas, actione nego. geſto. *Bart. in l. 1. §. neceſſaria. ff. de impenſis. in reb. dot. fac.* & habet ſtatim utilem actionem. *l. 1. C. de contra. & util. act. tutel.* ¶ Auctoritate curatoris generalis, vel ſpecialis dos; & donatio propter nuptias poſſunt conſtitui, & exigi. *l. 28. C. de jure dot.* ¶ Curator poteſt licite inſtruere ſuum minorem cujus eſt curator, & qualiter reſpondeat poſitionibus, quando ipſe minor eſt ſimplex, & adverſarius ſuus ſagax, & callidus, *vide Jaffr. Balb. deciſ. 36.* ¶ Curator datus pupillo tutorem non habenti poteſt omnia, niſi quæ juris ſolemnitatem deſiderant. *Bartol. in l. 1. 10. ff. de tuto. & curato. dat ab his. vide Fely. conſil. 16.* ¶ Curator poteſt acceptare pro adulto, & per ipſum curatorem jus adulto acquiritur. *Cravet. conſ. 261.* ¶ Omnia neceſſaria facere poteſt curator datus hæreditati jacenti. *Dec. conſ. 401.* ¶ Curator an confitendo præjudicet minori. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 229.*

Vel non.

Curator generalis non poteſt in lite mota facere ſpecialem curatorem. *l. 12. C. qui da. tu. vel cur.* ¶ Licet puberi invito curator non detur: tamen non inde deſumitur adminiſtrationem bonorum ſuorum ipſi eſſe permittendam; ideo ratione bonorum invitus recipit curatorem, patre naturali hoc ſaltem poſtulante. *Gomo. Leo. deciſ. 70. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* ¶ Mater etiam curatrix, non poteſt præjudicare filio minori. *Dec. conſilio. 255.*

Cap. VIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Tutores, & curatores tempore ſuæ decretationis debent ſpecialiter, & expreſſe promittere, quod defenſionem minorum ſuſcipient ſine ulla dilatione. *l. final. §. pen. C de adminiſt. tuto. vel curato.* ¶ Curator, quando poſſit durante officio curatoris conveniri, *vide Bartol. in l. 27. ff. de adminiſtra. & peric. tuto.* ¶ Curator datus bonis univerſaliter tenetur facere inventarium, non curator datus liti. *Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de cura. bon. dat.* ¶ Curator curæ adminiſtratæ tenetur rationes reddere. *Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 209.* ¶ Datus curator nurui ſuæ debet ſe excuſare; alias incurrit infamiam. *l. 17. C. de excuſat. tuto. vel curato.* ¶ Licet tutor durante tutela, non poſſit conveniri judicio tutelæ; tamen curator etiam durante adminiſtratione conveniri poteſt. *l. 16. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* ¶ Si curator bonorum venditionem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſolverit, quid juris, *vide l. 22. §. ſi curator. ff. mandati.* ¶ Curator datus liti adulti, vel pupilli tenetur bona ſua obligare; & dare fidejuſſorem, & debet promittere utilia facere, & inutilia prætermittere, & adultum indefenſum non relinquere ad inſtar tutoris. *Cap. Tho. q. 247. vide And. Gail. obſerv. 108. num. 11. lib. 2. Crav. conſil. 261. num. 57.* ¶ Licet de jure Curator ad lites debeat ſatiſdare; tamen de ſtylo curiarum non ſolet ſatiſdare; ratio, quia curator ad litis non adminiſtrat; ideo inventarium non facit. *Put. deciſ. 130. lib. 3. vide Joſeph. Ludov. deciſ. 48. Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 132. Gaſp. Cabal. milleloq. 72.* ¶ Curatores debent ſpecialiter, & expreſſe promittere tempore, quo creantur, quod defenſionem ſubibunt. *Bartol. ſing. 178.* ¶ Ad quid teneatur curatores vendentes bona minorum, *vide l. 40. §. vendentibus. ff. de min. 27. ann.*

Vel non.

Curator datus in teſtamento minus ſolemni, non tenetur de periculo adminiſtrationis deſertæ; ſed an invitus dari poſſit. *l. 7. C. de teſtament. tutel.* ¶ Curator conſenſu creditorum bonis datus, non cavet de rato. *l. 9. ff. rem rat. habe.* ¶ Curatores non tenentur de geſtis per minorem poſtquam fuit declaratus major per Judicem, etiamſi adhuc eſſet minor, dummodo hoc ignoraverint; ſecus ſi eum minorem ſciverint, & perſeveraverint in adminiſtrationa. *l. 35. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Curator datus teſtamento, ſi ante confirmationem non adminiſtraverit non tenetur de negligentia, ſi adultus non petat ipſum confirmari. *Capel. Thol. quaſt. 270.* ¶ Curator datus ad litem non conficit inventarium. *Capel. Thol. quaſt. 73. numer. final. & quaſt. 147. in additio. DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de judic. in novis, vide Bartol. in l. 5. C. de bonis vacan. libr. 10. & in l. 15. ff. de bonis aucto. Judi. poſſi.*

Cap. IX. Minor: Adultus, pupillus: Qualis ſit, & præſumatur.

Adultus curatorem habens quibus caſibus æquiparetur pupillo, *vide Bartol. in l. 1. §. fuit quaſitum. ff. ad Trebellia.* ¶ In quibus differant pupilli, & adulti, & in quibus conveniant *gloſſ. in l. 1. §. fuit. ff. ad Trebellia.* ¶ Adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, ut non obligetur ſine curatore, quod eſt verum, ſi actus, qui geritur eſt talis, cui poteſt aptari auctoritas curatoris, ſecus ſi non aptatur, & etiam Reg. procedit, quando de ſuo incommodo tractatur, ſecus ſi de ſuo commodo. *Alviſ. de Alber. ſing. 68. vide gloſſ. in l. 5. §. fuit. ff. ad Trebellia* ¶ Minor præſumitur, quando apparet curatorem habere, niſi major doceatur, vel ex aſpectu præſumatur. *Jaff. Lanfr. deciſ. 199.*

Cap. X. Quando ſtare poſſit in judicio.

Minor civiliter, vel criminaliter conventus non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio: ideo curator ad litem ei dandus eſt, qui ipſius nomine judicium exerceat. *And. Gail. obſerv. 108. lib. 2. Gomez Leo deciſ. 10. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* & tunc curator debet eſſe præſens. *Gail. ibid. num. 5.* ¶ Quod dictum eſt minorem non habere legitimam perſonam ſtandi in judicio limitatur. Primo, ſi curatorem habeat, quo caſu recte agere, vel conveniri poteſt. *Gail ibid. num. 8.* ¶ Secundo limitatur, in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, quia in illis major 14. annis, pro majore habetur. *ibid. num. 9.* ¶ De judicio contra infantem movendo, & quomodo infantibus providendum ſit ad hoc, ut judicium fundetur, *vide per Ozaſch. deciſio. 89. Cravet. conſ. 261. num. 57.*

Cap. XI. Quæ facere poſſit, vel non.

Minor ad petendum curatorem poteſt facere procuratorem, & dubitatur de mandato, admittitur cum cautione de rato. *l. 43. §. is qui ff. de procur.* ¶ Poteſt minor prius agere cum tutore, vel curatore quam cum con-

contrahente, & econtra. *l. 47. ff. de mino. 25. ann.* ¶ Judicium agitatum cum filiofam. minore non firmatur auctoritate patris, niſi etiam intervenerit curator ad litem, quando agitur de re, in qua nihil poteſt ad patrem pertinere, etiam quoad uſumfructum. *Jaſſ. Lanf. deciſ. 307.* ¶ Curator, ſi detur filiofam. adeundam, & adminiſtrandam hæreditatem, tenet datio. *Bartol. in l. 1. ff. ſi ſervi. vendic.*

Vel non.

Pupillus non poteſt reſtituere tutori hæreditatem eo auctore; ſed adultus ſuo curatori ſic: quia auctoritas ejus non eſt neceſſaria. *l. 1. §. fini ff. ad Trebel.* ¶ Statuto ſtante, quod in delictis contumax habeatur pro confeſſo, minor contumax delinquens, non poteſt dicere de nullitate actorum, licet contra eum fuerit proceſſum, nullo curatore dato. *Natt. conſ. 54. cum duob. ſeqq.*

Cap. XII. Ad quæ teneatur.

Adultus curatorem habens, ſi contrahat ſine ejus auctoritate, nec naturaliter, neque civiliter obligatur. *Bartol. in §. 1. inſt. de auct. tut.* ¶ Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ, nihil operatur; qui perſonæ curator principaliter non datur. *l. 8. C. de nupt.*

Cap. XIII. Quæ valeant.

Geſta per minorem ſine curatore coram arbitro, & ſententia contra eum valant, & ſi poſſit reſtitutionem in integrum petere. *Jaſſ. Lanfr. deciſ. 309.* ¶ Proceſſus factus cum minore (nullo curatore conſtituto) litigans per procuratorem cum juramento conſtitutum valet. *Guid. Pap. quæſt. 55. Boer. deciſ 92. & Jaſſ. Lanfr. Balb. deciſ. 63.* ¶ Quando curator ſtatim, quo fuit creatus ſuam interpoſuit auctoritatem, an ob temporis brevitatem, actus ejus auctoritate factus valeant, *Menoch. conſ. 196. num 38. lib. 2.* ¶ Si minor curatorem habens contrahat ſine curatore, contractus erit nullus: ſi vero non habet, tenet; ſed ſi læditur reſtituitur. *l. 3. C. de in integ. reſt.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Fiſcus, ſi patiatur rei dare curatorem, eidem incumbit onus probandi hunc non eſſe minorem. *Rot. Avenio. deciſ. 63. in deciſ. diver. Tom. 3.* ¶ Non debet quis poſſe adminiſtrare res ſuas ante 25. annum. *l. fi. ff. de cond. & demonſt.*

TITULUS CCCCLXXIV.

De in litem dando tutore, vel curatore.

Minor non habet legitimam perſonam ſtandi in judicio, ideo illi debet dari curator generalis, vel ad litem. *l. 11. C. qui dare tutor. vel curato.* ¶ Propter litem, quam pupillus habiturus eſt cum tutore, vel curatore datur curator, qui non datur, niſi præſenti, & petenti, & cogitur quis petere. *l. 2. §. ſi pupillus. ff. de tutel. vide tamen ſup. tit. prox.* ¶ Quolibet loco, & tempore iſta curator dari poteſt. *l. 3. §. ſi pupillus. ff. eod.* ¶ In eadem cauſa dato uno curatore, non poteſt dari alius, & datus in una cauſa, non poteſt dari in alia. *l. 5. ff. eodem.* ¶ Minor citatus debet legitime comparere, videlicet cum curatore, licet in citatione hoc non dicatur. *gloſſ. pen. in l. 5. ff. de bonis auct. jud. poſſid.* ¶ Curator datus ad certam cauſam, ea finita definit eſſe curator. *§. fi. inſtit. de auct. tuto.* ¶ An in cauſa, quam habere debet tutor contra pupillum, poſſit dari curator. *vide gloſſ. ibidem.* ¶ Minori 25. ann. etiam invito datur curator ad litem. *§. item inviti. inſt. de curat.* ¶ Vide de materia, *ſup. tit. prox. præced. de curat.*

TITULUS CCCCLXXV.

De actore à tutore, vel curatore dando.

Generalia.

De actore à tutore, vel curatore dato, quando & quomodo detur, & quando finiatur ejus officium, *vide per Bartol. in l. 11. C. de procur.*

Cap. I. Tutor, quæ facere poſſit actorem dando, vel non.

Tutor poteſt actorem ad litem conſtituere ante confectionem inventarii *Jacob. Put. deciſ. 287.* ¶ Tutor ſicut ante litem conteſtatam poteſt conſtituere actorem; ita & procuratorem de jure Canonico, *idem deciſ. 133. libr. 2.* imo quod ante litem conteſtatam non poſſit conſtituere procuratorem, ſed actorem ſcribunt *Mynſing. obſerv. 38. cent. 2. Gaſp. Cabal. Milleloq 352 facit. l. 9. Cod. de procurat. vide Benin. deciſ. 80.* ¶ Tutorium, & curatorium actor conſtitutus à tutore, vel curatore in judicio producere debet, & actor decreto judicis conſtituitur. *Andr. Gail. obſerv. 107. lib 2.* ¶ Tutor actorem conſtituere poteſt, etſi nulla ſubſit cauſa: tamen tutius eſt, ut ſemper apponatur aliqua cauſa. *Bartol. in l. 25. ff. de adminiſt. & peric. tut.* imo tutores non poſſunt creare actores, niſi ob imminentes cauſas, puta infirmitatis, abſentiæ, vel nobilitatis, & hujuſmodi; quæ cauſæ debent inferi in ipſa conſtitutione actoris, & quando pupillus habeat actionem contra actorem, & quando non, *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 4.* ¶ In hac patria Pedemontana tutores, vel curatores poſſunt conſtituere actorem, factorem, vel procuratorem, horum nominum ſublata differentia, cavetur in novis ordin. *t. della legitimatione delle perſone.* ¶ Sicut per tutorem pupillo quæritur; ita per actorem ab eo conſtitutum. *l. 6. ff. quando ex fact. tutor. vel curato.*

Vel non.

Actor datus ad litem, non poteſt proſequi cauſam appellationis in eadem lite interpoſitæ, & quid, ſi velit proſequi, *Bart. in l. 10. C. de appel.*

Cap. II. Ad quæ teneatur actor.

Bona actoris conſtituti à tutore ſunt tacite obligata ipſi pupillo. *l. 9. ff rem rat. habe. num. 7.* ¶ Actor à tutore datus omnino cavet de rato. *l 9 ff rem rat. habe.*

Cap. III. Actor. quando conſtitui poſſit.

Actor conſtitui poteſt ad præſentes lites; non autem ad futuras. *Capel. Thol. quæſt. 85.* ¶ Si pupillus ſit infans, vel abſens, & tutor infirmitate, vel alia neceſſitate impediatur, poteſt actor pupillo periculo tutoris conſtitui. *§. final. inſtitut. de curat.* vel alia cauſa, decreto judicis interveniente. *l 25. ff. de adminiſt tut. vel cura.* ¶ Actor à tutore conſtitui debet interveniente decreto; alioqui non valet conſtitutio, & non poteſt conſtitui ad lites futuras *Natt. conſil. 5. Tom. 1. Bart. in l. 10. C de appellat.* & poteſt conſtitui à tutrice, quæ non confecit inventarium ſibi à teſtatore remiſſum. *Rol. conſ. 49. vol. 3.* ¶ Differentia eſt, quando actor conſtituitur à judice tutore petente, & quando eſt conſtitutus à tutore judicis decreto. *Bartol ibid. num. 16.* ¶ Tutore vel curatore impedito poteſt dari actor à pupillis, vel adultis per ipſum tutorem, vel curatorem *l. 10. C. qui dare tutores vel cura.*

Officium, quando finiatur.

Officium procuratoris à tutore dati, finita tutela morte tutoris, vel pubertate pupilli finitur, habetur in libria *placit. Curia lib. 11. de curatore. titul. 5. in deciſ. diverſo.* ¶ Officium actoris finitur, finito officio tutoris. *Capel. Thol. q. 43* ¶ Mandati actio datur inter tutorem, & actorem ab eo conſtitutum. *Bart. in l. 31. ff. de neg. geſt.*

TITU-

TITULUS CCCCLXXVI.

De furioſis, prodigis, fatuis, ſurdis, mutis, & de eorum curatoribus, & bonis.

Generalia.

VIde de meteria hujus tit. *per tot. tit. ff. de bon. poſſeſſ furio. infam. mnio. & ibid. Bart.*

Cap. I. Furioſus, quis dicatur.

Furioſus eſt cenſendus; quem pater ita reputavit. *Baer. decıſ. 23. num. 84.* ¶ Furioſus, fatuus, demens, mente captus & ſtultus idem in jure ſunt; licet aliquando differant. *Baer. decıſ. 23. num. 42.* ¶ Furioſum aliquem eſſe, quomodo judex declaret, *vide Menach. de arbitr. q. 80. num. 67.* ¶ Quis dicatur prodigus. *Dec. conſil. 274.* & quotuples ſit prodigalitas, *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art. 3. gloſſ. 4. num. 8. Tom. 1.* ¶ Prodigus ex factis, non ex ſermone cognoſcitur. *Bart. in l. 12 §. divus. ff. de tut. & cura. dat. ab his.* ¶ Surdus, & mutus, quod quis ſit qualiter probetur, *Bart. in l. 1 ff. de verb. oblig. num. 11.*

Vel non.

Interdictio prodigo facta ceſſat ſtatim, cum redit ad ſanos mores, & deſinit eſſe prodigus, pariter, & cura ipſo jure abſque judicis facto, ſi hoc eſt manifeſtum; alias ſecus. *J. ff. Lanfr. deciſ 62. Guid. Pap. q. 269. Reb. in ſuis comment. tract. de ſinten. proviſio. art 3. gloſſ. 4. num 13. Dec. conſil. 274.* ¶ Furioſus non cenſetur eſſe, qui à parentibus, & aliis officia, & adminiſtrationes exercet. *Boer. deciſ. 23. num. 74.*

Cap. II. Qualis ſit.

Mutus, & ſurdus, ſi nihil intelligunt, furioſo æquiparantur, & quando poſſint agnoſcere bon. poſſeſ. *Bartol. in l. 2. ff. de bon poſſ. furio.* ¶ Mutus, ſi nihil intelligat æquiparatur infanti, ſi aliquid, pupillo. *Bart. in l. 1. ff. de verb. obl. num. 9.*

Cap. III. Quæ requiruntur.

Sana mens omnino non requiritur in homine diſponente de rebus ſuis. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 1.* ¶ Si furioſus habens dilucida intervalla actum aliquem exercuerit, & dubitetur, an illum geſſerit quiete, vel in furore, attendi debet qualitas actus, nempe an ſit conveniens homini ſanæ mentis, & præſumitur, quod in quiete, & tempore intervalli geſſerit; alias ſecus. *Mynſing. obſerv 41. cent 2. Hieronym. Mag. deciſ. 97. Rot. Floren. Boer. deciſ. 23. num. 62. Joſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 1. Bart. in ſuo tract. teſtimoniorum. num. 95.*

Cap. IV. Quæ, & quando intelligatur in hoc tit.

Interdicto bonorum facta alicui in ſui commodum, porrigitur ad omnem locum; ſecus ſi fiat per delictum. *Bart. in l. relegatorum. § interdicere. ff. de interd. & releg at.* ¶ Quod conſtitutum eſt in prohibendis alienationibus rerum minorum, extenditur ad res furioſorum, & per conſequens, leges loquentes de minoribus, & eorum favore, extenduntur ad furioſos, & mente captos. *Bartol. in l. 2. C. de cur. furio.*

Cap. V. Quæ probari poſſint.

Furor qualiter probetur, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 22. Franc. Marc. q. 435. part. 2. Magon. deciſ. 97. Rot. Flor. Rand. tract. de Analog. c. 34. nu. 143. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſio. art. 3. gloſſ. 5. num. 6. Dec. conſil. 274.* ¶ Quomodo probetur quis furioſus, mente captus, mutus, vel ſurdus, *vide per Bartol. in ſuo tract. teſtimoniorum. num. 94.*

Cap. VI. Quæ præſumantur.

Furioſus ſemel, an ſemper talis præſumatur, & quomodo præſumptio tollatur, *Boer. deciſ. 23. num. 86. 87. & 88.* ¶ Ex quibus ſignis, & conjecturis præſumatur quis furioſus, *vide Franc. Mant. de conjectu. ultim. volun. lib. 2. tit. 5. num. 10.* ¶ Obligatio magna ſine cauſa præſumitur in furore facta. *Boer. deciſ. 23. num. 63.* idem in donatione magna. *ibid. num. 64.* & furorem, aut ſanam mentem quis probet, *vide ibid. num. 67. & Joſeph. Ludov. dec. 1. Peruſ.* ¶ Malam fidem contrahentes habere præſumuntur, qui cum prodigo, & conſumpturo contrahunt, ac ſolemnitates in contractu requiſitas non obſervant. *Ozaſ. deciſ. 177. num. 7.*

Cap VII. Quæ facere poſſit prodigus, &c.

Cognati, & affines prodigi, cui poterat interdici bonis, poſſunt adverſus ejus contractum reſtitutionem petere, etiam eo contradicente. *Jaff. deciſ. 437.* nam prodigus notorius, ſi ante interdictum contrahat, poteſt poſtea ejus curator adverſus illius contractus reſtitui, juſta cauſa probata. *Lud. Rom. ſingul. 226.* alias ante interdictionem adminiſtrationis, valent geſta. *Bartol. in l. 56. num. 3. ff. de adminiſtr. & peric. tut. & in l. is, cui bonis ff. de verb. obligat.* nam prodigo manifeſto non eſt interdicta adminiſtratio bonorum à lege. *Bartol. in l. 18. ff. de teſtam.* & qui teſtamentum facere poſſunt ſine facto Judicis. *Jaff. Balb. deciſ. 310.* ¶ Surdus, & mutus poſſunt contrahere, licet non per ſtipulationem. *Bartol. in l. 1 ff. de verb. obligat.* ¶ Contrahere licet non poſſit ille, cui eſt interdictum bonis; tamen delinquendo alienat. *Gram. deciſ. 105. num. 41.* ¶ Emens à male gerente negotia ſua, quando ſecure emat, *vide Boer. deciſ. 23. num. 52.* ¶ Prodigo, cui fuerat bonis interdictum, ad regimen Civitatis poſtea accepto, an cenſeatur interdictio ſublata, *vide Boer. deciſ. 23. nu. 71.* ¶ Curatores neceſſarii quibus perſonis dentur, & quorum citatione, *vide Auguſt. Bero. q. 122.* & mente captus quis dicatur, *vide ibidem num. 3.*

Vel non.

Furioſus actum validum facere nequit, ſicuti nec contra eum: ideo per ſententiam condemnari non poteſt. *Hippol. ſing. 380.* ubi plene de materia, imo ſententia non poteſt ferri pro furioſo non habente curatorem; quia non eſt, qui pro eo petat, & ſi adverſarius petat, non poteſt furioſus in contumacia conſtitui. *l. 9. ff. de re jud.* ¶ Pro Reg. traditur, quemlibet eſſe legitimum moderatorem, & dominum rei ſuæ; fallit in diſſipante bona ſua contra bonos mores, quia intereſt Reipubl. ne quis re ſua male utatur. *Harim. cap 8. tit. de teſtamentis lib. 2.* ¶ Furioſus neque de jure Civili, neque de jure Canonico matrimonium contrahere poteſt, nec Religionem intrare. *Boer. deciſ. 23. num. 68. & 69.* ¶ Declaratus prodigus per ſuum Judicem non poteſt alienare etiam bona exiſtentia in territorio, & juriſdictione alterius Judicis. *Joan. Papon. libro. 6. titul. 7. arreſt. 10.*

Cap. VIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Curator furioſi officio durante, poteſt ſemper conveniri; ſecus in tutore, vel curatore minoris. *Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis. ff. de oper. novi nunciatio.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curem; à ſucceſſione ipſorum privantur. *Authen. liberi. C. de Epiſcopal. audien.*

Vel non.

Adultus non obligatur civiliter, & naturaliter, quando à Judice eſt interdicta adminiſtratio. *Bartol. in l. 1. numer. final. ff. de novatio.* idem in prodigo, ſi contrahat ſine auctoritate curatoris. *Bartol. in § 1. inſtit. de auct. tut.* ¶ Furioſus ſi quiſpiam efficiatur poſt commiſſum delictum, non poteſt puniri, ſed debet ſuperſederi in executione. *Jaſ. Ludov. dec. 77 part 2.* & multo magis hoc procedit, ſi deliquit in furore, *vide ibid.*

Cap.

Cap. IX. Quæ interdici poſſint prodigo, &c.

Minori, & prodigo poteſt bonis interdici. & quando prodigus æquiparetur pupillo, *vide Bartol. in l. 3. C. de integr. reſtitut. & in l. certi condictio. §. quoniam ſi cert. pet.* ❡ Adminiſtratio certæ rei interdicitur; ſicut adminiſtratio omnium bonorum. *Bartol. in l. 52. ff. de adminiſt. & peric. tut.* ❡ Pater poteſt filio prodigo adminiſtrationem denegare. *Boer. deciſ. 23. numer. 81.* ❡ Prodigus, cui fuerunt bona interdicta, ſi eligatur de prioribus ut videatur ſublata interdictio, *vide Bartol. in l. 1. C. qui, & adverſus quos.* ❡ Prodigo manifeſto interdicitur bonorum adminiſtratio, ſed non eſt interdicta ipſo jure; verum dato curatore, cenſetur tacitè interdicta adminiſtratio. *Capel. Thol. q. 363. Boer. deciſ. 23. num. 30.* ❡ Debitori de fuga ſuſpecto interdicitur bonis. *Jaſ. de actio. in §. ſupereſt num. 80. Bartol. in l. 8. ff. de pollicita.* ❡ Interdictum, quod à jure fit non ſufficit, ut cenſeatur interdicta furioſo adminiſtratio bonorum, & non ſufficit ſententia prodigalitatis declarans quem prodigum, nec curatoris datio, niſi expreſſe interdicatur illi bonorum adminiſtratio. *vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſentent. proviſio. art. 3. gloſſ. 4.* ❡ Interdictio bonorum fit non ſolum prodigis; ſed etiam ſenſu carentibus, utpote furioſis phreneticis, amentibus, & aliis hujuſmodi. *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſentent. proviſio. art. 3. gloſſ. 5. Tom. 1.* ❡ Meretrici bonis interdici poteſt. *Gaſp. Cabal. milleloq. 693.*

Cap. X. Quis præferatur.

Curator in teſtamento furioſo datus eſt confirmandus, & cæteris præferendus, nullo vero dato ad legitimum pervenitur, quo, vel idoneo non extante Judex de uno alio habet providere, & adminiſtrationem ei decernere, forma, & ſolemnitate, de qua *in l. 20. C. de Epiſc. audien.* ❡ Furoris, & ſanæ mentis datis probationibus diverſis, præfertur ſana mens. *Boer. deciſ. 23. num. 72.* ſed quomodo tunc concordentur teſtes, *vide Boer. d. deciſ. 23. num. 83.*

Cap. XI. Curator, quando detur.

Curator datur furioſo à lege; prodigo à Judice. *Boer. deciſ. 23. num. 25.* ❡ Curator furioſi ipſo jure deſinit, cum ad ſanam mentem redierit. *Boer. deciſ. 23. num. 30.* & furoris probatio eſt difficilis. *ibid. num. 41.* ❡ Furioſis prodigis, vel perpetuo vitio laborantibus curator datur. *§. Furioſi, inſtit. de curat.* ❡ Prodigo filio ad matris inſtantiam datur curator & prodigus eſt, qui in ſermonibus videtur ſapiens, & in factis inſipiens. *l. 12. §. divus. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his.* ❡ Prodigo, furioſo, & mente capto datur curator invitis, quid in ſurdo, vel muto, *vide Bartol. in §. 1. inſtitut. de curato.* ❡ Curator dari poteſt furioſis, ſive furor ſit perpetuus, ſive eis contigerit per dilucida intervalla, & interim bonorum interdictionem Judex facere poteſt. *Rebuff. ut ſupra num. 4.* ❡ Praxis dandi curatores furioſis, & contractus annullandi, traditur per *Rebuff. ibid. num. 9.* ❡ Curator datus prodigo, ſi ſit proximior agnatus, cogitur ſuſcipere curam, & adminiſtrationem, & tenetur rationem adminiſtrationis reddere; alias ſi non ſuſciperet curam, tenetur reſarcire damna, & intereſſe. *Dec. conſ. 274.* ❡ Judex ex officio poteſt dare (etiam nemine petente) curatorem prodigo, vel furioſo. *Pet. de Raven. ſing. 516. Amant. de Clariſaquis ſing. 214.* ſed non cogitur. *Bartol. in l. 5. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

Cap. XII. Quæ facere non poſſit.

Curator prodigi, vel furioſi non poteſt paciſci in præjudicium ipſorum; ſed bene in utilitatem *l. 29. §. ſi curator ff. de pact.* ❡ Curator furioſi, vel prodigi acceptum ferre non poteſt; ſed bene novare *l. 13. §. tutor. ff. de accepti.* ❡ Curator furioſi loco domini habetur: ideo rem furioſi alienare poteſt. *l. 58. §. qui tutelam. ff. de furt.* ❡ Mente capti, & aliæ perſonæ fatuæ non habent curatores legitimos, ſed dativos. *Bartol. in l. 25. Cod. de nupt.*

Cap. XIII. Qui eſſe poſſit, vel non.

Maritus non poteſt eſſe curator uxoris mente captæ, & econtra uxor non poteſt eſſe curatrix mariti mente capti. *Vincen. de Franc. deciſ. 348. part. 2.* neque mulier poteſt eſſe curatrix bonorum. *ibidem.* ❡ Soli curatori poteſt fieri reſtitutio hæreditatis ex Trebelliano, & econtra ipſe eam poteſt reſtituere, ſi eſt gravatus furioſus. *l. 7. C. ad Senatuſconſul. Trebel.* ❡ Si curatores aliquid de ſuo impenderint ad illorum utilitatem, quorum curam gerunt, habent utilem actionem, ſtatim quod aliquid impenderint. *l. 1. ff. de contr. & uti. act. tut.* ❡ Stipulatio rem pupilli, vel adulti ſalvam fore, pertinet ad omnes curatores. *l. 4. §. fin. ff. rem. pub. vel adult. ſalv. for.*

Cap. XIV. Qui effectus producantur.

Actus factus vicino tempore furoris, non concludit nullitatem. *Boer. deciſ. 23. num. 79. Joſeph Ludov. deciſ. Peruſ. 1.* ❡ Denominatio facta à teſtatore in teſtamento, quod quis ſit fatuus, cum datione curatoris, nihil operatur, niſi poſt mortem teſtatoris dictus curator confirmetur. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 1.* ❡ Inventarii omiſſio, an vitiet dationem curatoris, & furoris exceptio non impedit miſſionem in interdicto adipiſcendæ. *Boer. deciſ. 23. num. 101.*

Cap. XV. Quæ valeant, vel non.

Interdictio Judicis facta alicui, ut prodigo, cum tamen non ſit valet, ita ut prohibeatur cum eo contrahi. *Bart. in l. 26. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.* licet gloſ. contrarium tenuerit, quod procedere poſſet, quando in decretatione curatoris eſſet expreſſus error; alias procedit prima opinio. *Jaff. Lanfr. deciſ. 311. vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. artic. 3. gloſſ. 4. num. 5. Tom. 1.* ❡ Quando videatur interdicta adminiſtratio prodigo, & an valeat proviſio curatoria prodigi facta ei, qui non eſt, & ſi, eſt quando deſinat eſſe curator, & prodigus delinquendo obligatur. *Bartol. in l. ii, cui bonis. ff. de verb. oblig.* ❡ Actus geſtus à furioſo, ſi conveniat homini ſanæ mentis ſubſiſtit. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 1.* idem in teſtamento. *Hippol. ſingul. 380. vide tamen Boer. deciſ. 23. num. 47.* ❡ Curatoria datio nulla, ex noviter deductis, debet confirmari à Judice. *Bera. q. 122. num. 7.*

Vel non.

Furioſus quicquid agit, ignorat, ideo teſtamentum, vel alienatio furioſi non tenet, licet contrahens eum putet ſanæ mentis, vide tamen *Joſeph Ludov. deciſio. Peruſ. 1. num. 7.* ❡ Teſtamentum factum per eum, cui tanquam prodigo fuit ad judicia datus curator, & pro tali habitus, & reputatus non valet, nec ex eo admittitur ſubſtitutus ad probandum eum non eſſe prodigum. *DD. de Rot. deciſ. 8. tit. de teſtam. in antiq.* ❡ Contractus alienationis prodigi, cui legitime eſt à Judice bonis interdictum, non firmatur juramento, nec eum obligat, etiam naturaliter. *Jaff. Lanfr. deciſ. 82. Abb. quæſt. 2. vide Bartol. in l. 3. §. ſi pupillus. ff. de tutel. & in l. ii, cui bonis. ff. de verb. oblig. & Capel. Thol. quæſt. 499.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Judicem (qui in contractu furioſi decretum interpoſuit) non poſſe ſuper furore illius teſtimonium ferre, ſcribit *Menoch. de arbit. qu. 73.* ❡ Prodigus læſus ante interdictionem reſtituitur. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art. 3. gloſſ. 4. num. 7.* ❡ Teſtibus duobus de ſana mente deponentibus, plus creditur, quam mille de inſania. *Boer. deciſio. 23. numer. 87. & 93.*

TITU-

TITULUS CCCCLXXVII.

Qui petant tutores, vel curatores, & ubi petantur.

Genemlia.

Tutores, vel curatores ubi petantur, *vide in tit. C. ubi pet. tuto. vel. cura.*

Cap. I. Qui petere teneantur.

An mater, vel ſubſtitutus, aut legatarius teneantur petere tutorem pupillis ſub pœna privationis hæreditatis, & intra quod tempus, & de materia, *vide per Bartol. in ſuis quaſt. q. 18 Abb. conſ. 90. lib. 2.* ¶ Mater non poteſt defendere filium pupillum, ſed illi debet tutorem petere. *l. 18. C. de procurato.* ¶ Matre negligente filiis tutorem petere, alii ad petendum admittuntur, & poteſt Præſes tam per ſe, quam per Magiſtratum eis tutorem dare. *l. 6. C. qui dare tutores, vel curatores.* ¶ Si mater ſit tutrix, & velit tranſire ad ſecunda vota, debet prius petere alium tutorem dari, & reddere rationem præteritæ adminiſtrationis, alias privabitur ſucceſſione filiorum, ſi mater ipſa ſit tutrix ſola; alias ſecus. *vide Dec. conſ. 246. §. ſi autem verſ. ſi vero, Auth. de nupt.* ¶ Mater ad petendum tutorem intra annum admittitur, qui terminus ad conficiendum inventarium non datur. *Ozaſ. deciſ. 58. num. 6. & 23.* ¶ Dictio mox, poſita in l. tutores C. ad Tertullianum, quomodo intelligatur, & text. *in §. confeſtim. l. 2 ff. eod.* declaratur, *per Ozaſ. deciſ. 58. num. 24. & 28.* ¶ Non eſt exigendum à pupillo, ut ipſe ſibi petat tutorem; ſed creditor volens ſolvere, petere debet. *l. 2. ff. de tutelis, vide gloſſ. 1. 8. idem Caſſius d. l. 2.* ¶ Ad curam ejus, qui tenetur petere totorem ordinari pupillo, ſpectat etiam facere petitos, & ordinatos compelli, ut pupillum defendant in lite, etſi contingat petitum removeri debet curare, ut alius idoneus ſubſtituatur. *l. 28. §. perſonis. ff. de adminiſt. tut.*

Cap. II. Non petentis, quæ ſit pœna.

Mater non petens filiæ tutorem intra annum, perdit jus ſucceſſionis. *l. 2. § ſi mater. ff. ad Senatuſconſ. Tertul.* & hoc procedit etiam in multis aliis perſonis, de quibus, & quando Reg. habeat locum, cum ſuis limitationibus, *vide per Maran. in repetit. ad l. is poteſt. ff. de acquir. hared. num. 216. & ſeqq. in libro ſui ſpec. fol. 527.* ¶ Matri minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à jure limitatum, ſecus ſi fuerit major. *Ozaſch. deciſ. 87. l. fin. Cod. ſi adverſus delictum.* ſed quid, quando minor ætas fuerit taxata per decretum, ut in hac patria. *Vincen. de Franc. deciſ. 167.* verum non excuſatur mater, quæ non petiit provideri de tutore alio pupillo, eo, quod dicat ſe fuiſſe minorem tempore mortis mariti, quando facta major æque fuit negligens. *Cravet. conſil. 325.* ¶ Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à ſucceſſione filii, poſtea facti adulti ante mortem. *l. 2. C. ad Senatuſconſul. Tertul.* & ſic quandoque mater filii ſucceſſionem non perdit, licet illi tutorem non petierit. *gloſſ. ibid.* alias ſi ſuccedere volentes pupillo intra annum à morte teſtatoris tutorem non petierint, privantur ejus ſucceſſione, ſi moriatur in pupillari ætate. *l. 10. C. de legit. hared.*

Cap. III. Qui excuſetur, vel non.

Peſtis excuſat matrem, quæ non petiit tutorem dari filiis intra tempus debitum, & propter peſtem excuſatur à pœna. *l. ſicut. C. de legit. hared. Boer. deciſ. 124. num. 21.* ſed quid ſi mater non petierit curatorem filio furioſo, vel inſano, *vide Vincen. de Franc. deciſio. 167.* ¶ Licet mater petierit tutorem dari filiu ejus periculo, non propterea tenetur ex illo facto, niſi hoc expreſſum fuerit judicis decreto. *l. 1. C. ſi mater indemnitatem.*

¶ Expenſæ factæ in petendo tutorem, quæ repetantur, *vide per Bartol. in l. 1. & 2. C. de neg. geſt.* ¶ Tutela data fratri matris ex abrupto ad ſimplicem requiſitionem matris tranſeuntis ad ſecunda vota, non tenet. *Dec. conſil. 674.*

TITULUS CCCCLXXVIII.

De excuſationibus tutorum, vel curatorum.

Cap. I. Tutor quis eſſe poſſit, vel non.

Mater eſt tutrix, ſi vult, & non aliter: tamen intra menſem debet nominare tutorem, & curare, ut nominandus decarnatur tutor. *Papon. lib. 15. tit. 5. arreſt. 15.* ¶ Quibus ex cauſis tutor excuſetur, *vide gl. in l. 14. §. ex facto. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Intelligens ſolum ad motum labiorum, non poteſt eſſe tutor, *Bart. in l. 1. §. mutus. ff. de tutel.*

Cap. II. Qui excuſari non poſſit, vel non.

Tutor inutiliter datus excuſatione non indiget, niſi ex die confirmationis. *l. 1. & 2. C. de confir. tuto.* ¶ Omnes clerici, vel Monachi tutelæ immunitatem habent. *c generaliter 16. q. 1. l. 39. C. de Epiſc. & Cler.* ¶ Creditor pupilli nominatus in ejus tutorem, ſi juret ſe creditorem ipſius, vel habere res ſuas obligatas, excuſatur à tutela quando eſt magna, & non parva; ſecus ſi non juraverit. *Rol. conſ. 83. vol. 1.* ¶ Excuſatio à tutela, vel cura, quomodo fieri poſſit, *vide Math. Matheſ. ſing. 135.* ¶ Numerus quinque liberorum excuſat ab onere tutelæ, ideo ſi appellatur à ſententia excuſationem admittente, ſententia debet confirmari, cum victoria expenſarum ſolvendarum de bonis pupillorum. *Papon. lib. 15. tit. 5. arreſt. 11.* ¶ Habens tres filios Romæ, habet excuſationem à tutela, & pater poteſt uti tali immunitate, etiam contra filium emancipatum, ſi haberet tres filios, quorum unus eſſet emancipatus, & petat emancipatus à Prætore patre ſibi dare curatorem. *Pet. de Raven. ſing. 170.* ¶ Ruſticus excuſatur à tutela, niſi ſit ſagax. *Alviſ. de Alber. ſing. 53.* ¶ Medicus excuſatur à tutela. *ibid. arreſt. 17.* Dux militum armatæ militiæ, pariter excuſatur. *Pap. ibid. arreſt. fin.* ¶ Quando aliquis vult ſe excuſare, debet facere dare tutorem pupillæ, vel adulto, qui in hac cauſa excuſationis eum defendat, *vide in addit. ad Bart. in l. 1. C. de excuſat. tuto.* ¶ Tutor non debet appellare à nominatione, ſed debet intra tempora ſtatuta excuſationem proponere, qua non admiſſa poteſt appellare. *l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellandum ſit.* ¶ Major 70. ann. habet vocationem à tutela, vel cura. *l. 3. ff. de jure immunit.*

Vel non.

Ille, qui tutor datus eſt, non prodeſt ad excuſationem, quod falſum dixerit, quia hoc tantum removet à legato. *l. 5. ff. de his quib. ut indig. § ei qui.* ¶ Habens privilegium, vel jus ſe excuſandi ab officio tutelæ, ſi ſubiit illud munus, non poteſt ſe excuſare, quantum ad ſponte ſuſceptum; ſecus quoad aliud futurum. *Harm. c. 8. & 9. tit. de tutelis. lib. 1.* ſed limita, *ut ibid. d. c. 9.* nam poſt ſuſceptam adminiſtrationem fruſtra quis ſe excuſat. *l. pen. C. ſi tuto. vel cura. fal. alleg. excu.* & excuſatus à tutela alterius. *l. 25. ff. de teſtamen. tute.* ¶ Qui ſibi aſcribit tutelam in teſtamento, non erit tutor, niſi teſtator ſubſcripſerit, & excuſationem amittit. *l. 29. ff. de teſtamen. tutel. vide l. 28. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Patrimonium quando eſt invalidum, excuſatur à tutela unius, non excuſatur à tutela alterius. *Bart. in l. 25. ff de teſtamen. tutel.* ¶ Tutor teſtamentarius, vel dativus, ſi ſe non excuſaverit intra 50. dies poſt ſcientiam, videtur ſe aſtringere officio tutelæ. *Abb. conſ. 90. lib. 2.*

Cap. III. Qui effectus producantur.

Tutor, qui ſuccumbit in excuſatione, tenetur ex illo die, ex quo debuit gerere. *l. 21. ff. de adminiſtrat. vel peric. tutor.* ¶ Appellatione interpoſita ſuper excuſatione tutoris, interim datur curator pupillo. *l. 17. §. tutor ff. de appellat.* ¶ Qui ſe excuſat à tutela, vel cura teſtamentaria, non repellitur à ſucceſſione pupilli. *Guid. Pap. ſing 528.* ſed quando hoc caſu amittat legatum à patre pupilli ſibi factum, *vide infra tit. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Qui ſe à tutela excuſat, perdit quod ſibi ſuisque eſt ea contemplatione relictum. *l. qui tutelam. ff. de teſtamen. tutel. vide l. 113. de legat.* ¶ Qui excuſat ſe à tutela teſtamentaria, indignus eſt omni commodo teſtamentario; ſecus ſi ſe excuſat à dativa, & qui agnovit legatum ex teſtamento, à tutela ſe excuſare non poteſt. *l. 5. §. amittere ff. de his quib. ut indig. leg. aufer.*

TITULUS CCCCLXXIX.

De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

Cap. I. Cauſa, Accuſatio, qualis ſit.

Cauſa criminalis dicitur, quando de ſuſpecto tutore agitur. *Marau. in ſuo ſpec. par. 4. tit. an ſit judi. civil. de crimin num. 18. diſtin. 0.* ideo judex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris, & inventum ſuſpectum ab officio removet, *idem Marant. ibid. part. 6. c. pervenitur aliquando per viam inquiſi. num. 147.* tamen accuſatio de ſuſpecto tutore non eſt publica, ſed privata. *Bartol. in l. 1 ff. de public. judic.* ¶ Accuſatio ſuſpecti tutoris facta, ut removeatur, eſt civilis, & in ea poteſt procurator intervenire; ſecus ſi ut puniatur. *Bartol. in l. accuſatore. §. ad crimin ff. eod.*

Cap. II. Adminiſtratio, quando interdicatur, vel non.

Si tutor non eſt dives, ſicut pupillus, an poſſit adminiſtrare. *Bart. in l. 18. §. ſi quis ff. de excuſ. tuto.* ¶ Pendente cauſa ſuſpecti interim videtur interdicta adminiſtratio. *l. 14. § ſunt ff. de ſolut. & libera. Franc. Marc. quaſt. 972.* & hoc poſt litem conteſtatam. *Afflict. deciſ. 357. num. 6.* ¶ Tutor, qui conjunctus eſt pupillo, quando privetur adminiſtratratione pendente judicio accuſationis. *Vincen. de Franc. deciſ. 8. num. 8.* ¶ Tutori accuſato de ſuſpecto, qualiter & quando interdicatur adminiſtratio, *vide per Bart. in l. 14. §. ſunt ff ſolut. & libera.* ¶ Si tutor uti ſuſpectus removeatur, tutela finitur, & ſi ſuſpectus dicitur, ac pro ſuſpecto accuſatur, ſuſpenditur ab adminiſtratione, quod procedit, ſi ſuſcipionis cauſa emerſerit ſuſcepta tutela, non ante: nam poſtquã in ipſo tutelæ ingreſſu oppoſita non fuerit, innecessarium antecedena remiſſa cenſetur *Illuſtr. Senator Sol. in ſuis commentar. in antiq. conſtitu. gloſſ. 2. ſuper 1. par. decreti quittationum. tit. de mino. fol. 96.* tamen ſi tutor ſit conjuncta perſona pupilli, (qui etiam ſuſpectus non venit removendus) ſed illi datus adjunctus, interim non venit removendus ab adminiſtratione, *vide ibid. n. 2. Aff. dec. 357.*

Vel non.

Prælato poſtulato ſuſpecto non interdicitur adminiſtratio; ſed datur ei adjunctus. *Bart. in leg. 14. §. ſunt quidam ff. de ſolut. & libera.* ¶ Per proceſſum criminalem inchoatum contra tutorem, vel adminiſtratorem, non interdicitur ſibi adminiſtratio. *l. 45. § fin ff. de ſolut. & liber.*

Cap. III. Quando quis ſit ſuſpectus, vel non.

Tutores non facultates, ſed fraudulenta in rebus pupillaribus, vel callida converſatio ſuſpectos arguit. *l. 15. ff. de privileg. credit.* ¶ Suſpectus eſt, qui ſe ingerit. *Bart. in l. 21. ff. de tut. & curat. dat. ab his.* ¶ Suſpectus quis ex mala converſatione præſumitur. *Bart. in l. ſi plures. §. ſi parens. ff. de adminiſtrat. & peric. tuto.* ¶ Conſanguineus inimici propter conſanguinitatem ſuſpectus reputatur. *Dec. conſ. 674. n. 7.* ¶ Qui tutorem ſuſpectum facit, alieno nomine agere intelligitur; ſecus in procuratore in rem ſuam. *leg. 20. ff. de appellat.* ¶ Cognitio ſuſpecti tutoris, quando pertineat ad judicem cauſarum criminalium, & quando ad judicem civilium, *vide Bartol. in l. §. ſolent. ff. de offic. Præfect. urb. num. 5.*

Cap. IV. Qui & à quibus removeri poſſit.

Tutores & curatores ſuos minores à litibus eis motis non defendentes, ut ſuſpecti veniunt removendi, & de proprio reſarcire tenentur. *l. 28. C. de adminiſtr. tut. vel curat.* ¶ Tutor non ſatiſdans inopia, removetur à tutela ſine infamiæ nota; ſecus ſi fraude, & in locum defuncti idoneus debet ſubrogari. *l. 2. C. de tut. vel curat. qui non ſatiſd.* Vide de ſatiſdationibus tutorum ſupra titul. de ſatiſd. tuto. vel curat. ¶ Tutor abſens voluntarie contumax in alendo pupillum, hoc judicio requirentibus amicis, vel cognatis ejus, veluti ſuſpectus cauſa cognito removetur a Prætore, vel etiam tutor generalis & perpetuus ab ipſo adjungitur: neceſſario vero abſens in officio retinetur, ſpeciali curatore ad præſtationem alimentorum duntaxat ſibi adjuncto. *l. fin. ff. ubi pupill. educ. vel morar. deb.* ¶ Tutor, vel curator contumax poteſt, ut ſuſpectus removeri, & judex abſque novo proceſſu poteſt tutorem, vel curatorem ſuſpectum removere. *Bart. in l 3. C. de procurat.* ¶ Mater ſi non tranſit ad ſecunda vota, ſed aliter eſt luxurioſa, privatur tutela. *Bartol. in l. ſi quis ſub conditione. n. 26. ff. de teſtamen. tutel. & in §. ſi autem. Auth. de nupt.* ¶ Tutela denegatur ei, qui implicitus eſt cum fiſco, & utilitatis pupilli cauſa receditur à voluntate defuncti. *Bart. in l. in confirmando. ff. de confir tuto.* ¶ Judex ex officio ſuo poteſt curatorem jam datum removere, & alium deputare. *Abb. conſ. 91. lib. 1.* ¶ Judex prius cognoſcere debet, an ſit juſta cauſa removendi curatorem, ſine qua amotio fieri non poteſt: imo quando curator eſt ſuſpectus, dandus eſt ei adjunctus, nec eſt amovendus. *Menoch. conſ. 345. lib 4.* ¶ Mater tutrix, aut avia non poteſt propter litem, quomodo libet habitam cum pupillo, à tutela removeri; ſed datur adjunctus, licet ſecus ſit in aliis tutoribus *Afflict deciſ. 207.* ¶ Mater removetur à tutela, quando diſſipat bona pupillorum dando ipſa filiabus in dotem: quia tutor etiam pro leviſſima cauſa poteſt à tutela removeri. *Afflict. ibid. num. 3.* ¶ Removeri an poſſit, qui omiſit unam rem ponere in inventario, & an, qui accepit pecuniam, ut eſſet tutor, poſſit conveniri condictione ob turpem cauſam. *Bart. in l. 9. ff. de tutel.* ¶ Tutor, qui cœpit gerere, & poſtea ceſſavit, removetur ut ſuſpectus. *Bart. in l. 5. §. geſſiſſe. ff. de adminiſtr. & peric. tuto.* ¶ Suſpectus de dilapidatione, an ſit removendus ab adminiſtratione, *vide gloſſ. in verbo ſuſpectus in c. 37. ex. de offic. & poteſta. jud. deleg.* ¶ Tutor & curator debent defendere minorem, quod ſi recuſent à tutela, vel cura removentur. *Bart. ſing. 176.* ¶ Tutor, vel tutrix poteſt removeri, ſi non fecerit inventarium: quia tunc ipſo jure redditur ſuſpectus, vel ſuſpecta, & hoc caſu etiam tutor teſtamentarius poteſt allegari ſuſpectus, & removetur, ut fuit quædam mater remota. *Afflict. deciſ. 207.* ideo tutor ante confectionem inventarii adminiſtrans, poteſt ut ſuſpectus removeri. *Jacob. Put. deciſion. 287. libr. 1. & deciſ. 314. ibid.* & poteſt allegari ut ſuſpectus. *Vinc. de Fran. deciſ. 206. num. 8.* & ſi diſtulit confectionem inventarii, redditur ſuſpectus; ſed quando, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 174.* imo gerens negotia pupilli non decreta ſibi tutela per judicem, & inventario prius non confecto, debet tanquam ſuſpectus acerrime

puniri. *Abb. conſil. 90. lib. 2.* ¶ Tutor, qui non poſuit in inventario omnia apponenda, accuſari poteſt, & ut ſuſpectus removeri, criminaliterque puniri, & à tutela removetur ratione doli commiſſi in inventario. *Bartol. in l. 1. §. ſolent. ff. de offic. Præfect. urb.*

Cap. V. Qui effectus producantur.

Clauſula, quod ſi aliqua appoſuit non apponenda, vel è converſo, in inventario appoſita, quid operetur, *Bart. in l. 1. §. ſolent. n. 4. & 8. de offic. Præfect. urb.* ¶ Licet accuſatio ſuſpecti tutoris importet infamiam, ſi remotus ſit à tutela; tamen deſiſtens ab accuſatione, non incidit in Senatuſconſult. Turpil. *l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Senatuſconſult. Turpil.*

Cap. VI. Tutor, quæ facere poſſit, & ad quæ teneatur.

Mater non tenetur facere tutorem ſuſpectum; ſed tantum petere. *Bart. in l. 1. C. de neg. geſt.* ¶ Teſtator licet remiſerit confectionem inventarii tutori, judex tamen ex cauſa poteſt cogere tutorem ad illum faciendum. *Bart. in l. confir ff. de confir. tut. n. 5.* ¶ Tutor contra tutorem, qui non ſatiſdedit de jure, vel de facto non poteſt venire, niſi offerat ſatiſdationem, ſed pupillus, vel tertius ſic. *Bartol. in l. 6. §. in legitimis. ff. de legit. tuto.* ¶ Expenſæ factæ per matrem in cauſa ſuſpecti non repetuntur: quia animo repetendi factæ non videntur. *l. 1. C. de neg. geſt.* ¶ Tutor allegatus ſuſpectus, non repetit expenſas litis, in qua ſuccubuit; ſecus in expenſis factis in cauſa appellationis, in qua obtinuit. *Vinc. de Franc. deciſ. 394. part. 2.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Minor non poteſt pro libito ſe à poteſtate tutoris, vel curatoris ſola voluntate eripere. *Abb. conſil. 91. libr. 1.* ¶ Fraus in aſſumendo tutelam, vel in male adminiſtrando, extra ordinem punitur. *l. 9. ff. de tutelis.*

TITULUS CCCCLXXX.

De inventariis & deſcriptionibus bonorum, quæ ſolent fieri per tutores, curatores, & alios adminiſtratores rerum alienarum.

Generalia.

Dictio, mox, de qua *in l. curatores. C. ad Tertullia.* quomodo intelligatur, & de tempore conſcribendi inventarii, & quo temporis ſpatio finiatur talis facultas, *vide per Ozaſc. d. deciſio. 58. num. 24. & textus in l. 2. §. confeſtim, ad Tertul. declaratur. ibid. n. 28.* ¶ De inventario cum beneficio legis, quod fit ab hærede, *vide infra tit. ſeq.* ¶ De inventario bonorum Preſbyteri defuncti, *vide per Papon. lib. 15. tit. 6. arreſt. 2.*

Cap. I. Inventarium, quid ſit.

Inventarium quid ſit, & quando alio nomine nuncupetur, qui illud conficere debeant, per quem, intra quod tempus, qua pœna puniatur illud deferens, vel omittens, & multa alia de materia, *vide in dictis commen. D. Sol. gl. ſuper 1. part. decreti, & quomodo titul. de minori. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. gl. 4.* ¶ Inventarii confectio cur inventa, & caput inventarii eſt redditio rationis. *Ozaſ. deciſ. 147. n. 22.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Inventarium conficiens etiam de bonis, quæ ſua eſſe contendit, qualem proteſtationem facere debeat, *DD. de Rot. deciſio. 1. de donat. int. vir. & uxor. in antiquo.* ¶ Conſuetudo, ſeu regionis ſtylus attenditur in faciendis inventariis. *Capic. dec. 101.* ¶ Inventarium quando fit, debet deſcribi æſtimatio rerum, & tutoris datio non invalidatur, licet inventarium non fuerit confectum legitime à tutore. *Bart. in l. 6. C. de Magiſt. conven.* ¶ Inventarii confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciale mandatum, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 155.*

Cap. III. Quando probetur, & quæ probet.

Tutorem feciſſe inventarium quando negatur, quis debeat probare, *Bart. in l. 8. ff. de verb. obligat.* ¶ Si quis vellet probare contra inventarium, admittitur etiam per viam monitorii, *num. 9. Rebuff. de inven. art. 1. gl. 1.* ¶ Inventarium tutoris plenam fidem facit contra tutorem. *Afflict. deciſ. 13.* inter eaſdem perſonas: ſecus quoad alias. *Franc. Marc. q. 230. Capic. deciſ. 107. n. 11. & 13.* & præſentatum in judicio per adultum originaliter, habet vim probationis debiti. *Capic. deciſ. 107. num. 10.* ¶ Probatio contra inventarium, an poſſit fieri. *Afflict. deciſ. 13. num. 25.* ¶ Inventarium de bonis unius factum, probat res in ipſo deſcriptas eſſe in bonis illius, in cujus inventario reperiuntur deſcriptæ. *Boer. deciſ. 61. n. 8.*

Cap. IV. Quibus modis fieri poſſit, debeat, vel non.

Inventarium poteſt confici per procuratorem. *Bart. in l. fin. §. cum igitur num. 5. C. de jure delib.* ¶ Inventarium debet fieri in præſentia publici Notarii, ſeu Officialis, cum adnotationes diei & anni, & ita debet fieri per tutorem, ut ex eo poſſit conveniri. *Vin. de Fran. deciſ. 206.* de forma conſcribendi inventarium, *vide per Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de invent. art. 1. gl. 1. fol. 868.* de ſolemnitatibus requiſitis in inventario, *per Dec. conſil. 633. num. 7.* ¶ Inventaria tutorum, curatorum, adminiſtratorum, hæredum, per quos deſcribenda ſint, & quid in inventariis jurium fiſcalium, habemus in hac Patria decretum antiq. *tit. de minoribus,* de quo *vide per D. Sol. in ſuis comment. ibid. fol 90.* ¶ Inventarium, ut faciat fidem contra debitores ibi deſcriptos, debet fieri coram judice, & multa alia pertinentia ad bonorum pupillorum inventarium, *vide per Bartol. in l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſt. & peric. tut. vel curat.* ¶ Inventarium tutoris, quando & quomodo fiat, & creditores non citantur quando tutor facit inventarium: ſecus in inventario hæredis, & debet fieri in judicio. *Bartol. in l. 29. C. de adminiſt. tut. & curat.* ¶ Duobus diſceptantibus de bonis alicujus hæreditatis, altero eorum requirente, debet fieri inventarium de bonis hæreditariis ſumptibus ipſius hæreditatis. *Papon. lib. 15. tit. 6. arreſt. 8.* ¶ Inventarium an poſſit fieri coram uno tabellione, vel coram judice. *gloſſ. l. 24. C. de admin. tut.* ¶ Mater ad petendum tutorem intra annum admittitur, qui terminus ad conficiendum inventarium non datur. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 58.* ¶ Confectio inventarii poteſt committi Notario. *ibid. arreſt. 9.*

Cap. V. Qui teneatur conficere inventarium.

Mater tutrix inventarium conficere tenetur, etiamſi teſtator prohibuerit, quod ſi non fecerit, quas pœnas incurrat, *Ozaſ. d. deciſ. 58. num. 19.* ¶ Fideicommiſſarius, qui ex teſtamento vocatur ad hæreditatem eveniente aliqua conditione, poteſt hæredem gravatum compellere, ne conficiat inventarium bonorum hæreditatis, ut ea conditione adveniente non ignoretur, quæ bona erant in hæreditate, & hoc procedit etiam in ultimo fideicommiſſario, primis negligentibus. *Auguſt. Bero. q. 118.* ¶ Inventarium conficere tenentur hæres fideicommiſſarius, tutores, prælati, beneficiati, & alii de quibus *per Rebuff. in ſuis comm. tr. de invent. art. 1. gl. 1. fol. 868.* ¶ Pater & mater, quãdo teneantur facere inventariũ bonorũ filiorũ, *Boer. dec. 61.* ¶ Quæ perſonæ teneantur conficere

cere inventarium, *vide per Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſ. gl. 3. num. 7.* ¶ Executor teſtamenti, & Epiſcopus tenentur ad confectionem inventarii eorum, quæ in redemptione captivorum relinquuntur. *l. nulli. C. de Epiſco. & Cleric.* ¶ Hoſpitalarii æquiparantur tutoribus & curatoribus, & debent inventarium facere. *l. orphanotrophos. C. eod. §. fin. Authen. de Eccleſiaſt. titul.* ¶ Curator furioſi tenetur conficere inventarium ſubtiliter. *l. 20. C. de Epiſc. audien. vide ſupra tit. de curatoribus in genere.* ¶ Pariter curator datus bonis, & hæreditati jacenti, tenetur facere inventarium de bonis hæreditariis, *Authent. omnes. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. vide ſupra tit. de curatorib. in genere.* ¶ Tutor & curator quamprimum debent inventarium facere de rebus & inſtrumentis, ſeu juribus pupillorum. *l. 24. C. de adminiſt. tut. vel curat.* ¶ Tutor liberatus per teſtatorem à confectione inventarii, nihilominus ſimplicem bonorum pupillorum deſcriptionem facere tenetur, *vide in quod. conſil in deciſ. Pedem. fol. 110.* & ſcribit *Ioſeph. Lud deciſ. Peruſ. 4. & 61 part. 2.* tamen teſtator poteſt confectionem inventarii remittere tutori, verum ſi appareret talem remiſſionem in damnum pupilli eſſe, judex eo caſu non debet ſequi voluntatem teſtatoris, *Gram. deciſ. 7. Guid. Pap. quæſt. 352. Cravet. conſil. 193. n. 21. Caſſan. in conſuet. Burg. tit des enfans. Rub. 5. §. 6. gl. 4. n. 23. Bartol. in l. 8 ff. de confir. tut. & in l. 58. de leg. 1. D. Rol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaud. gl. 1. ſup. 1. par. de c. re. quomodo n. 15. tit. de minorib.* ¶ Executores teſtamentarii tenentur facere inventarium, *Pap. l. 20. tit. 9. arreſt. 1.*

Vel non.

Socius præſupponens ſocietatem univerſalem, de qua tamen non conſtat, non poteſt cogere ſuum adverſarium poſſeſſorem ad faciendum inventarium. *Pap. lib. 15. tit. 6. arreſt. 7.* ¶ Curator datus tantum liti, non conficit inventarium. *Marc. de Mant. ſing. 582. Bart. in l 5. C. de bon. vac. an. lib. 10.* & ſupra de curatoribus in genere. ¶ Pater non tenetur conficere inventarium de bonis filii. *Mynſing. obſerv. 93. cent. 2.* contrarium tamen videtur tenere. *Pap. lib. 15. tit 6. arreſt. 1.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis poteſt facere inventarium ex perſona ſua. *Bartol. in l. 9. §. quod vulgo ff. ad leg. falc. num. 10.*

Cap. VI. Quando remitti poſſit, vel non, confectio inventarii.

Teſtator an poſſit remittere confectionem inventarii hæredi, uſufructuario & tutori: & judex non obſtante hac liberatione, an poſſit cogere liberatum ad illius confectionem. *Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. q. 66.* ¶ Judex ex cauſa poteſt remittere tutori inventarii confectionem, ut poteſt, ſi non expediat pupillo manifeſtari quantitatem patrimonii, *Hier. Boer. in ſuis ſingularibus. tit. tutor, curator & adminiſtrator. numer. 3.* ¶ Sicut teſtator poteſt remittere confectionem inventarii tutori teſtamentario; ita legitimo & dativo. *Guil. de Lud. ſing. 100.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Tutori non imputatur, ſi non fecerit inventarium, quando plus expenderet in ejus confectione, quam eſſet utilitas. *Bartol. in l 8. C de ann. & tribut lib. 10.* ¶ Tutor, qui non poſuit in inventario omnia apponenda, accuſari poteſt, & removetur, & inventarium vitiatur; & an præſumatur eſſe in dolo, ſi non poſuerit omnes res. *Bart. in l. 1. §. ſolent. ff. de offic. Præfect. urb. Abb. conſil. 73.* ¶ Tutor, qui inventarium non confecit, removetur ut ſuſpectus, & aliter punitur, & efficitur infamis, *Azo. in ſumma eit. C. de adminiſt. tut. num. 6. & l 3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tut.* ¶ Confeſſio tutoris extra inventarium non præjudicat veritati; ſed confeſſio facta per inventariũ adeo præjudicat, ut non poſſit tutor contraprobare, & omnino ſtandum eſt inventario. *l. fin. C. arbit. tut.* ¶ Tutori non poteſt adminiſtratio decerni, niſi inventario ſolemniter præcedente, vel niſi teſtator vetuerit inventarium fieri. *ibid. d. l. fin.* ¶ Fallit in rebus, quæ dilationem non recipiunt. *l. 8. ff. de adminiſt. & peric. tut. vel curat. vide infr. tit. de adminiſt. tutor.* ¶ Utilitates conficientis inventarium plures ſunt, de quibus *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſ. ar. 3. num. 16.* ¶ Inventarium non conficiens in dolo eſſe præſumitur, nec non res pupillares ſubtraxiſſe, poterit tamen ut ſuſpectus removeri. *Ozaſ. d. deciſ. 57. num. 21. l. fin. §. fin. & ibi. gl. C. de arbit. tutel.* & ex hoc reſultat præſumptio violenta mali animi ad fraudandum. *Afflict. deciſ. 13. num. 17. ibid. deciſ. 44. num. 32.* & iſte talis magis delinquit quam is, qui tutorem intra ſtatutum tempus non petiit. *Ozaſ. d. deciſ 58. num. 23.* ¶ Qua pœna puniatur ille, qui tenebatur facere inventarium, & non fecit, *vide per Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. §. 6. gloſſ. 4.* ¶ Proteſtatio tutoris, quæ fieri debet in fine inventarii, quod ſi aliqua ponenda non poſuiſſet, vult habere pro poſitis, vel econtra nihil operatur, & non excuſat tutorem, *Marc. de Mant. ſing. 127. Bartol. in l. 1. § ſolent. ff. de offic. Præfec. urb. n. 4. 8.* ¶ Inventarium non ſolemne & imperfectum non relevat, & nihil operatur. *Pap. arreſt. 6. lib. 15. tit. 6.* ¶ An inventarium factum ab inſtituto proſit ſubſtituto, vel fideicommiſſario. *Bartol. in l. 9 §. quod vulgo. ff. ad leg. falcid.* ¶ Inventarium factum à tutore pro pupillo non prodeſt, *Bart. ibid. n. 8.* ¶ Dolus eſt in tutore non conficiente inventarium, vel ſaltem lata cauſa. *Paul. Æmil. Vern. deciſ. 119. n. 4.* ¶ Omiſſa conſulto, & dolo in inventario, in duplum reſtituuntur. *Gom. Leo. deciſ. 18. num fin. in deciſ. diverſ. To. 2.* quomodo talis dolus probetur, *Crav. conſ. 275. num. 11.* ¶ Tutor non apponens omnes res in inventario, quando videatur dolo facere, *Bart. in l. tutor, qui repertorium. n. 15. ff. de admin. & peric. tuto.* ¶ Inventarium tutoris non proderit pupillo, tanquam hæredi defuncti, cum aliud ſit inventarium hæredis, aliud tutoris, & cum alia ſolemnitate conficitur. *Robuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſ. art. 3. n. 2.*

Cap. VIII. Quæ valeant.

Liberatio teſtatoria liberantis hæredem à confectione inventarii, & à præſtatione cautionis, valet quoad quid ſed non omnino: quia inſtante fideicommiſſario hæres cogitur aliquando contra prohibitionem teſtatoris conficere inventarium de bonis ſubjectis. *Papon. arreſt. 4. lib. 15. tit. 6.*

Cap. IX. Quando vitietur, vel non.

Omiſſio crucis in inventario non vitiat. *Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. de ventr. inſpic.* tamen contrarium tenet *Abb. conſ. 73. lib. 2. num. 7.* ¶ Inventarium non vitiatur, licet Notarius illud ſcribens, minorem rerum æſtimationem fecerit. *l. fin. C. de Magiſtrat. convenie.* ¶ Tutor excuſatur à confectione inventarii ſi aliter oſtendat tationes. *Rot. Genuen. deciſ. 36. num. 2.* ¶ Qualiter opponatur contra tutorem, qui non fecit inventarium, *Bart. in l. 8. ff. de verb. oblig.*

TITULUS CCCCLXXXI.

De inventario cum beneficio legis quod fit ab hærede.

Generalia.

Vide de materia inventarii *per Bart. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falc. & in §. nobis ingreſſa. & gl. ibi. Auth. de hæred. & falc.*

Cap. I. Inventarium, quid ſit.

Inventarium eſt deſcriptio omnium bonorum defuncti, facta coram judice, citatis quorum intereſt. *Rebuff. de invent. art. 1. gl. 3.*

Cap. II. Quæ requirantur, vel non.

Inventarium hæredis quas ſolemnitates requirat, & de pœna illius, qui omiſit in confectione inventarii rem hæreditariam deſcribere. *D. Gaſpar. Theſſaur. qu. For. Quæſt. 10. lib. 1.* ¶ Solemnitates in confectione inventarii quæ requirantur, *vide per Ozaſ. deciſ. 181. Dec. conſil. 633. n. 9. Abb. conſ. 73.* & qualis forma, *Rebuff. in ſ. comment. tract. de invent. art. 1. gl. 1. n. 6.* ¶ Hæres in confectione inventarii, an debeat obtinere citationem contra fideicommiſſarios ſicut contra legatarios, & ſi non citentur fideicommiſſarii, an amittat trebellianicam, *Ozaſ. deciſ. 147. n. 17.* ¶ Inventarium conficiens etiam de bonis, quæ ſua eſſe contendit, qualem proteſtationem facere debeat, *DD. de Rot. deciſ. 1. de donat. inter vir. & uxo. in antiq.* ¶ Hæres debet ponere in inventario non ſolum res teſtatoris; verum etiam omnes res per eum detentas ex quacunque cauſa. *l. 20. §. fin. & ibid. Bald. ff. de pet. hæred.* ¶ Legatarii & fideicommiſſarii debent citari ad confectionem inventarii. *Bart. in §. hinc. Auth. de hæred. falcid.* vide tamen eundem *conſ. 154. vol. 1.* ¶ Inventarii confectio, quæ ex parte abſentis fieri debet, requirit ſpeciale mandatum. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 155.* ¶ In conventione inventarii neceſſario non requiritur judicis præſentia. *Bart. conſil. 154 volum. 1. numer. 7.* ¶ Quando ſunt plures hæredes, & unus vult eſſe hæres cum inventario, & alius ſimplex ſine, quis præferatur, & quid in eo, qui eſt in remotiori gradu, & vult eſſe hærea ſimplex, an excludat proximiorem volentem adire cum beneficio inventarii, *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſsions. §. 13. gloſſ. 1. & 2. Papon. lib. 21. titul. 10. arreſt. 2. deciſ. 1. Senat. Pariſ. in deciſ. diverſ. fol. 223.* ¶ In confectione inventarii creditores certi, vel qui de facili certificari poſſunt, nominatim ſunt citandi. *Ozaſ. deciſ. 181. Pap lib. 21. tit. 10. arreſt. 5.* & proclama non ſufficit, *Capic. deciſ. 101.* tamen contra incertos ſufficit una citatio abſque peremptoria. *Jac. Put. deciſ. 267. lib. 3.* aut generale proclama. *Bart. in l. 3. §. ſi cauſa de bono. poſſeſſ.* ¶ Hæres cum beneficio inventarii tutius agendo, debet impetrare reſcriptum à Principe ſuper confectione dicti inventarii. *Pap. lib. 21. tit. 10. arreſt. 1.* ¶ Hæres cum beneficio inventarii tenetur præſtare cautionem datia fidejuſſoribus pro bonis mobilibus. *Papon ibid. arreſt. 3.* ¶ In confectione inventarii novem ſolemnitates debent intervenire, quæ tamen ſtatuto, vel conſuetudine minui poſſunt. *Rebuff. in ſuis commentar. tract. de ſentent. proviſ. art. 3. gl. 3. num. 4.* ¶ Inventarii in confectione legatarios & creditores citandos eſſe, de quibus legatariis & creditoribus intelligatur, *Bartol. in l. fin. §. igitur. C. de jur. delib. num. 8 9. & Authen. omnes C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.* ¶ Uſu receptæ non ſunt ſolemnitates inventarii, ſi fraus tamen abſit; *Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 476.* item non attenduntur in hac patria, ubi ex forma decreti ſola facti veritate inſpecta proceditur, *Cravet. ibid. numer. 477.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, præſumatur.

Inventarium factum reſpectu unius perſonæ, non trahitur ad aliam perſonam ſeparatam, & ad aliam hæreditatem. *Cravet. conſ. 312. num. 3.* ¶ Inventarium temporis antiquiſſimi præſumptionem inducit. *Afflict. deciſ. 245. num. 12. vide ibid deciſ. 324. num. 14.* ¶ Pro inventario præſumitur præſertim, ſi decretum intervenit. *Ozaſ. deciſ. 181. num. 11.*

Cap. IV. Quando probetur, vel non.

Debitum quando probetur ex inſtrumento exemplato in inventario, & inventarium quando fieri debeat coram judice, *vide Bart. l. 58 ff. de adminiſt. & peric. tu. 10.* ¶ Probatio contra inventarium, an poſſit fieri, *vide Ozaſt. d. deciſ. 181. num. 25. & Bald. ſing. 65. Caſtren. ſing. 17.* quod poſſit etiam per viam monitorii, ſcribit *Rebuff. in ſuis comment. tract. de invent. art. 1. gloſſ. 1. n. 9.* ¶ Amiſſo inventario qualiter hæres illud probare poſſit, *Papon. lib. 21. tit 10. arreſt. 4.* ¶ Inventarium non probat, niſi inter eos, inter quos confectum fuit, *Rebuff. ut ſupr. num. 10.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint, vel non.

Quo loco inventarium ab hærede fieri debeat. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. cap. 39.* ¶ Hoc inventarium cum beneficio legis debet fieri in judicio. *Bartol. in l. 24. C. de adminiſt. tut. vel curat.* ¶ Inventarium poteſt confici per procuratorem. *Bart. in l fin. §. igitur. C. de jure delib. num. 5.* ¶ Inventarium eſt conficiendum in loco, ubi ſunt res hæreditariæ, vel earum major pars. *Natt. conſ. 214. num. 9.* ¶ Inventarium confici ita debet, ut loco abſentium creditorum adhibeantur tres teſtes loci locupletes, & bonæ opinionis, & in eorum præſentia inventarium conſcribendum eſt. *idem Natt. conſil. 332. num. 5.* de requiſitis in inventario, & qua forma fieri debeat, *vide per eundem Natt. conſil. 574. & 575. Roland. conſil. 73. volum. 2.* tamen conſuetudo loci attendi debet in inventario conficiendo. *Natt. conſil. 332. numer. 6.* & ſtylus regionis. *Capic. deciſ. 101.* & ſecundum talem conſuetudinem factum valet, etiam non ſervatis ſolemnitatibus juris. *Rot. Genuen. deciſ. 35.*

Cap. VI. Qui facere poſſit, vel non.

Inventarium non facere quis dicitur, qui minus ſolemne illud confecit. *Paul Aemil. deciſ. 119. part. 2.* nam inſolemne & imperfectum non relevat, & nihil operatur. *Pap. lib. 15. tit. 6. arreſt. 6.* ¶ Quando quis acceptat hæreditatem reſervato jure reſtituentis eam, non ob id privatur, quin poſſit conficere inventarium, ne teneatur ultra virea hæreditatis. *Cravet. conſil. 33. numer. 17.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis poteſt facere inventarium. *Bart. in l. 9. §. quod ff. ad leg. falcid num. 10.*

Cap. VII. Tempus conficiendi quando currat.

An tempus conficiendi inventarii incipiat ex die aditæ, vel delatæ hæreditatis. *And. Fach. lib. 4. contr. cap. 35.* ¶ Tempus ad conficiendum inventarium, an currat hæredi à die notitiæ, vel aditæ hæreditatis, *Bart. in l. ult. § cum igitur. C. de jure delib. & in §. ſi autem ibi.* ¶ Tempus conficiendi inventarium currit minori; ſed reſtituitur. *Guid. Pap. q. 571. Capel. Thol q. 55.* tamen ex cauſa paupertatis non datur reſtitutio. *Magon. deciſ. Luc. 40.* tale tempus incipit currere à die aditæ hæreditatis, & non delatæ, *ibid Guid. q. 571. Cravet. pro genero. conſil. 1. num. 479. vide Dec. conſ. 633. & Bero. q. 62.* ¶ Mulier, quando non confecit inventarium, vel minus ſolemniter fecit, reſtituitur in integrum; ſed quando. *Vinc. de Fran. deciſ. 229. part. 2.* majori autem non conceditur reſtitutio ob omiſſam ſolemnitatem ex capite ignorantiæ, quæ non dicitur probabilis. *Cravet. conſil. 225.*

Cap. VIII. Qui teneatur facere, vel non.

An eccleſia hæres inſtituta teneatur inventarium conficere, ut legis beneficiis frui poſſit, ne ſcilicet teneatur ultra vires hæreditarias. *And. Fach. lib. 6. contr. cap. 20.* ¶ An mulier palatii teſtatoris uſufructuaria bonorum mobilium in dicto palatio, & immobilium quorundam, cui remiſſa eſt cautio de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & confectio inventarii, an teneatur ad dictam confectionem & cautionem. *Rol. à Valle conſ. 92. tom. 1.* ¶ An fiſcus teneatur inventarium conficere, & eo non confecto ultra vires hæreditarias teneatur. *And. Fach. lib. 6. contr. cap. 21.* ¶ Noverca hæres gravata tenetur facere inventarium. *Pap. arreſt. 5. lib. 15. tit. 6.*

tit. 6. ¶ Rogatus de reſtituendo facit inventarium (pro intereſſe illius, cui reſiſtere tenetur) ſecundum formam legis. *Capell. Thol. quæſt. 315. Guid. Pap. 351.* ¶ An ſubſtitutus debeat conficere inventarium cum beneficio legis, etſi non faciat, quid juris, *vide Bart. in l. 9. §. quod vulgo. ff. ad leg. falcid.* ¶ Inventarii confectio cenſetur prohibita, quando teſtator mandat legata ſolvi ſine aliqua diminutione æris alieni, tunc enim cenſetur prohibita falcidia. *Craver. conſ. 174.* ¶ De forma inventarii, & qui ſint ejus effectus, *vide per Azo. in ſummа tit. de jure delib. Bartol. in Auth. de hæred. & falcid. §. ſi enim.*

Cap. IX. *Quando remitti poſſit confectio inventarii.*

An teſtator poſſit confectionem inventarii hæredi remittere in præjudicium legatarii & fideicommiſſarii. *Andr. Fach. lib. 6 contr. cap. 25.* ¶ Inventarium tutoris poteſt teſtator remittere, ſed non hæredi in præjudicium creditoris. *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. reg. tract. de ſenten. proviſ. art. 3. gl 3. n. 3.*

Cap. X. *Qui ſint effectus.*

An hæres privetur Trebellianica ob inventarium non confectum. *Andr. Fach. lib. 4. contr. cap. 38. Hotom. lib. 4. obſerv. cap. 23.* ¶ An hæres, qui inventarium non confecit, teneatur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditarias. *And. Fach. lib. 6. contr. cap. 24.* ¶ An aditio hæreditatis inducatur ex eo, quod hæres inventarium confecerit. *And. Fachin. lib. 6. contr. cap 54.* ¶ An jure Canonico hæres non confecto inventario teneatur ultra vires hæreditarias. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. 23.* ¶ An, ſi hæres confecerit inventarium, illud etiam proſit fideicommiſſario, cui reſtituit hæreditatem. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap 31.* ¶ Hæres, qui inventarium non confecit, an in ſolidum teneatur ad præſtandum legatum alimentorum, *Fachin. lib. 6. cap. 34.* ¶ An hæres, qui ſimpliciter adivit hæreditatem, nulla facta proteſtatione de inventario conficiendo, beneficiis ejuſdem poſtea perfruatur. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap. 28.* ¶ An filius, propter inventarium non confectum, amittat legitimam. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap 34.* ¶ An hæres conficiens inventarium, poſſit creditoribus & legatariis in ſolutum offerre res hæreditarias. *Andr. Fachin. lib. 4 cont. c 39.* ¶ An hæres, qui non omnes res hæreditarias in inventario ſcripſit, amittat inventarii beneficium. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. cap. 34.* ¶ Multæ reſultant utilitates ex confectione inventarii, de quibus *vide ibid. Math. Matheſ. ſing. 156. in addit. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de ſentent. proviſ. art 3. gloſſ. 3. num. 15.* ¶ Inventarii confectio quid operetur in utilitatem hæredis, *vide per Ozaſ. deciſ. 181. num 13.* ¶ Hæres qui non tenetur ad inventarium ex diſpoſitione teſtatoris, præjudicare non poteſt creditoribus, *Afflict deciſ. 44. n. fin.* ¶ Etiam legitime facto inventario quando remanent in hæreditate tot bona defuncti, quæ æquipollent bonis hæredis alienatis, non poteſt agi contra bona alienata. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 65. num 31. Cravet. conſil. 215. num. fin.* ideo tunc hæres non poteſt venire contra factum defuncti, quia cum poſſideat alia bona acquiſita ab alienante cautela inventarii non juvat hæredem, quin teneatur approbare factum defuncti. *Joſeph. ibid.* ¶ Hæres conficiens inventarium, poteſt defuncti voluntati contravenire, ubi ex hæreditate nihil ipſi hæredi remanet. *Put. deciſ. 264. lib. 3.* ¶ Hæres, qui non fecit inventarium, gaudet etiam beneficio *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. Rot. Aven. deciſ. 95. in dec. diverſ. Tom. 3.* ¶ Sententia lata contra defunctum, debet mandari executioni non obſtante, quod hæres cum beneficio inventarii ponat bona in declaratione. *Guid. Pap. ſingul. 290.* ¶ Creditor hæres inſtitutus à debitore, ſi adiverit hæreditatem cum beneficio inventarii, poteſt petere ſibi aſſignari unam rem hæreditariam pro debito ſuo. *Jo. Ant. Trigo. ſing. 4.* ¶ Emptor cui bona hæredis pro ſatisfaciendis creditoribus vendita fuerant, tutor eſt, & ſuper bonis emptis conveniri non poteſt, quo beneficio etiam fruitur hæres, qui adivit cum beneficio legis, & de propriis pecuniis ſolvit creditoribus hæreditariis, retinendo loco ſolutionum bona hæreditatis. *Auguſt. Bero. quæſt. 63.* ¶ An aditio hæreditatis facta per fratrem nomine ſuo, & fratris abſentis cum beneficio legis & inventarii, proſit ipſi fratri abſenti, & ratificanti poſt tempus datum ad confectionem inventarii, *vide Bero. q. 64.* ¶ Hæres, qui fecit inventarium, qualiter deducat expenſas factas ratione inventarii, vel hæreditatis. *Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de jur. delib.* & pœna hæreditatis non conficientis inventarium, quænam ſit. *Bartol. ibid. § ſin vero.* ¶ Hæres ſi fecerit inventarium, & creditores dicant plus eſſe in bonis, quam ſit in eo comprehenſum, judex inſtantibus creditoribus inquirit, & accipit probationes de domo hæredis, etiam hæredis ſervos torquendo. *Marm. in ſuo ſpec. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquiſitionis, num. 145.* nam creditores poſſunt opponere contra æſtimationem rerum, & pretium illarum augere licitationibus. *Papon. lib. 21. titul. 10. arreſt. 5.* ¶ An per omiſſionem inventarii hæres amittat trebellianicam, *vide per Ozaſ. deciſ. 147. & infra titul. de trebellian.* pro affirmativa ſcribit *Dec. conſil. 236. n. 5. Bartol. in l. 7. §. Titius. ff. de condit. & demonſt. & in conſ. 250. 234.* ¶ Hæres circa inventarii confectionem doloſe verſatus, non fideliter deſcribendo omnes res hæreditarias, privatur falcidia & trebellianica. *Ozaſ. dict. deciſ. 147. num. 9.* ¶ Inventarium non nocet nominatim non citatis, quando erant certi. *Cravet. conſil. 89. n. fin.* imo tunc quoad ipſos non valet; ſecus quoad citatos. *Cravet. conſ. 225.* ¶ Si hæres, qui confecit inventarium, ex hæreditate aliquid ſurripuerit, vel celaverit, aut amoverit, aut amovendum curaverit, punitur, ut duplum refundat, ſi conjunctus fuerit; ſed quando excuſetur virtute proteſtationis ſolitæ apponi, de addendo, &c. *Hartm. c. 3. de hæred. lib. 2.* ¶ Hæres non conficiens inventarium, tenetur inſolidum creditoribus & legatariis, etiam ultra vires hæreditarias, fallit in quatuor caſibus, de quibus per *Math. Matheſ. ſing. 156. in addit.* ¶ Inventarium qui fecit non tenetur ultra vires hæreditatis. *Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam. C. de jur. delib. vide per tot. ipſam legem fin.* ¶ Hæres cum beneficio legis, & inventarii, qui ſolvit primo venienti, non poteſt ab aliis creditoribus hæreditariis conveniri, ſi nihil hæreditarium poſſideat, quod procedit, ſi ſolverit de bonis hæreditariis uti hæres, cum ipſo beneficio, alias ſecus. *Vinc. de Franc. deciſ. 271. par. 2.* ¶ Emptor ab hærede cum beneficio inventarii, non poteſt moleſtari à creditoribus, quando inventarium fuit factum citatis ipſis creditoribus, ita ut ignorantiam prætendere non poſſint, alias ſecus. *ibid. deciſ. 271.* ¶ Prædicta procedunt reſpectu hæredis, vel emptoris, tamen ſi creditor anterior vult experiri contra creditorem poſteriorem, qui recepit ſolutionem, hoc facere poteſt, ſed quid, ſi talis creditor non eſt ſolvendo. *ibid. numero 8.* tamen emptor ab hærede cum beneficio inventarii, pro parte pretii ſoluta ipſi hæredi, poteſt conveniri hypothecaria, *ibid. numer. fin.* ¶ Hæres cum beneficio inventarii, ſi ſe proprio nomine obligat, an teneatur ultra vires hæreditarias, quid ſi compromittat, *vide eund. deciſ. 229. part. 2.* ¶ In confectione hujus inventarii non poſſunt creditores facere, nec contradicere, quin hæres faciat ſcribi ea quæ vult, cũ inventariũ ſit actus ſolius hæredis: ideo non eſt præciſe neceſſe, quod ipſi compareant, ſed poſſunt ſine eorũ præjudicio non comparere. *Hartm. c. 1. tit. de hæred. l. 2.* ¶ Inventariũ

factum ad hærede, an proſit fideicommiſſariis univerſalibus, qui poſſunt facere inventarium, ſi hæres non fecerit, *Bart. in Auth. de hared. & falc. §. ſi enim num. 8.* ¶ Hæres faciens inventarium, an poſſit uti falcidia adverſus creditores, *Bart. ibi.* ¶ Hæres non fecerit inventarium, gravari poteſt ultraquam ſit honoratus; ſecus in legatario, vel fideicommiſſario, certis caſibus *Bartol. in §. poſt autem, inſtit. de ſingul. reb. per fideic. relic.* ¶ Inventarium dicitur individuum, & hæres qui fecit inventarium, licet non adhibuerit ſolemnitates requiſitas, non tenetur creditoribus hæreditariis. *Bart. conſil. 154. num. 10. volum. 1.* ¶ Hæres non conficiens inventarium, perdit æs alienum ſibi debitum. *Ozaſ. deciſ. 148.* & tenetur ad integra legata. *Authen. ſed cum teſtator. Cod. ad leg. falcid.* ¶ Filios ob inventarium non confectum teneri ad integra legata & fideicommiſſa (etiam de proprio) ſi vires hæreditatis non ſufficiant, quomodo intelligatur, *vide Ozaſc. deciſ. 148 n. 11.* an teneantur creditoribꝰ ultra vires hæreditarias, *vide Bart. in §. ſi vero. Authen. de hared. & falcid.* ¶ Filius ob non confectum inventarium non privatur legitima, neque etiam trebellianica, & multo magis feudo ex pacto & providentia. *Ozaſch. deciſion. 181. numer. 18. vide Dec. conſil. 236. num. 5. Bartol. in §. ſi vero. Authent. de hared. & falcid.* tamen filius hæres non conficiens inventarium repellitur à vendicatione rei adventitiæ à patre alienatæ, ſed pro intelligentia, *vide Ozaſch. d. deciſion. 181.* ¶ Inventarium non conficiens habet præſumptionem violentiam mali animi ad fraudandum. *Ozaſch. ibidem num. 17. Afflict. deciſ. 13.* & inventarium qui tenetur facere, & non fecit, præſumitur doloſus, & bonorum uſurpator. *Afflict. deciſ. 44 num. 30.* ¶ Filius hæres inſtitutus, etiamſi non fecerit inventarium; non patitur pœnas, de quibus *in leg. ſancimus. Cod. de jur. delib.* Sed quid in Eccleſia, vel hoſpitali, *vide Guid. Pap. quæſt. 571. n. 3. & 4. Jacob. Put. deciſ. 379. lib. 1.* ¶ Eccleſia, vel pauperes ſi reſtituantur hæredes, etiamſi non fecerint inventarium, non tenentur ultra vires hæreditatis, *Bart. in l. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. in repetit. n. 45. Abb. conſil. 73. n. 10. lib. 2. Vincen. de Fran. deciſ. 282.* ¶ Inventarium qui non confecit, non tenetur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditatis. *Guid. quæſt. 571. num. final. Bart. in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. in repetit. n. 45. Abb. conſ. 73. li. 2.* ¶ Beneficium inventarii non prodeſt, quando inventarium non fuit formaliter factum citatis citandis, & deventum ad conſummationem dicti inventarii, *Joſeph. Lud. deciſion. Luc. 63. n. 28.* ¶ Idem ubi omnia bona non fuerunt appoſita in inventario, & quando plures res reperiuntur deſcriptæ; non tamen clare. *Idem Ludov. deciſion. 65. numer. 29. vide Vera. deciſion. 119. numer. 4.* ¶ Inventarii beneficio quis carere debet reſpectu formæ non ſervatæ. *Ægid. concluſion. 279.* ¶ Pœna dupli appoſita hæredibus ſurripientibus, vel amoventibus, aut occultantibus in inventario, non cadit reſpectu bonorum immobilium. *Rot. Genuen. deciſion. 35.* ¶ Donec hæres intendit inventario, non debet inquietari à creditoribus. *Boer. deciſion. 10. numer. 3. Capell. Tholoſan. quæſtion. 258.* fallit in ſex caſibus, *de quibus per Caſſad. titul. des ſucceſſions. §. 13. gloſſ. 3. numer. 9. vide Capell. Tholoſan. quæſtion. 258.* an poſſit conveniri rei vendicatione, *vide Vincen. de Fran. deciſion. 352. part. 2.* ¶ Executio relictorum ad pias cauſas, non differtur durante tempore inventarii, *Jaffred. Lanfran. Balb. deciſion. 402.* ¶ Pendente tempore dato ad conficiendum inventarium, hæres non poteſt conveniri, ſi declaraverit ſe eſſe hæredem cum beneficio inventarii, *Papon. libr. 21. tit. 10. arreſt. 7. & 8.* ipſe tamen hæres alios convenire poteſt, *Capell. Tholoſan. quæſt. 258.*

Cap. XI. Quando valeat, vel non.

Licet hæres omittat doloſe ponere in inventario unam, vel plures res; tamen valet inventarium, & punitur ſolum pœna dupli: non autem tenetur inſolidum legatariis & creditoribus. *Rot. Genuen. deciſion. 35. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. de droicts. Rubric. 4. §. 21. gloſſ. 2. num. 4. vide tamen Bart. in l. 6. ff. de his, quibus ut indign. legat. aufer. & in l. 2 ff. ad leg. falcid. Abb. conſ. 73. lib. 2.* ¶ Inventarium non eſt nullum, etſi non inchoetur intra triginta dies, dummodo finiatur intra tempus datum à lege. *Guid. Pap. quæſt. 571. Joan. Papon. lib. 21. tit. 10. arreſt. 5.*

Vel non.

Inventarium hæredis, qui cum minor eſſet, aliquid omiſit, an ſit nullum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 222.* ¶ In ſucceſſione feudi antiqui non tranſitorii ad extraneos ſupervacuum eſt inventarium. *Gravet. ibid. numer. 481.* ¶ Inventarium non eſt legitime confectum, in cujus ſubſcriptione literis teſtatus non fuit hæres, ſe ſine fraude & dolo omnia poſuiſſe. *Natt. conſil. 214. numer. 12. Tom. 1.*

Cap. XII. Quando vitietur, vel non.

Inventarium corruit, niſi adhibeantur teſtes, qui cognoſcat hæredem, & videant res hæreditarias, & niſi à principio uſque ad finem inventarii intervenerint. *Natt. ibid. num. 14. & conſil. 332.* ¶ Omiſſio crucis inventarii ſubſtantiam, an vitiet, *vide Bartol. in l. 8. § ſi prætor. ff. de tranſact. & in l. 1. §. quod autem ff. de ventre inſpicien. Abb. conſil. 73. lib. 2.* ¶ Inventarii beneficio an hæres privari poſſit à teſtatore, & an hæres teneatur ſolvere in pecunia, quando hæreditas eſt opulenta. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 30.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Inventarii exceptio, an offerri poſſit per ſententiam, & in ipſa executione, & plura de exceptionibus, quæ ſententiam impugnant, ſed moderantur opponendis. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 332.* ¶ Statutum, ut debitor, & ejus hæredes poſſint incarcerari, non comprehendit hæredem cum beneficio legis & inventarii. *Aug. Bero. qu. 57.* ¶ Sententia confectionis inventarii eſt executoria, etiamſi pronuncietur hæredem conficere inventarium debere. *Rebuff. tractat. de ſentent. proviſ. art. 3. gloſſ. 3.*

TITULUS CCCCLXXXII.

Quando tutores, vel curatores eſſe deſinant.

Cap. I. Qui amittat tutelam: deſinat, vel eſſe non poſſit tutor.

Quomodo & quando mulier tranſeundo ad ſecunda vota, retineat vel amittat tutelam ſuorum filiorum, *vide per Papon. lib. 15. titul. 5. arreſt 3. Boer. deciſio. 124. num. 12. & deciſ. 166.* ¶ Mater quæ luxuriatur, perdit tutelam. *Hippol. de Mar. ſing. 426.* ſicut quando tranſit ad ſecunda vota, etſi vadit ad judicem, & dicat ſe velle tranſire ad ſecunda vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix. *Bart. in Authen. ſacramentum. Cod. quando mulier. tute. offic. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des enfans. §. 8. vide tamen Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 151. & Ludov. Roman. ſingul. 222.* ¶ Quam citò mater tutrix filiorum ſuorum ad ſecunda vota tranſit, finitur tutela, nec poteſt poſtea pro filiis conveniri. *l. 67. ff. de apell. Bartol. in l. 32. ff. de adopt. Authen. ſacramentum. Cod. quando mulier offic. tutel.* ¶ Mulier tranſiens ad ſecunda vota, ipſo jure tutrix eſſe deſinit triplici ratione, & ſolus Princeps

mattem

matrem ſecundo nubentem ad tutelam admittit. *Cuv. conſil. 18. Menoch. de arbitr. lib 2. cent. 2. caſ 151. Auguſt. Bero. quaſt. 66.* & tunc tutelo remanet inſolidum apud tutorem teſtamentarium, nec poteſt judex alium adjungere, *Cuvet ibid. num. 18.* quod ampliatur procedere, etiam, quando mater eſſet data tutrix in teſtamento quamdiu vixerit, & fuerit in humania. *Guid. Pap. ſingul. 652.* ¶ An idem ſit contractis ſolum ſponſalibus, *Ludov. Roman. ſingul. 222.* ¶ Mater tutrix petiit dari tutorem filiis, quia vult nubere, & poſtea eam pœnitet, hoc caſu non poteſt amplius reaſſumere tutelam, *Pet. de Raven ſingul 289.* ¶ Tutor poſt tutelam, ſi efficiatur ſurdus, vel mutus, deſinit eſſe tutor. *Bartol. in l. 1. §. mutus. ff. de tutelis.* ¶ Tutoris, vel curatoris poteſtas finitur in cauſis jam cœptis, & non finitis. *Franc. Marc. quaſt. 55. part. 1. & quaſt. 515. part. 2.* ¶ Quibus modis non tutela finiatur, *vide inſtit. titul. de quibus modis tutel. finiat.* ¶ Quando officium tutoris, vel curatoris dati habenti tutorem, vel curatorem, finiatur, *vide per tot. tit. Cod. in quibus cauſis tutor.* ¶ Si pupillus tranſeat in alterius poteſt item, vel perdat civitatem, tutela finitur, idem ſi tutor removeatur, vel conditio extinctiva extiterit. *l 14. ff. de tutel.* ¶ Curatoribus conſtitutis, in eos adminiſtratio transfertur, & officium tutoris finitur. *l. 34. §. officium. ff. de adminiſt. tutor. vel curator.* ¶ Tutor, vel curator datus propter alterius impadimentum, durat eo tempore, & non ultra, *§. 2. inſtit. de Attilia. tuto.* ¶ Curator datus ad certam cauſam, ea finita deſinit eſſe curator. *§ fin. inſtit. de aucto. tuto.* ¶ Tutor in hac patria etiam poſt pubertatem, non deſinit eſſe tutor, ut cenſeatur liberatus ab onere tutelæ, habetur in novia ordinibus, *titul. delle citationi*, imo ex quadam generali conſuetudine hoc paſſim obſervatur, *Andr. Gail. obſerv. 96. lib. 2.*

TITULUS CCCCLXXXIII.

De adminiſtratione tutorum & curatorum.

Generalia.

VIde de materia, *in Auth. ut hi, qui obligatae.* ¶ Vide de ſatiſdationibus tutorum & curatorum, *ſupra tit. de ſatiſd. tutor vel curator.* ¶ De alienatione rerum minorum, *vide ſupra tit. de rebus eorum.*

Cap. I. Adminiſtrator quis dicatur, & tutor an eſſe poſſit.

Quæ ſint partes adminiſtrationis, & de adminiſtratione. *Cujac. de bon. quæ liberis fol. 731. in Codice.* ¶ Tutor duorum pupillorum, quis poteſt eſſe, licet unus ſit actor, & alter reus. *Bart. in l. 42. §. ſi plures. ff. de procuratorib.* ¶ Curator furioſi habentis dilucida intervalla, dicitur curator, etiam dum furioſus habet dilucida intervalla, tamen adminiſtrare non poteſt, una eſt ergo cura continua, ſed adminiſtratio eſt diſcontinua. *l. 6. C. de curat. furioſ.* ¶ Furtum tutoria facit rem inuſucapilem, nec ſufficit rem in tutoris poteſtatem reverti, nam tutor in re pupilli, tunc domini loco habetur, cum tutelam adminiſtrat, non cum pupillum expoliat. *l. 7. §. ſi tutor. ff. pro emptore.* ¶ Tutor antequam ſatiſdet, eſt tutor, licet adminiſtratio differatur. *Bartol. in l. 6. §. ſub conditione ff. de tutelis.* ¶ Mater non eſt legitima adminiſtratrix bonorum filii, fallit ſi eo ſciente adminiſtret. *Natt. conſil. 262.*

Cap. II. Quæ requiruntur, & quando intelligatur.

Quando teſtator in teſtamento dat poteſtatem tutori, ut poſſit propria auctoritate adminiſtrare, non requiritur inventarium. *Mann. in ſuo ſpec. diſtinct. 16 judic. numer. 53.* ¶ Tutelæ adminiſtratio poteſt uni ex pluribus tutoribus decerni, ſi alii ſint impediti, & tutela petenti decreta adminiſtratio intelligitur conceſſa. *Bartol. in l. 5 §. in legitimis ff. de legit. tut.* ¶ Adminiſtratio ſimpliciter conceſſa intelligitur in ſolidum. *Rot. Genuen. decif 59. num. 4.* ¶ Adminiſtratio tutoris porrigitur etiam ad bona ſita extra territorium ejus, qui tutorem dedit. *Andr. Gail obſerv. 123. numer. 6. lib. 2.* ¶ Obligatio contracta ratione adminiſtrationia tranſit ad hæredes, ſed ipſum officium non tranſit. *leg. 18. C. de nego. geſt.*

Cap. III. Quæ præſumantur vel non.

Tutor negotians cum pecunia hæreditaria, in dubio præſumitur, quod nomine communi hoc faciat *Bartol. in l. 4. C. communia. utriuſ. jud. num 8* ¶ Adminiſtrator præſumitur in dubio feciſſe, quod alii adminiſtratores feciſſent, alias diceretur in culpa. *Afflict. deciſ. 13. n. 17.* ¶ Tutor, qui librum rationum non fecit, præſumitur in dolo, & contra eum juratur in litem, ſed qualiter debeat ſe gerere in libro rationum conſcribendo, *Afflict. deciſ. 360.*

Cap. IV. Quando deferri poſſit juramentum.

Juramentum in litem non defertur tutori. *Bartol. in authen. in iſto juramento. Cod. de jurejur. propt. calum. dan.* ¶ Adminiſtratoris juramanto ſtatur in expenſis minutis. *Bartol. in l. 1. Cod. de navicu. libr. 10.* ¶ Pupillus tutori juramentum deferre non poteſt. *L. 4. C. de reb. cred. & jurejur.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint, vel non.

Jus conſiſtens in dando, non poteſt impleri in perſona curatoris adulti. *vide l. 53. ff. de manumiſſ. teſtam.* tamen conditio de dando pupillo, vel furioſo, impletur dando tutori vel curatori. *l. 13. ff de condit. & demonſt.* ¶ Contractus pupilli dicuntur bona fide fieri, quando fiunt intervenientibus conſanguineis, & amicis pupilli. *Gemrd. ſingul 57.* ¶ Non ſit compenſatio damni provenientis ea culpa adminiſtratoris, cum lucro provenientis ex lege, vel conſuetudine, licet propter ipſius contractum, ſed cum proveniente ex contractu & diligentia adminiſtratoris ſic. *l. 11. ff. de uſuris.*

Cap. VI. Qui & quæ obligari poſſint, vel non.

Nomine proprio cenſetur ſe obligare adminiſtrator, quando bona propria obligat. *Cuvet. conſil. 77. numer. 3.* ¶ Si quiſpiam contrahat cum aliquo adminiſtratore voluntario, ſi conſtat, quod adminiſtrator ſolum dominum obligare voluerit, ſolus dominus obligatur. *Dec. conſ. 510.* imo adminiſtrator contrahens cum aliquo nomine officii, ſeipſum non obligat nomine proprio, ſed dominum. *Natt. conſ. 641.* ¶ Pater cogitur ſe obligare pro filii tutore, ſi eſt neceſſe. *l. fin. §. fin. ff. eod.* ¶ Bona pupilli non poſſunt obligari per tutricem, *Gremmat. deciſ. 103. num. 150.* ¶ Ex obligatione tutoris, vel curatoria non poſſunt bona pupilli dignori dari, niſi in ejus utilitatem ſit pecunia recepta. *l. 3. Cod. ſi aliena res pignor. data ſit.*

Cap. VII. Bona, quando adminiſtrari poſſint.

Frater bona communia adminiſtrana, videtur proprio nomine regere. *Afflict. deciſ. 360. num. 7.* ¶ Pecunia ad prædium comparandum deſtinata, an poſſit in alium uſum per tutorem converti, *Boer. deciſ. 209.* ¶ Pecunia eſt de rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. *ibid. num. fin.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur.

An tranſactio inita cum curatore, poſt completam adminiſtrationem extinguant dolum à curatore commiſſum in adminiſtratione, *Vaud. Var. quaſtion. libr. 2. q. 34.* ¶ Tranſactio facta cum curatore, liberat eum et-

iam à male geſtis per dolum. *l. 4. & ibid. gloſſ. Cod. de tranſact.* ¶ Neque in interdicto, neque in cæteris caoſis pupillo nocete oportet dolum tutoris, ſive ſolvendo ſit, ſive non ſit. *l. 159 ff. de reg. jur.* ¶ Epiſtola de adeunda hæreditate à tutore ſcripta non habet effectum, ſi tutor moriatur ante aditam hæreditatem. *l. 50. ff. de acquir. rer. domin.* ¶ Tutoris contumacia, quando noceat pupillo, & tutor, qui egit litem calumnioſam, poteſt ſolus in expenſis condemnari. *Bartol. in l. unica. §. ſi procuratore. ff. ſi quis juſdicen. non obtemp.* ¶ Conditio, ſi ſatiſdederit, de qua, *in l. muto. §. 1. ff. de tutel.* dationem tutoris non ſuſpendit, ſed adminiſtrationem. *Ozaſcb. deciſ. 145. num. 8.* ¶ Dolus tutoris, vel curatoris non nocet his, quorum negotia adminiſtrant, niſi quatenus effecti ſint locupletiores, & totor tenetur cedere actionem. *l. 3 §. ſervius, ff. de tribut. act. & l. 14. §. ſed cum. ff. de act. empt. & vend.* ¶ Solutio facta tutori, qui non adminiſtrat, poteſt tamen adminiſtrare, ſi vult, liberat ſolventem, ſecus ſi non poteſt adminiſtrare, quia eſt ſibi interdicta adminiſtratio per legem, vel per judicem, vel teſtatorem, ſolutio vero facta ei, qui poteſt ab adminiſtratione repelli, non tamen eſt repulſus, adhuc liberat ſolventem. *l. 14. §. ſunt quidam. ff. de ſolut. & liber.* ¶ Tutoris confeſſio, an & quando pupillo præjudicet, *Rot. Gennen. deciſ. 110. Franc. Marc. quaſt. 56. Bartol. in Auth. in iſto. C. de jurejuran. propt. calumn. dan.* ¶ Tutoris pactum pupillo nocere non poteſt. *Ozaſcb. deciſ. 98. num. fin.* ¶ Tutor in donatione, ſeu remiſſione non debet audiri, & tranſactione rem ſtabilem pupilli remittens, non præjudicat i. ſi pupillo. *Afflict. deciſ. 87. n. 4.* ¶ Pactum tutoris prodeſt pupillo. *l. 16. ff. de pact.* & res tutoris non poſſunt capi pro debito pupilli. *l. a. C. quando fiſcus.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Debitor ſolvens tutori, vel curatori, realiter liberatur, ſed quid ſi fuerit facta liberatio per ſimplicem confeſſionem, *Natt. conſil. 542.* quittaio etiam tutoris valet, niſi inter ipſum & eum, cui eſt facta, ſit colluſum. *l. 22. ff. de manumiſſ. teſtament.* ¶ Pignus à curatore furioſi datom valet, ſi utilitate exigeote furioſi, id fecerit. *l. 11. ff. de curat. furioſ.* ¶ Tutoris geſta valent, etiam ſi quid faciendo circa tutelam omiſerit. *Botr. deciſ. 124.* ¶ Licet tutor ante impleta ſolemnia non poſſit adminiſtrare, tamen geſta per eum ſemper valent in his, quæ ad commodum pupilli ſpectant, *Guid. Pap. quaſt. 330.* alias geſta à tutore non legitimo, non præjudicant domino. *Bartol. in l. 3. in repet. num. 10. ff. de offic. Prætor.* ¶ Tutor licet non promiſerit in ſpecie pupillum indefenſum non relinquere, tamen eſt legitimus adminiſtrator, ſi alia adimpleverit, & tutoris geſta valent quando fuit habitus ut tutor. *Paul. Æmil. deciſ 323. part. 3.* nam adminiſtrans negotia alterius, ſi palam ab omnibus pro adminiſtratore credatur, valent geſta per eum *Natt. conſ. 262. num. 3.* ¶ Contractus utilis pupillo factus ab eo, qui credebatur tutor, licet in veritate non eſſet, valet, & tenet. *Auguſt. Bero. q. 68.* ¶ Alii contractus facti cum pupillo, quando valeant. *Rebuff. de donatio gloſſ. 7.*

Vel non.

Teſtator mandans tutoribus, ut omnia faciant, cum conſilio alterius, factum ſine ejus conſilio non tenet. *Felin. conſil. 24. num. 10* ¶ Reg. eſt, ut non valeat donatio per pupillum adminiſtratori facta, ſed ampliationes, & limitationes per *Reboff. ibid. gloſſ. 9.* ¶ Sententia lata contra tutorem, qui non habet legitimam adminiſtrationem eſt ipſo jure nulla. *l. penul. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Judicium agitatum, poſt pupilli pubertatem tutorio nomine, ſi de defectu opponator finitæ totelæ, etiam in vim conjunctæ perſonæ non valet, *Marc. q. 99. par. 2.* ſecus ſi cauſa eſſet cœpta ante finitam tutelam & non adhuc finitam, *ibid.* ¶ Non valet teſtamentum in favorem adminiſtratoris factum. *Rebuff. ibid. gloſſ. 6.* ¶ Non valet acceptatio facta per pupillum tutori, vel curatori. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de donatio. gloſſ. 1. fol. 554.*

Cap. X. Quando finiatur tutela.

Quamvis tutela pubertate finiatur, tamen ex generali quadam conſuetudine officium adminiſtrationis durat uſque ad legitimam ætatem. *Andr. Gail. obſerv. 96. lib. 2.* & in hac Patria Pedemon. hoc cautum eſt Principis decreto, ut habetur in novis ordinibus. *tit. delle citationi.*

Cap. XI. Tutor, pupillus: Quæ facere poſſit, vel non.

Teſtamento tutor datus poteſt ſine adjuncti conſenſu procuratorem conſtituere. *Jac. Put. deciſ. 414. lib. 1.* ¶ Quod tutor, vel curator acquirit ex pecunia minoris nomine proprio, efficitur minoris, *l. 2. ff. quando ex facto tutoris.* ¶ Si negotium in parte ſpectet ad pupillum, pro illa tutor videtur tutorio nomine facere, pro alia proprio, *l. fin. ff. quando tutor, vel curator.* ¶ Si plures tutores aut teſtator unum ex pluribus tutoribus ordinaverint, qui adminiſtret tutelam, cæteri tutores poſſunt illi adminiſtranti alimenta conſtituere, & ipſe conſtitutus cæteris perſonis, de quibus. *in leg. 1 §. ſi pupillis, ff. de tutel. & ration. diſtrahen.* ¶ Curator poteſt dotem conſtituere adultæ ſecundum ejus facultates, & dignitatem. *vide leg. 61. & ff. de jure dot.* ¶ Retrovendere poteſt tutor ſine decreto. *Vinc. de Franc. deciſ. 206. num. 24.* ¶ Tutores honorii dicuntur dati cauſa honoris ſui, ſed non coguntur adminiſtrare, poſſunt tameo, ſi volunt. *Bartol. l. 24. de ſolut. & liber.* ¶ Tutor emens nomine pupilli, poteſt facere pactum, de retrovendeodo in continenti, alias ſecus *Rorr. deciſ. 182.* ¶ Tutor poteſt creditori patris pupilli ſolvere, & in ejus locum ſuccedere. *l. 12 ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* ¶ Alteri ex curatoribus furioſi rectè ſolvi poteſt, & alter eorum poteſt cauſa permiſſa alienare, quia alter intelligitur conſentire. *l. 7. §. quæſitum. ff. de curato. furioſo & alii.* ¶ Soli tutori poteſt hæreditas reſtitui, ſi pupillus neſcit fari, & econtra ipſe, poteſt reſtituere. *l. 7. C. ad Senatuſconſul. Trebell.* ¶ Tutor ſimpliciter contrahens ſuper jure pertinente ad pupillos, intelligitur contrahere tutorio nomine. *Gram. dec. 103. num. 76. l. 5. §. tutor, ff. quando ex facto tutoris.* ¶ Tutor, & curator poſſunt inveſtiri, & inveſtire, & maxime in tutore, qui habet plenitudinem poteſtatis. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 13.* ¶ An tutor ſolus poſſit repudiare bonorum poſſeſſionem pupillo delatam. *vide Bartol. in l. 8. ff. de bono. poſſeſſ.* ¶ Tutor ſolus poteſt delegare nomen debitoris pupilli, ſi pupillo expedit, & delegat ſine decreto ſi in obligatione eſt pecunia. *Bartol. in l. 18. ff. de aucto. & conſen. tuto.* ¶ Tutor poteſt licite rem pupilli juſte venditam ſibi retinere, ſi emptor pretium non ſolvat, & ipſe tutor pretium de ſuo io utilitatem pupilli convertat. *Pet. de Rav. ſing. 760. Pet. Gerar. ſing. 57.* ¶ Pupillo quæritur per tutorem ementem nomine pupilli, etiam ipſo pupillo ignorante. *l. 13. ff. de acquir. rer. dom.* ¶ Debitor, qui conſtituit ſe debitorem duobus tutoribus, & quilibet ipſorum inſolidum, non poteſt ſe tueri prorogatione termini obteota ſolum ab altero ipſorum, contra alium tutorem agentem ad ſummam debitam lapſo termino. *Vincen. de Franc. deciſ. 281. part. 2.* ¶ Quando tutor poſſit cauſam pupilli compromittere, & quando compromiſſum minoris, cum auctoritate tutoris ſibi noceat, *vide Bartol. in conſ. 47. vol. 1.* ¶ Tutor licet non poſſit remittere debitum liquidum pupilli, non liquidum tamen poteſt. *Abb. conſ. 99. lib. 1.* nam legitimus tutor vel curator poteſt recipiendo ſolutionem debitorem liberare; non autem debitum liquitum remitte.

mittere. *l. 22. C. de pact.* ¶ Tutor poteſt pro pupillo celebrare quoſcunque contractus, dummodo palam, & bona fide faciat. *Petr. Gerar. ſing. 57.* ¶ Depoſitarius poteſt reſtituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. *Afflict. deciſ. 147.* ¶ Tutor poteſt retinere expenſas quas fecit in conficiendo inventario. *And. de Yſernia ſing. 5.* ¶ Quomodo, & quando tutor, & curator de rebus pupillorum poſſint tranſigere, *vide per And. Gail. obſerv. 72. lib. 2. Dec. conſ. 298. n. 5. & conſil. 479. facit l. 58. §. qui tutelam ff. de furt.* ¶ Tutor, qui tempore ſuſceptæ adminiſtrationis jurat ſe facturum utilia, & inutilia prætermittere, po eſt contravenire contractui jurato per ipſum facto, per quem pupillus remanebat læſus. *Auguſt. Bero. qu. 27.* & non requiritur de neceſſitate abſolutio à juramenta. *idem. qu. 28.* ¶ Tutor ſi eſſet creditor pupilli poteſt ſibi ipſi ſolvere abſque Judicis decreto, de bonis pupilli, quæ ſervando ſervari non poſſunt. *Afflict. deciſ. 13. num. 14.* ſecus de aliis reb. *Hier. Mag. dec. Luc. 46. num. 36.* imo creditor adminiſtrans bona ſui debitoris, præſumuntur in dubio, quod ſibi ſolverit. *Afflict. d. deciſ. 13. nu. 16. Cravet. conſ. 129. vide Rom. ſing. 104.* ¶ Tutor teſtamentarius ſibi ipſi ſolvere legatum, vel fideicommiſſum poteſt. *Rand. tract. de analog. cap. 37. num. 113.* & quæ alia poſſit facere tutor bona fide ſine decreto, *vide ibid.* ¶ Tutor nanciſci poſſeſſionem poteſt rei debitæ ſibi antequam eſſet tutor, & ſibi ſolvere poteſt debitum in pecunia. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de donatio. gloſſ. 1. fol. 55. Bald. ſing. 50. Bart. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. 78. §. fundum ff. de contra. empt. & vend.*

Vel non.

Tutor non poteſt præjudicare pupillis ante confectum inventarium. *Paul. Æmil. deciſ. 324. part. 3. Vincent. de Franc. dec. 206.* ¶ Tutor contra tutorem qui non ſatiſdedit de jure, vel de facto, non poteſt venire niſi offerat ſatiſdationem; ſed pupillus, vel tertius ſic. *Bart. in l. 5. §. in legitimis. ff. de legit. tut. n. 4.* ¶ Tutor bonorum poſſeſſionem pupillo competentem repudiare non poteſt, quia tutori petere permiſſum eſt; non autem repudiare. *l. 8. ff. de bono. poſſeſ.* ¶ Solus tutor non poteſt præſtare libertatem à pupillo debitam. *l. 6. C. qui manumit. non poſſu.* ¶ Tutor non poteſt conſtituere dotem pupillæ in rebus mobilibus, & immobilibus ſine decreto. *Hieron. Mago. deciſ. 34. Rot. Flore.* ¶ Tutor nõ poteſt per interpoſitam perſonam emere bona pupilli, & ſi hoc fecerit punitur, & dicitur per interpoſitam perſonam emere, quando ejus filius emit, vel quando poſtea tutor reperitur poſſidere. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 459. Rebuff. in ſuis comment. tract. de donatio. Tom. 2.* tamen emens per ſe, vel per interpoſitam perſonam bona fide non delinquit, & dicitur bona fide emere, cum adhibitis conſanguineis pupilli emerit, vel ſub haſta. *Menoch. d. caſ. 459. Rebuff. in ſuis comment. tracta. de donatio. fol. 553. vide Bartol. in l. 34. §. tutor. ff. de contrahe. empt. & vend.* ¶ Tutori de ſuſpecto accuſato, quando ſit ei interdicta adminiſtratio *vide Bartol. in l. 1. §. verba autem. ff. quod falſo tutore auctore, & ſup. tit. de ſuſp. tut.* ¶ Adminiſtratio uni conceſſa, quando videatur denegata aliis *vide Bartol. in l. 14. ff. de ſolut. & libe.* ¶ Tutor de jure ante confectionem inventarii non adminiſtrat. *Afflict. deciſ. 285. num. 22. l. fin. C. de arbitr. tutel.* tunc enim nec convenire debitores, nec conveniri poteſt. *Boer. deciſ. 53.* (imo quod interim poſſit adminiſtrare, ſcribit *Jacob. Put. deciſ. 287. & deciſ. 314. lib. 1.*) tamen tutor, qui per plura tempora non fecerat inventarium, ſi poſtea faciat admittitur ad agendum. *Capic. deciſ. 50.* ¶ Tutor, & curator furioſi, vel prodigi acceptum ferre non poſſunt; ſed bene novare: *vide l. 13. §. tutor. ff. de acceptil.* ¶ Tutor, vel curator non poteſt diſſolvere ſponſalia contracta per patrem puellæ, quia proviſio paterna eſt majoris efficaciæ, quam tutoris. *l. 4. C. de ſponſal.* ¶ Tutor non poteſt facere procuratorem ante litem conteſtatam; ſed actorem cum decreto Judicis: alias non valet judicium. *Maran. in ſuo Specul. diſtinct. 16. judi. num. 54. vide ſupra tit. de actore a tuto. dand.* ¶ Mater curatrix non poteſt filio præjudicare, hinc ſequitur, non poſſe curatorem compromiſſum voluntarium facere *Dec conſil. 255.* ¶ Si ſunt duo tutores, qui habent adminiſtrationem diviſam, unus non debet ſe impedire de adminiſtratione alterius. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit des maine mortes. §. 15. gloſſ. 3.* ¶ Si plures tutores ſimpliciter per teſtatorem ſunt conſtituti, ille, vel illi, qui non adminiſtrarunt nun poſſunt petere ſibi rationem reddi ab illo, qui ſolus adminiſtravit propter parem poteſtatem. *Marc. de Mant. ſing. 572* nam durante adminiſtratione tutor non poteſt petere à contutore, ut reddat ſibi rationem adminiſtrationis univerſæ. *l. penult. Cod. de ſuſpect. tut.*

Cap. XII. Quando adminiſtrare poſſit.

Tutor, vel curator ante confectionem inventarii adminiſtrare non debet, niſi aliquot in caſibus. Illuſtr. Senator Sol. *in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaud. tit. de minoribus fol. 91.* ſed, intra quod tempus debeat inventarium conficere, *vide per Menoch. de arb. libr. 2. conſ. 174.* ¶ Pupillus omnia negotia tutore auctore agere poteſt. *l. 1. ff. de reg. juris.* ¶ Tutor licet dederit fidejuſſorem pauperem reſpectu facultatum pupilli, poteſt tamen adminiſtrare, & geſta per tutorem in his, quæ principaliter tendunt ad commodum pupilli tenent, licet in ejus donatione omnia requiſita, non intervenerint. *Bart. in l. 5. ff. de legit. tuto.*

Vel non.

Pupillus non poteſt caſſare tutorem. *l. 2. C. quando tutores, vel curat. eſſe deſin.* ¶ Tutores legitimi conſtituuntur ipſo jure per legem, non tamen poſſunt adminiſtrare, niſi ſatiſdent. *l. 5. ff. de leg. tutor.* ¶ Tutor non adminiſtrat antequam ſatiſdet, niſi ſit teſtamentarius, vel datus ex inquiſitione. *l. 1. C. de tuto. vel curato. qui non ſatiſd.* ¶ Tutores non poſſunt adminiſtrare, niſi illis adminiſtratio decernatur. *l. 6. ff. de aucto. & conſen. tuto.* tamen adminiſtratio facta per tutorem malè creatum tenet, & valida eſt. *Papon. lib. 15. tit. 5. arreſt. 5.* ¶ Exiſtentibus pluribus tutoribus uni poteſt decerni adminiſtratio per teſtatorem, vel per majorem partem ipſorum tutorum, & diſcordantibus, coguntur concordare à Judice. *§. ſi ex teſtamento, inſtitut. de ſatiſdat. tut.* ¶ Quomodo opponatur contra tutorem, quod non fecerit inventarium, & per conſequens nun ſit admittendus, uti legitimus adminiſtrator, *vide Bart. in l. 8. num. 8. ff. de verb. oblig.*

Cap. XIII. Pupillus quæ facere, & tutor quæ habere poſſit, vel non.

Licet non poſſit pupillus donationem facere ſuo tutori, vel curatori; poteſt tamen factam ratificare poſt 25. ann. *Rebuff. tract. de don. gloſſ. 1. num. 9.* ſed fructus interim perceptos non lucratur, *ibid. num. 10.* ¶ Pupillus inſtitutus hæres non poteſt reſtituere hæreditatem ſuo tutori ſine Judicis auctoritate, quia non poteſt eſſe in re auctor. *Rebuff. ibid. gloſſ. 3.* ¶ Extantibus pluribus legitimis tutoribus, adminiſtratio magis idoneo committitur aliorum periculo, cum tacita hypotheca bonorum. *Authen. ſicut. C. de legit. tuto.* ¶ In locum defuncti debet ſubrogari alius idoneus, qui à defuncti hæredibus rationes exigat. *l. 2. C. de tuto. vel curat. qui non ſatiſd.* ¶ Tutores, & curatores nullum ſalarium conſequi poſſunt, præter expenſas ſumptuum, niſi eis eſſet conſtitutum à Judice, quod judex facere poteſt.

po.eſt. *Guid. Pap. quæſt. 68. vide Bartol. in l. 9. ff. de tutelis.* ¶ Adminiſtrare quis cogitur per Judicem, ut ſi malè gerat facilius removeatur. *Bartol. in l. 4. §. qui nihil. ff. de ſuſpect. tuto. l. 3. C. de ſuſpect. tuto.* ¶ Si pupillus vult pignus recuperare, quod tutor obligavit pro pecunia verſa in utilitatem ipſius pupilli, repellitur exceptione doli. *l. 7. §. fin. de reb. eorum. qui ſub tutela.*

Cap. XIV. Ad quæ teneatur, vel non.

Si tutor in accuſatione falſi, teſtamenti ſuccubuerit pupillum hæreditatem perdere facit, & applicari fiſco, propterea tenetur ad ſatisfactionem damni paſſi per pupillum actione tutelæ propter hanc accuſationem. *l. 2. ff de his quib. ut indig.* ¶ Tutor, qui non facit inventarium, vel pecuniam ad comparationem prædiorum non implicaverit pertinaciter, in vinculis eſt ponendus, niſi fuerit poſitus in dignitate. *l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpect. de tuto.* ¶ Tutela abſentis finita, tutor teneatur reſtituere bona proximioribus: quia abſentia longa æquiparatur morti. *Botr. deciſ. 88.* ¶ Tutor, vel curator, ut reſpondeat cogi poteſt. *Bortol. in l. 1 C. de procurat.* ¶ Litigans cum tutore debet habere copiam tutelæ, & inventarii, & tutor litigans tenetur ſatiſdare, & ſententia lata pro falſo tutore, quando poſſit per minorem ratificari, *vide per Bartol. in l. 4 C. in quibus cauſis in integ. reſtit. non ſit neceſſ.* ¶ Lex non ignotum. *C. eod. de adminiſtr tut.* procedit, quando tutor intentavit litem calumnioſe, & non bona fide, & quæ requirantur ad hoc, ut tutor eo in caſu condemnetur in expenſis, *vide per Cephal. conſil 429 Mago. deciſ 142. Rot Floren. Maran. in ſuo Specul. par. 6. cap.* & poſt omnia advertatur circa executionem. *numer. 38. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. obligat. gloſſ. 1. numer. 96.* ¶ Tutores antequam adminiſtrent, debent novem ſolemnia requiſita adimplere, de quibus *vide per Capic. deciſ. 50. Guid Pap. quæſt. 330. Capel. Thol. quæſt. 63 in additio. Mynſinger. obſerv. 39. cent. 6. Maran. in ſuo Specul. diſtinct 16. jud. num. 52. Bartol. in l. 5. ff. de legit. tuto.* ſed ſi ante adminiſtret, an proceſſus valeat, *Capel. Thol. ibid. Rot. Genu. deciſ. 18. Paul. Æmil. deciſ. 414. part. 2. & deciſ 324. part. 3. Mynſing. obſerv. 37. cent. 2. Maran. in ſuo Specul. diſt. 16. judi. num. 52.* ¶ Tutor antequam adminiſtret, debet res accipere per decretum Judicis, facere inventarium, & jurare. *gloſſ. l. 5. ff. de lega. 3.* ¶ Tutor, qui promiſit de rato pro pupillo, an teneatur, ſi pupillus major factus ratum non habuerit, *vide gloſſ. Ludov. deciſ. Peruſ. 27.* ¶ Tutor obligans ſe nomine proprio tenetur poſt finitam tutelam; ſecus ſit tutorio nomine. *Papon. arreſt. 6. lib. 15. tit. 5.* ¶ Tutor debet officium ſuum gratia impendere in negotiis pupillorum, & adultorum: ideo tenetur reſtituere pecuniam, quam accepit, ut conſentiret pupillam matrimonio conjungi alicui, tanquam dictam pecuniam turpiter acceperit, & pro tali pecunia nondum ſoluta, datur exceptio. *Natt. conſil. 76. Tom. 1.* ¶ Tutor accuſans nomine pupilli, tenetur de calumnia; ſed an, & quando delictum tutoria noceat pupillo, *vide Bartol. in l. 2. C. de his quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Adminiſtratores debent jurare de calumnia ſecundum credulitatem eorum: aliis juramentis firmis remanentibus, *l. 2. §. quod obſervatur. C. de jurejur. prop. calum. dan.* ¶ Si tutor non faciat copiam ſui, ut pupillo decernerentur alimenta, qualiter puniatur, *vide § ſi quas autem, & §. ſi quis tutor, inſtitut. de ſuſpect. tuto.* ¶ Tutor debitor pupilli ex mala adminiſtratione, quando poſſit pro pupillo conveniri, *vide Bartol. in l. 1. C. quando fiſcus, vel privatus.* ¶ Reſpubl. propter moram tenetur ad uſuras: propter temeritatem ad impenſas litis, licet habeat regreſſum contra adminiſtratorem: idem in pupillis, & tutoribus. *l. 80. §. etiam Reſpub. de leg. 3.* ¶ Tutor teſtamentarius tenet bona adminiſtrare etiam extra Provinciam exiſtentia, niſi ab hoc ſe excuſaverit. *l. 1. de excuſat. tuto. vel curat.* ¶ Si pater conſenſit filio tutori dativo, tenetur inſolidum. *l. 7. ff. de tutelis.* ¶ Si teſtator liberat curatores, non videtur relicta liberatio doli, vel reliquorum. *l. 21. §. Cajus ſervus. ff. de lib. lego.* ¶ Licet tutor habeat adminiſtrationem rerum pupilli; ſi tameo ſurripiat rem ipſius, tenetur furti, & tutelæ: idem in curatoribus, & cæteris habentibus adminiſtrationem: quia cui conceditur adminiſtratio rerum, non videtur conceſſum, ut in eis fraudem committat. *l. 33. ff. de furtis.* ¶ Qualiter tutores, vel curatores debeant, & teneantur præſtare alimenta pupillis, *vide in titul. ff. ubi pupillus.* ¶ Tutor cauſam pupilli inchoatam proſequi tenetur, etiam poſt pubertatem, ſi inſtrumenta curatori non reddiderit, *l. 1. C. ut cauſ. poſt pubert.* ¶ Tutor in limine judicii fidem facere tenetur de juribus tutelaribus; ſed quid, ſi pars eum approbaverit pro tali, ipſum pro tutore nominando, *vide D. Sola. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper 1. part. decreti. inventaria. titul. de minor. num. 22. fol. 92.* ¶ Si excipiatur contra tutorem eum non eſſe talem, quando hoc probari debeat, an ante litem conteſtatam, *vide Petr. Benintent. deciſ. 18.* quod teneatur fidem facere de ſua poteſtate, & inventario, ſcribit *Franciſc. Marc. quæſt. 131.* alias non admittitur ad agendum in judicio, habemus in hac Patria decretum Dominicale, *titul. della legitim. delle perſone,* nam quando qualitas aliqua eſt fundamentum excipientis reſpectu habilitatis, vel inhabilitatis perſonæ negatæ, debet de illa qualitate conſtare. *Benin. deciſio. 18.* ¶ Tutor recte datus tenetur etiam de negligentia. *l. 6. de teſtam. tutel.*

Vel non.

Tutores finito officio tutelæ non poſſunt amplius conveniri nomine proprio. *l. 1. C. quando ex facto tutoris*; quia officium tutoris dicitur officium neceſſarium, quod ei nocere non debet. *gloſſ. in l. procurator de procura. & in l. ſi non ſubſcripſiſti. C. de adminiſtr. tuto. Goſſ. Cabal. milleloq. 235. l. 5. ff. quando ex facto. tut.* ¶ Tutores condemnati ſimpliciter, & non nomine proprio, intelliguntur condemnati, uti tutores, & contra ipſos, & eorum bona non poteſt fieri executio. *Ægid. Bellam. deciſ. 40. Bartol. & Rip. in l. 4. ff. de re judic. Ceph. conſil. 429. num. 26.* ¶ Tutor excuſatur ſi vendat rem minoris, pretio viliori, præcedente æſtimatione Judicis. *Ludov. Roman. ſingulari. 80. Bartol. in l. 6. C. de Magiſtr. convenien.* ¶ Tutor vendens tutorio nomine non tenetur de evictione, ſi ex cauſa neceſſaria alienaverit, ſed ſi alienaverit ſine neceſſitate, vel nomine proprio promiſerit teneatur. *Boer. deciſ. 80.* ¶ Tutor non tenetur reſpondere pro delicto ſui pupilli. *ibid. arreſt. 10.* ¶ Tutor, qui palam à pupillo pecunias mutuo accepit excuſatur. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 244.* ¶ Tutor minus legitime datus non cogitur adminiſtrare, ſponte tamen adminiſtrans tenetur actione neg. geſt. & non tutelæ. *l. 1. C. de teſtam. tutel.* ¶ Tutor, vel curator non tenetur ex aliquo actu, ſi inde malè ſuccedet, quando illi mater pupilli, vel attinentes, conſenſerunt. *Petr. Gerar. ſing. 57.* ¶ Si tutor, vel curator aliquid vi, vel clam fecerit, non tenetur pupillus, vel furioſus de dolo ipſorum; ſed tantum ad patientiam tollendi operis: ipſi vero inſolidum tenentur. *l. 11. §. ſi tutoris. ff quod vi, aut clam.*

Cap. XV. Ad quæ teneantur.

Per proceſſum criminalem inchoatum contra tutorem, vel alium adminiſtratorem, non interdicitur ſibi ad-

adminiſtratio. *l. 45. ff. de ſol. & libe.* ¶ Aliena negotia adminiſtrans tenetur facere ea, quæ pro ſe faceret. *Rot. Genu. deciſ. 1. num. 39.* & rationem reddere. *ibidem deciſ. 20.* ¶ Adminiſtrator, & ejus hæredes tenetur de neglectis, & omiſſis, & ad debitum non exactum, ſi debitor effectus eſt, non ſolvendo tempore ejus adminiſtrationis. *Borg. Caval. deciſ. 9. de contract.*

Cap. XVI. Minor, quando reſtituatur.

Minor non prohibetur reſtitui, licet indemnitatem à ſuo tutore, vel curatore poſſit conſequi, nec ſibi præjudicet per electionem. *l. 3. C. ſi tutor, vel curator intervenerit.* ¶ Minor adverſus actionem poteſt reſtitui infra tempus legitimum, quo elapſo contra curatorem ſibi ſuccurritur qui perperam auctoratus fuerat ſibi. *l. 1. C. ſi tutor, vel curator, &c.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Actio judicati non datur in tutorem, vel curatorem, qui ſe liti non obtulit. *l. 4. ff. de re judic.* ¶ Quæſita per matrem adminiſtrantem bona filiorum de pecuniis propriis, ſunt ipſius matris in totum. *Boer. conſil. 3.* ¶ In jure patronatus præfertur præſentatus prius à pupillo, præſentato ſecundo loco à tutore, qui poſtea fuerat prius inveſtitus. *Cravet. conſ. 76.* ¶ In generali remiſſione non continentur doloſe facta; ſed tantum ſcrupuloſa inquiſitio, niſi hoc etiam ſpecialiter ſit remiſſum. *l. 9. §. ſi hæres. ff. de liber. legat.* ¶ Sententia fertur in perſonam tutoris. *c. Raynutius. ext. de teſtament.* ¶ Geſtum nomine ventris devolvitur in actione tutelæ, poſthumo nato vel in actione nego. geſt. non nato. *l. 20. ff. de nego. geſt.* ¶ Dolus arguitur contra adminiſtratorem aliquid facientem ad incommodum ejus, cujus bona adminiſtrat. *Cravet. conſ. 142. num. 15.* ¶ Tutor habetur loco domini, & jurat de calumnia. *Bart. in l. 20. ff. de teſtamentis.*

TITULUS CCCCLXXXIV.

De periculo tutorum, vel curatorum.

Generalia.

De periculo tutorum, vel curatorum, *vide in tit. ff. de adminiſt. & peric. tuto.*

Cap. I. Periculum ad quem ſpectet.

Exiſtentibus pluribus tutoribus magis idoneo committitur adminiſtratio aliorum periculo, cum tacita hypotheca bonorum, *Authent. ſicut. C. de legit. tut.* ¶ Periculum curæ neglectæ ſpectat ad curatores. *l. 2. C. de ſuſpect. tuto.* ¶ Si tutoris culpa non præceſſit, periculum pecuniæ pertinet ad pupillum. *l. 102. ff. eod.* ¶ Periculum nominum pertinet ad curatorem Reipublicæ. *l. fin. §. pen. ff. de adminiſtra. rer. ad Civit. pertine.* ¶ Curator pupilli pecuniam mutuare non cogitur, & ſi eam mutuaverit infra duos menſes poſt annum fœnerari cogitur, & periculum ad eum pertinebit. *§. quoniam, Authent. ut hi qui obligatas.* ¶ Si debitorum nomina efficiantur deteriora, periculum pertinet ad adminiſtratorem culpabiliter differentem exigere. *l. 37. ff. ſi cer. pet.* ¶ Quamvis tutela pubertate finiatur; tamen ex generali quadam conſuetudine officium adminiſtrationis, & per conſequens periculum futuri temporis continuatur, & porrigitur uſque ad legitimam ætatem; poſſunt tamen tutores finita pubertate redditis rationibus adminiſtrationem deponere, & adulto curatorem dari petere. *And. Gail. obſerv. 96. libr. 2.*

Vel non.

Periculum tutelæ non ſpectat ad eum, cujus excuſatio fuit approbata. *l. 22. C. eod.* ¶ Poſt remotionem non ſpectat ad tutorem periculum tutelæ. *l. 10. ff. de ſuſpect. tuto.* ¶ Excuſatio conceſſa ob falſas allegationes non prodeſt tutori: ideo tunc periculum tutelæ expectat ad eum. *l. 1. C. ſi tutor, vel curator.* ¶ Licet pupilli efficiantur adulti, lite ſuper excuſatione pendente: tamen cauſa propter periculum medii temporis debet terminari. *l. 15. C. de excuſat. tuto.*

Cap. II. Tutor ad quæ teneatur.

Tutor pupillo tenetur ob id, quod debitorem ipſius pupilli non convenerit: ſed ipſe pupillus tenetur cedere actionem tutori contra dictum debitorem, qui non liberatur ſolutione per tutorem facta. *l. 95. §. ſi mandato. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Qui tutelam adminiſtrat, etiam ſi non erat verus tutor, ſed ut tutor agebat tenetur: ſed ille, qui nullo modo geſſit, etiam ſi erat verus tutor non ſtipulatione rem pupil. ſal. fore, licet teneatur utili actione tutelæ. *l. 4. §. illud. ff. rem pupil. ſal. for.* ¶ Tutor etiam poſt pubertatem non intelligitur liberatus ab onere, & periculo adminiſtrationis, *vide ſupra tit. quando tutores eſſe deſin.* ¶ In exigendis nominibus debitorum, tutor tenetur tantum de lata culpa. *l. 2. C. de arbit. tutel.* ¶ Tutor ſi in tali periculo ſit, quod ſimul, & ſemel bona ſua, & pupilli cuſtodire non poſſit, debet præferre cuſtodiam patrimonii pupilli, niſi res tutoris eſſet pretioſior, vel par rei pupilli. *Ludov. Rom. ſing. 705.* ¶ Emphyteutica res propter non ſolutum canonem, ſi revertatur ad Dominum tutori imputatur. *l. 23. C. de adminiſt. tuto. & curat.* ¶ Tutor propter negligentiam in emendo tenetur ad intereſſe; ſed negligentia tutoris quomodo probetur, *vide Bartol. in l. 8. ſi poſt. ff. de adminiſtr. & peric. tuto.*

Vel non.

Tutori non imputatur ſi non exegerit debitum, in quo oportebat eum plus expendere, quàm id, quod perciperet. *Bartol. in l. 8. C. de ann. & tribut. libr. 10.* ¶ Idem ſi non fecerit inventarium, quando plus expenderet in ejus confectione, quam eſſet utilitas. *Bartol. ibidem.* ¶ Tutori etiam non gerenti imputatur, ſi contutorem ſuſpectum non fecerit. *l. 1. C. ſi tutor, vel curator.* ¶ Curator datus certæ rei, vel liti, non tenetur de alia geſtione. *l. 3. C. de in lit. dand. tuto.* ¶ Damnum contingens pupillo culpa tutoris, recuperat pupillus ab illo per actionem tutelæ: ſed ſi ſine ejus culpa, recuperat, per reſtitutionem in integrum adverſus partem, ſi læſus eſt. *l. 53. §. inter. ff. de fidejuſ. & mand.*

TITULUS CCCCLXXXV.

De auctoritate; & conſenſu tutorum, & curatorum.

Generalia.

De auctoritate tutorum, *vide tit. C. de auctor. præſta. & tit. ff. de aucto. & conſen. tut. inſt. eo.*

Cap. I. Auctoritas in quibus requiratur.

Pupillus cum auctoritate tutoris, & adultus cum auctoritate curatoris recte poſſunt agere, & conveniri. *l. 2. C. qui legit. perſo. ſtan. in jud. habe.* ¶ Minor poteſt movere poſſeſſorium; ſed non petitorium, nec ſibi moveri ſine auctoritate tutoris, vel curatoris. *l. 3. C. eo.* & pupillus, qui fari poteſt, ſtat in judicio cum tutore. *Bartol. in l. 17. § pupillus. ff. de jurejur.* ¶ Pupillus omnia negotia tutore auctore agere poteſt. *l. in negotiis. ff. de re jur.* ¶ Pupillus, quæ poſſit facere ſine tuto-

tutoris auctoritate, & quando ipſa auctoritas tutoris ſit neceſſaria, *vide per Bartol. in libr. 24. ff. de legibus.* ¶ Adultus non obligatur ſine conſenſu curatoris, ſi eum habeat. *gloſſ. l. 1. §. fine ad Senatuſconſ. Trebell.* ¶ Auctoritas Judicis quando ſufficiat in contractibus minorum: & Judex quando ſuppleat defectum tutoris, *vide Bartol. in l. 3. C. de in integr. reſtit.* ¶ In negotiis pupillorum, an ſit ſemper neceſſaria auctoritas debere ſequi ſtatim, non ex intervallo. *Bartol. in l. 25. §. juſſum. ff. de acquir. hared. vide ibid. gloſſ. an debeat pracedere.* ¶ Pupillus ſine auctoritate tutoris non poteſt facere ſuam conditionem deteriorem, bene meliorem. *l. 29. ff. de pact.* ideo pupillus quantum ad acquirendum non indiget tutoris auctoritate; ſecus in alienando *l. 11. ff. de acquir. rer. dom.* ¶ Pupillus ſolvendo ſine tutoris auctoritate non transfert dominium pecuniæ, nec liberatur, niſi pecunia bona fide conſumpta. *l. 15. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Pupillus neque velle neque nolle in eadem ætate creditur, niſi appoſita totoris auctoritate. *Reg. 150. de reg. jur.* ¶ Pupillo cum auctoritate tutoris, vel ſoli tutori, ſi eſt pupillus infans, poteſt reſtitui hæreditas, & mutus nihil intelligens, infantiæ æquiparatur. *l. ſervo invito. §. ſi pupillo. ff. ad Senatuſ. Trebell.* ¶ Proceſſos factus cum minore qui litigavit per procuratorem conſtitutum cum juramento, nullo dato curatore tenet. *Guid. Pap. q. 35.* alias impubes, nec bonorum poſſeſſionem admittere, nec judicium ſine tutoris auctoritate accipere poteſt: quia tutor pupillo, & pater infanti filio bonorum poſſeſſionem petere debent. *l. 7. §. impubes ff. de bonis poſſeſ.*

Vel non.

Pupillus non poteſt reſtituere tutori hæreditatem eo auctore; ſed adultus ſuo curatori ſic: quia auctoritas ejus non eſt neceſſaria. *l. 1. §. fuit. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* ¶ Curatoris pupilli auctoritas ad adeundam hæreditatem non ſufficit: ideo ex cauſa ad id tutor ſpecialiter datur. *l. 17. §. tutor. ff. de appellatio.* ¶ Conditionibus pupillus etiam ſine tutoris auctoritate, parere poteſt. *l. 5. ff. de condit. & demonſtr.*

Cap. II. Quando auctoritas praſtanda.

Non poteſt tutor præſtare auctoritatem in facto proprio. *Dec. conſil. 479.* fallit in caſu, de quo per *Marc. de Mant. ſingul. 194. vide Pat. deciſ. 31. libr. 3.* & quando ipſe contrahit cum pupillo palam, & bona fide. *Capic. deciſ. 156. num. 15.* ¶ Tutor quando non fecit inventarium, non præſtat auctoritatem. *Boer. in conſ. 46. vol. 1.*

Cap. III. Qui ſint effectus.

Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ, nihil operatur: quia perſonæ curator non datur. *l. 8. C. de nupt.* ¶ Tutoris auctoritas in judicio, vel extra non impedit reſtitutionem minoris. *l. 2. C. ſi tutor, vel curator.*

Tutor ad quæ teneri poſſit, vel non.

Tutor in interponenda auctoritate, debet loqui. *Bartol. in l. 1. §. mutus. ff. de tut. lit. vide eundem Bartol. in l. 87. ff. de acquir. hared.* ¶ Sufficit tutorem ſcire ſe eſſe tutorem ſine proteſtatione, *vide Bartol. in l. 6. §. ex quo ff. de adminiſtr. & peric. tuto.* ¶ Licet tutor interponat auctoritatem pupillo, vel curator adulto, jus tamen ipſorum non perdunt. *l. 26. C. de adminiſt. tuto. & curat.* ¶ Tutor, qui non gerit, ſed poteſt gerere, in adeunda hæreditate auctorari poteſt. *l. 49. ff. de acq. her.*

TITULUS CCCCLXXXVI.

Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere vel conveniri poſſint.

Appellatione interpoſita ab actore curatoris, curator illam proſequitur, vel minor factus major, quid in actore dato ad litem, an poſſit proſequi, *vide Bartol. in l. 10. C. de appellat. & l. 24. §. curator, & l. fin. §. fin. ff. eod.* ¶ Delictum tutoris, vel curatoris ab initio delinquentis, an noceat pupillo, *vide Bartol. in l. 6. C. unde vi. num. 10. & in l. 2. ff. de his, quib. ut indig. hæred. auſe.* ¶ Tutoris opera, quæ actio acquiratur pupillo, *vide Bartol. in l. 11. §. per liberam. ff. de pign. act.* ¶ Pecunia mutuata totori, quando fuit converſa in utilitatem pupilli, actio utilis competit mutuanti contra pupillum. *Bartol. in l. 5. §. tutor. ff. quando ex facto tutoris*, & exceptio pro retentione pignoris donec pecunia mutuata ſit ſoluta. *l. 7. §. fin. ff. de rebus eorum.* ¶ Pupillus qoaliter teneatur ex facto tutoris, *vide Bartol. in l. 24. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Pupillus tenetur ex culpa tutoris quatenus eſt locupletior, & etiam ultra, ſi tutor eſt ſolvendo, ſed liberatur cedendo actionem, *l. fin. ff. de adminiſt. & peric. tuto.* & tunc pupillo agenti obſtat exceptio doli. *l. 4. §. illam etiam. ff. de dol. mal. except.* ¶ Pupillus ex facto tutoris perdit, ſed reſtituitur. *l. 22. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Tutor, quando conveniatur ex perſona alterius, & quod excuſetur, ſi contutor tempore finitæ tutelæ erat ſolvendo, ſcribit *Bartol. in l. 3. C. de probat.* ¶ Confeſſio tutoris, quando præjudicet pupillo, *Bartol. in l. unica, C. de confeſſit. n. 14. & ſupra tit. de adminiſt. tut. & cura.*

TITULUS CCCCLXXXVII.

De dividenda tutela; & pro qua parte quiſque tutor conveniatur.

Generalia.

Vide de materia, per *Bartol. in l. 1. C. de tranſact.*

Cap. I. Quando conveniri poſſit.

Tutor, quando conveniatur ex perſona alterius, & quod excuſetur, ſi contutor tempore finitæ tutelæ erat ſolvendo, *Bartol. in l. 3. C. de probatio.* facit, ad quæſtionem. *d. l. 3.* ¶ Pro delicto unius tutoris, quando poſſit alter conveniri. *Bartol. in l. 37. ff. de admin. tuto.* ¶ Tutores plores, & Magiſtratus, qoo ordine conveniantur, *vide gloſſ. in §. pen. inſt. de ſatiſdat. tuto.* ¶ Si diviſa eſt adminiſtratio à judice, primo conveniuntur gerens, fidejuſſores, & nominatores ipſius, quam perveniatur ad collegam, *l. 3. C de convenien fiſci debit. lib. 10.* ¶ Tres pupillo tutores dati fuerant, unus tutelam geſſit, & ſolvendo non eſt, ſecundus Titio gerendam mandavit, tertius nihil omnino geſſit qualiter contra hos agatur, *vide l. 56. ff. de adminiſtr. tuto. & curat.* ¶ Si omnes tutores geſſerint, & omnes ſint ſolvendo inter eos dividitur actio, & quilibet pro virili convenitur, ſecus ſi omnes non geſſerint, vel omnes non ſint ſolvendo, *vide l. 1. §. nunc tranſeamus, & §. plane. ff. de tut. & ratio. diſtrahen.* ¶ Et hoc quando ex communi dolo, & communi culpa ſecus ſi proprio uniuſcunque dolo conveniuntur. *Boer. deciſ. 59.*

Vel non.

Ex dolo ſuo, vel communi conventus, non habet regreſſum contra ſocios ſuos, *l. 1. §. plane. de tuto. & ratio. diſtrahen.*

Cap. II. Quando quis teneatur.

Primo tenetur gerens, quam non gerens pro geſtis, pro negle-

Digitized by Google

neglectis quilibet pro parte æqualiter. *l. 40. §. in eum, ff. de adminiſtr. & perit. tut.* ¶ Tutor unus, quando pro alio teneatur. *Bart. in l. 46. §. ab eo. ff. de adminiſt. tut.* ¶ Diviſio qualitercunque facta non impedit quin de re pertinente, ad adminiſtrationem unius, contra alium poſſit objici compenſatio, & dari petitio. *ff. ibid. l. 37.*

Vel non.

Qua facta diviſione à teſtatore, vel à judice, quilibet tutor non tenetur reddere rationem, niſi pro ſua rata adminiſtrationis. *Mago. d. deciſ. 74. num fin.* ¶ Diviſio facta inter plures tutores à ſe ipſis, non facit quando unus pro alio teneatur, antequam deveniatur ad Magiſtratum. *l. 74. §. Sempronius. ff. de adminiſt. tut. & curat.* ¶ Diviſio, quando eſt facta inter tutores an, & quando unus poſſit ſe intromittere de adminiſtratione alterius, *Bartol. in l. 37. ff. de adminiſt. & peric. tut. n. 3.*

Cap. III. Beneficium diviſionis, quando competat.

Tutores, ſi plures ſint poteſt unus provocare alios, ad diviſionem adminiſtrationis tutelæ, & eſt audiendus. *Mago. deciſ. 74. Rot. Flor. Bartol. in l. ſi plures. §. non erit. ff. de adminiſt. & peric. tut.* ¶ Licet tutores, qui adminiſtrarunt ſimul, vel non teneantur inſolidum, ſive inter ſe diviſerint adminiſtrationem, & exercitium tutelæ, ſive non, tamen habent beneficium diviſionis, & non ordinis, ſive omnes ſint teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi, etiamſi doloſe adminiſtraſſent. *Boer. deciſ. 59.* ¶ Sed quando nonnulli geſſerunt, & alii non, licet gloſ. velit eos tunc beneficium ordinis habere, ſcilicet gerentes primo conveniri loco, ſecundo non adminiſtrantes, tertio Magiſtratus, tamen ſi adminiſtrantes de mandato aliorum, qui non adminiſtrant geſſerunt, non eſt beneficio ordinis locus, quia omnes per alios geſſiſſe videntur, ſed ſi non mandaverant, quid, *Boer. ibid. num. 5. & 6.* ¶ An dicta exceptio diviſionis, vel ordinis debeat opponi ante litem conteſtatam, vel etiam poſt ſententiam, *vide ibid. num. 9. & 10.* ¶ Inter tutores contumaciter non gerentes, habet locum beneficium diviſionis, non autem ceſſionis. *l. 39. ff. de adminiſt. & peric. tut.*

Vel non.

Inter plures fidejuſſores unius tutoris datos pupillo, non eſt locus beneficio divi Adriani, nempe, ut dividatur actio, ſecus in pluribus tutoribus exiſtentibus ſolvendo, & etiam in pluribus fidejuſſoribus datis alteri, quam pupillo, *l. fin. ff. rem pupil. ſal. for.* ¶ Tutori condemnato pro contutore, debent cedi actiones à pupillo contra contutorem. *d. l. de tut. & cur. l. 1. §. non autem*, & ſi non cedantur, habet utilem actionem, *§. non tamen autem. d. l. 1.*

TITULUS CCCCLXXXVIII.

Si tutor, vel curator non geſſerit.

PRimo tenentur gerentes, quàm non gerentes pro geſtis, pro neglectis, quilibet æqualiter. *l. 40. §. in eum. ff. de adminiſtr. & peric. tutor. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 4. num. 5.* ¶ Prius conveniendi ſunt tutores, qui geſſerunt, ſecundo fidejuſſores & Magiſtratus, tertio in ſubſidium pervenitur ad tutorem, qui non geſſerat, tamen hoc fallit duobus caſibus, nempe, quando tutor non gerens videbat gerentem male adminiſtrare, & non accuſabat de ſuſpecto, vel non exegit ab eo ſatisdationem, quia tunc ſecundo loco prius pervenitur ad tutorem, qui non geſſit, antequam perveniatur ad Magiſtratum. *l. 1. §. usque adeo, ff. de tutel. & ratio diſtrah.* ¶ Qui tutelam adminiſtravit, etiamſi non erat verus tutor, ſed ut tutor agebat, ſtipulatione rem pupill. ſal. for. tenetur, ſed ille; qui nullo modo geſſit (etiamſi erat verus tutor) non tenetur ipſa ſtipulatione, licet teneatur utili actione tutel. *leg. 4. §. illud. ff. rem pup. ſal. for.*

TITULUS CCCCLXXXIX.

De tutelis, & rationibus diſtrahendis, & de redditione computi adminiſtratorum per tutores, & curatores.

Generalia.

VIde de materia per *Azo. in ſumma tit. C. de adminiſt. tutor. & curat.* ¶ Vide etiam *in duobus titul. prox. præced.* ¶ Vide de materia, *per Bartol. in l. C. de tranſact. & Azo. in ſumma titul. arbitr. tutel.* ¶ Vide de materia *per tot. tit. ff. de contr. & util. act. tute. & in titul. C. de contr. judic. tutel. vide etiam in tit. C. arbit. tul.* ¶ De tutoribus, & reſtitutione bonorum contentorum in inventario, *vide per Afflict. deciſ. 13.*

Cap. I. Ratio. Redditio: Quæ requirantur.

Redditio rationis exigit editionem librorum, calculi poſitionem, reliquatus reſtitutionem, & purgationem culpæ ſolutione ejus, quod debetur. *D. Sol. gloſſ. 3. ſuper ipſo decreto, quittationem. num. 41.*

Cap. II. Quæ præſumantur, & probentur.

Dolus præſumitur contra adminiſtratorem aliquid facientem ad incommodum ejus, cujus bona adminiſtrat. *Cravet. conſ. 142.* tamen quando, & ex quibus cauſis adminiſtrator excuſetur à dolo, & culpa. *Menoch. conſil. 214. libr. 2.* ¶ Probatio per teſtes, an admittatur contra inventarium in cauſa reſtitutionis bonorum, *vide Afflict. deciſ. 13. num. 26.* ¶ Rationem reddere tenentes bonorum, quæ uſu conſumuntur ſufficit, quod probent tanto tempore poſſe corrumpi. *Afflict. deciſ. 13. num. 27.* ¶ Præſumitur tutorem feciſſe ſumptus pupillo. *Bartol. in l. 104. ff. de verb. oblig.* ¶ Adminiſtrator præſumitur in dubio feciſſe, quod alii adminiſtratores feciſſent. *Cravet. conſil. 129. num. 17.* & tenetur ipſe, & ejus hæres uſque ad triginta annos reddere rationem. *Boer. dec. 59.* ¶ Præſumptiones multæ oſtendentes bona inventarizata fuiſſe pupillis reſtituta factis adultis ſcribuntur per *Afflict. deciſ. 13. num. 2.*

Cap. III. Quando fieri poſſit.

Redditio rationis ibi fit, ubi quis adminiſtravit, & adminiſtrator poteſt conveniri in loco ejus domicilii, ſi actor ſuis ſumptibus adferri faciat libros adminiſtrationis ad locum ipſum domicilii. *D. Sol. gloſſ. 4. ſuper decreto, quittationem. fol. 101.* ¶ Expenſis minoris redditio rationis fieri debet. *D. Sol. ibid. gl. 6. fol. 106.*

Cap. IV. Quando reddenda ratio.

Redditio rationis quomodo fieri debeat, & ordo, & forma libri tutelaris qualis eſſe debeat, & talis liber quam probationem faciat pro, & contra, & an poſſit partim acceptari, & partim impugnari; & multa alia de materia, *vide per D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gloſſ. 2. ſuper decreto, quittationem tit. de minoribus. fol. 97. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 209.* ¶ Ratio ſemel reddita non eſt reiteranda, ſi probe reddita ſit; alias ſecus, veluti ſi intervenerit dolus, vel error, & quando quittationes redditionis rationum reſcindantur non obſtante juramento, *vide D. Sol. in dd. ſuis comment. folio 102. Menoch. conſil. 22. libr. 1.* ¶ Finita tutela ratio reddi debet; ſed quibus modis tutela finiatur, *vide D. Sol. ibid. gloſſ. 2. ſuper decreto, quittationem. fol. 96. & ſupra titul. quando tutores eſſe deſinant.* & licet tutela finiatur pubertate; tamen tutor non liberatur, niſi petat

pupillo curatorem. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des enfans. Rub. 6. §. 4. gloſſ. 9.* ¶ Volens reddere rationes adulto poteſt petere curatorem dari, cui reddatur ratio. *l. 7. C. qui pet. tuto. vel curat.*

Cap. V. Qui teneantur reddere, vel non.

Teſtator diſponere directo non poteſt, quod tutor non teneatur reddere rationem; ſecus per indirectum legando tutori omne id, in quo ex cauſa redditionis rationum condemnabitur, *Ozaſch. deciſ. 75. num. 8.* nam tutor tenetur reddere rationem adminiſtratorum, non obſtante liberatione facta à teſtatore, quia illa liberatio ſolum operatur, ut non teneatur reddere rationem ita ſcrupuloſam; ſicut alias fuiſſet obligatus, *vide Cravet. conſil. 193. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. titul. de minorib. gloſſ. ſuper decreto quoniam fol. 95. Dec. conſil. 178. Menoch. conſ. 22. lib. 1. l. 18. Cod. de fideicomm. & l. 9. §. ſi hæres. ff. de liber. legat.* ¶ Sententia al quando extenditur ad id, de quo non loquitur: ideo ſententia, qua quis condemnatur ſimpliciter ad redditionem computi extenditur ad aliqua, de quibus apparuerit condemnatum eſſe debitorem in executione. *Afflict. deciſ. 157.* ideo rationem reddere duo continet. *ibid. num. fin.* nempe computum dare, & reliqua reſtituere. *Cravet. conſil 231.* ¶ Quilibet adminiſtraror tenetur rationem reddere etiam pater, ſi quid doloſe adminiſtraverit: *Cravet. conſil. 218. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 219. Dec. conſil. 178. vide infra tit. prox. ſeq.* ubi plenè de redditione rationum. ¶ Ad quid teneatur ille, qui tenetur rationem reddere. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 209.* ¶ Qui agit ad redditionem rationum agit ſecundum naturam illius actionis, nempe ubi ipſe agens invicem aliquid debeat adminiſtratori, compenſatio habeatur, & reliqua tantum reſtituantur. *Cravet. conſil. 231. num. 6.* ¶ Quando agitur ad redditionem rationum in proſecutione cauſæ, debent deduci certæ res adminiſtratæ, ut ſententia ferri poſſit. *Cravet. conſil. 231. num. 14.* ¶ Mater tutrix filiorum tenetur reddere rationem adminiſtrationis; ſecus in patre. *Guliel. de Lud. ſingul. 124.* imo quod etiam pater tutor teneatur, *ſcribit gloſſ. in l. fin. §. quem. ff. de ſentent. paſſ. & reſtit.* ſi quid doloſe adminiſtraverit. *Cravet. conſil. 218.* ¶ Tutor de bonis inventarizatis rationem reddere tenetur, & ſi allegat bona caſu periiſſe tenetur probare. *Cravet. conſil. 286. num. fin.* ¶ Idem de bonis per ipſum alienatis, & tenetur etiam docere de neceſſitate alienandi, & quid egerit de eorum pretio; alias poſſet in litem jurari contra eum, *Cravet. conſil. 286. in fine.* ¶ Tutor quando teneatur de omiſſis, & integre rationes reddere debet, cum redditio rationum ſit quid individuum. *Sol. gloſſ. 3. decret. quittationem. numer. 36.* ¶ Pupillus habet etiam obnoxia bona auctoris, quando intuitu ipſius pupilli fuiſſet conſtitutus actor; ſecus ſi inſtante tutore, vel curatore: quia habet actionem contra eos, & ubi non conſtat, quod ſit actor, & tamen adminiſtravit, tenetur rationem reddere de adminiſtratis. *Joſeph. Ludov deciſ. Peruſ. 4. & l. 1. §. ex officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrah.* habet locum in quolibet adminiſtratore, *ibid. num. 3.* ¶ Socius, qui idem ſit etiam tutor pupilli, ſi de mandato conſocii præmortui ſocietatem cum pupillo continuet, an ad compendium, vel potius ad rationem uſurarum teneatur rationem reddere, maximè poſt disdictam ſocietatem, *vide Hieron. Magon. deciſ. 1. Rot. Flor.* ¶ Rationem, qui tenetur reddere, tenetur me de ſingulis inſtruere, & reddere computationes. *Bartol. in l. 37. ff. de fideic. liber.* ¶ Pro tutoribus, & aliis obligatis rationem reddere, & de practica probandi corruptionem ſuppellectilium, *vide per Bartol. in l. 4. C. de Murileg. lib. 11.*

Vel non.

Adminiſtrator ſanguine conjunctus, non ita in redditione rationis excutitur, ſicut extraneus. *D. Sol. in ſuis comment. gloſſ. ſuper decreto, quoniam. num. 10. tit. de minoribus. Menoch. conſil. 22. vol. 1.* ¶ Tutor durante tutela non poteſt cogi ad rationem reddendam: poteſt tamen compelli ad quandam extrajudicialem redditionem rationum contutoribus faciendam. *Magon. dec. 74. num. 3. Rot. Flor.* ſecus in curatore furioſi. *Bart. in l. fin. §. inter. ff. de liber. legat.*

Cap. VI. Qui ſint effectus rationis, & libri.

Quam fidem faciant libri rationum ſcripti per tutores circa adminiſtrationem rerum pupillarium. *Cravet. conſil. 275.* ¶ Qualiter dicti libri ſcribi debeant, ut ſint admiſſibiles. *Cravet. conſil. 3. pro genero. num. 37. Afflict. deciſ. 350. Bart. in conſil. 150 volum. 1. num. fin.* ¶ De libro ſcripto per præpoſitum à tutore. *Menoch. conſil. 23. vol. 1.* ¶ Apochæ tutorum debitoribus datæ fidem faciunt contra pupillum, licet ipſe contra tutorem habeat regreſſum. *l. 47. tutelæ judicio. ff. de adminiſtr. & peric. tutor.* ¶ Tranſactio facta cum quibuſdam ex adminiſtratoribus, non patrocinatur cæteris, cum quibus non fuit tranſactum. *l. 1. C. de tranſact.* ¶ Filiis datur retentio dotis, donec fuerit reddita ratio tutelæ per matrem adminiſtratæ. *Rol. conſ. 17. vol. 4.*

Cap. VII. Quando remitti poſſit, vel non.

Adultus teſtamentum faciens, ſi remittat redditionem rationis olim tutori ſuo. non intelligitur rei remittere bona, quæ penes ipſum tutorem ſunt tantum *Lud. Rom. ſingul. 111.* ¶ In generali remiſſione non continentur doloſe facta; ſed tantum ſcrupuloſa inquiſitio, niſi illa etiam ſpecialiter ſit remiſſa. *l. 9. §. ſi hæres. ff. de liberat. legat.* ¶ Remiſſio reddendarum rationum ſe non extendit ad reliqua, nec ad dolum, minus ad peculium. *l. 122. de legat. 1.*

Cap. VIII. Quando valeat.

Si major factus à tutore erat damnificatus in centum, illa remittat pro quinquaginta. tenet remiſſio: idem in minore hoc cum juramento faciente. *Bart. in l. 40. §. ab eo. ff. de adminiſt. & peric. tut.*

Cap. IX. Inventarium qui facere teneatur, vel non.

Mater tutrix inventarium conficere tenetur etiamſi teſtator prohibuerit, quod ſi non fecerit quas pœnas incurrat, *vide Ozaſch. deciſ. 58. num. 19.* ¶ Tutor, ſeu alius adminiſtrator tenetur facere inventarium antequam adminiſtrationem accipiat, & librum rationum, & pecunias in emptione prædiorum, vel ad aliud lucrum implicare, & ſi hæc non obſervaverit contra eum juratur in litem. *Dec. conſil. 178. & conſil. 192.* ¶ Prædicta procedunt, quando tutor non fuit liberatus à teſtatore confectione inventarii, & redditione rationis: quia tunc licet teneatur reddere rationes, & de dolo, ſi aliquid doloſe egerit, tamen non tenetur propter negligentiam, veluti ſi non fecerit inventarium, & librum ut ſupra. & ſic hoc caſu propter dolum præſumptum commiſſum in omittendo, non defertur juramentum in litem. *Dec. ibidem.* ¶ Teſtator licet remiſerit confectionem inventarii tutori, Judex tamen ex cauſa cogat tutorem ad illud faciendum. *Bartol. in l. in confirmando. Cod. de confirm. tutor.* ¶ Tutor liberatus per teſtatorem à confeſſione inventarii, nihilominus ſimplicem bonorum pupillarium deſcriptionem facere tenetur, *vide conſilium inter deciſiones Pedem. 110.* & inventarium non conficiens, præſumptionem violentam præbet mali animi ad fraudandum. *Afflict. deciſ. 13. n. 17.* ¶ Tutores, & curatores tenentur inven-

inventarium facere, & quando eis eſſet remiſſa confectio, nihilominus tenentur facere librum. *Joſeph. Ludov. deciſ. 4. Peruſ. num. 6. Bartol. in l. fin. §. inter. ff. de liberat. legat.* ¶ Inventarium tutoris plenam prbationem facit contra tutorem. *Afflict. deciſ. 13.*

Cap. X. Quittatio. Qualis ſit, & valeat.

Generalis liberatio, ſive quittatio extenditur ad omnia, quæ adminiſtrationem reſpiciunt, ſuper qua tales liberationes fiunt. *Ozaſch. deciſ. Pedem. numer. 10.* ¶ De jure, ſi finita tutela ab adulto fiat liberatio, & quittatio adminiſtrationis cum juramento, valet liberatio, dummodo fraus non intervenerit. *Gulhel. de Ludoa. ſingul. 28.* ¶ Quittationes factæ per minores ſuis tutoribus ſine decreto, & præſentia Judicis, & duorum, vel trium cognatorum irritæ ſunt, & inanes, per decreti antiqui diſpoſitionem. *tit. de minorib. libr. 2.* & de ipſis quittationibus, & quando valeant, *vide D. Sol. in commment. in dd. antiq. conſtitut. Sabaudiæ. fol. 94. & 102.*

Cap. XI. Tutor: Quæ facere poſſit, vel non.

Mater tutrix recuperat expenſas factas in cauſa filii ſui pupilli, in qua ſuccubuit, dummodo calumnioſe, & temere non litigaverit. *vide Menoch. conſ. 145. vol. 2.* ¶ Si tutor in accuſatione falſi teſtamenti ſuccumbat, facit pupillum perdere hæreditatem, quæ applicatur fiſco: ſed tutor, vel curator tenetur erga pupillum actione tutelæ, ad ſatisfaciendum omne damnum paſſum ob talem accuſationem. *l. 2. Cod. de his, quibus ut indig. hæred. auſe.* ¶ Tutor illas expenſas repetit, quas in cauſa juſta fecit, & probabili. *Vincent. de Franc. deciſ. 394.* ¶ Quid de ſalario ſoluto alteri, an illud repetatur. *Papon. lib. 15. titul. 5. arreſt. 12.* ¶ Tutor ſi eſt creditor pupilli poteſt ſibi ipſi ſolvere abſque Judicis decreto de bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt. *Afflict. deciſ. 13. num. 14. vide ſupra titul. de adminiſtrat. tut. vel curat.* ideo tutor creditor adminiſtrans bona ſui pupilli, in pubio præſumitur ſibi ſolviſſe, *vide ibid. num. 16. & ſupra titul. de adminiſt. tutor. vel curat. Cravet. conſil. 129. num. 5.* ¶ Tutor licet non poſſit remittere debitum liquidum; tamen non liquidum poteſt. *Abb. conſ. 39. lib. 2.* ¶ Tutor poteſt retinere expenſas, quas fecit in conficiendo inventario, *Andr. de Yſernia, ſing. 5.*

Vel non.

Tutor allegatus ſuſpectus non repetit expenſas litis; in qua ex culpa ſua ſuccubuit; ſecus in expenſis factis in cauſa appellationis, in qua poſtea obtinuit. *Vincent. de Franc. deciſ. 341.* ¶ Tutor non legitime datus non poteſt adminiſtrationem deſerere, niſi alium faciat dari legitimè. *Bartol. in l. 40. ff. de adminiſtr. tutor. §. curator, vide eundem Bartol. in l. 41. ibid.* imo tutor nulliter datus, ſi non adminiſtraverit tutelam, non tenetur. *ibidem Bartol. conſil. 21. volum. 1.* ¶ Tutores ſimpliciter dati, qui non adminiſtrarunt, non poſſunt petere rationem ſibi reddi ab illo qui adminiſtravit propter parem poteſtatem. *Marc. de Mant ſing. 572.* ¶ Pupillus juſſus à teſtatore ſtante, & morari communiter cum Titio, non poterit repetere, quod fuit plus expenſum in familia Titii. *Bartol. conſ. 168.* ¶ Tutor gratuito remittere, nec donare poteſt. *Ozaſch. deciſ. 58. numer. 31.*

Habere poſſit,

Tutor, vel curator nihil conſequi poteſt præter expenſas, niſi ſalarium illi eſſet conſtitutum à Judice. *Guid. Pap. quæſt. 68.* quod quandoque fieri poteſt ſecundum *Bartol. in l. 1. §. mandatum. ff. mandati, & in l. 9. ff. de tutel.* ¶ Tutor ratione officii debet habere ſumptus factos extra domum ſuam. *Bart. in §. 1. inſtit. de tut.*

Cap. XII. Ad quæ teneatur, vel non.

Tutor, qui dedit pecunias pupillares ad ſocietatem officii, tenetur de amiſſione dictarum pecuniarum caſu perditarum. *Joſeph. Ludoa. deciſ. Peruſ. 67.* ſed quid, ſi tutor dederit pecunias ad campſorem an teneatur, ſi pecuniæ fuerint deperditæ, *Joſeph. d. deciſ. 67. num. 30.* ¶ An teneatur reddendo rationem tutor conſignare pupillo res deſcriptas in inventario, *vide Bartol. conſil. 239. volum. 1.* ¶ Tutor debitor pupilli ex mala adminiſtratione, quando poſſit pro pupillo conveniri, *Bartol. in l. 1. Cod. quando fiſcus, vel privatus.* ¶ Tutor quando conveniatur ex perſona alterius, *Bartol. in l. 3. C. de probation.* ¶ Si notarius qui inventarium ſcripſerat, minorem æſtimationem rerum fecerit, & ſecundum illam fidejuſſores receperit, tenetur minori actione in factum. *l. fin. C. de Magiſt. convenien.* ¶ Quatenus unus ex tutoribus eſt liberatus facto pupilli; eatenus alter ejus nomine conveniri non poteſt. *l. 46. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* ¶ Tutor pupillum ſpolians qualiter puniatur, & quid de curatore. *Afflict. deciſ. 403. num. 20.* ¶ Ex officio tutelæ, vel curæ geſtæ per filium pater non obligatur, niſi peculio tenus, & de in rem verſo vel niſi hujusmodi tutela ex decurionatu (in quo pater conſenſerit) ſumpſerit officium, quia tunc tenetur inſolidum. *l. 1. C. quod cum eo.* ¶ Pater quando teneatur pro filio ſuo totore, *vide gloſſ. ibidem.* quod teneatur, ſi conſenſerit, habetur *in l. 7. ff. de tutel.* ¶ Tutori periculoſum eſt contrahere officio depoſito antequam rationem reddiderit. *gloſſ. in l. unica. C. rem alien. gerent. non interd.* ¶ Patruus, frater, idemque tutor, ſi negotiatur etiam de pecunia pupillari. an ad pupillum pertineat pars lucri vel ſimpliciter intereſſe, & ſi ſit tutor, vel curator, & negotiator, an minor debeat habere partem lucri, *Bartol. in l. 48. §. ulterò. ff. de adminiſtrat. & peric. tut.* ¶ Pupillus tenetur ex culpa tutoris quatenus factus eſt locupletior, & etiam ultra, ſi tutor eſt ſolvendo; ſed liberatur cedendo actionem. *l. fin. ff. eod.* ¶ Tutor à pupillo tutelæ actione conventus, ſumptus in alimentis, ac diſciplinis ejus factos, ab eo ſecundum vires facultatis ſuæ ſibi poterit imputare, non ultra etiamſi immoderata taxatio fuerit facta per Judicem vel teſtatorem. *l. 2. ff. ubi pupil. educ. vel mora. debe. & ibid. per totum tit.* ¶ Tutor tenetur erga pupillum, ad expenſas paſſas per ipſum pupillum, temeritate ipſius tutoris adminiſtrantis. *l. 80. §. etiam de leg. 2.* ¶ Licet tutor habeat adminiſtrationem rerum pupilli: ſi tamen ſurripiat rem pupilli, tenetur actione furti, & tutelæ. *l. 33. ff. de furtis.* ¶ Tutoris bona præſentia, & futura etiam ſine ſolemnibus adminiſtrantis in teſtamento dati ſunt tacite hypothecata pupillis. *Capic. deciſ. 19.* idem in quovis alio tutore, vel curatore. *Bart. ſing. 72.* ¶ Tutor tenens pecuniam pupilli otioſam, & illam non ponens ad honeſtum lucrum, tenetur pupillo ad intereſſe. *Gram. deciſ. 103. num. 2.* de uſuris pupillaribus, *vide ſupra lib. 1. tit. de uſu. pupil. Joſeph. & Ludov. deciſ. Peruſ. 4.* ¶ Tutor tenetur pupillo ad ea, in quibus ob ejus negligentiam pupillus damnificatus eſt. *Gram. num. 23.* ¶ Statutum quod tutor pecuniam pupillarem convertit in uſus ſuos, hoc ipſo videtur in mora, & incipit teneri ad intereſſe. *l. 1. §. Papinianus ff. de uſuris.* ¶ Tutela abſentis finita, tenetur tutor reſtituere bona proximioribus: quia longa abſentia æquiparatur morti. *Boer. deciſ. 88.* ¶ Tutrix creata mater ſine redditione rationis, ad quid teneatur, *vide Boer. deciſ. 124. num. 8.* ¶ Tutela durante aliquando inter tutores excutiuntur rationes, quando alter ipſorum inſolidum gerit. *D. Sol. in decret. quittation. fol. 102.* regulariter contra. *l. penult. Cod. de ſuſpect. tut. & l. 20. ff. de adminiſt. & peric. tut. vel curat.* ¶ Tutori dicenti ſe librum rationum tutelæ amiſiſſe, non creditur

etiamſi juraverit; ſed aliis probationibus manifeſtus probare tenetur: idem in ejus hærede reddente rationem. *Menoch. conſil. 353. libr. 4.* ¶ Si finito officio tutor perſeveret in adminiſtratione, tenetur, & ex ejus contractu utilis actio domino quæritur. *l. penult. C. quando ex facto tutoris.* ¶ Mater emens nomine proprio de pecuniis propriis ſibi acquirit, & pro debitis ſolutis pro filiis ex propria pecunia habet actionem: ſed ſi habeat apud ſe pecunias pupillares, tenetur eas in emptiones prædiorum collocare. *Boer. conſil. 3.* ¶ Tutor judicio tutelæ tenetur de dolo, lata culpa, & levi: fallit, ſi conveniatur ratione pecuniæ amiſſæ, & non quæſitæ, in qua venit dolus, & lata culpa tantum. *Alviſ. de Albe. ſingul. 70.* ¶ Tutores plures, ſive unus, ſive omnes adminiſtrent, inſolidum tenentur, niſi facta diviſione à teſtatore, vel à Judice. *Magon. d. deciſ. 74. & ſupra in duobus titul. proxi. præced.* ¶ Adminiſtrator, & ejus hæredes tenentur de neglectis, & omiſſis, & ad debita non exacta, ſi debitor effectus eſt non ſolvendo tempore ejus adminiſtrationis. *Borg. Caval. deciſ. 9. de contract.* tutor enim recte datus tenetur etiam de negligentia. *l. 6. C. de teſtament. tutel.* ¶ Hæres adminiſtratoris tenetur ſolvere debita contenta in libro rationis, ſi talis liber non eſt bene ordinatus, & non facit fidem. *Borg. ibidem.* ¶ Tutor non tenetur ad intereſſe pecuniæ debitæ per debitores effectos non ſolvendo durante tutela, vel præſcriptæ: ſed ſolum ipſas pecunias; ſecus ſi eſſent debitores ſolvendo. *Papon. lib. 15. titul. 5. arreſt. 13.* ¶ Tutor datus cauſa notitiæ tenetur, ſicut alius. *l. 32. idem ff. de teſt. tut.* ¶ Si debitoris nomina efficiantur deteriora, periculum pertinet ad adminiſtratorem culpabiliter exigere differentem. *leg. 35. ff. ſi cert. pet. vide ſupra titul. de peric. tut. & curat. & in tit. C. eod.* ¶ Patruus tutor negotiatus de pecunia communi tenetur communicare nepotibus lucra facta in ipſa negotiatione. *Cravet. conſil. 286.* ¶ Tutor tenetur de ſuo reſarcire pupillo, ſi poſt Calendas Novembris dedit bibere vinum verus familiæ ipſius pupilli, cum erogatio vini veteris eſſet damnoſa. *Bartol. in l. 10. C. de eroga. milit. ann. lib. 12.* ¶ Tutor, qui geſſit tenetur actione directa, non gerens actione utili, & tutelæ actio directa oritur ex quaſi contractu celebrato gerendo. *Bartol in l. 5. § geſſiſſe. ff. de adminiſtrat. & peric. tut. fact. §. tutores, inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. vide l. 4. §. tutelæ. ff. de action. & obligat.* ¶ Donec plures gerunt ex officio publico tenentur inſolidum: ſecus cum incipiant gerere ex privato. *l. 32. ff. eod.* ¶ Tutores, & Magiſtratus quo ordine ſint conveniendi, *gloſſ. 1. in l. 1. C. de Magiſtrat. convent.* ¶ Si finito officio tutor perſeverat in adminiſtratione tenetur, & ex ejus contractu utilis actio dominio quæritur. *l. penult. C. quando ex facto tutoris.* ¶ Tutor durante tutela accuſatur de ſuſpecto, & ea finita convenitur tutelæ judicio *l. 1. C. de ſuſpect. tutor.* ¶ Periculum curæ neglectæ ſpectat ad curatores. *l. 2. C. de ſuſpect. tut.* ¶ Actione pro tutelæ non tenetur qui non eſt tutor, neque eſſe poteſt, de qua actione, *vide per tot. titul. C. de eo, qui pro tutore* ¶ Tutor matri pupilli, vel avo adminiſtrationem committens officio finito convenitur, ipſe ab eis conſervabitur indemnis. *leg. 2. C. ſi mater indemnitatem promiſ.* ¶ Cum unus ex pluribus tutoribus (quia cæteri non erant ſolvendo) convenitur eo poſtulante omnes ad eundem Judicem remittuntur. *l. fin. ff. de quib. reb. ad eund. judic. eat.* ¶ Quando mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonii, nondum datis rationibus ſuæ adminiſtrationis ad ſecunda vota convolat, ſecundus maritus pro uxore tenetur, & ejus bona liberis primi matrimonii tacite obligantur. *Andr. Gail obſervat. 90. libr. 2. Guliel. de Ludov. ſingul. 124. l. 6. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah. & l. 6. ff. de adminiſt. tut. & curat.* *Marant. in ſuo Specul. part. 6. ca. & poſt omnia. num. 33. fol. 540.* ¶ Mater agens communi dividendo contra filium pro rebus particularibus ſibi relictis, ſeu pro parte ipſorum, poteſt conveniri eodem judicio de adminiſtrata tutela, niſi aliter reſcripto Principis mandetur. *Cravet. conſil. 79.*

Vel non.

Hæredes tutoris non tenentur ex levi culpa defuncti niſi tribus in caſibus, *de quibus tit. C. de hæred. tutor. vel curat.* ¶ Quando non conſtat matrem adminiſtraſſe uti tutricem, talis adminiſtratio non impedit executionem inſtrumenti dotalis; ſed quando dicatur conſtare adminiſtraſſe uti tutricem, *vide Jacob. Put. deciſ. 146 libr. 1.* ¶ Propter augmentum facultatum tutori curator ſolet adjungi: tutor tamen non tenetur de geſtis à contutore exiſtente ſolvendo tempore finitæ tutelæ. *l. fin. C. in quibus cauſis.* ¶ Tutor conventus, ut rationem reddat ſuæ adminiſtrationis antequam reddita ſit ratio ad integrum, non poteſt condemnari ad certam ſummam. *Cravet. conſ. 275. num. 13. vide Petr. de Benint. deciſ. 90.* ¶ Curator datus teſtamento, ſi ante confirmationem non adminiſtraverit, non tenetur de negligentia, ſi adultus non petierit ipſum confirmari, ſed quid, ſi fuerit datus in teſtamento minus ſolemni, *vide Capel Thol. quæſt. 270.* ¶ Tutor vel curator pecunia pupilli hodie non tenetur fœnerari, & ſi fœneratur, cujus lucrum, *vide Bart. in §. quoniam Authent. ut ii, qui obligatas habere*, ſed ſi tutor, vel curator non negotiatur cum pecunia minoris, ad quid teneatur, *ibid. num. 6.* ¶ Tutor non legitimè datus non cogitur adminiſtrare: ſponte tamen adminiſtrans tenetur actione negot. geſt. & non tutelæ. *l. 1. C. de teſtament. tutel.* ¶ Tutor à pupillo, & curator ab adoleſcente ante tutelam, vel curam finitam non veniuntur: aliter tamen diſpoſitum eſt in curatore furioſi; ſed quare, *vide Petr. Roy. deciſ. 4. Litua. num. 412. in deciſ. diverſ. Tom. 2. & l. 13. ff. de adminiſt. & peric. tutor.*

Cap. XIII. Qui excuſetur: liberetur, & à quibus.

Tutor, vel curator alienans rem, ſicut æſtimata erat auctoritate publica, excuſatur, licet plus valeat. *gloſſ. penult. in addit. ibid.* ¶ Tutor vendens prædium minoris ultra æs alienum vergens, dicitur ſine cauſa alienare: tamen ex quibus cauſis excuſetur à dolo, & culpa, *vide Menoch. conſ. 114. lib. 3. & conſ. 387. lib. 4.* ¶ Quid ſi pupillus factus major ratum habuerit, *ibid.* ¶ Tutores excuſantur, ſi cauſam pupilli non peragunt, ubi illa plus damni, quam lucri habet, & inventarium non debet fieri, cum impenſa rerum valorem excedit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 72.* ¶ Si teſtator liberet curatores, non videtur relicta liberatio doli; vel reliquorum. *leg. 21. §. Cajus. de lib. leg. vide de materia in tit. ff. rem pupil. ſal. fo.*

Cap. XIV. Actio cui, & contra quem competat.

Actio per adultum quomodo proponenda, ne videatur librum tutoris approbare, calculatores, arbitri à quibus eligantur, & quomodo credatur eorum calculationi, & relationi, *vide D. Sol. ibid. gloſſ. 3. ſuper ipſo decreto, quitationem. num. 29.* ¶ De hac actione pro tutelæ, & quæ competit pupillo finita tutela contra tutorem, vel procuratorem pro adminiſtratis, *vide per Joan. Criſp. de Montibus in ſuo tract. termin. actio poſt volumen. Jaſ. de act. num. 28. & 153.* & de huic contraria, quæ competit tutori, vel procutori contra pupillum reſpectu impenſarum factarum circa ipſum pupillum, vel ejus bona, *vide ibid. num. 29. & de actionibus diſtrahendis principaliter, ibid. num. 169.* ¶ De eo, quod quis gerit antequam naſcatur poſthumus, tenetur actione negot. geſt. ſi vero poſt eum natum gerat, in actione tutelæ

devol

devolvitur. *l. 19. §. teſtamento. de teſtament. tutel.* ¶ Pupillus quando poſſit agere contra tutorem durante tutela, quid in curatore, *vide Bartol. in §. inter tutorem, inſtitutio. de auctoritat. tutor.* ¶ Etiam ei, qui pro tutore negotia geſſit, contrarium judicium compeuit, ſi aliquid de ſuo impendit. *l. fin ff. de eo, qui pro tutore.* ¶ Si pupillus ſolverit expenſas reſpectu litis indebite motæ per tutorem, vel curatorem, habet tria remedia contra ipſos pro recuperatione illarum expenſarum. *Capel. Tholoſ. quaſt. 40. in addition.* ¶ Per actionem propoſitam contra tutorem, non tollitur actio contra curatores, niſi quatenus eſt exactum. *l. 40. §. adoleſcens. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. vel curat.* ¶ Licet uni ſit relicta liberatio reddendarum rationum, nihilominus pupillus poteſt convenire alium ex perſona illius, cui erat relicta liberatio, ſi eum ſuſpectum facere neglexit. *l. 42. ff. eod.* ¶ Debitum ex alia cauſa devolvitur in actione tutelæ. *l. quinta. §. debitor. ff. de adminiſtrat. & peric. tuto.* ¶ Si tutor permittat expirare actionem temporalem quam pupillus contra ipſum habet, efficitur perpetua actio tutelæ: quia à ſe exigere debuerat tutor, ſicut ab aliis. *l. 10. §. ſi temporali. ff. eod.* ¶ Cum curatore, vel procuratore etiam mandante adminiſtrationem agi poteſt. *l. 27. ff. de admin. & perie. tut.* ¶ Poteſt prius agere minor cum tutore de geſtis per eum, quam cum contrahente, & econtra. *l. 47. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Fidejuſſores à pupillo conventi habent eaſdem repuationes contra pupillum, quas habent tutores. *l. 4. §. fin. ff. de fidejuſſ. & nomin. & hæred. tutor.* ¶ In reddenda ratione ſufficit contra tutorem probare, quod fructus bona fide percipi potuerunt, licet percepti per eum non probentur. *l. 33. §. Modeſtinus. ff de judic. tut. & curat.* ¶ Tutela ratione naturali introducta eſt, qua finita redditur ratio adminiſtrationis, & qualiter differant actio tutelæ, & actio de rationibus diſtrahendis, *vide gloſſ. in §. fin. inſtit. de Attil. tutor.* ¶ Actio tutelæ eſt bonæ fidei. *§. actionum autem, inſtit. de action.* ¶ Condemnatus actione tutelæ directa efficitur infamis *§. ex quibuſdam inſtit. de pœn. temer. litig.* ¶ Si propter negligentiam tutoris pupillus non ſentit damnum: ſed ſentire incipiat, hæres ejus, incipit hæredi competere actio tutelæ, quæ nunquam competit pupillo defuncto, vel aliam facto puberi. *l. reperitur. ff. ad leg. falcid.* ¶ Ubi pignus cœpit à prædeceſſore minoris, contra venditionem, minori non datur reſtitutio: ſed contra venditorem minor agit, ſi fraudem commiſit, & etiam contra tutorem, vel curatorem, qui venundari paſſus fuit. *l. 2. C. ſi adverſus venditionem pign.* ¶ Quæ probanda ſint per pupillum contra tutorem agentem, quod non poſuerit omnes res in inventario. *Bart. in conſil. 150. vol. 1.* ¶ Fructus de bonis pupilli, qui dicantur recollecti, & quomodo pupillus probet, *vide Bartol. ibidem.* ¶ Tutor conventus à pupillo ob negligentiam debiti non exacti, habet actionem tutelæ contrariam contra pupillum, ut ſibi cedantur actiones contra debitorem. *leg. 95. §. ſi mandato. ff. de ſolution. & liberat.* ¶ Reſtituta actione tutelæ, non reſtituitur contraria. *l. 29. ff. de minoribus.*

Cap. XV. De juramento in litem.

Juramentum in litem contra tutorem non exhibentem inventarium, & librum rationum locum habet, etiam contra matrem; tamen excuſat ab eo juramento qualitas tutorum. *vide D. Sol in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ, gloſſ. 3. ſuper decreto. quittationem. tit. de minoribus. num. 42.* ¶ Excuſatur etiam tutor ab ipſo juramento quando fuit à teſtatore liberatus. *Dec. conſil. 178.* ſed quomodo deferatur tale juramentum adulto, cum veriſimiliter attenta ejus pupillari ætate certus eſſe nequeat quantitatis ejus patrimonii. *vide D. Sol. ibid. num. fin.*

Cap. XVI. Quando jurari poſſit in litem.

Contra tutorem etiam propter culpam juratur in litem, contra vero tutoris hæredem propter dolum, & latam culpam tantum, niſi lis fuiſſet conteſtata cum tutore defuncto: quia tunc contra ejus hæredes juratur propter levem culpam. *l. 4. & tot. titul. C. de in lit. jurand.* nam in actione tutelæ, quia eſt bonæ fidei juratur in litem, *l. 8. ff. de in lit. jurand.* ¶ De juramento in litem dando propter non confectum inventarium in tutela adminiſtrata, *vide Afflict. deciſ. 360.* & juramentum hoc, quando deferatur contra tutorem. *Bartol. conſil. 149. & 158.* ¶ Tutor, qui librum rationum non confecit, & ſuggerit parti juramentum in litem, in dolo eſſe præſumitur. *ibid. num. 2.* ¶ Tutor in duplo puniendus eſt rei non deſcriptæ in inventario, poteſtque contra eum jurari in litem. *Mynſing. obſerv. 39. cent. 6. Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des enfans. Rub. 6. § 6. gloſſ. penult. in fine.* ¶ Jurari in litem contra matrem poteſt, quæ inventarium non confecit, & tunc in dolo eſſe præſumitur, nec non, & res pupillares diſtraxiſſe. *Ozaſch. deciſ. 58. num. 20.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Privilegium pupilli in actione tutelæ ad hæredes proprios illius non tranſit. *Bartol. in l. unica. C. de privileg. dot. & in leg. 67. §. ſi puellæ. ff. de rit. nupt.* quod tamen tranſeat ad ſuos hæredes, *ſcribit idem Bartol. in l. 4. ff. de privileg. credit.* ¶ An cenſeatur facta compenſatio inter tutorem creditorem, vel debitorem, & pupillos. *Afflict. d. deciſ. 13.* ¶ Inſtrumenta, & jura pupillaria reſtituenda ſunt pupillo per tutorem, liberque ipſe adminiſtrationis. *D. Sol. ibid. gloſſ. 2. ſuper decreto, quittationem fol. 96. num. 39. & 40. Bartol. in l. 13. ff. de manumiſ. teſta.* ¶ Per receptionem uſurarum pupillus non perdit privilegium. *l. 45. ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor. vel curat.* ¶ Bona mobilia in inventario tutoris contenta an poſſint uſucapi per ejus hæredem. *Afflict. deciſ. 13. num. 7.* ¶ Libellus in actione tutelæ, qualiter debeat formari, *Bart. in l. 1. C. ſi adverſus rem judic.*

TITULUS CCCCXC.

De redditione rationum omnium adminiſtratorum, rerum alienarum.

Cap. I. Ratio, liber: Qualis ſit.

Redditio rationis eſt de jure divino. *Rot. deciſ. 165.* & reddere rationem eſt quid individuum. *ibid. n. 8.* ¶ Hæc verba, rationem reddere quatuor continent, nempe codices edi, calculum poni, reliqua reddi, culpam purgare ſolutione ejus, quod debetur. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 73. vide Raud. tractat. de Analog. cap. 6. libr. 1. num. 25. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 3. ſuper 1. part. decreti, quittationem titul. de minorib. n. 41. Dec. conſil. 110. Natt. conſil. 133. Rol. conſ. 49. vol. 1. Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des enfans. Rub. 6. §. 6. gloſſ. 5. Rot. Genuenſ. deciſ. 117. 163. 164. 165. & 191.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Liberatio propter rationes redditas data, non extenditur ultra contenta, & deducta in ipſis rationibus, etiam ſi eſſet facta generaliter. *Gomez. Leo. deciſ. 78. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ De hac liberatione, *vide per Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des enfans. §. 6. gloſſ. 1. num. 20.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Particulares poſſunt intervenire, in redditione rationum, quæ exiguntur ab his, qui tractarunt pecunias publicas, pro ſuo publico intereſſe. *Nati. conſil. 259.* ¶ In libris rationum debent omnia ſigillatim clarè, & ſpecificè deſcribi tam in receptis, quam in impoſitis,

debent enim nominatim continere receptum, cui datum, & quantum, ex qua cauſa, & qua die. *Cabal. milleloq. 73.* ¶ Scripturæ continentes rationes, ut admittantur, quæ requirantur. *Rot. Genuenſ. deciſ. 96.* ¶ Contra omittentem aliquid deſcribere in libro rationum, præſumitur dolus, & deceptio. *Dec. conſ. 11. n. 9.*

Cap. IV. Quando probetur, & qua probentur.

Ratio illegitimè, & improbè reddita probatur ex inſpectione librorum inordinatorum, & confuſorum. *D. Sol. decreto, quietationem gloſſ. 5. num. 12. & 13.* ¶ Item ex infideli deſcriptione, ex admiſſione rationum inadmiſſibilium, ex brevitate temporis, non viſis omnibus libris rationum, ſi ſequutus fuit minor aſſertionem tutoris, ſi non ſit ſervata forma ſtatuti continentis clauſulam annullativam. *D. Sol. ibid. num. 14. & Rol. conſil. 49. volum. 1.* ¶ Rationes veræ in parte, & in parte falſæ, reſpectu verarum validæ, & è contrario, & facienda eſt ſeparatio. *Rot. Avenio. deciſ. 53. in deciſio. diverſ. Tom. 3.*

Cap. V. Quando fieri, & reddi debeat, vel non.

Remiſſio, & liberatio à reddenda ratione adminiſtrationis, & reliquorum fieri poteſt ab eo, cujus negotia geruntur, vel geſta ſunt, ſed ex quibus cenſeatur facta hæc liberatio in fratre adminiſtrante bona alterius fratris. *Auguſt. Beron. quaeſt. 21.* ¶ Idem eſt in adminiſtratione futura, quæ ad dolum non extenditur. *ibid. numer. 2.* ¶ Adminiſtrationis ratio ibi danda eſt, ubi ipſa adminiſtratio facta eſt, unde habet locum remiſſio ad eum locum. *Gomez. Leo. deciſ. 69. in deciſ. diverſo. Tom. 2. Rot. Genuenſ. deciſ. 98.* ¶ Creditores alicujus non habent actionem petendi redditionem rationis ab adminiſtratore ejuſdem. *ead. deciſ. 98.* ¶ Redditio rationum quomodo fieri debeat, & multa alia de materia, *vide per D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 3. ſuper 1. part. decreti, quittationem titul. de minoribus fol. 97. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 209. Dec. conſil. 110.*

Reddi debeat, vel non.

Ubi conſtat aliquid omiſſum, & non ſcripta omnia eſſe, præſumitur contra adminiſtratorem, quod rationem non legitimè reddiderit. *Rot. Genuenſ. deciſ. 173. num. 15.* ¶ Ratio ſemel reddita non eſt reiteranda, ſi probè reddita ſit: alias ſecus, veluti ſi error intervenerit, vel dolus, tunc enim quittationes redditionum rationum reſcinduntur, non obſtante juramento, *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 5. ſuper ipſo decreto, quittationem fol. 102. Dec. conſil. 110. vide Natt. conſil. 39. & 40. Roland. conſ. 49. volum. 1. Rota Genuenſ. deciſ. 81. 98. & 165.* ¶ Ratio adminiſtrationis pecuniæ datæ ad tranſſigandum reddi debet, ſolum in fine anni. *Ludov. Roman. ſing. 121.*

Cap. VI. Qui teneatur reddere rationem.

Interpellatus non reddens rationem tenetur ad in interesse, ſed abſque interpellatione non tenetur. *Rot. Genuenſ. deciſ. 163.* niſi certo tempore ad ipſam reddendam eſſet obligatus. *ibid. deciſ. 164. num. 7* ¶ Obligatus ad reddendam rationem debet ſaltem ſummam, quam penes ſe habet certam ſolvere: alias tenetur ad intereſſe. *ead. Rot. deciſ. 164.* ¶ Etiam hæredes eorum, qui adminiſtrarunt aliquid, tenentur ad reddendam rationem. *Ven. deciſ. 157. num. 2. Rot. Genuenſ. deciſ. 27. 53. & 59.* ¶ Amicus in adminiſtratorem electus, tenetur quidem adminiſtrationis ſuæ reddere rationem; ſed ut ſolitus eſt de rebus ſuis; adeo ut ſi librum de rebus ſuis non faciat, non teneatur etiam in adminiſtratione rei alterius. *Jacob. Put. deciſ. 324. lib. 3.* ¶ Procurator ad negotia, & ejus hæres tenetur redddere rationem; ſicut quilibet alius adminiſtrator. *Mago. deciſ. 42. Rot. Flor.* ¶ Hæres adminiſtratoris, & tutoris tenetur reddere adminiſtrationis rationem, & exhibere libros, nec ſtatur ejus juramento, de illis non repertis in hæreditate, quando præſumptio violenta eſt contra eum, non feciſſe inventarium, aut promiſiſſet reſtituere omnes libros, vel eſſet condemnatus ad omnes libros exhibendos. *Borgn. Caval. deciſ. 9. de contract.* ¶ Obligans ſe ad reddendas rationes ſuæ adminiſtrationis ubique, tenetur illas reddere in loco domicilii creditoris etiam extra Regnum commorantis, & hoc verum quoad ſimplicem redditionem rationum; ſecus ſi ſuper his contingeret litigare. *Joan. Pap. libr. 15. titul. 7. arreſt. 59.* ¶ Rationes, qui reddere tenetur, quo loco eas reddere teneatur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 468.* ¶ Tutor, procurator, curator, & alii hujuſmodi finito officio ſponte redditionem rationis offerre tenentur, & eorum hæredes juvantur præſcriptionem annorum 30. *idem D. Sol. d. gloſſ. 2. num. 6. vide ſupra. titul. prox. praeced.* alii autem adminiſtratores ſat eſt, quod rationem reddant, dum interpellantur. *idem ibid in fine.* ¶ Qui teneantur rationes reddere, & quid in reddendis rationibus obſervandum. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 209. Rol. 49. vol. 1.* ¶ Frater major natu debet reddere rationem adminiſtrationis hæreditatis indiviſæ. *Dec. conſil. 255. Petr. & Genu. ſingul. 84.* ¶ Promittens tenere bonum computum, & reddere bonam rationem adminiſtrationis, tenetur etiam de leviſſima culpa. *Dec. conſil. 274. num. 4.* ¶ Filiusfam. qui vivo patre adminiſtravit, tenetur poſt mortem patris reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, & ſolvere intereſſe ob non executum ordinem acceptatum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 24. & deciſ. 81.* ¶ Ille, ad quem bona alterius pervenerunt, tenetur reddere rationem de adminiſtratis. *Rot. Genuenſ. deciſ. 43.* ¶ Qui curam ſuſcepit tenendi rationem de aliqua re, vel negotio tenetur de ea, vel de eo, rationem reddere. *ead. Rot. deciſ. 58.* quia promittens tenere rationem de re aliqua tenetur, ut adminiſtrator, *ibid. d. deciſ. 38.* ¶ Adminiſtrans negotia aliena debet reddere rationem, & res ſuæ adminiſtrationis, eique incumbit onus probandi id, quod in adminiſtratione geſtum eſt, propterea debet ſcribere, & oſtendere libros rationum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 117. & deciſ. 163.* ¶ Agens negotium alterius tenetur rationem reddere, nec dominium in dubio revocare poteſt. *Rot. Genuenſ. deciſ. 149.* ¶ Gerens negotia aliena tenetur rationem reddere, non obſtante præſcriptione 30. annorum, quod procedit etiam in hærede gerentis, conceſſa tamen primo reſtitutione in integrum. *ead. Rot. dec. 203.* nam ratio adminiſtrationis bonorum intra 30 annos, & ultra reddi debet. *Borg. deciſ. 32. n. 17. part. 2.* ¶ Obligatus reddere rationem de negotio ſibi commiſſo, non dicitur reddere per præſentationem calculi, ſeu computi alieni, cum in his intelligatur electa induſtria perſonæ. *Rot. Genuenſ. deciſ. 209.*

Cap. VII. Qui teneatur facere librum, & edere.

Conſanguinei ac miniſtratores non ſunt aſtringendi ad minutam ſpecificationem: tenetur tamen librum rationum facere, & rationem reddere tenentur omnes, quibus alias eſſet prælegata liberatio rationum reddendarum: verum operatur tale legatum, quod ſcrupuloſa probatio non exigatur. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 73.* ¶ Omnes adminiſtratores, & negotiatores alienarum rerum tenentur librum rationem facere: alias contra ipſos adminiſtratores juratur in litem. *Paul. Æmil. deciſ. 157. part. 2. Gaſp. Cabal. milleloq. 73.* fallit, ſi utilius eſſet ei, cujus res adminiſtrantur, librum rationem non confici. *Cabal. ibid. milleloq. 73.* etiam tenentur ratio-

rationem reddere. *Aug. Bero. quaſt. 15.* reliqua ſolvere. *Rot. Gennen. deciſ. 27: 53. 59. 81. 98. 163. 164. & 187.*

Edere.

Adminiſtrator tenetur edere librum adminiſtrationis. *Vera. deciſ. 157. num. 3.* ¶ Ad reddendam rationem ſoglacia non admittuntur; ſed exhibendi ſunt libri. *Rot.*

Cap. VIII. Qui, & de quibus teneantur.

Commiſſarius hæreditatis differens reddere computa de bonis adminiſtratis, quid juris. *Joan. Papon. lib. 15. tit. 8. arreſt. 4.* ¶ Adminiſtrator omnis (tutore excepto) ante finem officii conveniri poteſt, *D. Sol. gloſſ. 2. ſuper 1. part. decreti, quittationem etenl. de minorib. fol. 96. & Pet. Gerar. ſing. 34.* ¶ Etiam liberatus à rationum reddtione conveniri adhuc poteſt, ut reſtituat reliquatum. *Menoch. de Arbitr, lib. 2. caſ. 208. num. 25.* ¶ Adminiſtratores tenentur inſolidum erga participem. *Rot. Genuen. deciſ. 59.* ¶ Obligatus ad reddendam rationem tenetur probare, quæ in illis libris ſcripſit ſe geſſiſſe, vel impendiſſe vera eſſe, ſicut in rationario ſcripta ſunt, ſi in dubio revocentur; *Cabal. Milleloq. 73.* ¶ Adminiſtrator, & eius hæres tenentur de neglectis, & omiſſis, & ad debita non exacta, ſi debitores ſunt effecti non ſolvendo tempore adminiſtrationis, *Borg. deciſion. 9.* nam adminiſtrator, qui non exigit debita non fallita, ſi ſua negligentia efficiantur poſtea ſallita, & inexigibilia tenetur de ſuo reſarcire, & aſſerenti eſſe exigibilia in principio incumbit onus probandi. *Borgn. deciſion. 13. de contract. num. 10.* ¶ Obligatur reddere rationem infra certum terminum quid debeat facere, ut non incidat in pœnam, *Maran. in ſuo Spec. part, 4. diſtinct. 9. judic. num. 143.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Licet rationibus credatur ubi minutæ ſunt expenſæ, tamen hoc non procedit, ubi ſimul junctæ facerent magnam quantitatem. *Rot. Aven. deciſ. 52. in deciſ. diverſo Tom. 3.* ¶ Adminiſtrator poteſt compenſare impenſas, vel pro eis agere principaliter. *Rot. Genuen. deciſion. 191.* ¶ Datur duplex actio contra eum, qui tenetur rationem reddere; quia poteſt pro certa quantitate ſolvenda conveniri: item ad reddendam ipſam rationem, & ſolvendum reliquatum. *Rot. Gen. deciſ. 202.*

TITULUS CCCCXCI.

De verborum obligationibus.

Cap. I. Stipulatio, obligatio: Qua dicatur.

Stipulatio an habeatur pro appoſita, vel apponi poſſit, à notario in inſtrumento. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 223.* ¶ Promiſſio per teſtes probata, an ſit ſtipulatio vel pactum nudum, *Afflict. deciſ. 120.* ¶ Stipulatio eſt contractus ſecundum textum: ſed improprie ſecundum, *gloſſ. in l. unic. C. ut actio. ab bared. & contra bared.* ¶ Si plures res copulatæ in ſtipulatum deducantur, cenſentur eſſe tot ſtipulationes, quot res, *§. quoties. inſtit. de verb. oblig.* ¶ Verbum, promitto (præſertim in inſtrumentis ſcriptum) importat ſtipulationem, *§. ſi ſcriptum, inſtit. de inutil. ſtipul. Ozaſ. deciſ. Pedemon. 108. num. 8. Afflict. deciſ. 120. Bartol. in l. 154. idem. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de dot. promiſſ. & nud. pollicita. limita, ut per Ozaſc. deciſ. 98. num. 13.* ¶ Verbum, promiſit, imperſonaliter coram notario, & Judice, cenſetur prolatum pro habentibus intereſſe, *Magon. deciſ. 39. Rot. Flor.*

Vel non.

Verbum, convenit, licet in inſtrumento publico, ſcribatur, non importat ſtipulationem; ſed pactum nudum; tamen ſi reperiatur apud acta, ſtipulationem importat. *Franc. Crem. ſing. 140. Bart. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. num. 10. 11.* nam promiſſio facta in judicio præſumitur cum ſtipulatione. *Bald. ſing. 3.*

Cap. II. Quando probetur.

Teſtis deponens de ſtipulatione reddens rationem: quia audivit interrogari, & reſponſionem ſequi probat; *Gaſp. Cabal Millel. 357.* ¶ Verborum obligatio conſtat, ſi inter contrahentes id agatur: nec enim ſi per locum demonſtrandi intellectus cauſa ego dixero tibi ſpondens, & tu reſpondeas, ſpondeo naſcetur obligatio. *l. 3. §. verborum. ff. de actio. & oblig.* ¶ Stipulationem allegans debet probare ſolemnia interceſſiſſe, quando ſtipulatio probanda eſt per teſtes. *Bartol. in l. 28. ff. de pact. num. 19.*

Cap. III. Qua requirantur, vel non.

Cauſa an requiratur in ſtipulatione. *Bart. in l. 13. C. de non num. pecun. & in l. 1. ff. de interrog. actio. numer. 10.* ¶ Quando quis conſtituit ſe ſoluturum pro alio per ſtipulationem non requiritur, ut præcedat debitum, quia tunc ſufficit ſtipulatio; ſecus quando nudo pacto ſe conſtituit, *Bart. in l. 1. C. de conſtitut. pecun.* ¶ Stipulatio ficta non requirit ſolemnitatem verborum. *Bart. in l. unica. num. 4. C. de rei uxor. actio.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Stipulatio procuratoris ſuper re domini, in dubio intelligitur facta procuratorio nomine, & ad domini intereſſe refertur. *l. 14. ff. ſi quis cautio.* ¶ Verbum promitto, prolatum à teſte non intelligitur per ſtipulationem, niſi probetur interrogationem præceſſiſſe, ſecus ſi per ſcripturam. *Bart. in l. 1. C. de uſuris.* ¶ Jus in ſtipulationibus factum in pactis, quando dicantur verſari. *Bart. ibidem num. 17.* ¶ Stipulatio facta ſine cauſâ à ſciente, an habeat in ſe tacitam cauſam donationis. *Bart. l. 16. ff. de donatio. & in l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exceptio.* ¶ Stipulatio intelligitur ſecundum naturam actus, ſeu negotii ſuper qua interponitur. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 344. Dec. conſilio 86. num. 4. Bart. in l. 6. C. de tranſact. num. 6.* ¶ Stipulatio ſimplex limitatur ſecundum naturam præcedentis contractus. *Bartol. in l. 41. ff. ſol. matr.* ¶ Stipulatio alteri acceſſoria aſſumit ſibi naturam ejus, cui accedit. *l. 10. §. qui injuriarum. ff. ſi quis cautionibus*, & limitatur ſecundum naturam ſui principalis. *l. 59. de legat. 1.* ¶ Si ita ſtipulatus ſum, ſi fundum non dederis, vel aliud certum non feceris, centum mihi dare ſpondes: tunc ſola centum ſunt in ſtipulatione; in excluſione fundus. *l. fin. §. penul. ff. de actio. & oblig.* ¶ In ſtipulationibus ambigua oratio interpretatur contra ſtipulatorem, *l. 27. ff. de rebus dub. vide l. 35. ff. de reg. jur.* ¶ Diſpoſitum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum, etiam in obligatione verbali. *l. 8. C. de jure dot.* ¶ Clauſula doli ſubjecta in ſtipulatione refertur ad incognita, & ad omiſſa. *l. 22. § ſi in ſtipulatione. ff. rem rat. haber.* ¶ In ſtipulationibus id tempus ſpectamus, quo contrahitur. *Reg. 187.*

Cap. V. Quando fingatur, vel non.

In dote fingitur ſtipulatio. *l. unica. §. 1. C. de rei uxor. actio.* ¶ In arrogatione impuberis fingitur ſtipulatio, ubi non eſt. *l. 19. ff. de adoptio.* idem in dote. *l. unica. §. 1. C. de rei uxor. act. vide ſupra tit. de jure dot.*

Cap. VI. Qua præſumantur.

Si præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, præſumitur ſtipulatio, niſi probetur contrarium. *l juriſgentium. §. quod fere. ff. de pact.* ¶ Notarius, qui ſtipulatur tanquam notarius, an ſemper præſumatur tanquam perſona publica ſtipulari, & nomine omnium, quorum intereſt. *Capic. deciſ. 73. num. 4.* ¶ Si in inſtrumento habeatur partes fuiſſe præſentes, promiſſio, & ſtipulatio præſumuntur. *gl. in §. item verborum inſtit. de inutil. ſtipul.* ¶ In ſtipulationibus ſolemnitas intrinſeca præſumitur: ideo ſi ſcriptum reperiatur aliquem fidejuſſiſſe, vel

promiſiſſe, ex vi verborum præſumitur ſtipulatio præceſſiſſe. § *fin. inſtit. de fidejuſſ. Azo. in ſumma. tit. C. de probat. num. 11.*

Cap. VII. Quæ: quibus quærantur.

Stipulatione notarii acquiritur abſenti: imo etiam naſcituro. *Boer. deciſ. 172 Cravet. conſ. 19. Dec. conſil. 245.* jus, & actio perſonalis, & hypothecaria, nulla facta ceſſione vel ratificatione ſequuta: ſecus in acquiſitione dominii vel poſſeſſionis, quæ non acquiritur, niſi ſequuta ratificatione, præter quam in donationibus. *Ozaſ. deciſ. 33. Afflict. deciſion. 135. Hieron. Magon. deciſ. 57. Rot. Flor. Roland. conſil. 19. volum. 1. vide tamen Dec. conſ. 226. Bart. in l. 57. §. eorum ff. de exceptio. & in l. 3. C. de tabul. lib. 10.* ¶ Alteri per alterum in mutuo, & actu naturali quæritur actio. *Bartol. in l. 4. C. ſi cer. pet. & in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. eod.* ¶ Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli illi quæritur utilis actio. *l. 2. C. quando ex. facto tutoris.* ¶ In judiciis alteri per alterum quæritur obligatio. *Bart. in conſilio 71.* ¶ Licet ſtipulatio ſervi, vel filii conferatur in tempus exiſtentiæ ſui juris: nihilominus patri, vel domino acquiritur, nec etiam acquiritur non adjecto, quamvis illi poſſet acquiri, ſi eſſet nominatus. *l. 30. ff. de ſtipulat. ſerv.*

Cap. VIII. Actio cui competat.

Ex ſtipulatu datur actio, quæ ex verborum obligatione naſcitur, & datur illi, qui ſtipulatus fuit ſibi aliquid dari, vel fieri ab alio, ut illud adimpleatur, quando non eſt omnino certitudo de re, quæ eſt promiſſa per ſtipulationem: quia ſi eſſet certitudo, daretur certi condictio. *Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. term. actio. num. 164. poſt volumen Jaſ. de actio.* nam ex ſtipulatione continente certum oritur certi condictio. *l. 24. ff. ſi cert. pet.*

Cap. IX. Quando contrahatur ſtipulatio, vel non.

Obligatio verbis contrahitur ex interrogatione, & reſponſione cum qui dari, fierive nobis ſtipulamur ſed aut proprio nomine quis obligatur, aut alieno, qui autem alieno, fidejuſſor vocatur. *l. 1. §. verbis. ff. de actio. & oblig.* ¶ Per epiſtolam non poteſt contrahi ſtipulatio, *Rot. Gen. deciſ. 2. num. 15.* ſed bene probari. *l. 58. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Cap. X. Quando fieri poſſit, vel non.

Stipulatio facta à patre filio cenſetur facta, ut hæredi futuro. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 494.* ¶ Et contra inſtrumentum publicum, non poteſt opponi, quod ſtipulatio ſit ſine cauſa. *Dec. conſil. 682. num. 5.* ¶ Stipulatio debet fieri utroque loquente; ſed non utroque vidente. *Franc. Crem. ſing. 47.* ¶ Quia viſus non eſt de ſubſtantia ſtipulationis. *Petr. de Rav. ſing. 787.* ¶ Etiam in contractibus, per ſtipulationem poteſt fieri ſubſtitutio. *Crav. conſil. 19.*

Cap. XI. Qui, quibus ſtipulari poſſit.

Avus paternus poteſt ſtipulari dotem reddi nepotibus ſuis, mortua filia in matrimonio. *l. 7. C. de pact.* ¶ Reſtipulari bona ſibi locata an liceat, & reſtipulationem prohibens, an teneatur ad refectionem damnorum. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 131.* ¶ Stipulari alteri quis poteſt, ſi ſtipulatur ſibi recipienti nomine alterius: item poteſt, quando ſua intereſt. *Bartol. in l. 66. de leg. 1.* ¶ Licet ſtipulari alteri nemo poſſit; tamen per ſtipulationem appoſitam ſuper re mea, alteri quæritur actio utilis, & de aliis limitationibus ad Reg. *Bartol. in l. certi condictio. § quoniam ff. ſi cert. pet. & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig.* ¶ Judex tanquam publicus Officialis poteſt ſtipulari abſenti, ut illi quæratur actio. *Capic. deciſion 73. num. 5. Bartol. in l. 2. ff. rem pupil. ſal. for. 3 in quaeſt. 6.* ¶ Juratus curiæ, qui non eſt notarius habet officium de publico, perinde ac ſi eſſet notarius: ideo poteſt abſenti ſtipulari. *Guid. Pap. qu. 317.* ¶ Notarius, vel Judex poteſt ſtipulari pro poſthumis à matre, vel extraneo; non autem à patre. *Boer. deciſ. 354.* ſed ipſe pater filiis naſcituris ſtipulari poteſt: idem in notario. *Cabal. Milleloq. 807. Magon. deciſ. 57. Rot. Flor.* ¶ Amicus alteri amico ſtipulari poteſt, non obſtante Reg. contraria. *vide Raud. tractat de Analog. cap. 22. n. 12.* ¶ Frater fratri ſuo utiliter poteſt ſtipulari. *Amanel. de Clariſaquis ſing. 147.* ¶ Qui loqui poteſt, creditur & ſtipulari, & promittere recte poſſe. *l. 1. § curſonum, de actio. & oblig.* ¶ Pupillus poteſt ſibi ſtipulari ſine tutore; ſed non actionem remittere. *l. 1. C. de aucto. præſtan.* & ſtipulatio pœnalis teſtatoris committitur inſolidum contra omnes hæredes, uno hærede contra ſtipulationem faciente. *l. 26. §. in illa quoque. ff. famil. ercis.* tamen ſtipulatio facti dividi contra hæredem contrafacientem tantum committitur. *l. 45. §. ſi quis. ff. fam. erciſ.*

Vel non.

Furioſus neque ſtipulari, neque promittere poteſt: idem in mutuo, & omnino ſurdo, cum ad contrahendam ſtipulationem, requiratur verus auditus, & non conjecturata ſcientia, ſeu intelligentia. *l. 1. § furioſum. ff. de actio. & obliga.* ¶ Alteri nemo ſtipulari poteſt: fallit favore dotis matrimonii in perſona publica, ut eſt ſacerdos, & quando ſtatutum Civitatis hoc permitteret. *Marc. de Mant. ſing. 120. vide Bart. in l. 1. §. hujus ſtudii. ff. de Juſtit. & jur.* ¶ Regulariter nemo alteri ſtipulari poteſt, niſi notarius, *Gaſp. Cabal. Millel. 452. Peril. luſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 70. Fel. conſil. 50.*

Cap. XII. Quando committatur.

Stipulatio celebrata ſine cauſa, vel ſub ſpe futuræ numerationis, quæ poſtea non eſt ſequuta, videtur dolo committi: ideo creditor petens uſque ad litem conteſtatam, videtur dolo facere, & exceptione ipſius doli repellitur, etiamſi ab initio bonam fidem habuerit. *l. 2. §. circa primam. ff. de dol. mal. excep.* ¶ In ſtipulationibus facti dividui in præparatoriis judiciorum, ſi pro parte factum non impleatur, committitur ſtipulatio pœnalis inſolidum mero jure: ſed pro parte, pro qua fuit impleta ſtipulatio obſtat de æquitate exceptio. *l. 9. §. ſi plurimum. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Pœnalis ſtipulatio appoſita circa id, quod de jure poteſt fieri, non committitur, ſi de facto. *l. 6 ff. de ſerv. export.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Quando ſubjicitur ſtipulatio obligationi mutui, tunc ſtipulatio eſt utilis, & ex ea agitur, & non ex numeratione. *l. 6. §. fin. & l. 7. ff. de donatio. & delegat.* ergo hoc in caſu non erit locus exceptioni non numeratæ pecuniæ, *gloſſ. fin. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet.* contrarium tamen ſcribit *Bartol. in l. 8. antiq. lect. C. de non num pecu.* ¶ Notarii, aut partis ſtipulatione, & acceptilatione intercedente, jus acquiſitum irrevocabiliter dicitur. *Ozaſc. deciſ. 85.* ſed qualiter debeat notarius concipere ſtipulationem pro abſente, *vide per Capic. deciſ. 73. Bart. in l. 17. ff. de adoptio.* ¶ Subſtantia ſtipulationis puræ, vel conditionalis non poteſt eſſe impendenti. *l. 26. ff. de ſtipul. ſervor.* ¶ Juramentum ſtipulationem operatur pro abſente. *Afflict. deciſ. 135. Roland. conſ. 19. volum. 1.* & facit, ut obligatio facta erga abſentem efficiatur irrevocabilis, etiam nondum acceptata. *Magon. deciſion. 39. Rot. Flor. Menoch. conſil. 371. num. 16.* ¶ Confeſſio extra judicium facta non inducit obligationem, etiam interveniente ſtipulationis. *Guid. Pap. quaeſt. 176.* ſed quid, ſi intervenerit juramentum, *vide ibidem.* ¶ Stipulatio ſine ceſſione alteri per alterum quando operetur, *Afflict.*

deciſ.

deciſ. 94. ¶ Juramentum interpoſitum ſuper ſtipulatione invalida facit eam valere, ut poteſt. *Bart. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* ¶ Pactum de ſe obligando, operatur obligationem de præſenti *Boer. deciſion 3. num. 9. ſed vide ibidem* ¶ Stipulatio bis ſuper eodem concepta, licet non obliget promiſſorem amplius, quam ſemel: attamen ſi prima pacto, vel præſciptione fuerit ſublata, agi poterit ex ſecunda. *DD. de Rot. deciſ. 23. tit. de appella in antiq.* ¶ Clauſula, ut actus valeat omni meliori modo, quid operetur, *Rot. Genuen. deciſ. 18 n. 10.* ¶ Stipulatio interpoſita ſuper contractu emptionis ſocietatis, & ſimilium, an impediat actione oriri, ex contractu, ex quo dantur duæ actiones, quarum una eſt bonæ fidei, alia ſtricti juris. *Bartol. in l. 15 ff. ſi cert. pet. num. 9.* ¶ Debitum ex una cauſa poteſt per ſtipulationem in aliam mutari; non ſimplici confeſſione, vel nudo pacto. *l. 6. C. ſi cert. petat.* ¶ Stipulatio, per quam novatur actio judicati, non habet paratam executionem. *l. 40. ff. de mino. 25. ann.* ſed ex ipſa ſtipulatione agi oportet via ordinaria. *l. 2. C. de except. rei jud.* ¶ Conventio nuda non ſufficit ad agendum, niſi veſtiatur traditione, vel ſtipulatione. *l. diviſionis, & l. in traditionibus. ff. eod.* ¶ Cum mihi, vel Titio aliquid ſtipulor, facta ſolutione Titio ſequitur liberatio ope exceptionis. *l. 43. §. acceſſio. ff. de act. & oblig.* ¶ Stipulatio conditionalis obligationem præcedentem puram ſuſpendit, & eam novat in conditionis eventum. *l. 36. ſi cer. pet.* ¶ Qui alterius obligationem ſub ſtipulatione ſoſcepit ſolvere cogitur, licet ille, pro quo promiſit ei non ſatisfaciat: quia non debet quis fidem rumpere, licet ſibi alio rumpatur. *leg. 5. Cod. de novat. & delega.* ¶ Patre patiente ſtipulari filium perficitur donatio *l. 35 ff. de donatio.* ¶ Ubi nudum pactum non ſufficit ſtipulatio prodeſt. *l. 27. Cod. locati.* ¶ Tranſpoſitio verborum non vitiat contractum, neque ultimam voluntatem; ſicut ratione præpoſteræ ſtipulationis, non vitiatur ipſa ſtipulatio. *l. 25. C. de teſtamentis.* ¶ Si compromiſſum eſt ſtipulatione vallatum abſque adjectione poenæ, arbiter cogitur ſententiam dicere. *l. 32. §. fin. ff. de recep. arb.*

Cap. XIV. Quæ valeant.

Notarii ſtipulatio nomine omnium, quorum inter eſt interpoſita adeo valet, ut ex ea ſine ceſſione jus abſentibus acquiratur. *Natt. conſil. 534. num 8.* ¶ Licet alias ſtipulatio ſine cauſa non valeat: tamen ſi eſt inſtrumentum liquidum, etiam quod in ſe non contineat cauſam, poteſt liquidari & exequi. *Mann. in ſuo Spec. part. 6. tit. de product. inſtrument. num. 17.* ¶ Etiam extraneus poteſt acceptare pro abſeote, & valet actus ſequuta ratihabitione. *Cravet. conſil. 261.* ¶ Spes rei, vel perſonæ facit valere ſtipulationem; ſed interim diſpoſitio dicitur conditionalis. *Boer. deciſ. 172.* ¶ Stipulatio valet licet dies omittatur, & intelligitur de die, qua judex moderabitur favendo actori. *Bart. in l 8. ff. qui ſatiſd. cog.* ¶ Obligatio civilis conſiſtit hodie inter patrem, & filium in adventitiis. *Bart. in leg. 4. Cod. de pactis conventis.* ¶ Stipulatio interpoſita per notarium ad opus futurum valet. *Guid Pap. qu. 267.* ¶ Si emptio fuerit ſtipulatione vallata, ab ea nudo conſenſu non receditur. *l. emptor ff. de pact.*

Cap. XV. Quando tollatur, vel non.

Actio, quæ oritur ex numeratione de facili novatur, & tollitur per ſtipulationem ſequentem, vel præcedentem. *Bart. in l. 15. ff. ſi cer. pet. num. 8.* ¶ Stipolatio tollitur per aliam ſtipulationem, ſi hoc agatur. *Bartol. in l. 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact.* ¶ Per ſtipulationem novandi animo factam prima tollitur, vel eliditur, ſi ſequens committatur, vel committi poſſe ſperetur; alias ſecus. *l. 31. §. qui pecuniam. ff. de pact.* ¶ Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat poſitum interrogatione. *Bart. in ſuo tract. de fluminibus, & de alveo. n. 12.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Verba debent impropriari, (etiam in odioſis) in his, quæ ſunt ſtricti juris ne actus corruat. *Cravet. conſil. 222. num. 8. vide ibid. conſil. 278.* ¶ Interrogationi factæ de una ſpecie, ſi reſpondeatur de duabus copulative, adjectio alterius ſpeciei habetur pro ſupervacua. *Matth. Matheſ ſing. 27.* ¶ Promiſſum meretrici, poteſt peti. *Bartol. in l. 4. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

TITULUS CCCCXCII.

De ſtipulationibus pœnalibus.

Cap. I. Stipulatio, quid ſit.

Stipulatio pœnalis mere conventionalis, quæ dicatur, *vide ibid. num. 11.*

Cap. II. Pœna: Qualis ſit.

Pœna in obligatione quantitatis non poteſt eſſe major ſorte, niſi datio conferatur in perſonam alterius: quia tunc non eſt mera datio; ſed habet naturam obligationis facti. *Bartol. in l. 98 §. qui ſtipulatur. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Pœna non ſuccedit loco rei promiſſæ, quando tranſactio fit per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem, *Bart. in l. 40. num. 12. C. de tranſact.* ¶ Pœna legalis non poteſt excedere quadruplum, quid in pœna conventionali, *Bartol. in l. unica. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, & ibid. gloſſ.* ¶ Pœnæ habetur ratio, in quam incidit ille, qui pretium rei venditæ recipere debebat ab emptore, & non recepit, *Bart. in l. §. Papinianus. ff. de uſur.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Stipulatio pœnalis ſimpliciter interpoſita, an comprehendat factum alienum, *Bartol. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. ff. de verb. oblig.* ¶ Si aliquid ſtipulatus ſim, & hoc non feceris, centum ſola centum ſunt in obligatione, in ſolutione id, quod principaliter fui ſtipulatus. *l. 43. §. pen. ff. de actio. & obligat.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

An in pœnis ipſo jure incurſis requiratur ſententia diſpoſitiva, & privativa, vel declarativa, & ad quem effectum, *Magon. deciſ. 16. Rot. Flor. & l. 48. ff. de act. empt. & vend.* ¶ Pœna legalis ut committatur requiritur, quod quis pervenerit uſque ad ſententiam: ſecus in conventionali, ratio eſt, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine. *Bart. in l. 41. C. de tranſact.* ¶ Depoſitum, ut quis non incidat in pœnam privationis non eſt neceſſarium, quando non reperitur perſona, cui erat facienda ſolutio. *Jac. Put. deciſion. 8. libr. 1.* ¶ Dolus requiritur in contraventione, ut quis ad pœnam teneatur. *Paul. Æmil. deciſ. 233 part. 1.*

Cap. V. Quæ attendantur, vel non.

Intereſſe, quando inſpiciatur in pœnalibus ſtipulationibus, & de eo ratio habeatur, *vide Ozaſ. in d. deciſ. 70. num 14.* ¶ Ad validitatem ſtipulationis pœnalis non attenditur, an interſit ſtipulatoris, & qualiter hæc ſtipulatio concipiatur, *vide gloſſ. in §. alteri ſtipulari, inſt. de inu. ſtip.* ¶ In pœnis non inſpicimus intereſſe, quando offenditur is, cui pœna fuit promiſſa *leg. 43. ff. de recep. arbitr.*

Cap. VI Quæ præſumantur.

Præſumptio fraudis uſurarum eſt in pœna obligationi quantitatis adjecta *l. 14 §. idem, ff. de actio. emp. Afflict. deciſion. 135. vide Mare. qu 41. Gramm. deciſ 58 num 6 Jaſ. de action. in §. omnes autem, num. 13 Bartol. in l. 15 C. de uſuris,*

uſuris, & in l. ſtipulatio iſta, §. alteri ſtipulari, num. 11. ff. de verborum. obligation. & ideo ipſa pœna non debetur, ſed quid, ſi à Judice, vel ſtatuto adjecta ſit, *Excell. P. Theſſ. deciſion. 79.*

Cap. VII. Quando apponi poſſit.

Si creditor apponat pœnam, ſi non ſolvatur intra certum tempus, & poſtea recipiat partem principalis, videtur renunciare toti pœnæ. *Guid. Papon. qu. 174. vide tamen Franc, Marc. qu. 414.* nam qui poſt terminum petit rem, videtur renunciare petitioni pœnæ. *Bartol. in l. 3. C. de pact. int. empt. & vend.* ¶ In matrimonio poteſt apponi pœna, ut ſi concubinam tenebis, dabis, mihi centum nomine pœnæ. *Petr. de Raven. ſing. 291. l. 121. §. mulier, ff. de verbor. obligat.* ¶ Quomodo pœna debeat apponi in contractibus, in faciendo, vel non faciendo. *vide l. 70. ff. de verbor. obligat.* ¶ Cum aliquid principale permittitur, cenſetur etiam permiſſum, ut acceſſorie poſſit apponi pœna, etiamſi de pœna in conceſſione nihil fuerit dictum. *Felin. conſil. 16. n. 4.*

Cap. VIII. Quando peti poſſit, vel non.

Religioſi poſſunt petere pœnam conventionalem. *cap. 4. & Cravet. conſil. 1. pro genero, num. 20. gl. extr. de arbitris.* ¶ Quando pœna concurrit cum intereſſe, tunc poteſt peti pœna, & intereſſe eſt plus quam pœna, ſin autem minus pœna peti poteſt. *idem Borg. in Caval. deciſ. 26. parc. 2. num. 33.* imo pœna conventionalis non poteſt excedere intereſſe. *Joan. Papon. lib. 12. tit. 9. arreſt. 1.* nam pœna conventionalis hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, fallit in pœna applicanda fiſco. *Maran. in ſuo Specul. diſput. 7. num. 26.* ¶ Quando pœna eſt promiſſa per emphyteutam, an eo ceſſante in ſolutione, poterit peti pœna, & clauſula toties, &c. operatur, quod pœna pluſquam ſemel peti poſſit, *Bartol. in l. 2. C. de jure emphyt. num. 14.* ¶ Pœna, & res quando poſſint peti, ſi opponit de tranſactione. *Bartol. in l. 27. C. de tranſact.* ¶ Exceptio poteſt objici, & pœna peti, ſi appoſita eſt in tranſactione clauſula, rato manente pacto. *l. 16. ff. de tranſact. & ibid. Bartol.* ¶ Pœna appoſita in tranſactione, ſi contineat minus, quam intereſſe, id quod eſt ultra peti poteſt. *Bart. in d. l. 16. ff. de tranſact. num. 11.* ¶ Pœnam ſtipulator petere non poteſt eligendo opus, niſi ſit adjecta clauſula, rato manente pacto. *Bartol de verb. oblig. num. 9.* ¶ Qui petit, quod promiſſum eſt ſub pœna, & etiam ipſam pœnam repellitur exceptione doli. *l. 4. §. labeo ait, ff. de dol. mal. except.*

Cap. IX. Committi, vel non.

Pœna appoſita in obligatione facti dividui, ſi pro parte fiat, an in totum committatur, an vero pro parte tantum in judiciis, & quid in ſtipulationibus, conventionalibus, & ſolutio partis quare pariat liberationem in parte, tamen quoad commiſſionem pœnæ, nihil operetur, *vide Bartol. in leg 9. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautionibus*, nam ſolutio particularis non ſufficit, ad evitandam pœnam. *Afflict. deciſ. 153. num. 4. Marc. quæſt. 414. vide tamen c. ex co. ext. de pœnis.* ¶ Stipulatio facti individui pœnalis copulative, & affirmativè concepta ſi non impletur in præparatoriis judicii committitur inſolidum, ſed pro parte impleta obſtat exceptio, & eſt ſpeciale in judiciis. *Bart. in l. 13. § utrum, ff. de reb. dub.* ¶ Pœna ita committitur ex privatione quantitatis, ſicut ex privatione ſubſtantiæ, ſi debet committi ex privatione. *Bartol. qu. 8. num. 6.* ¶ In pœnis, & mulctis, quæ relinquuntur in teſtamento non receditur à perſona, quantum ad commiſſionem pœnæ. *Bart. conſil. 7. vol. 1. fact. l. 6. ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Ubi in ſtipulationibus pœnalibus facti dividui adjicitur pœna, etiamſi in parte ſequatur ratihabitio, committitur in totum pœna. *l. 8. ff. rem rat. haber.* ¶ Pœna ut committatur non ſufficit de facto fieri niſi jure fiat. *Bartol. in d. l. 132. §. cum quis, ff. de verb. obligationibus*, imo ſufficit aliquid factum ad pœnam evitandam, licet tale factum de jure non teneat. *l. 19. §. cum autem, ff. de his, qui not. infa.* ¶ Pœna ſtipulationi appoſita quando committatur, *vide l. 8. & ibid. gloſſ. & l. 9. §. fin. & gloſſ. ff. ſi quis cautio.* ¶ Stipulatio pœnalis, ſi incipit à nuda conventione, ex ſola interpellatione extra judicium facta committitur. *Bartol. in l. 115. num. 21. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio pœnalis incipiens a præcedenti pactione veſtita, quando committatur, ut ex ea naſcatur obligatio, & actio, & an ſufficiat interpellatio, *Bart. ibid. n. 54.* ¶ Stipulatio pœnalis, an committatur ſtatim, quod ceſſatum eſt in una ex pluribus præſtationibus. *Bart. in l. 1. §. quod, ff. de privileg.* ¶ Pœna in ſtipulationibus facti, uno ex hæredibus contraveniente, committitur inſolidum, *vide l. 26. ff. familiercisc. & l. 2. & ſeqq. ff. de verbo. oblig.* & intereſſe, quando conſideretur in ſtipulationibus pœnalibus, *Bart. in l. 2. §. item et ſi, ff. de verb. oblig.* ¶ Pœna conſtituta offendenti quem perſonaliter, ſibi locum non vendicat in ſolo inſolutum *Dec. conſil. 406.* ¶ Quando agitur ad pœnam probatio liquida eſſe debet, ut pœna committatur, etiamſi non interſit. *Ozaſc. deciſ. Pedem. 66. num. 9 & deciſ. 70. num. 7. & 11.* ¶ Fallit in ſtipulatione judicio ſiſti, quia tunc ita demum committitur, ſi interſit. *Ozaſ. ibid.* ¶ Promittens non ludere ſub pœna certa, ludendo committitur pœna, & debetur illi cui fuit promiſſa. *Petr. de Raven. ſing. 518.* ¶ Pœna appoſita in convantione committitur ex ſola contraventione, licet contraventio non habuerit effectum. *Corſet. ſing. pœna 9.* ¶ Juſta ſententia facit pœnam committi. *d. l. 122. §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* ¶ Pœna adjecta facto individuo, ſi contra fiat per unum ex hæredibus promiſſoris pro parte hæreditaria, committitur contra omnes, in facto vero dividuo pro parte contrafacientis tantummodo, ſed adverſus ipſum promiſſorem inſolidum. *l. 4. §. cato, ff. de verb. oblig.* ¶ Solutio partis ab úno ex cohæredibus, impedit quin pœna committatur inſolidum in obligatione dandi. *l. 5. §. ſi ſortem, ff. de verbor. oblig. & l. 85. §. item, ff. eod.* ¶ Pœna adjecta ab homine, ſi non fiat opus intra certum tempus, ſtatim committitur cum certum ſit, intra illud fieri non poſſe, ſecus ſi adjiciatur à lege, quia tunc non committitur, niſi toto tempore elapſo, *Bartol. in l. 13. ff. eo.*

Vel non.

Qui tenetur ſub pœna uni alienare, illo exiſtente in mora poteſt alienare cui volet abſque periculo commiſſionis pœnæ, *l. 122. §. coheredes. ff. eod.* ¶ Pœna non committitur, ſi non reperiatur, cui fiat ſolutio, *Bart. in l. 9. C. de uſuris.* ¶ Oblatio, an operetur, ut pœna non committatur, *Bartol. in l. 19. C. eod.* ¶ Pœnalis ſtipulatio adjecta obligationi factæ cum adjectione diei, demum committitur adveniente die *l. 72. ff. de verb. oblig.* ¶ In hæreditate jacente ex curſu diei appoſitæ, pœna committitur. *l. 77. ff. de verb. obl.* ¶ Oblatio impedit commiſſionem pœnæ, & curſum uſurarum futuri temporis. *Jaſ. Lanfr. Balb. deciſ. 359.* ¶ Emptor promittens in fundo empto domum non facere ſub pœna, ſi eum alienet, & emptor ſecundus in eo domum faciat, pœna non committitur. *Aman. de Clariſa quis ſing. 224.* ¶ Pœna non committitur abſque interpellatione, nec tunc dies interpellat pro homine, ſed quando hoc procedat, *Dec. conſ. 2. Hippol. ſing 341. l. 12. C. de contrahen. & commit. ſtipula.* imo in contractibus, ſi aliquid promittatur ſub pœna intra certum tempus, lapſo de pœna committitur ipſo jure abſque ulla interpellatione. *l. 22. fin. de actio. oligat.* ¶ Prorogatio termini impedit pœnam com-

committi, ſed commiſſam non perimit. *l. 112. ff. de verborum. obligationib.* ¶ Pœna adjecta præcedenti diſpoſitioni impoſſibili, non poteſt committi. *l. 69. ff. de verb. oblig.* ¶ Promittens ſub pœna aliquid habere ratum non committitur pœna, ſi quis contravenerit de facto ſecus ſi promiſerit habere firmum, quia verbum, ratum refertur ad jus, verbum, firmum refertur ad factum. *idem Corſet. litera. P. ſing. pœna. 8.* ¶ Difficultas ſuperveniens impedit pœnæ commiſſionem. *Abb. conſil 90. libr. 1. verſ. venio ad ſecundum. l. 10. §. idem, ff. ad leg. hod. de jactu.* & hoc in judicio, arbitrio, & contractibus, *l. 4. §. ſi in arbitrum, & ibid. gloſſ. ff. de dol. mal. excep.*

Cap. X. Debeatur, vel non.

Pœna in contractu & compromiſſo, quando eſt promiſſa, an debeatur, ut exigi poſſit, & an poſſint pœna & intereſſe exigi, *Borg. Caval. deciſ. 25. de contract. part. 2. numer. 27.* ¶ An pœna appoſita pacto, vel ultimæ voluntati in favorem fiſci, quæratur per ſtipulationem notarii actio ut ſtatim debeatur etiam partibus invitis, quid in Eccleſia, *Marc. qu. 411.* ¶ Pœna conventionalis adjecta quantitatis dationi per judicis confirmationem, an ſi fiſco ſtipulata fuerit, uti uſuraria debeatur, *vide Excell P. Theſſaur. deciſ. 98.* ¶ Pœna facto adjecta de jure debetur, tamen de Stylo Sacri Concilii pars ad ipſam non condemnatur, niſi quatenus intereſſe concurrat, & ipſe ſtylus habet in Regno vim legis, & ita fuit judicatum. *Afflict. deciſ. 135. vide tamen Grum. dec. 38. n. 6. Franc. Marc. qu. 411. Jaſ. de actio. §. omnes autem. num. 13. Bart. in l. 15. C. de uſuris.*

Vel non.

Pœna poſita in contractu non debetur, ſi per adverſam partem omnia non ſint obſervata. *Dec. conſilio 380.* ¶ Fiſco per ſubditum non quæritur, niſi notarius ipſe ſtipuletur pœnam, & pœna appoſita in promiſſione de non offendendo, cujus medietas ſit fiſci, & alia partis, non acquiritur fiſco, niſi notarius ſtipuletur. *Bartol. in l. 47. fin. de recept. arbitr.*

Cap. XI. Exigi poſſit, vel non.

Pœna, quando etiam in foro poli exigi poſſit, *Rebuff. in ſuo commen. tract. de arbitr. art. 1. gl. 5. num. 18.* ¶ Ipſa pœna conventionalis quanta eſſe poſſit, & an tota exigi valeat, *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 205.* ¶ Pœna, in quam defunctus incidit, poteſt exigi ab hærede, & commiſſio pœnæ non impedit, quin poſſint peti pœna & intereſſe, *vide l. 43. ff. de actio. empt.* ¶ Ex tranſactione pœnali cum clauſula, rato manente pacto, datur exceptio & pœnæ exactio, *l. cum proponas. C. de tranſact. l. pen. ff. eo.*

Vel non.

Pœna adjecta pacto nudo non exigitur, niſi interſit, ſecus ſi ſtipulationi. *Bartol. in l. ſtipulatio, §. alteri ſtipulari. numer. 6. ff. de verbor. obligat. l. 7. ff. de ſerv. expor.* ¶ Pœnæ contentæ in obligatione propter conventionem exactio non fit ad fiſci utilitatem, niſi accuſata contumacia, vel contra reum principalem, vel fidejuſſores de repræſentando. *Afflict. deciſ. 3.*

Cap. XII. Retineri.

Pœnæ juris Civilis poſſunt in foro conſcientiæ à committente licite retineri, niſi in quantum contineant intereſſe patris, & niſi ſit pœna, quæ infligatur ipſo jure abſque ſententia Judicis, fiſcus tamen poteſt exigere & retinere pœnam cum bona conſcientia. *Jaſſ. Laufr. Balb. deciſion. 217. Ant. Corſet. in ſuo ſing. litera P. ſing. pœna. n. 14.* ¶ Pœna conventionali debet quis eſſe contentus, legis autem applicabitur fiſco, & qui conſentit pœnam remittit, nec etiam fiſcus petit. *l. 2. ff. de ſerv. expo.* ¶ Æquum eſt eum commodum percipere pœnæ commiſſæ, qui damnum ſuſtinuit, excluſo fiſco, *l. fi. ff. de litigio.*

Cap. XIII. Quis incurrat in pœnam.

Quando is, qui date, vel facere aliquid tenetur ſtipulatione, vel teſtatoris voluntate, ſtatuti, vel legis diſpoſitione, aut præcepto, vel ſententia judicis, facere potuiſſe & debuiſſe dicatur, ut pœnam incurrat. *Menoch. de Arbitr. caſ. 498.* ¶ Mandatum ſufficiens, ad faciendum principalem cadere in pœnam, quod dicatur, *vide Joſ. Lud. deciſ. Perųſ. 35.* ¶ Unus ex hæredibus ſi ſolverit forte pro ſua parte, & facto cohæredis incidat in pœnam, ſolutum per alterum computabitur in pœnam, *Bart. in l. 5. §. ſi forte. ff. eod.* ¶ Qui promiſit quæſtionem non movere petendo etiam extra judicium, incidit in pœnam, ſed quando, *Bartol. in l. 16 ff. de tranſact.*

Vel non.

Promittens, quod minor habebit ratum certum actum ſub pœna, non incidit in ipſam, licet minor petat ſe reſtitui adverſus talem actum. *Lud. Rom. ſingul. 557.* ¶ Solutio ſimplex non cadit in pœnam, quæ venit contra naturam actionis, & forte ſoluta, quando remaneat ſolutio pœnæ, vel intereſſe, *Bartol. in l. 11. ff. de eo quod certo loco.* ¶ Privationis pœna appoſita in eventum non factæ ſolutionis pecuniæ debitæ, non ex eo incurritur, quod non integre pecunia ſoluta ſit: quia poteſt agi ad ſupplementum. *Mobed. deciſ. 345.* ¶ Negligens in faciendo, niſi præfigatur tempus, ſeu terminus a jure, vel ab homine ad illud faciendum, non incurrit in pœnam privationis. *Mobed. deciſ 349.* ¶ Obligatus, ad aliquid faciendum ſub certa pœna, non incurrit in illam propter ſcientiam, niſi illa facta intimatione. *Mobed. dec. 196.* ¶ Impeditus impedimento publico, & neceſſario in pœnam non incidit cum effectu. *l 2. ff. ſi quis cautionib.* ¶ Non obſtante pœna appoſita in inſtrumento emphyteuſis, agi poteſt ad pœnam caducitatis, *idem Put. deciſ. 205. lib. 2.*

Cap. XIV. Qui ſint effectus.

An per ſtipulationem notarii contractibus adhibitam acquiratur aliquod jus abſenti ante ratihabitionem, *Fachin. lib. 8. cap. 91.* negat. *l. ſi hac mente 25. ff. de neg. geſt. & lib. 12. cap. 38.* ¶ An per ſtipulationem notarii contractibus adhibitam acquiratur aliquod jus abſenti, ante ratihabitionem. *Fach. lib. 8. cap. 91.* negat. *l. ſi hac mente. §. aliis ſi ego. ff. de neg. geſt.* ¶ Pater, quando ſtipulatum pro ſe, & filiis poſſit in præjudicium filiorum alienare. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 324.* ¶ Si quando pro ſe, & filiis, an videatur ſtipulari, uti hæredibus. *ibid. deciſ. 322.* ¶ Stipulatio pœnalis an novet præcedentem obligationem, *Bartol. in l. ſi pacto. C. de pact. num. 7. & in l. 115. num. 26. & ſeq. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio pœnalis non novat præcedentem obligationem, niſi ex cauſa non oneroſa factam: ſed exactione facta per unam, tollitur altera quatenus concurrunt. *l 41. ff. pro ſocio.* ¶ Pœnam, ſi contraveniens ſolvat, & iterum contraveniat, tenetur iterum ſolvere, quando adeſt clauſula, toties, &c. *Bartol. in l. 16. de tranſ.* alias pœna ſemel commiſſa amplius non committitur, niſi ſit actum, *l. 39. ff. de recep. arb.* ¶ Promittens aliquid dare ſub pœna, ſi quid omittat, jure Civili tenetur ad totam pœnam, jure Canonico non. *Bart. in ſuo tract. de differen. inter jus. Cano & Civil. num 50.* ¶ Primo contraveniens actui, cui appoſita eſt pœna punitur, non ſecundo contraveniens, & an ſecundo contraveniens pœnam petere poſſit, *Dec. conſ 380.* quod uterque poſſit exigere pœnam ad invicem promiſſam ex conventione, habetur *in cap. 7. ex. de pœnis.* ¶ De eo, qui promiſit cautionem idoneam intra certum tempus præſtare ſub pœna, an ſi juraverit ſe exactiſſimam feciſſe diligentiam reperiendi fidejuſſores quos reperire non potuit, pœna effectum ſuum ſortiatur, *Ozaſ. deciſ. 70.* ¶ Qui non habet in ære luit in corpore. quando pœna deſcendit ex delicto, non autem quando ex contractu,

tractu. *Vincent. de Franc. deciſ. 358. part. ſecunda. Bald. ſing. 102.* ¶ In pœna legali, vel ſtatutaria, an inducatur novatio, ut peti poſſit utrunque, *Marc. quæſt. 415.* ¶ Juramentum habet vim clauſulæ, rato manente pacto, qua ſtante recipiens ſortem, non præjudicat ſibi in pœna. *Natt. conſil. 335.* ¶ Promiſſio pœnæ, ſi te offendero valet. *Bartol. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non det.* ¶ Promittens, ſtare ſententiæ arbitri, vel contractui ſub pœna, an dicatur promittere donationem, vel factum, *Jaſ. de act. in §. omnes autem, num. 17.* ¶ Stipulatio pœnalis inter ſponſos, & eorum parentes ſuper ſponſalibus interpoſita, eſt ipſo jure nulla: quia inhoneſtum viſum eſt vinculo pœnæ matrimonia adſtringi. *l. 134. ff. de verb. obl.*

Cap. XV. Qui teneatur ad pœnam, vel non.

An promittens ſub certa pœna, quod Berta contraheret matrimonium cum aliquo, teneatur ad pœnam, ſi non adimpleverit promiſſionem, *Bart. conſil. 236. Abb. conſil. 90. libr. 1.* ¶ Dotem promittens pro aliqua puella ſub pœna, ſi puella moriatur ante ætatem nubilem, non eſt obligatus. *Bart. conſil. 44. vol. 2.* ¶ Sapiens poteſt declarare, quod in contractu celebrando quis ſe obliget ad pœnam, ſi fuit facta remiſſio inter partes ad conſilium ſapientis. *gl. 1. in l. 121. ff. de verb. oblig.* ¶ In pœna legali, una exactione non tollitur altera: ſed in pœna conventionali ſic; quia tunc loco rei ſuccedit. *gl. in l. 41. ff. pro ſocio.* ¶ Quando pater tenetur pro filio ex forma ſtatuti, non tenetur ad pœnam. *Dec. conſil. 268.* ¶ In contractibus, in qnibus ultro citroque promittitur pœna, quis non tenetur ad illam cum effectu, ſi omnia non ſint ſervata per partem, *Bart. in l. 56. §. inter. ff. loca.* ¶ Promittens ſub pœna locare, vel vendere, ſi locet, ſeu vendat, deinde contraveniat, non tenetur ad pœnam; quia adimplevit *Gramm deciſ. 101. n. 95. Petr. de Raven. ſing. 331.* & condemnatus ad locandum ex compromiſſo pœnali, ſi locaverit, & deinde locationi contravenerit, an ab illa prima obligatione ſit liberatus, *Bartol. in l. 5. ff. de act. empt.*

Cap. XVI. Qui excuſari poſſit, vel non.

Promittens factum alienum ſub pœna, an excuſetur à pœna, ſi fecerit, quod in ſe eſt, *Mann. in ſuo Spec. diſt. 7. fol. 583.* ¶ Vir, qui ſe ratificaturum promiſit uxorem cum pœna excuſatur, ſi fecerit, quod potuit non obſtante juramento, *Afflict. deciſion. 295.* ideo promittens factum, quod ſine culpa ſua non potuit implere, excuſatur à pœna; difficultas enim excuſat ab illa. *Afflict. ibid. vide Maran. in ſuo Specul. diſp. 7. num. 10. Bart. in l. 137. ff. de verb. oblig.* ¶ Præceptum judicis factum debitori de non ſolvendo eum excuſat adverſus creditorem. *Afflict. deciſion 328.* ¶ Litigandi juſta cauſa reum à pœna conventionali excuſat; non actorem. *Gramm. deciſion. 83.* ¶ Legitimum impedimentum excuſat à pœnæ commiſſione. *Pap. lib. 12. tit. fin. arreſt. fin.* & etiam difficultas præſtationis excuſat à pœna legali, non autem à pœna conventionali. *Ant. Corſet in ſuis ſingularib. litera P. ſing. pœna. 1.* ¶ Minus alia juſta cauſa excuſat ab ipſa pœna conventionali. *Hipp. ſing. 598.* ¶ Debitor liberatur à pœna, quando per eum non ſtat, quin ſolvat. *Bartol. in l. 1. C. de ſuſcepto. lib. 10.* ¶ Ignorantia regulariter excuſat à pœna. *Andr. Gail. obſerv. 48. lib. 2.* ¶ Conſignare, quis debet, ut evitet pœnam. *Boer. deciſion. 23. num 32.* ¶ Ad evitandum pœnam non refert à quo fiat, *Bartol. in fin. C. ſi manip. ita fuerit aliena.* ¶ Quoad obligationem acquirendam non ſufficit aliquid factum eſſe fato; ſed ad pœnam evitandam ſic. *Bart. in l. 2. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Si quis appellaverit à ſententia, ea pendente reſtituendo, an evitet pœnam. *Bartol. in l. 14. §. hac autem. ff. de eo, quod metus cauſa,* ¶ Pœnæ vitandæ cauſa, qui non poteſt facere de jure, quando debeat facere de facto, *Bartol. in l. 132. num. 7 ff. de verb. oblig.* ¶ Difficultas non excuſat ab eo, quod principaliter devenit in obligationem; ſed bene ab eo, quod devenit in pœnæ commiſſionem. *Bartol. in l. 4. §. ſi in arbitrum. ff. de dol. mal. excep.*

Cap. XVII. Qui valeant, vel non.

Pœnalis clauſuſa, quantumcunque poſſibilis, ſi diſpoſitioni impoſſibili adjungatur, non tenet *DD. de Rota deciſ. 10. de teſtam. in antiq.* ¶ Obligatione principali ſublata, non corruit obligatio pœnæ, *vide tamen Rot. Aven. deciſion. 103.* ¶ Promiſſio facti alieni non valet, niſi appoſita ſit pœna. *§. verſa vice. inſtitut. de inutil. ſtipul.*

Cap. XVIII. Quando vitietur ſtipulatio.

Pœnalis ſtipulatio vitiatur ex errore, vel incertitudine, quæ principalem obligationem reddit inutilem, alias utilem conventionem pœnalis ſtipulatio ſequitur. *l. 115. ff. de verb. obligat.* ¶ Pœna conventionalis ceſſat, quando lex repræſentat factum: quod erat ab homine faciendum. *Bartol. in §. his igitur, Auth. de hered. & Falc.*

Cap. XIX. Mora, quando purgetur.

Ubi eſt pœna, & non dies admittitur purgatio moræ, uſque ad litem conteſtatam: ubi vero eſt pœna, & dies moræ purgatio non admittitur de neceſſitate; ſed ſi ſponte receperit, petitio pœnæ tollitur. *l. 26. §. fin. ff. de recep. arbit. vide ſupra lib. 1. tit. de purgat. mora.* ¶ Qui promiſit aliquem judicio ſiſti appoſito termino cum pœna, poteſt purgare moram ſiſtendo, & præſentando debitorem, vel eum defendendo uſque ad tempus ſemeſtre. *l. 26. C. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ Debitor ante litem conteſtatam poteſt moram purgare, & evitare pœnam; non ſic poſt. *l. 84. ff. de verb. oblig.*

Cap. XX. Actio quando competat.

Quando pœnalis ſtipulatio incipit à præcedenti conventione nuda, debet agi ex ſtipulatu, non ex pacto. *Bart. in l. ſi pacto. C. de pact.* ¶ Licet ſtipulatio pœnalis ſit commiſſa, præcedens tamen obligatio jure novationis non eſt ſublata, ſed ex ea agi poteſt, & ſi actor fuit conſequutus nomine intereſſe tantum quantum erat in pœna, tollitur ſtipulatio pœnalis: ſi vero actum fuit ad pœnam exactione ſequuta, tollitur obligatio, & actio prima competens ad intereſſe ipſo jure, uſque ad concurrentem quantitatem: ſed ſi intereſſe ſit majus, nec ipſo jure, ope exceptionis. *l. 29. ff. de act. emp.*

Cap. XXI. Miſcellanea.

Hæres conventus ad pœnam commiſſam ex ſtipulatione defuncti, poteſt adverſus pœnam in integrum reſtitui, ex clauſula generali. *Bartol. in l. 59. §. in hac ſtipulatione. ff. de verb. obligat. vide l. 17. §. fin. ff. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ In pœnis alternativis, cujus ſit electio, *vide Bartol. in l. 4. C. de ſerv. fugit.* ¶ Minor reſtituitur adverſus pœnam conventionalem, non autem legalem. *Bartol. in l. 38. ff. de mino. 25. ann.* ¶ An in pœna conventionali detur actio contra hæredem contraventoris, *vide Magon. deciſion. 46. num. 14. Rot. Flor.* ¶ Impleri contractus, vel pactum dicitur, cum pœnæ ſolutio ſit, *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 20.* ſed ſi ultra interſit, quam ſit pœna, quid juris, *vide Cravet. ibidem num. 281.* ¶ Quando in ſolutione pœnæ habeat locum doli exceptio, *vide Bart. in l. 14. §. idem Papinianus. ff. de act. empt.*

TITU-

TITULUS CCCCXCIII.

De prætoriis ſtipulationibus.

STipulatio interpoſita ab uno ex hæredibus ad alios non porrigitur, & ſi pœna committatur ex ſtipulatione Prætoris, facto unius hæredis, contra ipſum ſolum committitur. *l. pœnales. §. Julianus. ff. ad leg. falcid.* ¶ Promittens aliquem exhibere, vel ſiſtere in judicio ſine ſcriptis, liberatur per lapſum duorum menſium, quibus actor negligens fuit. *l. 27. C. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ Ex ſtipulatione prætoria interpoſita per procuratorem procuratorio nomine, acquiritur domino utilis actio ſine ceſſione. *l. 19. §. ſi procurator. ff. de dam. infect.* ¶ Quæ ſint prætoriæ ſtipulationes, *vide l. 5. in princ. & ibid. gl. ff. de verb. obligat.* ¶ Stipulatio prætoria non vitiatur, licet non contineat factum promiſſoris. *l. 67. ff. de verb. oblig.* ¶ In ſtipulationibus prætoriis ſimpliciter conceptis, videtur quis promittere ſe curaturum, alias committitur ſtipulatio ad intereſſe. *l. 81. ff. de verbor. oblig.* ¶ In prætoriis ſtipulationibus perſona fidejuſſoris requiritur. *Bart. in Auth. offeratur. Cod. de lit. conteſt.* ¶ Vide de prætoriis ſtipulationibus in primo libro poſt tit. de ſatiſdando.

TITULUS CCCCXCIV.

De duobus reis ſtipulandi, & promittendi.

Cap. I. Quæ extendantur, præſumantur.

IN duobus reis debendi inſpicitur conditio ejus, ad quem pecunia pervenit, quotieſcunque tractatur de exceptione Macedoniani *l. 9. ff. item ſi duos. ff. ad Macedonia.* ¶ Quomodo poſſit probari, pecuniam ad alterum tantum perveniſſe, *vide Hipp. ſing. 509.*

Cap. II. Quæ, & quando intelligantur, requirantur.

Licet in dubio obligatio intelligatur, facta in viriles; ſecus tamen eſt, quando aliter conſtaret ex aliquibus conjecturis. *Roe. Gennen. deciſ. 90. num. 7.* ¶ Dicta deciſio habet locum in pluribus reis volentibus inſolidum poſſe conveniri, & renunciantibus beneficio diviſionis. *ibid. num. 8.* in fine tamen obligatio in Curia Romana fuit impetrata pro rata, non obſtante clauſula, renunciationis legum dicentium duos reos conveniendos pro rata, *vide Jacob. Put. deciſion. 177. lib. 1.* ¶ Præoccupare quando quis dicatur per ſolam illius conteſtationem, vel requiratur ſententia, *vide Bartol. in l. 33. de legat. 1. & in l. 10. §. plerunque. de leg. 3.* ¶ Titulus contractus non requiritur in ceſſione, quando creditor ceſſit fidejuſſori, vel correo, aut ſimilibus, quia tunc ceſſio quoquo modo facta valet. *Bart. in l. 1. Cod. de actio. & obligat.*

Cap. III. Quæ præſumantur.

Maritus & uxor, licet confiteantur pretium rei venditæ recepiſſe, præſumitur tamen totum pretium ad maritum perveniſſe. *Ozaſ. deciſion. 44.* ¶ Quando duo ſimul ſe obligant, præſumitur pecunia ad utrumque æqualiter perveniſſe, & quilibet pro ſua dimidia tenetur. *Cabal. Milleloq. 326.* ¶ Pater & mater, ubi ſimul pro filia dotem promittunt, mater præſumitur magis intercedendi animo pro marito promittere, quam ut de ſuo aliquid præſtare velit. *Ozaſ. deciſ. 44. num. 7. Cravet. conſil. 77.* niſi maritus, ſeu pater non eſſet ſolvendo tempore dotis conſtitutæ, *Cravet. ibid.*

Cap. IV. Ceſſio quando fieri poſſit à correo.

Correus quando convenitur ex facto correi, illi debet cedi actio, ſed in quantum, & an fiat ceſſio, licet non habeat beneficium diviſionis, *vide per Bartol. in l. 62. ff. ad leg. fal. in l. 39. ff. de adminiſt. & peric. tuto. & in l. 76. ff. de ſolut.* ¶ Ceſſio quando fit uni ex duobus reis, non fit inſolidum. *Bart. in l. 30. ff. eo.* nam correi ſolum habent beneficium cedendarum pro rata. *l. 13. C. locati.* ¶ Quod dicitur duos reos videri invicem fidejubere, quomodo intelligatur, *vide Rot. Gen. deciſion. 65.*

Cap. V. Beneficium diviſionis cui competat.

Prælationis beneficium, nempe quod prius conveniatur ille, ad quem pecunia pervenit, quando habeat locum in duobus reis, *vide Bart. in l. 5 §. ſi duobus. ff. commodati. num. 12.* ¶ Plures debitores obligati quilibet inſolidum, adhuc habent beneficium diviſionis; ſecus ſi obligati ſint inſolidum adjecta hac clauſula, ſine diviſione. *Papon. lib. 10. tit. 4. arreſt. 25.* ¶ Quando plures æque ab initio principaliter ſe obligant inſolidum, & creditor eorum fidem inſolidum ſequitur, tunc reſpectu creditoris nullo modo ſunt fidejuſſores, ſed omnes principales, etiamſi conſtet, quod ad unum tantum pecunia pervenerit, habent tamen beneficium diviſionis, ſi ſunt præſentes, vel ſolvendo, niſi illi fuiſſet renunciatum. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 303.*

Vel non.

Quando duo rei etiam cum clauſula ſolidi, & cum renunciationibus opportunis interveniunt in contractum nullo beneficio legis, vel reſcindendo ope reſtitutionis in integrum reſpectu unius ipſorum inhabilis ad contrahendum, alter habilis gaudet beneficio ipſius inhabilis: ideo tunc pars adverſa nullum regreſſum habet contra habilem, ſed quando hoc præcedat, *Papon. libr. 16. titul. 1. arreſt. 15.* ¶ Creditor plurium debitorum inſolidum obligatorum, agens contra ipſos ſuos debitores, uno excepto, ſimpliciter nulla facta proteſtatione, quod unica ſolutione erit contentus, videtur facta diviſio, & ſibi præjudicat. *Afflict. deciſ. 142. vide Borg. Caval. deciſ. 30. part. 2. num. 116.* & per conſequens agens pro virili, vel ſimpliciter contra ſuos debitores dividere videtur debitum, quod limitatur, quando aliquis ex debitoribus non eſſet ſolvendo, tunc enim non cenſetur facta diviſio. *Afflict. ibid. num. 23. Roe. Gennen. deciſ. 90. Joſeph. Ludovic deciſion. Luc. 30. n. 29. & 30. vide Bartol. in l. 18. ff. de pact. & in l. 8 §. ſi ita de leg. 1.* ¶ In duobus caſibus duo rei venditæ invicem fidejubere reſpectu creditoris poſſunt, & ſic non valet beneficium duorum reorum: primo, quando eſt actum expreſſe inter contrahentes: ſecundo, quando eſt color quæſitus, & fit cauſa fraudandi. *Matth. Matheſ. ſing. 176.* ¶ Quando hi, qui ſunt inſolidum obligati, non habent beneficium diviſionis à jure, (ut in duobus reis debendi, qui renunciarunt beneficio novæ conſtitutionis,) ſi unus ſolverit partem, ex hoc non fit præjudicium creditori. *Bart. in l. 18. in ſecunda lect. ff. de pact.*

Cap. VI. Quibus renunciari poſſit.

Creditor recipiens partem crediti, videtur renunciare juri ſolidi: quia receptio inducit diviſionem, & tunc non poteſt alios inſolidum convenire: fallit primo, quando alter ex correis efficeretur non ſolvendo: ſecundo, quando non recepiſſet creditor medietatem, ſed plus, vel minus, quam eſſet medietas. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 41. vide Petr. de Beimmen. deciſ. 81. num. 6. & l. 18. C. de pact.* ¶ Beneficio de duobus reis renunciari poteſt, & notarii in renunciatione novarum conſtitutionem, dum ponunt, & beneficio de fidejuſſoribus, faciunt ad evitandam difficultatem, quando duo rei invicem videntur fidejubere, ita admonet *Bart. in l. 12. §. fin. ſi à Titio. ff. de duobus reis.*

Cap. VII. Quæ opponi poſſint.

Exceptio dividendarum, quæ competit duobus, vel pluribus reis, poteſt opponi poſt litem conteſtatam. *Guid. q.*

570. num. fin. ¶ Plures correi inſolidum condemnati, exceptionem diviſionis, etiam in executione objicere poſſunt, modo reliqui ſint ſolvendo : idem in pluribus mandatoribus. *Andr. Gail. obſerv. 14. lib. 2. num. 5. Joan. Papon. lib. 10. tit. 4. arreſt. 22.* tamen diviſionis beneficium pluribus reis indultum, eatenus eis competit, & prodeſt, ſi illud opponatur. *Andr. Gail. obſerv. 46. n. 18.* ¶ Exceptio dividendarum actionum, quæ competit duobus, vel pluribus reis, poteſt opponi, etiam poſt litem conteſtatam. *Guid. Pap. ſingul. 866.* ¶ Plures debitores Reſpub. in reditione computi, inter eos poſſunt opponere beneficium diviſionis, ſi omnes adminiſtrarunt. *Joan. Pap. lib. 10. tit. 4. arreſt. 23.*

Cap. VIII. Qui, & ad quæ teneantur.

In obligatione rem reſtitui, quando quilibet teneatur pro parte, vel inſolidum, & quando ſit dividua, aut individua, *Bart. in l. 5. §. ſi duob. ff. commod.* ¶ In modo conſtituendi duos reos per jus Authen. nihil eſt innovatum ; ſed in modo conſtituendi ſic. *Bartol. ibid.* nam etiam hodie duo rei tenentur inſolidum ; ſed non poſſunt exigi inſolidum. *idem Bartol. in l. 3. §. nunc. ff. de lib. leg.* ¶ Mandator tenetur inſolidum, quando duo rei, pro quibus mandavit, inſolidum promiſerunt, & contra eos inſolidum habet actionem mandati. *Bartol. in l. 72. ff. de fidejuſ. & mand. n. 6.* ¶ Si plures navem exerceant per tertium, vel per unum ex ipſis, quilibet tenetur inſolidum ; ſecus ſi ſimul exerceant. *l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. ff. de exerc. act.* ¶ Alternativa poſita inter gravatos, facit eos teneri inſolidum, ut duos reos, & tunc per petitionem, vel partis perceptionem factam ab uno, non inducitur diviſio. *l. 8. ſi ita ſcriptum. de leg. 1.* ¶ Obligatio in duobus reis credendi, quando ſucceſſione unius extinguatur, & quando correus credendi teneatur communicare correo illud, qood exegit, *Bart. in l. 38. n. 6. & 9. de cond. indeb.* ¶ Ubi duo rei debendi conſtituuntur in caſu, quo negotium ad alterum tantum pertinet, is principaliter & inſolidum obligatur, alter autem cenſetur promiſiſſe animo fidejubendi. *Cravet. conſil. 91. Natt. conſil. 51. & 52. Tom. 1. Roland. conſil. 64. num. 5. volum. 1. Franc. Cremen. ſingul. 20. Hippol. ſing. 2.* ¶ Quando res duobus commodatur, vel deponitur, an teneantur inſolidum, vel pro parte. *DD. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* ¶ Pater & filius, qui dotem recepiſſe confeſſi ſunt, an viriliter, vel inſolidum ad ejus reſtitutionem obligentur, *Ozaſch. d. deciſ. 44.* ¶ Reg. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, limitatur per *Ozaſc. ibidem numer. 16.* ¶ Expendentes nomen ſimul, an teneantur inſolidum, *vide deciſ. 30. Rot. Genuen. & deciſion. 97. ibid.* tamen ex facto negotiatoria plurium, quilibet ipſius dominus obligatur inſolidum. *ead. Rot. deciſ. 29.* ¶ Licet plures rei ex conventione teneantur inſolidum : tamen ex ſententia ſimpliciter lata, tenentur in viriles. *59. §. Paulus le. 3. ff. mand.* ¶ Plures teneri inſolidum quinque modis contingit. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 392.* ¶ Dictio, aut, conſtituit duos reos inſolidum. *Bartol. in Authen. ſi quando. C. de conſt. pecun.*

Vel non.

Obligatus ad ſummam cum alio, non debet condemnari pro parte in alium perventa, niſi facta excuſſione ſuis ſumptibus de bonis alterius, & interim liberatur ab obſervatione judicii. *Rot. Genuen. deciſ. 90.* ¶ Si vir & uxor ſimul accipiant mutuum, vel vendant, cum vulgata clauſula ſimul, & inſolidum, obligatio tenet inſolidum reſpectu viri, ſed mulier de jure non tenetur in aliquo, quia totum, mutuum præſumitur perveniſſe ad virum, niſi contrarium probetur. *Cabal. Milleloq. 326. Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. des droicts. Rub. 4. §. 20. gloſſ. 3.* ¶ Si alter correorum promittendi deceſſerit relicto creditore hærede, aditione hæreditatis non confunditur obligatio, quoad alterum correum. *DD. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap.* ¶ Rei credendi, vel debendi ex cauſa lucrativa, ſi plures ſint, & unus ſolvat totum, ab altero non poteſt, & ſimiliter, ſi unus exigit totum, non tenetur communicate alteri. *Matth. Matheſ. ſing. 119. Bartol. in l. 16. de legat. 2. & in l. 34. §. ſi duo. ff. de ſol.* ¶ Alter ex duobus reis credendi poteſt agere ſine conſenſu alterius, nec tenetur cavere de rato ; ſed de defendendo, *Bartol. in l. 3. ff. ſol. matrim. num. 7. & in l. 11. §. plerunque. de legat. 3.*

Cap. IX. Qui, & à quibus conſtitui poſſit.

Duo rei credendi per disjunctionem alternativarum poſſunt conſtitui, tam in contractibus, quam in ultima voluntate, & ille erit potior, qui prius litem conteſtatus fuerit. *l. 16. de leg. 2.* ¶ Obligatione à principio facta inſolidum, promiſſorea ſubſequentes cenſentur eodem modo obligati. *Rot. Genuen. deciſ. 176. num. 20.* ¶ Plures in dubio obligati viriliter intelliguntur, non autem inſolidum. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 44. Rot. Genuen. deciſ. 97. num. 12. deciſ. 161. & 176. num. 6.* ¶ In contractibus uno liberato cæteri remanent obligati, quando omnes inſolidum tenebantur, ſecus ſi in viriles. *Bart. in l. 107. de leg. 1.* ¶ Duo rei debendi obligati cum copula, dicuntur æqualiter & principaliter obligati, & tunc inter eos non habet locum beneficium excuſſionis, quod ceſſat etiam, quando aliquis ſe obligavit ut principalis, & inſolidum ; qui autem ſic reperitur obligatus, amittit tale beneficium. *Paul. Æmil deciſ. 273. part. 2.* ¶ Cum duo pariter ſe obligant viriliter, æqualiter videntur obligati : tamen tacite cenſentur ſe inſolidum obligaſſe, quando bona eorum inſolidum obligaverunt, & cautum eſt, quod illa per creditorem inſolidum retineri poſſint, uſque fuerit ſibi ſatisfactum. *Cravet. conſ. 77.*

Vel non.

Duo rei debendi non dicuntur, quando ambo ſimpliciter promiſerunt eandem rem dividuam. *l. reo. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, Bartol. in l. 2. ff. eod. & Ang. in rub. inſtitut. de duobus reis.* ¶ Duo rei non dicuntur, licet plurea teneantur inſolidum ex natura rei in obligationem deductæ, nec habent beneficium duorum reorum. *Bartol. in l. 65. ff. de evict.*

Cap. X. Correus quæ facere poſſit. vel non.

Quantitas ſi ad unum ex correis debendi pervenerit tota, conventus poſt patete, ut ille prius excutiatur, quod fieri debet periculo ipſius petentis. *Bartol. in l. 3. §. ubi. ff. de duob. reis. num. 15.* ¶ Qualiter & quando repetat alter correus, qui ſolvit ab altero, *vide Bartol. ibid.* ¶ Unus ex correis poteſt alium procuratorem conſtituere active & paſſive. *l. 42. §. porro. ff. de procur.* ¶ Si duobus res ſimul obligetur inſolidum, quilibet eorum contra extraneum vincit ; ſed invicem melior eſt conditio poſſidentis ; ſecus ſi pro parte ſit obligata. *l. 10. ff. de pign.* ¶ Unus ex reis credendi, poteſt in alterius præjudicium novare, & nomen debitoris cedere. *l. 32. §. ſi duo. ff. de nova. & de leg.* ¶ An duo rei videantur invicem fidejubere, *vide Bartol. in l. 63. ff. pro ſocio. in l. 16. §. mulier. ff. ad Senatuſc. Velleja. & in l. 25. §. quoties. ff. ſolut. matrim. etiam gl. in l. 5. ff. ſi quis cautionib.* pro parte affirmativa, ſcribit *idem Bart. in Auth. de duob. reis, ſi ſint ſocii, vide Azo. n. 11. in ſumma tit. C. mand.* ¶ Obligatus ſolvere cum alio ſive pro parte, ſive inſolidum ſit obligatus, ſolvendo ſolidum, pro parte à correo repetit. *l. 12. C. ſi cert. pet.* ¶ Quando unus convenitur ex facto alterius principaliter delinquentis poteſt petere, ut primo principalis conveniatur ; vel contra ipſum actiones ſibi cedantur, quod in arbitrio judicis erit. *l. 26. §. veſtimenta. ff. locati.* ¶ Correi duo videntur invicem fidejubere, quatenus pecunia

pecunia ad ſe non pervenit: fallit quando creditor agit contra correum, quia reſpectu creditoris neuter eorum poteſt dici fidejuſſor, ex quo uterque intendit ſe obligare, ut principalis, & hoc niſi expreſſe eſſet actum, ut etiam reſpectu creditoris eſſent fidejuſſores. *Natt. d. conſ. 52.* ¶ Correus debendi an repetat, ſi poſt ſolutionem obtinet ceſſionem à creditore. *Joan. Pet. Surd, deciſ. 308.*

Vel non.

Poſtquam alteri correo fuerit conſtitutum, impeditur facultas ſolvendi alteri correo credendi. *l. 7. §. fin. & l. 10. ff. de conſtit. pecun.* ¶ Si ſunt duo rei, ut pater & filius, non poteſt ab uno peti res, & ab alio intereſſe. *l. 5. §. item ſi duo. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Correus ſolvens inſolidum virtute ſententiæ debitum communi creditori, an habeat regreſſum (etiam nulla facta ſibi ceſſione) pro relevio contra alios, *vide Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 191.*

Cap. XI. Quando conveniri poſſit, vel non.

Duo, qui inſimul negotiantur, ut duo rei inſolidum conveniri poſſunt. *Rot. Genuen. deciſion. 97. num. 7.* facit lex quarta. *ff. de exercit. act.* ¶ Creditor, qui habet plures inſolidum obligatos pendente judicio contra unum, poteſt adhuc alium convenire, non expectato fine ſive primo conventus ſit ſolvendo, ſive non. *Capic. deciſion. 119. num 7.* ¶ Habens duos reos inſolidum pro uno debito obligatos, poteſt convenire quem vult pro toto debito, quod procedit, ſi alter fuerit primo requiſitus, ſeu interpellatus, & fuerit in mora conſtitutus. *Hipp. ſing. 278.* ¶ Si plures, qui tenebantur, & ſunt conventi inſolidum, fuerint ſimpliciter condemnati ad unam quantitatem, licet ſententia dividat ſummam, poterit tamen eorum quilibet inſolidum prima actione (quæ durat) conveniri: quod poſſet limitari, quando actor plures condemnari petiiſſet non adjecta dictione, inſolidum. *Jaffre. Lanfranc. deciſion. 327. vide tamen Joan. Papon. lib. 10. tit. 4. arreſt. 22.* etſi plures rei fuerint una ſententia condemnati indefinite, an divites teneantur ſolvere pro aliis non ſolvendo exiſtentibus, *vide Boer. deciſion. 310.* ¶ Quando unus ex duobus reis eſt forenſis alterius Regni, alter poterit conveniri inſolidum, licet non renunciaverit beneficio diviſionis. *idem Papon. lib. 10. titul. 4. arreſt. 39.* ¶ Si duo eſſent rei debendi, qui eoſdem reditus promiſerant, & ab uno creditor petierit, ſi iſte ſolvendo non ſit, petere poterit ab alio. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtit. redit. art. 1. gl. 16. Tom. 2.*

Cap. XII. Qui, & à quibus liberetur.

Legatum liberationis importat, ut debitor acceptilatione liberetur, ſi eſt ſolus, vel habeat correum ſocium, ſi vero habeat correum non ſocium, pacto ipſe ſolus liberari debet, quod pactum uni factum alii non proderit, cum illius, cui ſit pactum, non interſit principaliter alium non ſolvere. *l. 4. §. nunc, & ibid. gloſſ. ff. de liberat. legat.* ¶ Per confuſionem ſucceſſione factam, perſona ab obligatione eximitur, & ejus acceſſoriæ obligationes; ſecus in correis principaliter obligatis; quia in obligatione remanent, *l. 72. ff. de fid. & mandat.* ¶ Ex pluribus reis, ſtipulandi, ſi unus acceptum fecerit, liberatio contingit inſolidum. *l. 13. §. fin. de accept.* & acceptilatio facta uni ex pluribus reis debendi cæteros liberat, ſicut ſolutio, *l. 16. ff. eo.* & confeſſio receptæ pecuniæ per unum ex reis credendi, quando præjudicet alteri ſocio, *vide Afflict. deciſ. 94. & Rot. Gen. deciſ. 65. num. 6.* ¶ Solutio facta ab uno ex correis debendi de tota quantitate liberat alios. *Capell. Tholoſan. quæſt. 264. in addit.* licet contrarium proteſtetur. *Petr. de Beninten. deciſion. 81.* idem in acceptilatione. *ibid. n. 4. & 10.* ¶ Novatio facta cum uno ex reis debendi, alios liberat, *ibid. num. 22.* ¶ Quando ſunt plures rei debendi inſolidum obligati, ſi unus ſolvat partem ſuam, vel conveniatur pro parte, quando liberetur in totum, *Guid. Papon. ſing. 289.* ¶ Petitione & perceptione facta alter liberatur; ſecus per ſolam petitionem. *Bart. in l. ex duobus. ff. de duobus reis.* ¶ Uno ex duobus correis debendi liberato per pactum, alter correus non cenſetur liberatus, niſi ſint ſocii. *Capell. Tholoſan. quæſt. 264.* ſecus in acceptilatione, nam acceptilatio facta uni correo prodeſt alteri, licet non ſit ſocius. *ibid. in addit.*

Cap. XIII. Qui effectus producantur.

Numeratio in perſona unius non obligat alios, niſi ſe conſtituerint reos debendi inſolidum, re vel verbis. *l. 5. C. ſi cert. pet.* ¶ Si plures ſimul mutuant, cuilibet pro parte quæritur actio, niſi ſit conventum, quod ſint plures rei credendi, re vel verbis inſolidum. *l. 9. C. eod.* ¶ Si perſona, vel res ad obligationem adjiciatur inutiliter, non prodeſt ad ſolutionem, ut in duobus reis ſtipulandi, ſi alter eorum inutiliter ſit ſtipulatus, & alter utiliter, quia illi inutiliter ſtipulanti non recte ſolvitur. *l. 128. ff. de verb. oblig.* ¶ Si ſententia per arbitrum feratur pro, vel contra unum ex correis, ſi ab altero petatur, vel contra alterum, pœna committitur, ſi ſunt ſocii; alias ſecus. *l. 39. ff. de recept. arbitr.* ¶ Delatio jurisjurandi facta ab uno ex duobus reis credendi, nocet alteri. *l. 28. ff. de jurejuran.* & econtra juramentum unius ex reis debendi, alteri prodeſt. *l. 28. §. ex duobus, ff. eod.* ¶ Pactum factum uni ex correis per creditorem, non præjudicat mandatori, etiam quoad illum, cui fuit factum pactum, ſi ipſe mandator ſolverit, & agat actione mandati. *de fidejuſſor. & mandator. l. 72. §. ponamus.* ¶ Quomodo conſtituantur duo rei credendi, vel debendi, quando pactum, ſolutio, juramentum, ſententia, acceptilatio, novatio, confeſſio, ceſſio, liberatio, & mora unius noceant, vel proſint alteri, & alia de materia, *per Bart. in Authen. hoc ita. C. de duobus reis, & in l. 60. ff. de condict. indeb.* ¶ Ceſſio facta uni ex reis debendi, quando proſit, vel noceat alteri, *Bartol. ſing. 28.* quando quis cedit actionem contra unum ex correis, alius liberatur à cedente. *Petr. de Raven. ſingul. 323. Bartol. in l. 13. de leg. 2.* ¶ Si duo ſint rei promittendi alterius mora, alteri non nocet. *l. 32. § ſed ſi duo. ff. de uſuris. l. 134. §. pen. ff. de reg. jur.* ¶ Petitio & ſolutio partis debiti pro virili ſimpliciter ab uno ex pluribus reis debendi facta, non expreſſo, quod petebatur, vel ſolvebatur pro virili, non inducit tacitam debiti diviſionem. *Jaff. Lanf. Balb. deciſion. 289.* ¶ Remiſſio uni ex reis debendi facta prodeſt alteri, & reus debendi obligatus ex cauſa oneroſa, totum debitum ſolvens, repetit partem à correo. *Afflict. deciſion. 319. num. 13. & 14.* ¶ Juramentum vim clauſulæ caſus expreſſi habet. *Marc. quæſt. 217. part. 2.* ideo quilibet reorum poteſt convenire inſolidum, etiamſi expreſſe non renunciaverit. *Authen. hoc ſi debitor. Cod. de duobus reis, Marc. ibid. in fin.* ¶ Per pactum, vel novationem unius ex reis cedendi ſociis, alteri non præjudicat, ſecus per ſolutionis receptionem, vel litis conteſtationem. *l. ſi unus. ff. de pact.* ¶ Juramentum correi prodeſt alteri. *Rot. Gen. deciſ. 176.* ¶ Interruptio præſcriptionis contra unum, prodeſt contra alium in duobus reis, ſecus in reo fidejuſſore. *idem Put. deciſ. 512. lib. 2.* ¶ Pacto gratuito facto per unum ex duobus reis credendi non præjudicat aliis, ſecus in pacto non gratuito. *Bart. in l. 28. ff. de pact.* ¶ Reorum credendi unus alteri præjudicat litem conteſtando. *Bartol. in l. 28. ff. de jurejuran.* quid in juramento delato, vel ſuſcepto, *vide ib.* ¶ Pactum de non petendo factum uni ex duobus reis prodeſt alteri, ſi ſua interſit, non aliter. *l. 26. ff. de pac.* ¶ Liberatio ſuperveniens uni ex correis, non nocet man-

mandatori, quando habet reum obligatum actione mandati. *Bartol. in l. 72. num. 4. ff. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ Unus reorum credendi recipiendo partem, non ſibi appropriat totum, *Bart. in l. 34. §. ſi duo. ff de ſolut.* ¶ Obligatio plurium mandatorum, vel fidejuſſorum, non dicitur una, & unus ſolvens non dicitur ſolvere contemplatione alterius, & non perimit omnem obligationem, ſecus in pluribus correis, vel tutoribus. *Bart. in l. 76. num. 3. ff. de ſolut. & libera.* ¶ Culpa unius ex reis credendi in acquirendo nocet alteri, ſi ſunt duo ſocii. *l. 5. ff. ſi quis cautionibus.*

Cap. XIV. Quæ valeat, vel non.

Si maritus & uxor in eodem inſtrumento ſe obligant tanquam duo rei, an valeat obligatio, *vide Bartol. in Authen. ſi qua mulier. C. ad Senatuſconſult. Velleia.* ¶ Libellus contra plures inſolidum obligatos debet concludere, quod uno ſolvente alter liberetur, alias debet rejici. *Guid. Papon. quæſt. 570.* ſed quid, ſi ita non concludat, *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 119. & Bartol. in l. 45. de legat. 2.* ¶ Libellus conceptus contra duos citatos, & tertium citatum conjunctim, vel disjunctim, concludens tamen contra quemlibet inſolidum, valet. *Ægid. Bellam. concluſ. 201.* ¶ Non valet ceſſio facta poſt ſolutionem contra correum pariter obligatum, niſi pactum de cedendo præceſſerit. *l. 76. ff. de ſol. & lib.* an debeat fieri inſolidum, vel pro parte, *vide gloſſ. ibid.*

Cap. XV. Quæ vitientur, amittantur.

Imparitas, quæ non poteſt reduci ad paritatem, viciat conſtitutionem duorum reorum. *Bartol. in l. 9. ff. de verb. oblig.* ¶ Poteſtas retificandi non perditur facto alterius qui debentis retum habere; ideò ſi quis nomine alterius, ex correis credendi exegerit, poteſt ille, cujus nomine exegit, ratum habere, nec impeditur per exactionem poſtea per alterum correum factam. *l. 58. §. fin. ff. de ſolut. & liberat.*

Cap. XVI. Actio cui competat.

Obligati ſi plures ſint inſolidum, & actum ſit contra unum, contra tertium poſſeſſorem agi non poteſt, & excuſſo alio correo inſolidum obligato, *And. Corſet. in ſuis ſingular. lit. A. ſing. Actio.* ¶ Reis pluribus debendi conſtitutis, & inſolidum obligatis, ſi unus inſolidum conveniatur, & ſolvat, habet regreſſum contra correos actione mandati pro eorum portione, ex quo videantur invicem fidejuſſiſſe. *Natt. conſil. 658. num. 4.* ¶ Si ſunt duo rei debendi, & unus eſt inops, alter dives, non poteſt agi contra vergentem ad inopiam ratione inopiæ, *l. 28. §. præterea le. 2. ff. de fidejuſſ. & mandat.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Clauſula, unica ſolutione contentus, unde ſumatur, *Vinc. de Franc. deciſion. 305. part. 2.* ¶ Abſens dicitur notorie non ſolvendo, & notorietas prædicta poteſt probari per famam, *Joſeph. Ludov. d. deciſ. Luc. 21. num. 4.* ¶ Inter duos reos, quibus eſt relicta liberatio, eſt locus juri accreſcendi. *l. 30. ff. de lib. leg.* ¶ In duobus reis ſociis debitum utriuſq; pro parte videtur, active & paſſive; in non ſociis ejus videtur debitum, qui illud occupavit. *l. in leg. ff. ad leg. Falc.* ¶ A te videor petere, ſi peto ab alio, qui ſolvendo contra te habet regreſſum, puta à correo ſocio, ideo tunc committitur ſtipulatio de rato, ac ſi à te peterem, *l. 14. ff. rem rat. haber.* ¶ Quando duo habent æquale jus, & eſt locus præoccupationi, ſi unus eſt impeditus, impeditur ſocius. *l. 15. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Quando variatur cauſa, perſonarum variatione impeditur conſtitutio duorum reorum. *Bart. in l. 11. ff. de interrog. actio.*

TITULUS CCCCXCV.

De donationibus inter vivos.

Generalia.

De donatione facta Eccleſiæ, vel alio pio loco. *Joſeph. Ludovic. deciſion. 93. Peruſ. part. 2.*

Cap. I. Donatio, quid ſit & quæ dicatur.

Donatio abſenti, & Notario pro ipſo ſtipulante, & acceptante facta pure, ſimpliciter & irrevocabiliter, ac cum promiſſione non revocandi, & quod poſſit donatarius conſequi donationem ſtatim ſequuta morte, vel poſt mortem donatoris, & non prius, dicitur donatio inter vivos & perfecta, & non poteſt revocari etiam ante revocationem, maxime ſi ſit jurata. *Borg. Caval. deciſ. 13. de contract. Clar. in ſua pract. in §. donatio. quæſt. 13.* ſed quod ante ratificationem non valeat, videtur tenere. *Hieron. Magon. deciſion. 38. num. 04. vide Alex. Rand. tract. de Analog. cap. 30. num 94.* plenius per *Excell. P. Theſſ. deciſ. 70.* ubi tradit Reg. cum ampliationibus, ſed quid, ſi deceſſerit donatarius ante ratificationem, *Raud. ibid. Clar. in ſua pract. §. donat. quæſt. 13. Dec. conſ. 226. Rol. conſ. 19. vol. 1.* ¶ Donatio, in qua bis fuit facta mentio minoris, & intervenerunt quinque teſtes, poteſt judicari inter vivos intervenientibus ſex conjecturis, de quibus *vide per Roland. conſil. 61. vol. 2.* ¶ Si quis dicat do, vel dono, in dubio præſumitur donatio inter vivos; ſed ſi dicat relinquo, præſumitur donatio cauſa mortis. *Guid. Papon. ſing. 457.* ¶ Donatio cenſetur facta inter vivos, quando in ea ſit mentio mortis per modum dilationis. *Joan. Ant. Trig. ſingul. 10.* ¶ Donatio præſumitur facta inter vivos, quando non apparet commemoratio mortis; etiamſi fiat ab infirmo. *Abb. conſilio 41. lib. 2. vide l. 42. §. cum pater. ff. de donat. cauſ. mort.* ¶ Donatio dubia præſumitur, ſimplex inter vivos. *gl. in l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* ¶ Donatio cauſa mortis non dicitur, quando mentio mortis facta eſt in hoc tantum, ut deſignaretur tempus, quo donator voluit incipere donationem cum effectu valere. *Natt. conſil. 115. tom. 1. num. 5.* ¶ Donatio inter vivos dicitur, etiam facta mentione mortis, quando adeſt promiſſio de non revocando in verbis ſubſtantialibus contractus; ſecus in executivis. *Natt. conſ. 123. num. 7. Rol. conſ. 61. vol. 2.* ¶ Donatio facta alicui, & hæredibus inter vivos, etiamſi in ea fuerit facta mentio mortis. *Rol. conſil. 8. num. 19. & 32. vol. 1. & conſ. 61. num. 63. volum. 2.* ¶ Si dixero alicui tolle pecuniam iſtam, nunquid ſit mutuum, vel donatio, *vide gl. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* ¶ Licet quis donet poſt mortem ſuam, conferendo effectum donationis poſt mortem ipſius donantis, non tamen dicitur donatio cauſa mortis; ſed inter vivos. *Cravet. conſ. 214. Dec. conſ. 36.* ¶ Mentio mortis non facit cenſeri donationem cauſa mortis, quando ſit talis mentio demonſtrative; non per modum cauſæ finalis. *Cravet. conſ. 214. num. 9.* ¶ Quando donator promittit donationem cauſa mortis non revocare, judicatur inter vivos. *Clar. in ſua pract. §. donatio q. 4. Roland. conſ. 61. vol. 2.* contrarium tamen tenet *Dec. conſ. 306.* ſecundum diſtinctionem, de qua *in conſ. 470. ejuſdem Natt. conſ. 104. Tom. 1.* ¶ Donans cauſa mortis, promittens non contravenire, non tamen eo ipſo tranſit in donationem inter vivos. *Dec. conſ. 259.* ¶ Quando mentio mortis non eſt in verbis importantibus ſubſtantiam donationis; ſed in verbis executivis, tunc mentio mortis non facit præſumi donationem fuiſſe cauſa mortis. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub 7. §. 5. gloſſ. 0. verſ. & adverte. Roland. conſil. 61. vol. 2.* ¶ Quando ſit donatio cauſa mortis uxori cum juramento & pacto de non revocando, tale pactum facit tranſire illam

dona

donationem cauſa mortis, in donationem inter vivos, quæ non valet; ideo tale pactum rejicitur, & remanet donatio cauſa mortis. *Afflict. deciſ. 338. num. 6.* contrarium tamen videtur tenere *Boer. deciſ. 353. num. 11.* ¶ Donatio judicatur inter vivos, vel cauſa mortis, prout melius valere poterit. *Crav. conſil. 52.* ¶ Etiamſi in retentione uſusfructus donator dixerit, quod poſt mortem ſuam veniant bona ad donatarium, retentio ipſius uſusfructus habet vim traditionis: quia illa vera non alternant donationem inter vivos, quod procedit interveniente traditione vera, vel ficta per conſtitutionem precarii, vel retentionem uſusfructus; alias erit donatio cauſa mortis, *Boer. deciſ. 172. num. 45. Marc. queſt. 322.* ¶ Pœnitentiæ in donationibus non eſt locus, & aliud eſt donatio, & aliud pactum de donando. *Bartol. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat. num. 7.* ¶ Donatio cauſa mortis, licet de morte faciat mentionem; tamen ubi adeſt alia conjectura, vel cauſa, ceſſat donatio cauſa mortis, & erit donatio inter vivos. *Grammat. deciſ. 73. numer. 12. Boer. deciſ. 358.* ¶ Quando in donatione fit mentio mortis adſciendum, an ſit inter vivos, vel cauſa mortis. *Cravet. conſ. 214. Dec. conſil. 306. Roland conſil. 61. volum. 2.* ¶ Donatio facta ſub illis verbis donavit inter vivos donatione irrevocabili, eſt inter vivos etiamſi in illa mortis mentio facta ſit. *Marc. quaſtion. 485. numer. 7.* ¶ Quando dubitatur, an donatio ſit inter vivos, vel cauſa mortis, poteſt judicari inter vivos ex conjecturis, de quibus per *Magon. deciſ. 64. num. 6. Rot. Floren. vide Franc. Mant. de conjectur. ultim. voluntat. lib. 1. tit. 13. fol. 10.* ¶ Donatio inter vivos duos, aut tres teſtes requirit, & in dubio præſumitur donatio inter vivos, etiamſi fiat ab infirmo. *Cravet. conſil. 214. num. 9.* ſed quando, *Clar. in §. donatio. quaſt. 4.* quid, ſi fiat mentio mortis, ſi actus geminatus ſit, fiat conjuncto, ſi uſusfructus reſervetur, & ſi ſint pauciores, quam quinq; teſtes, *vide Franc. Marc. qu. 485.* ¶ Licet in donatione non fuerit appoſitum verbum, inter vivoa, tamen donatio debet judicari inter vivos, ſi adſunt alia verba dotantia donationem eſſe ſimilem, veluti ſi eſſet inita ſtipulatione inter partes pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus: item promiſſio de non revocando operatur donationem inter vivos: idem in promiſſione evictionis. *Vincent. de Franc. deciſ. 213. num. 5. vide Raud. tract. de Analog. cap. 23.* ¶ Non dicitur donatio cauſa mortis, quando apponitur hoc verbum, mortis, per demonſtrationem temporis, quo donatio eſt habitura effectum. *ibid. deciſ. 213. num. 8.* ¶ Licet regulariter donatio, qua fit mentio mortis, judicetur cauſa mortis: tamen hoc fallit, quando fuit facta ob benemerita, fuit reſervatus uſusfructus, adeſt pactum de non revocando cum juramento, apponitur clauſula conſtituti, & fit mentio hæredis donatarii: nam his in caſibus judicatur inter vivoſ, licet fuerit facta modo præmiſſo. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 87.* ¶ Donatio facta conjunctæ perſonæ etiam ſub commemoratione mortis, cenſetur donatio inter vivos. *Natt. conſ. 104. n. 11. tom. 1.*

Vel non.

Donatio facta filio in præmium emancipationis, eſt ſimplex donatio, *Bart. in Anthen. idem eſt. §. cum autem. C. de bonis qua liberis.* ¶ Diviſio patris inter filios habet vim ultimæ voluntatis, non autem ſimplicis donationis. *l. 20. §. ſi pater. ff. famil. erciſc.* ¶ Donatio, in qua aliquod pactum apponitur, non dicitur proprie donatio de rigore; ſecus de æquitate. *l. 20. ff. ſi cert. pet.* ¶ Donatio regulariter cenſetur facta cauſa mortis, quando de ipſa morte fit mentio in donatione. *Boer. deciſion. 353.* quod limita in caſibus, de quibus *ibid. num. 11. 12. & 13.* ¶ Donatio caſa mortis eſt, quæ ſub mortis mentione fit: fallit in ſex caſibus traditis per *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 87.* ¶ Donatio, in qua facta eſt mentio meritorum, non interpretatur ſimplex ob id, quod dictum ſit, ne poſſit ex cauſa ingratitudinis revocari. *Menoch. conſil. 308. num. 7. lib. 4.* ¶ Relictum ſub titulo legati in inſtrumento donationis inter vivos, ſortitur naturam legati, & non donationis, *Natt. conſ. 645.*

Cap. II. Qualis ſit.

Donatio facta per prædeceſſorem, præfertur donationi ejuſdem rei (etiam poſtea vacantis) factæ per ſucceſſorem in Regno, *Capic. deciſ. 121. num 12.* ¶ Donantis principalis inventio eſt attendenda in donatione, *Joſ. Lud. deciſion 29. Peruſ. num. 21.* ¶ Donatio pluribus facta unico contextu cenſetur una, & pro una reputatur ad effectum inſinuationis. *Mag. deciſ. Luc. 87.* ¶ Donatio prima in principe attenditur. *Dec conſil. 789. Marc. qu. 438. part. 2. Andr. Gail. obſerv. 55. libr. 2.* & aliquando ſecunda. *Dec. conſil. 191.* ¶ Donatio facta fratri, & ſuis pura dicitur; licet mortis faciat mentionem. *Rot. Aven. deciſ. 23.* ¶ Donationi remuneratoriæ major favor debetur, quam ſimplici *Grammat. deciſ. 73. num. 11.* ¶ Confirmata donatio poſt legitimum tempus non retrotrahitur. *Rebuff. de don. & alin. diſp. 10. 2 gl. ult.* ¶ Qualitas & numerus teſtium conſiderantur, in cognoſcendo qualitatem donationis. *Crav. conſ. 277. num. 9.* ¶ Donatio ſimplex eſt perpetua, nec res donata ad donantem revertitur, ſi ſemel perfecta fuerit. *Pac. d. deciſ. 274. n. 5.* ¶ Donatio ad vitam, an ſit perſonalis, vel realis, & an ſit tranſitoria ad hæredes donatarii, vel contra hæredem donantis, aut alterius, *Capic. deciſ. 203.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Donans rem intelligitur ſolum donare jus, quod in ea habet, *Bart. in l. 5. C. de locat. prædio. civit. lib. 11.* ¶ Donationum interpretatio fit latiſſima contra donantes. *Boer. d. deciſ. 172. n. 27. Marc. qu. 187. part. 2.* & declaratio per donantem poſtea facta, retrotrahitur ad tempus donationis. *ibid. num. 36.* ¶ Quando nulla cauſa in ſtipulatione exprimitur, videtur ineſſe cauſa donationis. *Bartol. in l. §. circa. ff. de dol. mal. excep.* ¶ Donans omnia bona præſentia, & futura reſervatis aliquibus bonis, de quibus poſſit diſponere in vita, non cenſetur ſibi reſervare facultatem teſtandi, & diſponendi per ultimam voluntatem. *Rand. tract. de Analog. cap. 27. Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 209.* & tunc talis reſervatio non facit valere donationem. *Dec. conſ. 251.* ¶ Ex reſervatione appoſita in donatione donator præſumitur, quod voluerit donare etiam bona futura, & interpretatio late fieri debet in donatione; ſed quando, *Cravet. conſ. 15.* & tunc facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit donatio omnium bonorum valet. *Dec. conſil. 516. num. 17. Clar. in ſua pract. §. donatio. qu. 59. Dec. conſ. 294. num 5. & 251. Roland. conſil. 39. Bartol. in l. 61. ff. de verbor. oblig.* dummodo reſervatio ſit talis, ex qua quis poſſit habere hæredem; ſecus ſi eſſet de minima re. *Menoch. conſil. 184. lib. 1.* ¶ Donatio facta cum onere ſolvendi debita donantis, tale onus non habetur loco reſervationis. *Papon. arreſt. 9. lib. 11. tit. 1.*

Cap. IV. Quando præſumatur, & quæ præſumantur.

Ex qualitate expenſarum præſumitur, an animo repetendi, vel donandi quis fecerit. *l. 48. ff. de don. int. vir. & uxor.* ¶ Donationum pluralitas præſumitur ex diverſitate ſummarum. *Gramm. deciſ. 105. n. 59* ¶ Unus actus donationis facit aliam donationem præſumi. *l. 18. §. idem Papinianus. ff. mandati.* ¶ Donatio præſumitur in nobili, & divite, & quando quantitas non eſt magna, & verbum, concedo, quando alia cauſa non apparet, idem eſt, quod dono. *Bartol. in l. 32. § cum Sejus de leg. 3.* ¶ Tria præſumptionem donationis inducunt, nempe

ratio ſanguinis, taciturnitas longi temporis, & ſæpius facta compenſatio *l.26.ff. de probat.* ¶ Donatio magna ſine cauſa præſumitur furioſa. *Boer. deciſ. 23. tamen ibid.* ¶ Donatio ubi datur enormis læſio, cum metu reverentiali præſumitur extorta dolo. *Grammat. deciſ. 103. num. 53.* ſed ſimplex læſio non poteſt conſiderari in donatione. *Cravet. conſil. 160.* ¶ Donans alicui de bonis obligatis in dubio præſumitur donare animo compenſandi, & extinguendi debitum. *Petr. Gerar. ſingular. 56.* ¶ Donatio præſumitur cum mater extra dotem aliquid genero nomine filiæ dat. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 8. num. 23.* ¶ Dos ſimpliciter data ab extraneo, donata præſumitur. *Menoch. ibid. num. 36. & 37.* ¶ Donatio an præſumatur, quando quis dicit, tolle iſtam pecuniam, vel do tibi hanc pecuniam, *Capic. deciſ. 180. n. 11. & 13.* ¶ Donatio, ut præſumatur, quatuor requiruntur, quando quis tradit rem alicui, de quibus *vide ibid. num. 12. & Cravet. conſil. 249. num. 4. Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 88.* alias error potius, quam donatio præſumitur. *Gramm. deciſ. 65.* ¶ Tribus concurrentibus præſumitur donatio. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 592. vide gloſſ. in §. ſi minus, inſtitut. de act.* ¶ Donatio præſumitur, quando frater ſcit filiam fratris dotari de bonis communibus, & tacet. *Cravet. conſil. 159. Menoch. de Arbitrar. libr. 2. caſ. 88.*

Vel non.

Res in dubio non præſumitur tradita, ut dominium transferatur. *Afflict. deciſ. 373.* ¶ Donatio nunquam præſumitur, ubi poteſt dari alia conjectura. *Afflict. deciſ. 44. num. 24. & deciſ. 80. num. 4.* ſed potius fatuitas, aut error in facto proprio. *Cravet. conſil. 77. num. 14. conſilio 1. pro genero. num. 49. & conſil. 3. ibid. num. 7. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 88.* ideo verbis jactantis, & placitoriis non inducitur donatio. *Franc. Marc. quaſt. 542.* ¶ Donatio regulariter non præſumitur, imo quævis interpretatio ſumitur ad donationem evitandam: Reg. tamen limitatur duodecim in caſibus *per Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 88. Marc. de Mant. ſing. 226.* fallit in caſu, de quo *vide ibid. d. ſing. 226.* item fallit in eo, qui ſcienter emit vel conducit rem, quam evincere poterat: quoniam tunc videtur renunciare juri ſuo ſibi competenti. *idem de Mant. ſing. 344.*

Cap. V. Quæ requiruntur, vel non.

Donatio abſenti facta ſtipulante notario non eget acceptatione. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 111.* ¶ Contractus donationis ad hoc ut dicatur perfectus, adeo quod donatarius ille, cui donatum eſt, agere poſſit, requirit conſenſum utriuſque, ita quod donans, & donatarius ſint præſentes, & invicem contrahant, vel intervenire debet nuntius, vel epiſtola. *Hartm. cap. 4. tit. de donat. lib. 1.* ¶ Donatarii acceptatio in donatione requiritur, & debet apparere de conſenſu ipſius donatarii: fallit, quando donatio perficitur re ipſa per retentionem uſusfructus, per quam transfertur dominium & poſſeſſio. *Marc. quaſt. 326. num. 6. & 14.* ¶ Si ceſſio fiat titulo donationis ob merita & ſervitia, an neceſſario requiratur, quod merita præceſſerint. *Bartol. in l. 22. C. mandati. n. 14.* ¶ Qualiter benemerita ſpecialiter, vel generaliter debeant deſcribi in donatione, *vide per Menoch. conſ. 182. lib. 2.* ¶ Donatio præſumta, an traditionem requirat. *Jaſon. de actio. in §. minus. num. 8. & 10.* ¶ Donationes plures in eadem perſona, ad hoc ut valeant, requiritur, quod per diverſa tempora fiant. *Abb. conſil. 107. lib. 2.*

Cap. VI. Inſinuatio in quibus requiritur.

Donatio inter vivos facta in teſtamento, indiget inſinuatione, ſine qua non valet etiam in vim legati. *Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ In donatione excedente ſummam 500. aureorum requiritur inſinuatio, *Capic. deciſ. 203. Clar. in ſua pract. §. donatio. quaſt. 15.* alias non valet, *Bart. in §. 1. inſtitut. de ſucceſſ. liber.* & facta poſt mortem non valet. *Papon. libr. 11. titul. 1. arreſt. 27.* ſed qualiter, & quibus vocatis debeat fieri, *vide Capic. d. deciſion. 203. num. 13.* & intra quod tempus, *Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 26. vide Clar. in ſua pract. §. donatio. quaſt. 15.* & coram quo judice, *Guid. Pap. quaſt. 325. Papon. libr. 11. titul. 1. arreſt. 26.* tamen donatio facta ab habente merum imperium, ſeu a judice ordinario non requirit ipſam inſinuationem. *Capic. ibidem num. 12. Marc. quaſt. 87. num. 11. Natt. conſil. 28. numer. 4. & conſ. 628. numer. 9.* ¶ Inſinuatio requiritur propter duo: primo ut non fiat donatio clam, ſed publice, ne donans fraudetur: ſecundo, quia fit apud judicem, quo caſu dolus & metus abeſſe præſumuntur. *Guid. Pap. quaſt. 325. num. 2.* ¶ Inſinuatio, an requiratur in donatione tacita in pacto gratuito, in ceſſione facta ex cauſa donationis, in donatione reciproca, & in donatione ob cauſam, *Clar. ibid. quaſt. 16.* ¶ An donatio remuneratoria, vel ob cauſam, egeat inſinuatione, *D. Sol. ſuper 6. part. dicti decreti malitiis. fol. 113.* pro negativa ſcribit *Natt. conſ. 674. Guid. Pap. ſing. 375.* ¶ Donatio conditionalis, an egeat inſinuatione, *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ 1. ſuper decreto, malitiis. tit. de donat. minor. num. 15.* ¶ Inſinuatio an requiratur in donatione, ubi adeſt juramentum, *Capic. deciſ. 159. num. 31. Franc. Marc. quaſt. 326. Guid. Pap. quaſt. 350. Capell. Thol. q. 392. Cabal. Milleloq. 306. Clar. in ſua pract. §. donatio. quaſt. 18.* pro parte negativa ſcribit *Paul. Æmil. deciſ. 286. Andr. Gail. obſerv. 39. libr. 2. Cravet. conſil. 118. Rebuff. in ſuis comment in Reg. conſtit. in proœmio. gloſſ. 5. num. 104. Dec. conſil. 238. 431. & 488. Menoch. conſil. 292. & 308. lib. 4. Roland. conſil. 70. lib. 2.* ¶ An in donatione plurium rerum, ſi actum ſit, ut tot ſint donationes, quot ſunt res donatæ, an ſit neceſſaria inſinuatio. *Guid. Pap. ſingul. 375. & ſingul. 597.* ¶ Si fiant donationes viciſſim inter duos, quælibet eget inſinuatione, *Guid. Papon. ſingul. 400.*

Vel non.

In donatione facta Eccleſiæ, vel alii piæ cauſæ, non requiritur inſinuatio. *Clar. in ſua pract. quaſt. 17. Matth. Matheſ. ſing. 169. Bartol. in l. 16. C. de Sacroſan. Eccleſ.* ¶ Donatio ob cauſam, ſeu remuneratoria excedens ſummam 500. aureorum, non indiget inſinuatione. *Capell. Tholoſan. quaſt. 382.* requiritur tamen expreſſio cauſæ, *vide Mynſing. obſerv. 75. cent. 4.* ¶ Donatio coram Judice, vel Vicejudice facta, etiam ipſe recipiendo inſtrumentum, quamvis res donatæ non ſint in ejus territorio, non eget inſinuatione. *D. Super 2. part. dicti decreti, malitiis, num. 4. Roland. conſ 39. vol. 1.* ¶ An juramentum ſuppleat defectum inſinuationis, quæſtio ingens eſt inter Doctores, tamen opiniones poſſunt conciliari, quod affirmativa procedat, quando in ſpecie ipſi inſinuationi cum juramento fuit renunciatum, negativa quando generaliter, *Magon. deciſ. 64. num. 23. & deciſ. 65. Rot. Flor. Clar. in ſua pract. §. donatio. qu. 18. Roland. conſil. 19. vol. 1. & conſil. 39. ibid. & Guid. Papon. ſingul. 341.* ¶ Donatio ob cauſam non inſinuatur. *Bartol. in §. illud quoque, Auth. ut fratrum filii.*

Cap. VII. Quid ſit inſinuatio, & qualis ſit.

Inſinuatio nihil aliud eſt, quam deſcriptio in actis facta decreto Judicis competentis interveniente, *Guid. ibidem num. 3. vide Clar. in ſua pract. §. donatio. quaſt. 15.* & inſinuatio poteſt fieri poſt donationem. *ibid. num. 4.* ¶ Inſinuatio non retrotrahitur ad tempus donationis, quando medio tempore alteri jus quæſitum eſt. *Menoch. conſil. 292. libr. 3.* ¶ Inſinuatio quid ſit, & quæ in ea requirantur, ut valeat, & plene de materia, *vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper Reg. conſtit. tract. de donatio. inſinua. fol. 550. Tom. 2.*

Cap.

Cap. VIII. Quando fieri poſſit, vel non.

Inſinuatio donationis poteſt fieri coram quocunque judice, etiamſi non ſit judex partium. *Guid. Pap. ſingul. 341.* qualiter fiat, *Magon. deciſ. 64. num. 23.* ¶ Coacervatio ſummarum, an & quando admittatur ad effectum inſinuationis faciendæ, *Magon. ibid. deciſ. 129.* ¶ Inſinuatio donationis poteſt fieri in ipſo contractu, & etiam poſt ex intervallo. *Pet. de Raven. ſingul. 158.* ſed non poteſt fieri poſtquam fuit oppoſitum de donationis invaliditate. *Hippol. ſingul. 480.* ¶ Inſinuatio coram judice fieri potsſt extra locum tribunalis, & judice non ſedente pro tribunali. *D. Sol. ſuper 2. part. dicti decreti malitiis. num. 6.*

Cap. IX. Quæ veniant in donatione.

In generali donatione veniunt bona, quæ erant donantis ſimpliciter. *Cravet. conſil. 234.* ¶ In donatione omnium bonorum veniunt etiam bona poſtea quæſita ex hæreditate alterius, ſi tamen ipſa hæreditas fuerit adita per donatorem. *Cravet. conſ. 222.*

Vel non.

In generali & libera conceſſione, non venit donatio. *l. 29. §. filius. ff. de pact. & l. 1. §. ſi filius. ff. quæ res pignori oblig. poſſ.* ¶ Appellatione rerum ſuarum in donatione, non veniunt jura & actiones; ſecus appellatione rerum ſimpliciter. *Guid quæſt. 442. vide tamen Marc. quæſt. 322.* ¶ Donando ſi dicatur, dono tibi omnes res meas, non veniunt jura & actiones. *Bartol. in l. 1. ff. de ſtat. hom. vide eundem Bartol. in l. 29. §. agento. ff. de aur. & argent. leg.* ¶ In donatione facta alicui, & filius ipſius non veniunt pronepotes: nam appellatione filiorum nepotes non venire receptum eſt, niſi concurrentibus conjecturis. *Mago. deciſ. 71. Rot. Flor.*

Cap. X. Quando probetur, & quæ probentur.

Donatio, an probetur per ſimplicem aſſertionem donantis, & ex verbis in inſtrumento locationis adjectis, & utrum annua donatio tranſeat active & paſſive in hærede? pulchra dubitatio. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. quæſt. 60. lib. 2.* ¶ De perdito inſtrumento donationis, ipſi probari poteſt per teſtes, & ex obſervantia poſtea ſecuta juvatur donatio, ubi plene probata non eſt. *Cravet. conſil. 276.* ¶ Si donatio fiat à perſona, quæ libere de bonis ſuis diſponere poſſit, ſua ſimplex aſſertio probat præſtationem meritorum, ſed ſi inter perſonas prohibitas, aliunde merita probanda ſunt, quam partium aſſertione. *Illuſtr. Senat. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. gloſſ. 1. ſuper 6. part decreti, malitiis. tit. de donat. minor.* ¶ Donatario ſufficit, quod probet rem donatam fuiſſe poſſeſſam à donante, nec habet neceſſe probare dominium, & tunc alleganti bona non eſſe donantis, incumbit onus probandi. *Guid. Pap. quæſt. 442.* ¶ Donatio quum non præſumatur, debet manifeſte probari. *Dec. conſil. 177.* ¶ Per inſtrumentum donationis non probatur dominium, niſi in donatione Principis. *Afflict. deciſ. 14. Capic. deciſ. 59. num. 20.* vel niſi probatis aliis adminiculis. *ibid. Afflict.* aut niſi probetur de jure auctoris. *Marc. quæſt. 217.* ¶ Donationem probat ſcriptura privata etiam ſine die, & conſule, nec tunc poteſt impugnari ob defectum ſolemnitatis. *Boer. deciſ. 172. num. 19. & 20.* ¶ Donatio jurata cum ſpecificatione meritorum, an probet ipſa merita, *vide Capic. deciſ. 203. num. 9.* pro affirmativa, *ſcribunt Gram. deciſ. 73. num. 10. Guid. Pap. 377. & 596* & facta ſupra merita dicitur pura. *Capic. ibid. in fin. Guid. Pap. quæſt. 95.* ¶ Hypothecaria agens contra donatarium debet probare hypothecam præceſſiſſe donationem, fallit in fiſco, qui non probat; ſed donatarius probare tenetur. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularib. litera A. ſingul. actio.* ¶ Merita in donatione, an debeant probari, *vide Afflict. deciſ. 370. num. 15. Guid. Pap. q. 95.* vel ſaltem in ſpecie declarari. *Rot. Aven. deciſ. 23. in deciſ. diverſ. & Bartol. in l. 18. num. 5. ff. de Caſtr. pecul.* ¶ Donatio inter vivos poteſt probari per duos teſtes, qui ſint probatæ & fidelis converſationis; alias ſecus. *Roland. conſil. 40. volum. 1.* ¶ Quando opponitur donantem fuiſſe mente captum, quomodo hoc probetur. *Dec. conſil. 448.*

Cap. XI. Quæ comprehendat, vel non.

Donatio omnium bonorum continet ſolum præſentia. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 233.* ¶ Donatio non comprehenditur in mandato generali cum plena & libera adminiſtratione. *Auguſt. Bero. quæſt. 33.* ¶ Donationis verbum ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprehendiſſe videtur. *leg. 67. §. donationis. ff. de verb. & rer. ſign.* ¶ Quando per conſtitutionem Principis prohibetur donari abſenti, in tali prohibitione comprehenditur etiam donatio facta minori. *Papon. arreſt. 10. lib. 11. titul. 1.* ¶ Donatio generalis non comprehendit rem, donatori ex fideicommiſſo debitam, & geminatio multorum contractuum de eadem re arguit ſuſpicionem fraudis. *Boer. deciſ. 33. num. 4. & 5* ¶ Statutum loquens de contractibus & alienationibus fictitie factis, non comprehendit donationem cum reſervatione uſusfructus factam. *Auguſt. Bero. quæſt. 129.*

Cap. XII. Quando porrigatur, reſervetur ad alium.

Donatio generalis refertur ad ſpecificata. *Boer. deciſ. 33.* ¶ Pactum ſi in donatione apponatur, ſeu modus non eſt proprie donatio. *Bart. in l. 20. ff. ſi cert. pet.* ¶ Donatio omnium bonorum alicui facta cum reſervatione, &c. non porrigitur ad bona futura, & poſt factam donationem acquiſita. *Bart. conſ. 74. vol. 2. num. fin.* vide tamen de ampliationibus, & limitatione *per Excell. P. Theſſaur. deciſ. 199.*

Cap. XIII. Quando arguatur.

Donatio inter vivos arguitur ex eo, quod duo tantum teſtes adhibiti fuerunt. *Natt. conſil. 104. num 5 vide ibid. num. 15.* licet in ea ſit facta mentio mortis. *idem Natt. conſil. 115. Roland. conſ. 8. num. 22.* ¶ Donatio accedens contractui dotis arguitur inter vivos; licet facta ſit poſt mortem, vel per aliud inſtrumentum incontinenti rogatum. *Natt. conſ. 115. Tom. 1.* ¶ Donatio quando arguatur ex curſu temporis, & non præſumitur ratione ſanguinis; ſed conſenſus ſic, & quando præſumatur viciſſim facta, vel ex modo, aut genere, *vide Bartol. in l. quæ doti u. ff. ſolut. matrim.* ¶ Donstio arguitur ſimplex ex illis verbis, donatione pura & irrevocabili. *Cravet. conſ. 85. num. 2.* ¶ Verbum, remaneat, inducit donationem inter vivos, & iuramentum validat pactum continens donationem, ubi alias eſſet inutile, & effectum donationis facit operari. *Guid. Pap. quæſt. 510.* ¶ Donatio facta alicui, & hæredibus ſuis, intelligitur pro hæredibus caſu, quo habuerit locum in perſona donatarii. *Raud. tract. de Analog. cap. 37. num. 109.* & ita fuit judicatum. ¶ Præſentia cum taciturnitate donationem inducit. *l. 39. ff. de donat. inter. vir. & uxor.*

Cap. XIV. Quando fieri poſſit donatio.

Donatio inter vivos fieri poteſt in teſtamento, per modum legati, ut ſi teſtator legaſſet rem reſervato uſufructu, ipſum percipiendo à manu legatarii, cui rem tradiderat. *Afflict. deciſ. 275. vide Boer. deciſ. 353. num. 4. & 5.* & hoc caſu legatum tranſit in donationem inter vivos. *Afflict. ibid.* ¶ Poſſunt fieri per pacta, per ſtipulationem, cauſa donationis inter vivos irrevocabiliter. *Boer. deciſ. 351.* ¶ Donatio facta Imbaſiatoribus, an dicatur facta eorum contemplatione, vel mittentium. *Capic. deciſ. 180. num. 14.* & an ſit ipſorum, *Bartol. in l. 10. §. arrogato. ff. de vulgari.* ¶ Donatio omnium bonorum ſi fiat à minore 25. ann. qua ſolemnitate fieri debeat in hac Patria. *in*

antiq. conſtit. titul. de donat. minor. & ibid. D. Sol. in ſuis comment. fol. 107. ¶ In donatione rei ſingularis poſſunt obligari bona donantis, & hæredum pro evictione; ſecus in donatione omnium bonorum, in qua non habet locum evictio. *Boer. deciſ. 33. num. 26.* ¶ Donatio fieri poteſt à Principe, quando ejus ſtatus non multum minuitur. *Dec. conſil. 191.* ¶ Donatio videtur facta illi, cujus contemplatione fit, ideò facta uxori contemplatione viri, videtur magis facta marito, quam uxori. *Dec. conſil. 28. num. 4.* ¶ Donatio facta ad poſtulationem alicujus per Principem, cenſetur facta per importunitatem. *Gaſp. Cabal. milleloq. 803.*

Vel non.

Quis non poteſt cedere litem fiſco titulo donationis. *l. 22. §. fin. ff. de jure fiſc.* ¶ Prohibitus donare ſine alicujus conſenſu, non poteſt donationem facere, niſi ſpecialiter illi fuerit permiſſum. *Abb. conſil. 40. lib. 2.*

Cap. XV. Quando in fraudem fiat, dicatur facta.

Donatio in fraudem ſucceſſoris, quando dicatur facta. *Afflict. deciſ. 370. numer. 13.* ¶ Quando donatio cenſeatur facta in fraudem creditorum etiam futurorum, licet in ea ſit appoſitum conſtitutum. *Ægid. Bellam. concluſ. 715. Magon. deciſ. 76. Rot. Floren. Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crimin. cap. 49. & 50.* ¶ Fraus præſumitur in donatione tribus concurrentibus, nempe donatio omnium bonorum facta conjunctæ perſonæ, & ſpes nulla procreandi liberos. *Capic. deciſ. 85. facit. l. 17. ff. quæ in fraudem creditorum.* ¶ Non per hoc ſolum, quod donator bonorum poſt donationem per eum factam inſiſtit continuo poſſeſſioni usque ad mortem, poteſt dici donatio facta in fraudem, contractus donationis fictitius, niſi concurrente aliqua alia cauſa ſimulationis. *Ægid. concluſ. 715. DD. de Rot. deciſ. 1. tit. de donat. in novis.* ¶ Donatio bonorum in fraudem proximiorum dicitur fieri, quando fit in beneficium extraneorum, ſeu magis extraneorum; ſecus quando fit proximiori ſucceſſeſſori. *Vincent. de Franc. deciſ. 157.* ¶ Donatio omnium bonorum facta extraneo, redditur ſuſpecta ex multis præſumptionibus, de quibus *vide in deciſ. 64. Rot. in deciſ. diverſo.* ¶ Hæres donatoris, & ipſe poſſunt dicere donationem ſimulatam, & inſtrumentum donationis non dicitur ſimulatum ex eo ſolum, quod donator remanſit in poſſeſſione rerum donatarum. *Bart. conſil. 65. volum. 1.* ſi in inſtrumento adſit conſtitutum. *Barcol. conſil. 81. num. 8. volum. 1.* ¶ Si perſuaſione mariti uxor donaverit bona ſua filio, & inde maritus eam occiderit, talis donatio cenſetur fraudulenter facta; ideo non valet. *Dec. conſil. 525. num. 9.*

Cap. XVI. Quando acceptari poſſit, vel non.

Donatarius non poteſt in parte acceptare donationem, & in parte illam repudiare: nam aut in toto, aut in nihilo illam acceptare debet. *Papon. arreſt. 9. libr. 11. titul. 1. arreſt. 18.* ¶ Eccleſiæ favore quilibet privatus poteſt acceptare donationem factam ipſi Eccleſiæ. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29. num. 9.* ¶ Donatio poteſt ratificari à filiis donatarii, maxime re integra. *Menoch. conſ. 92. num. 73. vol. 1.*

Cap. XVII. Quando perficiatur, vel non.

Donatario, cui eſt facta donatio eo abſente, & Notario pro ipſo ſtipulante, acquiritur actio ante acceptationem, ideo donatio modo prædicto facta ſtatim eſt perfecta quoad donantem, ejus hæredem, & donatarium; ſecus ſi ageretur contra tertium, cui medio tempore jus eſſet quæſitum. *Vincent. de Franc. deciſ. 339. part. 2. vol. 4.* plene per *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 70. & Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crimin. cap. 48.* ¶ Donatio hodie nudo pacto perficitur; ſed quid in donatione præſumpta, *Clar. §. donatio. quæſt. 14.* ¶ Donatio ſolo conſenſu perficitur, ideo mutus donationem facere poteſt. *Franc. Marc. quæſt. 326. Rot. Genuenſ. deciſ. 37. num. 8.* ¶ Donatio inter abſentes perficitur, quando apprehenditur poſſeſſio de voluntate donantis; licet alias ejus voluntatem non declaraverit. *Franc. Marc. quæſt. 316. num. fin. vide Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 12. Natt. conſil. 146. numer. 1. Tom. 1.*

Cap. XVIII. Qui donare, & quæ donari poſſint, vel non.

Minor ſine decreto non poteſt donare. *Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 421.* imo cum Prætoris decreto etiam non poteſt donare. *Menoch. conſ. 388. lib. 4. Natt. conſil. 173.* ¶ Quid, ſi donatio fuerit jurata. *Menoch. conſil. 29. & 388. Excell. Theſſaur. deciſ. 66.* ſed quid, ſi major factus ratam habuerit donationem. *Menoch. conſil. 29. num. 45.* ¶ Minor 25. ann. non habens curatorem poteſt donare res mobiles, non comprehenſas *in l. quæ tutores. Barcol. conſil. 70.* ¶ Concubinæ matri ſpurii donari poteſt, etiam à muliere noſtri temporis. *Mohed. deciſ. 188.* ¶ Filius poteſt donare res matris ea conſentiente, nec mater volens poſtea pretium dare, auditur. *l. 5. Cod. de donat. propter nupt.* ¶ Princeps poteſt bona publica donare, & donata debent in patrimonio donatarii perpetuo remanere. *l. 5. Cod. de pagan. vide l. 6. C. de fund. patrimon. lib. 10.* ¶ Donari ſicut poteſt per epiſtolam; ita & donatoris voluntas declarari. *Boer. deciſ. 172. num. 21.* & donatione declarata, non agitur ex declaratione, ſed ex donatione. *ibid. num. 26.* ¶ Prohibitus donare, an poſſit confiteri in alio contractu. *Creſcent. deciſ 2. & 108. titul. de confeſſis.* ¶ Prohibitus donare per ſtatutum, non prohibetur donare cauſa remunerationis. *Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 15. numer. 264.* ¶ Filiafam. de dote inter vivos diſponere, an ſine conſenſu patris poſſit, reſervato tamen uſufructu, ne fiat præjudicium marito. *vid. Excell. P. Theſſaur. deciſ. 150. numer. fin.* ¶ Donans Titio, aut Mevio, videtur utrique donare. *Boer. deciſ. 214.* quia tunc disjuncta reſolvitur in conjunctam. *ibid.*

Vel non.

Filiusfamilias non poteſt donare inter vivos (etiam cum juramento) ſine conſenſu patris bona adventitia, in quibus pater habet uſumfructum. *Vincent de Franc. deciſ. 71.* ¶ Filia non poteſt alteri donare dotam à patre profectitiam. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 242. num. 4.* ¶ Mulier prohibita contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, prohibetur etiam donare: nam hoc caſu appellatione contractus venit donatio. *ibid. d. deciſ. 139. num. 3.* ¶ In hac Patria Pedem. ex diſpoſitione antiquarum conſtitutionum perſonæ ſimplices, & prodigi non poſſunt donare, ut cavetur in ipſis antiq. conſtitut. *titul. de donat. minor. vide D. Sol in ſuis commentar. ibid. fol. 107.* ¶ Prohibita alienatio extra familiam prohibetur etiam donatio, niſi fiat in familia. *l. 4. C. de fideic.*

Quibus donari poſſit.

Filio naſcituro poteſt donari, & notarius poteſt pro nondum natis ſtipulari. *Dec. conſil. 245.* tamen donatio tunc dicitur eſſe in pendenti, & ſic habet tacitam conditionem, ſi filius naſcatur. *Boer. deciſ. 172.* uſusfructus rei naſcituro donatæ, ad quem interim ſpectet, *vide ibid. num. 16.*

Cap. XIX. Quæ dicantur donata, vel non.

Datum ſororibus inter vivos, cenſatur donatum animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ debitæ ipſis ſororibus. *Cravet. conſil. 121. num. 14.* ¶ Donare non creditur, qui interrogatus, an velit rem illam donare, reſpondet non hanc, ſed omnia quæ habeo. *Menoch. de arbitr lib. 2. caſ. 88. num. 6.* ¶ Donare, an videatur, ſi aliquis adhibet ad ſtipulandum eum, à quo donationem

nem recuperat. *Bartol. in l. 8. §. ſi cui. ff. mandati, & in l. quæ dotis. num. 12. ff. ſolut. matrim.* ¶ Si conſentio tibi venditi rem meam, an videar conſentire animo donandi, *vide Bart. in d. l. quæ docu. num. 14. & 16.* ¶ Donans id, quod ſibi Titius debet, videtur donare actionem ſibi competentem, *Bartol. in l. 18. §. cum ſervus. ff. de ſtipulat. ſerv.* ¶ Donare videtur, qui nullo jure cogente concedit. *l. 83. ff. de reg. jur.*

Vel non.

Verba recommendatoria non obligant, neque per eam quis videtur donare. *Bartol. in leg. 12. §. cum quidam. ff. mandati.* ¶ Licet quis ſuum alterius nomine deponat; tamen donare non videtur. *Bartol. ſingul. 175.*

Cap. XX. Quæ tranſeant.

Bona donata contemplatione, & propter benemerita donatarii, tranſeunt in filios nedum primi, ſed etiam ſecundi matrimonii: licet in donatione fuiſſet appoſita illa clauſula, pro te, & filiis tuis ex Catharina (prima uxore) ſuſcipiendis. *Menoch. conſil. 40. vol. 1.* ¶ Donatio inter vivos eſt tranſitoria ad hæredes; non autem cauſa mortis. *Boer. deciſ. 353. num. 12. Magon. deciſ. Luc. 87. num. 13.* ¶ In donatione omnium bonorum non tranſit dominium ſine traditione. *Pet. de Rav. ſing. 88. & Bartol. in l. 1. ff. pro dote.*

Cap. XXI. Transferuntur, tranſmittuntur.

Quando donatio fit uni, ejusque deſcendentibus, res donata poteſt per ultimum deſcendentem tranſmitti ad matrem, quæ ad ſecunda vota tranſiverat. *Put. deciſ. 274. lib. 3.* ¶ Fallit, quando donans hac lege dedit, ut deficientibus deſcendentibus, res donata reverteretur ad hæredes ipſius donantis. *Put. ibid. num. 6.* ¶ Si donator rem conducat ab eo, cui dedit, ipſa conductio transfert poſſeſſionem, quam habet, & etiam dominium, *l. 76. ff. de rei vendic.* ¶ Ex quibus reſervationibus appoſitis in donatione, poſſeſſio civilis poſſit transferri in donatarium. *Put. deciſ. 216. lib. 3.* ¶ Etſi dominium in donatione transferatur reſervato formali uſufructu, & cenſeantur quoque omnia translata, quæ dominio adhærent; tamen hoc non procedit in uſufructu cenſuali reſervato. *Put. deciſ. 216. vide & deciſ. 222. lib. 3.* ¶ An ſecundus donatarius acquiratur dominium rei donatæ absque traditione, diſputant Doctores. *Mago. deciſ. 71. Rot. Flor.* ¶ Quando in venditione fit donatio pluris valentiæ, quid juris. *Boer. deciſ. 142. & 143. Bart. in l. 37. ff. de contrah. empt. & in l. 4. ff. de uſuris.* ¶ Per retentionem uſusfructus transfertur poſſeſſio rerum donatarum; tamen hoc caſu in donatione omnium bonorum retento uſufructu ad vitam, mortuo donante donatarius debet accipere poſſeſſionem à manu hæredis donantis, & hoc de jure communi, quod non obſervatur in Regno Franciæ. *Joan. Papon. lib. 8. tit. 6. arreſt. 1.* hoc verum, quando hæres poſſidet; alias ſecus. *Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 15.*

Cap. XXII. Qui, quibus ſuccedere poſſit in donatis.

Donatione pluribus perſonis facta, & pacto inito inter donantem, & donatarium, quod ipſis decedentibus ſine liberis bona donata ad donantem ſpectent & pertineant, ſi contingat unum ex donatariis deceſſiſſe absque liberis, recte ad illius portionem donans admittitur, vigore ſupradicti pacti, nec requiritur omnes donatarios decedere ſine liberis. *Ozaſ. deciſ. 110.* ¶ Donatario decedente ſine liberis, bona donata ex donatione pura non revertuntur ad donatem; ſed pertinent ad heredes donatarii. *Cravet. conſil. 15.* ¶ Quando donatio fuit facta alicui pro ſe, ſuisque liberis & ſucceſſoribus quibuscunque, ex hac donatione tres oriuntur quæſtiones: Prima, & an liberi veniant ordine ſucceſſivo poſt mortē patris: Secunda, an admitti debeant, licet hæreditatem patris repudiaverit: Tertia, an liberis præjudicium inferatur ex alienatione, vel obligatione bonorum datorum facta per donantem, vel patrem liberorum, de quibus omnibus *vide per Dec. conſil. 239. & conſ. 607. num. 8* ¶ Donatione facta alicui, & ejus hæredibus, etiam hæredes extranei cenſentur vocati. *Joan. Pap. lib. 11. titul. 1. arreſt. 2.* ¶ Si donatio fiat contemplatione alicujus, penes illum remanet quod donatum eſt. *Bart. conſil. 10. vol. 2.* ¶ Donatione facta omnium bonorum, cum reſervatione facultatis diſponendi de florenis quinque centum ſuper bonis donatis, ad quem ſpectent illa quinque centum, donatore non diſponente. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 97.* ¶ Grevata ſuccedunt venientes ab inteſtato in ſumma donata, de qua poterit diſponere, licet non diſpoſuerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 45.* ¶ Filius recuperans propria bona à patre donata exceptione evictionis non repellitur, etiamſi ſit hæres patris. *Gom. Leo. deciſ. 79. ibid. Tom. 2.*

Cap. XXIII. Qui ſint effectus donationis.

Donatione facta reſervato uſufructu, ad quem ſpectent fructus exiſtentes tempore mortis donantis. *Vinc. de Franc. deciſ. 168.* ¶ Donatio rei, cujus donatarius in particulari commercium non habet, an obliget donantem, ſaltem ad æſtimationem. *Ludov. Roman. ſingul. 750.* ¶ Clauſula illa, ceſſit & donavit omne jus, &c. & alia clauſula, ponens in locum ſuum proprium tanquam procuratorem, & dominum, in re ſuam operantur, ut licet donator non habeat dominium, quod poſſit agere donatarius rei vendicatione. *Joſeph. Ludovic. deciſ. 68. parc. 2.* ¶ Pater non poteſt alienare res donatas filiis emancipatis, nec nocet filio minori conſenſus præſtitutus in re, quæ ſine decreto alienari non poteſt. *l. 2. C. ſi adverſus donationem.* ¶ Pactum in donatione appoſitum, ne liceat donatario alienare, operatur, quod aut pactum ſervetur, aut res donata condicatur ab eo. *leg. 1. C. de condict. ob cauſ.* ¶ Per donationem omnium bonorum revocatur legatum ſpeciale, etiam facto pio loco. *Natt. conſil. 613.* ¶ Confeſſio donantis poſt donationem alteri factam, ei non præjudicat. *Rol. conſ. 58. vol. 2. num. 10. & 16.* ¶ Dolus auctoris nocet habenti cauſam lucrativam. *Bartol. in l. 50. §. fundus. ff. ſolut. matrim.* ¶ Donatio facta ex nunc, pro ex tunc ſequuta morte, & econtra, & in præambula hora mortis, cum clauſula conſtituti, operatur translationem dominii, à die initi contractus donationis. *Vincent. de Franc. deciſ. 213.* ſed quid, ſi aliter partes conveniſſent, veluti quod dominium non transferetur, niſi à die mortis donantis, *vide ibid. num. 4.* ¶ Clauſula, dedit, transtulit, &c. ſi in vita donantis nihil operetur, poſt mortem ejus ſortitur effectum. *Put. deciſ. 216. num. 8.* ¶ Univerſalis donatio non transfert actionem perſonalem in donatarium. *Ægid. Bellam. concluſ. 31.* ¶ Per donationem ſecundam rei particularis tradita poſſeſſione ſaltem per conſtitutum cenſetur derogatum primæ donationi factæ abſenti de quarta parte omnium bonorum; licet interpoſita fuerit ſtipulatio Notarii pro abſente, qui non ratum habuit ante ſecundum donationem, & licet in prima donatione fuerit appoſita clauſula conſtit. *Dec. conſil. 226. vide conſil. 432. num. 26. & conſil. 598. & Natt. conſil. 385.* contrarium tamen tenet *Rol. conſil. 19. vol. 1.* ¶ Si ſtatuto caveatur donationem non valere in præjudicium tertii, niſi fuerit inſinuata, inſinuatio ſequuta poſt jus quæſitum alteri ex donatione medio tempore facta & inſinuata, non prodeſt primo donatario, neque retrotrahitur in præjudicium ſecundæ donationis perfectæ & inſinuatæ. *Magon. deciſ. 124. Rot. Flor.* & facta medio tempore valet ab eo, qui erat dominus; licet poſtea revocetur ab eo dominium. *Gomez. Leo. deciſ. 24. in deciſ. diverſor.*

¶ Clau-

¶ Clauſula, omni meliori modo operatur, ut ſi actus non valeat eo modo, quo fit, valeat eo modo, quo valere poteſt *Roland. conſil. 8. num. 25.* ¶ Quando donator promiſit non revocare donationem per ſtipulationem quovis modo, ſub hypotheca, & obligatione rei donatæ, tunc conſtituitur jus in re: ideo tale jus non poteſt tolli per ſecundam donationem. *Boer. conſil. 37. Roland. conſil. 61. vol. 1.* ¶ Stultus, vel furioſus, ubi faceret actum, quem quilibet ſanæ mentis feciſſet, talis actus valet, & tenet. *Gram. deciſ. 73. num. 38.* & donatio facta à furioſo, vel fatuo an valeat. *Joſ. Lud. dec. Peruſ. 1.* ¶ Renunciatio bonorum paternorum & maternorum, ex teſtamento, vel ab inteſtato facta per filiam dote contenta, illam non excludit à donatione inter vivos, ei poſtea facta per patrem, vel matrem. *Afflict. deciſ. 350.* ¶ Donatio eſt titulus habilis ad dominii & juris translationem. *Gram. deciſ. 59. num. 19.* ¶ Juramentum, an firmet donationem à ſtatuto prohibitam. *Jacob. Put. deciſ. 377. lib. 1.* ¶ Statutum prohibens donationem, non prohibet remunerationem. *Put. deciſ. 427. lib. 1.*

Cap. XXIV. Quando valeat, vel non.

An donatio inter vivos facta juramento vallata, quæ cum lege municipali fieri deberet, ſcilicet, ut adhiberentur quinque teſtes, & tamen adhibiti duo tantum, an valeat. *Rol. conſil. 43. Tom. 3.* ¶ An ſit valida ſi non fuit acceptata, niſi poſt mortem donantis. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 206.* ¶ Uxor non licet conſtante matrimonio dotem donare non poſſit in præjudicium mariti; tamen talis donatio morte mariti confirmatur. *Ozaſch. deciſ. 94. num. 8. fol 190.* ¶ Si venditio fuerit facta animo donandi, pretium peti non poteſt, ipſa venditio tenet. *l. 9. C. de contrab. empt.* ¶ Donatio omnium bonorum facta favore matrimonii an valeat, *vide Boer. deciſ. 353. num. 10.* vel in contractu. *Marc. quæſt. 128. part. 2.* ¶ An donatio facta per minorem filio tutoria valeat, *vide Papon. lib. 15. titul. 5. arreſt. 8.* ¶ Donatio de re eccleſiaſtica ad remunarationem valida eſt. *Jacob. Put. deciſ. 404. lib. 1.* ¶ Donatio facta per eam, quæ credebatur vidua communi opinione; licet re vera non eſſet, eſt valida, non obſtante ſtatuto prohibente mulieres nuptas contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum. *Rot. Avenio dec. 139. in dec. diverſ.* ¶ Pater ſibi donanti filio conſentire poteſt, ſi ſeparato actu dederit ei poteſtatem donandi, quibus velit; ſecus ſi conſenſerit ut ſibi tantum donaret. *Cabal. milleloq. 805.* ¶ Donatio ſimplex, an valeat inter abſentes, *vide gloſſ. in l. 1. Cod. de donation. cauſ. mort.* ¶ Ex cauſa dotis donatio exceſſiva valet ſine inſinuatione. *Petr. de Raven. ſing. 198.* ¶ Licet donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valeat per diſpoſitionem inter vivos; tamen valebit ut donatio cauſa mortis, ſi adſit numerus quinque teſtium. *Cravet. conſ. 139. num. penult. Rol. conſil. 65. vol. 1. num. 13.* ¶ Donatio facta abſenti, Notario pro ipſo ſtipulante valet, licet donans deceſſerit antequam donatarius habuerit notitiam ipſius donationis, quod procedit in donatione facta minori: ſecus ſi majori. *Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 8. & arreſt. 30. Excell. P. Theſſ. deciſ. 70. num. 15.* ¶ Licet donatio non poſſit fieri abſenti, tamen Notario pro donatore ſtipulante valebit, ſecuta demum ratihabitione facta ante mortem donantis, & jus alteri quæſitum, & non aliter. *Natt. conſil. 289. Tom. 1.* ¶ Si donatio fuit facta præſenti cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium abſentem, an valeat. *Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 13. verſ. ſecundus.* ¶ Donatio, in qua incerta eſt perſona donatarii: ſed eventu futuro venit certificanda, tenet *Marant. in ſuo Specul. de ordin jud. part. 6. fol. 6.* ¶ An donatio abſenti facta notario ſtipulante in odium fiſci ſubſiſtat. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 124.* ¶ De ſubſtitutione facta in contractu donationis, an valida ſit, nec ne. *Ozaſ. deciſ. 85.* quo loci, ſcribit pro affirmativa. ¶ Donatio facta monaſterio, & acceptata per ſyndicum ipſius valet, & tenet irrevocabiliter. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29.* imo valet licet non fuerit acceptata. *vide ibid.* ¶ Extante prohibitione patris, quod filii non poſſint intra certum tempus bona ſua alienare ſine conſenſu matris, quod ſi alter ipſorum filiorum donaverit bona ſua dictæ matri, an valeat donatio in præjudicium aliorum filiorum ſubſtitutorum, *Vincent. de Franc. deciſ. 14.* ¶ Quingenti ſolidi hodie faciunt ſummam ſeptingentorum ſcutorum iſtius temporis: ideo usque ad illam ſummam hodie valet donatio abſque inſinuatione, imo valet etiam usque ad mille aureos, ſecundum *Clar. in ſua pract. quæſt. 15. Natt. conſ. 28. Tom. 1.* ¶ Donatio facta abſenti valet in vim fideicommiſſi. *Boer. deciſ. 353. num. 3.* ſi adſit numerus quinque teſtium. *Cravet. conſ. 139. num. fin. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 12. verſ. quæro.* ¶ Donatio facta per Conſtantinum Papæ Silveſtro valuit. *Bartol. in l. 1. in princ. & §. cum urbe. ff. de offic. Præfect. prætor.* ¶ Donatio, ſeu promiſſio bonorum poſt mortem valet, ſive ſit donatio inter vivos, ſive cauſa mortis: ſecus ſi quis donat poſt mortem ejus hæreditatem, vel omnia bona præſentia & futura, an promittat, quod hæres erit. *Ozaſch. deciſ. 100. numer. 25. vide tamen Cravet. conſil. 139. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſtion. 19.* ¶ Donatio rei alienæ valet. *Azo. in ſumma titul. C. de uſucap. pro donat.* ¶ Valet donatio commixta venditioni, ut ſi quis donationis cauſa minus vendat. *l. 38. ff. de contrab. empt. & vend.* ¶ Mater inſtituens filiam donatariam ſuam, quæ bonis maternis renunciaverat, & ceſſerat hæredibus patris, tenet donatio. *Afflict. deciſ. 350.* ¶ Donatio remuneratoria, an ſit proprie donatio, & an valeat, etiamſi de meritis aliter quam per aſſertionem donantis non appareat. *Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 3.* ¶ Si re vera fiat donatio, & ſimuletur fieri venditio, valet donatio, donatarius tamen debet implere modum & conditionem. *l. 3. C. de contrab. empt.* ¶ Pactum de donando juncta ſaltem ſtipulatione valet, & dicitur proprie donatio. *Menoch. conſil. 1. num. 234. volum. 1.* & propriam donationem continet. *idem Menoch. conſil. 92. vol. 1. num. 27. & conſil. 178. volum. 2. num. 18.* ¶ Donatio facta rebelli, & per Notarium rebellem, an valeat. *Bartol. conſil. 1. volum. 2.* ¶ Si contemplatione matrimonii aliquis promiſerit donare bona ſua viro, reſervatis uſufructu, & certa alia re, de qua poſſit teſtari, talis promiſſio valet, & tenet, & donans poteſt compelli ad donandum, & ejus hæredes. *Menoch. conſil. 92. volum. 1.* intelligo ſequuto matrimonio. ¶ Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, nulla facta expreſſa reſervatione valet, quia tacite debent cenſeri exceptæ res expreſſæ in l. obligatione generali, cum ſeq. ff. de pignoribus, & de quibus rebus donator poterit teſtari. *Matth. Mathеſ. ſingul. 136.* quæ non debent venire in donatione, *Guid. Pap. ſingul. 388.* ¶ Donatio inter vivos omnium bonorum præſentium & futurorum valet, ſi ſit jurata, nec per eam aufertur libera teſtandi facultas, cum hæreditas ſit nomen juris, & poſſit eſſe ſine bonis. *Abb. conſil. 18. num. fin. libr. 1. Hartm. cap. 8. titul. de donationibus. lib. 2.* ſed contrarium ſcripſit idem *Abb. conſil. 48. lib. 2.* & teſtatur de communi opinione. ¶ Promiſſio bonorum poſt mortem promittentis facta, cum juramento valet: quia intelligitur ſolummodo promittere bona præſentia. *Cravet. conſil. 139.* ¶ Si in donatione omnium bonorum ſit appoſitum precarium, illud habetur loco traditionis. *Afflict. deciſ. 335.* ¶ Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum valet: quia hoc in caſu non veniunt nomina debitorum, de quibus donans poterit teſtari, & diſponere. *Guid. Pap. quæſt. 291. Andr. Gail. obſerv.*

obſerv. 11. libr. 2. num. 10. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 19. Dec. conſil. 237. & 143. num. 11. Natt. conſil. 146. Tom. 1. num. 15. Rol. conſil. 65. Boer. deciſ. 353. Franc. Marc. quæſt. 322. num. 5. & 14. ¶ Donatio omnium bonorum pio loco facta valet. *Vincent. de Franc. deciſ. 168. Dec. conſil. 488.* ¶ Item valet, quando eſt facta ſimpliciter de omnibus bonis, quia tunc non veniunt bona futura. *Guid. quæſt. 291. in fin. Boer. deciſ. 204. num. 37. deciſ 353. num. 14. & deciſ. 355. Magon. deciſ. 64. Rot. Flor. Rot. Aven. deciſ. 23. in deciſ. diverſ. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 19. Rebuff. in ſuis comment. de lit. oblig. art. 2. gl. 2. n. 29. Dec. conſil. 488. Rol. conſ. 65. vol. 1. n. 9.*

Vel non.

Donatio facta abſenti non valet, niſi epiſtola, vel nuntius intervenerit ad conjungendas voluntates contrahentium. *Capic. deciſ. 180. num. 8. Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 29. Capell. Thol. quæſt. 384. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 1. vide Natt. conſil. 146.* ſed an talis donatio firmetur juramento. *Guid. Pap. quæſt. 49. & 222. Marc. quæſt. 326. num. 8.* ¶ Donatio, quæ fit abſenti non valet, niſi intervenerit nuntius, vel epiſtola, & ſi quis non ut nuntius, ſed motu ſuo proprio notificet donatario, adhuc non ſufficit; ſed quid, ſi intervenerit juramentum. *Guid. Pap. ſingul. 341. in fin.* ¶ Donatio magni momenti facta per matrem Principis pupilli tutricem non valet; ſecus ſi eſſet facta de rebus ſolitis donari per patrem. *Rol. conſil. 18 num. 65. vol. 2.* ¶ Donatio facta per Clericum concubinæ (etiam jurata) non valet. *Cravet. conſil. Roland. conſil. 98. vol. 1.* ſecus in donatione facta à milite ſuæ concubinæ. *Roland. ibid. vide Guid. Pap. ſingul. 295.* ¶ Donatio facta ab Advocato concubinæ, non valet. *Bartol. in l. 6. de re judic.* ¶ Donatio facta à principe de loco limitropho, ubi hoſtium incurſus timetur, non valet. *Franç. Marc. quæſt. 87.* ¶ Donatio facta per Doctorem mulieri ſuſpectæ non valet, confirmatur tamen juramento. *Marc. quæſt. 127. part. 2.* ¶ Donatio inter vivos non valet, niſi donatarius ſit præſens: quod fallit, quando illa donatio abſenti fuit notificata, & cœpit poſſeſſionem rei donatæ: quia tunc ex ea poſſeſſione rei donatæ tranſit dominium. *Afflict. deciſ. 275. num. fin. Capic. deciſ. 180.* ¶ Idem ſi poſtea conſentiat donatarius donationi. *Boer. deciſ. 353. num. 3. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29.* imo abſenti de æquitate canonica donari poteſt ſine interventu epiſtolæ. *Ægid. Bellam. concluſ. 741.* ſecuta tamen ratihabitione, ante jus quæſitum alteri irrevocabiliter. *Mohed. deciſ. 188.* ¶ Donatio generaliter de omnibus bonis præſentibus, futuris nihil penitus retento non valet *Ozaſch. deciſ. 70. num. 10. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 19. Bartol. in l. 53. §. idem reſponderit. ff. pro ſocio. & in conſil. 108. l. ſi libertus. ff. de jure patr.* quid, ſi fuerit reſervatus uſosfructus. *Vincent. de Franc. deciſ. 168.* tunc eam valere ſcribunt *Andr. Gail. obſerv. 127. libr. 2. Cravet. conſ. 222. Natt. conſ. 146. Tom. 1. Roland. conſil. 65. volum. 1. num. 5.* ¶ Limita, quando uſusfructus eſſet tenuis, non ſufficiens ad alimenta. *Menoch. conſil. 184. libr. 2. num. 9. Cravet. conſil. 222. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 19. Roland. conſil. 39. Bart. conſ. 76.* ¶ Nec juramentum interpoſitum ſuper hac donatione, facit eam valere ſecundum communem, *Ozaſch. deciſ. 100. num. 41. Bartol. in l. 23. ff. de donationib. Boer. deciſ. 353. num. 7. & deciſ. 355. Cravet. conſil. 139. & conſil. 222. Clar. in §. donatio. quæſt. 20. Guid. Pap. ſingul. 844. Dec. conſil. 30. Rol. conſil. 39.* imò quod valeat quoad bona præſentia, ex clauſula, omni meliori modo, *ſcribit Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 177. Guid. Pap. ſingul. 844.* idem ſi fuerit interpoſitum juramentum. *Natt. conſ. 456. num. 16. Hippol. ſingul. 517. Bartol. in l. fin. Cod. de pact. num. 12.* ¶ Regula eſt, ut non valeat donatio adminiſtratori facta; ſed vide ampliationes cum limitationibus *per Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de donat. & alius diſpoſit. gloſſ. 10.* ¶ Donatio à minore facta eſt nullius momenti. *Gom. Leo. deciſ. 23. num. 4. in deciſ. diverſ. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 171. num. 49. & conſ. 29. vol. 1.* ¶ Donatio facta per concubinam concubinario, ſi fraus adſit, non valet. *Ægid. Bellam. concluſ. 224.* ¶ Donatio de hæreditate viventis non valet: fallit, ſi intervenerit conſenſus illius, de cujus hæreditate agitur, qui quidem conſenſus ſat eſt, quod ſuperveniat poſt, *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 71. num. 6 23. & 24. part. 2. Vincent. de Franc. deciſ. 89.* ¶ Donatio non inſinuata non infirmatur in totum; ſed usque ad ſummam 500. aureorum valet. *Clar. in ſua pract. quæſt. 15.* ¶ Donatio facta propter benemerita inter perſonas prohibitas non valet, niſi ipſis meritis probatis. *Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 14.* ¶ Occulta donatio non caret ſuſpicione; ideo non debet valere. *cap. 1. ext. ut Eccleſia. benef. ſine dim.* ¶ Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, annullatur in totum. *Clar. in ſua pract. § donatio. quæſt. 20.* tamen donatio talis reciproca facta inter fratres, vel ſocios valet. *Clar. ibid. quæſt. 20.* ¶ Donatio facta in teſtamento de omnibus bonis in pœnam mutationis teſtamenti non valet, ſi fiat hoc modo de re legata in particulari. *Dec. conſil. 294.* ¶ Donatio facta (etiam cum juramento) non ſervata forma ſtatuti probatoria non valet; poteſt tamen probari contractus donationis per duos teſtes. *Roland. conſil. 43. volum. 3.* ¶ Donatio inter vivos facta per nepotem patruo de bonis ſuis, in quibus pater habet uſumfructum, ſine ejus conſenſu non valet. *Roland. conſil. 89. volum. 4.* ¶ Donatio facta ob cauſam ingreſſus Religionis oon valet, niſi adhibitis certis ſolemnitatibus, *de quibus per Menoch. conſ. 388. numer. 7. libr. 4.*

Finiatur.

Reſoluto jure datoris, reſolvitur jus recipientis. *Cravet. conſil. 299. num. 4.* ¶ Donatio non finitur morte, ſed promiſſio ordinata ad donationem de futuro re integra, morte finitur donatoris. *l. 8. Cod. de actio. & oblig.*

Cap. XXIII. Quando revocari, reſcindi poſſit, vel non.

Si minor repetat quod donavit repellitur exceptione doli, niſi reficiat impenſas factas circa rem. *l. 4 §. ſi minor. ff. de dol. mal. except.* ¶ Licet pollicitatio de inſtituendo hæredem donatorem non impleatur ab eo, cui donatum fuit; donatio tamen non reſcinditur. *l. 34. C. de tranſact. & l. 25. ibi, gl. eod.* ¶ Quod ex tali ſubſtitutione poſſint vocari naſcituri, in quorum præjudicium talis ſubſtitutio non poſſit revocari, acceptata per patrem, vel notarium, *ſcribit Cravet. conſ. 19. Dec. conſ. 239.* ¶ Donatio inter vivos eſt irrevocabilis, & uſusfructus reſervatio facit cenſeri donationem inter vivos *Afflict. deciſ. 275.* & transfert quoque dominium, & æquiparatur traditioni. *Boer. deciſ. 172. n. 9. vide n. 33.*

Cap. XXIV. Quando confirmari poſſit, vel non.

Donatio alicujus rei traditæ perfecta antequam bona donantis fiſco obligentur, non poteſt retractari, nec res donata per fiſcum evocari, & ſufficit traditio facta per conſtitutum factum præſente donatario, vel eo abſente, & notario pro ipſo ſtipulante. *Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crim. cap. 48.* ¶ Donatio facta per minorem ſine curatoris auctoritate, per lapſum 10. annorum, confirmatur. *Capic. deciſ. 92.*

Cap. XXV. Quibus renunciari poſſit.

Inſinuationi donationis poteſt renunciari. *§. 2. & ibid. gloſſ. inſtit. de donat.* ¶ Inſinuationi poteſt renunciari cum juramento in præjudicium donantis, & ejus hæredum; ſecus in odium tertii creditoris habentis jus

hypo-

hypothecæ in bonis donatis, quæſitum etiam poſt donationem ipſam. *Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 28.* ¶ Licet hæres expreſſe reprobet teſtamentum, per hoc non videtur renunciatum juri donationis. *Franc. Marc. quaſt. 329.*

Cap. XXVI. Actio ſui, & contra quem competat.

Actionem litigioſam ex cauſa donationis Reſpublica recipere non poteſt. *l. 2. ff. ne fiſcus, vel privatus.* ¶ Titius bona ſua donavit Cajo ejus fratri, caſu, quo ipſe donans decederet ſine liberis, uſufructu retento, & appoſito conſtituto, & caſu, quo dictus Cajus ſine liberis decederet, talia bona donavit Sempronio retento uſufructu, & adhibito etiam conſtituto, donator idem primus donatarius deceſſerunt ſine liberis, & per conſequens donatio habet locum in perſona Sempronii ſecundi donatarii, qui agit virtute conſtituti contra hæredem primi donatarii rei vendicatione, dubitatum fuit, an bene ageret, fuit deciſum pro parte negativa: quia conſtitutum ſecundo loco appoſitum nihil operatur, extante primo: ideo debet Sempronius agere actione perſonali contra hæredem primi donatarii. *Guid. Pap. quaſt. 517.* ¶ Credens debere, quod in veritate non debebat, illud donatario promiſit delegante putativo creditore, & donatore, ſi conveniatur ab ipſo donatio, habet contra illum exceptionem doli. *leg. 7. ff. de dol. mal. except.* ¶ Si promitto tibi præſenti, & tacenti dare centum ex cauſa donationis, tu videris conſentire, & ex tali nudo pacto oritur hodie actio, & datur condictio legis, ſi quis argentum. *Matth. Matheſ. ſingul. 27.* tamen ſecus eſt, ſi interrogavi te ſic, promittis mihi codicem ex cauſa donationis, & tu reſpondiſti, promitto codicem, & centum aureos, & ego tacui: nam quoad centum non datur actio; ſed ſolum ad codicem. *ibid. dict. ſingul. 27.* ¶ Donatio hodie, & olim erat contractus nominatus; ſed hodie donans ex nudo pacto, vel promittens donare, compellitur ad fidem implendam. *Bartol. in l. 7. ff. de pact. & in l. 75. §. Mevio de leg. 2.* & non requiritur ad validitatem ſtipulatio. *Abb. conſil. 64. lib. 2.* tamen actio, ex pacto nudo de donando factum continente, non oritur etiam hodie; ſecus ſi contineat rem, vel quantitatem. *Bart. in d. l. 7. §. ſed cum, & in l. 28. §. pactus, ne peteret, num. 12. ff. de pact.* ¶ Actio, an hodie ex pacto nudo de donando oriatur; an vero condictio ex lege, propter pactum, *vide Jaſ. de act. in §. in perſonam. num. 57. Clar. in ſua pract. §. donatio. quaſt. 14.* ¶ Creditor agere poteſt actione perſonali contra tertium poſſeſſorem donatarium omnium bonorum, nulla intentata revocatoria, quando ipſe donans non eſt ſolvendo, vel ipſius nullus reperitur hæres. *Guid. Pap. quaſt. 105. vide Franc. Marc. quaſt. 322.* ubi ſcribit donationem omnium bonorum, debere intelligi de bonis, quæ ſuperſunt deducto ære alieno, *vide Boer. deciſ. 204. num. 43. Capel. Tholoſ. quaſt. 387. Ægid. Bellam. concluſ. 31. Joan. Gal. quaſt. 39. D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 1. ſuper decreto, Rempub. 1. part. 1. titul. de jure emphyteut. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des droicts. Rubr. 4. §. 12. gloſſ. 1. num. fin.* ¶ Quando quis donat bona ſua reſervata aliqua quantitate ſub conditione, veluti ſi dicat, reſervo centum coronatos dandos filiæ meæ, quando collocabitur matrimonio, tunc ſi ante contractum matrimonium filia deceſſerit, reſervatio evaneſcit, & donator non poterit agere ad ſummam reſervatam, quia defecit conditio, ſub qua fuit acta ipſa reſervatio. *Cravet. conſil. 15.*

Cap. XXVII. Donatarius, quis & qualis ſit.

Donatarius, ſi poſt mortem donantis ingreſſus fuerit poſſeſſionem rei donatæ ſua auctoritate, eſt prædo. *Bart. in l. 15. §. ſed ſi. ff. de pet. hæred.* ¶ Donatarius Regis in re donata, dicitur procurator fiſci in rem ſuam. *Afflict. deciſ. 2.* ¶ Donatarius abſens non fit dominus, antequam rem ſibi miſſam donatam accipiat. *Capic. dec. 133.*

Cap. XXVIII. Quæ, quibus, & à quibus acquirantur.

Stipulatione notarii res donata efficaciter acquiritur abſenti, & jus, & dominium utile ipſius rei transfertur ſine ceſſione. *Oz. ſ. deciſ. Pedem. 33. num. 8. & 12. vide Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 49. Guid Pap. quæſt. 49.* quo loci idem Guid. citat contra tenentes, *vide eundem quæſt. 222. Boer. deciſ. 353.* & tunc donatio facta abſenti valet. *Natt. conſil. 46. Roland. conſil. 19. vol. 1.* ¶ Quando uni donatur contemplatione alterius acquiritur illi, cui relinquitur, non illi, cujus contemplatione donatur. *Ægid. Bellam. concluſ. 741.* ¶ Non ſolum paciſcendo ſuper re ſua poſſunt contra communem regulam alteri quærere; ſed etiam idem poteſt paciſcendo ſuper re, quæ de proximo ſua eſſe ſperetur. *ibid. num. 8.* ¶ Per ſolutionem penſionis rei donatæ factam donatario auctoritate donantis, acquiritur illi rei donatæ poſſeſſio, adeo quod ſi ab illa expellatur, per interdictum recuperandæ agere poterit. *cap. 9. ext. de reſtit. ſpol.*

Cap. XXIX. Donator, donans, quæ facere poſſit, vel non.

De re donata, & tradita non poteſt donator teſtari in præjudicium donatarii. *l. 5. C. de donat. propt. nupt.* ¶ Donator omnium bonorum, reſervata aliqua parte ipſorum, de qua poſſit diſponere donator inter vivos ad beneplacitum, de ipſis bonis reſervatis non poterit diſponere per ultimam voluntatem; ſed ſolum per contractus inter vivos. *Papon. arreſt. 5. lib. 11. tit. 1.* ¶ Donator domus ſalva habitatione in vita, poteſt alteri locare inviro donatario. *Afflict. deciſ. 401.* ¶ Donans omnia bona, an poſſit poſtea cedere jus redimendi alteri in præjudicium donatarii. *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 201.* ¶ Poteſt donatarius propria auctoritate rei donatæ poſſeſſionem capere, virtute clauſularum precarii, conſtituti, retentioniſque uſusfructus. *Rot. Aven. deciſ. 19. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Si quis per ſtipulationem donaverit omnia bona ſua alicui, & poſt mortem ipſius pacto adjecto, quod ipſa bona perveniant ad alterum præſentem, & ſtipulantem, in præjudicium iſtius tertii poterunt inter ſe donans, & primus donatarius de illis bonis diſponere. *Abb. conſil. 48. libr. 2.* ¶ Donator medietatis omnium bonorum poteſt unam rem vendere, vel donare, & in illa præfertur ſecundus donatarius primo, etiamſi jam nactus eſſet poſſeſſionem ipſius rei donatæ ſecundo loco. *Guid. quaſt. 602. & 603. Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 13.* ¶ Donator conventus rei vendicatione, non habet beneficium ne conveniatur, niſi in quantum facere poteſt. *l. 41. §. fundum. ff. de re. vend.* alias donator condemnatur, in quantum facere poteſt. *l. 29. ff. de reg. jur. §. ſed, & ſi quis. inſtit. de act.*

Cap. XXX. Ad quæ tenetur, vel non.

Qui ab alio donum recepit meo nomine, neg. geſt. actione mihi tenetur. *l. 34. §. fin ff. de neg. geſt.* ¶ Donatarius particularis non tenetur ad onera. *Cravet. conſ. 19 num. 19.* etiamſi ſit donatio quotæ bonorum. *Dec. conſil. 237. Guid. Pap. quaſt. 709.* ¶ Donatio quando incipit à traditione, donans tenetur de dolo. *Bartol. in l. 37. de leg. 2.* ¶ Donatarius quando teneatur de evictione, *Bartol. in l. 131. §. qui. ff. de verb. oblig.* ¶ Donator tenetur de evictione, ſi per ſtipulationem de ipſa promiſerit, ſecus ſi nudo pacto. *l. 2. C. de evict. & ibi gl.* ¶ Donatarius tenetur naturaliter donatori, ad antidota & remuneratio dicitur concedi alicui occaſione beneficii antea illati. *Bartol. in l. 87. §. conſuluit. ff. de pet. hæred.* ſed,

an

an donator agat contra donatarium, ut illum alimentet, *vide Bartol. in l. 134. ff. de reg. jur.* ¶ Donata re cauſa mutandi judicii donatarius repellitur, & primus cedens & donans tenetur agere. *l. penult. ff. de aliena. jud. cau. fact.* ¶ Donatario, cui donatum fuit hac conditione, poteſt imponi onus fideicommiſſi, tanquam debitori. *l. 38. de leg. 3.* ¶ Donator per verba obligatoria ſe obligans, ut quia dicat: promitto tibi donare, eſt obligatus, licet poſſit revocare, ſi vero dicat, dono, tunc non obligatur, ſed hæres aditione ſecuta, tenetur utili actione. *Abb. conſil. 40. libr. 2.* ¶ Donans reſervato ſibi uſufructu non cogitur ſatisdare, utendo fruendo arbitrio boni viri, ſed ſufficit eum præſtare juratoriam cautionem, cum hypotheca bonorum ſuorum. *Ozaſ. deciſ. 153.*

Cap. XXXI. Qui, & in quibus præferantur.

Donatio prima prævalet ſecundæ, & ex prima transferuntur dominium & poſſeſſio, quando donator retento uſufructu, ideo prævalet, etiamſi ſecundus donatarius conſequutus fuiſſet poſſeſſionem actualem rerum donatarum, & ſic lex quoties. *C. de rei vendic.* non habet locum, quando ex primo contractu transfertur dominium. *Boer. conſil. 37. & conſil. 41.* veluti per clauſulam conſtitui, quando donatio eſt pura. *Dec. conſil. 247. & 291. Menoch. conſilio 388.* vel quando prima donatio fuit acceptata per Notarium. *Roland. conſ. 19. vol. 4.* ſecus ſi donatio eſſet conditionalis. *Dec. d. conſil. 247. vide Menoch. conſil. 388.* ¶ Donatarius poſſidens vigore conſtituti præfertur alteri donatario, cui poſtea fuit facta actualis traditio poſſeſſionis. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 29. num. 13. & 18.* ¶ Si emphyteuta donaverit rem emphyteuticariam duobus, ille præfertur, qui prius obtinuit inveſtituram à Domino directo. *Guid. Pap. quæſt. 46. in fin.* ¶ Donatarius primus præfertur ſecundo, cui res donata fuit tradita, quando à principio donatio fuit perfecta, licet priori donatario res non ſit tradita. *Borg. deciſ. 13. de contract.*

Cap. XXXII. Miſcellanea.

An in donationibus ſit locus juri accreſcendi, *Mohed. deciſ. 188.* ¶ Lex, ſi quis argentum, non habet locum in donatione remuneratoria. *Bartol. in d. l. 7. de pact. §. quinimo.* ¶ Lex, ſi quis argentum, in quibus locum habeat, *Jaſ. ibid. num. 61.* ¶ Datum ob cauſam, cui recipiens non paruit, cum poſſet, repetitur per condictionem ob cauſam. *l. 8. C. de condict. ob cauſ.* ¶ Si quis donaverit eandem rem eidem bis cum juramento, ex ſecunda donatione, & ſecundo juramento, quod dicitur illicitum, non poterit conveniri. *Guid. quæſt. 463.* ¶ Excipiens donatorem tempore donationis fuiſſe mente captum litis conteſt. impedit. *Capel. Tholoſan. quæſt. 29.* ¶ Duæ cauſæ lucrativæ non poſſunt concurrere circa eandem rem, niſi una ſit irrevocabilis. *l. 83. §. ſi rem. ff. de verb. oblig.* ¶ Qui rem aliquam à Principe recepit, ſtatim eſt ſecurus. *Abb. conſil. 3. num. 8. lib. 2.* ¶ Condictio ob cauſam, non habet locum in contractu donationis. *Bartol. l. 16. de cond. in dat.* ¶ Procurator in rem ſuam ex cauſa lucrativa, debet defendere dominum. *l. 70. ff. de procur.* ¶ Volenti & ſcienti non infertur dolus, ſecus in donante & ignorante à principio, quid donat, & damnum, in quo lædebatur. *Gram. ibid.* ¶ Succeſſor bonorum non tenetur ad æs alienum ultra res hæreditarias. *Cuvet. conſil. 139.*

TITULUS CCCCXCVI.

De donationibus inter parentes, & liberos factis.

Cap. I. Donatio, quæ dicatur.

An donatio facta ab aliquo patre ob cauſam matrimonii, dicatur ſimplex, vel ob cauſam, & quomodo dicatur ſimplex. *Roland. conſil. 44. Tom. 4.* ¶ Donatio facta filio tempore emancipationis, dicitur donatio ſimplex, & non ob cauſam. *Bartol. in l. 13. C. donat.* ¶ Donatio morte confirmata, quaſi per omnia habet vim relicti. *Bart. in l. 2. C. de cond. ob cauſ.* ¶ Diviſio patris facta inter filios, quando magis habeatur pro donatione inter vivos, quam ultima voluntate, *vide Jacob. Put. deciſ. 132. lib. 2. & deciſ. 84. ibid.* ¶ Diſpoſitio patris habetur pro diſpoſitione inter vivos, quando continet actum de præſenti. *Paul. Æmil. deciſ. 275. part. 1.* maxime, quando adeſt clauſula, promittens non revocare, etiam ex cauſa ingratitudinis, idem *Vero. deciſ. 105. part. 2. & deciſ. 288. ibid.* ¶ Donatio facta filio in præmium emancipationis, dicitur ſimplex, ſed in ipſa donatio improbata emancipatione corruit. *D. Sol. de donat. num. 12. fol. 107.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Statutum diſponens, quod donans manu propria donationem ſubſcribat, an habeat locum in donatione facta à patre filio (etiam naturali) pro ſuo parapherno, *vide Creſcen. deciſ. 1. alias 243. titul. de donat.* ¶ Donatio à patre filio facta, ſi ſtuduerit, intelligitur, & ad doctoratum pervenerit. *Menoch. de arbitrar. libr. 2. caſ. 137.* ¶ Rei donatæ filio contemplatione matrimonii ita ipſe filius efficitur dominus, ut poſſit de ipſa re ad libitum diſponere, quia ad ipſam rem filii ipſius non cenſentur vocati. *Menoch. conſil. 86. libr. 3.* ¶ Pater donans filiæ in contractu matrimonii omnia bona ſua pro ipſa filia, & ejus deſcendentibus ex ipſo matrimono, & quibus dederit, habentibus cauſam ab ipſa intelligitur donare ordine ſucceſſivo, nempe, quod primo ſint vocati poſt ipſam filiam deſcendentes ex illa, & illis deficientibus, alii, & non aliter, ideo hoc caſu filia non poterit donare ſecundo viro in præjudicium filiorum dicti primi matrimonii. *idem Papon. lib. 15 tit 1. arreſt 5.* ¶ Donatio jurata inter patrem & filium, an habeat tacitam conditionem, ſi filius donatarius patri ſupervivat: ita quod filio præmortuo, revertatur ad patrem res donata, *vide Cravet. conſil. 102. & conſil. 245.* ubi ſuſtinet partem negativam contra Dec. pro opinione Craver. ſcribit Roland. *conſil. 77. lib. 1.* tamen cum Dec. tranſeunt, *Caſſan. in conſuet. Burgund. titul. des droicts. Rub. 4. §. 7 gloſſ. fin. num. 14. in fin. Menoch. conſil. 84. volum. 1.* cum tribus declarationibus, de quibus vide *ibid. per Menoch. Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 32.*

Vel non.

In donatione læſio non conſideratur regulariter: fallit, ſi filia donavarit patri ſuo etiam cum juramento, quia tunc talis donatio poteſt annullari, quatenus fuerit læſa. *Magon. deciſ. 10. Rot. Floren.* ¶ Donatio facta per patrem filiæ, & filiis ipſius filiæ, non comprehendit pronepotes, niſi concurrentibus conjecturis. *Magon. deciſ. 71. Rot. Flor.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Donatarii acceptatio in donatione requiritur & oportet, quod appareat de conſenſu donatarii. *Franc. Marc. qu. 316.* fallit, quando donatio perficitur re ipſa per retentionem uſusfructus, per quam transferuntur dominium & poſſeſſio *ibid. num. 14.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, probentur, vel non.

Pater donans filio ſimpliciter in dubio, an videatur donaſſe ut filio, an ut benemerito, & aſſertio patris ſuper meritis, non probat merita. *Bartol. in l. 1. & 13. Cod. de collation.* ¶ Licet donatio facta à patre filio (niſi ſit inſinuata) non confirmetur morte donantis, tamen talis inſinuatio præſumitur ex lapſu 30. ann. *Paul. Æmil. deciſ. 176. lib. 2.* ¶ Liberi empti per patrem & traditi filio, quan-

quando videantur donati, *Bartol. in l. 18. C. famil. erciſc.* ¶ Pater emens pro ſe, & nominandis, ſi poſtea filium nominaverit, quid juris, *vide Mago. dec. 77. Rot. Flor.* ¶ Si pater rem aliquam emat, & nomen filii in inſtrumento apponi jubeat, non tamen filii nomine emiſſe, vel donaſſe illi præſumitur niſi re ipſa ſubſecuta ſit traditio. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ 88. num. 11.* ¶ Dos à patre data filiæ, tunc pater donare præſumitur. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. num. 28.* quid de dote data à matre, *vide ibid. num. 45.* ¶ Pater confitens emiſſe domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate, præſumitur donare (quod non licet) tempore confeſſionis, ſi non apparet filios ita edoctos alicujus exercitii, quod veriſimiliter potuerunt lucrari pecuniam in inſtrumento contentam. *Capic. deciſ. 203. num. 19.* ¶ Donatio facta à patre filiæ, quando & ex quibus conjecturis præſumatur facta in fraudem. ad hoc, ut poſſit revocari. *Dec. conſil. 659.* ¶ Donare præſumitur mater vel avia cum alimenta filio præſtitit animo non repetendi, quod declaratur per eundem *Menoch. de Arbit. lib. 2. num. 20. & 21.* ¶ Filius impendens in cauſam patris, donare non præſumitur. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaud. ſub tit. de donat. fol. 107. num. 12.*

Probentur.

Filius emancipatus aſſerens rem ſibi donatam à patre, debet hoc probare, ſive ipſe petat ab hærede poſſidente, ſive hæres ab illo poſſidente petat. *l. 16. Cod. de probat.*

Cap. V. Quando conferenda, & fieri poſſit, vel non.

Jure noviſſimo pater poteſt conferre donationem in unum ex filiis, dummodo moderatam donationem in eum conferat, adeo quod remaneat patri tantum, per quod alius filius poſſit excludi à querela. *Guid. Papon. quæſt. 145. num. fin. Bartol. in l. frater à fratre. num. 57. ff. de cond. indeb.* ¶ Collatio non fit de bonis donatis in contractu matrimonii, quando filius donatarius vult ſuccedere patri donatori ſimul cum fratribus, aut ſororibus ab inteſtato. *Cravet. conſil. 85.* quid in alia donatione, *vide Cravet. conſil. 102.* ¶ Donationes omnium bonorum faciendæ ſunt à minoribus 25. ann. in judicio, vel ex adhibitis ſolemnitatibus, *de quibus in antiq. conſtit. Saband. ſub titul. de donation. D. Sol. in ſuis commentar. ibid. fol. 107.* & decretum comprehendit etiam donationem factam inter patrem & filium. *D. Sol. ibidem. num. 10.*

Cap. VI. Qui, quibus donari poſſit, vel non.

Mater, an donare poſſit filiæ natæ ex punibili amplexu. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 249.* ¶ An filia vidua vivente patre poſſit dare dotem ſuam ſuis propriis filiis, & an convaleſcat patre mortuo. *Cravet. conſil. 9.* ¶ Filio naſcituro poteſt donari, & Notarius poteſt pro nondum natis ſtipulari. *Boer. deciſ. 172. num. 4.* tamen tunc donatio eſt in pendenti, ſeu in ſuſpenſo ex natura rei donec naſcatur, ſicut ex natura rei acquirendæ ex ſtipulatione, vel legato. *Boer. ibid. num. 6.* & ſic ſpes rei, vel perſonæ facit valere diſpoſitionem. *ibid. num. 7.* & deficiente ſpe, ceſſat diſpoſitio.

Vel non.

Quando pater non poteſt donare filiæ naturali ſpuriæ, pariter donare non poterit filiis legitimis & naturalibus dictæ filiæ ſpuriæ, *idem Papon. libr. 11. tit. 1. arreſt. fin.* ¶ Quare pater non poſſit donare filio, & econtra, *Menoch. de Arbit. libr. 2. caſ. 132.* ¶ Pater dans aliquid filio, non donare, ſed committere creditur. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 88.* ¶ Mater non poteſt donare rem, quam prius donaverat filio. *l. 6. C. ſi aliena res pignori dat. ſit.*

Cap. VII. Qui ſuccedere poſſit in donationibus.

Pater filio ſuo dedit mille, & appoſuit in donatione, ſi filius decederet ſine filiis, quod poſſit diſponere usque ad ſummam ducentorum aureorum, in reliquis ſuccederet ipſi filio Sempronius, tunc filio decedente ab inteſtato, & ſine filiis viventes ex ſucceſſione, ab inteſtato, poſſunt petere illos ducentos aureos, de quibus filius poterat diſponere. *Vincent. de Franc. deciſ. 45.* ¶ Donatio facta filio non redit ad patrem donantem mortuo ipſo filio, ſed ad filios filii donatarii, qui ſuccedunt patri, excluſo avo, quod procedat data validitate donationis. *Guid. Pap. quæſt. 147.* ¶ Donatione facta in contractu matrimonii primonato, ſi naſcatur primo filia, poſtea filius, admittitur ipſe filius ſecundo loco natus, excluſa filia. *Guid. quæſt 506.* ¶ Uſusfructus rei naſcituro donatæ, ad quem interim ſpectet mortuo donante, *Boer. deciſ. 172. num. 16. 17. 28. & ſeq.*

Vel non.

Donatio facta filio, & ſi ſine liberis deceſſerit, ad donantem revertatur, non revertitur, ſi filius relinquat nepotem ex filio. *Rot. Avenio. deciſ. 84. in deciſ. diverſo. Tom. 3.*

Cap. VIII. Quæ præſumantur, vel non.

Quando filius hæres expreſſe approbat teſtamentum patris, an per hoc videatur renunciaſſe juri donationis competenti inter vivos, & capere bona virtute teſtamenti. *Marc. quæſt. 329. & 330.* ¶ Donatio facta primo loco filiæ, prævalet donationi ſecundo loco factæ, ſi in prima donatione intervenerit juramentum, quod ſupplet defectum inſinuationis, & facit ceſſare patriam poteſtatem. *Dec. conſil. 432.*

Donatio tranſmittatur.

Donatio facta primogenitæ licet præſumatur facta animo dotandi, tamen ſi mortuo patre ipſa filia in pupillari ætate ſuperſit, & in ea ætate deceſſerit, tranſmittitur dicta donatio ad matrem ipſius pupillæ, ſed in illa cenſetur incluſa legitima. *Rot. Avenio. deciſ. 56. in deciſ. diverſ. Tom. 3.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Donatio facta ſub conditione, ſi donator deceſſerit ſine filiis, cum clauſula conſtituti ex nunc, prout ex tunc, operatur, ut purificata conditione donatarius poſſit propria auctoritate capere poſſeſſionem rei ſpecifice donatæ. *Joan. Papon. libr. 8. titul. 6. arreſt. 3.* ¶ Donatio facta filio in capitulis matrimonialibua ex nunc, prout ex tunc ſecuta morte, & econtra, & in præambula hora mortis cum clauſula conſtituti, operatur translationem dominii à die initi contractus donationis, ideo efficitur irrevocabilis. *Vincent. de Franc. deciſ. 213.* ¶ Verba in donatione appoſita, ad habendum, tenendum & poſſidendum, quid operentur. *Guid. Pap. quæſt. 147.*

Cap. X. Quibus modis valeat.

An donatio facta hac conditione, an ejus donatoris filius matrimonium contrahat, cum Joanna valeat, quia eſt facta inter patrem & filium. *Roland. conſil. 70. Tom. 4.* ¶ An donatio juramento firmata abſque inſinuatione valeat, ſi excedat numerum quingentorum aureorum. *Fachin. lib. 12. cap. 48. & lib. 3. cap. 83.* affirmat. ¶ An donatio facta per filium patruo ſine conſenſu patris valeat. *Roland. conſil. 89. Tom. 4.* ¶ Patre patiente ſtipulari filium, perficitur donatio. *l. 35. ff. de don.* ¶ Donatio facta ob benemerita, ſtatim valet, ſi merita præceſſerint, ſed quando in re donata procedat uſucapio. *Bartol. in l. 1. §. ſi pater filio. ff. pro donat.* ¶ Confirmatio donationis facta in teſtamento patris, an habeat vim legati, vel fideicommiſſi diſtingue, aut à principio valuit, & tunc nihil operatur confirmatio, aut non valuit, & tunc habet vim legati, vel fideicommiſſi.

Franc.

Franc. Marc. quæſt. 330. ¶ Mulier, ſi pro dote filiæ viro conſentiente aliquid dederit, valet donatio. *Marc. quæſt. 307. num. 18.* ¶ An & quando valeat donatio cauſa mortis facta à filio patri ad ejus commodum conſentienti. *Dec. conſil. 245.* ¶ Inter patrem & filium, vel filiam valet donatio cauſa mortis. *Dec. conſil. 423. num. 13.* ¶ Donatio inter vivos per patrem facta filio in poteſtate contemplatione futuri matrimonii, ipſo matrimonio ſecuto valet, nec poteſt revocari, etiam filio conſentiente. *Natt. conſil. 609. Roland. conſil. 44. volum. 4. & conſil. 70. ibid.* ¶ Dicta donatio dicitur facta ob cauſam: ideo non comprehenditur per ſtatutum, ſimpliciter loquens de donatione. *Natt. d. conſil. 609. num. 6. 8. & 14.* & illam prohibens, *Menoch. conſil. 261. libr. 2.* ¶ Donatio facta filiæ dotis contemplatione valet, nec onus fideicommiſſi in ea imponi poteſt. *Marc. de Mant. ſingul. 433.* ¶ Donatio inter patrem & filium, quando valeat, & donatio immoderata non confirmatur morte in eo, quod eſt immoderata, & non retrotrahitur quantum ad dominium; ſed quantum ad fructus ſic. *Bartol. in l. 2. C. de inoffic. teſtam. vide eundem Bartol. in l. 2. C. de condict. ob can. & in Authent. unde ſi parens. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Donatio primo filio maſculo naſcituro ex tali matrimonio facta, valet. *Guid. quæſt. 267.* & tali donatione facta, ſeu alteri maſculo, ſi maluerit donator, primogenitus admittitur, cæteris excluſis: idem ſi donator pater, deceſſerit nulla alia facta declaratione. *Guid. Pap. quæſt. 505.* ¶ Pactum in contractu matrimonii initum, quod primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, an valeat, *vide per Boer. deciſ. 204.* ¶ Donatio facta per matrem filio non exiſtenti in poteſtate patris valet; ſecus alias: item, & facta filio naturali. *Capel. Tholoſ. quæſt. 192.* ¶ Donatio inter patrem & filium jurata valet, ſed an juramentum ſuppleat duplicem defectum, nempe patriæ poteſtatis, & inſinuationis, quando donatio excedit in ſummam aureorum 500. quæſtio eſt dubia, *Magon. deciſ. 64. num. 27. Rot. Flor.*

Vel non.

Donatio facta per patrem filio abſenti, & non acceptata in vita patris, ſed ſolum poſt mortem non valet: quia non fuit ratificata tempore habili, nempe in vita donantis. *idem Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 12.* ¶ Donatio facta à patre filiæ, dum adhuc ſtat in ejus domo, non valet; ſecus ſi ſit in domo mariti. *Anton. Corſet. in ſuis ſingul. liter. D. ſingul. donatio. 1.* ¶ Donatio patris facta filio in poteſtate non validatur per uſucapionem. *gloſſ. in l. fin. C. de uſucap. pro donat.* ¶ Si pater donet filio ſuo emancipato omnia bona ſua præſentia & futura reſervato ſibi uſufructu, non valet talis donatio, quare ea non obſtante poteſt pater in vita ad libitum diſponere. *Bart. conſil. 76. volum. 1.* & donatio facta per patrem naturalem filio ſuo naturali in præmium emancipationis, non valet. *Guid. Pap. quæſt. 632.* ¶ Parentum conventio etiam jurejurando firmata (de æquitate ſervanda inter liberos utriusque generis) non valet, ſi referatur ad contractum & vim ultimæ voluntatis; ſecus ſi ad modum diſpoſitionis inter vivos, ita ut integra eis remaneat teſtandi facultas. *Dec. conſil. 184.* ¶ Donatio facta per patrem filio in poteſtate conſtituto non tenet. *Andr. Gail. obſerv. 38. libr. 2. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 66.* niſi intervenerit traditio, & morte patris donantis confirmetur. *Joſeph. ibidem. Franc. Marc. quæſt. 326. Clar. in §. donatio. quæſt. 8.* ſufficit tamen traditio facta per conſtitutum, aut reſervationem uſusfructus. *Cravet. conſil. 141. Dec. conſil. 202. & conſil. 239.* ¶ Concluſio limitatur primo, in donatione remuneratoria, quæ inter patrem & filium ſuſtinetur. *Gail. d. obſerv. 38. Ozaſ. deciſ. 171. num. 19. Capic. deciſ. 203. num. 8. Clar. in ſua pract. §. donatio. quæſt. 7. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 132. Franc. Marc. q. 326.* an talis donatio indigeat inſinuatione, *Guid. Pap. quæſt. 375.* ſed ipſa merita debent probari. *Gail. d. obſervat. 38. Guid. Pap. quæſt. 82. Joan. Papon. lib. 11. titul. 1. arreſt. 14. Menoch. de arbit. quæſt. 76. Bartol. in l. 1. § ſi pater, ff. pro donato. num. 4.* ¶ An ſtetur confeſſioni juratæ ſuper meritis, *Guid. Pap. ſingul. 377. & 395. Hippol. ſing. 610. & Natt. conſil. 295.* ¶ Secundo limitatur in donatione jurata propter vinculum juramenti. *Gail. d. obſerv. 38. Capic. deciſ. 58. Guid. Pap. quæſt. 146. Joſeph. Ludov. deciſ. 71. Peruſ. num. 19. part. 2. & deciſ. Luc. 66. Capel. Thol. q. 262. in addit. Franc. Marc. quæſt. 326. Joan. Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 1. Cravet. conſil. 19 & 102. Dec. conſil. 414. & 432.* limita *ut ibid. conſil. 631. & conſ. 688. ejuſdem Excell. P. Theſ. deciſ. 32. & Fel. conſil. 30.* petitur tamen aliquando abſolutio ab ipſo juramento, *vide Guid. quæſt. 224.* ¶ Tertio limitatur in dote & donatione propter nuptias, *Gail. obſerv. 38. lib. 2. Papon. d. lib. 11. tit. 1. arreſt. 1. l. 36. ff. famil. erciſc.* vel alias facta contemplatione matrimonii. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. num. 36. Guid. Pap. quæſt. 145. Marc. quæſt. 326. Vinc. de Franc. deciſ. 192.* & hæreditatem ſi det pater filio nubenti, an valeat donatio, *vide Boer. deciſ. 204. num. 5.* & donatio facta filio matrimonii contemplatione in fideicommiſſi reſtitutione non venit. *Marc. quæſt. 331.* ¶ Quarto, in filio emancipato, cui pater donare poteſt, *Gail. d. obſerv. 34.* & etiam in præmium emancipationis. *Clar. in §. donatio. quæſt. 8.* tamen talis donatio indiget inſinuatione, ſi excedat legitimam. *Capel. Tholoſ. quæſt. 461.* vel ſummam 500. aureorum. *Guid. Pap. ſing 375.* ¶ Quinto limitatur in donatione ſummi Principis. *Gail. d. obſerv. 38.* ¶ Sexto, in eo, quod donatur per patrem filio tempore ejus doctoratus, quod efficitur peculium caſtrenſe. *Bartol. in l. 5. Cod. de ſilent. & decur. libr. 12. Clar. in d. §. donatio. quæſt. 8.*

Cap. XI. Quando confirmetur, vel non.

Donatio facta filio in poteſtate, confirmatur per mortem patris, ſi moriatur ante filium, idem ſi pater emanciparet filium ipſum, & non revocaret donationem. *Petr. de Raven. ſing. 874. Marc. de Mant. ſing. 377.* ¶ Donatio facta filio in poteſtate confirmatur emancipatione, ſi res fuerit filio tradita, vel reperiatur in poſſeſſione de voluntate patris tacita, vel expreſſa, *l. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi. vide l. 32. §. pater. ff. de donat.* ¶ Donatio facta filiæ in poteſtate, licet non valeat, confirmatur tamen morte patris præcedente traditione rerum donatarum, & ſufficit traditio per conſtitutum, interim poteſt tamen pater de bonis donatis alteri dare in præjudicium filiæ, & valebit ſecunda donatio, dummodo non ſit inofficioſa. *Dec. conſil. 297.* ¶ Donatio filiæ à patre facta morte patris non confirmatur, ſi filia prædeceſſerit. *Natt. conſil. 188. Tom. 1.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Mater impendens in cauſam filii vivo patre divite ab ipſo patre impenſas repetere poteſt, & impendens pro filio divite ab eo repetit: idem ſemper quando repetendi animo impendit. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 88.* ¶ An pater habeat uſumfructum bonorum filio donatorum admiſſa validitate donationis, *Capic. deciſ. 56.*

TITULUS CCCCXCVII.

De inofficioſis donationibus, & dotibus.

Generalia.

DE revocatione donationis inofficioſæ, *Clar. quæſt. 24. Dec. conſ. 297. Bartol. in l. 89. §. Imperator de legat. 2. & in l. 2. ff. ſi à parent. quis fuerit. manu.*

Cap. I. Donatio inofficioſa, quæ dicatur.

Donatio dicitur inofficioſa, ſive ſit de omnibus bonis,

ſive de aliquibus, quæ æquipollent omnibus. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 6.*

Cap. II. Actio inofficioſa dotis, donationis, quibus competat.

Parentes privati legitima per filiorum donationes, habent querelam inofficioſæ donationis, pro revocatione usque ad eorum legitimam. *Hartman. obſervat. 5. titul. de donat. libr. 2.* ¶ Actio inofficioſæ dotis eſt inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento, ideo ipſa actio non competit, niſi poſt mortem donantis. *Vincent. de Franc. deciſ. 170.* ¶ Revocatoria dotis inofficioſæ usque ad legitimam datur filiis ſoluto matrimonio contra hæredes viri, ſed non datur contra maritum ſororis conſtante matrimonio. *Afflict. deciſ. 86.* contrarium tamen fuit poſtea judicatum, ut teſtatur *Vincent. de Franc. deciſ. 104.* quod procedit etiam in dote ſolum promiſſa nondum ſoluta. *Vinc. de Franc. ibid.*

Vel non.

Querela inofficioſæ donationis ceſſat, quando aliud remedium poteſt habere locum. *Bartol. in l. 2. C. de inoffic. donat. Hartm. cap. 5. titul. de donat. lib. 2.* ¶ Filius, qui eſt hæres patris, non poteſt agere querela inofficioſæ donationis, niſi fuiſſet facta in fraudem. *Bartol. in l. 3. §. patronum. ff. ſi quid in fraudem patro. fac. ſit.* vide de materia *per Bart. in Auth. de immen. donat.*

Cap. III. Quando revocari poſſit donatio inofficioſa.

Immenſa donatio uni filiorum facta, per alios filios, usque ad legitimam revocari poteſt. *Andr. Gail. obſerv. 116. num. 12. lib. 2. Authent. in dec. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Donatio inofficioſa, per filios revocatur usque ad legitimam tantum. *Natt. conſ. 125. Tom. 1. Guid. Pap. ſing. 341. & Hartm. cap. 2. titul. de donat. libr. 1.* ¶ Pater, vel mater non poteſt omnia bona donare filio, vel filia ſuperſtite, alioqui illa donatio tanquam inofficioſa revocatur. *Boer. conſil. 1.* ¶ Si pater habens filium jam natum, illi donationem fecerit, ſi poſtea alii filii naſcantur, donatio illa revocatur usque ad legitimam ſolummodo. *Clar. in §. donatio. quæſt. 22. verſ. ſecundo infertur. Hartm. cap. 2. titul. de donationibus. lib. 1.* ¶ Inofficioſa donatio qualiter revocetur, quando eſt facta filio, & quando eſt facta extraneo, & quomodo dicatur inofficioſa re, & conſilio, *Bart. in conſil. 46. volum. 2.* ¶ Revocatio donationis, quæ fit ex remedio, *l. ſi unquam. C. de revoc. donat.* & ea, quæ fit ex titulo de inoffic. donat. quomodo differant, *Cravet. conſil. impreſſo poſt deciſ. 122. Pedem. fol. 219. num. 17.* ¶ Diſtinctio notabilis affertur, an & quando donatio, tanquam inofficioſa per ſubſecutam filii naturalis, aut ſpurii legitimationem revocari poſſit. *Cravet. conſil. 122. in deciſ. num. 28.* ¶ Donatio filiæ per patrem in fraudem creditorum facta, ſoluto matrimonio ſolummodo revocatur. *Vincent. de Franc. deciſ. 104.*

Vel non.

Dos, an diminuatur, ſi pater fiat poſtea pauper poſt dotis conſtitutionem. *Boer. deciſ. 62. num. 9. 11. & 16.*

Cap. IV. Quando fiat revocatio.

Revocatio dotis filiæ datæ in terminis. *l. ſi unquam.* fit ſtatim nato filio, quoad legitimam. *Vinc. de Franc. deciſ. 104.* imo, quod non fiat, niſi ſoluto matrimonio, & dote reſtituta, *ſcribit Natt. conſil. 90. Tom. 1.*

Cap. V. Quando valeat donatio inofficioſa.

Donatio, quæ non fuit inofficioſa re & conſilio, in totum non reſcinditur, ſed usque ad legitimam tantum. *Cravet. conſil. 122. num. 19.* ſed quando dicatur eſſe inofficioſa conſilio, declaratur, *num. 20.* ¶ Donatio facta in caſu neceſſitatis valet, nec poteſt revocari. *Abb. conſ. 17. lib. 1.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Legitima non debetur de donationibus remuneratoriis. *Rot. Aven. deciſ. 03. num. 14. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* ¶ Is, cui donatur inofficioſe, poteſt onere fideicommiſſi gravari. *l. 89. §. Lucius. de leg. 2.*

TITULUS CCCCXCVIII.

De donationibus, quæ ſub modo, vel conditione, aut ex certo tempore fiunt, vel ob cauſam.

Cap. I. Donatio ſub modo &c. quæ dicatur.

DOnatio, quæ dicatur ſub conditione, & quæ ſub modo, & facta ſub conditione non tenet, niſi impleta conditione, ſed facta ſub modo valet à principio, & non revocatur, donec modus ille ſervetur, imo ſi fuerit facta pio loco, niſi expreſſe fuerit conventum *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 93. num. 46. vide Hartm. cap. 2. titul. de donat. libr. 2. & gloſſ. in cap. 4. ext. de cond. appoſit.* ¶ Donatio dicitur remuneratoria, & ob cauſam recompenſandi facta, quando in procœmio deventum eſt ad benemeritorum expreſſionem in ſpecie, ſeu ad expreſſionem cauſæ in ſpecie, quo caſu ita vocatur donatio, non obſtantibus illis verbis, pure, libere, ſimpliciter, & liberaliter. *Cravet. d. conſil. 301.* ¶ Donatio conditionalis, an ſit proprie donatio. *Clar. in §. donatio. quæſt. 2.*

Vel non.

Donatio pura ſub conditione reſolvenda. non eſt proprie donatio. *Bart. ſingul. 3.* ſed qua actione repetatur donatum, *vide eundem in l. 1. ff. de donat.* ¶ Si pactum in donatione apponatur, vel modus non eſt proprie donatio, & datum, ut reddatur danti, an & quando operetur dominii translationem in accipientem, *Bart. in l. 20. ff. ſi cert. pet.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Quid ſi in ipſa donatione fuerit ita cautum, dono Sempronio pro ſe, filiis & deſcendentibus, ac hæredibus & ſucceſſoribus, quibus dederit, an cenſeatur data facultas libere alienandi bona, *Menoch. conſil. 334. num. 10.* ¶ Conditio appoſita in prima donatione, an cenſeatur repetita in ſecunda ſimpliciter facta, *vide Dec. conſil. 190.* ¶ Sempronius donavit aliquid Mariæ & Catharinæ ſororibus pro ſe, filiis, & deſcendentibus, & ipſis ſine filiis deſcendenribus voluit bona donata, ad Titium perveniri, tunc conditio, ſi ſine filiis refertur non ſolum ad ſorores, ſed etiam earum filios, & deſcendentes adeo quod, ut ipſi ſine filiis deſcendentes cenſeantur gravati reſtituere bona donata Titio ſubſtituto. *Menoch. conſil. 334. libr. 4.* ¶ Quando donatarius fuit gravatus reſtituere quicquid ſupererit ex bonis donatis tempore ejus mortis, quid juris, & quid, ſi alienaverit bona donata in fraudem & ex quibus poſſit fraus probari. *Menoch. d. conſil. 334. num. 22.*

Cap. III. Quæ requirantur, & probentur.

Confitens ſe donaſſe, ſed ſub conditione, an teneatur probare, quod ſub conditione donavit, *vide gloſſ. in l. 2. Cod. de donat. ant. nupt.* ¶ Donatio facta ſub duplici conditione, utraque conditio debet verificari. *Dec. conſil. 177.*

Cap. IV. Quando non retrotrahatur.

Conſtitutum rei donatæ ſub conditione ea pendente non transfert poſſeſſionem, & licet purificata conditione conditio retrotrahatur, tamen ſi ante eventum conditionis rei, pro qua fuit factum conſtitutum alteri vendita ſit, ſeu donata, & tradita, jus illi quæſitum tolli non poteſt, licet prima conditio conſtituti

primi

ptimi donatarii purificata ſit, quia non trahitur retro in præjudicium ſecundi emptoris, ſeu donatari. *Ludov. à Pegue. in ſuis quæſtionib. crimin. 48. num. 12.* ¶ Nam in donatione conditionali conditio exiſtens, non retrotrahitur ad tempus donationis, ideo non præjudicat juri alteri quæſito, medio tempore. *Dec. conſ. 247.*

Cap. VI. Quando fieri poſſit.

Donatio pure, & ſub conditione fieri poteſt, etiam in teſtamento. *Dec. conſil. 294. num. 2.* ¶ Donatio inter vivos poteſt fieri in diem certum, vel incertum, vel ſub conditione, tamen interim non transfertur dominium bonorum donatorum. *Natt. conſil. 118. Tom. 1.* ¶ Res prohibita donari, cenſetur etiam prohibita alienari, vel aliter diſtrahi, ſi ſit eadem ratio in uno caſu, quæ eſt in alio, alias ſecus. *DD. in l. filius. §. divi. ſo. 2. de legat. 1.*

Cap. VII. Quando debeatur, vel non.

Modi naturali eſt, ut ſi deficiat per tertium, in cujus perſona adimpleri debet, donatio, ſeu legatum debeatur, ſi vero caſu in perſona illius, qui debet adimplere, ut quia moriatur ante modum adimpletum, non debeatur donatio, ut legatum. *Rot. Avenio. deciſ. 56. num. 25. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Donatio facta alicui, ſi ipſe donator, & filii ejus decederent ſine filiis, donatore decedente cum filio, donatio non debetur donatario. *Bart. conſ. 155. vol. 1.*

Cap. VIII. Quando revertatur ad donantem, vel non.

Facta donatione hac conditione, quod prædecedente donatario ſine filiis, res donata tenetur, ad donantem, purificata conditione res redditur etiam ad hæredes ipſius donantis præmortui, nec requiritur, quod donans vivat tempore conditionis, ſeu deceſſus donatarii. *Joan. Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 38.* ¶ Donatio facta filio ſub modo, quod ſi ſine liberis deceſſerit ad donantem revertatur, non revertitur, ſi filius relinquat nepotem ex filio. *Rot. Aven. deciſ. 84.* ¶ Donatum per patrem filiæ, ut creditoribus paternis ſolvat, ea non ſolvente, poteſt repeti per hæredem patris. *l. 2. C. de condict. cau.*

Cap. IX. Qui: Quibus ſuccedere poſſit, vel non.

Venientes ab inteſtato ſuccedunt gravato in ſumma donata, de qua poterat diſponere, & non diſpoſuit. *Vincent. de Franc. deciſ. 45.* ¶ Pactum in donatione appoſitum, ne liceat donatario alienare operatur, quod aut pactum ſervetur, aut re donata ab eo condicatur, *l. 3. C. eod.*

Cap. X. Quando valeat, vel non.

Donatio facta ſub conditione omnium bonorum, caſu, quo donans moreretur ſine liberis, conſtituendo dictus donans ex nunc, prout ex tunc, & econtra ſe dicta bona donata nomine donatarii poſſidere valet, adeo quod mortuo donatore ſine liberis dominium bonorum tranſit de directo in donatarium, & non hæredes donatoris. *Guid. Pap. quæſt. 267.* ¶ De ſubſtitutione facta in contractu donationis, & an valida ſit, *vide per Ozaſch. deciſ. Pedem. 85.* ¶ Donatio inter vivos de re legata facta ſub conditione caſu, quo legatum revocaretur, valet purificata conditione. *Dec. conſ. 294.*

Vel non.

Donatio facta ob modum impoſſibilem non valet. *l. 5. C. de donat. ante nupt.* ¶ Donatio facta ſub conditione, illa non impleta non habet locum, & conditio diviſionis videtur impleta ab eo, per quem non ſtat quo minus diviſio fiat. *Dec. conſil. 629.* ¶ De nullitate donationis propter inobſervantiam pactorum, *Magon. deciſ. 76. Rot. Flor. num. 21.*

Cap. XI. Quando revocari poſſit, vel non.

Donatio facta Eccleſiæ poteſt revocari, non adimpleta conditione, tamen *Lud. deciſ. Peruſ. 29. num. 23.* ¶ An defectu cauſæ finalis non ſequutæ, donatio revocetur, *vide l. 7. & 8. C. cond. ob cauſam.* ¶ Quando fit donatio omnium bonorum alicui hac conditione, ut bona poſt mortem donatarii perveniant ad Titium præſentem, & ſtipulantem, talis donatio poteſt revocari in præjudicium illius Titii. *Abb. conſil. 48. lib. 2.* ¶ Donatio quam donans noluit effectum ſortiri, niſi ſecuta monaſtica profeſſione, interim dicitur conditionalis, ideo ante factam ipſam profeſſionem poteſt revocari & eo tempore durante, præcedente donatario non tranſmittitur ad hæredes. *Menoch. conſil. 288. lib. 4.* & dicitur conditionalis, conditione ſuſpenſiva, & non reſolutiva, conditio autem ſuſpenſiva ea eſt, quæ actum ita ſuſpendit, ut ſine ullo effectu penitus maneat antequam exiſtat conditio, & reſolutiva eſt, quæ non impedit actum eſſe purum, neque illum ſuſpendit, ſed ſuſpenditur in aliquem eventum, ideo hujus conditionis natura eſt, ut actus purus remaneat, ſed reſolvitur, ſi conditio ipſa evenerit, *Menoch. ibid. numer. 15.* ¶ Sed quando dicatur ſuſpenſiva conditio, & quando reſolutiva, & quomodo hoc cognoſcatur, *vide ibid. num. 17.* ¶ Sed reſpectu donationis factæ Eccleſiæ ſemper debet præſumi, quod modus non ſit cauſa finalis contractus, & ſic non obſervantia modi, non revocabitur donatio facta Eccleſiæ, niſi ſit dictum in donatione. *Anton. Corſet. d. ſing. contractus, vide cap. 4. ext. de conditionibus appoſitis.*

Cap. XII. Quando finiatur, vel non.

Donatio facta à Monacho ſub conditione, ut liceret ei, ad propria bona redire caſu quo non poſſet ſtare in conventu, reſolvitur, ſi ille abſolutus ab ordine auctoritate apoſtolica, egreſſus ſit monaſterium. *Natt. conſ. 180. Tom. 1.* ¶ Conditio impoſſibilis adjecta donationi cauſa mortis, non vitiat donationem. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera C. ſing. condit. 1.*

Cap. XIII. Actio cui competat, & contra quem.

Si in donatione fuerit reſervata aliqua quantitas danda filiæ, quando matrimonio collocabitur, ſi filia ante matrimonimm deceſſerit, reſervatio evaneſcit: quia defecit conditio ſub qua fuit facta reſervatio, & per conſequens donans non poterit agere ad quantitatem reſervatam. *Cravet. conſil. 25.* ¶ Implementum ex parte ſua probare debet, volens agere ex donatione ob cauſam: quia perditur donatio, quam quis non implet ex parte ſua; ſed an iſta exceptio cenſeatur remiſſa, ſi donator petat à donatario, ut impleat, *vide Cravet. conſ. 151. num. 8.* ubi tractat de donatario, qui promiſit habitare cum donatore, & non habitavit, allegans hoc eveniſſe ex culpa ipſius donantis. ¶ Modus appoſitus in omnibus contractibus, ſi ſit cauſa finalis contractus, poteſt agi ad revocationem, ſi modus non ſervetur; ſecus ſi non ſit cauſa finalis: quia tantum eo caſu agitur ad obſervantiam. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera C. ſing. contractus.*

Cap. XIV. Donator: Donans: Quæ facere poſſit, vel non.

Donator domus ſalva habitatione in vita, poteſt alteri locare invito domino. *Afflict. deciſ. 401.* ¶ An donatarius ita gravatus poſſit retinere dodrantem *juxta Authent. contra rogatus. C. ad Trebellian. vide Menoch. d. conſil. 334. num. 56.* ¶ Donans poteſt agere contra Eccleſiam, non ad revocationem; ſed ut ei ſerventur promiſſa. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29. num. 22.* ¶ Donator in præjudicium hæredis, non poteſt remittere certum

modum in donatione appoſitum, cum ſit acquiſita actio hæredi futuro. *Magon. deciſ. 138. Rot. Flor. num. 27.*

Cap. XV. Ad quæ teneatur.

Si fuit facta donatio hac conditione, ut donatarius teneretur ſolvere debita, de quibus in aliquibus inſtrumentis, tenebitur etiam ad deſcripta in apochis contractis ex eadem cauſa. *Cravet. conſil. 245.* ¶ Si quis aſſeruerit in proœmio donationis aliquid adminiſtraſſe, vel recepiſſe ab aliquo vocato, puta Titio, cum promiſſione de ipſo remunerando, & recompenſando, & ulterius conſideratis quamplurimis beneficiis acceptis ab illo, ob id ad fugiendam ingratitudinem omni meliori modo, ex ſua ſpontanea voluntate, & mea liberalitata dederit ipſi Titio aliqua bona, tunc Titius nihil petere poterit ab ipſo donatore, ex cauſa illorum narratorum in proœmio. *Cravet. conſil. 301.* ¶ Eccleſia tenetur donatorem alimentare re donata combuſta, quando fuit data, ut teneretur alimentare ipſum donatorem. *Franc. Cremen. ſingul. 1.* ¶ Quando donatio fuit facta ſub conditione, vel modo, ut donatarius ad aliquid teneretur, & donans vult agere ad bona donata ob defectum modi, vel conditionis, tenetur probare defectum pro fundamento ſuæ intentionis. *Natt. conſil. 269.*

Cap. XVI. Quæ tranſeant, transferantur, vel non.

Onus rei donatæ adjectum, an tranſeat in dantem, ſi res ad illum reverti contingat, *vide Ludov. Roman. ſingul. 993.* ¶ Dominium rei donatæ hac conditione, ut poſt certum tempus alteri reſtituatur, in ſecundum donatarium abſentem ante traditionem non transfertur, ut poſſit agere utili rei venditione. *Vincent. de Franc. deciſ. 74.*

TITULUS CCCCXCIX.

De donationibus cauſa mortis.

Cap. I. Quid ſit, & quæ dicatur.

Donatio cauſa mortis eſt ultima voluntas & ſapit naturam contractuum inter vivos. *Bartol. in l. 2. de leg. 1.* ¶ Donatio cauſa mortis dicitur, quando ita vocatur à donante, maxime quando mentio mortis facta eſt per modum cauſæ finalis, & tunc promiſſio de non revocando non mutat naturam ipſius donationis, *vide Natt. conſ. 143.* ratio, quia pactum contra ſubſtantiam contractus vitiatur, quando verba non patiuntur, ut fiat tranſitus in alium contractum. *ibid. num. 9.* ¶ Donatio cauſa mortis eſt, quæ ſub mortis mentione ſit, & in tempus mortis confertur: fallit: Primo, quando fuit facta ob bene merita: Secundo, quando fuit reſervatus uſusfructus: Tertio, quando adeſt pactum de non ravocando: Quarto, quando accedit juramentum. Quinto, ſi apponitur conſtitutum: Sexto, quando in ea ſit mentio hæredis donatarii, de quibus omnibus, *vide per Hieronym. Magon. deciſ. Luc. 87.* ¶ Ex quibus conjecturis colligi poſſit factam fuiſſe donationem cauſa mortis, vel inter vivos, *vide Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 2. titul. 13. fol. 11. Raud. tract. de Analog. cap. 23. Cravet. conſil. 214. Dec. conſil. 470.* & in dubio donatio præſumitur cauſa mortis. *Cravet. conſil. 277. vide Dec. conſil. 306.* ¶ Donatio judicatur vivos, vel cauſa mortis, prout melius valere poterit. *Cravet. conſil. 52.* ¶ Mortis cauſa capio, dicitur acquiſitio facta occaſione mortis alicujus, de qua *vide per Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 1. titul. 14.* ¶ Donatio cauſa mortis eſt ſeparata à teſtamento; ratio ſi quis accuſaverit teſtamentum de falſo, privatur tantum commodo ex eo ſibi relicto, & non relicto in donatione, *l. 5. §. qui mortu. ff. de his, qui ut indig. leg. auf.* ¶ Donationis verbum ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprehendere videtur, ſive mortis cauſa, ſive non mortis cauſa fuerit. *leg. 67. §. donationis. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Diviſio patris inter vivos habet vim ultimæ voluntatis; non vim ſimplicis donationis. *l. 20. §. ſi pater. ff. famil. erciſcund. vide infra eod. titul. famil. erciſc.* ¶ Donans cauſa mortis promittens non contravenire, non tamen ex hoc donatio tranſit in donationem inter vivos. *Dec. conſil. 239. numer. 10. vide Natt. conſil. 104. & ſupra titul. de donation. cauſa mortis,* non amittit naturam ſuam ex eo, quod in contractu donationis dictum fuerit, quod non poſſit revocari, & donans promiſit non contravenire. *Dec. conſil. 306. vide Natt. conſil. 104. & conſil. 607. Felin. conſil. 42. numer. 14.*

Vel non.

Donatio, quæ morte confirmatur, non venit in fideicommiſſum. *Bart. in l. 3. §. quidam. ff. ad Treb.* ¶ Non dicitur donatio cauſa mortis, quando apponitur hoc verbum mortis, pro demonſtratione temporis, quo donatio eſt habitura effectum. *Vinc. de Franc. deciſ. 213. num. 8.*

Cap. II. Qualis ſit.

Donatio cauſa mortis, quoad ſui ordinationem æquiparatur contractui. *Capic. deciſ. 73. num. 7.* ¶ Donatio cauſa mortis, an magis comparanda ſit contractibus, quam ultimis voluntatibus, *vide Clar. in d. §. donatio. quaſt. 5. Bartol. in l. 3. C. qui teſtam. facere poſſunt*, quod procedit, quando non ſit in teſtamento, nec in codicillis. *Abb. conſil. 40. lib. 2.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Donatio generalis refertur à ſpecificata, & non comprehendit rem donatori ex fideicommiſſo debitam, *Boer. deciſ. 33.* ¶ Donationis interpretatio fit latiſſima contra donantem. *Boer. deciſ. 172. num. 27.* ¶ Quando quis ſine retentione uſusfructus donat omnia bona poſt mortem ſuam, tacite videtur reſervatio uſusfructus facta. *Boer. deciſ. 204. num. 37.* ¶ Donata cauſa mortis, videntur in ultima voluntate relicta. *Bartol. in l. 8. ff. de tranſact.* ¶ Legis, ſi quis argentum, C. de donatio. diſpoſitio, ad donationem cauſa mortis trahitur. *Ozaſ. deciſ. 129. num. 5. & 14. Rom. ſingul. 529.* ¶ Adhibitus ad ſtipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi, & adhibitus animo donandi intelligitur cauſa mortis, ſi mortis fiat mentio, & tunc poteſt gravari quatenus receperit, *l. 12. ff. de dot. prælег.* ¶ Quod mortis cauſa donatur, ad evitandam alterius legati præſtationem, ad legem Falcidiam non pertinet. *l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Sicut legata non ſolvuntur, niſi deducto ære alieno. ita, & in donatione cauſa mortis obſervatur. *l. circa legem in fine, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Statutum prohibens donationem, non comprehendit donationem cauſa mortis, ſi ſumus in odioſa materia, ſecus in materia favorabili. *Raud. tract. 1. de Analog. cap. 15. numer. 285.* tamen ſtatutum prohibens maritum relinquere uxori in ultima voluntate, habet locum etiam in donatione cauſa mortis, ita pronunciavit Senatus mediol. contra Decium, ut teſtatur idem *Raud. ibid. cap. 18. num. 69.* ¶ In donatione cauſa mortis habet locum jus accreſcendi. *Bartol. in l. unica. §. fin. C. de caduc. toll. in l. 8. ff. de tranſact. & in l. 110. de verb. oblig.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

Donationi cauſa mortis debent adhiberi quinque teſtes, tamen inter liberos duo ſufficiunt. *Hartman cap. 7. tit. de donationibus lib. 2.* & ſtante ſtatuto, quod in teſtamento ſufficiant duo teſtes, tunc etiam donatio cauſa mortis valet coram duobus. *ibid. dict. cap.*

¶ Quar

¶ Quando uni donatur contemplatione alterius, acquiritur illi, cui relinquitur, non illi, cujus contemplatione donatur. *Ægid. Bellamer. concluſio. 741.* ¶ Solemnitas, de qua in l. hac conſultiſſima, tradita pro validitate teſtamenti cœci, non habet locum in donatione cauſa mortis, nec etiam in codicillis, ita ſcribit *Roland. conſ. 82. vol. num. 20.* ¶ Donatio cauſa mortis requirit præſentiam donatarii, nec valet facta abſenti, niſi præcedente Notarii ſtipulatione facta modo, de quo *vide per Capic. deciſion. 73. Guid. Papon. quæſt. 222. Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 11. Clar. in ſua Pract. §. donatio. quæſt. 13.* vel niſi intervenerit juramentum donantis. *Guid. d. qu. 222.* aut, niſi donatarius poſtea conſenſerit. *Boer. deciſ. 353. num. 3.* ¶ Filiusfam. qui donat cauſa mortis debet ejus ætatis eſſe, cujus eſſe oportet, ſi teſtari velit, dummodo interveniat curatoris auctoritas, *Capic. deciſ. 73. n. 8.* ¶ Donatio cauſa mortis facta per filiumfam. alteri, quam patri; ut valeat quatuor acquiruntur, de quibus *vide per Guid. Pap. quæſt. 222. num. 2.* ¶ Ipſa donatio, ut confirmetur, ſolum requiritur mors filii. *ibid. num. 3.* ¶ In dicta donatione ultra conſenſum patris, requiritur præſentia donatarii, *Vincent. de Franc. deciſ. 4. num. 19.* ¶ Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis. *Guid. Papon. quæſt. 325. num. fin. & quæſt. 610. Papon. libr. 11. titul. 1. arreſt. 25.*

Cap. V. Quæ præſumantur.

Si quis dicat do, vel dono, in dubio præſumitur donatio inter vivos, ſed ſi dicat relinquo, tunc præſumitur donatio cauſa mortis. *Guid. Papon. ſingul. 550.* ¶ Donatio nunquam præſumitur, ubi poteſt dari alia conjectura. *Afflict. deciſion. 44. num. 24. vide ſupra titul. de donatio. int. viv.*

Cap. VI. Quando probetur, & quæ probent.

Donationem probat ſcriptura privata, etiam ſine die, & conſule. *Boer. deciſ. 172. num. 19. & 20.* ¶ Filius emancipatus aſſerens ſibi rem donatam à patre debet illud probare, ſive ipſe poſſideat, & hæres ab eo petat, ſive ab hærede poſſidente ipſe petat. *l. 16. C. de probatio.* ¶ Donatio cauſa mortis quinque teſtibus probatur, ad cujus revocationem ſufficiunt duo. *Ozaſ. deciſ. 53. num. 6. Marc. quæſt. 485. vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 1. tit. 12.* ſed quid, ſi tres eſſent mortui, & unus ex vivis contradiceret inſtrumento, *vide Franc. Marc. d. qu. 485.* ¶ Donatarium ſufficit probare bona fuiſſe poſſeſſa à donatore tempore mortis, nec tenetur probare dominium, & alleganti bona non eſſe donantis incumbit onus probandi, & appellatione rerum ſuarum non veniunt jura, & actiones, ſecus appellatione rerum ſimpliciter. *Guid. Pap. quæſt. 442.*

Arguatur.

Donatio cauſa mortis arguitur ex eo, quod quinque teſtes adhibiti fuerunt. *Natt. conſil. 104. Tom. 1. ſed vide num. 14. ibid. & conſil. 123.*

Cap. VII. Quibus modis fieri poſſit,
vel non.

Donatio cauſa mortis reciproca, ubi eſt facta inter fratres de omnibus bonis, cum clauſula, quod in eo qui poſt ſe liberos reliquerit, non habeat locum, ſuperſtes ex dd. fratribus excludit nepotes ex fratre præmortuo, in bonis alterius fratris ſine prole decedentis. *Natt. conſil. 587.* ¶ Donatio cenſetur facta cauſa mortis, ubi de eadem fuerit facta mentio. *Boer. deciſion. 352.* quod limita *ut ibid. num. 11. & 12. vide Franc. Marc. qu. 485. num. 6. & ſupra titul. de donatio. inter. viv. Capel. Thol. quæſt. 454. & 485.* ¶ In donatione cauſa mortis poteſt fieri ſubſtitutio, *l. unica. §. ſin autem in fine. C. de caduc. toll.* ſed an in tali ſubſtitutione requiratur ſtipulatio, *vide gloſſ. ibid.* ¶ Quando donatio cauſa mortis fit cum pacto de non revocando, quid juris, *Afflict. deciſ. 318. & ſupra tit. de dona. inter vivos.* ¶ Donatio facta alicui, & ſuis, ſed quibuſcunque. *Guid. q. 230.* ¶ Donatio facta alicui, & ſuis hæredibus cenſetur facta non ſolum hæredibus ſuis, ſed quibuſcunque. *Guid. Pap. quæſt. 230.* ¶ Donatio cauſa mortis pluribus modis fieri poteſt, & hujus donationis tres ſunt ſpecies. *Franciſc. Man. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 12. num. 5.* ¶ Mors civilis proprie non æquiparatur mortui naturali, ideo donatio facta in caſu mortis, non habet locum in morte civili. *Papon. libr. 24. tit. 15. arreſt. 1. & 2. vide tamen Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des droicts, Rub. 4. §. 6. gloſſ. 6 num. 10.* ¶ Licet in donatione cauſa mortis non poſſit fieri ſubſtitutio ſine promiſſione ſubſtituto facienda, tamen hoc intelligendum eſt directè, ſed bene poteſt fieri per fideicommiſſum. *Capel. Thol. qu. 454.* ¶ De donatione cauſa mortis detrahitur falcidia. *l. 5. C. ad leg. Falc. l. 12. & pen. eod.*

Cap. VIII. Qui donare poſſit,
vel non.

An adultus minor 25. annis curatorem habens, poſſit mortis cauſa donare abſque ejus conſenſu, & authoritate. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 61.* ¶ An filiusfam. donare poſſit res adventitias cauſa mortis ipſi patri conſentienti. *Andr. Fach. libr. 5. contr. cap. 26.* ¶ An filiusf. poſſit donare cauſa mortis res adventitias in quibus parens nullum habet uſumfructum abſque patris conſenſu. *Andr. Fach. lib. 5. contr. cap. 25.* ¶ Pater filio ſibi donanti poteſt conſentire, dando ei poteſtatem donandi quibus velit; ſecus ſi conſentiret tantum, ut ſibi patri donaret. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 805. vide Joan. Papon. libr. 7. titul. 1. arreſt. 7. Clar. in §. donatio. quæſt. 6. Dec. conſil. 245. & conſil. 280. num. 5. Bart. in l. 1. ff. de auctor. & conſenſu tuto. num. 4. & 7.* quia tunc donatio non valeret. *Guid. Pap. qu. 223.* ¶ Senex dum donat, cauſa mortis donare dicitur. *Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2. caſ. 60. n. 13.* ¶ Uſurarius manifeſtus, an poſſit donare cauſa mortis, *Clar. in §. donatio. q. 7.* ¶ Monachus an poſſit ſine conſenſu Abbatis donare cauſa mortis, *Bartol. in Auth. ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccleſ. n. 66.* ¶ Abſenti tamen de æquitate Canonica ſemper donari poteſt, *Ægid. concluſ. 71. Capel. Thol. qu. 384.* ubi videtur contrarium deciſum. ¶ Naſcituris poteſt donari, & Notarius pro illis poteſt ſtipulari. *Dec. conſ. 245.* ſed tunc donatio eſt in pendenti, & habet illam tacitam conditionem, ſi naſcantur. *Boer. deciſ. 172.* ſed interim ad quem pertineant fructus rei donatæ, *vide ibid. n. 16. 17. 28. & 30.* ¶ Filiusfam. quare poſſit donare cauſa mortis; non autem teſtari. *Bart. in l. 3. C. qui teſtam. facere poſſunt. & in l. 6. ff. de teſtam.* ¶ Licet filiusfam. non poſſit donare (niſi cum patris conſenſu) bona, in quibus patri quæritur uſusfructus. *Roland. conſil. 89. vol. 4.* hoc tamen non videtur procedere, quando donat ea, in quibus patri non quæritur uſusfructus, nec proprietas. *Vincent. de Franc. deciſ. 4. n. 17. & Cravet. conſil. 77. n. 14. Bartol. in Auth. ut liceat. matri, & aviæ.*

Vel non.

Mulier, quæ non poteſt contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, ſine tali conſenſu non poterit donare cauſa mortis. *Joan. de Arno. ſing. 42.* ¶ Prohibitus alienare inter vivos, an videatur prohibitus donare ultima voluntate, *vide Abb. conſ. 4. libr. 2.* ¶ Ubi expreſſe conceditur alicui donare, non venit donatio caſa mortis niſi nominatim, & in ſpecie concedatur. *Bald. in l. 7. §. fin. ff. de donat.* ¶ Etiam inter vivos, & cum juramento ſine patris conſenſu filiusfam. non poteſt donare bona in quibus pater habet uſumfructum. *Vinc. de Franc. deciſ. 71.* alias, filiusfam. patre permittente poteſt donare cauſa mortis. *Bartol. in l. 1. ff. de aucto. & conſen. tuto. & in l. 2. de legat. 1.* non ſufficit tamen tacitus conſenſus patris; quia requiritur expreſſus, & ſpecialis

ex quo colligitur ſatis non eſſe filium patre conſentiente teſtari adjecta clauſula codicillari, vel ut teſtamentum valet etiam jure cujuslibet ultimæ voluntatis. *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 12. Guid. Pap. ſing. 61.* ¶ Pater conſentiens filio ſimpliciter, ut poſſit donare non intelligitur conſentire, ut poſſit donare cauſa mortis. *Raud. tracta. de Analog. cap. 15. num. 283.* & talis conſenſus patris debet intervenire in ipſa donatione, non reſpectu præjudicii ipſius patris; ſed ad integrandam perſonam filii, ideo expreſſe interponi. *Clar. in §. donatio. qu. 6.* nec intervallo adhibitis, convalidatur donatio. *Franc. Crem. ſing. 70.*

Cap. IX. Quando fieri poſſit.

Donatio, quæ confirmatur morte, quo jure petatur, *vide Guid. Papon. quæſt. 222. num. fin.* ¶ Non ſolum paciſcendo, ſuper re ſua poteſt quis contra communem regulam alteri quærere; ſed etiam idem poteſt paciſcendo ſuper re, quæ de proximo ſua futura eſſe ſperatur. *Ægid. concl. 741. num. 8.*

Cap. X. Qua tranſmittantur.

Donatio cauſa mortis non tranſmittitur ad hæredes, præcedente donatario. *Boer. deciſ. 353. num. 12. circa medium.* ¶ In donatione cauſa mortis transfertur dominium in donantem ipſo jure, revocata donatione. *Pet. de Rav. ſing. 879.*

Cap. XI. Qui effectus producantur.

Clauſula, dedit, tranſtulit, &c. ſi in vita donantis nihil operatur, poſt mortem ejus ſortitur effectum. *Put. deciſion. 216. lib. 3.* ¶ Verba enunciativa in ultimis voluntatibus inducunt diſpoſitionem. *l. 16. de donatio.* ſecus ſi conditionaliter fuiſſent prolata. *l. 19. ff. de hæred. inſtitut.*

Cap. XII. Quando valeat donatio, vel non.

Donatio cauſa mortis facta concubinæ valet, ſi tempore donationis concubinatus non durabat. *Capic. deciſ. 202.* ¶ Stultus, vel furioſus, ubi faceret actum quoquo modo diſpoſitum, quem quilibet ſanæ mentis feciſſet, talis actus valet, & tenet *Gramm. deciſ. 73. n. 38.* ¶ Si filiusfam. in teſtamento facto cum conſenſu patris aliquid donat, in eo dicat, ſi non valet jure teſtamenti, vult valere in vim codicillorum, vel donationis cauſa mortis, an valeat relictum, diſtingue, aut pars cui donatum fuerat, erat præſens, & valebit in vim donationis vel abſens, nemine pro ea acceptante, & non valet. *Clar. in ſua Pact. §. donatio quæſt. 6.* nam donatio cauſa mortis in teſtamento per filiumfam. cum conſenſu patris fieri non poteſt, niſi Notario præſente & nomine donatarii recipiente. *Roland. conſil. 82. vol. 1. num. 27.* ¶ Donatio cauſa mortis facta abſenti licet non valeat in vim donationis, valet tamen in vim fideicommiſſi, ſi adſit legitimus numerus teſtium. *Cravet. conſil. 52. num. 5. & conſil. 139. num. fin.* idem ſi fuiſſet facta abſenti in teſtamento. *Clar. in §. donatio. quæſt. 5. qu. 184. 196. & conſil. 245. num. 8.* ¶ Donatio facta abſenti, Notario pro ipſo ſtipulante, an valeat, & quid hoc caſu, ſi donatarius deceſſerit ante acceptationem, & ratificationem, *vide Clar. in §. donatio. quæſt. 13.* ¶ Donatio, ſive promiſſio bonorum poſt mortem valet, ſive ſit donatio cauſa mortis ſive inter vivos (an tunc ſit donatio cauſa mortis, vel inter vivos,) *vide Bartol. in l. fin. C. de pact. num. 12.* ſecus ſi quis donet poſt mortem ejus hæreditatem, vel omnia bona præſentia & futura, aut promittat, quod hæres erit. *Ozaſ. deciſ. 109. n. 25. vide Guid. Pap. quæſt. 306. & 510. & Bartol. in l. 19. C. de pact.* ¶ Promiſſio certarum rerum; non autem hæreditatis, ſeu ſucceſſionis valida eſt. *Ozaſc. ibid. num. 26.* ¶ De ſubſtitutione facta in contractu donationis, & an valida ſit, *vide Ozaſc. deciſion. 85.* ubi ſuſtinet partem affirmativam, etiam facta ſubſtitutione abſenti. ¶ Donatio cauſa mortis facta per adultum ſine curatore an valeat, ne hæres adulti reſtitui poſſit adverſus talem donationem. *Capic. deciſ. 73. num. 8.* ¶ Voluntas diſponentis in ultima voluntate pro lege ſervatur, ſi legibus non repugnet. *§. diſponat. Authent. de nup.* ¶ Donatio cauſa mortis facta inter virum, & uxorem valet quocunque modo fiat, & ubi fit donatio cauſa mortis, quæ retro non trahitur, duæ regulæ vitiantur in caſibus, de quibus *in l. 10. §. quod. ff. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Donatio, in qua incerta eſt perſona donatarii, ſed eventu futuro venit certificanda tenet. *Mannt. in ſuo Spec. part. 2. num. 5. fol. 6.* ¶ Donatio inter vivos jurata de omnibus bonis, licet inter vivos valere non poſſit, valebit tamen, ut donatio cauſa mortis, ſi adſit numerus quinque teſtium, *Cravet. conſ. 139.*

Vel non.

Donatio facta abſenti non valet, niſi nuntius, vel epiſtola interveniat, & talis nuntius debet eſſe ad id ſpecialiter deſtinatus. *Clar. in §. donatio. qu. 12.* quid ſi fuerit facta præſenti, & tacenti, *vide ibidem*, tamen in donatione facta in teſtamento, non requiritur donatarii præſentia, nec eſt propriè donatio, & quando non valeret, ut donatio, valeret tamen, ut legatum, vel fideicommiſſum. *Capel. Thol. qu. 384. in additio.* nec ad validitatem requiritur additio hæreditatis. *Franc. Cremen. ſing. 14.* ¶ Donatio facta à filiofam. in teſtamento ſine conſenſu patris, non poteſt etiam valere in vim legati, vel fideicommiſſi; ſicut valeret, ſi eſſet facta ab homine ſui juris. *Vinc. de Franc. deciſ. 4. num. 19.* ¶ Pactum futuræ ſucceſſionis inter privatos non valet, etiam per modum donationis cauſa mortis. *l. licet inter privatos. C. de pact.* ¶ Donatio; ut legatum factum ab Advocato concubinæ, non valet. *Bart. in l. 6. ff. de re judic. idem in Clerico, ibid.*

Cap. XIII. Quando confirmari poſſit.

Uxor licet conſtante matrimonio dotem donare non poſſit in præjudicium mariti, tamen talis donatio morte mariti confirmatur. *Ozaſ. deciſ. 94. n. 8.*

Cap. XIV. Quando revocari poſſit, vel non.

Donatio cauſa mortis an poſſit revocari, quando fuit facta promiſſio de non revocando, & attendendo cum juramento. *D. Gaſp. Theſ. q. For. quæſt. 53. lib. 2.* ¶ Donatio cauſa mortis poterit revocari, etiamſi fuerit jurata. *Dec. in l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* ¶ Revocata donatione cauſa mortis, res condicitur cum ſuis acceſſionibus. *l. 12. ff. de condict. cauſ. dat.* ¶ Si donatarius rem ſibi donatam cauſa mortis ſua auctoritate accipiat, revocatur per interdictum quorum legatorum in eo, quod eſt ultra falcidiam. *l. 1. §. ſi quis. ff. quor. legat.*

Vel non.

Donatio cauſa mortis ſui natura revocabilis, efficitur irrevocabilis, ſi fuerit jurata. *Guid. Papon. ſingul. 343.* ¶ Donatio cauſa mortis collata poſt mortem, cenſetur uti legatum, vel fideicommiſſum, quod ob re convaleſcentiam non revocatur. *Ozaſ. deciſ. 118. num. 3. & deciſ. 170. num. 2.* & lex, ſi mortis cauſa. *le. 2. ff. de donatio. cauſ. mort.* declaratur. *ibid. num. 4. & 7.* ¶ Teſtamento rupto, rumpitur donatio cauſa mortis ex teſtamento dependens; alias ſecus. *Bartol. in l. 3. ff. de legat. præſtandis cont. tabu.*

Cap. XV. Donator: Donatarius: Donans. Quæ facere poſſit, vel non.

Donator medietatis omnium bonorum, poteſt unam rem inſolidum alienare. *Guid. Papon. quæſt. 602.* ¶ Si donatarius petat, quod ſibi cauſa mortis donatum fuit à

dona-

donatore reconvaleſcente, repellitur exceptione doli. *l. 4. §. Jul. ff. de dol. mal. exceptio.* ¶ Donans probibens donatario, ne vita ſua durante ſe in poſſeſſionem intromittat, reſervat ſibi poſſeſſionem civilem. *Put. deciſ. 216. lib. 3. n. 5.*

Cap. XVI. Ad qua teneatur.

Donatarius cauſa mortis, tenetur capere poſſeſſionem bonorum donatorum à manu hæredis donantis. *Papon. libr. 8. tit. 7. arreſt. 2.* ¶ Donatarius ſi poſt mortem donantis ingreſſus fuerit poſſeſſionem rei donatæ ſua auctoritate eſt prædo. *Bartol. in l. 5. §. ſed ſi ff. de pet. hæred.* ¶ Donatarius particulatis non tenetur ad onera. *Cravet. conſil. 19. num. 15.*

Cap. XVII. Actio quando competat.

Actio deſcendena ex donatione cauſa mortis eſt ſtricti juris, habet tamen inſtar bonæ fidei. *Lud. Rom. ſing. 118.* ¶ Cautio mutiana habet locum in donatione cauſa mortis. *Capel. Thol. quæſt. 326. Ludov. Rom. ſing. 584.* ¶ Agi poteſt actione perſonali contra donatarium omnium bonorum nulla intentata revocatoria, ſi ipſe donans non reliquit hæredem, *Guid. Pap. q. 105.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

Donatum ſibi cauſa mortis accipiens, non poteſt teſtamentum donantis (etiam ab ipſa donatione ſeparatum) infringere. *idem Roma. ſing. 482.* ¶ Creditor donans cauſa mortis, mandavit debitori ſuo, ut ai daret, quod ſibi debebat, deinceps antequam debitor ſolveret, creditor donans deceſſit, poſt ejus mortem debitor ſolvit juxta mandatum, iſte eſt caſus. *l. 79. §. Mavio de leg. 2. de quo vide ibid.* ¶ Donatio facta cauſa mortis, nudo pacto perficitur. *Clar. in §. donatio. quæſt. 14.* ¶ Minori non datur reſtitutio adverſua donationem cauſa mortis, cum poſſit eam ad libitum revocare. *Roma. ſingu. 529. num. fin.*

TITULUS D.

De revocandis donationibus.

Generalia.

De revocandis donationibus, & dotibus à parentibus inofficioſe factis, *vide ſupra tit. de inoffic. donat. & doti.* & qualiter revocetur donatio inofficioſa, *vide per Bartol. in l. 90. §. Imperator de leg. 2.* ¶ De materia revocandæ donationis propter ſupervenientiam liberorum, *vide per Bartol. in l. 90. §. Imperator de leg. 2. & in Authent. de immen. donatio.*

Cap. I. Donatio. Qua dicatur.

Donatio, in qua bis fuit facta mentio mortis, & quinque teſtes intervenerunt, poteſt judicari inter vivos intervenientibus ſex conjecturis, de quibus *per Roland. conſil. 61. vol. 2.* ¶ Stante pacto, & juramento de non revocando donationem, ipſa donatio dicitur inter vivos; licet pactum reſolvatur præmoriente donatario. *Cravet. conſil. 214. n. fin.*

Cap. II. Qua attendantur.

In mortis cauſa donatione inſpicitur, quod inter partes de revocatione actum eſt. *l. 14. §. Marcellus. ff. de donat. cauſ. mort.* ¶ In donationibus læſio non conſideratur regulariter: fallit in donatione facta per filiam patri etiam cum juramento, nam talis donatio quatenus filia reperitur læſa revocatur. *Magon. deciſ. 18 Rot. Flor.* & quando donans enormiter læditur qualiter ei ſuccurratur. *Abb. conſilio 107. libr. 2.*

Cap. III. Qua requirantur: intelligantur.

Si quis vendiderit aliqua bona hæredi poſtea inſtituto, reſervato ſibi uſufructu, & poſt ejus mortem uxori, ſi deinceps in teſtamento revocaverit omnes diſpoſitiones, & etiam donationes, talis revocatio non extenditur ad dictum uſumfructum, ita reſervatum. *Cravet. conſil. 25. num. 16.* ¶ Ad revocandam donationem duo teſtes ſufficiunt. *Ozaſ. deciſion 53.* ſed quod quinque requirantur, *ſcribit Natt. conſil. 578. & 579.*

Cap. IV. Qua præſumantur.

Voluntaa præſumitur durare, niſi appareat contrarium. *Bartol. in l. 13. ff. de dona. int. vir. & uxor.* ¶ Voluntas præſumitur durare, niſi appareat de contrario. *Bart. in l. 33. ff. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Si teſtator non habens filios fecerit plura legata, propter ſupervenientiam filiorum præſumitur ab illis receſſiſſe. *Bartol. l. 8. n. 2. & 6. ff. de confir. tut.* ¶ Pœnitentia, & voluntatis mutatio non præſumuntur. *Ozaſ. deciſ. 118. n. 9.*

Cap. V. Quando arguatur donatio.

Ex cauſa donandi poteſt argui donatio cauſa mortis. *Natt. conſil. 270.*

Cap. VI. Qua fieri poſſint.

Etiam in donatione poteſt fieri ſubſtitutio, & jus iſtius ſubſtitutionis acceptatum per partem, & Notarium in donatione inter vivos, non poteſt revocare in præjudicium ſubſtituti. *Cravet. conſil. 19. num. 10. & 11.* quid, ſi intervenerit conſenſus donantis, & donatarii, *vide ibid. num. 11.* & quid, quando nullus fuit ſtipulatus nomine abſentis. *Cravet. conſil. 25. num. 18.* ¶ Donatio inter vivos fieri poteſt cum pacto, quod certo caſu revocari poſſit. *Natt. conſil. 270. n. 4.*

Cap. VII. Qua, ad quos revertantur.

An propter ingratitudinem repeti poſſint bona donata, alteri hypothecata per donatarium, & utrum revocata donatione propter ingratitudinem donatarii, bona donata pertineant ad donantem, vel ſubſtitutum in donatione vocatum, poſt mortem donatarii, & an donatarius ingratus teneatur reſtituere factus, *vide Rip. in l. fin. C. de revoc. donat.* ¶ Donatarius, ſi ante hæredis inſtitutionem teſtator quamcunque donationem inter vivos, & cauſa mortis factam revocaverit, an donationem, & legatum ſimul habere poſſit contra teſtamenti prioris clauſulam. *Jacob. Put. deciſ. 383. libr. 3.* ¶ Donatio facta filio, ut ſi ſine liberis deceſſerit ad donantem revertatur, non redit, ſi filius deceſſerit relicto nepote ex filio. *Rot. Avenio. deciſion. 84. in deciſ. diverſo. Tom. 3.*

Cap. VIII. Quando prævalet, & quibus renunciari poſſit.

Donatio ſecunda prævalet primæ factæ abſenti, & non ratificata ante ſecundam; licet prima fuerit acceptata per Notarium. *Natt. conſil. 315.* tamen ſi fiat donatio abſenti interveniente nuntio, vel epiſtola donans non poteſt eam revocare medio tempore, quo donatarius deliberat, an approbet, vel reprobet donationem: *Guid. Papon. ſingul. 341. in fine.* ¶ Beneficio d. l. ſi unquam, an expreſſe renunciari poſſit per donatorem, etiam in præjudicium filiorum quæſtio eſt dubia. *Mynſing. obſerv. 63. cent. 5.* ¶ Pro parte negativa, *ſcribit Andr. Gail. obſerv. 40. lib. 1. num. fin. Clar. in § donatio. q. 22. verſ. 3. Bartol. in l. 90. §. Imperator de leg. 2. Boer. deciſ. 159. num. 6. & 7.*

Cap. IX. Qua tranſeant & effectus producantur.

De natura donationia cauſa mortis eſt, ut præcedente donatario evaneſcat, nec tranſeat ad hæredes. *Cravet. conſil. 214. num. 18. l. 53. & fin. ff. de donatio. inter vir. & uxor. & l. 42. ff. de donatio. cauſ. mort.* ¶ Si quis ante teſtamentum proteſtetur, quod per quamcumque diſpoſitionem per eum in favorem alicujus faciendam, non intendebat recedere à donatione prius facta, tunc per teſtamentum inde factum non præjudicatur donationi. *vide Put. deciſion. 421. lib. 3.*

Cap.

Cap. X. Quando valeant, vel non.

An donatio tacita, reſultans ex confeſſione dotis receptæ validetur juramento. *Roland. conſil. 76. Tom. 4.* ¶ Mortis cauſa donatio etiam dum pendet, an convaleſcera poſſit, *vide l. 16. ff. de mort. cauſ. don.* ¶ Donatio facta inter conjuges ex cauſa remunerationis (ut ſi mulier annoſa donet viro juveni) valet: tamen uno caſu poteſt revocari, de quo per *Cravet. conſil. 51.* ¶ An pactum juratum de non revocanda donatione valeat, quæſtio eſt diſputabilis inter Doc. *vide Boer. conſ. 41. & Naet. conſ. 607.* ¶ Donandi cauſa quandiu permanet, tandiu firma remanet donatio. *Cravet. conſ. impre. inter deciſ. Pedem. fol. 209. num. 2.*

Vel non.

Revocatio donationis facta per maritum in ſequenti die, non valet in præjudicium hypothecæ ſuper bonis donatis, favore uxotis reſpectu ſuæ dotis. *Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 21.* ¶ Donatio poſt mortem donantis collata fit caduca, donatario prædecendente, & ubi fit ſub duplici conditione, altera non impleta deficit donatio. *Natt. conſ. 676. num. 6.*

Cap. XI. Quando confirmetur.

Donatio, quæ ex diſpoſitione legis, ſi unquam. *C. de revo. dona.* nativitate filiorum revocatur, an per tacitum conſenſum donantis non revocantis poſt natos filios, confirmata cenſeatur. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 121.* ¶ Donatio inter conjuges morte confirmatur, quod procedit, ſi non appareat de tacita, vel expreſſa revocatione, alias mors nullam induceret confirmationem. *Andr. Gail. obſerv. 91. lib. 2.*

Vel non.

Donatio facta à patre filius in poteſtate conſtitutis non confirmatur, niſi morte patris, & ante mortem poteſt revocari; valet tamen à principio, ſi fuerit adhibitum juramentum. *Joſeph. Ludovic. deciſion. Luc. 66. vide ſupra tit. de donatio. int. paren. & liber.* ¶ Donatio, quæ eſt revocata per ſupervenientiam liberorum ipſis mortuis, non re confirmatur. *Bart. in l. 90. §. Imperator de leg. 2. & in Auth. de immen. don. n. 10.*

Cap. XII. Quando revocari poſſit, vel non.

Donatio cauſa mortis (etiam re tradita) poteſt revocari, & res repeti una cum fructibus. *Franc. Cremen. ſingul. 16. Amanel. de Clariſaquis ſingul. 111. facit. l. 12. ff. de condict. cauſ. dat.* ¶ Donatio jurata inter patrem, & filium, an habeat tacitam conditionem, ſi filius donatarius patri ſupervivat; ita quod filio præmortuo revocetur. *Cravet. conſil. 102. & ſupra titul. de donat. int. paren. & liber.* & quid in donatione inter virum, & uxorem, *vide ibidem conſil. 202.* ¶ Donatio matris facta filio tribus in caſibus revocatur, & aliis ſimilibus expreſſis, *in Authent. quod mater. Cod. de revocand. donatio. Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 130.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quæ juſta ſit cauſa revocandi donationem à matre filio factam, præter cauſas deſcriptas. *in d. Authent. quod mater ibid. num. fin.* ¶ Donatio facta per concubinam concubinario revocatur, ſi probetur fraus. *Ægid. Bellam. concluſ. 224.* ¶ Donatio modalis, quæ fit particularibus perſonis poteſt revocari ſtatim, quod non ſervatur modus: fallit, quando donatur loco pio: quia niſi expreſſe fuerit conventum non revocatur; poteſt tamen agi ad intereſſe contra locum pium. *Joſeph. Ludov. Peruſ 93. num. 49. & 53. part. 2.* ¶ De revocanda donatione propter inobſervantiam pactorum, *Magon. deciſ. 76. Roe. Flor.* ¶ Donatio facta propter amicitiam ſemper poteſt revocari, ut quando quis amico aliquid requirenti reſpondet, non ſolum illud; ſed omnia, quæ habeo. *Boer. deciſ. 153. num. fin.* ¶ Donatio facta uxori revocatur, ſi poſtea ipſa virum percuti procuravit. *Boer. deciſion. 261.* ¶ Donatio facta reſpectu alimentorum promiſſorum revocatur, ſi alimenta (quorum contemplatione erat facta donatio) non præſtantur. *Gramm deciſion. 102. num. 102.* ¶ Adhibitus ſi quis eſt à muliere animo donandi ad dotem ſtipulandum, an poterit donationem revocare, *Bartol. in l. 34. ff. ſolut. matrim.* ¶ Donatio propter ingratitudinem revocatur, ſed quæ ſint cauſæ ingratitudinis, propter quas poſſit revocari, *vide Clar. in §. donatio. quaſt. 21. gl. in cap. fin. ex. de donatio.* ¶ Propter ingratitudinem revocatur donatio; ſed quando tolli poteſt. *Hippol. ſing. 213.* ¶ Revocans donationem propter ingratitudinem, non dicitur illam habere ex cauſa lucrativam. *Bartol. in l. 1. C. de imponenda lucrativa. libr. 10.* ¶ An donatio inter vivos, & ſimpliciter facta poſſit revocari propter defectum cauſæ, propter quam donans fuit motua ad donandum, *vide Menoch. conſil. 178. lib. 7. 8. C. de condict. ob cauſ.* ¶ Quando ceſſat finalis cauſa, ob quam fuit facta donatio, ipſa reſolvitur. *Menoch. conſil. 184. lib. 2. num. 11.* ¶ Donatio, quam donans noluit ſortiri effectum, niſi ſecuta monaſtica vita facta profeſſione, ante ipſam profeſſionem poteſt revocari, & revocatur ipſo jure, ſi donatarius interim prædeceſſerit. *Menoch. conſil. 388. lib. 4.* ¶ Deportatus poteſt revocare donationem, quam ſecit *Barr. in l. 24. C. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Succeſſor in Eccleſia poteſt revocare donationem factam à prædeceſſore, ſi tendat in grave damnum Eccleſiæ. *c. pen. ex. de donatio.* ¶ An revocatio donationis ſola ſufficiat, *Bartol. in l. 90. §. hujus de leg. 2.* ¶ Donatio, quæ fit ſola mortis cogitatione, an revocetur. *Bartol. in l. 2. ff. de donat. cauſ. mor.* ¶ Donatio facta alteri, ut poſtea donèt Eccleſiæ, an poſſit revocari per donantem, & donatarium in Eccleſiæ præjudicium, *Boer. deciſion. 353. Capel. Thol. qu. 454. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 29 Cravet. conſ. 102. num. 10. Naet. conſ. 677. Roland. conſil. 10. num. 19. Menoch. conſil. 92. vol. 1. num. 75 & Fel. conſil. 10. n. 19* ¶ Donatario conſentiente donatio inter vivos poteſt revocari, etiam in præjudicium tertii cui ex pacto donationis fuerat jus quæſitum, niſi ille tertius fuiſſet ſtipulatus, aut Notarius pro eo; quia tunc cum ex proviſione ſua ſibi ſit jus quæſitum, illud ei non poteſt ex facto donatarii auferri. *Boer. deciſion. 353. num. 14 Clar. in §. donatio. quaſt. 13.* tamen jus quæſitum, mihi eſt, vel ſpe ex tuo facto, non ex tua diſpoſitione; ſed ex diſpoſitione legis non poteſt aliquo modo mihi per te auferri. *Boer. d. deciſ. 353.* ¶ De revocatione donationis inofficioſæ, *Clar. in ſua Pract. §. donatio. quaſt. 24.* ¶ Donatio an poſſit revocari ante inſinuationem, *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de donatio. inſinn art. 1. gl. 1. 23.* ¶ Donatio facta abſenti Notario pro ipſo ſtipulante valet; ſed an poſſit revocari, antequam ab illo abſente acceptata ſit. *Clar. in §. donatio. qu. 13.* plenè *per Excell. P. Theſ. deciſ. 70.* quid, ſi donatarius deceſſerit ante ratificationem, *ibid. d. qu. 13.* ¶ Donatio cauſa mortis alia dicitur regularis, alia irregularis, & regularis dicitur, quæ ex pœnitentia revocatur, irregularis appellatur, quæ ita fit, ut ex pœnitentia revocari non poſſit. *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 1. tit. 12. in fine. fol. 9.* ¶ Ex quibus conjecturis mortis cauſa donatio revocetur, *vide eundem Mant. ibid. lib. 12. tit. 7. fol. 317.* ¶ Mortis cauſa donatio tribus modis revocatur. *l. 19. & ibidem gloſſ. ff. ſi cert. pee.* nempe expreſſa pœnitentia, convaleſcentia donantis, & prædecedentia donatarii. *§. 1. inſtit. de donatio. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 3. §. 5. gloſſ. 2. num. 8.* ſed quod dicitur de pœnitentia, intelligitur dummodo donans decedens relinquat hæredem; alias ſecus. *Hipp. ſing. 63.* quando ex pœnitentia revocetur, *Bart. in l. 13. §. Marcell. ff. de donatio. cauſ. mort.*

¶ Dona-

¶ Donatio (etiam interveniente ſtipulatione) omnium bonorum poteſt revocari. *Abb. conſil. 48. lib. 2.* ¶ Donatio cauſa mortis per filium auctoritate patris facta an poſſit revocari ſine conſenſu ipſius patris, *Guid. Papon. quaſt. 223. & ſingul. 599.* vel econtra, an pater poſſit revocare filio invito, *Bart. in l. 2. §. ſi vero, ff. de do.* ¶ In caſu, quo donatio revocari poſſet ſi poſtea donatrix declaraverit ſe velle in eadem donatione, & voluntate permanere, ex tali recenti voluntate remanet firma donatio. *Boer. deciſ. 354. num. fin.* ¶ Leges per gloſſ. allegatæ *in l. 3. ff. de donatio. cauſ. mort.* (ubi tacite revocatur donatio convaleſcente donatore) in quibus terminis loquantur. *ibidem num. 4.* ¶ Donatio immoderata facta liberis revocatur propter ſupervenientiam liberorum. *Bart. in l. 5. C. de inoffic. donatio.* uſque ad debitum bonorum ſubſidium. *l. 5. C. de inoffic. donatio.* rei donatæ; alias ſecus. *Gravet. conſil. impro. inter deciſ. Pedem. fol. 209. poſt d. deciſ. 122.* ¶ Donatio habet tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit; ideo natis liberis revocatur. *Bartol. ſingul. 211. & c. fin. 7. quaſt. 4.* ¶ Quando donatio revocetur per fiſcum eo, quod donans poſtea deliquit, & ex quibus cauſis præſumatur facta in fraudem, *Bart. in l. 15. ff. de donatio.* ¶ Donatio cauſa mortis facta ante delictum per delinquere volentem, ſententia condemnatoria ſecuta ſtatim revocatur, & an donatio inter conjuges revocetur ſententia condemnatoria contra donantem ſecuta, *Bartol. ibid. num. 10. & 12.* ¶ Donatio facta timore periculi, periculo ceſſante revocatur. *Bartol. in l. 3. ff. de dona. cau. mor.* ¶ Donatio poteſt revocari, non obſtante juramento: quia juramentum ſemper habet illam tacitam conditionem, quam habet promiſſio, cui adhæret, & ad plus non extenditur, quam extendatur virtus promiſſionis. *Gramm. deciſ. 104. n. 75.* declara dictum, ut *per Franc. Mant. de conject. ultim. vol. lib. 1. titul. 13. num. 6. Raud. de Analog. c. 23.* ¶ An poſſit revocari datum contemplatione matrimonii, *Guid. Papon. quaſt. 145.* ¶ Donatio cauſa mortis poteſt revocari, etiamſi donator voluit omnia bona ſua totaliter & integraliter poſt mortem ſuam pervenire ad hoſpitale: quia talis donatio eſt cauſa mortis, imo poteſt revocari, non obſtantibus verbis, & juramento, quibus promiſit non contravenire, *Boer. deciſ. 353. & Felin. conſ. 42. num. 14.* ¶ Cauſa mortis donatio poteſt revocari, quamvis donator promiſerit eam non revocare, vel non contravenire. *Dec. conſ. 306. & 521. num. 13. Natt. conſ. 104. & conſil. 123.* ſeu quando hoc procedat, *vide per Raud. tractat. de Analog. c. 23. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 7. Clar. in §. donatio. quaſt. 4. Dec. conſil. 470.* ¶ Donatio cauſa mortis facta alicui (etiam quod interveniſſet ſtipulatio) eſt per pœnitentiam revocabilis. *Natt. conſ. 677. num. 8.* ¶ Juramentum interpoſitum in ultimis elogiis, quæ de ſui natura ſunt revocabilia, non impedit revocationem, etiam quod interpoſita ſit expreſſa promiſſio de non revocando. *Natt. ibidem num. 10. vide tamen Roland. conſil. 8. volum. 1. num. 12. Guid. Pap. ſing. 434.* ¶ Juramentum non impedit revocationem donationis faciendam per ſupervenientiam liberorum. *Boer. deciſ. 159. num. 6. & 7.* ¶ Donatio facta etiam contemplatione matrimonii revocatur ſupervenientibus liberis. *Boer. numer. 8.* ſed quomodo hoc intelligatur. *Boer. deciſ. 159.* alias non revocatur. *Boer. deciſ. 353. numer. 10.* ¶ Donator habens liberos, an revocet donationem, ſi alii naſcantur, *vide Boer. d. deciſ. 159. num. 15.* inſolidum, vel uſque ad legitimam, *vide ibidem Boer.* ¶ Renunciatio hæreditatis, an revocetur ſupervenientibus liberis: ſicut donatio. *Boer. ibidem num. 17.* ¶ Donatio facta ob cauſam, an revocetur ſupervenientia liberorum, *Pet. de Bonins. deciſ. 98. n. 8.* ¶ Si dominium non eſt tranſlatum donator revocat rei vendicatione directa; alias utili, vel condictione. *l. 29. ff. de don. cau. mor.* ¶ Pater poteſt adimere pecuniam, quam dedit filiæ in ſua poteſtate conſtitutæ. *l. 7. ſol. mat.* ¶ Donatio cauſa mortis cenſetur revocata per ſecundam donationem alteri factam, *Natt. conſil. 270.* ¶ Donatio facta filio propter nativitatem aliorum filiorum ſolum uſque ad legitimam. *Harm. c. 2. tit. de donatio.* ¶ Donatio inter vivos revocatur propter ſupervenientiam liberorum, quod multo magis in donatione cauſa mortis dicendum videtur. *Ozaſc. deciſ. 120. vide tamen ibid. num. 6. & 12.* ¶ An donatio propter ſupervenientiam liberorum revocetur, ubicunque conſtat donantem ante donationem factam filios habuiſſe, & an revocetur donatio cauſa mortis in totum, vel pro virili, *Ozaſc. deciſ. 122. cum conſil. ibidem ſeq. fol. 219.* ¶ Donatio cauſa mortis poteſt quandocunque revocari; ſed quid, ſi poſt revocationem donator ſine hærede deceſſerit, *Clar. in §. donatio. quaſt. 25.* ¶ Donatio cauſa mortis cenſetur revocata per aliam diſpoſitionem poſtea de re factam: ſecus ſi ante ſit. *l. 23. ff. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Revocatio dotis filiæ datæ in terminis. l. ſi unquam, ſit ſtatim nato filio, quoad legitimam. *idem de Franc. deciſ. 104.* ¶ Ad conſtituendum donatarium in mala fide in terminis. l. ſi unquam requiritur non ſolum quod ipſe ſciat natos filios; ſed etiam quod donator declaraverit velle donationem revocare. *Vincent. de Franc. deciſ. 47.* ¶ Donans in dubio non præſumitur cogitaſſe de liberis, & ideo, ſi poſtea liberos ſuſceperit revocatur donatio, niſi donatarius contrarium probare poſſit. *Mynſing. obſerv. 64. cent. 5.* ¶ Donatio juris, & ſpei futuræ ſucceſſionis in contractu matrimonii, contemplatione illius juramento firmata, & facta per fratrem habentem liberos naturales tantum, quos per ſubſequens matrimonium legitimaverit, revocatur, per ſi unquam, etiamſi renunciatum eſſet illi legi. *Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 21. & 24. Boer. deciſ. 159.* ſecus eſſet, ſi filii eſſent legitimati per Principem. *Boer. deciſion. 159.* nam donatio revocatur per legitimationem filiorum factam per ſubſequens matrimonium; ſecus ſi eſſet Principis reſcripto. *ibidem d. deciſion 159.* tamen per naturales tantum poſtea ſuſceptos non revocatur. *vide ibid. num. 3.* ¶ Quando per hæredis inſtitutionem, vel caſſationem alterius teſtamento, & ultimæ volun. cenſeatur revocata donatio cauſa mort. antea facta, vide plene per *Alexand. Raud. tract. de analog. cap. 13. numer. 65.* ¶ Legatum factum per viam donationis, an teſtamento revocata, revocetur, & legatum. *Marc. quaſt. 824. num. 4.* ¶ Donatio cum pacto, ut non poſſit revocari facta in teſtamento, revocato ipſo teſtamento revocatur; ſed quando, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 1. titul. 13. numer. 10.* ¶ An donatio cauſa mortia cenſeatur revocata per inſtrumentum, quod impugnatur de falſo. *Ozaſch. deciſ. 117.* ¶ An talis donatio facta propter certas cauſas, veluti quia eſſet iturus donans in longinquas partes, cenſeatur revocata propter renunciatum reditum ipſius donatoris, vel ſi non iverit, *Ozaſ. deciſ 118. & Cravet. conſil. impreſſo inter deciſiones ejuſdem. Ozaſc fol. 219.* ubi ſcribit pro parte negativa. ¶ In legitimatione per ſubſequens matrimonium ſpeciale eſt, ut per eam revocetur donatio. *Ozaſc. deciſ. tat. n. 5.* ¶ Socini opinio in conſ. 226. vol. & aliorum tenentium per legitimationem ex reſcripto Principis donationem revocari declaratur, & quomodo intelligenda ſit copioſe oſtenditur. *ibidem num. 6. vide Dec. conſil. 366.* ¶ Donatio facta uxori revocatur propter pignorationem, non tamen per obligationem generalem omnium bonorum. *Bartol. in l. 18. ff. de adimen. legat.* ¶ Per alienationem, vel aliam donationem, aut ſpecialem hypothecam revocatur donatio facta inter conjuges. *l. 12. C. de donat. int. vir. & uxor.*

¶ Quod

¶ Quod dicitur mutuam donationem inter conjuges factam poſſe revocari, quomodo intelligatur, *Pap. l. 10. titul. 1 arreſt. 32. & arreſt. 31. ibidem & Boer. conſil. 51.* ¶ Quando dubitatur, an donatio poſſit revocari ex eo quod dicatur irrevocabilis, & inter vivos, licet in ea fiat mentio mortis. *Cravet. conſil. 214.* ¶ Donatio videtur revocata, ſi res donata pignoretur; ſecus ſi legetur, & non revocatur per ſolam revocationem tituli, niſi avocetur poſſeſſio à donatario. *Bartol. in l. 33. ff. de do. int. vir. & uxor. §. ſi maritus.* ¶ Donatio etiam facta Eccleſiæ ob nativitatem filiorum, non ſolum uſque ad legitimam, ſed etiam in totum revocatur. *Mynſinger. obſerv. 93. cent. 6. vide gloſſ. in cap. quicunque 17. quæſt. 4.* imo quod non revocetur, niſi uſque ad legitimam, ſcribit *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 10. titul. 7. num. 7. vide Cravet. conſilio 151. num. 28. Petr. de Raven. ſingul. 342. Ant. Corſ. in ſuis ſingularib. litera D. ſingul. donatio.* ¶ Donatio pura facta fratri revocatur nativitate filiæ, licet illico deceſſerit. *Rot. Avenio deciſ. 23. in deciſ. diverſo Tom. 3.* nec tunc reconvaleſcit. *Cravet. conſil. 151. numer. 28.* ¶ Donatio omnium bonorum, ſeu partia revocatur per nativitatem filiorum. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 19.* quod ampliatur procedere etiamſi talis donatio fuiſſet facta favore matrimonii. *ibid. arreſt. 20. & 21.* ¶ Donatio facta de omnibus vel parte bonorum, vel de una re ab eo, qui caret liberis, revocatur propter ſupervenientiam liberorum. *Clar. §. donatio. qu. 22. Dec. conſil. 366. num. 9. Roland. conſil. 11. num. 19. vol. 1. & Bartol. in l. 90. §. Imperator. de leg. 2.* ¶ Limita primo concluſionem, quando tempore donationis donator de liberis cogitaſſet. *Clar. d. quæſt. 22. verſ. ex qua, Natt. conſil. 125. Tom. 1.* ¶ Secundo, quando tempore donationis jam habebat liberos: tunc enim, & ſi alii filii naſcantur, non debet donatio revocari. *ibid. d qu. 22.* ¶ Ipſa donatio revocatur propter ſupervenientem inimicitiam. *Hippol. ſingul. 136.* ¶ Donatio cauſa mortis facta ab infirmo, qui poſtea reconvaleſcat ex tacita donantis voluntate, licet nihil circa rem donatam fiat, revocatur. *Ant. Trig. ſing. 100. num. 4.* ¶ Donatio cauſa mortis facta metu alicujus periculi imminentis, tacite revocatur periculo ceſſante, ſi tempore donationis fiat traditio, *Dec. conſil. 366.* pro parte negativa ſcribunt *Franc. Marc. quæſt. 545. num. 38. Rot. Avenio deciſion. 23. in deciſ diverſ. num. 9. Raud. tract. de Analog. cap. 15. num. 138. Rebuff. in ſuis comment. tract. de donat. inſinn. artic 1. gloſſ. 1. num. 23. Dec. conſil. 20. & Natt. conſil. 674* ¶ An ſi Eccleſiæ res donata ſit ex conditione, ut donatori alimenta ſuppeditaret, & illa non impleverit conditionem donatio revocari poſſit. *Fachin. libr. 8. cap. 90. affirmat. l. 1. Cod. de donatio. quæ ſub modo.* ¶ Donatio cauſa mortis etiam facta ante crimen commiſſum, (& non cogitationem criminis) ſecutis crimine, & condemnatione reſcinditur; ſecus in donatione ſimplici. *l. 7. ff. de donat. cau. mort.*

Vel non.

Donatio, quæ alias eſſet revocabilis propter ingratitudinem, ſi fiat ob merita, efficitur irrevocabilis. *Capic. deciſion. 121. numer. 15. Gramm. deciſ. 65. numer. 24. Boer. deciſion. 27. Rom. ſingul. 519. Raud. tracta. de Analog. cap. 32. num. 25.* idem in donatione ob cauſam. *Natt. conſil. 104. numer. 9. Tom. 1.* ¶ Donatio facta filio per patrem contemplatione matrimonii, dicitur facta etiam filio conſentiente. *Natt. conſ. 609. num. 41.* ¶ Donatio cauſa mortis non cenſetur revocata per alienationem neceſſariam; ſed tantum per voluntariam. *Natt. conſilio 123. Hippol. ſingularib. 136. & Anton. Trig. ſingularib. 100.* ¶ Dos promiſſa propter ingratitudinem, non poteſt revocari. *Boer. deciſion. 27.* ¶ Donatio inter vivos facta per conſtitutum in infirmitate, cum pacto de non revocando. efficitur irrevocabilis. *Roland. conſil. 8. volum. 1.* ¶ Idem, quando fuit factum pactum de non revocando in verbis diſpoſitivis; ſed quid in executivis, *vide ibidem.* ¶ Donatio inter vivos ex pœnitentia, non poteſt revocari. *ibidem num. 17.* ¶ Tranſiens ad ſecunda vota donationem antea collatam in filium ex cauſa ingratitudinis non revocat niſi ex tribus cauſis de quibus in textu, & *gloſſ. in §. mater tamen, Authent. de nupt.* ¶ Donatio inter vivos eſt irrevocabilis. *Afflict. deciſ. 275.* illa perfecta, & acceptata. *Joſeph. Lud. dec. Peruſ. 29. num. 15.* & pœnitentiæ in ea non eſt locus. *Bartol. in l. 16. ff. de condict. cauſ. dat.* nec conditiones ex poſt facto recipit, & perfecta non revocatur. *Abb. conſilio 55. libr. 1.* niſi ex cauſa, *vide Afflict. deciſ. 361. num. 10.* veluti propter ingratitudinem, *Afflict. deciſ. 265. num. 46.* quid, ſi fuerit facta in contractu matrimonii, *vide Pap. lib. 11. tit. 1. arreſt. 29. Boer. conſ. 41. & Natt. conſil. 600.* tamen talis facultas revocandi non tranſit ad hæredes. *Guid. Papon. quæſt. 124. vide Excell. Præſ. Theſſaur. deciſ. 214. Magon. deciſion. 76. Rot. Flor.* ſed quid, ſi donator in vita dixerit & declaraverit coram teſtibus, quod volebat donationem revocare, quod non fecit morte præventus, an ejus hæres hoc in caſu poſſit petere revocationem. *Guid. Papon. quæſtion. 214. Boer. deciſion. 98.* ¶ Quod ratione ingratitudinis pro revocatione donationis non poſſit hæres donantis litem intentare contra donatarium (niſi lis jam fuiſſet præparata per defectum) *ſcribit Papon. libr. 11. titul. 1. arreſt. 37. cap. fin. ext. de donatio.* ¶ Donatio non revocatur ob jactationes donantis, niſi fuerint propoſitæ judicialiter ante mortem donantis & probatæ, *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 93. part. 2.* ideo, jus revocandi donationem, non competit hæredi, niſi donans in vita judicialiter porrexerit querelas, & probaverit. *ibidem num. 41. & 42.* ¶ Licet in donatione fiat mentio mortis, quando ipſa donatio tranſit (per ſtipulationem) in contractum ſtipulationis, & partes voluerunt eam irrevocabilem eſſe, tunc erit contractus donationis ob cauſam inter vivos, & efficitur irrevocabilis; licet ſortiatur effectum poſt mortem donantis. *Boer. deciſion. 353. numer. 10.* ¶ Quando intervenit juramentum cum ſtipulatione donatarii, vel Notarii dicitur donatio inter vivos irrevocabilis. *ibidem.* ¶ Donatio jurata inter virum & uxorem non poteſt revocari, *Cap. Thol. quæſt. 262. vide ſupra titul. de donat. int. vir. & uxor.* ¶ Donationes, quæ fiunt filiis contemplatione matrimonii, confunduntur cum ipſo contractu: ideo ſunt irrevocabiles. *Vincent. de Franc. dec. 205.* ¶ Dotis conſtitutio facta genero revocari non poteſt (de novo ſuperveniente ſobole) ex diſpoſitione d. l. ſi unquam; ſed dos reſtituta hoc caſu ſoluto matrimonio (& non ante) poteſt revocari uſque ad legitimam filiorum poſt dotis conſtitutionem natorum. *Natt. conſil. 90. Tom. 1.* ¶ Donationem in dubio revocatam non ceoſeri interpretatio facienda eſt. *Cra. conſ. impre. inter deciſ. Pedem. fol. 209. num. 14.* ¶ Donator, ubicunque; poſt donationem factam aliquo tempore ſupervixit, quo donationem revocare potuit, & non revocavit, cenſetur in eadem voluntate decedere, & propterea firma remanet donatio. *Ozaſc. deciſion. 122. num. 9.* ¶ Donatio facta cum clauſula pro ſe, & ſuis hæredibus, agnatione ſui hæredis non revocatur. *Ozaſc. dec. 102. n. 10.* ¶ Simplex donatio non revocatur; ſed ubi in cauſa de futuro erratur, condicitur per condictionem ob cauſam, *l. 6. C. de condict. ob cauſ. dat.* ¶ Donatio ſimplex facta ſponſæ non revocatur; licet matrimonium non ſequatur, *l. 10. C. de donatio. ante nupt.*

l. 11.

Google

l.12. ibid. ſed vide l.15. & ſeq. eod. ¶ Per ignorantiam non revocatur donatio; ſed res tranſit cum ſua cauſa, *l. fin. §. Lucius. ff. de donatio.* ¶ Si minor donavit cauſa mortis, juravit ſe non revocaturum valet actus, & non revocatur, *gloſſ. magna in cap. item Sacramento de pace tenenda in uſibus feud.* ¶ Donatio omnium bonorum, quæ tempore mortis donantis ſupererunt, facta contemplatione matrimonii fratri ſponſo præſenti, & ſtipulanti per ſponſam efficitur irrevocabilis, donatrix promiſerit, & juraverit ipſam donationem obſervare, & non revocare, ipſique non contravenire, maxime ſi fuerit poſt, alio contractu ratificata, *vide Boer. deciſion. 353.* ¶ Donatio inter vivos facta in teſtamento præſenti, & ſtipulanti, alteri nomine ipſius, efficitur irrevocabilis, *Boer. deciſ. 553. numero quarto.* ¶ Perfecta donatio non revocatur, etiam facta in ultima voluntate, *l. 8. C. de donatio. ante nupt. l. fin. C. de uſucap. pro donat. vel jubente Principe. l. 9. Cod. eodem.* ¶ Teſtator, qui inter vivos ſervum, vel ancillam donavit, non poteſt in ſuo teſtamento illum jubere manumitti per donatarium: niſi talis donatarius legatum aliud ſibi relictum agnoverit. *l. 4. ff. de fideicom. libert.* ¶ Donationis inter vivos, & donationis cauſa mort. diverſitatis ratio affertur, cur beneficium legis, ſi unquam. C. de revoc. donatio. locum non habet in donatione cauſa mortis, quemadmodum inter vivos *per Ozaſ. 120. num. 12.* ¶ Donatio cauſa mortis per viam contractus facta, non cenſetur revocata per teſtamentum cum clauſula, caſſans, & irritans omne teſtamentum, & donationem cauſa mortis, *Borg. Caval. deciſion. 1. de contract. vide Raud. tr. de Analog. cap. 23. num. 65.* ¶ Filia non ſolet revocare donantem à donatione, quemadmodum maſculus, *Ozaſ. deciſ. 122. num. 7. & Rip. diſtinctio. in l. ſi unquam. C. de revo. donat.* reprobatur, *ibid. num. 13.* ¶ Donatio cauſa mortis propter filiorum legitimationem ſubſequutam non revocatur cum jus ſuccedendi à jure legitimationis, & filiationis ſeparatum ſit, *Ozaſ. d. deciſ. 119. num. 10. vide ibid. deciſ. 119. 120. 121. & deciſ. 6. vide tamen eundem. deciſ. 122. num. 10.* ¶ Donatio cauſa mortis collata poſt mortem cenſetur uti legatum, vel fideicommiſſum, quod ob reconvaleſcentiam non revocatur, *Ozaſ. d. deciſ. 118.* & lex ſi mortis cauſa *l. 2. ff. de donatio.* cauſa mortis ibi declaratur. *num. 7.* ¶ Donatio cauſa mortis per inſtitutionem hæredis univerſalis non cenſetur revocata etiam dato, quod adſit clauſula derogatoria, caſſans, & irritans, &c. *Ozaſ. deciſ. 116. num. fin.* niſi adſit expreſſa revocatio, *Cruv. conſ. 144. numer. 10.* ¶ Ratio diverſitatis, cur legitimatus, præteritus, vel non juſta cauſa exhæredatus teſtamentum rumpat, non autem donationem cauſa mortis revocet explicatur, *Ozaſ. deciſ. 12. num. 8.* ¶ Adoptione, ſive arrogatione filii rumpitur teſtamentum (veluti agnatione ſui hæredis) donatione, adoptione, ſive arrogatione non revocatur. *Dec. conſil. 366. num. fin.* ¶ Donatio remedio legis, ſi unquam, non revocatur, propter legitimationem filiorum ſubſequutam, quando tempore donationis alii extabant liberi, *vide in conſ. impreſſo poſt deciſio. 122. Pedem.* ubi plene de materia revo. donationis. ¶ Per donationem ſecundum non revocatur prima valida, ex qua fuit tranſlatum dominium per retentionem uſusfructus, etiamſi ſecundus donatarius conſequutus fuiſſet poſſeſſionem. *Boer. conſ. 37. & conſil. 41.* ¶ Teſtamento rupto donatio cauſa mortis rumpitur, ſi dependat ex teſtamento; alias ſecus, *Bart. in l. 3. ff. de legatis præſtandis.*

Cap. XIII. Rei vendicatio, quando detur.

Datur utilis rei vendicatio ei qui mortis cauſa donavit, & donationem revocare vult ſive convaluerit, ſive eum pœnitet, aut ſic pepigerit; ſive peregre profectus, redierit. *Mann. in ſuo Spec. tit. an ſit jud. civil. vel crim. part. 4. diſtin. 3. num. 18.* ¶ Item datur utilis in rem ad revocandum quod inofficioſum donatum eſt, vel ut revocetur quod donatarius ingratus, immemor accepti muneris accepit, *ibid. n. 19.* ¶ Item quod ob cauſam datum eſt, cauſa non ſecuta, vel non perſeverante, *ibid. n. 21.*

Cap. XIV. L. ſi unquam quando habeat locum.

Quando diſpoſitio legis, ſi unquam, habeat locum, & quando non, *vide Clar. d. §. donatio. q. 23.* & non habet locum in renunciatione, quam facit filia patri: quia talis renunciatio fit ex cauſa, nempe propter dotem. *Dec. conſ. 181. num. fin.* ¶ Ad hoc, ut ſit locus dictæ legi, ſi unquam, an requiratur declaratio donantis, *Guid. Pap. ſing. 339.* ¶ Lex, ſi unquam non habet locum in renunciatione facta per matrem de bonis paternis, quando mater ſupervixit patri. *Rol. conſ. 11. volum. 1.* ſed habet locum in donatione jurata, etiamſi eſſet juratum eam non revocare aliqua ratione, vel cauſa, vel donans promiſerit non contravenire ex aliqua cauſa, etiam incognita. *Rol. conſil. 11. num. 10. & 21. vol. 1. Bart. in l. 90. §. Imperator. de legat. 2.* ¶ Legis, ſi unquam diſpoſitio longo tempore legitimationis formam à Juſtiniano per reſcriptum Principis introductam præceſſit, *Ozaſ. deciſ. 121.* ¶ Lex ſi unquam locum ſibi non vendicat in his, quæ quis deſperatione filiorum omiſit acquirere: ſed in his quæ jam acquiſita in alios tranſtulit *Gaſp. Cabal. milleloq. 19.* ¶ Item non habet locum in modica donatione, *Andr. Gail. obſerv. 102. lib. 2. num. 5.* ſed quæ dicatur modica. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 134.* ¶ In materia d. l. ſi unquam, an per ſuſceptionem nepotum, & filiorum naturalium revocetur donatio, *vide Guid. Pap. ſing. 571. & d. l. ſi unquam* non habet locum in cauſa pia. ¶ Si res vendatur uni, & deinceps donetur alteri, cui prius ipſa res fuit tradita, emptor poteſt contra donatarium agere actione revocatoria. *Jaſ. de action. in §. item ſi quis frandem, inſtitut. de actio. n. 216.*

Cap. XV. Donator: donatarius: quæ facere poſſit, ad quæ teneatur.

Donator poſt perfectam donationem non poteſt (etiam in filios) teſtari de bonis donatis, neque aliquem contractum facere. *Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 47. n. 9.* ¶ Donatus no tenetur reſtituere fructus reſoluta donatione. *Boer. deciſ. 98.* ¶ Minori non datur reſtitutio adverſus donationem cauſa mortis, cum poſſet eam ad libitum revocare, *Ozaſ. deciſ. 120. num. 13.*

TITULUS DI.

De pignoribus & hypothecis.

Generalia.

De jure offerendi in materia pignorum, *vide ſupra tit. de jure offerendi.*

Cap. I. Hypotheca. Actio: pignus: obligatio. Quid ſit.

Quid ſit pignus prætorium, & quod judiciale. *Anton. Guid. q. 19.* ¶ Juramentum habet vim ſpecificæ expreſſionis hypothecæ, *Ozaſ. deciſ. 156. num. 5.* ¶ Hypothecaria, & pignoratitia quomodo ſe habeant & in quibus differant. *Bart. in prima conſtitutio. §. Titii, in proœmio ff. forum.* ¶ Hypotheca nihil aliud eſt, quam bonorum obligatio & quædam eſt expreſſa, quædam tacita, expreſſa, quæ partium conventione inducitur, tacita autem, quæ ex legis diſpoſitione, ſtatuti, ſeu conſuetudinis, & rurſus expreſſa, quædam eſt generalis, & quædam ſpecialis, quæ vero ſint differentiæ inter generalem, & ſpecialem, *vide per Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tractat. de conſtit. redit. art. gl. 14. Tom. 2.*

¶ Pignus proprie dicitur, quod traditione fit, hypotheca autem, quæ ſola conventione contrahitur, *Jaſ. ibid. num. 9.* ¶ Actio ſerviana, an quaſi ſerviana, quæ dicantur, & an quaſi ſerviana, & hypothecaria ſint idem. *ibid. num. 10.*

Cap. II. Qualis ſit.

Jus hypothecæ eſt individuum, licet res hypothecatæ ſint dividuæ, & quorum ſunt res obligatæ, tot ſunt obligationes. *Afflict. deciſ. 213. Cruo. conſ. 77. num. 15. & conſ. 206.* & non dividitur ex perſona hæredum. *Jo. Gal. q. 64. Pap. lib. 11. tit. 3. arreſt. 1. & 5.* habetur *in libris placito. curia lib. 10. de pignoribus tit. 3. in deciſ. diverſ. vide infra tit. de hered. actio.* ideo creditor, cui plures res ſunt hypothecatæ alternativæ, habet electionem ex proviſione legali. *Capic. deciſ. 46. vide Joſ. Ludov. deciſ. Peruſ. 95. part. 2.* ¶ Actio ſerviana, & quaſi ſerviana, quæ hypothecaria dicitur, eſt arbitraria, Judex ergo in hac actione præcipiet primo poſſeſſori, ut creditori rem pignoratam reſtituat, cui arbitrio ſi pareat, aut pecuniam creditori ſolvat, reus abſolvetur, alioqui manu militari res ab eo aufertur, quod ſi dolo deſit poſſidere, vel ambagibus deluſerit præceptum Prætoris tanti condemnabitur, quanti in litem juratum fuerit ab actore, Judex tamen poteſt moderare hoc juramentum, *Menoch. de arbitr. judi. quæſt. 5. num. 7. Bartol. ſingul. 224. & in l. 16. §. vendicatione. ff. de pignoribus.* ¶ Hypotheca cum perſonali obligatione, quando in perſonam, & quando in bona habeat executionem, & per conſequens quando dicatur acceſſoria, & quando principalis, *vide per Boer. deciſ. 295. numer. 17.* ¶ Obligatio rei ſpecialis, & poſtea omnium bonorum dicitur conditionalis, quoad obligationem generalem, ſi res ſpecialiter obligata non ſufficiat. *Franc. Crem. ſing 54.* ¶ Pignus æque idoneum poteſt ſurrogari in locum pignoris prius dati. *ibid. ſingul 55.* ¶ Hypotheca contractui adjecta realis eſt, & per ipſam jus in re acquiritur ſive ſit generalis, ſive ſpecialis. *Ozaſ. deciſ. 156. Afflict. deciſ. 383.* & tranſit contra quemlibet poſſeſſorem; ſecus in actione perſonali. *Afflict. deciſ. 95. facit l. fi. C. ſi adverſus creditorem.* ¶ Actio hypothecaria eſt in rem ſcripta, & tranſit cum re ſive ceſſione, *Afflict. deciſ. 8. n. 3* ¶ Aliud eſt judicium quando res hypothecatæ ſunt individuæ, & aliud eſt quando ſunt dividuæ. *Afflict. dict. deciſ. 213. in fin.* ¶ De aliis differentiis pignoris prætorii, & conventionalis, *vide per gloſſ. in leg. 1. ff. de pign. act.* ¶ Pignus conventionale, & prætorium differunt: quia in prætorio nulla eſt prælatio temporis; ſicut in pignore conventionali. *l. fin. & ibi. gloſſ. ff. de bonis auct. jud. poſſid.* ¶ Hypothecaria ad perſonalem actionem acceſſoria eſt. *Jaſ. de actio. in §. item ſerviana. numer. 101.* ¶ Aliqua differentia inter pignoratitiam actionem, & commodati actionem cum quærit veniat culpa an etiam cuſtodia. *Cuja. lib 19. obſerv. cap. 24.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, vel non.

Hypotheca omnium bonorum ſolita apponi, ſi fuerit omiſſa, cenſetur appoſita. *Boer. dec. 182. n. 54.* ¶ Obligatio omniũ bonorũ pro reſtitutione pecuniæ mihi à te mutuo datæ, trahitur ad pecuniã mihi per alium mutuo traditam, ſed non ad eandem à te mutuo acceptam. *Lud. Rom. ſing. 611.* ¶ Obligatio bonorum poſita in fine inſtrumenti, refertur ad omnia præcedentia. *Dec. conſil. 359.* ¶ In pignoribus, an pretium ſuccedat loco rei, & econtra in particularibus. *Hiero. Magon. deciſ. 9. Rot. Flor.* ¶ Ceſſa perſonali actione cenſetur etiam hypothecaria ceſſa; ſed quid econtra. *Boer. deciſ. 335 facit l. 2. C. per quas perſo. nob. acq.* ¶ Ædificium factum in ſolo hypothecato per emptorem ipſius ſoli, cenſetur etiam obligatum creditori. *Capel. Thol. q. 430.* ¶ In fructibus beneficii nondum ſeparatis à ſolo, conſiſtit hypotheca. *Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. cap. 45. in dec. diverſ.* ¶ Rei propriæ non conſiſtit pignus, & tali creditori domino ipſa res tradatur, uſucapio interrumpitur. *d. l. 33. §. ſi rem ſuam.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

Si obligatur partus, & fructus futuri requiritur, quod res ſint in bonis debitoris tempore obligationis. *l. 11. §. ſi de futuris eod. tit.* ¶ Obligatio bonorum generalis comprehendit omnia, quæ ad ſortem debiti extenuandam apta ſunt. *Put. deciſ. 444. lib. 2. num. 10.* ¶ Hypotheca generalis bonorum non comprehendit ſuppellectilia neceſſaria. *Bartol. in l. 1. C. quæ res pign. obligat. poſſ.* veſtes, & liberos, qui & quæ ſunt ad uſum propriæ perſonæ, niſi expreſſe dicatur, *Borg. Caval. deciſ. 27. num. 26. part. 2.* quæ non comprehendat, *Math. Matheſ. ſing. 156. Guid. Pap. ſing. 588. Pet. Genu ſing. 55. Ant. Corſe. in ſuis ſingul. litera O. ſing. obligatio.*

Cap. V. Quæ dicantur pignoratitia.

Contractus factus in forma venditionis præſumitur fictus, & ſimulatus, & vere pignoratitius, ubicunque concurrunt modicitas pretii, & pactum de retrovendendo, & tunc fructus extenuant ſortem. *Abb. conſil. 69. lib. 2. vide ſupra tit. de ſimulat. contract. & in titul. de pac. int. emp. & vend.* ¶ Contractus arrharum dicitur contractus pignoratitius. *Bartol. in l. 1. C. ſi Rector Provincia.*

Cap. VI. Quæ dicantur hypothecam: obligata.

Fundus cenſetur hypothecatus, aliqua penſione impoſita perpetuo ex conventione, vel ex ultima voluntate; ſecus ſi ad tempus. *Guid. d. q. 432. num. fin.* ſed vide ibi. & inducitur hypotheca ex his verbis, promitto centum ſuper tali fundo. *Ozaſch. deciſ. 59.* ¶ Quoties aliquod onus apponitur ſuper certa re, vel paciſcitur de percipiendo aliquo jure ſuper ea, illa cenſetur pro ipſa penſione hypothecata. *Cabal. milleloq. 191.* nam verbum, ſuper hoc caſu importat hypothecam. *Franc. Cremen. ſing. 46.* ¶ Res tranſit cum ſuo onere, & ſic ſemper remanet obligata. *cap. 18. & 33. ex. de decimis.* ¶ Fundus emptus pupillo, & traditus pecunia alterius pupilli, eſt obligatus illi pupillo, de cujus pecunia fundus fuit emptus. *l. 3 ff. de rebus eorum.* ¶ Res deſtinatione donata, & poſtea ante traditionem obligatam, & deinceps tradita donatario, tranſit cum ſua cauſa, & remanet obligata. *l. fin. §. hujus ff. de donatio.* ¶ Cum quis obligat rem duobus ſimpliciter eodem tempore inſolidum, cuilibet pro ſuo debito res obligatur. *l. fin. ff. de Salvia. interd.* ſed ſi inter ſe agant creditores, poſſidentis conditio melior erit. *gloſſ. ibidem.* ¶ Si vendatur res per debitorem, & poſtea ad eum ex novo cauſa revertitur, an reincidat in obligationem. *Bart. in l. 8. §. ſupervacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſol.* ¶ Facto pacto, quod liceat vendere, intelligitur res obligata, & pariter poteſtas, & auctoritas de ingrediendo poſſeſſionem rei propria auctoritate, operatur hypothecam. *leg 4. ff. qui potiores.*

Vel non.

Ille, ex cujus pecunia res fuit empta, non habet ipſam rem hypothecatam, niſi ex pacto; ſecus ſi quis dederit pecuniam mutuo cauſa ædificandi, vel reficiendi, quia tunc habet mutuans tacitam hypothecam. *gloſſ. in verbo, agrum. §. his conſequens. Auth. de æqualitate dot.* ¶ Res hypothecata à debitore alienata creditore conſentiente, & poſtea acquiſita, non recidit in generalem obligationem, etiam futurorum. *leg. fin. C. de remiſſio pigno.* ¶ Res redempta non ſubjacet hypothecis,

medio

medio tempore impoſitis per emptorem. *Cabal. milleloq. 159. Bart. in l. 5. ff. de in diem addict.*

Cap. VII. Quæ veniant, vel non.

In creditorem hypothecarium tranſeunt omnia jura debitoria ideo in ipſa hypotheca venit etiam poſſeſſio civilis debitoris. *Jac. Put. deciſ. 198. lib. 1.* ¶ Hypothecata res venit in judicio familiæ erciſ, & tunc qualiter hæredes teneantur. *Bart. in l. ſi pignori res. ff. famil. erciſc.* ¶ In generali hypotheca omnium bonorum venit uſusfructus bonorum, ad debitorem ſpectantium. *Put. deciſ. 112. lib. 3.* ¶ An bona alienari prohibita, vel alias reſtitutioni ſubjecta, veniant in generali obligatione bonorum, magna eſt altercatio inter Doctores, *vide Aegid. magiſt. tractat. ſubhaſtat. capit. 43. in deciſ. diverſ. fol. 213.* ¶ Hypothecaria intentata, veniunt etiam nomina debitorum. *Bartol. in l. 8. ff. de dot. prælegat.* ¶ Bona futura veniunt in generali obligationa bonorum, quæ poſtea acquiruntur. *Afflict. deciſ. 335. Marc. q. 921. part. 2. Guid. Pap. q. 291. Aegid. magiſt tract. ſubhaſt. cap. 45. in deciſ. diverſ. fol. 214. Boer. conſ. 18. l. 11. C. de res pignori obl. poſſ.* ¶ Jura, & actionea veniunt in obligatione omnium bonorum, & quando nomina poſſeſſoria meum, tuum, ſuum, comprehendat jura, & actiones. *Bartol. in l. 29. ff. de auro, & argen. legat. §. argento.* ¶ Bona hæredia non veniunt in obligatione bonorum contrahentis, poſſunt tamen expreſſe obligari. *Vincen. de Fran. deciſ. 52. vide & deciſ. 321. part. 4.* ¶ Merces venales diſtractæ non veniunt in generali obligatione, datur tamen actio ad pretium earum, vel ad merces loco diſtractarum ſurrogataa. *Put. deciſ. 297. lib. 2.* & obligans bona ſua, non videtur obligare, quæ habet venialia, *Bart. in l. 22. § uxori. ff. de uſuf. legat.*

Cap. VIII. Quæ probanda, & probentur, vel non.

Quis debeat probare pignus amiſſum culpa levi, vel caſu fortuito, nempe an creditor, vel debitor, *vide Abb. conſ. 82. lib. 2.* ¶ Creditori agenti hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, ſufficit probare rem fuiſſe penes debitorem, cum ſimplici allegatione dominii, quando poſſeſſor, vel ejus auctor rem habuit à creditore, *Afflict. deciſ. 37. vide deciſ. 40. & 383. ibid.* imo quando actor, & reus habent cauſam ab eodem debitore, non eſt neceſſe probare dominium debitoria. *Marc. q. 923. par. 2.* § Tituli productio in creditore non ſufficit, niſi probetur de jure actoris; fallit, quando tertius conventus habuit cauſam ab eodem auctore. *Cravet. conſ. 57. & conſil. 156. num. 5.* ¶ Creditori agenti hypothecaria, an ſufficiat probare poſſeſſionem debitoris. *Guid. Pap. q. 432. Jaſ. de act. in §. item ſervianа. num. 89. Bart. in l. 5. C. ſi aliena res pigno. dat. ſit.* ¶ In ſalviano interdicto, quod competit etiam creditori pro rebus ſibi jure pignoria obligatis, ſufficit probare poſſeſſionem debitoris; ſed in hypothecaria probandum eſt dominium. *Paul. Aemil. deciſ. 141. par. 3. Io. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. an. n. 84. poſt volumen. Iaſ. de actio. Rol. conſ. 14. volum. 1. Bart. in l. 2. de precario, & ſolv. inter*, imo, quod ſufficiat probare rem fuiſſe in bonis debitoris, & per ipſum poſſeſſam tempore obligationis, ſcribit *Andr. Gail. obſerv. 26. part. 2.* ¶ Licet ipſa civilis poſſeſſio extinguatur per mortem debitoris (remanente actione hypothecaria) tamen hæc procedunt in ipſa hypothecaria; ſecus in ſalviano interdicto, in quo non eſt neceſſarium, niſi probaret poſſeſſionem defuncti, & diſpoſitionem tertii, contra quem dator tale interdictum dato. quod poſſeſſio hypothecaria ſit amiſſa. *idem Put. deciſ. 207. lib. 1. Paul. deciſ. 141. part. 3.* ¶ Cum intentatur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, debet probari dominium debitoris tempore contractus; ſecus ſi agatur contra ipſum debitorem; ſed agens interdicto ſalviano ſufficit, quod probet poſſeſſionem. *Caſſ. in conſuetud. Burgun. titul. des enfant rub. 11. §. 6. gl. 5. num. 9.* ¶ Secundo, probare debet agens rem fuiſſe ſibi prius hypothecatam, quam poſſeſſori alienatam. *ibid. numer. 12.* ¶ Tertio, debet probare debitum, & cauſam, pro qua res fuit hypothecata. *Caſſad. ib. num. 13.* ¶ Hypothecaria agens contra donatarium debet probare ſibi prius rem hypothecatam: fallit in fiſco. *Lud. Rom. ſing. 159. Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera A. ſing. actio. Bartol. in l. 1. C. de jure fiſci. lib. 10. & in leg 5. §. quod. ff. de pignorib. facit l. 13. Cod. de don. ante nupt.* ¶ Probare obligationem, & rem traditam loco pignoris, ad quid ſit utile, *vide Bart. in l. leg 9. Codic. de pigno. actio.* ¶ Quod dicitur creditorem debere probare rem fuiſſe in bonis debitoris intelligitur, quod probet fuiſſe tempore contractus; non autem poſt, de neceſſitate. *Bart. in l. 7. C. de pignorib.* ¶ Rem fuiſſe in bonis debitoris non probat creditor anterior, ſi poſſeſſor habuit cauſam à debitore, tunc enim nihil aliud debet probare, quam ſibi prius rem fuiſſe obligatam, *vide Bartol in leg. 13. Cod. de donatio. ante nupt. & in §. illud. Authen. de trien. & ſemiſ.*

Cap. VIII. Quæ præſumantur: vendicari poſſint.

Si venditioni apponatur pactum de recuperando poſt certum tempus, modico conſtituto pretio, præſumitur pignus, & non venditio. *c. 5. ext. de empt. & vend.* § Res in dubio potius præſumitur loco pignoris tradita, quam in ſolutum data. *Afflict. dec. 373. Rebuff. in ſuis comment. tract. de preco. & licit. Tom. 2. art. 1. gloſſ. 1. vide tamen Menoch. conſil. 201. lib. 3.* & pignus in dubio ſufficiens præſumitur, *Afflict. dicta deciſ. 373.* ¶ Pignoris vendicatio ſemper permittitur, & in antecedens neceſſarium permiſſa eſſe cenſetur obligatio debiti, quæ præambula eſt rei vendicationis. *Ozaſ. deciſ. 115. n. 8.*

Cap. IX. Quæ recuperari poſſint, vel non.

De eo, qui pignori rem mobilem tradidit, ſi deinde ad alium res illa bona fide pervenerit, quo remedio illam recuperari poſſit, *vide Ozaſ. deciſ. Pedem. 40.* § Pignus datum ob pecuniam non numeratam, numeratione non ſequuta; qua actione repetatur, *vide gl. in l. 1. C. de non nu. pec.* ¶ Si pupillus vult pignus repetere, quod tutor obligaverat pro pecunia, quæ converſa eſt in utilitatem ipſius pupilli, repellitur exceptione doli, niſi ſolvat, *l. 8 ff. de reb. eorum, qui ſub tutela.* ¶ Si debitor pignus ſurripuit, quod actione furti ſolverit, nullo modo repetit, *l. 8. ff. de furtis.*

Cap. X. Quæ retineri poſſint, vel non.

Creditor condemnatus ad rei reſtitutionem poteſt eam retinere poſt ſententiam virtute hypothecæ, vel precarii, quam vel quod non oppoſuerat ante ſententiam; ſecus ſi oppoſuerat. *Capic. deciſ. 119. vide Cravet. pro genero. conſ. 1. num. 408.* Nam creditori, cui permittitur evocatio poſſeſſionis rei hypothecatæ, multo magis conceditur retentio, nec ſi vitioſe, vel non poſſeſſio pervenerit, conſiderandum eſt, *Gram. deciſ. 58. Cravet. pro genero. conſil. 1. numer. 405. vide l. emptore. C. locati.* ¶ Pignus contra fidejuſſoris voluntatem non poteſt retineri ob chyrographariam pecuniam, *l. 2. & ibi. gl. C. de fidejuſ. & mand.* ¶ Creditor incumbens pignori pro certa quantitate illud retinere poteſt, etiam pro alio debito, pro quo obligatum non fuit, ſed quando detur retentio rei alienæ non obligatæ. *Hartm. cap. 6. titul. de creditoribus. lib. 2.* ¶ Donec ſolvatur pretium, poteſt res vendita loco pignoris retineri. *l. 22. ff. de hared. vel act. vend.* ¶ Tenuata, ſi fuerit data ex inordinato proceſſu, ſi per prius res illa fuerit obligata

propter debitum, poterit retineri pro illo, *Gnm. deciſ. 58. num. 5.* ¶ Pignus obligatum pro ſorte, & uſuris poteſt pro utroque debito retineri: ſed pignus obligatum pro ſorte tantum, non poteſt retineri. *l. 22. Cod. de uſuris.* ¶ Creditor non poteſt retinere rem debitoris prætextu crediti, ſi non eſt ei obligata, niſi pervenerit ad eum de voluntate debitoris eo animo, ut aliquod jus conſtituatur in re. *Bart. in l. 5. C. quib. mod. pign. vel hypothe. tacit. contrab.*

Cap. XI. Qui habere non poſſit pignus.

Pignus habere non poteſt, qui dominium irrevocabile habet, *Afflict. deciſ. 8.* ſecus ubi revocabiliter. *Afflict. deciſ. 16.* ¶ Emens à creditore non vendente jure creditoris, jus pignoris non conſequitur: limita, quando creditor vendidit rem, cum omnibus juribus ſibi competentibus in ipſa re. *Cuv. conſ 298. num. 6.*

Cap. XII. Quando præſcribatur.

Extraneus pignorum poſſeſſor titulo, & bona fide, præſcribit hypothecariæ actioni ſpatio longi temporis: perſonali contra debitorem ſalva manente, ſed debitor, ejuſque hæres non præſcribunt longo tempore, *l. 1. C. ſi adverſus creditorem, vide l. 7. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.* ¶ Hypotheca non præſcribitur 30. ann. *ſed 40. Boer. deciſ. 182. n. 56.*

Cap. XIII. Quando contrahatur, vel non.

Hypotheca contrahitur per hæc verba, nempe, quod ſi debitor non ſolverit, liceat creditori ingredi bona debitoris propria auctoritate. *Franc. Crement. ſingular. 2.* ¶ Quibuscunque verbis conſtet de voluntate, hypotheca contrahitur *l. 11. C. quæ res pignori. vide l. 6. C. qui potiores.* ¶ Obligatio pignoris ex parte creditoris recipientis contrahitur re, ex parte debitoris tradentis ſolo conſenſu conſtituitur, & ex ſolo pacto nudo jure Prætorio naſcitur actio & creditor non amittit jus crediti, quamvis amiſerit pignus caſu fortuito, vel culpa leviſſima. *§. fin. inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig. vide gloſſ. ibid.* ¶ Pignus nudo conſenſu contrahitur, etiamſi aliena res tradatur, & error in materia pignoris non impedit conſtitutionem, *Bar. in l. 1 ff. de pign. act.* tamen aliena res non poteſt obligari, *Bart. in l 2. eo. & in l. 67. ff. de procurat.* verum poſſidens rem alienam titulo, & bona fide, poſſunt illam pignorare, *Bartol. in l. 29 ff. de pig. act.* ¶ Pignus ſolo conſenſu contrahitur jure prætorio; ſed ſolo conſenſu non tollitur, *l. 18. §. de pignore. ff. de pactis.* ¶ Etiam in teſtamento per teſtatorem poteſt hypotheca conſtitui; ſed per alienationem rei hypothecatæ, cenſetur revocata. *Natt. conſil. 330.* ¶ Jus pignoris, & hypothecæ ſolo conſenſu contrahitur, nec requiritur ſcriptura; fit enim ipſa ſcriptura, ut quod actum eſt per eam facilius probari poſſit. *libro 4. ff. de fidei inſtrument.*

Vel non.

Prohibitus emere, an prohibeatur pignus contrahere, *vid. Bart. in §. iidem reſcripſerunt, inſtitut. de legat.* ¶ Pignus ſuper re aliena contractum non poteſt confirmari, ſi tempore, quo cauſa confirmationis evenit, res in bonis debitoris non reperiatur, *lib. 9. §. Titia. ff. qui potiores.*

Cap. XIV. Quæ computantur in ſortem, in pignus, vel non.

Creditor poſſidens pignus, & percipiens fructus, illos in ſortem computare tenetur, *Ozaſ. d. dec. 115. n. 11. Fran. Marc. q. 267 part. 2. Rot. Gen. dec. 4. Affl. dec. 373. Gaſp. Cabal. Millel. 538. Petr. Roy. dec. Litua. 5. n. 356. in dec. diverſ. To. 2. Ludov. Rom. ſing. 329. Marc. de Mant. ſingularib. 230.* nam uſura eſt lucrifacere fruct⁹ rei pignoratæ, ideo in ſortē debent computari, *Cap. 1. & 2 ext. de uſur.* fallit primo quando ex pacto lucrantur, *Guid. Pap. q. 432. n. 15.* ſed an tale pactum valeat, *Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 78.* ¶ Fallit ſecundo, quando creditor in re ſibi obligata directum dominium haberet, & debitor utile tantum, ut eſt feudatarius, vel emphyteuta. *idem Roman. ſing. 329.* ¶ Fallit tertio, ſi ipſe creditor ratione pecuniæ mutuatæ ſubiverit labores notabiles, *idem Rom. ſing. 542.* ¶ Fallit quarto, quando fructus adhuc extant: quia ante conſumptionem non compenſantur. *Anton. Trig. ſingul. 61.* ¶ Et econtra creditori ipſi debetur intereſſe, ſi eſt ſolitus negotiari. *idem Marc q. 922. part. 2. Excel P. Theſ. d. deciſ. 78.* ¶ Creditor pignoratitius tenetur in ſortem imputare, vel reſtituere pœnam, quam conſecutus eſt propter delictum commiſſum in perſonam ſuam occaſione rei, *Gaſp. Cabal. milleloq 8.* ¶ Omne, quod percipitur de rebus titulo pignoris obligatis debet computari in ſortem, & quod ſupereſt debet reſtitui. *gl. pen. in c. 32. extr. eod.* ¶ Fructus pignoris jure Civili extenuant ſortem, jure Canonico excipiuntur duo caſus, *Bart. in ſuo tr. de differ. inter jus Cano. & Civil. num. 102.*

Vel non.

Debitor, qui juravit creditori nullum gravamen ſuper re pignorata inferre, donec ſolverit debitum, non auditur repetens pignus volens compenſare fructus in ſortem, ſed debet prius debitum integraliter ſolvere, & demum rem cum fructibus inde perceptis expoſcere. *c. 7. ex. de jurejur.*

Cap. XV. Hypotheca: cui competat.

Sententia hypothecam ſolutum tribuit à die captæ poſſeſſionis bonorum virtute ipſius ſententiæ. *Aegid. magiſt. tract. ſubaſtatio. c. 32. in deciſ. diverſ. vide Jo. Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt 34. Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 1. gloſſ. 16. num. fin.* ſed in hac patria ex diſpoſitione novorum ordinum bona cenſentur obligata à die ſententiæ. ¶ Quando quis hypothecaria poſſit conveniri pro poſſeſſionis jure, quod habet debitor in aliqua re. *Bart. in l. 41. de pign. actio.* ¶ Hypothecaria, quando competat creditoribus hæreditariis contra legatarios primo legatum recipientes, & quando condictio indebiti, *Bart. in l. fi. §. & ſi præfatam C. de jur. delib. num. 4.* ¶ Pignoratitia contraria datur creditori ratione pignoris recepti ad multa, de quibus *vide per Azo. in ſumma tit. C. de pigno. act.* ¶ De hypothecaria, quæ competit contra colonum, vel inquilinum, *Jaſ. de act. §. item ſerviana.* ¶ An quis poſſit experiri hypothecaria contra debitores debitoris, ipſo principali debitore non condemnato, *vide gloſſ. fin. in l 3. C. de act. hæred.* ¶ Hypothecaria, an competat inſolidum contra unum ex pluribus hæredibus, apud quem pars rei cenſualis reperitur, an vero ſint omnes hæredes, & poſſeſſores ſimul compellendi pro hæreditariis portionibus ad ſolutionem cenſus. *Gaſp. Ant. Teſſ. q. For. quæſt. 85. libr. 2.* ¶ Hypothecaria, an competat fideicommiſſario pro mobilibus, & pecunia conſumptis à gravato adverſus tertios poſſeſſores ſuper bonis propriis hæredis gravati, *ibid. quæſt. 83. lib. 2.* ¶ Hypotheca fideicommiſſario, an competat in bonis fideicommittentis, ſobhaſtatione bonorum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 76.* ¶ Hypotheca in bonis teſtatoris an detur pro annuo legato, *ibid. dec. 28.* ¶ Hypotheca pro canone, an competat contra tertium, *ibid. deciſ. 32.* ¶ Hypotheca pro laudemio, an tacita competat, *ibid. deciſ. 31.*

Vel non.

Hypotheca non cōpetit in bonis teſtatoris pro fructibus

bus rei relictæ. *ibid. deciſ. 72.* ¶ Actio mandati competit fidejuſſori ſolventi pro reo, nō hypothecaria competens creditori, niſi cadatur; quæ ceſſa poteſt intentari contra poſſeſſorea bonorum. *l. 14. C. de fidejuſſ. & mand.* ¶ Hypotheca conſiſtit etiam in pecunia. *Affl. deciſ. 190.* tamen hypotheca primo creditori in ipſa pecunia bona fide conſumpta, non competit, *ibid. n. 6.* ¶ Chyrographarius creditor non habet hypothecam, tamen petit ipſam taxationem, *Bart. in conſil. 95.* ¶ Hypothecaria non poteſt intentari contra poſſeſſores bonorum, antequam ſit actum perſonali contra debitorem, ſed ſi agatur, valebit proceſſus, & ſententia. *Bart. in l. 25. C de pign.*

Cap. XVI. Actio hypothecaria, quando competat, vel non.

An prior creditor, qui habet hypothecam ſpecialem in aliquibus bonis debitoris, generalem in aliis, poſſit agere contra ſecundum creditorem, qui habet hypothecam ſuper eiſdem bonis ſpecialem, & generalem. *Rol. conſil. 26. Tom 4.* ¶ Creditor pro avocanda poſſeſſione, quam debitor perdidit, in qua habebat hypothecam, interdictum intentare poteſt, *Bart. l. 41. de pigno. act. numer. 9.* ¶ Verum licet debitor vendens bona hypothecata, quæ ſi cōſtituit precario nomine creditoris poſſidere interverterit poſſeſſionem creditoris, ipſe tamen creditor poteſt agere ad recuperandam illam poſſeſſionem contra eum, cui facta fuit alienatio condictione, *l. fi. C. de acquir. poſſeſſio.* nulla facta diſcuſſione de debitore principali. *Boer. deciſ. 112. vide ſupra titul. de clauſula conſtituti. Manant. in ſua Spec. part. 4. diſtinct. 7.* an ſit judi. ſuper petit. aut poſſeſſ. *vide Bart. in l. 36. ff. de acquir. poſſeſ.* ¶ Creditor contra debitorem poſſidentem habet electionem agendi, vel actione perſonali, aut hypothecaria, *Bart. in §. ſed neque Authen. de fidejuſſoribus*, verum tamen electa hypothecaria, non tollitur perſonalis adverſus debitorem, & quatenus ex pignore non eſt ſatisfactum remanet actio prima. *l. 1. C. de actio. & oblig. 1.* ¶ In actione hypothecaria coram quo Judice agendum ſit, *vide Pap. lib. 11. tit. 3. arreſt. 4.* ¶ Duo creditores pignus communiter habentes, poſſunt agere commu. divid. *l. 7. §. ſi duo ff. commun. dividun.* ¶ Qui obligavit pro alio pignus, poteſt agere antequam ſolvat, ut liberetur in caſibus, de quibus *in l. 38. ff. de mandati.* ¶ Pro re pignorata ſurrepta, datur actio furti creditori etiam contra dominum, & etiam ipſi domino rei: quia utriuſque intereſt, & ſemper creditoris intereſt, licet debitor ſit ſolvendo, *vide l. 12. §. ſed & ſi res & l. 19. §. qui rem ff. de furtis.* ¶ Non ſolum debitor committit furtum ſurripiendo rem; ſed etiam, ſi ille non poſſidens ipſam rem ſpecialiter obligatam alienaverit, *l. 19. §. qui rem, & ibi. gloſſ. & l. 68. eodem titul.* ¶ Idem in creditore, qui illud ante tempus vendiderit. *l. 75. ff. de furt.* ¶ Ex quacunque cauſa bona debitoris mei veniant ad alium poſſeſſorem: convenio illum quaſi hæredem. *l. 5. § cum ex cauſa, & ibid. gloſſ. ff. de jure fiſci.* ¶ De materia hypothecariæ actionis, *vide in §. item ſerviana. & ibid. gl. inſtitu. de actio.* ¶ Pecuniam redactam ex venditione rei meæ à te facta poſſum in ſubſidium repetere, & econtra ſi ex pecunia mea rem emas, in ſubſidium poſſum ad illam agere, licet mihi obligata non ſit. *Roman. ſingul. 612.* & pariter in hypothecaria pretium non ſuccedit loco rei hypothecatæ, niſi in ſubſidium, *idem Roman. ſing. 636.* ¶ Creditor volens agere contra debitorem ad reſtitutionem rei pignoratæ, qua actione agat, *vide Bartol. in l. 22. § ſi poſt de pig. act.* ¶ Conſentiendo, , ut obliges rem meam, non videor animo donandi facere, & potero agere, ut ſuas. *Bartol. in l. 34. numer. 15. ff. de ſolut. matrimo.* ¶ Creditor, qui emit rem obligatam, quam actionem habeat, & ipſe creditor in pignore eſt quaſi procurator, *Bartol. l. ſi pign. &c.* ¶ Emptor evincens rem ſibi prius hypothecatam, agere poteſt hypothecaria, *Afflict. deciſ. 8.* ¶ Creditor re perempta, vel præſcripta, quando poſſit agere ad pretium in ſubſidium, *vide Bart. in l. 3. C. de rei vendica.* ¶ Obligans rem alienam ſcienti non tenetur pignoratitia contraria, ſed quare, *vide Bart. in l. 42. num. ff. de uſucapio.*

Cap. XVII. Quæ habeant locum, vel non.

Jus offerendi pecuniam condemnato competit in actione hypothecaria etiam poſt ſententiam: fallit in ſex caſibus, *de quibus vide per Capi. deciſ. 41.* ¶ Diſpoſitio. l. quoties. C. de rei vendic. locum non habet in pignoribus & hypothecis. *Ozaſch. deciſ. 133. numero. 4.* ¶ Statutum, quod tribuit executionem inſtrumento guarentigiato non habet locum, ſi agatur contra tertium hypothecaria, *Dec. conſ. 198 num. 5.*

Cap. XVIII. Quæ fieri poſſint, vel non.

Libelli narratio in hypothecaria, & ejus concluſio traduntur. *per Bart. l. 41. de pign. act. num. 10.* ¶ Poſitiones & ejus articuli qualiter formari debeant in hypothecaria, *vide Jaſ. de actio. in §. item ſerviana. num. 129.* ¶ Quod dicitur debere prius fieri executionem ſuper rebus generaliter hypothecatis (quando concurrunt ſpecialis, & generalis hypotheca) quomodo intelligatur, *vide Marc. q. 371. num. 9.* ¶ Tertius poſſeſſor conventus hypothecaria admittitur ad opponendum de novo contra creditorem agentem, non obſtante condemnatione, vel ſententia lata contra debitorem, *Jo. Pap. lib. 11. tit 3. arreſt. 6.*

Cap. XIX. Qui: Quæ hypothecare, vel hypothecari poſſint, vel non.

Pignori obligari, quæ poſſint, & quæ non, *Jaſ. §. item ſerv. de act. num. 104. 109 111. & 117.* ¶ Pignorari quando poſſit res aliena, & pignus ex pacto de vendendo præſumitur contractum, *Bart in l. 3. §. cum ex cauſa. & §. poſt. ff. qui potiores in pign. habe.* ¶ Licet quis poſſit obligare bona præſentia, & futura, non tamen poteſt obligare bona viventis, quæ ſperat ſibi per ſucceſſionem deferri. *l. fi. C. de pact.* ¶ Nomen debitoris poteſt pignori dari, & ille, cui datum eſt, poteſt illud alteri vendere jure creditoris; ſicut aliam rem pignoratam, & non ſolum perſonalis, ſed etiam hypothecaria tranſit in creditorem vel emptorem, *l. 7. C. de hæred. vel act. vendi. l. 1. C. de poſt. pigno.* ¶ Feudum an in caſu neceſſitatis pignorari poſſit, & quid de fructibus, & commoditate ipſius, *Jaſ. ibid. ſup. n. 107. & 114.*

Vel non.

Res aliena obligari non poteſt, ſed bene communis, nec tollitur jus hypothecæ per diviſionem, *Vinc. de Fr. dec. 77. Aegi. magiſt. tr. ſubhaſt. c. 43. in dec. diverſ.* & tunc res remanet obligata pro indiviſo *Bart. in l. 2 ff. de ſervitutib.* ¶ Res aliena hypothecari non poteſt hinc videmus, quod agens hypothecaria tenetur probare rem hypothecatam fuiſſe in dominio debitoris hypothecantis, de tempore hypothecæ, *Gnrv. conſ. 298.* ¶ Bona pupillorum non poſſunt obligari ſine decreto, & poteſtas data per teſtatorem vendendi non comprehendit poteſtatem obligandi, *Vinc. de Franc. deciſ 302. part. 2.* ¶ Si rea prohibeatur alienari non ſolum prohibetur dominii translatio, ſed pignoris obligatio, *l. 7. C. de reb. alien.* ¶ Ratio, cur quis poſſit rem alienam vendere, ſed non obligare, ea eſt, quia in pignore debet jus conſtitui creditori, quod ſibi det hypothecariam actionem, ſed in vendicatione ſola traditio, cum obligatione evictionis

ſufficit. *gloſſ. in §. 2. Inſt. de inutil. ſtipul. Bart. in §. omnes res. ibid.*

Cap. XX. Qui ſint effectus.

Expreſſa hypotheca facit ceſſare tacitam, quia proviſio hominis tollit legis proviſionem naſcituram; ſed non natam, *l. fin. C. de pact. conventis.* ¶ Donatio valida facta non præjudicat creditori anteriori; ſed ſequenti ſic. *l. 13. Cod. de donatio. int. virum, & uxorem.* ¶ Venditio pignoris non idonei, reſidui petitionem non adimit creditori, *l. 3. C. de diſtract. pig.* ¶ Ex venditione pignoris facta per debitorem, quando præjudicetur creditori, *vide Bartol. in d. l. 8 §. non videtur.* ¶ Hypotheca ſpecialis conſtituta uni creditori, aufert ei generalem ad commodum aliorum creditorum. *Alex. Raud. tract. de analog. c. 33. n 4.* idem in legatario. *ibid. n. 12.* ¶ Quando dominus rei ſibi præjudicet conſentiendo obligationi, & quando dicatur conſentire. *vide Rot. Genu. deciſ. 199.* ¶ Bona præſentia, & futura obligans, non obligat quærenda à ſuis hæredibus. *Afflict. deciſ. 335. num. 5.* ¶ Hypothecaria facit, quod res ſit in obligatione pecunia vero in ſolutione; non enim poteſt ita conventus compelli ad ſolutionem invitus per ſententiam latam in hypothecaria, *Capi. d. deciſion. 41.* ¶ Quia debitor condemnatus hypothecaria electionem habet ex diſpoſitione legali ſolvendi rem, vel pecuniam, donec agitur judicati, & judicium ſuſcipitur. *Capic. deciſ. 41. num. 5.* ¶ Hypotheca tribuit jus in re, & de ejus natura eſt tribuere facultatem apprehendendæ, & retinendæ poſſeſſionis, *Gram. deciſ. 58.* tamen hypothecaria actione non agitur contra tertium poſſeſſorem, niſi excuſſis principali, ejus fidejuſſoribus, & bonis, *Guid. Pap. quæſt. 432. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 45. Franc. Marc. q. 371. vide ſupra lib. 1. de excuſſionibus*, ubi de limitationibus ad regulam. ¶ Hypothecaria avocat nudam poſſeſſionem, quare debeo ita concludere, peto poſſeſſorem condemnari ad tradendam rem poſſidendam in cauſam pignoris, donec mihi ſatisfiat, & ſolvatur quod debitor debet, *Bartol. in l. 66. ff. de evictio.* ¶ Generaliter pignori datus ſervus ſine dubio pleno jure debitoris eſt, & juſtam libertatem ab eo conſequi poteſt, ſi ipſe debitor ſit ſolvendo. *l. 29. ff. qui & à quibus manumiſſi.* ¶ In quibus caſibus ſpecialis hypotheca non præjudicet generali, *vide per Rand tract. de analog. cap. 32.* ¶ Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, *vide Bart. in l. 5. C. ad Senatuscon. Vellej.* ¶ Recipiens pignus non idoneum ſibi non præjudicat, quo minus reſiduam ſummam petere poſſit. *Cnev. conſ. 106. num. 4.* quia non cenſetur renunciare perſonali actioni, *leg. 28. ff ſi cert. petat.* ¶ Sententia lata contra debitoram ſuper re pignorata, non præjudicat creditori non vocato, qui ante jus pignoris habebat. *l. 29 §. fi ff. de exceptio. rei judica.* ¶ An acta agitata contra principalem debitorem. noceant extraneo poſſeſſori convento actione hypothecaria, *vide Capic. deciſ. 107. Guid. Pap. q. 432.*

Cap. XXI. Quando valeat.

Si creditor, qui rem pignori accepit roganti debitori eam precario conceſſerit, tenet conceſſio; ſed ſoluto debito precarium ſolvitur. *l. 6. §. fin & l. 11. de precario.* ¶ Pignus à curatore furioſi datum valet, ſi utilitate furioſi id fecerit. *l. 11. C. de curato. furio. vel aliis.*

Cap. XXII. Quando finiatur, vel non.

An, & quando hypotheca hæredis, quam habebat contra defunctum, habeatur pro extincta per aditionem, *vide Vinc. de Franc. deciſ. 80. & infra tit. de remiſſio. & pigno.* ¶ Creditor poſſidendo rem æquipollentem debito principali, an ob hoc cæteræ res ab hypotheca liberentur, & quid ſi una res fuit data in ſolutum, *vide Mart. quæſt. 925. part. ſecunda.* ¶ Pignus, vel hypotheca, quando reſolvatur per rei reſtitutionem ex præcedenti debitoris pacto, vel conventione, aut natura rei, *vide Boer. deciſ. 181.* ¶ Perempta obligatione principali fruſtra quæritur de hypothecaria, *l. 6. ff. de naut. fœno.* ¶ An mutatione rei pignoratæ pignus finiatur, *Cujac. lib. 23. obſervat. cap. 22.* ¶ Hypotheca extinguitur per aſſignationem, etiam quod non habuerit effectum. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 266.*

Vel non.

Dominium rei pignoratæ, quod pervenit ad creditorem irrevocabiliter non perimit hypothacariam, *l. debitor ff. ad Trebel.*

Cap. XXIII. Tollatur, reſolvatur.

Si venditio reſolvitur quovis modo, & res revertatur ad venditorem, an jus pignoris in re conſtitutum peremptorem diſſolvatur, vel remaneat, & res tranſeat cum ſua cauſa ad primum venditorem, *vide Bart. in l. 9. ff. de aqu. pluv. arcend.* ¶ Hypothecaria quanto tempore tollatur, & actio perſonalis licet ſit ſublata per præſcriptionem, tamen durat hypothecaria, *Bartol. in l. 26. C. de uſuris. Boer. deciſ. 335. facit. l. 2. C. de lui. pig.* ¶ Electione hypothecæ ſpecialis non tollitur generalis, ſi ex ſpeciali non ſit creditori plene ſatisfactum, *Boer. deciſ 309.* ¶ Facta aſſignatione creditori pro ſuo credito ſuper certa re, non tollitur perſonalis actio; nam talis aſſignatio ſit favore creditoris. *Raud. ibid. num. 16.*

Cap. XXIV. Debitor: Creditor: Quæ facere, habere.

Caſtrum ſi pignoretur, an creditor uti poſſit ejus juriſdictione, *Jaſ. §. item Salviana de actio. n. 113.* pro affirmativa, *ſcribit Roma. ſing. 560.* ¶ Tertius poſſidens rem hypothecatam, ſi non habeat cauſam à debitore, indiſtincte creditori agenti hypothecaria quæſtionem dominii referre poteſt, *And. Gail. obſerv 26. numer. fin.* ¶ Debitor, qui obtulit creditori pluries rem dare, utrum poſſit variare, & ſolvere pecuniam, *Capic. deciſ. 41. num. 14.* ¶ Creditore agente contra poſſeſſorem bonorum hypothecatorũ ſit ceſſio actionum ipſi poſſeſſori contra debitores, & ejus bona, ſi ipſe poſſeſſor offerat debitum; ſed an talis poſſeſſor modo ceſſionarius poſſit experiri contra alios tertios poſſeſſoros pro debito ceſſo, *vide Capi. dec. 51 n. 8. & 9 & de ceſſionib. ſupra tit. de ceſſionib.* ¶ Creditor faciens capi debiturẽ poſſunt adhuc (eo exiſtente in carcerib.) cumulare miſſionem in poſſeſſionem bonorum, *Cap. d. deciſ. 46. num. 8.* & econtra hypothecaria electa non tollitur actio perſonalis, quaod ſupplementum hypothecariæ, *ibi. Capi. numer. 11.* tamen hypothecaria, & perſonalis actio, ut competant, & cumulative moveri poſſint, in eodem libello cumulari debent. *Capi. d. deciſ. 46 num. fin. Guid. Pap. q. 108. Boer. deciſ. 334. vide Jaſ de actio. in §. item ſerviana. nu. 132.* ¶ Creditor hypothecarius poteſt petere taxationem expenſarum, quæ debentur debitori ſuo. *Bart. in conſ. 95.* ¶ Jus in re habens, poteſt dicere: habeo dominium, *Bart. in l. 58 ff. de verb. oblig.* ¶ Creditor ſpecialem & generalem ſimul habens hypothecam, non poteſt in præjudicium poſterioris creditoris uti generali hypotheca, *Joan. Pap. lib. 11. titul. 3. arreſt. 3. Cravet. conſ. 77. num. 16.* niſi ex clauſula, quod ſpecialis non præjudicet generali, & econtra ſubaudi, ſi ſpecialis fuerit ſufficiens pro toto debito. *Mynſig. obſerv. 94. cent. 6.* alias ſecus, *Joan. Pap. lib. 11. tit. 3. arreſt. 3.* ſed quod dictum eſt non poſſe creditorem habentem ſpecialẽ, & generalẽ

hypo-

hypothecam experiri hypothecaria generali, niſi prius captis bonis ſpecialiter hypothecatis non procedit, agatur contra ipſummet debitorem poſſeſſorem omnium bonorum, *Ægid. magiſt. tract. ſubhaſtatio. cap. 32. in deciſ. diverſo. & Joan. Pap. libr. 11. tit. 3. arreſt. 9.* ¶ Habens ſpecialem hypothecam non poteſt impedire executionem quæ fit in aliis bonis debitoris per creditorem, etiam poſteriorem habentem generalem, quod procedit in concurſu duorum creditorum, nam debitor non poteſt opponere hanc exceptionem, *Joan. Pap. lib. 18. titul. 6. arreſt 34.* ¶ Major pars creditorum poteſt facere præjudicium minori parti, non habenti hypothecam; alias ſecus. *l. 11. ff. de pact.* ¶ Creditor, qui habet omnia bona ſui debitoris obligata, quod jus habeat in nominibus debitoris, *Bartol. in l. 4. C. quæ res pig. oblig. poſſ.* ¶ Poſſeſſoribus pluribus exiſtentibus rerum hypothecatarum, creditor poteſt eligere quem voluerit, & contra illum agere inſolidum, *Guid. Pap. qu. 432. Franc. Marc. q. 296. & 433. par. 1. & q. 930. part. 2. Gomez. Leo. deciſ. 17. in deciſio. diverſo. Tom. 2.* ¶ Fallit in annua penſione impoſita ſuper pluribus rebus, pro qua debet agi contra quemlibet poſſeſſorem pro rata, *Guid. d. q. 432. num. 4. vide tamen Franc. Marc. q. 433. & q. 929. part. 2. Gomez. Leo. deciſ. 17. in deciſio. diverſo.* ¶ Creditor variare non poteſt, ſi ſemel lis eſt conteſtata ſuper una ſpecie bonorum, vel ſuper re electa Judex pronunciavit fore faciendam executionem. *Capic. deciſ. 33. & deciſ. 46. Vincent. de Franc. deciſ. 53. num. 3.* imo licet creditor agens hypothecaria contra debitorem poſſeſſorem habeat electionem eligendi rem, quam velit pro ſatisfactione ſui crediti, tamen omnibus bonis debitoris alienatis amittit contra poſteriorem emptorem omiſſis primis, *Ægid. magiſt. tract. ſubhaſta. cap. 41. in fine in deciſio. diverſo. fol. 211. Joan. Pap. libr. 11. titul. 3. arreſt. 1. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des rentes. Rub. 5. §. 2. gloſſ. 2. numer. 35. Hippol. ſing. 290. Amanel. de Clariſaquis ſing. 128. & Bartol. in l. 47. ff. de jure fiſci.* ¶ Pignorum poſſeſſores quando plures ſunt, an poſſit unus conventus impetrare, ut omnes pro ſolutione debiti pro rata contribuant, *Bartol. in l. 8. ff. de diſtract. pigno.* ¶ An creditori rem hypothecatam vendere liceat, *vide Marc. quaſt. 924.* ¶ Creditor pro re pignorata poteſt nunciare novum opus, *l. 9. ff. de oper. nov. nuncia.* ¶ Si creditor egerit contra priorem creditorem validius pignus habentem, & cum probaſſet de jure ſuo obtinuiſſet, priore creditore de ſuo pignore non opponente, cum illud ſibi competere eo tempore ignorabat, ſi poſtea iſte anterior creditor agat pignoratitia contra victorem, non obſtabit ei exceptio rei judicatæ primæ ſententiæ, *l. pen. ff. de except. rei jud.* ¶ A litigioſi vocabulo hypotheca ſeparatur, & ideo etiam lite mota ſuper hypothecaria poteſt debitor alienare, ſi ex pretio ſatisfiat creditori; alias ipſe creditor (ſi ſit anterior) aget hypothecaria, *§. ab hoc. Auth. de æqual. dot.* ¶ Creditor poſſidet pignus, niſi ad præſcriptionem, *Bartol in l. 7. de præſcript. 30. vel 40. ann.* ¶ An creditor poſſit prohibere, ne ſylva cædatur, *vide Bartol. in l. 18. §. ſi quis. ff. de pigno act.* ¶ Creditor quando poſſit perficere ædificium per debitorem inceptum in re pignorata, *Bart. in l. 25. §. ſi poſt. ff. de pign. act.* ¶ Creditor poſſidens pignus repræſentat perſonam debitoris, & dicit procurator ipſius in pignore. *Ozaſch. ibidem num. fin.*

Vel non.

Fidejuſſor non poteſt emere pignora debitoris, pro quo fidejuſſit à creditore vendente jure pignoris; & ſi debitor habet jus offerendi. *l. 1. C. de dol. mal.* ¶ Creditor vendendo jus, quod habet ſimpliciter dominium transferre non videtur. *Marc. quæſt. 924.* ¶ Res mobilis dicitur non habere ſequelam: ideo non poteſt creditor eam proſequi apud alium, quam debitorem: quod fallit, quando bona mobilia veniſſent ad detentorem jure hæreditario, vel alio titulo lucrativo in fraudem: item quando eſſent expreſſe obligata, *Rebuff in ſuis comment. tract. de litera oblig. art. 4 gloſſ. 2. num. 38.* ¶ Debitor alienando rem hypothecatam, non dicitur injuriam facere ſuo creditori, & valet alienatio, nec dicitur facere contra legem hypothecæ, ex quo in contractu non promiſit non vendere, ratio, quia ex tali alienatione jus creditoris non efficitur deterius, cum poſſit agere contra tertium poſſeſſorem hypothecaria, *Put. deciſ. 262. libr. 3. l. 10. C. de remiſſio. pigno.* nam hypothecaria datur contra poſſeſſorem, re alienata in fraudem, vel ſine fraude, *Vincent. de Franc. deciſ. 101. n. 10.* ¶ Creditor non poteſt allegare pignus non eſſe debitoris, *Rot. Aven. deciſ. 31. in deciſ. diverſ. Tom. 3.*

Habere, poſſidere.

Quod dicitur in pignoribus debitorem poſſidere, hoc verum eſt, quoad uſu capionem; ſed quantum ad reliquas cauſas pertinet, creditor, qui accepit, poſſidet. *l. 16. ff. de uſucapio.* ¶ Per creditorem, cui res traditur debitor uſucapit, quæ uſucapio interrumpitur, ſi per creditorem poſſeſſio in alium transferatur. *l. 33. §. qui pign. eo. tit.*

Cap. XXV. Ad quæ teneatur, vel non.

An debitor; qui pignus ſuo creditori ſurripuit, actione tantum pœnali ex furto conveniendus ſit, an etiam rei perſecutoriæ actione. *Vaud. vari. quæſt. libr. 1. quaſt 35.* ¶ Vendens rem alteri obligatam, illam non eſſe obligatam aſſerens, tenetur pœna falſi. *l. 28. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Creditor, qui perdit ſua culpa pignus, quod reddere promiſerat ſoluto debito ſi debitum petat, & non reddat pignus, ſummovetur doli exceptione, *l. 4. §. item quæritur. ff. de dol. mal. exceptio.* ¶ Si creditor jure pignoris reperiatur in poſſeſſione rei communis, poteſt provocari ad diviſionem, *l. 2. C. de commun. divid.* ¶ Creditor cogitur oſtendere debitori volenti vendere rem mobilem penes eum pignoratam, præſtita prius per debitorem cautione; ſed quid in re immobili, *vide Bartol. in l. 6. ff. de pig. act.* ¶ Creditor quando poſſidet pignus, quæ jura in eo habeat, & ad quid teneatur, *vide Hartm. c. 2. tit. de creditorib. libr. 3.* ¶ Creditor an teneatur fructus conſervare. & vendere tempore caritatis, *vide Bartol. in l. 1. C. de pign. act.* ¶ An poſſeſſor teneatur offerre totum creditum, vel ſolum valorem rei poſſeſſæ, *vide Vincen. de Franc. deciſ. 38. & ſupra tit. de jure offerendi.* ¶ Debitor quidam tradidit rem ſuo creditori, non ut ille ex cauſa pignoris eſſet obligata, ſed ut creditor eam creditori ſuo pignoraret, cuinam rei illius amiſſio ſine culpa imputari poſſit, quæſitum fuit, pro reſolutione, *vide Auguſt. Boer. q. 123.* ¶ Etiam rapiens rem ſibi obligatam vi, tenetur infra annum ad quadruplum, *l. 3. C. vi bono. rapt.* ¶ Qui rem duobus obligavit crimine ſtellionatus tenetur, cujus pœnam evincat, ſi creditoribus debitum offerat, *tot. tit. C. de crim. ſtellio. vide ſupra lib. 1. tit. de crim. ſtellio.* ¶ Creditor licet vendere non teneatur, oſtendere tamen cogitur rem mobilem penes ſe exiſtentem. *Marc. quæſt. 928.* ¶ Pignus conventionale, qui habet ſibi traditum, tenetur reficere, ſed quid in prætorio, *Bartol. in l. ſi finita, ff. de damn. infect.* ¶ Pignorans argentum, quod aurum eſſe dicebat, in ſtellinatum incidit, non in furtum. *l. 20. tit. de furtis.* ¶ Si pignore creditor utatur furti tenetur. *l. 56. eod.*

Vel non.

Creditor in pignore non tenetur de leviſſima culpa, & de caſu furtuito, *Abb. conſ. 82. lib. 2.* ¶ Non cogitur quis prius pignus diſtrahere, quam ad fidejoſſorem venire, *l. 52 creditor ff. de fidejuſ. & mand.* ¶ Damnum amiſſi pignoris per caſum, ad creditorem non ſpectat. *l. 53. eod.*

TITULUS DII.

De pactis pignorum.

VAlet pactum, ut creditor rem ſibi hypothecatam poſſit capere propria auctoritate, & in ſolutum retinere juſto pretio, quia datio in ſolutum rei certæ cenſetur emptio, & venditio, hoc verum, ſi ſecutum eſt appretium, nam tunc transfertur dominium, & creditor facit fructus ſuos, ſecus non ſequuto appretio, quia tunc creditor poſſidet jure creditoris, & fructus computantur in ſortem. *Afflict. deciſ. 368. Guid. Pap. qu. 6.* tamen ex curſu centum annorum, appretium præſumitur, *Afflict. deciſ. 368.* ¶ Pactum de ingrediendo poſſeſſionem rei pignoratæ propria auctoritate, non exercetur contra ſingularem ſucceſſorem, ſine aliqua cauſæ cognitione, *Bartol. in l. 5. §. qui in poſſeſſionem. ff. ut in poſſeſſio. legator.* ¶ Creditoris vendentis pactum de retrovendendo, prodeſt debitori, *Boer. deciſ. 182. nu. 26.* ¶ Præſumitur aliquem pactum feciſſe de pignore non petendo, ſi de pecunia non petenda pactus eſt, *Bartol. in ſuo tract. de præſumptio. num. 11.* ¶ Cætera de pactis pignorum, *vide ſupra tit. de dationib. in ſolut. & tit. de commiſſo, lege in pigno. reſcin.* ¶ Pactum, ut creditor lucretur fructus pignorum non valet, quia cenſetur appoſitum in fraudem uſurarum, *Abb. in c. 1. ex de uſuris, ſupra tit. proxim. & Excel. P. Theſſ. dec. 78.* ¶ Pactum de vendendo pignore, nulla notificatione præcedente valet. *Bartol. in l. 36. §. Titius ff. ad municip. & de incol.* ¶ De venditione pignoris, & hypothecarum, *vide ſupra tit. de diſtract. pign.*

TITULUS DIII.

In quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur.

Cap. I. Pignus: Hypotheca. Quibus modis intelligatur.

HYpotheca tacita habet prælationem, ſicut expreſſa in certis caſibus. de quibus *in gloſſ. 2. in l. 9. C. qui potiores.* ¶ Idem eſt dicere, lego decem ſuper illo fundo, vel dicere, obligo fundum pro decem, *Bartol. in l. 9. de leg. 3.* ¶ Hypotheca tacita trahitur ad bona futura, ſicut expreſſa. *Ludov. Roman ſing. 598. Amanel. de Clariſaquis ſingul. 30.* tamen tacita hypotheca reſultans, & ex contractu, non comprehendit nomina debitorum, quæſita poſt contractum, *Alviſ. de Albert. ſingul. 60.*

Cap. II. Quæ dicantur hypothecata, vel non.

Minorum bona illata, & invecta in domum conductam, quando intelliguntur tacite hypothecata pro penſione domus, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. 75. part. 2. Amanel. de Clariſaquis ſing. 209.* ubi tenet negativam. ¶ Inventa & illata in domum conductam, cenſentur tacite hypothecata pro penſione ipſius domus, *l. 5. C. de locat. & conduct. & l. 4 ff de pact.* ſed an in illis locator debeat præferri anterioribus creditoribus, *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 84. part. 2.* ¶ Pro deterioratione domus invecta à conductore ſunt tacite obligata, *Gaſp. Cabal. milleloq. 635.* ¶ Merces venales invectæ in apothecam, an veniant in tacita obligatione, & hypotheca, quæ datur locatori pro penſione apothecæ, *Mann. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 9. jud num. 122.* ¶ Quando invecta, illata in rem conductam, dicantur tacite hypothecata pro penſione, *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 441.* ¶ Bona conductoris invecta ſunt tacite obligata, quod etiam habet locum in bonis ejus, qui tantum una nocte manſit in hoſpitio. *Pet. de Rav. ſing. 71* ¶ Tutoris omnis, vel protutoris, aut curatoris bona præſentia, & futura ſunt tacite hypothecata pupillis pro adminiſtratione, *Capic. deciſ. 129. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 75. part. 2. Auth. ſont. C. de legit. tutel. & l. 20. C. de adminiſtr. tut.* ¶ Vitrici bona ſunt tacite hypothecata pro adminiſtratione matris pupilli. *Boer. deciſ. 200.* ¶ Bona auctoris conſtituti à tutore ſunt tacite obligata ipſi pupillo, *Bartol. in l. 9. ff. rem. rat. habe.* ¶ Bona ſecundi mariti ſunt obligata tacite pro uxore in favorem filiorum, quæ tranſivit ad ſecunda vota, non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ filiorum primi matrimonii, juxta. *l. penult. C. quibus cauſ. oblig. taci. contrah.* ſed quando illa lex non habeat locum, *Dec. conſil. 591.* ¶ Maritus poteſt movere actiones paraphernales, quarum ſibi ſunt tradita inſtrumenta, & exigere debita, pro quibus reſtituendis ejus bona ſua ſunt tacite hypothecata, niſi mulier aliter de expreſſa hypotheca ſibi proſpexerit, *l. fina. C. de pactis conventis.* ¶ Fiſcus habet bona debitoris tacite obligata ex contractu, vel quaſi, ſed, an ex maleficio, *vide Bartol. in l. 1. C. de jure fiſci. libr. 10. & gloſſ. in l. 46. ff. de jure fiſci.* ¶ Bona prælati pro mala adminiſtratione bonorum Eccleſiæ, ſunt taeite Eccleſiæ obligata ad inſtar tutoris, *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſt. red. art. 1. gloſſ. 14. num. 30.*

Vel non.

Res empta ex pecunia mea regulariter non eſt mihi tacite obligata, fallit in re empta ex pecunia pupilli. *Rot. Genu. deciſ. 127. in fine. Bartol. in l. 17. C. de pignoribus.* ¶ Minoris bona recipientis dotem non ſunt tacite obligata pro reſtitutione ipſius dotis. *Joſeph. Lud. dec. 75. n 3. vide gloſſ. fi. C. de leg. tut.*

Cap. III. Quando contrahatur, vel non.

Quando contrahatur tacita hypotheca, vide plene per *Jaſ. de actio. in §. item ſerviana.* ¶ Decreta adminiſtratione curatori furioſi contrahitur tacita hypotheca bonorum curatoris, *l. 2. C. de Epiſcop. aud. & gloſſ. ibidem.* ¶ Hypotheca tacita utrum contrahatur tempore adminiſtrationis, vel à tempore malæ geſſionis tutoris in teſtamento dati, & per conſequens retrotrahatur, *Capic. dec. 129. num. 5.* ¶ Uxor jus tacitæ hypothecæ habet in bonis mariti, etiam pro bonis paraphernis, & donatione propter nuptias. *Mynſing. obſerv. 4. centu. 5. Caſſan in conſuetud. Burg. tit. des droicts. rubr. 4. §. 15. gloſſ. 1. Jaſ. de actio. in §. fuerat num. 29. Bart. in aut. de privileg. dot.* ¶ In dote tam ex parte viri pro ipſa dote conſequenda, quam ex parte mulieris pro dote reſtituenda contrahitur tacita hypotheca in bonis debentis dotem & reſtituere debentis reſpective. *Jaſ. de act. in §. fuerat. num. 29. Bartol. in l. unic. num. 6. C. de rei uxor. act. & in §. & ut. plenius.* ¶ Primipilaris hypotheca tacite contrahit in bonis, in dotem primipilo datis ab uxore. *Afflict. deciſio. 126. num. 14.* ¶ Tacita hypotheca contrahitur in bonis patris pro bonis maternis alienatis, & trahitur retro ad tempua, quo cœpit pater adminiſtrare bona filii adventitia. *Boer. deciſ. 331. vide leg. 6 § fin. Codic. de bonis, quæ liber. & gloſſ. in §. non autem, ibidem.*

Vel non.

Eccleſia non habet bona debitoris tacite hypothecata. *Petr. de Rav. ſing. 186.* ¶ Uxor licet in allodialibus bonis mariti habeat pro reſtitutione dotis tacitam hypothecam; tamen eam non habet in bonis feudalibus. *Mynſing. obſerv. 46. cent. 6.* ¶ Hypothecam non habet ſententia, niſi à die exequutionis, vel oppoſitionis factæ dum res ſubhaſta diſtrahitur. *Pap. lib. 18. tit. 6. arreſt 36. vide ſupra tit. de pig. & hypoth.*

Cap.

Cap. IV. Quando inducatur.

Tacita hypotheca à jure inducitur viginti tribus in caſibus, late explicatis per *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtit. redit. art. 1. gloſſ. 14. num. 11.* ¶ Ea videtur inducta in prædium conductum, quæ ad uſum perpetuum inducuntur. *l. 32. ff. de pigno.* & ſimilia tacite obligata, poſſunt retineri pro penſione propria auctoritate. *leg. 35. ff. de dam. infect.* ¶ Debitor recognoſcens debitum in teſtamento, inducit tacitam hypothecam legalem pro portionibus hæreditariis, & non aliter. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 267.*

Cap. V. Quibus competat, vel non.

Filiis primi matrimonii in bonis patris competit tacita hypotheca pro bonis adventitiis, & paraphernis matris. *Gomez. Leo deciſ. 49 in deciſ. diverſ. Tom. 2. l. 6. §. omnib. & l. 8. §. in illo. C. de ſecund. nupt.* ¶ Locator primus, quando habeat hypothecam contra ſecundum conductorem, & invecta, & illata poſſunt retineri pro alio debito. *Bartol. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pigno. actio.* ¶ Salvianum interdictum competit pro rebus tacite obligatis contra ipſum colonum, & inquilinum: ſed actio ſerviana competit contra quemlibet poſſeſſorem rei obligatæ: *l. 1. C. de Salvi. interd. vide l. 1. ff. eodem.* ¶ Eccleſia habet tacitam hypothecam in bonis emphyteutæ, propter Canonem non ſolutum. *Bart. in §. ſcire autem, Auth. de non alien. aut permut. reb. eccleſ.* ¶ In præſtatione alimentorum adeſt tacita hypotheca. *Bartol. in l. 2. ff. de alim. & cib. leg.* ¶ Minores, & furioſi habent privilegium juris, & hypothecæ in bonis tutorum, & curatorum: idem in hæredibus pupilli. *Bartol. in l. 72.* ¶ Rex, aut Regina utrum habeat tacitam hypothecam in bonis adminiſtratoris, vel-uti Theſaurarii, *vide Capic. dec. 129. num. 6.* ¶ Mulier habet tacitam hypothecam io bonis mariti, quæ incipit à tempore ſolutæ dotis. *l. fin. & ibid. gloſſ C. qui potiores.* ¶ Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis debitoris; ſecus in Civitate, quæ non habet ipſam tacitam bypothecam. *Jaſ. de actio. in §. fuerat. num. 70. l. 46. §. fiſcus. ff. de jure fiſci, & l. 10. ff. ad municipales, & in Repub.* niſi ex ſpeciali privilegio, vel pacto illam haberet. *l. 2. Cod. de jure reipub. lib. 11.*

Vel non.

Legatarii non habent tacitam hypothecam, niſi in eo, quod ſupereſt deducto ære alineno. *Bart. in l. 4 ff de cura. bon.* quod deducto illi, & fideicommiſſarii habent tacitam bypothecam in bonis teſtatoris pro legatis, & fideicommiſſ. *l. 1. §. cum enim. C. commun. de l.* ¶ Quod fiſcus in pœnis non habeat tacitam hypothecam, ſcribit *idem Bart. in l. 1. C. de debitoribus civil. l. 10.*

Cap. VI. Qui ſint effectus.

Effectus tacitæ hypothecæ non eſt minor, quam expreſſæ. *Cabal. Milleloq. 812. Rebuff. in ſuis comm. Tom. 2. tract. de conſt. red. art. 1. gloſſ. 14. num. 41.* ¶ Tacita bonorum obligatio, (quam habet fiſcus) non impedit libertatem dari ſervo: ſecus ſi ſervus eſſet ſpecialiter obligatus. *leg. 2. C. ſi ſervus pig. dat.*

TITULUS DIV.

De prætorio pignore.

Generalia.

DE pignore capto in cauſam judicati, *vide ſupra titul. ſi in cauſam judicati.*

Cap. I. Quibus modis intelligatur.

In prætorio pignore, an uno immiſſo omnes judicentur immiſſi, & habeat locum regula, qui prior & hoc pignus differt ab eo, quod capitur ex cauſa judicati. *Bartol. in l. ſi & jure. ff. qui potiores*, & etiam in multis differt à conventionali, *vide gloſſ. in l. 1. ff. de pign. actio.*

Cap. II. Quis, in quibus præferatur.

Prioritas non datur in pignore prætorio, in quo omnes creditores ſunt pares. *Bartol. in l. ſi finita. §. ſi plures, ff. de dam. infect. & in l. 6. §. apud. ff. quæ in fraud. credit.* ¶ Prius inductus in poſſeſſionem ex pignore prætorio potior eſt, quam emptor, vel creditor poſterior. *l. 3. C. ut in poſſeſſionem legator*, & pignus prætorium qualiter conſtituatur, *vide gloſſ. ibidem.* nempe per immiſſionem poſſeſſionis. *l. 2. ff. de pigno. actio.* ¶ Habens pignus prætorium præfertur habenti judiciale, ſi eſt prior tempore. *l. 2. C. qui potiores*, ſed quod dicatur pignus prætorium, & quod judiciale, *vide gloſſ. ibidem.*

Cap. III. Qui ſint effectus miſſionis.

Faciens ſe immitti in bona judiciali decreto, acquirit pignus prætorium, & jus hypothecæ, & poteſt ipſa bona proſequi. *Mynſing. obſerv. 28. cent. 1.* ¶ Per miſſionem ex primo decreto contrahitur pignus, in quo poteſt inſiſti, donec debitum exolvatur, & dejectus habet actionem in factum. *l. 11. §. ſi Antiphona. ff. de pignoribus.* ¶ Miſſus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licet habeat pignus prætorium; ſecus in habente pignus conventionale. *l. 15. §. ſi quis. ff. de dam. infect.* ¶ Creditor, an amittat poſſeſſionem, ſi contra debitorem eſt miſſio facta ex ſecundo decreto, *Bartol. in d. l. ſi finita §. Jul. num. 48. ff. de dam. infect. in §. item quæritur.* ¶ Poſſidens pignus prætorium tantum tenetur de dolo, ſecus in conventionali pignore. *l. 9. §. eſt præterea, & ibid. gloſſ. ff. de bonis auct. jud. poſſid.* ¶ Primum decretum interpoſitum ad petitionem veri creditoris, prodeſt omnibus aliis creditoribus ex una cauſa (non ex diverſis ſecundum gloſſam,) & primo dimiſſo, jus cæterorum non læditur. *l. 12. & ibidem. gloſſ. eod. tit.* ¶ Creditor quando ex conventionali pignore poſſit conſequi, & prætorium, *vide Hartm. c. 14. tit. de creditoribus. lib. 2.*

Cap. IV. Miſcellanea.

Primum decretum non poteſt interponi occaſione debiti, quod certum eſt non poſſe exigi de præſenti, licet poſſibile ſit debitum iri. *l. 51. ff. de peculio.* ¶ Ex quibus cauſis fiat immiſſio, *vide ſup. lib. 1. tit. de bon. auct. jud. poſſid. & ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat.* ¶ Etiam fructus percepti ex prætorio pignore computantur in ſortem, licet pignus eſſet conſtitutum in cauſa dotis, *Abb. in c. ſalubriter ext. de uſuris, & l. 48. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Pignus prætorium in actione reali, quomodo conſtituatur, ſi res eſt mea, *Bartol. in d. leg. ſi finita. §. Julianus. numer. 48. ff. de damn. infect.*

TITULUS DV.

Qui potiores in pignore babeantur, & de prioritate temporis inter creditores.

Generalia.

SCripta ſub titulo de privilegiis, *ſupra lib. 1.* in aliquibus faciunt ad materiam hujus tit.

Cap. I. Pignus: Hypotheca: Prioritas: Qualis ſit.

De jure augmentum, ſed additamentum ſequitur naturam aucti, ſeu principalis, & uniformiter eodem jure tanquam ejus pars regulatur. *Cabal. Milleloq. 449.* ¶ Temporis prioritas inter creditores chyrographarios quando inſpiciatur, *Bartol. in l. 29. ff. de loc. & conduc.*

¶ De-

¶ Debitum cauſa ſtudii, & debitum cauſa dotis concurrunt. *Bartol. in l. 1. n. 31. ff. ſol. mat.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Res obligata, quæ ſemel exivit obligationem, an reincidat in eam, ſi perveniat ad debitorem. *Joan. Petr. Surd. decif. 163.* ¶ Titulus de ſeparatione bonorum loquitur in creditoribus defuncti in actione perſonali, qui impetrata ſeparatione bonorum, præferuntur etiam creditoribus hypothecariis hæredis in bonis defuncti. *Vinc. Franc. d. decif. 52. num. 8.* niſi fidem hæredis ſint ſecuti. *l. 2. C. de ſepar. bon.* ¶ Prorogatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus. *Bartol. in l. 1. §. & poſt. ff. de oper. nov. nunc. num. 5.* ¶ Gratia conceſſa cum clauſula, ex nunc, pro ut ex tunc retrotrahitur ad tempus datæ, quo tempore videtur jus quæſitum; limita tamen ut *Capel. Thol. q. 25. Mobed. decif. 111.* ¶ Ratihabitio non retrotrahitur, ut videatur pignus rei alienæ retro valuiſſe in præjudicium tertii, cui res medio tempore per dominum fuerat obligata. *Bartol. in l. 20. ff. de pig. act.* ¶ Conditio exiſtens trahitur retro ad tempus ſtipulationis contractæ, ſi tempore exiſtentis conditionis reperitur extremum habile ad obligationem contrahendam. *Bartol. in l. 14. ff. de nov. & deleg. num. 4.*

Cap. III. Quando probetur.

Quis prioritatem probare debeat, & quomodo, *Rebuff. tract. de conſt. red. art. 1. gloſſ. 8 num. 44.* ¶ Actor temporis prioritatem probare tenetur; tamen ubi reus non probaret de titulo, actor obtineret. *Marc. qu. 923. part. 2.* ¶ Probatio prioritatis temporis poteſt fieri teſtibus publicatis ſi in primis articulis tempus non fuit deductum. *Bartol in l. 1. C. de jur. fiſc. lib. 10.*

Inducetur.

Apocha, ut privata ſcriptura nullam importat hypothecam, & prioritatem, niſi ſit in judicio recognita, nam tunc à die recognitionis jus hypothecæ tribuit: ſed quid de apocha ext. judicium recognita coram duobus teſtibus & notario, *Ægid. Magiſt. tract. ſubbaſt. capit. 44. in decif. diverſo. Rot. Avenio. decif. 146. ibidem, & Pap. lib. 8. titul. 2. arreſt. 8.*

Cap. IV. Actio cui competat, vel contra quem.

An actio hypothecaria legatario competat in ipſamet relegata. *Facb. lib. 12. capit. 32.* affirmat. ¶ Pluribus bonis hypothecatis alienatis, poſtremo alienata revocanda ſunt per creditorem, qui propterea tenetur agere hypothecaria contra ultimum emptorem. *Ægid. Mag. tract. ſubb. c. 41. vide ſupr. tit. de pig.* ¶ Pecuniam redactam ex venditione rei meæ à te facta, poſſum in ſubſidium repetere, & econtra, ſi ex pecunia mea rem emas, in ſubſidium poſſum ad illam agere, licet mihi obligata non ſit. *Rom. ſing. 612.* ¶ Rei vendicatio ſupra omnes actiones perſonales, & hypothecarius eſt. *Ludov. à Pegue. in ſuis q. crim. c. 38.* ¶ De antiquiori debito contra creditorem agentem ad effectum impediendi condemnationem, opponi non poteſt in reali, & perſonali. *Ægid. Bellam. conclus. 147.* ¶ Ceſſione facta actionis contra debitorem, & ejus bona per creditorem, cui debitor obligaverat omnia bona, deinde vendiderat Titio domum, poſtea Paulo fundum: creditor egit hypothecaria contra Titium petendo domum, Titius offerat debitum, fit ceſſio ſupra ſcripta, utrum poſſit intentari contra Paulum, *Capic. decif. 51. num. 8.* ¶ In pignoribus an res loco pretii, & pretium loco rei hypothecatæ ſuccedat, adeo quod detur actio contra poſteriores creditores, ad quos pretium ipſum pervenit, *Mag. decif. 9. Rot. Flor.*

Vel non.

Creditor prior habens ſpecialem hypothecam ſuper aliqua re debitoris, & generalem ſuper aliis bonis, non poteſt agere contra ſecundum creditorem habentem ſpecialem hypothecam ſuper aliis bonis, niſi conſtare faciat rem ſpecialiter hypothecatam non ſufficere pro ſatisfactione ſui crediti, & interim præſumitur ſufficere. *Ozaſcb. decif. 159. & 291. Mag. decif. 124. Rot. Flor. Pap. lib. 18. titul. 6. arreſt. 34.* ſed an hoc procedat, quando ſecundus creditor ſolum habet generalem hypothecam, *Ozaſcb. d. decif. 139. num. 3. & 6.* pro affirmativa ſcribit. *Rol. conſ. 36. vol. 4.* tamen clauſula in inſtrumento apponi ſolita, ita tamen, quod ſpecialitas generali non deroget, nec econtra operatur, quod primus creditor in caſu præmiſſo recte agat contra ſecundum creditorem, & locum non habeat. *l. 2. C. de pig. Ozaſcb. d. decif. 159. num. fin. Jac. Put. decif. 38. libr. 1. & Rol. conſ. 36. vol. 4.* ¶ Mulier non poteſt agere ſuper aſſiſtentia vigore dotalis hypothecæ, contra creditorem habentem hypothecam anteriorem. *Capic. deciſio. 43.*

Cap. V. Privilegium cui competat.

Solvens fiſco pro alio, habet privilegium fiſci de proſequendo bonis ejus, pro quo ſolvit. *l. 45. §. qui pro alio. ff. de jure fiſci.* ¶ Dos confeſſa, & non recepta, an habeat privilegia dotis, ut mulier præferatur creditoribus mariti. *Boer. decif. 390. Magon. decif. 68. Rot. Flor. Jaſ. de actio. in §. fuerat. num. 71.* ¶ Privilegia dotalia non poſſunt per ceſſionem transferri, nec competunt creditori. *Bartol. in auth. ut act. inſtit. dot. §. 1.* ¶ Privilegium prælationis, quod uxor contra creditores habet, in dote confeſſa ceſſat, niſi creditor pariter ageret ratione crediti confeſſi. *Mynſing. obſerv. 61. cent. 1.* ¶ Vir non habet privilegium prælationis in cauſa dotis, ſicut mulier. *Boer. decif. 328. n. 3.*

Cap. VI. Hypotheca cui competat.

Creditor, an habeat hypothecam contra debitores ſui debitoris, cujus habet obligata bona, & nomina debitorum, *Capic. decif. 78.* ¶ Dos ſoluta licet non ſit ſecutum matrimonium, habet ſuam hypothecam. *Boer. decif. 331.*

Cap. VII. Quis, in quibus præferatur, vel non.

An mulier præferatur prioribus mariti creditoribus habentibus hypothecam. *Vand. var. q. lib. 1. q. 21. And. Facb. lib. contro. c. 2.* ¶ An creditor ex cauſa funeraria præferatur aliis creditoribus habentibus hypothecam anteriorem expreſſam. *Facb. lib. 12. c. 49.* affirmat. *l. pen. ff. de relig. & ſumptib.* ¶ Locator, an ſuper fructibus ſit præferendus anteriori creditori, habenti ſuper bonis debitoris generalem hypothecam, & quid in fructibus per colonum ex proprio fundo perceptis, & quid ſit dicendum in grano per tertium colono mutuato pro ſemine cum ſpeciali hypotheca. *D. Gaſpar. Theſ. q. For. quæſt. 29. lib. 2.* ¶ Mulier, quæ dotem dedit matrimonio annullato nulla ſequuta expreſſa hypotheca pro reſtitutione, an præferatur aliis poſterioribus creditoribus. *ibid. quæſt. 34. lib. 2.* ¶ Pecuniæ revocationem, an habeat anterior creditor adverſus poſteriorem, cui pecunia per debitorem, aut alterum de mandato debitoris ſoluta fuit, vel per hæredem mortuo communi debitore, & quando id locum habere poſſit late diſputatur ad interpretationem. *text. in l. pecunia. C. de privil. fiſc. ibid. q. 16. lib. 2.* ¶ Hæres pro impenſa funeris, an præferatur habenti expreſſam hypothecam. *Joan. Petr. Surdus deciſion. 112.* ¶ Quod in re propria quis præferatur, quomodo procedat. *ibid. decif. 56.* ¶ Hæres funeris, an præferatur creditoribus habentibus hypothecam expreſſam. *ibid. decif. 255.* ¶ Deganea præfertur ſolum, quoad bona illa, pro quibus debetur. *ibid. decif. 311.* ¶ Secundus creditor habens jus hypothecæ, cum clauſula conſtituti in certis bonis debitoris, recte agit remedio recuperandæ poſſeſſionis contra tertios poſſeſſores,

jura ceſſa habentes à priore creditore, & in eo remedio obtinebit, non obſtante prioritate temporis. *Ozoſcb. deciſ. 133.* alias creditores priorem hypothecam habentes, in jure ſunt potiores. *Ozaſcb. deciſ 133. Bartol. conſ. 7. vol. 2. Andr. Gail. obſ. 25. lib. 2. Afflict. deciſ 306.* quæ prioritas etiam ad momentum conſideratur *Gail. ibid.* ¶ In generali hypotheca prior tempore, eſt prior jure, etiam in bonis poſtea quæſitis. *And. Gail. obſ. 25. libr. 2.* quod dictum procedit etiam in pignore prætorio, & judiciali. *Gail. ibid. l. fin. & ibid. gloſſ. C. de bonis aucto. Judic. poſſid. vide tamen Bart. in l. finita. §. ſi plures. ff. de damn. infect. in l. 6. §. item quæratur & in l. 2. ff. de bonis aucto Judic. poſſid. fiſcus tamen illu præfertur. Franc. Marc. q. 941.* ¶ In pecuniis banchi falliti creditores hypothecarii campſoris tallini, qui ſunt creditores ex aliis cauſis præferuntur creditoribus, qui tantum ſunt creditores ex rationibus ejuſdem banchi; ſed quando hoc procedat. *Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crimin. cap. 38.* ¶ Privilegium ejus, qui tractat de damno vitando præfertur privilegio, in quo tractatur de lucro captando. *Dec. conſ 410. num. 4.* ¶ In actionibus perſonalibus creditor majoris ſummæ, præfertur creditori minoris ſummæ. *l. 6. ff. de privileg. credita.* ¶ Fidejuſſor pro debitore ſolvens habet actionem mandati contra bona debitoris, cum prælatione temporis, non à die ſolutionis; ſed à die contractæ obligationis, maxime ceſſa actione à creditore *Gomez. Leo. deciſ. 85. in deciſ. diverſo.* quia tempus conventionis in prælatione hypothecæ inſpicitur; non dies ſolutionis *ibid. Gomez. num 3.* ¶ Aſſenſus retrotrahitur ad tempus contractus, quare creditor hypothecarius aſſenſu ſalvo, præfertur emptori poſteriori cum aſſenſu. *Capic decaſ. 182. num. 16.* tamen ſolutiones factæ non retrotrahuntur ad tempus præcedentis inſtrumenti promiſſionis in præjudicium tertii, in conditione poteſtativa. *Rot. Gen. deciſ 188* ¶ Quando unum reſcriptum alteri præferatur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ 48.* ¶ Creditores ex cauſa oneroſa, præferuntur creditoribus ex cauſa lucrativa. *Capic. deciſ. 78. num. 7.* ¶ Hypotheca tacita fiſci, utrum præferatur tacitæ hypothecæ popillorum. *Capic. deciſ 129. num. 10.* ¶ Fiſcus præfertur privato in bonis quæſitis poſt hypothecam tacitam, niſi privatus eſſet etiam privilegiatus. *ibidem numer. 12.* quando præferatur. *Hartman. capit. 21. titul. de creditoribus lib. 2.* ſed non præfertur pro expenſis factis contra delinquentem. *Rot. Avenio. deciſio. 121. in deciſ. diverſa.* ¶ Primipilaris hypotheca tacita præfertur omnibus creditoribus. *Capic. deciſio. 129. num. 13.* qui proprie dicatur primipilus. *ibidem num. 15.* ¶ Hypotheca privati, quando præferatur hypothecæ fiſci. *Bartol. in l. 28 ff. de jure fiſci l 3. & ibid. gloſſ. Cod. de remiſſio. pigno. & l. 28. & ibid. gloſſ. ff. de jure fiſci.* ¶ An emenda regia ſit ſolvenda ante creditores. *Joan. Gal. quæſtio. 10.* ¶ Quod in pœnalibus Judiciis privatus Principe potior ſit, habetur in *libris placit. curiæ lib. 16. de pœnis fiſcalibus titul. 9. in deciſ. diverſ.* ſcribit *Guid. Pap. ſing. 565.* ¶ Fiſco, & parte læſa concurrentibus ratione condemnationis factæ contra delinquentem, pars læſa præfertur fiſco in executione. *Papo. libr. 24. titul. 16. arreſt. 1.* ſed in pœna conventionali applicanda pro medietate fiſco, & pro alia alteri ex contrahentibus, fiſcus, & pars privata concurrunt pro rata. *ibid. arreſt. 2.* ¶ Quando quis condemnatur erga Epiſcopum, & Principem, Epiſcopus præfertur Principi. *Papon. libr. 24. titul. 16. arreſt. 3.* ¶ Fiſcus, & fœmina pari paſſu ambulant: ideo fœmina anterior præfertur fiſco, & econtra. *l. 9. Cod. de jure dot.* ¶ In privilegio prælationis in hypothecaria, primo præfertur mutuans: ſecundum dos: tertium, veniunt alii creditores. *Auth. quod obtinet. C. de pignor.* ¶ Mulier pro dote debet præferri omnibus aliis creditoribus mariti anterioribus ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus, ita fuit deciſum in camera imperiali, ut teſtatur *Mynſing. obſervat. 13. cent. 4. & obſervat. 45. cent. 6. vide Pap. lib. 21. titul. 3. arreſt. fin.* ſed quoad expreſſam hypothecam communis eſt in contrarium. *Jaſ. de actio. in §. fuerat num. 72 & 73. Hartman. capit. 4. titul. de dote libr. 2.* ſed quod præferatur in tacita, ſcripſit *idem Hartman. capit. 17. titul. de creditoribus lib. 2.* quod non procedit in donatione propter nuptias. *ibidem capit. 18.* ¶ Licet ſpecialis hypotheca non ſit potior generali anteriori; tamen data paritate temporis, ſpecialis eſt potior. *Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſtat capit. 32. in deciſion. diverſo. fol. 207.* ¶ Directus fundi dominus creditor antiquarum penſionum præfertur omnibus creditoribus debitoris. *idem Magiſt. ibid. c. 41.* ¶ Septem in caſibus unus præfertur alteri ex cauſa, eodem pretio, & conditione. *Maran. in ſuo Spec. diſſ. 8. num. 29.* ¶ In reſtitutione uſurarum ille, cui eſt facienda reſtitutio anteponitur cæteris ex aliis cauſis creditoribus ipſius uſurarii, qui rem dederat in ſolutum. *Menoch. conſ. 300 num. 6 lib. 3.* ¶ In facto perſona cohærente, & in obligatione exiſtente ille præfertur, cui factum eſt promiſſum prius. *Bartol. ſing. 121. Pet. de Rav. ſing 331.* quod procedit etiam in obligatione perſonali. *ibidem.* ¶ Qui in pignore ſint potiores tam in actione reali, quam perſonali. *Aza. in ſumma tit. C. de bonis auctu. Judic. poſſid num. 10.* ¶ In pignoribus quis dicitur anterior, vel ratione cauſæ, aut temporis, vel privilegii, de quibus omnibus *vide per Azo. in tit. C. qui potiores.* ¶ Debitor habens plures creditores ſi ad aliquod beneficium aſpiraverit, alioſque creditores poſtea creaverit, poſteriores creditores facti poſt habitum beneficium erunt potiores, in fructibus dicti beneficii. *Ludov Rom. ſing. 87.* ¶ Si obligo bona mea præſentia & futura duobus privatis diverſis temporibus, quis illorum erit potior in poſtea quæſitis, *vide Bartol. in l. 28. ff. de jure fiſci, & ibid. gloſſ.* ¶ Reg. eſt, quod qui eſt prior tempore, prior eſt jure, quæ reg non ſolum locum habet in hypotheca expreſſa, ſed etiam in tacita: ideo habens ſolum tacitam hypothecam anteriorem regulariter præfertur poſterioribus creditoribus tacitam, vel expreſſam habentibus; ſed limita reg. in expreſſa hypotheca tribus in caſibus, de quibus per *Hartman. cap. 8. titul. de creditoribus.* ¶ Creditor ſi habet ſimplicem hypothecam omnium bonorum in tali hypotheca comprehendunt præſentia, & futura bona; ſed quando in futuris præferatur creditoribus poſterioribus, *vide ibidem cap. 9.* ¶ Mutuans ad reparationem rei obligatæ pecuniam aliis creditoribus præfertur, tribus tamen concurrentibus præfertur, Primo, ut nominatim in refectionem rei pecunia mutuo data ſit: Secundo, ut in alium uſum non convertatur: Tertio, ut domus refecta exiſtat *Gail. obſervat. 15. lib. 2. Hartman. capit. 9. titul. de creditoribus lib. 2.* ¶ Creditores ſolum habentes actiones perſonales contra poſſeſſores rerum agere non poſſunt; in concurſu tamen privilegiati (etiam tempore poſteriores) cæteris præferuntur, ut in caſibus, de quibus per *Gail. obſerv. 25. num. 11. libr. 2.* nam actiones perſonales non tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem. *Cravet. conſil. 295. num. 7.* ¶ In vino deguſtato, & vendito (etiam parte pretii ſoluta) præfertur venditor pro reſiduo pretii dicti vini aliis creditoribus anterioribus emptoris, ipſo vino exiſtente adhuc apud venditorem. *Pap. libr. 18. titul. 5. arreſt. 3.* ¶ Primus emptor cum hypotheca ſpeciali rei venditæ præfertur ſecundo, cui res fuit tradita. *Magon. deciſ. 41. Luc.* ¶ Quando venditor alienat eandem rem duobus, quis illorum præferatur, *ſupra titul. de contrahe. empt. & vend. Jaſ. de actionibus in §. item ſi quis in fraudem. num. 116. Dec. conſil. 69. Bartol. in conſ. 74. volum. 1.*

¶ Ordo

¶ Ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis; ideo priores in ſcriptura in jure ſunt potiores. *Caſſad. deciſ. 9. titul. præbend.* & quando in eodem protocollo reperiuntur duo inſtrumenta ejuſdem datæ, attenditur ordo ſcripturæ, & illud præſumitur prius, quod primo ſcriptum eſt. *Marc. d. quæſtio. 923. numer. 4. vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 48.* ¶ Gratia uno die conceſſa duobus, ille præfertur, qui prius fecit gratiam ſuam purificari, & proceſſum ſuum fieri. *Capel. Tholoſ. quæſtio. 25.* ¶ Mulier expreſſam hypothecam habens pro dote præfertur anterioribus creditoribus tacitam hypothecam ſolum habentibus, quod admittitur etiam contra filios primi matrimonii habentes tacitam hypothecam in bonis patris pro bonis adventitiis, & paraphernis matris. *Gomez. Leo. deciſ. 94. in deciſion. diverſo. vide Bartol. in l. 1. Cod. de privileg. dot.* ſed pro dotibus privilegium prælationis in hypothecaria non tranſit, niſi ad hæredem. *Bartol. in l. 1. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Si aliquis confeſſus fuerit dotem ſuæ uxoris, & inde receperit ex longo intervallo realiter dotes uxoris filii, ſi poſtea ſit contentio inter illas de prioritate temporis, prima uxor erit potior, & præferenda nurui, licet non conſtituerit de reali numeratione. *Cravet. conſilio. 44. vide titul. Authent. ut exactione inſtante.* ¶ Uxor præfertur omnibus in rebus datis per eam in dotem; ſed quando hoc procedat, *vide Bartol. in Auth. ut exact.* ¶ Privilegium, quod habet pupillus in actione perſonali contra tutorem ut præferatur, non tranſit ad hæredes. *Bartol. in l. 43. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* ¶ Legatarius quando præferatur creditoribus in re legata, *vide Bartol. in leg. 5. §. poſtquam. ff. ut in poſſeſſionem legatorum*, ſed quod creditores hæreditarii præferantur legatariis, ſcribit *Bartol. in l. fin. §. & præfatam. Cod. de jure deliberandi.* ¶ Legatarii defuncti præferuntur legatariis hæredis. *leg. 1. Cod. de bonis auctor. Judic. poſſid.* ¶ Pupillus, & adultus in bonis tutoris, vel curatoris præferuntur cæteris creditoribus, ſi ſint creditores ratione adminiſtrationis, *l. fin. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* ¶ In creditore non habente hypothecam, & obtinente ſententiam contra debitorem, prioritas conſideratur ſolum à die ſententiæ, & captæ poſſeſſionis, *vide ſupra titul. de pignoribus.* ¶ Quando ſunt plures apochæ, vel ſcripturæ ex quibus oritur perſonalis obligatio, tunc non attenditur prioritas temporis; ſed omnes creditores ad ratam debent admitti, ſi concurrunt, & agunt; alias qui exigit præfertur: fallit in creditore anteriore privilegiato, qui in ſubſidium revocat ſolutum. *Borg. deciſion. 27. part. 2. numer. 67. & 68.* ¶ Poſſidentis melior eſt conditio, ubi duo creditores pari tempore hypothecam habent. *Ozaſch. d. deciſ. 133. num. 5. Vincent. de Franc. deciſion. 260. part. 2.* ſed quando nemo poſſidet, admittitur concurſus. *ibidem. d. deciſio. 260.* ¶ Prioritas temporis locum non habet, ubi agitur mero poſſeſſorio. *Ozaſch. d. deciſion. 133. numer. 8.* ¶ Emptor de cujus pecunia fuit ſatisfactum priori creditori habenti hypothecam in prædio empto, eſt potior in ipſo, & debet præferri ſecundo creditori, qui reſpectu ipſius emptoris eſſet anterior. *Boer. conſil. 47.* tamen emens creditore non vendente jure creditoris jus pignoris non conſequitur, quod limita, quando creditor vendiderit rem, cum omnibus juribus ſibi competentibus in ipſa re, quia tunc conſequitur jus pignoris. *Cravet. conſilio. 298. numer. 6.* ¶ Clericus ſi ære alieno ſit gravatus, & etiam Eccleſiæ teneatur quotannis certum quid ſolvere, an Eccleſia ſuum creditum deducere poſſit, *vide Roman. ſingular. 357.* ¶ Si concurrant ille, qui habet directas, & ille, qui habet utiles, quis horum præferatur, *vide Bartol. in l. 3. Cod. de novat.* ¶ Valet conventio, ut de pretio rei venditæ ematur res pro ſecuritate ipſius rei, adeo quod res emenda ſit ſpecialiter hypothecata pro evictione venditæ rei, quo facto, & re evicta emptor de cujus pecunia res fuit empta, eſt præferendus in ipſa re aliis creditoribus anterioribus. *Vincent. de Franc. deciſio. 97.* ¶ Mutuans ad refectionem ædificii debet præferri in ipſo ædificio aliis creditoribus duobus concurrentibus, de quibus vide per *Mynſing. obſerv. 60. cent. 1.* ad hoc faciunt, *l. 25. ff. ſi cert. petat. & l. 1. ff. de ceſſio. bon.* ¶ Ratione pecuniæ mutuatæ pro refectione domus, & rei, aut pro expenſis factis in funere, & in infirmitate in qua eſt quis mortuus, aut pro cuſtodia, vel alimentis alicujus rei, & pro ſemine dato ad ſeminandum creditor præfertur aliis anterioribus creditoribus. *Borgn. deciſion. 27. numer. 27. part. 2.* ¶ Creditores, qui contrahunt cum aliquo mercatore in vita alicujus negotiationis ſunt potiores in illis mercibus quolibet alio creditore, qui extra illam negotiationem contraxiſſet. *Hieron. Mago. deciſ. Luc. 1. & Rom. ſing. 575.* ¶ Quando conſtat de debito poſteriori per publicam ſcripturam, poſterior creditor præfertur anteriori creditori habenti ſolum privatam ſcripturam, niſi eſſet trino teſte ſignata. *Paul. Æmil. deciſio. 217. part. 1. gloſſ. in cap. 3.* extra de fide inſtrum. *Rot. Gen. deciſ. 13. num. 31.* vel aliter probaretur per teſtes negotii veritas. *ead. Rot. deciſ. 188.* ¶ Cerditores poſteriores in cæteris, & aliis bonis præferuntur uxori, quæ cum viro alienaverat per prius multa bona viri, cedendo jura ſua, quorum pretium aſcendebat ad quantitatem dotis, quo caſu ſibi præjudicavit quoad debitores mariti (etiam poſteriores) non quoad ipſum maritum. *Thom. Minad. deciſio. 29. Neapolit.* alias alienatis bonis dotalibus de conſenſu mulieris, pro pretio uxor habet regreſſum contra bona mariti, cum anterioritate temporis à die ſuæ dotis conſtitutæ, & debet præferri cunctis creditoribus mariti habentibus hypothecas, poſt conſtitutionem d. dotis, licet ante alienationem dictorum bonorum dotalium. *Gomez. Leo. deciſio. 18. in deciſio. diverſo. Tom. 2. vide Bartol. in conſil. 124. numer. fin.* ¶ Expenſæ infirmitatis gaudent privilegiis, quibus impenſa funeris. *Vincent. de Franc. deciſ. 53. vide Borgn. Caval. deciſio. 3. de contract.* ſed earum creditor non præfertur creditoribus, anterioribus expreſſam hypothecam habentibus. *Vincent. de Franc. ibid.* nam impenſæ funeris præferuntur tacitæ hypothecæ, & actioni perſonali, non autem expreſſæ; ſed quare, *vide ibidem & Gaſpar. milleloq. 677. Borgn. deciſion. 30. de contract.* & ipſæ funeris, ſalaria medicorum pro eorum vacationibus, & creditores medicinarum habent privilegium, & prælationis. *Papon. lib. 18. titul. 6. arreſt. 44.* & præferuntur creditoribus pro expenſis cibariis. *idem lib. 18. titul. 5. arreſt. 45.* ¶ Impenſa funeris ante omnia eſt deducenda de hæreditate, & priuſquam creditoribus, & legatariis aliquid ſolvatur: idem in expenſis factis in infirmitate defuncti, vel in informatione teſtamenti. *Caſſa. in conſuetud. Burgun. titul. des droicts, Rub. 4. §. 9. gloſſ. 7. numer. 5. & Roland. conſilio. 14. volum. 1.* ¶ Quando concurrunt creditores in actione reali, & perſonali, etiam quod perſonalis eſſet privilegiata, ſemper præferuntur creditores in actione reali. *Vincent. de Franc. deciſ. 53. numer. 9.* nam in actione perſonali nulla datur prælatio temporis. *DD. de Rota. deciſ. 2. titul. de locat. & conduc. in antiq. Rot. Genuen. deciſ. 13. numer. 31. Andr. Gail. obſervatio. 25. numer. 11. lib. 2. gloſſ. in l. fin. §. ſi viro. ff. de jur. de lib. l. 1. C. etiam ob chyrograph. pecun.* ¶ Quando ſecundus creditor ſolvit, vel offert ſolvere priori, & obſignat debitum primi efficitur anterior, & cogi poteſt primus creditor tradere rem obligatam ſecundo creditor ſic ſolventi, niſi primus idemque creditor offerat ſolvere ſecundo. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtitut. redit. art. 1. gloſſ. 8. numer. 35.* ſed an tunc ſecundus creditor

ſuc-

ſuccedat in jus primi, *Bartol. in l. 3. ff. quæ res pignori, & in l. 6. §. eorum. ff. de privil. credit. num. 44.* ¶ Creditor prior ſemper præfertur poſteriori generalem, ſive ſpecialem hypothecam habenti. *ibid. Ozaſ. n. 5. Marc. q. 371. c. 1. ext. de maja. & obe. Bart. in l. 1. C. de privil. dot.* fallit in *caſu d. l. 2. Ozaſ. deciſ. 159. vide Rebuff. in ſuis comment. tractat. de conſtitut. redien. Tom. 2. art. 1. gl. 8.* ubi ampliat, & declarat Reg. in caſibus 13. & limitat in caſibus 16. ¶ Fallit ſecundo, in creditore ſecundo, qui præfertur primo, quoad pœnam, & intereſſe, non quoad principale, cujus virtute pœna, & intereſſe creditori debebantur. *Afflict. deciſ. 186. vide Rot. Aveaio. dec. 109, in deciſiv. diverſo*, imo, quod prioritas temporis habeat locum tam in ſorte principali, quam in uſuris licitis, ut in illis pariter præfertur prior in tempore, niſi aliud obſtet, ſcribit *Mynſing. obſervat. 59. vide tamen Rot. Avenio. deciſ. 146. num. 8. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* quid reſpectu expenſarum. *Franc. Marc. q. 391. part. 2. & deciſ. 929.* ¶ Anterior creditor præfertur ſecundo in re vendita, etiam quoad pretium ipſius rei, niſi pro ipſo dicta res vendita eſſet ſpecialiter hypothecata in continenti, & dicitur in continenti obligata, quando obligatur eadem hora, præſentibus hiſmet teſtibus, & per eundem Notarium, licet per aliud inſtrumentum, quam venditionis. *Afflict. deciſ. 306. num. 4. & fin. Vincent. de Franc. deciſ. 369. part. 2. vide Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 45. num. 19. Borg. Caval. deciſ. 27. part. 2. num. 27. Hartman. c. 16. tit. de credito. lib. 2.* & præmiſſa procedunt re tradita, & habita fide de pretio, nullaque fraude interveniente; alias ſecus. *Hartm. c. 16. de creditoribus.* ¶ Duo teſtes deponentes de veritate negotii probant hypothecam etiamſi non ſit apocha ſubſcripta à teſtibus: idem quando unus teſtis deponit, & duo ſunt in apocha ſubſcripti, quia conjungitur cum illis duobus. *Rot. Gen. deciſ. 188. vide Hieron. Magon. deciſ. 122. Rot. Flor.* ideo regulariter hypotheca anterior (de qua apparet ſcriptura privata) non præjudicat poſteriori; ſuper qua eſt inſtrumentum, ratio, quia ſcriptura privata non probat in præjudicium inſtrumenti. *Paul. Æmil. deciſ. 217. part. 1. & deciſ. 112. part. 3. Borgn. Cavalc. 27. part. 2. & Joan. Papon. lib. 8. tit. 2. arreſt. 8.* ¶ Fallit, quando per teſtes probatur, quod illa ſcriptura privata fuit confecta ante inſtrumentum; tunc enim anterior creditor præfertur poſteriori habenti publicum inſtrumentum. *idem Æmil. deciſ. 113. part. 3. Vincent. de Franc. deciſ. 95. Borg. Caval. deciſ. 27. part. 2. num. 17. & Gail. obſerv. 25. libr. 2.*

Vel non.

Locator non præfertur in bonis illatis anterioribus creditoribus, niſi domus fuiſſet locata pro conſervatione rerum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 84.* ¶ Creditor fiſcus ex delicto non præfertur creditoribus ex contractu; ſecus quando eſt creditor ex contractu. *Bartol. in l. 1. C. de pœnis fiſca. lib. 10.* ¶ Primus creditor prælationis, ordiniſque beneficio excidit, ſi ejus voluntate res ſecundo creditori ſubjiciatur. *Ægid. Magiſt. tract. ſubbaſt. c. 45. in dec. diverſo.* ſed prioritas non perditur per novationem hypothecæ. *ibid. d. c. 45.* ¶ Quando pro eodem credito concurrunt cedens, & ceſſionarius, admittitur concurſus utriuſque pro rata, ſi debitor poſſideat, vel alius. *Vinc. de Franc. deciſ. 260. part. 2.* ¶ Jus prælationis competens mulieri, non habet locum in dote confeſſa; nam ad hoc, ut mulier in concurſu creditorum prærogativam temporis, & dotis privilegium habeat, neceſſe eſt probare realem numerationem dotis. *Gail. obſerv. 81. lib. 2.* quod procedit, ſi fuerit oppoſita non numeratæ dotis; alias ſecus *ibid. num. 4.* & quando creditores fidem faciunt de reali numeratione crediti; alias ſecus. *ibid. num. 5.* quod ſublimitatur per *Hippol. ſing. 324.* ¶ Item fallit concluſio, quando lapſa ſunt tempora apponendi exceptionem non numeratæ dotis. *Gail. ibid. num. 10.* ¶ Tale jus prælationis non habet locum in paraphernis *idem Gail. obſerv. 92. lib. 2.* ¶ Mulier dans dotem non præfertur creditoribus expreſſam habentibus hypothecam, anterioribus. *Capel. Thol. q. 218. Jaſ. de actio. in §. fuerat, num. 77.* ¶ Ille, qui mutuat pecuniam, ex qua comparatur prædium non præfertur, niſi ſpecialiter hoc fuerit actum, & ipſa res empta ſpecialiter hypothecata. *Franc. Marc. q. 923. part. 2.* ¶ Creditor in mercibus ex ſua pecunia comparatis, aliis creditoribus anterioribus non præfertur, niſi pecunia expreſſe ad comparandas tales merces mutuo data ſit. *And. Gail. 12. libr. 2. Ant. Trig. ſing. 84. gloſſ. in §. his conſequens, Aarb. de æqualitate dot.* vel res empta ſit ſpecialiter hypothecata, *ibid. Gail. num. 4. Ant. Trig. ſing. 84. vide Ægid. Magiſt. tract. ſubbaſt. cap. 45. in deciſ. diverſo.* ¶ Quando pignus capitur auctoritate Judicis, vel virtute inſtrumenti guarentigiati non habet locum reg. qui prior eſt tempore, potior eſt jure, ratio, quia rerum mobilium vilis, & abjecta eſt poſſeſſio, *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des rentes Rub. 5. §. 3. gloſſ. 1. vide tamen Bartol. in l. 12. ff. de bon. auctor. Jud. poſſid.* ¶ Si plures ex primo decreto ſive ſimul, ſive ſeparatim mittantur in poſſeſſionem, omnes ſunt pares in jure; ſed ſi unus in ſecundo decreto prævenerit, loco domini habetur. *l. 15. §. ſi plures, & §. ſi ante. ff. de damn. infec.* ¶ Creditores defuncti, quando concurrant cum creditoribus hæredis. *Bartol. in l. 5. ff. de ſeparat. bono.* ¶ Qui pares ſunt in tempore, pares ſunt in jure. *l. 20. §. ſi pluribus. ff. de pig. act.* ¶ Primus creditor conſentiens obligationi hypothecariæ ad requiſitionem tertii creditoris efficitur poſterior omnibus, qui hypothecam habebant tempore conſenſus, & illo, cui conſentit. *Cabal. milleloq. 447.* idem ſi conſentiat alienationi alicujus rei ex hypothecatis. *Pap. libr. 10. tit. 3. arreſt. 11.* ¶ Hypotheca, & obligatio bonorum, quæ apparet per confeſſionem factam à debitore de debito, licet ſit anterior, non præfertur poſteriori apparenti de vera numeratione. *Borg. deciſ. 27. num. 26. part. 2.* fallit, quando ex conjecturis verificaretur confeſſio. *ibidem Borg.* ¶ Venditor traditione rei transfert dominium; ideo pro pretio non præfertur in re vendita aliis creditoribus anterioribus. *Gail. obſerv. 15. libr. 2 Bartol. in l. 23. §. ſi mulier. ff. ſolut. matrim. & in l. 18. ff. de privileg. credit.* ¶ Fallit concluſio primo, ſi fidem non habuerit de pretio, & in dubio non videtur habuiſſe fidem. *Gail. ibidem.* ¶ Secundo fallit, ſi res vendita ſpecialiter ſit venditori obligata pro pretio. *ibid. Gail.* ¶ Tertio fallit in emptore doloſo, qui tempore emptionis non erat ſolvendo, & jam antea ceſſionem, vel fugam nequiter præcogitaverat, quo caſu etiam, ſi fides ſit habita de pretio dominium rei venditæ, & traditæ non transfertur in ipſum emptorem doloſum. *Gail. obſerv. 15. Gomez. Leo deciſ. 61. in deciſ. diverſo. vide tamen Marc. de Mant. ſing. 442. Hartman. cap. 16. tit. de creditorib. libr. 2.* ¶ Quarto fallit in venditore, qui ſperabat ſtatim ſe pretium recepturum, & non recepit. *Gomez. Leo. deciſ. 61. in deciſ. diverſo.* ¶ Licet regulariter creditor, qui habet hypothecariam præferatur creditori anteriori habenti tantum perſonalem; tamen hoc non procedit, quando hypothecarius contraxit in fraudem. *Jaſ. de activ. §. item ſi quis in fraudem, numer. 118. & ibid. Angel. num. 29.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Pactum appoſitum in ſecundo contractu de non recedendo à prima obligatione, ſeu hypotheca facit, ut conſervetur prima actio tam hypothecaria, quam perſonalis. *Bocr. deciſ. 332. & deciſ. 317.* natura enim eſt jurium reſervationis jura primæva conſervare, ſi non ſunt extincta. *Vinc. de Franc. deciſ. 50.* tamen, quando ſpecies in

in ſolutum datur pro ſpecie, & in caſu dotis, cenſetur ſemper prior hypotheca retenta, etiamſi non fuerit dictum. *Boer. deciſ. 337.* ¶ Cum poſterior creditor priori ſatisfacit, confirmat ſui pignoris cauſam. *l. 12. §. ſi pignori. ff. de captiois.* ¶ Confeſſio de dote recepta facta per virum conſtante matrimonio, an noceat creditoribus, *vide Afflict. deciſ. 402. Joſeph. Ludoo. deciſ. Peruſ. 66. part. 2. & ſupra lib. 1. de dot. cane. non nu. Boer. deciſ. 331. Capel. Thol. q. 217. Jaſ. de actio. in §. fuerat numer. 76. Dec. conſ. 96. Hippol. ſing. 324. Bart. in l. 2. §. creditum num. 5. ff. ſi cert. pet.* ¶ L. quoties. C. de rei vendic. diſpoſitio, non habet locum in hypothecis. *Ozaſ. deciſ. 133. num. 4.* & per conſequens prior tempore præfertur ſecundo etiam rem ipſam obligatam poſſidenti: quia jus hypothecæ per ſolam conventionem conſtituitur ſine traditione. *Gomez. Leo. deciſ 86. in deciſ. dioerſo.* ¶ Recognitio ſcripturæ privatæ debitoris, non præjudicat aliis creditoribus, etiam poſterioribus, niſi de debito aliter apparet. *Rebuff. in ſuis commenta. tract. de chyrogra. & ſchedul. recogn. num 81. fol. 119.* ſed limita concluſionem primo, quando tertius haberet cauſam à ſcribente. *Rebuff. ibed. num. 88.* ¶ Secundo limita, quando ſcriptura eſſet à tribus teſtibus ſubſcripta; nam tunc videtur ceſſare præſumptio fraudis. *Rebuff ibed. num. 83.* ſecus ſi à duobus. *ibed num. 32.* ſed hanc limitationem intellige, concurrentibus qualitatibus, de quibus per *Rol. conſ. 84. vol. 3.* alias ſecus. ¶ Tertio limita, quando ſecundus creditor habens publicum inſtrumentum confitetur ſcripturam privatam manu debitoris ſcriptam, vel ſubſcriptam: tunc enim talis creditor ex ſcriptura privata, præfertur habenti hypothecam poſteriorem, etiam ex publico inſtrumento. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de chyrogra. & ſchedul. recog. art. 2. num. 6. [illegible]* ¶ Quarto, quando ſcriptura privata hypothecam continens non eſt ſubſcripta à tribus teſtibus, ſed ab eis recognita: tunc præfertur ſcripturæ publicæ poſteriori tempore, quia non refert, an teſtes ſint ſcripti, vel ſubſcripti, dum tamen viva voce coadjuvent ſcripturam. *Rebuff. ibid. n. 7.* alias creditores ſimplicem actionem perſonalem tantum habentes ſunt pares, & ſimul concurrunt. *Harcm. c. 11. tit. de creditoribus lib. 2. vide ibid. cap. 12.* ut pro rata debiti omnibus ſatisfiat. *l. 6. Cod. de bonis auct. Judic. poſſid.* ¶ In diſcuſſione bonorum recognitio ſcripturæ debitoris, non nocet creditoribus, niſi de debito aliter appareat. *Cabal. milleloq. 663.* ¶ Scriptura privata recognita ante jus tertio quæſitum, præjudicat debitori recognoſcenti, & etiam ſingulari ſucceſſori; ſecus ſi eſſet contumax, vel recognoſceretur poſt jus tertio quæſitum: quia tunc requiritur probatio vera per teſtes. *Borg. Caval. deciſ. 27. part. 2. num. 6. vide Rebuff. in ſuis commenta. tractat. de chyrogra. & ſchedul. recogn. artic. 2. numer. 3.* ¶ Per ceſſionem actionis ſucceditur in locum creditoris cedentis in omnibus. *Gomez. Leo. deciſ. 85.* ¶ Hypotheca tamen locum habere incipit à die contractæ obligationis, & non ſolutionis: ideo inſpicitur tempus conſtitutæ dotis, licet multum poſt maritus illam receperit, & talis receptio præjudicat creditoribus medio tempore contrahentibus cum ipſo marito. *Rot. Avenio. deciſ. 25. in deciſ. diverſo. Tom. 3. & Boer. deciſio. 331.* ¶ Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris (etiam quæ ab alio tenebat) quare illi tertio pariat præjudicium, *vide Boer. deciſ. 112. num. 10.* ut amplius non audiatur. *ibid. deciſ. 141.* ſed eo caſu creditor ſecundus poteſt adhuc agere, offerendo ſecundo creditum ſuum. *ibid. d. deciſ. 112. num. 11.* ¶ Venditio, vel hypotheca contracta ſalvo aſſenſu ſuperioris, qui poſtea obtentus, an operetur à die venditionis, vel contractæ hypothecæ in alterius præjudicium, *Capic. deciſ. 86.* ¶ Obligatio rei meæ facta meo nomine me ignorante, ſi ratificetur à me, poſtquam obligaverim omnia bona mea alteri, non nocet mea ratificatio ſecundo creditori. *Mann. in ſuo Spec. diſput. 9. num. 10. fol. 604.* ¶ Confeſſio debitoris non nocet creditori, quando aliter non conſtat de debito, quam per confeſſionem, maxime ubi tractatur de confeſſione ſuſpecta, facta per privatam ſcripturam. *Rot. Gen. deciſ. 14. num. 31.* ¶ Debitor ſi confiteatur hodie, quod Titius ſibi mutuavit jam ſex menſibus elapſis, iſta confeſſio non præjudicat alteri creditori. *Bartol. in l. 3. ff. de fid. inſtrument.* ¶ Nomen debitoris poteſt aſſignari creditori habenti priorem hypothecam, debitore etiam non citato. *Natt. conſ. 300.*

Cap. IX. Quando valeat, vel non.

Actio ſemel extincta per ſolutionem, an reviviſcat? & utrum datione in ſolutum facta per debitorem, vel per Judicem ſi res evincatur poſſit agi primæva actione, tam contra ipſum debitorem, quam contra tertium. *D. Gaſpar. Theſ q For. Quaſt. 88.* ¶ Hypotheca hæredis (adeuntis ſine inventario) quam habebat contra defunctum pro extincta habere, quoad ipſum hæredem: ſecus quoad tertium habentem cauſam ab ipſo hærede: nam iſte tertius poteſt ſe tueri priori hæredis hypotheca, quæ hoc caſu non cenſetur extincta. *Vincent. de Franc. deciſ. 80.* ¶ Donatio propter nuptias à principio tenet, & propterea mulier eſt præferenda cæteris creditoribus. *Joan. Mebed. deciſ. 50.* ¶ Venditio ſi reſolvatur ex neceſſitate pacti de retrovendendo, omnes hypothecæ medio tempore contractæ extinguuntur, *vide Bartol. in l. 9. ff. de aqua plu. arcen.* ideo impetrata licentia per poſteriores creditores de alienanda re feudali empta cum ipſo pacto, ut ipſis ſatisfiat de pretio, ſi talis res fuit redempta virtute dicti, in pretio ſunt præferendi anteriores creditores dictis poſterioribus creditoribus, qui obtinuerant ipſam licentiam. *Vincent. de Franc. deciſ. 64.* ¶ Privilegia perſonalia quibus ex cauſis ex tempore extinguatur, *Bartol. §. 1. Auth. ne exact. inſta.* ¶ Hypotheca tacita à lege conſtituta de dote reſtituenda, non extinguitur per ſubſecutam expreſſam. *Boer. deciſ. 33.* fallit in paraphernalibus; quia in his proviſio hominis tollit proviſionem legis, *Boer. d. deciſ. 332.*

Cap. X. Creditor: debitor. Quæ facere poſſit, vel non.

Tutor poteſt creditori patris pupilli ſolvere, & in ejus locum, & pignora ſuccedere, *l. 12. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.* ¶ Qui credidit (ut ſatisfiat creditori) ſuccedit in ejus locum, etiam in actionibus perſonalibus, *l. 2. ff. de ceſſio. bono.* ¶ Secundus creditor ex conventione debitoris, non poteſt in jus creditoris ſuccedere, poſt pignoris venditionem, *l. 2. ff. de pigno.* ¶ Emptor, vel tertius creditor cujus pecunia pervenit ad primum creditorem, an ſuccedat quoad jus retentionis in locum primi abſque pacto, ita quod poſſidens poſſit ſecundum creditorem excludere, *vide Pet. de Beninten. deciſion. 50.* ubi tenet pro parte affirmativa, *vide etiam Vincent. de Franc. deciſ. 134.* ¶ Quando debitor poſteriori creditori ad ejus inſtantiam ſolvit, an creditores anteriores pecuniam condictione indebiti repetere poſſint, in actionibus perſonalibus nullum eſt dubium, quia is cui ſoluta eſt pecunia cæteris præfertur, tanquam potior in jure: quo autem ad creditores hypothecarios diſtinguendum eſt, utrum pecunia ſoluta ſecundo creditori extet, vel bona fide conſumpta ſit primo caſu locum habet revocatio, ſecundo vero caſu ceſſat *Gail. obſerv. 25 num. 14.* ¶ Creditor emens rem ſibi hypothecatam irrevobiliter ſit dominus per emptionem: & hypothecaria extinguitur, niſi [illegible]

niſi quoad retentionem. *Capie. deciſio. 43.* & per conſequens hoc caſu creditor emptor poteſt ſe tueri poſſidens à poſterioribus creditoribus, *ibid. num. 3. Rebuff. in ſuis comment. tract. de conſtitut. redit. Tom. 2. art. 1. gloſſ. 8. num. 15. vide Hartm. cap. 4. tit. de creditoribus lib. 2.* ¶ Creditor ſecundus ſuccedens in locum primi circa rem, quam emerat debitore: cum pecunia ſoluta ſit illi primo creditori, habet rem emptam adhuc obligatam, ex quo non eſt factus dominus irrevocabiliter, cum poſſit à ſecundo creditore conveniri, *Capie. deciſ. 43. num. 4. ſed vide ibid.* ¶ Creditor ſi conſentiat quod aliqua bona ex ſibi obligatis alienentur, poſtea ſi ex aliqua cauſa debitor illa recuperet, amplius non veniunt in obligatione, ſi ex nova cauſa in eum veniant; ſecus ſi antiqua, ſimili, vel connexa. *Vincent. de Franc. deciſ. 64. num. 6. & 8.*

Vel non.

Secundus creditor in jus prioris creditoris non ſuccedit, niſi ſit actum; ſed tunc ſuccedit in pignus, & poteſtatem vendendi, *l. 3. ff. quæ res pigno. vel hypothec. oblig. non poſſ.* ¶ Ille, cujus pecunia pignus liberatur, non ſuccedit in jus debitoris quoad actionem, ſed quoad exceptionem ſic, *l. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypothe. ſolut.* ¶ Fiſcus non poteſt vendere rem alteri obligatam ſpecialiter, *l. 22. C. de jure fiſci.* ¶ Primus creditor non poteſt revocare ſolutionem, factam per debitorem ſecundo creditori recipienti creditorem ſi fuit conſumptum bona fide. *Afflict. deciſ. 190. vide Capie. deciſ. 78 & Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 45. Menoch. conſ. 25. vol. 1. Bartol. in l. 6. §. ſi pupillus. ff. de bon. auct. Jud. poſ.* ¶ Quod limitatur in primo creditore privilegiato, qui poteſt revocare pecuniam ſolutam, & conſumptam, *Afflict. d. deciſ. 190. vide Capie. deciſ. 78. & Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 45. Gomez. Leo. deciſ. 36. in deciſ. diverſo.* limitatio exemplificatur in fiſco, per *Menoch. conſ. 15. volum. 1.* tamen verus creditor poteſt agere contra putativum creditorem, ut ſibi reſtituat; quod ad eum pervenit. *Bartol. qu. 6. num. 9.* ¶ Solutio facta uni creditori non revocatur, altero negligente; ſecus ſi utroque inſtante in ſubſidium, *l. 6. §. pupillus. de bon. auctor. Judi. poſſid.*

Cap. XI. Ad qua teneatur, vel non.

Pignoratitius creditor cogitur ſatiſdare, & etiam ei debet caveri de damno infecto, & juſſus poſſidere propter cautionem non præſtitam, potior eſt pignoratitio creditori. *l. 12. ff. de dam. infect.* ¶ Si creditor in alterius præjudicium fingat ſe priorem in tempore, vel ſibi ſolutum non eſſe, cum eſſet, in pœnam falſi incidit; licet de conſcientia debitoris fecerit, *l. 15. C. ad leg. Corn. de falſ.* ¶ Quando creditor recipit rem in ſolutum debet paciſci, quod ſi contingat rem datam in ſolutum evinci, non intendit à prima obligatione recedere; imo quod in ſuo remaneat vigore, *vide Boer. deciſ. 332.* & talis conventio prodeſt propter fidejuſſores, vel pignora, quæ erant in prima obligatione, vel propter antiquiorem hypothecam, ut ab illis non intelligatur receſſum, *Boer. ibidem. Bartol. in leg. quadrageſim. ſext. ff. de ſolut. & liber.* ¶ Creditor, qui tertio poſſeſſori ſibi ſolventi actiones tenetur cedere etiam contra ſeipſum creditorem cedentem, ex alia poſſeſſori cauſa intereſſe prætendentem, cedere tenetur, *Dec. conſ. 101.* ¶ Creditor an amittat poſſeſſionem, ſi contra debitorem fuerit miſſio facta ex ſecundo decreto, *Bartol. in l. ſi finito §. item. ff. de dam. infect.* ¶ Creditor, qui recepit in ſolitum ignoranter rem alienam conſiſtentem in numero, pondere, & menſura, an teneatur illam reſtituere vero domino, *Borg. deciſ. 27. num. 69. part. 1.* ¶ Creditor poſſidendo rem æquipollentem debito principali, an ob hoc cæteræ res ab hypotheca liberentur, quid, ſi res poſſeſſa, vel in ſolutum data minus valeat, *Marc. q. 925. part. 2.*

Cap. XII. Miſcellanea.

Quando quis reſervavit ſibi jus in re, cujus dominus erat ante traditionem; ſi res ipſa poſtea alienetur, non transfertur dominium in emptorem. *Bart. in l. filiusfam. §. divi. l. 2. de legat. 1.* ¶ Quinque ſpecialia in debitore civitatis ſcribuntur per *gloſſ. in l. fi. C. de debito. Civit. libr. 11.*

TITULUS DVI.

De jure dominii impetrando.

SI in pignore debitor procuret, ut emptor pignoris poſſeſſi per creditorem non inveniatur, poterit creditor dominium à Principe impetrare, ut ſibi liceat dominium, ſeu rem juſto pretio habere. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 12. gloſſ. 1. numer. 18.* ¶ Si creditor jubeat creditorem poſſidere jure pignoris ſui crediti ſervanda cauſa, tunc etiam ſi diu creditor poſſideret, non efficeratur dominus: quia facere quem dominum eſt legis, vel Principis, & non prætoriæ juriſdictionis, *l. 48. ff. de ſolutio. & libera.*

TITULUS DVII.

Si vendito pignore agatur.

CReditor, qui pignus vendidit, cogitur reſtituere ſuperfluum pretii per actionem pignoratitiam, *l. 6. §. fin. ff. de pigno. act. & l. 24. §. ſi vendiderit. ff. eod.* non debitorem delegare, *l. 42. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Res empta ex ſuperfluo pretii pignoris à creditore venditi, non quæritur debitori, ſed ad reſiduum habet pignoratitiam actionem, *l. fin. C. de diſtract. pign.* ¶ Creditor qui vendidit rem obligatam minus juſto pretio, totum juſtum ſibi computare tenetur, *l. 18. C. de fidejuſſor. & mandat.* ¶ Si creditor vendiderit, & de evictione promiſerit, ei debet à debitore de indemnitate caveri. *l. 8. §. ſi pignori. ff. de pigno. act.* ¶ Pecunia redacta ex venditione pignoris prius in uſuras, deinde in ſortem computatur, *l. 35 ff. eod. & l. 5. §. Imperator. ff. de ſolutio. & liber.* ¶ Venditio pignoris non idonei, reſidui petitionem non admittit creditori. *l. 3. C. de diſtractio. pigno.* ¶ Pretium ex pignore redactum poteſt creditor in naturale debitum eligere, *gloſſ. pen. in l. 1. C. de ſolutio. & libera.* & illud retinere in quam cauſam vult, *l. 73. §. de ſolutio. & libera.* tamen ſi idem pignus pro duobus debitis eodem tempore ſit obligatum, pretium ex eodem redactum cedit in utrumque pro rata; ſi vero diverſis temporibus primo cedit in antiquius, & ſi quid ſupereſt cedit in poſterius, *l. 96. ff. eod.* ¶ Si creditor juſte pignus vendiderit extraneo, & non poteſt debitor recuperare rem, niſi ex pacto, vel ratione minoris ætatis, *l. 7. ff. de diſtract. pigno.* ¶ Venditio non liberat debitorem, niſi pretio creditori ſoluto. *l. 9. ff. eod.* ¶ Quicquid ex re pignorata, vel ejus occaſione conſequitur creditor pignus extenuat, ſi id irrevocabiliter conſequatur; alias debitoris liberatio ex futuro pendet eventu, *l. 12. §. ſi aliena. ff. eod.* ¶ Pretium perceptum ex venditione pignoris, vere, vel ficte liberat debitorem niſi venditio retractabilis ſit. *l. 26. ff. de ſolutio. & liberat.* ¶ Qui vocatur ad fideicommiſſum, prædio alienato, non revocata ab eo, qui emit à creditore teſtatoris, *l. 80. §. fi. ff. de legat. 2.* ¶ Fidejuſſor, qui totum ſolvit, & pignorata recepit à creditore, non cenſetur illa emere; ſed luere: ideo tenetur illa reſtituere

ad debitorem ſoluto debito, quod ſolvit, *l. 59. ff. de fidejuſſo. & mandat.* ¶ De venditione pignoris, & hypothecarum, *vide ſupra tit. de diſtract. pign. & tit. ſi in cauſ. judicati.*

TITULUS DVIII.

De luitione pignoris.

SI creditor rem ſibi traditam, ut pignoret pignoraverit, & luit convenitur, ut reddat, alias convenitur, ut luat. *l. 27. ff. de pign. act.* ¶ Extraneus luendo pignora, non acquirit dominium pignorum *l. 21. C. de pignoribus.* ¶ Si pupillus vult pignus repetere, quod tutor obligavit pro pecunia, quæ converſa eſt in utilitatem ipſius pupilli, repellitur exceptione doli, niſi ipſam pecuniam offerat. *l. 7. §. fin. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela.* ¶ Si res mea pignorata mihi legetur ab extraneo, tenetur hæres ſolvere, & mihi pignus liberare. *l. 88. de legat. 1.* ¶ Fidejuſſor, qui totum ſolvit, & pignora recipit à creditore, non cenſetur illa emere; ſed luere: ideo tenetur illa reſtituere ad quem pertinet ſoluto ſibi eo, quod ſolvit. *l. 60. ff. de fidejuſſo. & mandat.* ¶ Si ceſſatur in ſolutione partis, venditur totum: ideo ſi unus ex hæredibus debitoris partem ſuam ſolverit, ea non obſtante pignus adhuc poteſt vendi. *l. 8. §. ſi unus. ff. de pign. act.* ¶ Cohæredes an poſſint conveniri hypothecaria pro partibus aliorum, qui ſunt ſolvendo, *Bartol. in l. 34. de l. 2.* ¶ Licet unus ex pluribus hæredibus debitoris totam partem debiti ſui ſolverit, venditionem pignoris (etiam pro partè ſua) impedire non poteſt. *l. 16. C. de diſtract. pign.*

TITULUS DIX.

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvatur, & de remiſſione pignoris.

Cap. I. Hypotheca: pignus. Quibus modis intelligatur.

LIberatio de una obligatione facta alicui, aut de una re in uno inſtrumento, non intelligitur facta de aliis; ſed ſibi eas reſervaſſe. *Fel conſ. 203. n. 7.* ¶ Si conſentio alienationi rei mihi obligatæ, licet præſumatur remiſſio pignoris, non tamen de debito præſumitur donatio. *Bartol. in l. 34. n. 17. ff. ſolu. matr.*

Cap. II. Qua retineri poſſint.

Retentio ei (cujus pecunia liberatur pignus) datur adverſus debitorem vendicantem pignora. *Vinc. de Franc. deciſ. 134.* ¶ Creditor anterior emens rem hypothecatam, poteſt illam retinere pro ſua anteriori hypotheca, quæ cenſetur quoad effectum ſublata per acquiſitionem. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtit. redit. art. 1. gloſſ. 8. num. 15.*

Cap. III. Quando remitti poſſit, vel non.

Creditor conſentiens alienationi nullæ, ſibi non præjudicat in pignore. *Paul Æmil. deciſ. 215.* alias præſens, & tacens alienationi rei ſibi obligatæ pignus remittere videtur. *Hieron. Mago. deciſ. 25. num. 34.* nam creditor conſentiens alienationi factæ per debitorem de bonis hypothecatis, ſibi præjudicat, quoad ipſam rem, & prælationem, quam habebat: nam efficitur poſterior creditor. *Joan. Pap. libr. 11. tit. 3. arreſt. 10. Rot. Gen. deciſ. 190. vide tamen ibid. num. 18.* ¶ Creditor qui permiſit rem venire, pignus dimittit. *l. 119. ff. de reg. jur. vide tamen gloſſ. ibid.* ¶ Creditor ſi conſenſerit, quod aliqua bona ex ſibi obligatis veniant, ſi ex aliquam cauſa debitor illa recuperet, amplius non veniunt in obligatione, ſi ex nova cauſa veniant; ſecus ſi ex antiqua, ſimili, vel connexa. *Vincenc. de Franc. deciſ. 64. num. 6. & 8.* creditor dicitur conſentire, & remittere pignus, ſi paſſus fuerit ſe adſcribi in teſtem inſtrumento alienationis. ¶ Creditor, qui pignus precario debitori concedit, non amittit, nec remittit jus vendendi pignus. *l. 2. C. de diſtract. pigno.*

Cap. IV. Quibus renunciari poſſit.

Filius expreſſe conſentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factæ, licet videatur renunciare hypothecæ, ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renunciare doti, vel hypothecæ quoad alia bona patris non vendita. *Pet. Ger. ſing. 32.* ¶ Mulier quando poſſit renunciare juri hypothecæ, & renunciatio facta per mulierem hypothecæ inter certas perſonas non extenditur ad alias perſonas. *Bartol. in l. 21. C. ad Senatuſ. Vellei.* ſecus ſi fuiſſet confeſſa, quod pretium ad eam pervenit; quia tunc ſibi præjudicaret quoad omnes. *Bartol. ibid. vide etiam eundem Bartol. in Auth. ſive à me. ibid.*

Cap. V. Qui liberentur, & à quibus, vel non.

Etiamſi tertius ſolvat debitum liberatur pignus tam conventionale, quam prætorium, & naſcitur, & acquiritur debitori pignoraticia, vel aliud remedium pignus petendi. *leg. 40. ff. de ſolutio. & liber.* ¶ Creditore poſſidente rem æquipollentem debito principali, an ob hoc cæteræ res hypothecatæ liberentur, & quid, ſi una fuerit data in ſolutum. *Marc. q. 925.* ¶ Fructus rei pignoratæ extenuant ſortem ipſo jure, & pignus ſolvitur. *l. 1. Cod. de diſtract. pigno.* ¶ Ceſſante cauſa, propter quam pignus eſt datum, pignus debet reddi *l. 2. C. de pactis pigno.* ¶ Res ſemel liberatæ per novationem, ſine novo conſenſu domini non reobligantur. *l. 30. ff. de nova. & delegat.* ¶ Pignus liberatur nudo pacto. *Bartol. in l. 35. de lega. 3.* ita in hypotheca. *Fel. conſil. 20. n. 3. l. 23. C. de pig.* ¶ Si res mea erat obligata creditori, creditoris mei, & ſit liberata, an ego liberer, *Bartol. in l. 6. ff. de dol. mal. except.* ¶ Si maſculi permixti cum fœminis obligationem paternam in ſe transferant animo novandi, valet novatio pro parte maſculorum, & pro ea parte pignus obligationis veteris liberatur; ſed pro parte fœminarum non. *l. 8. C. ad Senatuſc. Velleja.* ¶ Solutione ejus, quod debetur, hypotheca ſolvitur, & extinguitur. *Afflict. deciſ. 237. facit l. 40 § ſoluta. ff. de pig. act.* ¶ Si debitor fiſcalis creditori ſuo ſolverit, fiſcus poteſt hanc pecuniam à tali creditore repetere, & etiam alius privilegiatus, & per conſequens remanebit debitor obligatus creditori ſuo, & etiam pignora non diſſolvuntur, ac ſi nihil ſolviſſet. *l. 18. §. fi. & 21. ff. de jure fiſci.*

Cap. VI. Quibus modis ſolvatur.

Solvitur etiam hypotheca & liberatur per præſtationem fidejuſſoris, & quomodocunque ſit ſatisfactum creditori. *Fel. conſ. 201. n. 6.* ¶ Revendito fundo qui debeat vigore promiſſionis revendi, pignus reſolvitur. *Bartol. in l. 5. ff. de in diem addict.* ¶ Pignus, vel hypotheca quando reſolvatur per rei reſtitutionem ex prædecedenti diſpoſitione, *Boer. deciſ. 181.* ¶ Hypotheca ſolvitur cum per creditorem bona alienantur, ſuper quibus habet dictam hypothecam. *Felin. conſilio. 20. num. 4.*

Cap. VII. Quando tollatur.

Primus creditor prælationis, ordiniſque beneficio excidit, ſi ejus voluntate res ſecundo creditori ſubjiciatur. *Ægid. Magiſt tract. ſubhaſt. c. 45. in dec. diverſ.* ¶ Quicquid ex re pignorata, vel ejus occaſione conſequitur credi-

creditor pignus extenuat ſi id irrevocabiliter conſequitur; alias debitoris liberatio ex futuro pendet eventu. *l. 12. §. ſi aliena. ff. de diſtract. pign.* ¶ Perempta obligatione principali, fruſtra quæritur de hypothecaria. *l. 7. ff. de naut. fœno.* ¶ Quomodo, & quibus modis pignus tollatur, *vide per Azo. in tit. C. de pig. act.*

Vel non.

Per alienationem legalem, nempe per triennii uſucapionem non tollitur jus pignoris; ſed per longi temporis præſcriptionem ſic. *Bartol. in l. 7. C. de pignoribus, & ibid. gloſſ.* ¶ Hypotheca non tollitur, niſi ſecuta ſolutione, etiamſi fuerit judicatum ſuper debito; tamen facta electione bonorum quis non poteſt variare. *Capic. deciſ. 33. & deciſ. 46. num. 7. vide Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tit. de conſtit. redit. art. 1. gloſſ. 8. num. fin.* tamen per electionem ſpecialis hypothecæ non tollitur generalis, ſi ex ſpeciali non eſt creditori plene ſatisfactum. *Boer. deciſ. 349.* ¶ Licet debitor ſit condemnatus, ſi non ſolverit, non tollitur jus pignoris. *l. 8. C. de pigno. & hypothe. & hypotheca. l. 14. §. etiam ſi creditor. ff. de pignoribus.*

Cap. VIII. Quando extinguatur, vel non.

Per receptionem rei in ſolutum datæ per debitorem creditori, extinguitur prima hypotheca, niſi ex pacto fuerit conſervata. *Boer. deciſ. 332. & deciſ. 337.* idem in tranſactione, *ibid.* fallit, quando ſpecies datur in ſolutum pro ſpecie, & in caſu dotis. *Boer. d. deciſ. 337. vide Mar. q. 925. par. 2. & ſupra tit. de donat. in ſolut.* ¶ Pignus non reintegratur generalis obligationis vigore, ſi res, in qua ſemel remiſſum eſt pignus, de novo in domino debitoris pervenerit. *Bart. ſingul. 206. & Petr. de Rav. ſing. 597.* ¶ Pignus per novationem extinguitur, niſi fuerit repetitum. *Bartol. ſing. 209* & inducitur liberatio. *Fel. conſ. 20. num. 5.* ſed de cautela hujus novationis. *Amanel. de Clariſaquis ſing. 159.* ¶ Si debitor offerat debitum creditori, & ille ſine cauſa recuſet accipere, extinguitur hypotheca, & debitor poſtea poterit rem alienare. *Petr. de Rav. ſing. 154.* facto tamen depoſito congruo loco, & tempore. *l. 19. ff. de uſuris, & l. fi. C. de luit. pig.* ¶ Pignus extinguitur, quando res pignorata efficitur creditoris. *Bartol. in l. 24. ff. de pign. actio. l. 20. ff. de pign. actio.* ¶ Hypotheca quod ſit, vel non ſit extincta per aditionem hæreditatis, non intereſt data ſimplici aditione ſine inventario, quando agitur contra hæredem; ſecus quando agitur contra tertium habentem rem ab hærede, nam iſte tertius poteſt ſe tueri prioris hæredis hypotheca, quæ hoc caſu non cenſetur extincta per aditionem. *Vinc. de Franc. deciſ. 80.* ¶ Hypotheca ſemel extincta amplius non reviviſcit. *Cravet. conſ. 298. n. 11.* ¶ Stipulatio legatorum extinguitur, ſpe legati extincta, & non tranſit ad eum, ad quem commodum legati tranſit: idem in obligatione pignoris. *l. 28. ff. eod.* ¶ Quando materia in materiatum tranſit pignus extinguitur: nam mutatione rei pignoratæ tollitur pignus. *l. 18. §. ſi quis ff. de pig. act.*

Vel non.

Novatio neceſſaria, quæ fit per litis conteſtationem, non perimit pignus; ſecus in voluntaria novatione niſi conventum ſit, ut pignus repetatur. *l. 11. ff. de pigno. act. & l. 1. C. etiam ab chyrographariam pecuniam. l. 18. & ibid. gloſſ. ff. de novatio.* tamen novatio quæ in effectu non valet, non reprimit jus pignoris, *l. 13. ff. ad Senatuſconſ. Velleja.* ¶ Hypotheca conſtituta per unum ex ſociis in re communi non extinguitur diviſione: nam res tota remanet obligata pro indiviſo, *Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. c. 43. in deciſ. a. diverſa.* & prioritas non perditur per novationem, *ibid.* ¶ Additio, vel detractio qualitatis circa rem non extinguit hypothecam, *l. 16. §. ſi res ff. de pigno.*

Cap. IX. Quando revocetur.

Hypotheca conſtituta in ultima voluntate per teſtatorem, cenſetur revocata per alienationem rei factam ab ipſo teſtatore. *Natt. conſ. 330.*

Cap. X. Creditor: Debitor: quæ facere poſſit: ad quæ teneatur.

Creditor proclamari faciens bona ſui debitoris, etiam quæ ab alio tenebat, quare illi tertio pariat præjudicium, & alienationi hypothecæ teneatur quis ſe opponere, vel proteſtari. *Boer. deciſ. 112. num. 14. 11. & 14.* alias amplius non audiatur *ibid. deciſ. 141.* tamen tertius ille, qui habet jus in re, poteſt poſtea agere offerendo creditori rem proclamari facienti pecuniam debitam. *Boer. d. deciſ. 112. nu. 11.* ¶ Creditor, qui eſt in loco, ubi fit executio præſumitur ſciviſſe de ipſa executione, & miſſione in poſſeſſionem: ideo illi imputatur, ſi non ſe oppoſuerit ipſi executioni, *Cravet. conſ. 148.* & tunc factis proclamationibus, quibus non fuit oppoſitum, amittitur jus pignoris. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. oblig. art. 11. gloſſ. 2. & in tract. de precon. gloſſ. 1. art. 5. num. fin. ibid. fol. 608.* ¶ Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, *Bartol. in l. 5. C. ad Velleja.*

TITULUS DX.

De pignoratitia actione.

Cap. I. Qualis ſit.

Pignoratitia, & hypothecaria quomodo ſe habeant, & in quibus differant. *Bartol. in prima conſtitutione. §. tertii in proœmio. ff. rum.* ¶ Actio pignoratitia eſt bonæ fidei. *§ actionum autem, inſtit. de actio.* ſed quæ veniant in actione bonæ fidei, *per gloſſ. ibid.*

Cap. II. Quando oriatur.

Pignoratitia directa (quæ datur debitori contra creditorem) oritur pignore tradito, vel ſi alio modo ad creditorem pervenerit. *Bartol. in l. 18. §. ſi tibi ff. de pact.* ¶ Debitor congruo tempore offerendo debitum, vel ſolvendo poteſt facere, ut ſibi actio pignoratitia naſcatur, quæ ante obligationem, aut ſolutionem non competeret. *Oztſ. deciſ. 115.* ¶ Pignoris vendicatio ſemper permittitur, & in antecedens neceſſarium permiſſa eſſe cenſetur debiti oblatio, quæ perambula eſt rei vendicationis, *ibid. num. 8. & lex, nec creditores. C. de pign. act.* declaratur. *ibid. num. 12.* ¶ Exceptio reſtituendo pignus ſoluto debito ineſt contra agentem ad debitum: ideo Judex ex officio poteſt condemnare ad reſtitutionem pignoris ſoluto debito. *Afflict. d. deciſion. 32.*

Cap. III. Quibus competat.

Actio pignoratitia competit pro recuperatione pignorum, & pro habenda ratione fructuum exinde perceptorum, & omnis intereſſe ex cauſa, vel ratione reſolvente. *Rot. Genuenſ. deciſ. 4.* ¶ De pignoratitia actione directa, quæ competit debitori ſoluto debito, vel aliter ſatisfacto ad recuperandum pignus, *l. fina. Cod. de luitio. pigno. & contraria*, quæ competit creditori ad compenſas, ſi aliquas fecerit in pignore, per *Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. term. act. num. 155. poſt volumen. Jaſ. de act.* ¶ Actio pignoratitia competit debitori etiam habenti exceptioni peremptoriam, ut in debitore, quid dedit pignus propter pecuniam confeſſam, & non receptam. *Bartol. in l. 1. §. nam interdict. C. de non num. pecun.* ¶ Actio pignoratitia quando naſcatur, & ex quo tempore currat præſcriptio, *gloſſ. in §. ad hæc. l. 1. C. de annali exceptione.* ¶ Res empta ex ſuperfluo pretii pignoris à credi-

creditore venditi, non acquiritur debitori; ſed ad reſiduum habet pignoratitia in actionem. *l. fin. C. de diſtract. pigno.* ¶ Contra fidejuſſorem, qui pignora à creditore percepit, agitur actione mandati non pignoratitia, *l. 2. ff. de pigno.*

Vel non.

Pignoratitia actio eſt perſonalis, *Bartol. in l. 18. C. de jure fiſci. num. 4. lib. 10.* ¶ Obligatus rem alienam ſcienti, non tenetur pignoratitia contraria, & quare. *Bartol. in l. 42. num. 6. ff. de uſucapio*, ſecus ſi ignoranti. *l. 6. C. ſi aliena res pignori dat. ſit.*

Cap. IV. Creditor: quæ facere poſſit: ad quæ teneatur.

Creditor quando poſſit referre quæſtionem dominii per *Bartol. in l. 15. ff. commodati.*

Ad quæ teneatur.

Creditor pignus recipiens obligatur re, & ad idem reſtituendum tenetur, ſoluto debito. *l. 1. §. creditor. ff. de actio. & obligat.* ¶ Ceſſante cauſa propter quam pignus eſt datum, pignus debet reddi. *l. 2. C. de pac. pig.* ¶ Creditor, qui poſt ſolutam pecuniam pignus non reddit, furti actione tenetur, *l. 53. ff. de fur.* ¶ Creditor cui pignus ſurreptum eſt, tenetur debitori actione pignoratitia in id, quod plus eſt in pignore. *l. 15. ff. de furtis.* ¶ Si pignore creditor utatur furti tenetur, *l. 56. de furtis.* ¶ Creditor circa detrimentum contingens in pignore apud ſe detento tenetur non ſolum de levi; ſed etiam de leviſſima culpa; ſed an debitor tenetur probare culpam, vel creditor de ſua diligentia per *Menoch. conſ. 18. lib. 2.* & quando ipſe creditor dicatur eſſe in culpa, *ibid.* ¶ Creditor cui rem obligavi, non tamen tradidi; ſi poſtea ad eum pervenerit tenetur pignoratitia, quæ etiam competit pro pignore prætorio, in qua venit dolus & culpa, *Bartol. in l. 33. ff. de dam. infect. l. 15. §. quæri poterit. ff. ut in poſſeſſionem legatorum.* ¶ Creditor ex pignore recepto obligatur re, & tenetur ad reſtitutionem ſoluto debito. *l. 1. §. creditor. ff. de actio. & obligat.* & levem culpam tantum præſtat, § *fin. inſtitut. quib. mod. re contra. oblig.* ubi gloſ. plene de materia. ¶ Pignus conventionale, qui habet ſibi traditum, tenetur reficere, & quid in prætorio, *Bartol. in l. ſi finito. §. ſi quis dam. ff. de dam. infect.* ¶ Creditor ſi reſtituerit pignus debitori, & agat contra fidejuſſorem, an ei obſtet excepoo, *Bartol. in l. 16. §. ſi ex duobus, ff. de fidejuſſo.* ¶ Pignus datum ob pecuniam numerandam, non ſequuta numeratione, qua actione repetatur, *vide gloſſ. in l. 1. C. de non. numer. pecun.*

Vel non.

Creditor ſi argentum pignori datum ſine culpa levi perdiderit, reſtituere id non cogitur, ideo ſi furto fuerit amiſſum non tenetur, ſed de probatione hujus furti, & an evenerit ſine culpa creditoris, vide per eundem *Menoch. conſ. 353 lib. 4.* ¶ Damnum amiſſi pignoris per caſum ad creditorem non ſpectat, *l. 53. ff. de fidejuſ. & mand.* ¶ Si debitor ſolvat creditori, recuperat pignota data fidejuſſori, *l. 26. ff. de pignoribus.*

TITULUS DXI.

De actionibus, & obligationibus in genere.

Generalia.

NEguſantii ſententia circa obligationem rei alienæ. *in ſuo tract. de pign. part. 4. num. 34.* reprobatur. *Joan. Pet. Surd. dec. 157.* ¶ De naturali obligatione, *vide per Bartol. in l. cum quis jus pignorant. C. de juris, & fac. igno.* ¶ De actione perſonali, quæ à noſtris vocatur condictio certi, vel incerti, *vide per Bartol. in l. certi condictio ff. ſi cert. petat.* ¶ De actione, quæ datur contra illum, qui aliquid de domo ſua dejecit, vel effudit, *vide in titul. ff. de his, qui dejecerunt, & infra eod.* ¶ De ipſa actione neg. geſt. *vide ſupra lib. 1. titul. eod.* ¶ De actionibus præjudicialibus, & quot ſint, & quare ita appellentur, *vide ibid. in §. præjudiciales.* ¶ De actionibus vide per *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit. actio, & agere.*

Cap. I. Actio: Obligatio, quæ dicatur.

An actio ſimpliciter pro condictione indebiti ſumatur, *Cujac. lib. 24. obſerv. c. 28.* ¶ An, & cur actiones in rem ſcriptæ dicantur perſonales. *Fachin lib. 11. cap. 60.* affirmat. ¶ Cedere actionem, præſtare, exhibere, & transferre promiſcue uſurpantur, *Franc. Hotom. libr. 6. obſervat. cap. 16.* ¶ Quæ ſint actiones bonæ fidei, vel ſtricti juris, & de natura earum, & quæ ſint differentiæ inter ipſas actiones bonæ fidei & ſtricti juris, *vide plene per Jaſ. in §. actionum. de actio.* ¶ Quæ ſint arbitrariæ, & quare ita appellentur, & de natura ipſarum, *Jaſ. ibid. in §. præterea.* ¶ Quæ ſint directæ actiones, & quæ utiles, & quando directa actio habeat locum, & quando utilis, *vide per Bartol. in l. curator. C. de neg. geſt.* ¶ Actio arbitraria in jure quæ ſit, & actiones ſtricti juris ob accidens arbitrariæ efficiuntur, arbitrium in bonæ fidei actionibus, natura ineſt, officiumque judicis in illis multum poteſt, *Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. q. 3.* ¶ Quot ſint actiones arbitrariæ plene habetur, per eundem *Menoch. q. 4. ibid.* ¶ Actiones perſonales dicuntur illæ quæ proveniunt ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, *Jaſ. de actio. in §. omnium*, & dicuntur perſonales, quia nunquam egrediuntur perſonam obligatam, *Jaſ. ibid.* ¶ Quæ dicantur reales, & quæ mixtæ, & quare ita appellentur, & quæ perſonales in rem ſcriptæ, *vide Jaſ. ibid.* ¶ Verbum, ſuper, importat obligationem, *Afflict. deciſ. 162.* & vide ſupra *tit. de pignoribus*, & agere uno modo, vel alio multum refert. *ibid. n. 8.* ¶ Actiones reales ſunt decem, actiones vero in rem univerſales ſunt quatuor. *gloſſ. in l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* ¶ Quæ ſint actiones perſonales in rem ſcriptæ, *vide gloſſ. in l. 3. §. eſt autem, ff. ad exhibendum.* ¶ Actiones nomine, omne remedium continetur. *gloſſ. in l. 7. ff. de dol. mal.* ¶ Actio verus quando dicatur informata, & informetur, *Bartol. in legem, C. de pact.*

Cap. II. Qualis ſit.

An actiones reales ſint digniores perſonalibus, vel è converſo. *Fach. lib. 11. c. 63.* ait diverſis reſpectibus perſonales eſſe digniores realibus aliis reſpectibus reales perſonalibus. ¶ An utilis actio ei competens, cui donator poſt mortem ejus cui donavit rem reſtitui voluit; ſit actio in perſonam, Idem *lib. 8. c. 88.* affirmat. *l. quoties. C. de donatio. quæ ſub modo.* ¶ In judiciis bonæ fidei ſpectantur ſubtilitates juris. *Cujac. lib. 27. obſ. c. 23.* ¶ An aliquid interſit inter actionem pœnalem, & pœnitentiæ conceptam. *Cujac. lib. 24. obſ. c. 28.* ¶ An injuriarum actio ex lege Cornelia ſit annalis, vel perpetua. *And. Fach. lib. 9. contr. cap. 7.* ¶ Quæ ſit directarum actionom, utilium differentia, *Vaud. libr. 1. q. 42.* ¶ Actio directa, & utilis; an differant in effectu, *Bartol. in l. 49. ff. de neg. geſt.* & ipſam legem. ¶ Actio ſubrogata ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, & aſſumit naturam primordiam. *Bartol. in l. ſi cum. §. qui ff. ſi quis cautionibus*, quando, ad idem ſubrogatur, *idem in l. 14. in repet. ff. de inoffic. teſtam.* tamen actio, quæ accedit actioni æque principaliter non ſapit naturam ejus, ſecus ſi acceſſorie. *Bartol. in l. 28. de legat.* ¶ Si una actio in alterius locum ſuccedat, ejus naturam aſſumit. *l. 1. §. ſi quis. ff. ut legat. ſeu fideicomm. nomine cave.* ¶ Quando una actio devolvitur in aliam, intelligitur devolvi ſecundum ejus materiam primævam, non ſecundum accidentalem. *l. 22. §. cum prædixerimus, ff. de petit. hered.* ¶ Actio ſubſtituta, an habeat vim ejus, in cujus locum ſub-

ſubſtituitur, *vide gloſſ. in l. 39. ff. de jurejur.* ¶ Semper ponderanda eſt natura actionis, & ſicut quælibet planta habet ſuam naturam, ita quælibet actio habet à jure ſibi datam. *l. 13. §. & ibid. gl. ff. de eo, quod met. cau.* ¶ Actionum duo ſunt genera, nam aliæ ſunt nativæ, aliæ dativæ, de quibus, *vide per Caſſan. in conſuet. Burg. att. des droicts. Rub. 4. §. 15. gl. 1.* ¶ Actio utilis proveniens ex directa bonæ fidei, eſt etiam ipſa bonæ fidei, *Bart. in l. 3. C. de transact. n. 3.* ¶ Bona fides eſt de ſubſtantia contractus, ſive obligationis bonæ fidei. *Bartol. in l. 19. C. de transact. num. 8.* ¶ Actionum aliæ ſunt perſonales, aliæ reales, aliæ mixtæ, de quibus omnibus, *vide per Marant. in ſuo Spec. part. 4. titul. an ſit Jud. civil. vel crim. diſt. 3.* ¶ Item aliæ ſunt univerſales, aliæ generales, aliæ particulares, univerſales dicuntur illæ quibus agitur actione univerſali, ut eſt petitio hæreditatis; generales, quibus agitur actione generali, ut eſt actio pro ſocio, & particularis dicitur, qua agitur ad rem particularem, ut eſt rei vendicatio. *Marant. in ſuo Specul. part. 4. titul. an ſit Judic. civil. vel crim. diſtinct. 3. fol. 87.* ¶ Actio judicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam rei, quæ in illa deducitur. *Bart. in l. 1. C. ſi adverſ. transact.* ¶ Actio ad exhibendum eſt perſonalis in rem ſcripta, & actio ex teſtamento eſt ſtricti juris; ſed habet inſtar bonæ fidei. *Bartol. in l. 7. C. ad exhibendum.* ¶ Actio condictionis indebiti eſt perſonalis: ideo datur contra eum, cui ſolvitur, & non contra eum, cui ſolutio profuit. *l. 49. ff. de cond. indeb.* ¶ Actio naturaliter formata inſolidum ex accidenti moderatur, quatenus quis facere poteſt, *l. 2. C. quod cum eo, qui in alien. poteſtat.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Diſpoſitum in principali obligatione, in augmento intelligitur tacite repetitum. *l. 8. C. de jure dot.* ¶ Obligatio, quæ re contrahitur non poteſt trahi, ultra quam pervenerit. *l. ſi tibi. ff. de pact.* ¶ Generalis promiſſio refertur ad ſpecialem poſtea ſubſequutam. *l. 4. ff. de ſtipul. ſerv.* ¶ In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur. *Reg. in omnib. de reg.* ¶ Leges diſponentes actorem non audiri, niſi debitum, vel pretium offerentem intelliguntur, parte opponente. *Ozaſ. deciſ. 160. n. 16.*

Cap. IV. Quæ veniant.

Hæredis bona, an veniant in obligatione facta per defunctum. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 315.* ¶ In generali obligatione non veniunt ea, quæ veriſimiliter ſpecialiter quis non obligaſſet. *Tho. Minad. deciſ. 25. n. 7. Neapol. vide ſupra tit. de pignor.*

Cap. V. Quando oriatur, & quæ pariant actionem.

An ubi ſtipulatio ſequitur poſt numerationem pecuniæ oriatur actio ex ſtipulatione, vel ex numeratione. *Fach. lib. 11. cap. 47.* in mutuo ex ſtipulatione aliis contractibus, ex numeratione ait, an ex tranſactione oriatur actio. *Andr. Fach. libr. 1. contr. cap. 10.* ¶ Ex juramento naſcitur actio in factum. *l. 8. C. de rebus credit.* ¶ Si ex eodem facto oritur civilis, & criminalis actio, una non impeditur per exercitium alterius. *l. 3. C. de l. Aquil.* ¶ Determinata conventio parit actionem, modo determinato. *l. 15. C. de act. emp.* ¶ Obligatio ex contractu mandati parit actionem madati: niſi ex neceſſitate præcedentis contractus mandatum fuiſſet ſubſecutum: quia tunc agitur ex primo contractu. *l. 42. §. ea obl. ff. de procur.* ¶ Obligatio, quandoque oritur extra id, quod agitur. *gloſſ. in §. & ſi furioſi leg. tertia. ff. de nego. geſto.* ¶ Directæ actiones, & contrariæ ex quibus contractibus oriantur, *vide per Bart. in l. 16. §. contraria ff. de commodato.* ¶ In negotio, quod eſt noſtrum, ratihabitione oritur actio. neg. geſt. *l. 9. C. de neg. geſt.* ¶ Idem actus reſpectu diverſarum perſonarum, poteſt parere actiones diverſi generis, *l. 14. C. de neg. geſt.* ¶ Per reſtitutionem actio eliſa roboratur; vel denuo oritur, ſi prima erat ipſo jure ſublata. *leg. 2. C. ſi adverſ. transact. vel diviſ.* ¶ Errore in jure conſecutivo non impedit actionem oriri ex contractu, ſicut nec error in jure, vel in facto antecedente impedit condictionem oriri: quia plerumque id accidit, ut extra id, quod agitur tacita obligatio naſcatur, veluti cum per errorem indebitum ſolvitur. *l. 13. §. ſi libero. ff. eod.* ¶ Obligatio efficax oritur ex promiſſione ſuper præcedenti obligatione, & in vim conſtituti tranſit. *Afflict. deciſ. 117. num. 3.* quod procedit etiam dato, quod præcedens obligatio eſſet efficax. *ib. vide ſupra lib. 1. tit. de conſtituto. & conſtit. pecu.* ¶ Antidotalis obligatio, licet ea ſui natura non ſit potens ad agendum; attamen quando eſt facta promiſſio ex cauſa remunerationis, tunc actionem parit. *Ozaſ. deciſ. 169. n. 12.* ¶ Ubicunque eſt naturalis obligatio ex ea oritur actio, ſi firmetur juramento: quia tale juramentum inducit obligationem de jure Civili, & tollit prohibitionem juris. non obſtante lege non dubium, de legibus cui reſpondetur per *Guid. Pap. q. 190. vide ſupra lib. 1. tit. de juramento contrac.* ¶ Inutilis ſtipulatio ratione perſonæ, formæ, vel impoſſibilitatis, non impedit actionem oriri ex utili numeratione. *l. 9. §. quoniam. ff. ſi cert. pet.* ¶ Ex numeratione oritur obligatio & actio, quando hoc agitur. *Rot. Gen. deciſ. 91. vide ſupra titul. de mutuo.* ¶ Quæ ſint conventiones, quæ pariant actionem, & quæ non, *vide l. juris gentium, ff. de pact.* ¶ Actio in obligationibus in diem ante in diem eſt nata. *Bart. in l. 7. §. ut puta ff. de pact.*

Vel non.

Actio oriri non poteſt ex contractu nullo *Bart. in l. 1. num. 14. C. ex delictis defunctorum.* ¶ Ablativus abſolutus demonſtrat contractum conditionalem, & ex eo (conditione non impleta) nulla oritur actio, ſeu obligatio. *Guid. Pap. q. 15.* ¶ Lex quando reſiſtit actui ab initio, tunc ex eo nulla oritur obligatio civilis, nec naturalis. *Ozaſ. deciſ. 165. num. 17.*

Cap. VI. Quæ attendantur.

In alternativa ſummarum, vel temporum, inſpicitur illud, quod minus eſt in obligatione. *l. 44. §. fin. de legat. 2. & l. 12. ff. de verb. obligat.* ¶ Quoad dandam actionem inſpicitur recipientis intentatio; ſecus in exceptione. *l. 18. ff. ſi cert. pet.* ¶ Quando aliquem eſſe locupletam, eſt cauſa actionis concedendæ, tempus litis conteſtatæ inſpicitur. *l. 39. ff. eod. & l. 57. ff. de ſolut. io. & libera.* ¶ Si in duabus actionibus alibi ſumma major eſt, alibi infamia, præponenda eſt cauſa exiſtimationis. *l. 105. de reg. jur.*

Vel non.

Cauſa in pactis liberatoriis non conſideratur, ſed in pactis obligatoriis, ſic. *Bart. in l. 5. C. de pact.*

Cap. VII. Quæ præſumantur, vel non.

Stipulatio quoque ſolemnis præſumitur per ſolutionem annuam 10. an. *Capic. deciſ. 65. n. 6.* ſi fuerit allegata; alias ſecus. *ibi. n. 9.* & quid operetur ſolutio decennalis, *vide Paul. Aem. deciſ. 166 part. 3.* ¶ Obligatione facta ſuper certa quantitate pecuniæ, poſtmodum, ſi promittatur eadem quantitas diverſo tamen tempore, cenſetur diverſum debitũ & utrũq; peti poteſt, niſi conſtiterit, quod eſſet eadem quantitas. *Franc. Mar. q. 437.* quod procedit ſine dubio, quando adeſſet diverſitas ſummæ, quia tunc præſumitur diverſitas obligationum *ib. num. 4* & familiaritatis iure, vel gratis quod datur, in conſequentiam trahi non debet. *Marc. q. 108. part. 2.* ¶ Ex diuturna præſtatione uſurarum, an præſumatur contracta obligatio ſuper uſuris, & ſuper ſorte, *vide*

vide l.6. & ib. gl. ff. de uſuris. ❡ Annua obligatio pro tempore futuro, quando præſumatur, *vide Gaſp. Cab. millel. 319.* ❡ Ut poſſit agi ex diſpoſitione inter vivos, vel ex ultima voluntate, unus de pariter morientibus, nunquam ſupervixiſſe præſumitur. *l. 7.18. & 19. ff. de reb. dub.*

Cap. VIII. Qui dicantur obligati.

Quando plures ſunt obligati, ſufficit, quod cauſa obligationis finalis reperiatur in uno; nam ſuas radices extendit in omnib. *l. 3. C. de duob. reis ſtip.* ❡ Conſtituta annua penſione ſuper aliquo fundo, fundus non dicitur obligatus, & ſingularis ſucceſſor non poteſt conveniri; quia actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem: limita Primo, favore alimentorum; Secundo in annua penſione anniverſariorum defunctorũ: Tertio, quando præſtatur pro decimis Quarto, vel pro oblationibus: Quinto, aut pro tributo. *Guid. Pap. q. 576. vide Boer. deciſ. 66.* an cenſus ſolutione inducatur obligatio, & an ſolutione tributorum probetur ſubjectio, *vide Franc. Marc. quæſt. 352.*

Cap. IX. Quæ ſint in obligatione.

In alternativa utrunque eſt in obligatione. *Rot. Gen. deciſ. 113. vide ſup. lib. 1. tit. de variationib.* ❡ Si unum eſt in obligatione, aliud in ſolutione, illud petitur, quod eſt in obligatione: ſed ſi utrumque eſt in obligatione, utrumque peti poteſt. *l. 6. §. decem ff. de re jud.*

Cap. X. Quando inducatur.

Quod dicitur per acceptationem literarum induci conſenſum, & obligationem, quando procedat, *Rot. Gen. deciſ. 2. num. 29. & ſup. tit. de conſenſu.* ❡ Præſtatio longi temporis facta ſcienter non confirmat obligationem; ſed præſtatio facta minori tempore decennii, quando inducat obligationem, *vide Bar. in l. 28. C. de pac.* ❡ Præſtatio annua 40. ann. inducit obligationem, & ex ea quis compelli poteſt in futurum ſolvere, allegata tamen cauſa, & contractu, qui præſumitur ex tali præſtatione. *Guid. Pap. q. 407.* ❡ In obligationibus facti poſt moram, ſuccedit obligatio, & actio ad intereſſe. *l. fin. ſi quis in jus vocatus, vide infra titul. de oblig. fact.* ❡ Obligationes; quo jure ſint inductæ, *vide per Bart. in l. 5 ff. de juſt. & jure.*

Vel non.

Obligatio non inducitur ſine conſenſu noſtro: fallit in obligatione legali. *Cruv. conſ 77. n. 6.* ❡ Actus, qui fiunt nullo jure cogente; ſed ex mera ſpontanea voluntate, & facultate non inducunt obligationem. *Meno. de arbit lib. 2. caſ. 160.* ſed qui ſint hi actus, *vide ib.* ❡ Verba enunciativa emiſſa propter aliud, obligationem non inducunt. *l. epiſtola. ff. de pact.* ❡ Ipſa verba enunciativa non inducunt obligationem in contractibus; ſed probationem. *l. 26. §. Titius. ff. depoſiti.* ❡ Verba enunciativa prolata per modum cauſæ, diſpoſitionem inducunt jure exceptionis; non autem actionis. *l. 65. §. 1. & ibi. gl. ff. de rei vend.*

Cap. XI. Quando confundatur, dividatur, vel non.

Debitore, creditori ſuccedente confunditur actio. *l. 4. C. de fideic.* ❡ An creditor, qui plures ex eadem cauſa obligatos habet, rogatur dividere actionem, *vide Cujac. lib. 22. obſ c 5.* ❡ Diviſio contractus inducit diviſionem obligationis. *l. 13. C. locati.* ❡ Sicut inter hæredes dividitur actio; ita inſtantia ſuper actione inchoata. *l. 31 ff. de jud.* ❡ Una actio non debet dividi in plures defenſores; ſecus ſi plures moveantur actiones. *l. 37. ff. de procu.*

Cap. XII. Confirmetur.

Si dominium rei ſuperveniat debitori confirmatur obligatio; ſecus ſi dominus debitori ſuccedat. *l. 41. ff. de pig. act.*

Cap. XIII. Quando acquiratur, vel non.

Quod uni non poteſt acquiri, quæritur alteri, cui potaſt. *l. 7. §. interdum. ff. de ſervo. ſtipul.* ❡ Per procuratorem acquiritur domino utilis actio prætoria ſine ceſſione. *l. 19. §. ſi ff. de dam. infect.* ❡ Actiones reales facilius quæruntur per alterum, quam perſonales. *l. 1. & C. per quas perſon. nob.* ❡ Mandatarius ſubjectus poteſtati mandantis, illi quærit actionem: non ſubjectus, poteſtati mandantis, illi quærit actionem: non ſubjectus, vero ſibi quærit; ſed debet experiri ad petitionem domini. *l. 7. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ❡ Præſentia perſonæ inducit, ut alteri per alterum actio quæratur, ut ſi promittatur procuratori domino præſente. *l. 79. ff. de verb. obligat.* ❡ Poſſeſſio, & dominium acquiruntur per procuratorem, actio perſonalis non, niſi cedatur. *l. 49. §. fin. ff. de acquir. vel amit. poſſeſ.* ❡ Numerando pecuniam noſtram nomine abſentis, & ignorantis, ei, quærimus actionem. *l. 9. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* ❡ Ex pacto appoſito in traditione rei meæ, quæ durat, alteri, quæritur utilis actio. *l. 26. ff. depoſiti.* ❡ Speciale eſt, ut in contractu donationis alteri per alterum quæratur actio. *l. 3. Cod. de don. quæ ſub modo.* ❡ Ex re noſtra, quæritur nobis actio per alium. *l. 68. ff. de procurato.* ❡ Procurator in judicialibus acquirit domino utilem actionem. *Bartol. in leg. 28. ff. de procur.* ❡ Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli, pupillo quæritur utilis actio. *l. 2. Cod. quando ex facto tutoris, vide l. fin. ibidem.* ❡ Actio extincta cedi non poteſt. *l. 1. C. de contrar. judic. tutel.* ❡ Pupillus poteſt ſibi ſtipulari, & acquirere actionem; non eam remittere. *l. 1. Cod. de auct. præſt.*

Vel non.

Ex re pupilli per extraneum non tutorem illi non quæritur, niſi in ſubſidium. *l. 58. ff. de procur.* ❡ Per liberam perſonam non quæritur nobis actio ex ſtipulatione; ſed ex numeratione ſic. *leg. 126. §. Chryſogonus. ff de verb. oblig.* ❡ Ex pacto donationis non quæritur actio extraneo: ſed ipſe donator pacto non ſervato agit ad intereſſe, *l. 22. C. de donat.* ❡ Contra intentionem agentis, & juris prohibitionem, non quæritur actio: ideo pater ſtipulando extraneo nec ſibi, neque extraneo quærit actionem. *l. 26. Cod. de iure dot.* ❡ Per actus, qui fiunt ex gratia, & familiaritate, quis cogi non poteſt, ut perſeveret in liberalitate, licet per triginta annos hoc fecerit. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſeſ. in præfa. num. 169.* nam per actus, qui iure facultatis fiunt, nulla acquiritur obligatio, ut quis cogatur perſeverare in liberalitate. *Rebuff. ibid. numer. 177.* ❡ Ex pacto matris filio non quæritur actio. *l. 4. C. de pactis conventis.* ❡ Actio perſonalis, vel obligatio non poteſt acquiri ſine ceſſione. *l. 1. C. per quas perſon. nobis acq.* ſed quæſita perſonali, ſine ceſſione, ſimiliter quæritur hypothecaria. *l. 2. C. ſi unus ex plurib. hæred.* ❡ Aſcendentibus ex linea materna, per deſcendentes actio non quæritur. *l. debitorem ſub pignore. §. ſi. ff. ad Senatuſc. Trebel.*

Cap. XIV. Contrahatur.

In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamvis actum rei non intelligant: nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt; pupillus vero omnia negotia tutore, auctore, agere poteſt. *l. 5. ff. de reg jur.* ❡ Obligatio civilis conſiſtit hodie inter patrem, & filium. *Bart in l. 4. C. de pactis conventis, & in l. 6. §. illud. C. ad Trebel.* ❡ Quando lex obligationi non aſſiſtit, neque reſiſtit, contrahitur naturalis obligatio, quæ impedit repetitionem indebiti ſoluti, ſed quando lex reſiſtit, impeditur etiam naturalis obligatio, & ſolutum repetitur. *leg. 26. de cond. indeb.* ❡ Obligatio naturalis tantum inter fratres conſiſtit. *l. frater à fratre. ff. de cond. indeb.*

Cap.

Cap. XIV. Actio cui, & contra quem competat, vel non.

Quæ actio ex mortis cauſa donatione competat. *Vand. var. q. lib. 2. q. 13.* ¶ An venditio reſcindatur medico ab infirmo facta, ſi læſio interveniat, ſed non ultra dimidiam, & nunquid venditori læſio citra dimidiam in foro eccleſiaſtico actio detur. *Andr. Fach. libr. ſecundo contr. cap. 25.* ¶ An ſi cui privilegium conceſſum ſit, & non poſſit conveniri à ſuis creditoribus intra quinquennium poſſint conveniri à creditoribus, ex delicto. *Fachin. lib. 11. cap 72.* negat. ¶ An confiſcatis bonis principalis debitoris conveniri poſſit fidejuſſor antequam fiſcus conventus fuerit. *idem capit. 55. lib. 8.* negat. ¶ An is cui plures res ſunt obligatæ à diverſis poſſeſſæ contra unum ex poſſeſſoribus, an vero conveniri omnes debeant pro rata. *Andr. Fachin. lib. 2. contr. cap. 46.* ¶ Subrepta civitati pecunia, quæ actio competat. *Alc. lib. 1. diſp. c. 3.* ¶ An mixtæ actiones competant contra non poſſidentem. *Fach. lib. 11. c. 61.* affirmat. *l. item Labeo. §. ult ff. fam. ercis.* ¶ An ſi gener confeſſus fuerit ſe dotem à ſocero accepiſſe, deinde ſocer ei dotem promittat mortuo marito uxori actio competat contra hæredes ipſius, ut dotem reſtituant, an vero ii cedendo actionem contra ſucceſſores ſoceri liberentur. *Fach. lib. 8. c. 74.* primam partem quæſtionis affirmat. ¶ An actio de dote competat contra omnes hæredes inſolidum. *Fach. lib. 2. c. 51.* negat, ſed contra eum cui injunxit teſtator hoc onus. ¶ Qua actione commodatario cui res commodata ſurrepta eſt ſuccurſum oporteat. *Vand. varia. q. lib. 1. quaſt. 34.* ¶ Quatenus actiones, ex delictis deſcendentes in hæredem dentur. *And. Fach lib. 9. contr. cap. 5.* ¶ An ex prohibitione alienationis à teſtetore facta fideicommiſſo bona ſubjiciente agnatis, ex fideicommiſſo vocatis, actio competat contra fiſcũ, in quem bona ob gravati delictũ tranſlata ſunt non expectata morte natura ipſius gravati. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. capit. 50.* ¶ Quatenus actiones, ex delictis deſcendentes in hæredes dentur. *Andr. Fachin. lib. 9. cont. c. 5.* ¶ An actio de evictione competat emptori, quando litis denunciationem omiſit, ſed tamen conſtat rem defendi non potuiſſe. *And. Fachin. lib 2. contr. capit. 37.* ¶ An filia poſſit agere ex promiſſione dotis marito facta per patrem marito vita functo. *Fachin. lib. 8. cap. 73.* negat. ¶ An excipiens contra teſtes in judicio, quod ſint falſarii improbi, criminoſi, & non probans teneatur actione injuriarum. *And. Fach. lib. 9. cont. c. 13.* ¶ An hæres poſſit conveniri in rem actione intra tempus, quo inventarium conficitur. *Andr. Fach. lib. 6. cont. c. 27.* ¶ An judex teneatur, actione injuriarum, ſi aliquem injuſte in carcerem conjecerit. *And. Fach. lib. 9 contr. c. 57.* ¶ Sitne concedenda actio de evictione emptori adverſus hæredes ejus, qui fundum alienavit, quod ab agnato evictum eſt. *And. Fach. lib. 7. contr. cap. 14.* ¶ De actione fideicommiſſario competente contra tertios poſſeſſores. *Andr. Fachin. lib. quinto, contr. cap. 29.* ¶ Ut adverſus hæredes detur actio, ex contractu, ſi dolus defuncti arguatur. *Franc. Hotom. lib. 1. amicabi. reſponſio.* ¶ An actio doris adventitiæ ſoli filiæ competat, *Vandus, var. quaſtio. lib. 2. quaſt. 31.* ¶ Unus ex pluribus, an conveniatur inſolidum pro dote. *Joan Petr. Surd. deciſion. 90.*

¶ Pro eo, quod quis ſolvit ſponte, & utiliter pro alio, competit actio nego. geſt. directa: ſed ſi ſolverit ex neceſſitate communionis, ſeu cauſativa, competit actio famil. erciſc. vel commun. divid *l 3. C. de nego geſt.*

¶ Auxilium extraordinarium. quando eſt mihi utilius ordinario, illo uti poſſum, & remedium ordinarium non tollit extraordinarium, ſi eſt facti; ſecus quando utrunque eſt juris. *Bart. in l. 3. §. ſi in loco. ff. de ope. novi nunc.* ¶ Illa actio videtur intentata, quæ ex verbis libelli colligi poteſt. *Bart. in l. Gallus §. ſi ejus. ff. de lib. & poſth.* ¶ Actionem duplicem quis poteſt iotentare, quando eſt probabiliter incertus. *Bartol. in l. 1. §. quia Plautianum. ff. de libe. agnoſc.* ¶ Mutuo facto pauperi, de quo filios alimentavit, poteſt agi contra filios, qui habent bona materna. *Bartol. in l. 49. ff. de condict. indeb.*

¶ Agendi jus, quando ex lege competit, utrum ſi actio, vel officium judicis, *vide Bartol. in l. unica. ff. de condict. ex l.* & quando oritur actio ex diſpoſitione legis, utrum ſit condictio ex lege, vel alia actione, *vide Bart. in l. 49. ff. de cond. indeb.* ¶ Melius eſt habere actiones directas, quam utiles. *l. 43. §. ſi procurator. ff. de procurato.* tamen utilis præfertur directæ. *l. procuratore. ff. de pact.* ¶ Negotium non meo nomine geſtum in ſubſidium, re perempta, vel præſcripta poſſum habere ratum, ut mandati actio concedatur. *l. fi. ff. de nego. geſt.*

¶ Contra eum pro quo quis obligatus eſt, agitur actione neg. geſt. ante ſolutionem. *gl. in l. 29. ff. eod.* ¶ Qui ab alio donum recepit nomine meo, nego. geſt. actione mihi tenetur. *l. 34. §. fi. ff. de neg. geſt.* ¶ Hæredi viri contra uxorem defuncti datur actio neg. geſt. de geſtis conſtante matrimonio. *l. 35 ff. de neg. geſt.* ¶ De actione, quæ datur contra eum, qui ut calumniæ cauſa negotium faceret, pecuniam accepit, *vide in l. 1. & tot. tit. ff. de calumn.* ¶ Actio legis Aquiliæ competit pro omni damno dato, tam in animalibus viventibus, quam aliis rebus. *C. ad leg. Aquil. per totum.* ¶ Ex pacto appoſito per alium in contractu commodati vel depoſiti rei meæ, datur mihi utilis actio: ſed ſi tanquam hæres paciſcentis agam, datur directa. *l. 8. C. ad exhibendum.*

¶ Quis agere poteſt per procuratorem, *gl. in l. 1. ff de procur.* ¶ Si filiusfa. qui patris, vel propria voluntate contraxit, ab hæreditate patris ſe abſtinuerit, in quantum facere poteſt convenitur, vel conveniri debet. *l 2. C. quod cum eo.* ¶ Ubi deeſt dolus, & ſubeſt culpa, competit actio in factum. *d. l. 7. §. item labeo. ff. de dol. mal.* ¶ Quando ex delicto agitur civiliter actione famoſa, debent particulariter omnia deſignari, ſicut quando quis criminaliter accuſatur. *l. 17. ff. de dol. mal.*

¶ Actio datur ad id, quod eſt in obligatione, ex qua deſcendit actio. *Bartol. in l. virum. ff. ſi cert. pet.* ¶ Si mulier alienam obligationem in ſe tranſtulit animo novandi, creditoti contra debitorem reſtituitur utilis actio prima. *l. 16. C. ad Senatuſc. Velleja.* ¶ Qui retinet ea, quæ ſunt juris gentium, ex contractibus juris gentium habet actionem, *l. 22 §. is cujus, ff. mandati.* ¶ Qui obligavit pro alio pignus, vel ſe, poteſt agere antequam ſolvat, ut liberetur in caſibꝰ, *de quibus in l. 38. ff. mandati.*

¶ Agitur ex ſcriptura declarata, non ex declarante. *leg. 77. ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Si legatarius gravatur ſolvere creditori defuncti, hæres, & fidejuſſor agere poſſunt; non creditor. *l. 51. §. ſi Titio. de legat. 1.* ¶ Si una cauſa veniat ad implementum alterius, agitut ex implemento, & non ex implente, & in mutuo quando ſequitur ſtipulatio de reſtituendo: quia tunc non ex numeratione agimus, ſed ex ſtipulatione. *l. 6. §. fin. & l. 7. ff. de nova. & delegat.* ¶ Sine actione nemo experitur, quod pulchre exornatur *per Crav. conſ. 191. Guid. Pap. ſing. 385.* quod dictum probatur, *per l. 6 § fin ff. de neg. geſt.* ſed qualiter opponatur contra actorem per reum, *vide Rot. Gen. deciſ. 14. num. 30.* quid, ſi non fuerit oppoſitum, *vide Crav. conſ. 191.* & ſit lata ſententia, *vide ibid.* ¶ Regula eſt, quem non admitti ad agendum ſine actione, quæ Reg. limitatur quinque in caſib. de quib. *vide per Math. Matheſ. ſing. 7.* & ibi io additio. & *per Bart. in l. 40. n. 7. C. de tranſact.* ¶ Qui emit à non domino, vel aliter ex juſto titulo nactus fuerit poſſeſſionem, ſi poſtea cadat ab ea, habet actionem publicianam. *tot. tit. ff. de publiciana. vide infra eod.* ¶ Agitur actione ex contractu ad eum reſcindendum. *l. 41. §. ſi colono. ff. de uſufr.* ¶ Agi de præ-

ſenti

ſenti, quando poſſit pro tempore futuro, *vide Bart. in l. 2. C. de fideicom.* ¶ An quis agere poſſit ex teſtamento, quod impugnavit, *vide Dec. conſ. 318.* ¶ Si res, pro qua ſolvi æſtimationem ei, à quo cauſam habeo, ad eum redeat, poteſt agi actione ex eo contractu, vel condictione ſine cauſa ad rem ſolutam. *l. 2. ff. de cond. ſine cau.* ¶ Ille, cui legatur nomen debitoris habent utilem actionem ſuo nomine; non autem directam, niſi mandata, vel ceſſa. *gloſſ. in l. 18. C. de legat.* ¶ Actio utilis datur quinque in caſibus ſine ceſſione. *gl. ibi.* ¶ Actionem perſonalem habens ad rem, quando agat de pretio in ſubſidium, re perempa, *vide Bart. in l. 3. C. de rei vendic.* ¶ Quando obſtaculum eſt in medio, prius debet agi ad remotionem obſtaculi, quam ulterius procedat. *l. 6. ff. ad exhib.* ¶ Si ille, qui alium, ut principalem defendit non eſt ſolvendo, in alium actio reſtituitur, qui vere erat debitor. *l. 19. ff. de interrog. actio.* ¶ De actione, quæ datur contra menſorem, qui fallum modum renunciavit, *vide in tit. ff. ſi emenſor fal. mod. dix. & ſupra lib. 1. eod. tit.* ¶ Actionea contrariæ quandoque dantur ad idem. *l. 1. & ib. gl. C. de donatio. quæ ſub modo.* ¶ Quoties deficit actio, vel exceptio, utilis actio, vel exceptio danda eſt. *l. 23 ff. de præſcr. verb.* ¶ Actio per litis conteſtationem diviſa reintegrari non poteſt. *l. 16. C. de fidejuſ. & manda.* ¶ Si res credita filio verſa ſit in rem patris, vel negotium paternum, in ipſum patrem datur actio, quæ vocatur de in rem verſo. *l. 1. & tot. tit. ff. de in rem verſo.* ¶ Qui ſuccumbit per actionem ineptam, recurrit ad aptam. *l. 11. §. item ſi plures. ff. de inſt. act.* ¶ Actio condictionia triticariæ locũ habet pro omni re (excepta pecunia numerata) ſive certũ ſive incertum, aut dominium, ſive poſſeſſio petatur. *l. 1. ff. de condict. tritic.* ¶ Actionea quædam dantur ad ſimplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, & quædam ad quadruplum; ſed an ultra extendi poſſint, *vide Jaſ. de actio. in §. omnes autem.* ¶ Debitor debitoris, quando promiſit ſolvere, & ſuſcepit onus ſolvendi certis creditoribus ipſius debitoris, poteſt de directo conveniri, virtute ſuæ promiſſionia ab ipſis creditorib. *Vinc. de Franc. deciſ. 273. par. 2.* ¶ Actio acquirenti datur, non ei, cujus contemplatione acquiritur. *Vinc. de Fran. deciſ. 33. num. 3.* ¶ Agi poteſt ex delicto civiliter, & criminaliter, nempe civiliter ad intereſſe, & criminaliter ad pœnam. *Mann. in ſuo Spe. de ordine judi. par. 4. diſt. 1.* agere civiliter quando dicatur, & quando criminaliter, *vide Jaſ. de actio. § ſupereſt. n. 80.* ¶ Perſonalis actio non requiritur ad debitorem debitoris. *l. 15. C. ſi cert. pet.* ¶ Actio perſonalis contra obligatum dirigitur, realis contra poſſeſſorem. *l. 2. C. ſi unus ex pluribus hæredibus.* ¶ Promittens ſe obligaturum ad decem, poterit ſtatim ad decem conveniri abſque alia obligatione, cauſa evitandi circuitum. *Gram. deciſ. 103. num. 19.* ¶ Creditor in diem ante diem agere poteſt, ut die adveniente ſolvere debitor condemnetur. *Ozaſ. deciſ. 103.* & ſequuta ruptura, ſeu decoctione, creditorea agere poſſunt ante diem. *Rot. Genu. deciſ. 107.* ¶ Actio poteſt hodie dari ex contractu dudum inito. *l. 3. & ibi. gl. C. de rer. perm.* ¶ Actio in factum in multis habet locum *gl. ibi.* ¶ Poteſt quis agere ſine actione, cum ſperatur oriri in litia conteſtatione. *l. 9. ff. de verb. obl.* ¶ Sua actione, non autem aliena quiſque uti debet, quia de ſuo, non autem de alieno jure quemcunque agere oportet. *l. 5. ff. ſi uſu. pet. vel ad alium.* ¶ Actio de pauperie competit, ſi animal nocuit, non culpa hominis, & contra naturam ſui generis. ſed ſi culpa hominia habet locum actio legia aquiliæ, ſi autem ſecundum naturalem feritatem ſine culpa hominis, omnis actio ceſſat. *l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem, vide infra eod. tit.*

Vel non.

Reſtituere qui tenetur agere non poteſt, niſi opponente parte offerat, & debitum petere non poteſt, qui quod debet facere differt. *Afflict. deciſ. 220. num. 4. vide ſupra tit. de præſcriptis verbis.* ¶ Actio perſonalis domino non competit pro re ſua, niſi contra furem odio ipſius. *Jaſ. de actio. in §. ſic itaque. inſtit. de actio. num. 2. & 40.* ¶ Actio famoſa non datur contra patrem, ſed loco illius datur actio in factum. *gloſſ. in l. 5. C. de dolo malo.* ¶ Actiones Præſidi, vel ejus familiæ competentes, non poſſunt intentari efficaciter durante officio, quod procedit in contractibus, ſecus in delictis. *l. 16. ff. de offic. Præſid.* ¶ Privatus etiam debitor fiſci, non poteſt impetrare, ut debitores ſui ſummatim exigantur. *vide Bart. in l. 4. C. de conven. fiſci debit. lib. 10.* ¶ Quod ſemel reprobavi poſtea approbare non poſſum ad actionem conſequendam. *l. 62. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Nemo alieno nomine agere poteſt. *Reg. 166.* ¶ Alterius deceptio alii non præbet actionem. *leg. 50. de reg. jur.* ¶ Cui denegatur defenſio, multo magis denegatur actio. *l. 23. C. de tranſact.* ¶ Si collega erat ſolvendo tempore depoſiti officii alter collega non poteſt conveniri, nec ejus hæres. *l. 3. C. de probatio.* ¶ Invitus nemo cogitur ſe defendere, & cui damus actionem, multo magis eidem exceptionem competere dicimus. *Reg. 198. ibi.* ¶ Minus eſt actionem habere, quam rem. *Reg. 202. ff. de Reg. jur.* ¶ Qui ordinariam habet actionem non debet recurre ad extraordinariam. *l. non cogendum ff. de procurat.* ¶ Carcer eſt juſtus metus, ideo obligatio facta in carcere nullius eſt momenti. *l. 22. ff. de eo, quod metus cauſa.* ¶ Nemo invitus agere, vel accuſare cogitur, *tot. tit. C. ut nemo invitus, & ſupra lib. 1. eod. titul.* ¶ Ille nullam videtur actionem habere cui propter inopiam adverſarii inania actio eſt. *l. 6 ff. de dol. mal.*

Cap. XV. Qui conveniri poſſit, vel non.

Qui opus cœptum in ſuo ad mei utilitatem non permittit perficere, actione de dolo tenetur. *leg. 35. ff. de dol. mal.* ¶ Quod conveniatur author, non procedit in judicio reali. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 174.* ¶ Pupillus an conveniatur ex contractu tutoris. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 297.*

Cap. XVI. Condictio: officium judicis, quando competat, vel non.

Quando per legem civilem inducitur obligatio immediate, nec exprimitur actio, condictione ex lege agitur. *l. 1. ff. de condict. ex leg.* ¶ Certi condictio competit ex omni cauſa, ex qua certum petitur, ſive ex cõtractu vel quaſi, ſive ex quocunq; maleficio, vel quaſi *l. certi condict. ff. ſi cer. pe.* ¶ Cõdictio ob cauſam ut competat, eſt neceſſe, quod agens perfecte contractum impleverit. *Bart. in l. 5. ff. de cond. cau. dat. num. 18.* ¶ Ex æquitate cauſa vitandi circuitus datur condictio ei, cum quo negotium non eſt geſtum. *l. 31. §. ſervum. ff. ſi cer. pet.* ¶ Si res mea ad te pervenerit ſine juſta cauſa, eam certi condictione, vel ſine cauſa condicere poſſum. *l. 32. eo ſi deſinat* mihi adverſus alium eſſe conſultum. *l. ſi. §. tutor. ff. de condi. indeb.* ¶ De actione, quæ datur ex juramento, à parte parti delato, *vide per tot. titul. ff. & C. de jurejur.* ¶ Condicere poſſum rem meam, quæ eſt penes aliquem ſine cauſa. *Bart. in l. 31. ff. de actio. empt.*

Officium judicis.

Deſtituto exceptione ſubvenitur officio Judicis, ſi æquum viſum fuerit. *Guid. Pap. q. 292. vide ſupra lib. 1. tit. de offi. Judi.* ¶ Idem quando deficit actio, & æquitas inde reſultat, *idem Guid. q. 362.*

Cap. XVII. Qui, & Quæ obligentur, vel non.

Filius præſens ſolutioni dotis, an obligatur cum patre. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 47.* ¶ Literæ credentiæ quando obligent maxime, quando mittuntur per ſervitorem,

vide

vide Boer deciſ.282. & epiſtola miſſa, quando obliget mittentem, *vide Boer.deciſ.333. num.9.* & probat contra ipſum. *Rot. Gen. deciſ.14. num. 28.* ¶ Cambii literæ, ſi ante pecuniarum exactionem amittantur, an ſit locus repetitioni à priori numulario; & quid, ſi ille, cui ſcribitur medio tempore effectus eſt non idoneus. *vide Benint. deciſ.58. & ſupra tit. de nundinis*, ut quis obligetur per epiſtolam oportet, ut tranſmittatur, & non ſufficit, quod ſcripta reperiat penes ſcribentem: quia interim poteſt pœnitere. *Jac. Put.deciſ.114. lib.1.* ¶ Recipiens epiſtolam à ſuo creditore ſcribente de debito, ſibi præjudicat non contradicens & tacite videtur obligationem agnoſcere; ſecus ſi contradixerit quoquo modo, *vide Jo.Pap.lib.10 tit.1.arreſt.4.l.18 ff.ad Maced.* ¶ Patiens rem ſuam obligari, quando videatur conſentire, *vide Bart. in l.5. C. ad Velleja.* ¶ Licet unius conceſſio non transferat jus reale, concedentem tamen obligat perſonaliter, adeo quod non liceat venire contra factum proprium, licet de jure non teneat. *l. 11. & ibid gloſſ. ff. de ſervit. ruſti.præd.* ¶ Pater pro mutuo facto filio quandoque inſolidum obligatur. *l 5. & Cod. ad Senatuſc. Macedo.* ¶ Quando debitor eſt ſuſpectus de fuga, an poſſit captivari, & detineri ad inſtantiam creditoris, *vide per Jaſ. de actio. in §. ſupereſt. numer 80.* ¶ Nunquid filius obligetur ex facto patris, quando pater mutuatus fuit pro alimentis ipſius filii. *vide Jaſ. de actio. in §. actiones autem, n.43.* ¶ Qui ſcribit contractum obligationis rei ſuæ, videtur obligationi conſentire. *l. 26. §. pater. ff. de pig.* ¶ In obligationibus, quæ contrahuntur ſuper reb. inſeparabilib. à perſona non cadit vera obligatio. *l. 4. ff. de novatio. & delegat.* ¶ Papa contrahens uti privatus, tenetur obſervare contractum, & obligatur de jure naturali: idem in Imperatore. *Mohed. deciſ.138.* ¶ Adultus non habens curatorem naturaliter, & civiliter poteſt obligari. *l. 101. ff. de verb. obl.* ¶ Poteſt maritus ſe obligare ad pœnam uxori, ſi terruerit concubinam. *l.121. § mulier. ff. de verbo. obl.* ¶ Pupillus quando, & quibus cauſis obligetur, *vide per Bartol. in l. obligari. ff. de auct. & conſen. tut. & curat.*

Vel non.

Pupillus non obligatur facto ſuo, niſi quatenus eſt factus locupletior. *l.66.ff.de ſolut.& liber.* ¶ Sola diuturna præſtatio abſque cauſa, & ſine obligatione introducta, non obligat ſolventem. *Ozaſ. deciſ.99.n.15. l.ſi certis.C.de pact. vide Jaſ.de actio.in §.præjudiciales.n.56.Rebuff.in ſuis comment. tr de remedis poſſeſſ. in præfa.n.169 Caſſan.in conſuet.Burg.des cenſes Rub.11. §.2 gl.1. Bart.in l.7.C.de uſuris in l.6. §. non.ff.de offic. Proconſul. & in l. 6. ff. de uſur. Abb. conſ 9.* quia actus noſtri voluntarii non extenduntur, niſi quatenus de neceſſitate inferunt. *Ozaſ.d.deciſ.99. n.16.* tamen ex diuturna præſtatione, in dubio præſumitur animus ſe obligandi. *ibid.n.19.* & favore Religionis ipſa diuturna præſtatio inducit obligationem efficacem. *Ozaſ.d.deciſ.99 n.44. vide l.privilegia. C.de Sacroſanct. Eccl.* obligatio etiam ſpatio decem annor. præſumitur. *Capi. deciſ.52.* ¶ Nuntius, ſeu nudus miniſter ex contractu nullatenus obligatur, & utrum ſit nudus miniſter cognoſcitur ex cauſa, *vide l.4.C.quod cum eo.* ¶ Res quæ prohibetur alienari, & obligari prohibetur. *l.fin.Cod.de reb.alienis non alien.* ¶ Subſcribens ſe inſtrumento, quod non legit, putans contineri quod mandaverit, vel quod ſibi perſuaſum extiterat, cum aliud contineret, non obligat. *l.fi.C.plus valere.* ¶ Literæ commendatoriæ, & familiares non cenſentur emiſſæ animo obligandi; ſed ſimpliciter commendandi. *l fi.C. quod cum eo.* ¶ Pupillus tutori, ipſo tutore auctorizante non poteſt obligari naturaliter, niſi quatenus factus eſt locupletior, ſed cum auctoritate alterius tutoris poterit. *l.5.ff. de auctо. & conſen. tut. & curat.* ¶ Pupillus in contractu ultro citroque obligatorio, ſine auctoritate tutoris non obligatur; ſed alium ſibi obligat. *§.pupillus. d. l.5.*

Cap. XVIII. Qui liberentur, vel non.

Obligatus ad genus tradendo rem minimam liberatur. *Ozaſ.deciſ.96.* & in obligationibus generis electio eſt debitoris, *vide Jaſ.de act.in§.præterea.n.15.* ¶ Qui ſine adjectione bonitatis promittunt granum, vinum, vel oleum, quodlibet dando liberantur; ſecus in mutuo, in quo bonum debet ejuſdem generis, *Guid.Pap. ſing. 294.* ¶ Qui habet actionem ad utilitatem alterius, ad ejus petitionem debitorem cogitur liberare. *l. pen ff. de neg. geſt.* ¶ Dies adjecta limitandæ obligationis cauſa, non liberat debitorem exiſtentem in mora. *l.59 §.ille.ff.mand.*

Cap XIX Actio, quando cumulari poſſit.

Actio civilis, & criminalis, an, & quando ſimul cumulari poſſint *And.Fach.lib.9.contr.c.2.* ¶ Quando ſunt plures actiones, quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio. *l.78.§.variis ff.de verb.obl.* ¶ Actiones duæ ad eandem rem competentes, quæ non ſunt contrariæ, nec electione tolluntur, poſſunt ſimul cumulari. *Bart. in leg. 56. §. qui ſervum. ibi. vide ſupra lib. 1. de cumulatione.* ¶ Quando in una perſona concurrunt plura jura, perinde eſt, ac ſi concurrerent in perſona plurium, *l. 22. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Ubi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. *l.27.ff.ad l.Aquil.*

Vel non.

Quoties concurrunt plures actiones ejuſdem rei, una tamen quis experiri debet. *l.44.§.fi.de regul.jur.* ¶ Ille, cui ad idem competunt duæ actiones, debet exprimere quam intentat. *l.93. ff.de ſolutio. & liberatio.*

Cap. XX. Qui eligere poſſit.

Ex pluribus actionibus ea videtur electa, ſuper qua lis conteſtata eſt; non quæ in ipſa libelli oblatione expreſſa videtur. *l.15 ff rem rat. habe. & in additio.* ¶ Actor unam ex pluribus actionib ſibi contrariis neceſſario eligit, nec poſtea variat; ſed electione ſibi præjudicat. *l. 1.C. de furtis.* ¶ Quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere unam, nec poterit poſtea redire ad aliam; ſecus ſi plures actiones competunt ad diverſa. *l.9.§ eligere. ff. de tribut. act.* ¶ Actiones duæ quando ſunt, quæ non contradicunt origine ad invicem, ſed in exercitio, quis debet unam eligere, & judicia contraris tolluntur electione. *Bart.in l.1. C.de furtis.*

Cap.XXI. Quæ præferantur.

An ſemper actio criminalis civili actioni præferatur, *Cujac. lib.20.obſ c 25.* ¶ Si concurrant, ille, qui habet directas actiones, & ille qui habet utiles, quis præferatur, *vide Bart.in l.3.C. de novatio. & delegatio.* & actio utilis, quando præferatur directæ, & econtra, *vide Bart. in l 55. ff. de novat. & deleg.*

Cap.XXII. *Quæ repeti, reſtituenda ſint.*

Pecuniam redactam ex venditione rei meæ à te facta, poſſum in ſubſidium repetere, & econtra, ſi ex pecunia mea rem emas, in ſubſidium poſſum ad illam agere; licet mihi obligata non ſit. *Lud. Rom. ſing.612.* ¶ Captus pro repreſaliis contra communitatem, vel ſpecialem perſonam impoſitis, repetit ab eis illud, quod ſolvit. *Hiero.de Mont.in ſuis qu.q 27.vide ſupra tit de repreſal.* ¶ Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant, tenentur actione in factum, de qua actione vide infra, *tit. nautæ, caupones, & ff.de procur.* ¶ Ille, ad quem pervenit pretium rei meæ, ad illud reſtituendum (re perempta) certi condictione tenetur. *l. 23. ff ſi cert.pet.*

Cap.XXIII. *Quæ, in quos tranſeant.*

Compoſito jure controverſia ad judicem transferebatur. *Jac.Revenard.lib.1. de præjud.c 6.* ¶ Onera hæreditaria ſpectant ad hæredes; non autem ad ſucceſſores ſingulares. *l.27 C de jure dot.* ¶ Contractus fictus tranſit in hæredes; ſicut verus. *l.1.§ maneat.C.de rei uxo.act.* ¶ Ex venditione nominis tranſit utilis, & etiam exercitium

tium directæ, ſi cedatur tam ad debitum, quam ad pignora. *l. 8. C. de hered. vel act. vend.* ¶ Sicut poteſt vendi actio perſonalis, ita poteſt realis, & utroque caſu transfertur utilia actio. *l. ſi. C. de her. vel act. vend.* ¶ Obligatio tranſit ad hæredes, etiamſi de hæredib. nihil dictum fuerit. *§. 1. l. 22. ff. de oper. liber.* ¶ Actio perſonalis eſt quandoque ambulatoria de una perſona in aliam. *l 6. §. ſi quis priusquam, ff. de aqu. plv. arc.* ¶ Obligatio annua ſolvendi aliquid alicui, utrum ſit tranſitoria ad hæredem, & contra hæredem, *vide per Capic. deciſ. 203.*

Vel non.

Actio perſonalis non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem; ſed realia ſic. *Afflict. deciſ. 95. Marc. q. 372. Capic. deciſ. 162. n. 7. Crav. conſ. 298.* & non ſequitur fundi poſſeſſorem. *Guid. Pap. q. 576.* ſed limita, *ut ib. vide Affl. deciſ. 162. l. ſi. ff. de contrab. emp.* nec afficit rem. *Gaſp. Cabal. milleloq. 155.* ſed univerſale ſequitur ſucceſſorem. *l. ſi. C. de hered. actio. l. 15. C. de don.* ¶ Qui accipit pignus non idoneum, renunciare non videtur propterea perſonsli actioni. *l. 28. ff. ſi cert. pet.*

Cap. XXIV. *Quando perpetuetur, vel non.*

Annus quando injuriarum actio finitur, quando incipiet. *And. Facb. lib. 9. contr. c. 8.* ¶ Actio ita perpetuatur per modum exceptionis in judicium deductæ, ſicut per modum actionis, & lis ſuper ea conteſtatur. *Bart. in l. 8. § ſi quocunq. ff. de neg. geſt.* ¶ Per liberam perſonam actio habita, vel jus habitum conſervatur. *leg. 72 ff. de procur.* ¶ Actione perſonali, ſublata tempore poteſt durare hypothecaria, *l. 2. C. de luit. pig.* ¶ In actionibus bonæ fidei non videtur res reddita, quæ deterior redditur ideo actio primæva durat. *l. 3. § ſi reddita ff. commodati.* ¶ Actio principalis ſublata, quando remaneat acceſſoria, *Bart. in l 2 ff de minorib.* ¶ Obligatio ſui natura eſt perpetua, & non finitur tempore ipſo jure, (etiam ex partium conventione,) ſed ope exceptionis, quod tribus probatur exemplis in *l. 56. §. qui ita. ff. de verb. obligat.* ¶ Actio ordinaria, quando excludat extraordinariam, & inſtantia perempta, actio remanet perpetua. *Bart. in l. ſi. C. ſi tutor, vel curator inter.* ¶ Omnes actiones, quæ morte, vel tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio ſalvæ permanent, *Reg. 182. de regul. jur.* ¶ Quando uni competunt plura jura uno ſublato, aliud illæſum remanet. *l. 20. ff. de ſerv. urb. præd. & l. 20. ff. de ſerv. ruſtic. præd.* ¶ Condictio ex lege eſt perſonalis, & durat per triginta annos. *Afflict. deciſ. 139.* ¶ Actio perſonalis durat 30. annis. *Bart. in l. 2. C. de conſtit. pecn.* ¶ Actiones omnes, quæ morte, aut tempore pereunt, ſi in judicium ſemel deductæ ſint, ſalvæ permanent, & perpetuantur. *Ozaſ. deciſ. 149. n. 5.*

Cap. XXV. *Qui ſint effectus.*

Convocans homines ad aliquod delictum committendũ, nõ tenetur ex promiſſione, qua promiſit ſibi adjuvantes, & auxiliantes præſtare, & relevare indemnes, ſi eos contingat ad emendam, vel ad aliam pœnam condemnari. *Boer. dec. 54. vide tamen ibi. & ſupra titul. de inutilibus contractibus.* ¶ Cogitur quis adimplere quod ad acta promiſit. *l. 17. ff. de in jus vocan.* ¶ Ex contractu geſto per alium nomine meo, quando teneat, *vide per Bartol. in l. 7. C. quod cum eo.* ¶ Modus adjectus contractui contractum non ſuſpendit, & actione ex eo contractu quis modum impellere cogitur; ſecus in conditione. *l. 41. ff. de contrab. empt.* ¶ Qui agit ex contractu alterius, cenſetur illum ratificare. *l. 67. ff. de fidejuſſ. & mand.* ¶ Actus numerationis non operatur, ut quis obligetur ultra intentionẽ agentis. *l. non omnis, ff. ſi cer. pet.* ¶ Actiones in hæredes tranſitoriæ pœnales, vel non, etſi ab hærede incipiant, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei diminutionem inducunt, ſecus ſi ad hæredes, vel contra hæredes non tranſeant. *l. pœnales, ff. ad l. Falc.* ¶ Actio competens contra eum, ad quem pertinet negotium cura, & ſolicitudine (ut in tutore) non impedit actionem oriri contra eum, ad quem negotium pertinet re ipſa, ut in pupillo, *l. 6. ff. de neg. geſt.* ¶ Obligatio procuratoria non impedit actionem oriri contra dominum. *l. 6. §. item ſi procur. ff. eo.* ¶ Noxales actiones ſequuntur poſſeſſorem, & animal debet dari pro noxa vivum, & ratione mendacii perditur beneficium, ſi quadrupes pauperiem. *l. 1. §. & eum.* ¶ Obligatio non impedit obligationem, *l. 13. C. de don. int. virum, & uxor.* ¶ Actio competens adverſus unum, impedit actionem de dolo adverſus alium, ſi tamen ille eſt ſolvendo. *l. 2. & ſeq ff. de dol. mal.* ¶ In obligatione alternativa pactum de altero non petendo totam obligationem elidit, ſecus in obligationibus generis, ſi eſt electio creditoris. *l. ſi unus, §. ſed ſi ſtipulatus, ff de pact.* ¶ Illi qui alio jure venit, quam eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt id quod habet. *l. ſi filius, ff. de bonis liber.* ¶ Pactum factum ab eo, cui competunt utiles, præjudicat ei, cui competunt directæ. *l. 17. ff de pact.* ¶ Cauſa nova ſuperveniente recedere licet à qualibet diſpoſitione. *Dec. conſ. 335.* ¶ Cum tractatur de obligatione inducenda, ſi non valet, quod ago, ut ago, nec valebit, ut valere poteſt. *l. 1. §. eum qui, ff. de conſt. pecu.* ¶ Neceſſitas vera, vel putativa impedit actionem mandati, non autem neg. geſt. *l. 20. §. ſi labeo, ff. eod.* ¶ Notarii, aut partis ſtipulatione, & acceptatione intercedente, jus acquiſitum irrevocabiliter dicitur, *Ozaſ. deciſ. Pedem. 85. num. 9. vide ſupra titul. de verbo. obligat.*

Cap. XXVI. *Qua valeant.*

Si obligatio eſt licita in origine, eſt ſimpliciter licita in actis conſecutivis. *l. 3. C. ad Senatuſc. Maced.* ¶ In actionibus bonæ fidei tantum valet officium judicis, quantum ſtipulatio in ſtricti juris Judiciis. *l. quia tantundem ff. de nego. geſt.* ¶ Si maritus obliget res uxoris aſſerendo eas proprias uxore præſente, & doloſe tacente, tenet obligatio. *l. 5. Cod. ad Vellej.* ¶ Promiſſio facta ex certa ſcientia de eo, ad quod quis non tenetur; valet, *Afflict. deciſ. 177. n. 4.* ¶ Medio, ſeu chyrurgo, an liceat ab infirmo recipere promiſſionem pecuniæ pro curatione, & an talis promiſſio valeat, *Afflict. deciſ. 123.*

Vel non.

Si nomen uxoris ſimulate eſt appoſitum in inſtrumento loco viri, obligatio eſt ipſo jure nulla. *l. 17. C. ad Senatuſc. Velleja.* ¶ Promiſſio facta contemplatione alicujus certi emolumenti, ipſo ceſſante non tenet. *§. qui teſtamento, de l. 3.*

Cap. XXVII. *Quando tollatur. vel non.*

An res judicata actionem ipſo jure perimere poſſit. *Cujac. lib. 22. obſ. c. 15.* ¶ Actio una, an per aliam tollatur, *vide gl. in §. ſi calcem, l. 27. ff. de Aquil.* ¶ Qui diu ſtat non petendo debitum, actionem remittere non videtur, niſi finita præſcriptione legitima. *l. 8. C. de neg. geſt.* ¶ Actio una, quando tollatur per aliam, in qua plus eſt, & ordinaria, quando concurrat cum extraordinaria. *Bartol. in l. a. §. noviſſime ff. naut. can. & ſtabul.* ¶ Actiones deſcendentes ex maleficiis; ipſo jure tolluntur per pactum, *§. quadam, d. l. ſi tibi.* ¶ Quando competunt alicui plures actiones, quarum una eſt de jure communi, altera de jure ſpeciali, una tollitur per aliam, quatenus in ea plus eſt. *l. 3. §. fin. ff. de procur.* ¶ Duæ obligationes paris potentiæ invicem tolluntur, ut quando alter correus ſuccedit correo, ſed magis potens tollit minus potentem, ut in ſucceſſione rei, & fidejuſſoris. *l. 13. ff. de fidejuſſ. & mand. & l. 93. ff. de ſol.* ¶ Exemptio ſpeciei debitæ de rerum natura, vel communi commercio obligationem perimit, nec reviviſcit impedimento remoto,

remoto, tranſlatio vero in corpus integrale, obligationem non perimit, ideo res ipſa peti debet, & æſtimatio præſtabitur creditori. *l. 98. §. aream, ff. de ſolut. & libe.* ¶ Nunquam actiones præſertim pœnales, alia aliam conſumit. *Reg. 172. de reg. jur.* ¶ Actio perſonalis pro uſufructu competens, tollitur ſpatio longi temporis, ſi uſufructuarius per tale tempus non utator. *l. pen. C. de uſuf. & habit.* ¶ Actio in rem tollitur per pœnalem, & è converſo, quia in pœnali continetur rei perſecutio. *l. 9. §. licet autem, ff. de eo, quod metus cau.* ¶ Legis effectus, & nativitas obligationis, tolli à contrahentibus non poſſunt. *Ozaſ. deciſ. 130. n. 10.*

Vel non.

Perſonales actiones regulariter non tolluntur longi temporis præſcriptione. *l. 5. ff. quib. non objiciat. long. temp. præſcrib.* ¶ Obligationes, quæ cauſam naturalem reſpiciunt, capitis diminutione non pereunt. *l. 8. ff. de cap. diminu.* ¶ Jus quæſitum ex conventione non tollitur, unius partis revocatione, ſecus in mandato. *l. antepe. & fi. ff. de ſol.*

Cap. XXVIII. Quando mutetur, varietur, vel non.

Licet perſona actoris mutetur, non tamen mutatur qualitas actionis reſpectu conventi. *l. 28. ff. ſolut. matr.* ¶ Si variatur conditio perſonæ gerentis, vel cujus negotia ex neceſſitate geruntur, obligationis conditio variatur. *l. 38. ff. de adminiſt. & peric. tut.* ¶ Obligatio non poteſt limitari tempore, *§. & ſi ita, inſt. de verb. obl.* ¶ Cur actio in rem longo tempore acquiratur, & amittatur, non actio in perſonam. *Cujac. lib. 27. obſ. c. 19.*

Cap. XXIX. Quæ deduci poſſint in judicium.

Jus mere de futuro, non poteſt deduci in judicium. *Bart. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quant.*

Cap. XXX. Quæ fieri poſſint pendente judicio.

An in arbitrariis actionibus duæ ſint dicendæ ſententiæ. *Vaſcus Var. q. lib. 1. q. 54.* ¶ Ut debitum ante adminiſtrationem convertatur in actionem, quæ ex adminiſtratione deſcendit, duo concurrere oportet, nempe quod debitor à ſe exigere potuerit, & in hoc verſetur aliqua domini utilitas. *37 ff. de neg. geſt.* ¶ Debitor ſuſpectus poteſt capi, ad inſtantiam creditoris, ſi ſuſpicio ſupervenerit poſt debitum contractum, & de ea ſit data fides Judici, quod fieri poteſt, etiam parte non citata. *Bart. in §. neceſſitatem, Auth. ut Jud. ſine quoquo ſuffragio.* ¶ Quando unum eſt in obligatione, aliud in ſolutione ex diſpoſitione legis, tunc permittitur poteſtas ſolvendi, donec ſuper actione judicati lis fuerit conteſtata. *l. 22. §. item recte ff. de pet. hæred.* ¶ Agens pro uno termino, ſi pendente judicio ante ſententiam evenerit terminus alterius ſummæ debitæ ex eadem cauſa, poteſt proferri condemnatio, etiam pro illo termino, qui nondum evenerat tempore petitionis. *Capel. Thol. q. 30.* & jus ſuperveniens actori pendente judicio an, & quando proſit, *vide Jaſ. de actio. in §. omnium. n. 67.* ¶ Si pendentè judicio actio actoris perimatur abſq; facto ſuo, ſed ex facto rei, pervenitur ad condemnationem, ſi perempta non eſſet. *l. 18. ff. de rei vendic.* ¶ Magiſtratus licet durante officio conveniri non poſſit, poterit tamen eo magiſtratu durante citari, ut poſt perfectum officium competat. *Ozaſ. deciſ. 130. n. 12. vide ſupra lib. 1. tit. de pœna Judicis, &c. & tit. de magiſt. convenien.*

Cap. XXXI. *De reo.*

Intentans remedium legis diffamari. *C. de ingenuis manu.* dicitur originaliter reus. *Ozaſ. deciſ. 151. vide ſupra lib. 1. tit.* ut nemo invitus agere; alias actor regulariter dicitur qui ad judicium provocat. *Ozaſch. deciſ. 151 num. 2. & 8.* & actor, an reus aliquis ſit, quomodo cognoſcatur, *vide ibid n. 5.*

Cap. XXXII. *De Actore.*

Quis in præiudiciis partib. fungi debeat. *Renard. lib. de præjud. c. 3.* ¶ An actor provocari poſſit ad agendum. *Franc. Sarmien. lib. 1. ſelect. interpret. capit. 2.* ¶ Actor qui coactus eſt ſuam intentionem aliter probare quam juramento, & nihil probavit, ſi illud non offerat, neceſſario ſit ſubeundum. *Andr. Fachin. libr. 1. contr. cap. 20.* ¶ Agens ex inſtrumento quas qualitates ſervare debeat, *Boer. deciſ. 23. n. 30. & 31.*

Ad quæ teneatur actor.

In contractibus ultro citroque obligatoriis agens, debet implere ex perſona ſua, nec ſufficit, quod caveat. *Bart. in l. 40. § Terminus ff. de condictio. & demonſtra. num. 15. vide ſupra tit. de præſcriptis verbis.* ¶ Qui agit, ut talis debet docere in primis ſe eſſe talem; alias audiri non debet, & hoc procedit, licet nihil præſtiterit, & qualitatem deducens eam probare debet maxime, quando dicta qualitas eſt cauſa, quod quis admittatur, vel rejiciatur, *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 2 numer. 26* nam ſemper qualitas in qualibet diſpoſitione inprimis, & ante omnia probari debet, *vide ibid. d. deciſ. 2. & de materia.*

Cap. XXXIII. Miſcellanea.

Debitor facere inſtrumentum cogitur creditori de debito, *Gaſp. Cabal. milleloq. 196.* ¶ Extraneus quando poſſit impedire agentem, & opponere exceptionem dominii, *vide Bart. in l. 12. ff. de ſolut. matrim.* ¶ Debitores fiſci exiguntur ſummarie, nec poſſunt ipſi impetrare, ut eodem modo ipſorum debitores exigantur, *l. pen. c. de convenien. fiſ. debit. lib. 10.* ¶ Obligatio ſpecierum dividitur per quotas; obligatio generis, quantitatis dividitur numero. *leg. 29. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignorans conditionis ejus; hæredi autem hoc imputari non poteſt, cum non ſponte cum legatariis contrahat, *Reg. qui cum alio. ff. de reg. jur.* ¶ Aliquid debetur ex urbanitate, quod non debetur obligationis neceſſitate, ut in legato facto ſervo, quod debet præſtari ab hæredibus domini. *l. 5. §. illo C. de neceſſa. ſerv. inſtit.* ¶ Licet propter neceſſitatem aliquid capere liceat; tamen capiens tenetur poſtea ad pretium. *Put. deciſ. 82. libr. 2.* ¶ Damnum, quod provenit ex culpa alterius, ab illo repeti poteſt. *Gramm. deciſ. 3. num. 10.* ¶ Habens promiſſionem ſibi factam de aliquo præſtando, & negans ſibi præſtitum, habet ſuam intentionem fundatam, *Rot. Genu. deciſ. 9. num. 10.*

TITULUS DXII.

De rei vendicatione.

Generalia.

DE actione rei vendicationis, & quæ veniant probanda ad obtinendum in illa, vel publiciana, *vide Afflict. deciſ 40. Joſ. Lud. deciſ. Luc 65. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 42. Jaſ. de actio. in §. omnium, num. 71. inf. tit. de acquir. poſſe.*

Cap I. Rei vendicatio, Quæ dicatur.

Actio in rem dicitur vendicatio, per quam rem noſtram ab alio poſſeſſam petimus, & ſemper datur adverſus eum, qui poſſidet, *l. 24. ff. de actio. & obliga.* ¶ Rei vendicatio duplex eſt, quia alia datur pro re, alia pro fructibus, *gl. in l. 22. §. fructus. tit. de pet. hæred.*

Cap. II. Qualis ſit.

Cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſeſſoris, *l. 169. §. fin. ff. de reg. jur.* ¶ Actio rei vendicationis eſt arbitraria, in qua rem reſtituens liberatur; juſſus vero reſtituere, & Judici non parens; quanti actoris intereſt condemnabitur, de qua actione *vide*

per Menoch. de arbit. lib. 1. q. 5. n. 11. ¶ Rei vendicatio ſit licet ſtricti juris; tamen eſt arbitraria, *Bartol. in l. 1. C. de jud.* & in ea officium Judicis multum operatur, *Bart. in l. 12. ff. de re. judica. §. praterea, inſtitu. de actio.* ¶ In judiciis ex perſona actoris jus metitur. *l. 1. §. is, qui totum. ff. ſi pars hared. pet.*

Cap. III. Qua, & quibus modis intelligatur.

Reſtituere is intelligitur, qui ſimul rem, & cauſam actori reddit, quam ille habiturus eſſet, ſi ſtatim Judici accepti tempore res ei reddita fuiſſet. *l. 35. ff. de verbo. & rer. ſignific. & l. fin. eod.* ¶ Res, intelligitur ſpectare ad eum, cui eſt conſignanda, *Rot. Genu. decif. 153. n. 5.*

Cap. IV. Qui probare debeat, & qua probentur.

Actot vendicans ædificium non cogitur probare ſe ædificaſſe; ſed ſufficit probare ſe ſoli dominum. *Capic. deciſ. 117.* ¶ Quando imploratur officium Judicis pro aliqua re, ſufficit probare poſſeſſionem ante occupationem, *vide Guid. Pap. q. 362.* ¶ Si occupantur bona à me poſſeſſa ſufficit, ut probem meam poſſeſſionem; ſed ſi ab alio poſſidebantur, contra quem ſiebat executio, debet probari dominium. *Bartol. in l. 2. C. ne uxor. pro marito.* ¶ Probans de antiquiori poſſeſſione cum titulo, debet obtinere, *Bart. conſil. 121. vol. 1.* ¶ Identitas bonorum probari non poteſt, niſi teſtes habeant notitiam de antiquis, & modernis confinibus, *Cravet. conſ. 57. num. 7.*

Cap. V. Qua praſumantur.

Olim dominus. an hodie præſumatur dominus. *Jaſ. §. actionum de actio. num. 24.* & quid in poſſeſſione. *ibid.* ¶ Poſſeſſor non tenetur reſtituere rem, quam poſſidet, niſi plene probanti dominium: præſumitur enim poſſeſſor dominus, *Abb. conſil. 62. lib. 2. l. 2. C. de probatio.* ¶ Deferens pecunias præſumitur dominus earum ex ſola delatione, & poſſeſſione, *Cravet. conſ. 269.*

Cap. VI. Qua requirantur.

In actione reali quomodo formetur libellus, & qualiter concludendum, *vide per Mann. in ſuo Spec. part. 4. tit. an ſit judi. civil. vel crimi. diſtin. 3 Abb. in ſua pract. c. 40.* ¶ Rei vendicatione agens quinque neceſſario articulare, & probare debet: Primo, dominium directum, vel utile, de jure gentium, vel civili: Secundo, traditionem rei: Tertio, pretio ſolutionem, vel fidem habitam de pretio: ¶ Quarto, venditorem, vel tradentem fuiſſe dominum rei traditæ: Quinto, adverſariam poſſidere, aut detinere vel dolo deſiiſſe poſſidere. *Boer. Caval. dec. 23. n. 31. part. 2.* ¶ In reo ſufficit, quod ſit in caſu condemnationis tempore ſententiæ; ſed in actore requiritur, quod jus foveat, duobus temporibus, nempe litis conteſtatæ, & tempore ſententiæ, *l. §. ſi quis. ff. ad exhiben.* ¶ In actione reali debet pronunciari rem actoris eſſe, & per neceſſarium antecedens debet in libello peti, quod Judex debeat declarare rem ad actorem pertinere jure dominii; tamen non reprobatur libellus ejus, qui petiit reum condemnari ad rei reſtitutionem, *Bartol. in l. 40. ff. de procurato.* ¶ In rei vendicatione duo extrema requiruntur, nempe ex parte petitoris proprietas, & dominium rei, & ex parte conventi poſſeſſio: tamen quando conventus non poſſidens inſcio actore ſe obtulit liti, debet condemnari ad fructus & expenſas. *Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 2. vide Jaſ. de actio. in omnium, n. 22. 60. 65. & 67. Bart. in l. 1. de alien. mut. Jud. can. fact.*

Cap. VII. Dominium, quibus modis probetur, vel non.

Dominii ad probationem, qui ſe adſtrinxit, ſi probet tantum dominium præſumptum ex poſſeſſione non ſuccumbet. *Marc. de Mant. ſing. 335.* ¶ In caſibus, in quibus agens tenetur probare de dominio, & in quibus dominium eſt difficilis probationis ſatis eſt actori, ſi probet qualitatem rei. *Crav. conſ. 269. n. 6.* ¶ Penſionis ſolutio ad favorem recipientis poſſeſſionem, & dominium probat, *Hier. Mago. deciſ. Luc. 79.* ¶ Dominium probatur ex confeſſione partis (licet non transfertur) niſi confeſſio probetur erronea, *Crav. conſil. 157.* ¶ Ad probandum dominium, vel quaſi, quæ requirantur, *Alex. Raud. tract. de anal. c. 35. Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 3, & arreſt. 17. lib. 9. tit. 1.* ¶ Dominium an ſit per actorem ſufficienter probatum, ſi confines probentur diverſi, *Afflict. deciſ. 23.* ¶ Dominium probatur per ſignificatum, fama illud probat in antiquis. *ibi. numer. 4.* ¶ Dominium plene eſt probandum cum agitur rei vendicatione, *Paul. Aemil. deciſ. 280. part. 1. Boer. deciſ. 42. n. 15. DD. de Rot. dec. 15. de rei vendic. in novis Bor. Caval. deciſ. 23. num. 32. part. 2.*

Vel non.

Dominium per inſtrumentum probare non ſufficit, niſi probetur de jure auctoris, quod habebat tempore contractus. *Franc. Marc. q. 217. Rot. Gen. deciſ. 149. Crav. conſ. 124. 157. & conſ. 293.* nam jus reale non acquiritur ex ſolo contractu, *Pap. lib. 8. tit. 6. arreſt. 9.* dictum limitatur quando traditur inſtrumentum rei venditæ, ſeu donatæ, quando apponitur clauſula conſtituti, & ubi retinetur uſuſfructus in ſitus rei, *Pap. ibi. d. arreſt. 9.* ¶ Titulus non probat dominium, ſed cauſat jus aliquod accipiendi, vel conſequendi, ideo tituli productio in actore non ſufficit, niſi probetur de jure actoris; fallit quando tertius conventus habet titulum ab eodem actore. *Crav. conſ. 57. & Menoch conſ 361. lib 4.* ¶ Fallit etiam, quando ageretur contra venditorem, vel ejus hæredem. *Menoch. d. conſ. 361.* ¶ An præmiſſa procedant in Principe donante, vel concedente, *Cravet. conſ. 293.*

Cap. VIII. Qua, quibus acquirantur.

Titulus ſuperveniens poſſeſſori facit eum quærere dominium ex perſona ejus, à quo habet titulum, *Bart. in l. 28. n. 26. C. de tranſact.* ¶ Per aditionem hæreditatis acquirit hæres dominium rerum hæreditariarũ, etiamſi poſſeſſionem non apprehendat, & eas vendicare poteſt adverſus poſſidentes, *l. 14. C. de jure delib.* ¶ Per præſcriptionem cum bona fide, quæritur jus vendicandi, *vide l. 8. C. de praſcript. 30. vel 40. ann.* tamen præſcriptor malæ fidei quandoque vendicat. *gloſſ. ibi. & §. ſed hac. d. l. 8.*

Cap. IX. Qua tranſeant.

Pœna mendacis dicentis alieno nomine ſe poſſidere eſt, ut privetur ſua poſſeſſione, & transferri debet in actorem. *Afflict. deciſ. 18.* ¶ Ad dominii translationem non requiritur miſſio in poſſeſſionem vacuam: *Boe conſ. 11. num. 10.* ¶ Actiones perſonales non tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem. *Crav. conſ. 298. n. 7. vide ſupra tit. prox. praced.*

Cap. X. Qui vendicare poſſit.

Vendicare poſſum totam rem ratione juris, quod habeo in ipſa re. quando non poſſum uti jure meo, niſi res mea tota relaxetur: *Capic. deciſ. 69.* ¶ Vendicat aliquando non dominus à domino. *§ ſi in alieno, inſtit. de rerum diviſ.* ¶ Qui rem ſibi vult vendicare ratione dominii, poteſt prius ad exhibendum experiri, *l. 1. Cod. ad exhibend.* ¶ An hæres poſſit vendicare fundum proprium alienatum per defunctum, cui ipſe fuit hæres. *Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de jure delib.* ¶ Si quis amiſerit pecunias proprias, & alter ipſas invenerit, quãdo poſſit illas vendicare, *Crav. conſ. 269.*

Cap.

Cap. XI. *Quæ vendicari poſſint, vel non.*

Quando quis agenti non poteſt referre quæſtionem dominii, ſententia non obſtante, poterit rem vendicare contra primum agentem. *Bartol. in l. 15. C. de probatio.* ¶ Adminiſtrator Eccleſiæ, fiſcus, adminiſtratores bonorum Civitatum, & tutores poſſunt vendicare res, per ipſos male alienatas. *Bartol. in l. 3. C. de jure fiſc. libr. 10.* ¶ Res empta ex pecunia mulieris donata viro, poterit vendicare per ipſam mulierem. *l. 56 ff. de don. vir. & uxor.* ¶ Caſtrum poteſt per rei vendicationem vendicari, etiam ſi agatur ſimul ad jura pertinentia ad ipſum caſtrum: ſecus quando quis ſolummodo prætenderet in caſtro aliquod jus, nempe juriſdictionem, vel aliquod jus incorporale; nam eo caſu non competeret rei vendicatio; ſed confeſſoria, quia re ipſa vendicatio non competit pro re incorporali. *Guid. Pap. q. 148.*

Vel non.

Si quis habens prædium proprium receperit illud in emphyteuſim ab Eccleſia, ſi poſtea ille vendiderit prædium Eccleſia non requiſita, quæ propterea vellet vindicare prædium tanquam domina, hoc facere non poteſt: quia nullum erat tranſlatum dominium in eam, *Dec. conſ. 564. n. 6.* ¶ Materia ædificii cedit ſolo; duplum tamen ſolvitur per ædificantem, neque vendicatur, niſi diruto ædificio. *§. cum in ſuo, inſt. de rerum diviſio.* ¶ Locus Religioſus vendicari non poteſt, quia illius nullus eſt dominus, cui ſoli competit rei vendicatio. *l. 4. C. de Relig. & ſumpt. fune.*

Cap. XII. *Actio cui, & contra quem detur, vel non.*

Quando actio in rem utilis detur ſuperficiario, emphyteutæ metum paſſo, & quando detur præjudicialis, & quando militi, vel minori, quorum pecuniis empta ſunt prædia, *Marm. in ſuo Spec. part. 4. tit. an ſit judi. civil. vel crim. diſt. 3. num. 12.* ¶ Actio in rem cui detur, & contra quem, vendicatio cur dicatur, & quare nullam præſupponat obligationem, *Marm. ibid. n. 23.* ¶ A malæ fidei poſſeſſore res condici poteſt; ſicut à fure, *l. 4. §. res pignori. ff. ſi cert. pet.* ¶ Actio perſonalis contra obligatum tantum dirigitur, realis vero contra poſſeſſorem, *l. fin. C. ſi unus ex pluribus.* ¶ Actio in rem datur contra poſſidentem, non contra auctorem ejus, qui non poſſidet, datur tamen contra illum regreſſus de evictione, ſi lis fuerit ſibi denunciata, etſi vult defendere emptor, tenetur ipſum defendere in loco, ubi lis eſt inchoata. *l. 1. C. ubi in rem actio, vide ſupra tit. de denunciatione moleſtiæ.* ¶ Pro re in ſpecie legata, legatarius, & fideicommiſſarius habent rei vendicationem. *l. 1. C. commun. de leg.* ¶ Res vendita per metum poteſt repeti per actionem in rem, & dicitur actio in rem ſcripta, & datur etiam contra tertium poſſeſſorem, pretio rei reſtituto. *Bart. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.* ¶ Habens quotam certam pro indiviſo alicujus rei, vendicatione, & partem ſuam petat, illam ab omnibus poſſidentibus & non ab una tantum petere debet. *Auguſt. Bero. q. 116.* ¶ Actor ſuccumbens in rei vendicatione agit publiciana, *Bart. in l. 2. C. de probatio. infra tit. ſeq.* ¶ Actio in rem poteſt cedi, & ceſſionatio competit utilis actio, *Bart. in l. 9. C. de hered. vel act. vend.* ¶ Actio in rem competit, quando legatur res hæredis, vel legatarii, *Bart. in l. 2. C. commun. de leg.* ¶ Reſtitutio in integrum eſt in rem ſcripta; ideo per eam agitur contra tertium poſſeſſorem, *Bart. in l. 39. ff. de minorib.* ¶ Hæres ſi ſit gravatus vendere Titio, Titius oblato pretio agit rei vendicatione. *Bart. in l. 39. de leg. 3.* ¶ Rei vendicatio datur contra illum, qui dolo deſiit poſſidere poſt litem conteſtatam; ſed ante ſecus, quia tunc datur actio in factum ad intereſſe. *Jaſ. de actio. in §. omnium, num. 79.* *num. 81. & 79.* ¶ Actio in rem, quando detur contra hæredes pro parte, quam poſſident, & rem reſtituere eſt quodam individuum, *Bartol in l. 2. C. de hered. actio.* ¶ Rei vendicatio datur contra nudum detentorem, *Jaſ. de act. §. omnium, num. 1.* ſed quando, *vide num. 101.* & quis ea actione conveniri poſſit, *vide Jaſ. ibid. numer. 104.* ¶ Dominus exiſtens in poſſeſſione rei ſuæ, poteſt agere actione in rem, & petere pronunciari rem ſibi pertinere jure dominii, vel quaſi. *Guid. q. 219.* ¶ An ſi quis ludendo alienam pecuniam amittit, dominus poſſit eam vendicare, *Fachin. lib. 11. c. 5.* negat. ¶ Rei vendicatio fundatur ex dominio: ideo datur contra quemcunque poſſidentem quovis titulo. *Bart. in l. 7. C. de peti. hered.* ¶ Domino mercium datur rei vendicatio, contra eas recipientem inſolutum ſcienter, & ipſis non extantibus, agitur ad pretium. *Afflict. deciſ. 369.* ¶ Ille, cui ſpectant merces (licet directe ad alium) poteſt agere contra tertium, in quem pervenerunt. *Ocaſc. deciſ. 171.* quia res ſine cauſa apud aliquem remanere non debet, & pretium ſuccedit loco rei ibi. ¶ Emptori bonæ fidei, an competat rei vendicatio. *Jaſ. de actio. in §. omnium, num. ſexageſimo ſexto.*

Vel non.

Actio perſonalis domino non competit pro re ſua, ad dandum eam ſibi, niſi contra furem odio furis: nam nemo condicit rem ſuam, niſi à fure. *Ja. de actio. in §. ſic itaq;* ratio, quia dare eſt dominium transferre & quod meum eſt amplius meum fieri non poteſt, *Jaſ. ibid.* tamen quod dicitur ſemel dominum non poſſe amplius meum fieri dominum, quomodo intelligatur, *ibid. n. 16.* ¶ Hæres in realib. judiciis, nec agit, neque convenitur ut hæres, *l. 12. §. hæres. ff. ad exhiben.* ¶ Contra emptorem hæreditatis; bonæ fidei non agitur petitione hæreditatis; ſed agitur rei vendicatione, & hoc caſu fructus non veniunt, niſi expreſſe petantur, *l. 2. C. de peti. hæred.*

Cap. XIII. *Quando intentari poſſit, vel non.*

Actio realis intentatur etiam ad æſtimationem, & continet fructuum rationem. *Marm. in ſuo Spec. part. 4. tit. an ſit jud. civil. vel crim. diſtin. 3. n. 35.* ¶ Jura realia poſſunt intentari contra quemlibet poſſeſſorem, & non ſolum contra eum, à quo quis habet cauſam. *ff. ſi uſufr. pet. §. utrum.* ¶ Actio realis fruſtra intentatur, ſi reus non poſſidet. *ib. n. 29.* & econtra perſonalis non requirit, quod conventus poſſideat, *Marm. ibi n. 30.*

Cap. XIV. *Qui conveniri poſſit, vel non.*

Facta alienatione ratione mutandi judicii, poſſeſſor poteſt conveniri rei vendicatione, quam poſſeſſio parit, & alienator poteſt conveniri ad intereſſe, per actionem in factum, quam parit dolus alienantis. *l. 1. C. de alienatio. muta. jud. cauſ. fact.* ¶ Prædo conventus non poteſt referre quæſtionem dominii. *Bart. in l. 15. ff. de commodato.* & prædo dicitur tenendo rem alienam, non dicendo ex qua cauſa teneat. *Cum. conſ. 87.* ¶ Tutor durante tutela, poteſt à pupillo conveniri rei vendicatione. *Bartol. in l. 3. §. ſi pupillus. ff. de tutel.* ¶ Conventus rei vendicatione, ſi deceſſerit pluribus hæredibus relictis, & unus ſolus poſſideat, an ipſe ſolus convenitur, *per Bart. in l. 2. §. ſed ſi unus. ff. de præto. ſtipulat.*

Vel non.

Qui non poſſidet, neque detinet, licet habeat facultatem rei reſtituendæ, non convenitur rei vendicatione, vel ejus præparatoria: ideo creditor pignoris poſſeſſor; & non debitor convenitur. *l. 16 ff. de uſucapio.* ¶ Tertius poſſeſſor non poteſt moleſtari à ſorore, quæ renunciavit, & ceſſit bona ſua fratri alienanti, etiam reciſſa renunciatione propter læſionem, *Vinc. de Fran. deciſ. 119.*

Cap. XV Exceptia cui non competat.

Non competit exceptio rei judicatæ reo abſoluto, quia non poſſidebat. *c.pe.ex. de exceptio.*

Cap. XVI. Quæ fieri poſſint.

Reſtitutio rei, quæ fit hac actione rei vendica. fit officio Judicis, *Bart. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poſſe.* ¶ Condemnatio ad pretium, & æſtimationem fieri non debet; cum fieri poſſit ad rem. *Afflict. deciſ 23. num.7.* ¶ In odium negantis ſe poſſidere, fit miſſio in poſſeſſionem rei petitæ. *Hipp. ſing. 242. Jaſ. de actio. in §. omnium. num. 91.*

Cap. XVII. Qui condemnari poſſit, vel non.

Si poſſeſſor conventus rei vendicatione deceſſerit ante litem conteſtatam, & poſt ſatiſdationem præſtitam de judicato ſolvendo pluribus hæredibus relictis, & ad unum tantum pervenerit poſſeſſio rei, de qua agebatur, ille ſolus condemnatur ad totius rei reſtitutionem; ſi vero deceſſerit poſt litem conteſtatam, non condemnabitur, niſi pro parte hæreditaria, licet rem inſolidum poſſideat. *l. 2. §. ſed & ſi unus ff. de præto. ſtipula.* ¶ Poſſeſſio ſuperveniens hæredi, parit condemnationem ex inſtantia cœpta cum defuncto. *leg. 8. ff. ad exhibend.* ¶ Poſſeſſor conventus, qui poſtea deſiit poſſidere, an condemnari poſſit ex eadem inſtantia, *Bart. in l. 4. §. Iulianus. ff. de aqua. pluv. arcen.* ¶ Ad hoc, ut ſequatur condemnatio in rei vendicatione reus debet poſſidere tempore litis conteſtatæ, & tempore ſententiæ; ſed ſi tempore litis conteſtatæ poſſidebat, ſi poſt ſine dolo malo deſiit poſſidere, quid juris, *per gl. in c. pen. ex. de except.* ¶ Judex in actione reali rerum condemnat ad reſtitutionem rei cum fructibus, & ſtatim fit executio, niſi reus impediatur reſtituere. *§. & ſi rem, inſtitu. de offic. jud.* ¶ Qui ſe liti obtulit uti poſſeſſor condemnabitur, licet non poſſideat, *l. 48. ff. de pet. hæred.* ¶ Conventus rei vendicatione ad totom fundum, ſi repertus ſit tantum dimidiam poſſidere, ad partem illam dimidiam debet condemnari, & ſententia tenet, *Bartol. in l. 1. ſi adverſus rem judica.*

Vel non.

Licet reus ſumpſiſſet in ſe onus probandi, & ſe arctaſſet ad probandum de jure ſuo, non propterea debet condemnari, niſi actor ex adverſo de jure ſuo probaſſet: melius tamen faceret reus nihil faciendo à principio, donec viderit ſi actor probaverit intentionem ſuam. *Jaſ. §. omnium de actio. n. 111.*

Cap. XVIII. Actor vendicans. Quæ facere poſſit, vel non.

Si quis in ſuo libello dixerit ſe dominum ſeo dominium rei ad ſe ſpectare, licet proprie intelligatur de directo; tamen probando utile obtinebit. *D. Sol. in ſuis comm. in antiq. conſtit. gl. 1. ſuper decret. Rempub. ſeu rub. ipſius. n. 11. fol. 10.* ¶ Actor petens rem debet deſignare & oſtendere: ideo in libello duo ſaltem rei fines petitæ deſignari debent, etſi non ſufficiant, debet res ipſa ad oculum demonſtrari. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tr. de dilatio. art. 2. gloſſ. 2.* de qua demonſtratione, & loci viſitatione, *vide ibid. & c. 2. ex. de libelli obligatione.* ¶ Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos; malæ fidei reſtituit rem cum fructibus, & bona fide detinemus, quando ex juſto titulo rem poſſidemus, malæ fidei contra, quando nos nullam juſtam cauſam poſſidendi habere ſcimus, *§. ſi quis à non domino, & ibi. gloſſ. inſtit. de rer. diviſio.* ¶ Agens rei vendicatione ad rem ſi agat ad partem, debet ipſam petere; ſi ad totum ſufficit ſimpliciter petere, *Bartol. in l. 5. §. qui nunciat. ff. de oper. nov. nunciatio.* ¶ Agens rei vendicatione, ſi dicat rem ad ſe ſpectare jure dominii, videtur deducere directum, & utile dominium; non publicianam, *Bartol. in l. 9. §. eandem. ff. de excep. rei judic.* ſed ſi proponat dominium, vel quaſi videtur proponere directum, & utile, etiam publicianam, *ibid.* ¶ Si debitor agat rei vendicatione contra creditorem, an tunc poſſit referri quæſtio dominii, *Bart. in l. 9. C. de pigno. act.* ¶ Dominus eſſe deſinens in medio litis, ſi iterum fiat dominus, nihilominus obtinebit, *Boer. deciſ. 89.*

Cap. XIX. Ad quæ teneatur, vel non.

Qui vendicat, ut procurator de evictione tenetur, & ideo exceptione repellitur: item qui vendi mandavit rem ſuam ex una cauſa, quam ſuam probat ex alia cauſa, non poterit vendicare, *l. 49. ff. de mandati.* ¶ Poſſeſſor tenetur ad ea, quæ extrinſecus veniunt, & quæ accedunt rei, vel ejus occaſione, *Bart. in l. 26. §. perinde ff. de petit. hæred.* & bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem, quam habet, & etiamſi quid ejus occaſione acceſſit, *l. 25. ff. de petit. hæredit.* ¶ Nullus poſſeſſor compellendus eſt dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, niſi in hæreditatis petitione. *l. pen. Cod. eod.* an quis teneatur dicere titu. ſuæ poſſeſſionis, *vide gloſſ. in cap. 9. ex. de probatio. & Bartol. in l. 12. §. qui pignoris. ff. quibus mod. pign. de hypothe. ſolvat.* ¶ Poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores ſunt pares, & tenentur ut prædones, *l. 28. §. ſi ante litem. ff. eo. vide tamen gloſſ. in l. 25. §. fi. ff. de uſuris.* ¶ A quolibet poſſeſſore omne lucrum aufertur, *l. 31. ff. de petit. hæred.* ¶ Etiam contra civiliter poſſidentem, rei vendicatio poteſt intentari. *l. 67. §. ſi fundus. ff. eod.* ¶ Dominus recuperans merces à tertio non tenetur ſolvere pro eis pecunias ordinatas ab eo, qui merces miſit. *Rot. Genuen. deciſ. 143.* ſed an poſſit retinere res alienas pro credito tertii, *vide ibid. num. 3.* ¶ Actor intentans dominium, & probans de quaſi poſſeſſione alicujus juris, non cadit ab illo jure, & agens rei vendicatione ad fundum allegando ſe dominum, ſi probet de uſufructo, quid juris, *vide per Capic. deciſ. 96.* ¶ Petens multa bona, & probando ſolummodo pro tertia parte debet ſequi condemnatio, pro illa parte probata, *Guid. Pap. q. 27.* ¶ Ipſe debitor poteſt recuperare ejus rem illegitime alienatam, etiamſi debitum non offerat, modo non opponatur: poteſt tamen ad debitum ſolvendum condemnari. *Ozaſ. deciſ. 162. n. 17.*

Vel non.

Agens actione reali non poteſt cogi ad exprimendum certam cauſam, & nominans unam cauſam in reali actione, non videtur omnes deduxiſſe. *Bartol. in l. 14. §. actiones ff. de except. rei judi.* ¶ De cautela pro reo contra actorem, qui male intentaverat actionem rei vendicationis, *vide per Bart. in §. Theſſaurus. inſtit. de rer. diviſ.* ¶ Vendicans non tenetur ad pretium. *l. 16. & ibi. gl. C. de evictio.*

Cap. XX. Quis :. in quibus præferatur.

Ubi neque poſſeſſor, neque petitio habent jus in re, præfertur poſſeſſor propter commodum poſſeſſionis, *l. 5. ff. ſi uſufruct. pet.* ¶ Rei vendicatio ſuper omnes actiones perſonales, & hypothecarias eſt: ideo illa agens debet præferri cunctis aliis creditoribus in re, ad quam agit. *Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crimi. c. 38.* ¶ Quis præferatur ex duobus habentibus titulum ab eodem, *vide gloſſ. in l. fi. C. de Sacroſan. Eccleſ. & ſupra tit de contrah. empt.*

Vel non.

Lex quoties de rei vendic. limitatur primo, quando in contractu adeſt clauſula conſtituti. *Joa. Papon. lib. 8. tit. 6. arreſt. 4.* ¶ Secundo, limitatur retrovenditione, in qua præfertur non ille, cui res fuit prius tradita, ſed ille, qui prius pretium numeravit. *idem Papon. ibid. arreſt. 8.*

Cap.

Cap. XXI. Executio: Quando fieri poſſit, vel non.

Scientia lata contra eum, qui dolo deſiit poſſidere, an executioni mandetur contra eum, in quem eſt dolo poſſeſſio translata. *Jaſ. in §. omnium, numer. 83. & 84.* ¶ Rei vendicatione conventus, ſi alienat lite pendente (etiam ante litem conteſtatam, poſt præſentationem tamen libelli) judicium cum eo finitur, & ſententia mandatur executioni contra quoſcunque poſſeſſores, *Mann. in ſuo Spec. tit. an ſit judi. civil. vel crimi. diſtin. 3. in additio. num. 4. & 5.* ¶ Sententia lata contra poſſeſſorem in rei vendicatione, mandatur executioni contra alium poſſeſſorem quando primus dolo deſiit poſſidere, *Bart. in l. 6. C. ut in poſſeſſionem legatorum.* ¶ Sententia in hac actione lata contra non poſſidentem aſſerentem ſe poſſidere, contra eum mandatur executioni, ſi poſtea reperiretur poſſidere. *Jaſ. de actio. in §. omnium. n. 23.*

Cap. XXII. Qui de actione teneatur.

Qui ſe offert defenſioni rei, quam poſſidet, & deſiſtit, ad intereſſe actione de dolo tenetur, *l. pen. ff. de dol. mal.* ¶ Qui dolo deſiit poſſidere, ut poſſeſſor tenetur, qui liberatur, ſi poſſeſſor liti ſe offerat; ſed ſatiſfactio ejus, qui dolo deſiit poſſidere, non liberat poſſeſſorem, niſi ipſe poſſeſſor haberet regreſſum contra doloſum. *l. 15. §. pen. ff. de pet. hæred.* ¶ Quando deſiit poſſidere, vel dolo non acquiſivit, ut poſſeſſor tenetur ad rem, & ad fructus, & contra eum juratur in litem, *l. 25. §. perinde. ff. de pet. hæred. l. 44. ff. de peculio. Reg. 174 ff. de Reg. juris.* ¶ Ille, qui dolo deſiit poſſidere tenetur etiam, ſi in alium detur regreſſus; ſed uno electo alter liberatur, *l. 24. ff. de noxal. actio.* ſed doloſus poteſt defendi à quolibet poſſeſſore, *ibid. d. l. 48. §. ſi quis dicat.* ¶ Defendere ubicunque quia dicit ſe paratum, ac ſi poſſideret, debet promittere rei reſtitutionem ſub pœna; non intereſſe. *l. 3. & ib. Bart. §. quod ergo ff. de aliena. mutan. jud. cau. fac.*

Cap. XXIII. Qui, & quibus liberetur.

Actore plene non probante intentionem ſuam poſſeſſor debet abſolvi, licet injuſte poſſideat, & conſtet ipſum nullum jus in re habere. *Hiero Mago. deciſ. 38 Luc.* ¶ Condemnatus in reali, liberatur ſola traditione, *Bart. in l. 10. §. ſed & ſi, num. 9. ff. de procurato.* ¶ Poſſeſſoria conditio melior eſt, ideo abſolvendus eſt, æqualibus probationibus concurrentibus. *Dec. conſ. 199. cap. 6. ex. de præſcriptio. & c. 6. ex. de fide inſtrument.* ¶ Denegans reſtituere rem meam, quam habebam venalem, liberatur rem dando, vel verum pretium, *Bartol. in l 9 ff. de actio. rer. amot.* ¶ Reus non poſſidens non dicitur liti ſe offerre, niſi interrogatus reſpondeat ſe poſſidere; ideo tunc etiam ſi perſeveraverit in lite debet abſolvi, actore in expenſis condemnato. *Rol. conſ. 55. vol. e.* ſed hoc caſu Judex unica ſententia poterit reum abſolvere, & declarare actorem (qui plene probaverat de juribus ſuis) dominum, & tunc hæc ſententia poterit exequi contra dictum abſolutum, qui poſtea eam reperitur poſſidere rem. *Rol. ibid.*

Vel non.

Poſſeſſor conventus nominando dominum, cujus nomine aſſerit poſſidere non liberatur, niſi dominum nominet ante litem conteſtatam; ſed quid ſi illum nominet poſt litem conteſtatam. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 54.*

Cap. XXIV. Qui ſint effectus vendicationis.

Debitor vendicans rem ſuam alienatam non ſervatis tenetur ſolvere debitum cum legitimo intereſſe, & recuperare bona, cum fructibus, *Ozaſ. deciſ. 160.* ¶ Rei vendicatione conventus, ſi ſit contumax, quid agendum, *Mann. par. 4. tit. ut infra n 9. & 10. & in ſuo Spec. tit. an ſit judicium civile, vel criminale diſtin. 3. in addit. num. 9. & 10.* & vendicare non poſſit dominus ſoli, ſolarium ſuperius, *vide Mann. ibid. numer. 11.* ¶ Tria tuentur poſſeſſorem, nempe dominium, conſenſus domini, & uſucapio, vel præſcripti, *l. 4. C. de uſucapio. pro empt.* ¶ Rei vendicatione ſi actum ſit contra eum, qui negat ſe poſſidere, qui tamen poſſidet ſi convincatur de mendacio talis poſſeſſio in continenti ab ea eſt auferenda, *Jaſ. de actio. §. omnium, num 86. 91.* ¶ Simplex declaratio abſque ceſſione, per quam quis aſſerit ſe nullum jus habere in tali fundo, non nocet. *Pap. lib. 8. tit. 13. arreſt. 3.* ¶ Illum ſuum dicitur eſſe, quod poteſt vendicari, *l. 2. §. argento. ff. de auro, & argen. lega.*

Cap. XXV. Nominatio: Qui ſint effectus nominationis.

Conventus actione reali nominando dominum in judicio, ſi habeat aliquod jus in re non evitat per hanc nominationem judicium, etiamſi ſuper tota re ſimpliciter, & in ſolidum conveniatur; ſed quando per domini nominationem conventus evitet judicium, *vide Mynſing. obſervat 58. cent. 2.* Pap. *lib. 11. tit. 4. arreſt. fin.* ¶ Quando conventus judicio reali poſſidet nomine alterius, & nominat verum dominum, quid agendum. *vide per Mann. in ſuo Spec. part. 5. titul. de nomina. auctor. fol 340.* ¶ Domino non præjudicat reus, qui illum non nominavit, ſed voluit litem defendere, & ſuccumbere, vel contumax fuit. *Mann. in ſuo Specul. part. 6. tit. de nomina. aucto. n. 3.*

Cap. XXVI. Qui nominare poſſit, debeat.

Poſſeſſor rei alienæ conventus poteſt nominare dominum; ſed intra quod tempus, de effectu iſtius nominationis, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 476. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de dilatio. art. 2. gl. 1.* ¶ Colonus conventus actione reali debet nominare domino ignoranti. *DD. de Rom. deciſ. 4. tit. de judi.* ¶ Alieno nomine poſſidens conventus, poteſt dominum in judicio nominare, & ſunt dandæ induciæ ad denunciandum domino, *vide Bart. ſing. 151. Pet. de Rave. ſing. 770. l. 2. C. ubi in rem actio.* ¶ Nominatio domini in judicio, quando locum habeat. *Afflict. deciſ. 217.* ¶ Quando nominatus ſuſcepit cauſam, nominans non tenetur amplius illam proſequi, ſi dominum nominaverit *Rebuff. in ſuis comment. ibi. art. 3. gloſſ. 1. fol. 823.*

Cap. XXVII. Miſcellanea.

De proprietate uſque ad quod tempus quis audiatur, quando fuit actum ſuper poſſeſſione, & miſſus in poſſeſſionem in actione reali; an ſtatim poſſideat. *Bart. in l. 2. §. ſi vero C. ubi in rem actio.* ¶ Qui culpa deſiit poſſidere, an poſſit à poſſeſſore rem avocare. *Bart. in l. 11. ff. de emptore.*

TITULUS DXIII.

De publiciana in rem actione.

Cap. I. Quid ſit.

Publiciana eſt actio competens ei, qui alias fuit poſſeſſor, licet non dominus, qua non requiritur, quod vendens habuerit fidem de pretio, quod eſt verum, niſi quis intentaret publicianam contra dominum. *Ludov. Rom. ſing. 470.* ¶ Actio in rem publiciana dicitur arbitraria, de qua *vide per Menoch. de arbitra. libr. 1. quæſt. 5.* ¶ Actio publiciana eſt arbitraria, & in mero judicis officio conſiſtit. *§ præterea inſtit. de actio.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Publicianam intentans tria neceſſario probare debet, vel quatuor, nempe titulum, traditionem, bonam fidem, & poſſeſſionem rei conventi. *Borg. Cavalc. deciſ.*

deciſ.23. num.29. part.2. quomodo probetur, *vide ibid. num.86. & Rand. tract. de analog. cap.24.* ¶ Ut quis obtineat in publiciana requiritur ex parte ipſius agentis, ut probet de ejus titulo, & quod poſſederit ex traditione auctoris, & poſſeſſio videtur tradita, quãdo emptor eſt in poſſeſſione venditore ſciente, & ſufficit ad obtinendum in publiciana, à quocunque fuerit tradita poſſeſſio. *Natt. conſil.292.*

Cap. III. Cui competat, vel non.

Publiciana competit contra dominum, quando poſſeſſor, & petitor habuerunt cauſam ab eodem, vel poſſeſſor à petitore, qui tempore alienationis non erat dominus; ſed poſtea effectus fuit dominus aliqua cauſa, ut ſi ſucceſſerit rei domino. *l.72. ff. de rei vendic.* ¶ An ex juramento detur publiciana, *vide gloſſ. in l.11. ff. de jurejurando.* ¶ Hæc actio cui detur, quando, & contra quem, & quæ requirantur ad hoc, ut competat, *vide Jaſ. de actio. in §. ſed iſta, & §. namque, inſtitu. de actio. & ibi. gloſſ.* ut qui obtinere poſſit, *vide etiam Jaſ. Lud. dec. Luc.65. Affict. deciſ.40.* ¶ Exceptio dominii non ſemper obſtat publiciana agenti, *gl. in l.24. ff. de exceptio. rei judi.* ¶ Publiciana datur contra dominium in caſu, *§. ſi à Titio. l.24. & ibi. gl. ff. de exceptio. rei judi.* ¶ An in ultimo caſu poſſit poſtea agi publiciana, *Bart. in l.14. §. actiones. n.13. ff. eod.* ¶ Emptor ſi ceciderit a poſſeſſione, & poſſeſſio fuerit reverſa ad verum dominum, an poſſit agere publiciana, *Bartol. in l.27. §. item ſi res. ff. de peti. hæred.*

Vel non.

Publiciana nan habet locum, quando rei conventi mediante poſſeſſione ſuorum auctorum poſſederunt pacifice uſque ad litem per 30. ann. *Borg. deciſ.23. n.47.* ¶ Publiciana non datur contra titulo poſſidentem, *ibi. num.46. Jaſ. de actio. § ſed iſta n.29.* ¶ Malæ fidei poſſeſſori ſine titulo non competit publiciana, tamen habenti cauſam, & titulum ab eo competit. *Pet. de Benint. deciſ.35. num.13.* ¶ Et qui dolo deſiit poſſidere, non competit publiciana. *l.70. ff. de rei vendi.* ¶ Publiciana non datur contra titulo poſſidentem, quod procedit, quando actor habet titulum ab uno, & reus ab alio, ſed ſi ab eodem tunc potior eſt, quia habuit prius poſſeſſionem. *Dec. conſ.144.* ¶ Agens rei vendicatione, ſi dicat rem ad ſe ſpectare jure dominii; videtur deducere directum, & utile, non publicianam; ſecus ſi dicat jure dominii, vel quaſi; quia tunc etiam publiciana videtur deducta, *Bartol. in l.9. § ad eandem ff. de exceptio. rei judi.*

Cap. IV. Intentari poſſit.

Publiciana intentare poteſt ſuccumbens in rei vendicatione, *Amanel. de Clariſaquis ſing.31. & Bart. in l 2 C. de probatio.* ¶ Qui primo emit rem a non domino præfertur ei, qui ſecundo emit ab eodem poſtea facto domino, licet ſecundum fuerit translatum dominum, non in primum, *l.2. ff de except. rei jud.*

TITULUS DXIV.

De petitione hæreditatis, vel ejus partis.

Generalia.

DE materia petitionis hæreditatis, *vide plene per Jaſ. de actio. in §. omnium, 187. Jo. Criſ. de Monteb. in ſuo tr. termino. act. n.131. poſt. volumen ipſius Jaſ. de actio.*

Cap. I. Qualis ſit.

Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum paria judicantur quoad hoc, ut contra titulo poſſidentem non dentur. *Ozaſ. deciſ.56. & Pet. de Benintend. deciſ.35.* ¶ Quæ ſit differentia inter judicium univerſale, & generale, *vide eundem, Maran. tit. ad ſit, & c. diſt.4. n.2.* ¶ An pretium rei hæreditariæ reputari debeat hæreditarium. *Jo. Gal. q.1.* ¶ Petitio hæreditatis licet ſit realis, tamẽ ſequitur naturam perſonalium, quo ad præſcriptionem, *Jaſ. de actio. in §. quædam. num.26.* ¶ Duæ præcipuæ ſunt differentiæ inter petitionem hæreditatis, & interdictum quorum bonorum: Prima, quia in petitione hæreditatis pro me declarari hæredem, & per officium Judicis fit reſtitutio rerum; ſed interdicto petitur reſtitutio rerum principaliter, & ſic in primo caſu quis in ſententia declaratur hæres, in ſecundo poſſeſſor condemnatur ad reſtitutionem, *Bart. in l.2. ff quorum bonorum, n.4.* ¶ Secunda eſt differentia circa probationes, quia in petitione hæreditatis debet probare me filium, & hæredem, & bona fuiſſe in hæreditate; in interdicto ſufficit, ſi de his, quæ pertinent ad illud, docuerim ſummatim, *Bart. ibi.* ¶ Quænam ſint differentiæ inter hæreditatis petitionem, *vide per gl. in l.28. § ſed & ii ff. de rei vendi.* ¶ Magis eſt univerſalis actio familiæ erciſcundæ, quam petitio hæreditatis, cum petitio ipſa poſſit pluries intentari; ſed non actio familiæ erciſcundæ, *l.20. § familiæ erciſc.* ¶ Actio petitionis hæreditatis eſt bonæ fidei. *§ actionum autem, inſtit. de actio.* ¶ An petitio hæreditatis ſit actio in rem non mixta. *Fachin. lib.11. cap.62.* negat. *l. hæreditatis. C. de pet. hæred.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Forma qualis ſervanda in actione petitionis hæreditatis valeat, tamen utile eſt, ut res hæreditariæ in ipſo libello exprimantur, *Gail. obſerv.68 lib.1.* ¶ In ſcriptione hæreditatis requiritur tempus longiſſimum. *Crav. conſ.277. Jaſ. de act. §. quædam. num.26.* ¶ Hæreditatem petens probare debet ſe eſſe hæredem, nec ſufficit probare, quod petens poſſideret aliqua bona hæreditaria. *Paul. Aemil. deciſ.64 part.2.* ¶ Hæres poſſidens hæreditatem tanquam hæres, ſi agat pro jurib. hæreditariis, non tenetur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis. *Ven. deciſ.56.* ¶ In petitione hæreditatis non eſt neceſſe probare dominium, ſed ſufficit probare poſſeſſionem, *Bocr. deciſ.42. numer.15. Bartol. in rub. C. de petit. hæred.* ¶ Agens petitione hæreditatis non habet neceſſe probare dominium defuncti. *Maran. in ſuo Spec. titul. an ſit jud. civil. vel crim. d.33 n.58. & n.61.* & probatio dominii nihil prodeſt. *Natt. conſ.15 tom.1. n.4.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Libellus in petitione hæreditatis, quo quis petit reum condemnari ad reſtitutionem rerum hæreditariarum, videtur etiam continere neceſſario antecedens, quod agens declaretur hæres. *Ozaſ. d. deciſ.74. num.15.* ¶ Petitio hæreditatis apta eſt comprehendere augmentum, & diminutionem, ejuſdemque ſemper eſt virtutis & auctoritatis, *ibid. num.17.* ¶ Hæres agens petitione hæreditatis, an neceſſario petere debeat declarari ſe hæredem, & res hæreditarias ad ſe pertinere, *ibid. n.6.*

Cap. IV. Quæ veniant.

Hæres, quando habuit unam rem pro alia, an tunc illa veniat in petitione hæreditatis, vel reſtitutione, *Bart. in l 72. §. cum autem. de leg.2.* ¶ Quædam veniunt in petitione hæreditatis, quæ non veniunt in uſucapione. *l.fi. C. de uſucap. pro empt.* ¶ Fructus hæreditarii veniunt reſtituendi in judicio petitionis hæreditatis, etiam per hæredem occupantis ipſam hæreditatem. *Affl. deciſ.240.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint.

Specificatio bonorum in petitione hæreditatis, ſi facta ſit, & ſententia condemnet ſalva liquidatione, liquidatio ex probationibus factis fieri debet; & non faciendis etiam per viam reſtitutionis. *Affl. dec.35. n.3.*

¶ Si

Digitized by Google

¶ Si pupillo agenti petitione hæreditatis contra hæredem ſcriptum objiciatur, quod non eſt filius Judex deber examinare de principali, & incidenti quæſtione, non tamen habet de incidenti pronunciare; ſed ſolum de principali. *l. 1. C. de ordine judi.* ¶ In petitione hæreditatis inſolidum per cohæredem facta, an poſſit illi de jure alterius cohæredis opponi. *Excel. P. Theſ. decis. 4. num. 8.* ¶ Qui tenetur conferre, ſi partem hæreditatis petat, collationem offerre debet: alias à petitione removetur. *l. 12. C. de collatio.*

Cap. VI. Cui competat.

An petitio hæreditatis detur contra titulo poſſidentem, quando titulum acquiſivit poſt mortem eius, de cujus hæreditate agitur. *Fachi. lib. 11. cap. 4.* affirmat. *l. etiam. §. 1. de pet. hæred.* ¶ De petitione hæreditatis contra titulo poſſidentem intentanda *Andr. Fach. libr. 4. contr. cap. 4.* ¶ Titulus putativus teſtamenti nulli non obſtat agenti petitione hæreditatis etiam poſt 30. annos. *Afflict. decis. 374.* ¶ Petitio hæreditatis datur contra titulo poſſidentem, quando titulus fuit habitus ab eo, qui poterat petitione hæreditatis conveniri. *Maran. in ſuo Spec. part. 6. titul. de interrogat. diſput. 9. Natt. conſ. 15. Rol. conſ. 48. Rom ſing. 344.* ¶ Agens ex teſtamento minus ſolemni, & ſuccumbens, poteſt variare (etiam in cauſa appellationis) & agere petitione hæreditatis ab inteſtato. *Afflict. decis. 53.* tamen ex eadem ſcriptura non poteſt quis petere hæreditatem ex teſtamento, & ex codicillis; ſed una intentata tollitur alia, niſi agens eſſet de conjunctis perſonis. *l. fin. C. de codicil.* ¶ Creditores habent electionem, quem maluerint convenire ex duobus contendentibus de hæreditate, aut poſſeſſorem hæreditatis; aut petitorem. *DD. de Rot. decis. 21. de judi. in antiq.* ¶ Petitio hæreditatis datur adverſus poſſidentem unam rem, licet minimam, & quomodo concludendum ſit in libello. *Ozaſch. decis. 74. num. 4.* ¶ Petitio ipſa hæreditatis, quando detur contra titulo poſſidentem, & an videatur intentata, ubi intentatur querela inofficioſi, *Bartol. in l. 2. de inoffic. teſtam. & in l. 20. ff. eod.* ¶ Error juſtus licet habeatur pro titulo quoad præſcriptionem, non tamen habetur, quoad excludendam hæreditatis petitionem. *Bartol. in l. 27. ff. quib. ex cauſis majores, & in l. 1. ff. quorum bonorum.* ¶ Poſſeſſor hæreditatis poteſt agere contra hæredem judicio diverſorio; ſed ſi non ſit poſſeſſor poteſt ſibi objici exceptio præpoſteritatis, ſi negetur hæres, nempe, quod prius agat petitione hæreditatis. *l. 1. ff. fam. erciſ.* ¶ Petitio hæreditatis in quinque caſibus datur contra titulo poſſidentem, *vide gloſſ. in l. 4. C. quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.* ¶ Hæreditatis petitio poteſt ſæpius intentari, & pro re etiam ſingulari, ac minima competit. *Hartm. c. 1. tit. de hæreditatib. lib. 2.* ¶ Hæreditatis petitio an, & quid detur contra eum, qui rem hæreditariam alienaverat, *vide ibid. cap. 2.* de duobus contendentibus de hæreditate, *vide cap. 4. ibid.* & hæreditatis poſſeſſor ſatiſdare cogitur, *vide cap. 5.* ¶ Quando agitur hac actione, ſi conventus neget ſe poſſidere, quid juris, *Bartol. in l. 80. ff. de rei vendic.* ¶ Petitio hæreditatis, an detur contra ſingulares & titulatos poſſeſſores, *vide per Ozaſ. dec. Pedemo. 56. Afflict. dec. 229. Benint. dec. 35.* ubi ſcribit pro parte negativa.

Vel non.

Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum, non dantur hæredi, qui ſemel poſſedit rem hæreditariam. *Natt. conſ. 448.* ſed in quibus differant, *Bart. in l. 1. C. quorum bonor.* ¶ Petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem non datur. *Jaſ. de actio. in §. ſed iſta. num. 84. & in §. quadam. num. 27. Natt. conſ. 15. Tom. 1. vide Hartman. cap. 3. titul. de hæreditatibus. libr. 2.* ſed qualis debeat eſſe titulus, *vide Natt. ibid.* ¶ Volens agere petitione hæreditatis poteſt interrogari facere reum poſſeſſorem, quo titulo poſſideat; ratio eſt, quia poſſidens cum titulo non convenitur petitione hæreditatis, propterea ad validitatem judicii debet hoc diſcuti in principio, quo caſu, ſi reus non vult diſcere titulum, & fuerit proceſſum ad ulteriora, & poſtea in fine cauſæ vult opponere titulum ad excludendum actorem, poteſt hoc facere; verum ipſe actor obtinebit in expenſis. *Maran. in ſuo. Spec. part. 6. tit. de interroga.* ¶ Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem, ſed quid, ſi titulus fuerit quæſitus poſt mortem defuncti; vel fuerit nullus. *Rol. conſ. 48. vol. 1.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

De judicio univerſali petitionis hæreditatis, & an judicium particulare ſileat, donec finita fuerit quæſtio ſuper petitione hæreditatis, *Ozaſch. decis. 74.* ¶ Si quis poſſederit hæreditatem per 30. annos ſcientibus, & patientibus illis, ad quos hæreditas pertinebat, talis patientia præjudicaret in jure adeundi, & petitione hæreditatis, *Cravet. conſ. 312.* ¶ Petitione hæreditatis, ſi agatur inter aliquos de hæreditate pro certis rebus, ſive in genere, ſive in ſpecie, unum judicium propter aliud non ſilet, *Ozaſch. decis. 74. num. 14.* ¶ Hæreditatis petitio intentata præjudicat aliis actionibus, & facit illas quieſcere. *Maran. in ſuo Spec. part. 6. diſt. 10 judi. num. 6. tit. an ſit judicium civile.* ¶ Inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis debent ſilere lites ſpeciales, etiam coram arbitro, *l. 47. §. fi. ff. de recept. arbit.* ¶ Poſſeſſio ſororitatis ſufficit, ut quis obtineat in cauſa petitionis hæreditatis, *Afflict. decis. 25.*

Cap. VIII. Quando tollatur, præſcribatur.

Petitio hæreditatis tollitur ſpatio 30. ann. *And. Gail. obſerv. 120. libr. 2. num. 6.* ¶ Petitioni hæreditatis non præſcribitur, niſi ſpatio 30. ann. *Ozaſch. decis. 56. num. 7.* ¶ Petitioni hæreditatis non præſcribitur longo tempore, niſi poſſeſſor cum titulo, & bona fide dominium uſuceperit, *l. 3. C. in quib. cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Pretium ſuccedit loco rei in judiciis univerſalibus; non res loco pretii. *Menoch. conſ. 213. libr. 3. & Bartol. in l. 72. §. cum autem de leg. 2.* ¶ Petens debitum, quando videatur renunciare petitione hæreditatis, & donec petitio hæreditatis terminetur, non poteſt alter ex litigantibus petere debitum, *Bartol. in l. 5. de hæred. actio. antiq. lect.*

TITULUS DXV.

De actionibus, & obligationibus hæreditariis.

Cap. I. Actio: obligatio: hæreditas: Qualis ſit.

HÆreditas, quando remanet penes aliquem, remanet cum omnibus oneribus ſuis. *Bartol. in l. 7. C. de pact. numer. 6.* ¶ Obligatio dandi certam quantitatem eſt dividua inter omnes hæredes: ſed obligatio faciendi, vel non faciendi eſt penitus individua, & reſpicit quemlibet hæredem inſolidum; ſed ſolvens ab aliis pro rata repetit. *l. 85. ff. de verb. oblig. vide l. 2. ff. de præto. ſtipula.* ¶ Inter hæredes regulariter omnis obligatio eſt dividua active, & paſſive; ideo pro portionibus hæreditariis dividitur, niſi quatenus appareat, quod ſit individua. *Cabal. milleloq. 391. vide millel. 387.* ¶ Hæres repræſentat perſonam defuncti ſolum pro hæreditaria portione, pro reſiduo vero videtur extraneus. *Bartol. in l. 2. ff. de præto. ſtipul. in l. 34. ff. de pact.* nec

hæres poteſt gravsri ; niſi proportione hæreditaria. *Franc. Cremen. ſingular. 10.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Pactum factum inter fratres ſuper jure retractus nulla facta mentione hæredum, an ad filios extendatur, *Franc. Marc. q. 405.* ¶ Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita ſua, *Bartol. in l. 34. §. ſi quis autem. C. de dotio.* ¶ Si quis eſt ſibi ſtipulatus, & filiis, intelligitur ordine ſucceſſivo. *Bartol. in l. 26. §. libertus. ff. de condict. indebit.* ¶ Confeſſio facta Titio, & ſuis hæredibus, quomodo intelligatur, & de quibus hæredibus, *Bartol. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liberis, & poſthum.* ¶ Si legatur pars hæreditatis, intelligitur cum honoribus, & oneribus: ſi vero pars bonorum, intelligitur deductis oneribus, *l. 8. §. fin. & l. 9. de leg. 2.* ¶ Stipulatio doli ſimpliciter interpoſita etiam dolum hæredis comprehendit; non extranei, niſi pœna fuiſſet appoſita, tenet oblig. *l. 38. §. ſi quis dolum.* ¶ Quod dicitur, ſi filius, ergo hæres, debet intelligi, ſi filius agat; ſecus ſi conveniatur: quia tunc non poteſt condemnari, niſi probetur aditio hæreditatis. *Hier. Mago. dec. Luc. 62. num. 11. Dec. conſ. 344. Natt. conſ. 140. vide Bartol. in l. neceſſariis. ff. de acq. hæred.* imo in hæreditate materna (etiam agendo) non habet locum. Reg. *Magon. deciſ. 62.* ¶ Hæres ſimpliciter reſpondens ſe hæredem intelligitur reſpondiſſe ſe eſſe hæredem inſolidum, ita obſervatum fuiſſe legitur in libris placito. Curiæ. *lib. 11. de fructib. tit. 16. q. 6. in deciſio. diverſo.* ¶ Quando in aliqua diſpoſitione fit mentio de hærede, de quo hærede intelligatur. *Menoch. conſ. 158. libr. 2. num. 12.* ubi tradit ſeptem concluſiones. ¶ Credita hæreditaria cenſentur eſſe, in patrimonio, illius loci, ubi eſt faciendo ſolutio. *DD. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſucap.* ¶ Hæredem ejuſdem poteſtatis, juriſque eſſe cujus fuit defunctus conſtat. *l. 60. ff. de reg. jur.* ¶ Cum quid dari ſtipulamur, non poteſt per nos uni ex hæredibus acquiri, ſed omnibus tantum: ſed cum quod fieri ſtipulamur, etiam unius perſona recte comprehenditur, *vide l. 137. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Hæredum mentio non videtur repetita in pactis, in quibus non eſt dictum expreſſe cum in aliis pactis in eodem inſtrumento mentio hæredum expreſſe facta fuiſſet. *Natt. conſ. 164. Tom. 1.*

Cap. III. Quæ veniant, vel non.

In re non tranſmiſſibili ad hæredes appellatione hæredum, non veniunt extranei; ſed deſcendentes, *Pet. de Raven. ſing. 711.* & licet in re tranſitoria veniat etiam extraneus hæres: fallit tamen quando eſſet dictum de hærede maſculo, quia tunc ſolum comprehenduntur deſcendentes. *idem ſing. 712.* ¶ In inſtrumento quando defunctus obligavit, tam bona ſua, quam hæredis, ipſa bona hæredis erunt obligata. *Afflict. deciſ. 26. numer. 3.* ſed an veniant in generali obligatione ſuorum hæredum, & eorum bonorum. *Vincent. de Franc. deciſ. 322. part. 2.* nam defunctus bona hæredis obligare poteſt. *idem Afflict. deciſ. 111. num. 15. Capic. deciſ. 174. num. 15.* vide tamen eundem *Afflict. deciſion. 200. 201. & 240.* ſed obligare ad univerſum debitum unum ex ſuis hæredibus, an quis poſſit. *Afflict. deciſ. 240. num. 8.* ¶ Quis probatur hæres, vel per teſtamentum, vel per teſtes in teſtamento deſcriptos, aut ſi ſe geſſerit pro hærede, vel aliter probando aditionem hæreditatis; quid, ſi tractetur de ſucceſſione ab inteſtato. *Cabal. milleloq. 649.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Contrahens ad ſui commodum dicitur etiam contraxiſſe nomine hæredum ſuorum: imo privilegium, & conceſſio taxative conceſſa pro te tantum, præſumitur conceſſa etiam pro ſuis hæredibus. *Menoch. conſ. 290. libr. 3.* ¶ Quando hæres non confecit inventarium, hæreditas ſufficiens eſſe præſumitur, *Gomez. Leo. dec. 16. in deciſ. diverſo.* ¶ In ventre præſumuntur eſſe tres liberi; ideo jam natus pro quarta hæreditatis ſolum poterit conveniri. *l. 28. §. fi. ff. de jud.* ¶ Abſtentio facta mala fide non prodeſt, quo minus quis teneatur oneribus hæreditariis, quod præſumitur, ſi omnis bona patris emerit, vel per interpoſitam perſonam mercatus fuerit. *l. 90. ff. de acquir. hæred.* ¶ Ignorantia præſumitur in hæredibus ſuis, & neceſſariis contentorum in teſtamento; ſecus in extraneis. *Bartol. in l. 41. num. 19. ff. ſi cert. pet. vide ſupra libr. 1. tit. de juris, & fact. ign.* ¶ Filius ſolvens ſimpliciter debitum patris defuncti, præſumitur ſolvere ut hæres. *leg. 2. C. de jure deliber.* ¶ Res hæreditarias omnium hæredum fuiſſe communes, præſumitur. *l. 4. ff. de crim. expil. hæred.* ¶ Qui in alterius locum ſuccedunt juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur, hoc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agatur, non enim ſi agat, *vide l. 4. ff. de reg. jur.* ¶ Hæres præſumitur ignorare ea, quæ in hæreditate ſunt quo jure ad defunctum pertinebant. *§. ſed tamen, inſt. de uſucap.* ¶ Ut poſſit agi ex diſpoſitione inter vivos, vel ex ultima voluntate, unus de pariter moventibus nunquam ſupervixiſſe præſumitur. *l. 17. ff. de reb. dub.*

Cap. V. Quæ confundantur.

Hypothecaria, ſeu creditoris actio confunditur per aditionem hæreditatis ſui debitoris. *Capic. deciſio. 195. Rota. Avenio. deciſ. 45. in deciſ. diverſo. & Rol. conſ. 65. vol. 2.* ¶ Fallit in hærede gravato reſtituere hæreditatem. *ibid. deciſ. 45. & Rol. conſ. 65.* ¶ Hæreditatis aditio debitum non confundit, niſi pro hæreditaria portione. *l. 7. C. de nego. geſto.* ſed pro reſiduo agitur. *l. 13. C. ad leg. Falc.* fallit, quando animo compenſandi quis eſſet inſtitutus. *l. 7. C. de bonis aucto. Judic. poſſid. & leg. 116. de leg. 1.* quod in dubio non præſumitur. *Rot. Avenio. deciſ. 45. in deciſ. diverſo.*

Cap. VI. Statutum. Quando habeat locum, vel non.

Stante ſtatuto, quod debitor poſſit incarcerari pro debito civili, tale ſtatutum locum habebit in hærede debitoris. *Jaſ. de actio. in §. fuerat, num. 61.* ¶ Statutum, quod minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, locum non habet in filio, retinente hæreditatem patris, quamvis teneatur creditoribus hæreditariis. *Dec. conſil. 331.* ¶ Diſpoſitio. §. Cato habet locum in ſtipulationibus ſtricti juris; non prætoriis. *Bartol. in l. 32. §. Julianus. ff. ad l. Falc.* ¶ Statutum pœnale hæredem etiam comprehendit. *Cabal. Millel. 430.* etiam, ſi appoſita eſſet dictio tantum; quia de mente ſtatuentium fuit excludere factum extraneorum, & non hæredum, *vide Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. obl. art. 2. gloſſ. 2. fol. 69.*

Cap. VII. Quæ fieri poſſint, vel non.

Æs alienum ipſo jure inter hæredes dividitur, nec eorum pactio creditoribus præjudicat. *l. 26. C. eod. & 23. C. famil. erciſc.* ¶ Onera hæreditaria inter hæredes pro hæreditariis portionibus dividuntur etiam, ſi in prælegatis ſit inæqualitas. *l. 1. C. ſi cert. petat.* ¶ Si procurator ſuccedit condemnato in eum fit executio, & proportione hæreditaria repetet à cohæredibus. *l. 31. ff. de procurat.* ¶ Onus æris alieni eſt perſonale, & ideo inter hæredes dividitur pro hæreditariis portionibus, onus autem annonæ, & tributorum eſt reale, propterea prout quis poſſidet onerat. *l. 1. Codic. de anno. & tribut.* ¶ Si duo litigant ſuper hæreditate in quem fit executio debiti hæreditarii. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de liter. oblig. art. 9. gloſſ. 2.* ¶ Stipolatio facta à patre filio, cenſetur facta, ut hæredi futuro. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 494.* ¶ Sententia poſſeſſorii lata contra defunctum, non mandatur executioni contra hæredem illius, qui non poſſidet, vi, clam, vel precario.

Digitized by Google

Cabal. Milleloq. 927. imo omnis ſententia lata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredes, niſi illis prius vocatis. *Joan. Gal. q. 310. & Pap. lib. 18. tit. 5. arreſt. 2.* ¶ Sicut ſententia exequi poteſt contra hæredem, ita, & inſtrumentum, nam certum eſt, quod quando jus exequendi erat in eſſe productum, antequam res tranſiret, ad hæredem veluti, quia obligatus erat, vel condemnatus principalis, tunc illud jus exequendi formatum tranſit ad hæredem, *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 2. num. 6. & 7.* tamen hæres debet prius citari, & conſtare ipſum eſſe hæredem antequam ſententia exequatur contra ipſum. *Roland. conſilio 20.* ¶ Lex duodecim tabularum divisit obligationem inter hæredes ipſo jure, ideo quatenus alter ipſorum ultra portionem hæreditariam ſolverit quocunque errore, repetit. *leg. 30. §. quod ſi duo ff. de fidejuſſor. & mand. vide l. 25. ff. de ſolv. & libo.* ¶ Sententia lata contra defunctum; an exequenda ſit contra ejus hæredem infra tempus conficiendi inventarii, & an poſſeſſio nova præſumatur in perſona hæredis, *Afflict. deciſ. 145.*

Vel non.

Lex duodecim tabularum licet dividat inter hæredes actionem, & obligationem active, & paſſive, tamen illud, quod eſt in conditione, non dividitur inter hæredes debentis implere conditionem. *Bartol. in l. 9. ff. ſi quis cautionibus*, nam licet obligatio dividatur inter hæredes promiſſoris, tamen niſi totum ſolvatur debitum, pœna committitur, & per conſequens, quando in obligatione eſt datio, non ſufficit unum ex hæredibus dare pro parte ſua, ad evitandam pœnam. *ibid. num. 6. & 7. vide eundem Bartol. in l. 2. §. ex his igitur, ff. de verb. oblig. & in §. item, & ſi in facto. ff. de leg. 2.* ¶ Intra tempus conficiendi inventarium executio in hæredem fieri non poteſt, idem in ſucceſſore ſingulari, contra quem nunc conceditur axecutio. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. obligat. artic. 2. gloſſ. num. 21.* ¶ Quando executio contra hæredem fieri non poſſit. *Rebuff. ibid. artic. 8. gloſſ. 2. 3. & 4.*

Cap. VIII. Actio cui competat, vel non.

Actio, de qua in titul. de calumniatoribus, datur hæredi, & contra hæredem tantum ad ſimplum, *l. 4. & 5. ff. de calumnia.* ¶ Actio, quod metus cauſa, datur hæredibus, & contra hæredes quatenus, ad eos pervenit, licet deſinat apud eos eſſe, item contra hæredes hæredis, non inſpecto, quod ad ultimum, ſed quod ad primum pervenerit. *l. hac. act. §. fi. cum l. ſeq. ff. de eo, quod metus cauſa.* ¶ Condictio furtiva datur contra hæredem etiam in eo quod ad eum non pervenit, quandocunque res perierit. *l. 7. & 9. ff. de condict. furt.* ¶ Hæredi uni contra uxorem defuncti datur actio neg. geſt. de geſtis conſtante matrimonio. *l. 35. ff. de neg. geſtis.* ¶ Cum Prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eum pervenit, ſufficit, ſi momento, ad eum ex dolo defuncti pervenerit. *Reg. cum Prætor 171. de reg. jur.* ¶ In actionibus rem reſtitui, ut depoſiti, vel commodati quilibet hæredum agit inſolidum. *Henric. Boer. in ſuis ſingularib. tit. actio. actor, & agere numer. 6.* ¶ Hæredes quomodo agant, vel conveniantur pro ſervitutibus. *Bartol. in l. 2. §. ex his igitur. num. 8. ff. de verb. obligat.* ¶ Plures hæredes emptoris concordare debent in agendo, ut omnes redhibitoria, vel quanto minoris agant, ſed ad pretium conſequendum quilibet agit pro parte, idem in acceſſionibus diviſibilibus. *l. 31. §. ſi plures, ff. de ædilit. edict.* ¶ Petitio legatorum pro hæreditaria portione adverſus hæredes competit, nec pro his, qui ſolvendo non ſunt onerari cohæredes oportet. *leg. 34. de leg. 2.* ¶ Creditor agens contra filium alicujus ex delicto paterno, habet mentionem facere, quod ſit hæres, alias libellus erit ineptus, tamen proponendo, & probando in actis filium hæredem, aditionem hæreditatis, & adminiſtrationem, acta ſuſtinentur. *Capic. deciſ. 70.* nam ſucceſſores regulariter non poſſunt conveniri, niſi prius conſtito, quod ſint hæredes. *Boer. deciſ. 284. num. 15.* ¶ Actiones deſcendentes ex delicto, quando dentur hæredibus, *vide per Bartol. in l. unica. C. ex delict. defunctorum numer. 4.* ¶ Actio perſonalis hæreditaria favore dotis datur contra unum ex hæredibus inſolidum, etiam ad quantitatem, quod eſt ſpeciale. *Bartol. in l. 55. de leg. 2.* ¶ Etiam facta diviſione inter hæredes, ſi poſtea aliquis efficiatur non ſolvendo, creditores hæreditarii poſſunt agere contra alios hæredes exiſtentes ſolvendo. *Gulie l. de Ludovic. ſing. 108.* quod non procedit in actione hypothecaria. *Bartol. in l. 34. de leg. 2.* ¶ Facultas revocandi erroneam confeſſionem, quæ à lege datur competit hæredi, ſicut defuncto competebat, *gloſſ. in leg. 9. in fin. Cod. de jur. & fac. igno.* ¶ Hypothecaria inter hæredes non eſt diviſibilis pro portionibus hæreditariis. *Joan. Gal. quæſt. 64. Joan. Pap. lib. 10. tit. 4. arreſt. 27.* ideo competit inſolidum contra quemlibet ipſorum hæredum. *idem Papon. libr. 18. titul. 5. arreſt. 5. l. fin. Cod. de luitio. pign. vide in titul. C. ſi unus ex plurib. hæred. cred. vel debito.* ¶ Agens actione hypothecaria contra filium debitoris poſſidentem bona ipſius, recte agit etiam non conſtito quod poſſeſſor ſit hæres patris. *Menoch. conſilio 270. lib. 3. numer. 23.* ideo ſi uni ex hæredibus obligati ſit adjudicatus fundus mihi hypothecatus, ſi illum conveniam, non poterit opponere exceptionem excuſſionis, ut agam contra cohæredem pro portione hæreditaria. *Franc. Cremen. ſingul. 164. & Petr. de Rav. ſing. 148.* ¶ Hæres in realibus judiciis, nec agit, nec convenitur ut hæres. *l. 12. §. hæredes, ff. ad exhiben.* ¶ Creditor debet prius agere contra hæredem, quam moleſtare legatarium in re legata, qui in ea eſt potior, ſi hæres eſt ſolvendo. *Bartol. in l. 5. §. poſtquam, ff. ut in poſſeſſ. legat.* ¶ Stipulatio facti inter hæredes, quoad petitionem dicitur individua & cuilibet competit actio inſolidum tamen ſi agitur ad intereſſe, pro parte agendum eſt. *Bartol. in l. 4. §. ſi is; qui, ff. de verb. obligat.* ¶ Ex mandato patris, competit actio contra hæredem. *l. 8. C. mandati.* ¶ Actio de dolo datur in hæredem perpetuo, quatenus ad eum pervenerit *l. 27. & 29. ff. de dol. mal.* ¶ Ex ſtipulatione continente factum perſonale ſtipulatoris poteſt hæres agere, ſi de ipſo facta eſt expreſſa mentio. *l. 92. ff. de nova. & de leg.*

Vel non.

Quando propter reverentiam perſonæ actio de dolo non datur contra defunctum; dabitur contra hæredem. *l. 14. ff. de dol. mal.* ¶ Si defunctus tenebatur ex debito, vel quaſi, eo decedente lite non conteſtata, actio non datur contra hæredes de jure civili, ſecus de jure canonico. *gloſſ. in l. 16. ff. de jud.* ¶ Actio pœnalis non tranſit contra ſucceſſores; ſecus in perſecutoria. *l. 15. C. de furtis.* ¶ Actiones pœnales ante litem conteſtatam non dantur contra hæredes; ſed bene hæredibus, excepta actione injuriarum. *l. 1. ff. de priv. delict.* ¶ Hæreditate per hæredem ſemel adita, nulla contra univerſalem uſufructuarium creditoribus, & legatariis competit actio, quia per aditionem videtur hæres, quaſi contrahere. *Mohed. deciſ. 123.* ¶ Si teſtator quoſdam ex hæredibus juſſerit æs alienum ſolvere, creditoreſq; ejus non habebunt adverſus eos actionem; ſed cohæredes, quorum intereſt hoc fieri. *l. 72. §. ſi teſtator, de leg. 1.* ¶ Unus ex hæredibus inſolidum non poteſt agere, contra debitores hæreditarios, aliis hæredibus contradicentibus, *Boer. conſil. 45.* ſecus ſi tolerent,

&

& non contradicant, vel hoc eſſet conventum. *Boer. dict. conſ. 45.*

Cap. IX. Quæ: in quos tranſeant, vel non.

Obligatio voti, & pollicitationis tranſit contra hæredes. *l. 2. §. fi. l. 6. 9. & pen. ff. de pollicita.* ¶ Conditio indebiti tranſit ad hæredem. *l. 12. C. de condic. indebit.* ¶ Inſtantia cauſæ appellationis tranſit ad hæredes. *l. 1. C. ſi pendon. appel. mors interv.* ¶ Mortuo procuratore facto in rem ſuam re integra non finitur mandatum; ſed tranſit jus ad hæredes. *l. 33. C. de donatio.* ¶ Donationes ſimplices tranſeunt ad hæredes active, & paſſive. *l. 35. §. monumentorum. C. de donat.* ¶ Conditio poteſtativa, & miata tranſit ad hæredes, quando aliquid eſt perventurum ad eos, qui in futurum debent obligari, & quandocunque eſt implendum, & morte præventus non adimplevit. *Borg. Caval. deciſ. 16. de contract. part. 2. num. 29.* ¶ Actio ſpolii, an tranſeat ad hæredes, *Creſ. deciſ. 3. alias 84. tit. de reſtit. ſpol.* ¶ Obligatio defuncti tranſit an hæredes active & paſſive. *Grav. conſ. 272. num. 11. Bart. in l. unic. num. 13. & 19. Co. ex delictis defunctorum*, & illi tenentur pro omnibus obligarionibua defuncti, ſed quare, *Jaſ. de actio. in §. actiones autem, & Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. oblig. tit. 8. gloſſ. 1.* ¶ Jus petendi collarionem tranſit ad hæredem, & non conferenti denegantur actiones. *l. 14. ff. de codic.* ¶ Uſusfructus exceptio finitur cum perſona eacipientis niſi tacite, vel expreſſe ſit actum, quod exceptio tranſeat ad hæredem. *leg. 43. §. ſtipulatem. ff. de uſufructu.* ¶ Servitutes reales ſunt individuæ: ideo tranſeunt in hæredes inſolidum active & paſſive. *leg. 17. ff. de ſervitut.* ¶ Servitus prædialis tranſit ad hæredes de ſui natura regulariter: fallit tamen in caſibus, de quibus in *l. 4. & ibidem gloſſ. ff. de ſervit. ruſtic. præd.* ¶ Exceptio rei judicatæ tranſit in beneficium hæredis, & in ejus damnum, & actus geſtus cum defuncto operatur in beneficium ipſorum, & ſi expreſſe non dicatur: tamen privilegium continena exceptionem dilatoriam, non tranſit ad hæredes. *Vincent. de Franc. deciſio. 179.* ¶ Omnes pœnales actiones poſt litem conteſtatam ad hæredes tranſeunt; & in hæredes. *l. 25. & 32. ff. de act. & oblig.* ¶ Proteſtatio defuncti, quando tranſeat ad hæredem, *vide Bart. in l. 8. C. de non num. pecu.* ¶ Sicut inter hæredes dividitur actio, ita inſtantia ſuper actione inchoata. *l. 13. ff. de jud.* tamen in ſucceſſorem traoſit inſtantia, quæ debet terminari in eodem loco. *l. 34. ff. de tranſact.* ¶ Beneficium perſonale, quando tranſeat ad hæredes, *vide Bartol. in l. quia tale, numer. 14. ff. ſoluto matrimonio.* ¶ Actiones tranſeunt ad hæredem, quando non reſpiciunt factum perſonæ. *Bartol. in l. 7. ff. de actio. & obligat.* ¶ Contractus fictus tranſit in hæredes, ſicut verus. *l. 1. §. maneat. C. de rei uxor. act.* ¶ Mulier mortua in matrimonio, actio ex ſtipulatu ſecundum ſuam naturam tranſit ad hæredes. *ibid. §. illo.* ¶ Stipulatio habena conditionem caſualem, tranſit ad hæredes; ſecus ſi poteſtativam, *Bartol. in l. 48. ff. de verb. obligat. numer. 5. & 6.* ¶ Sententia debet formari nomine hæredis defuncti, cum in hæredem fiat tranſitus à defuncto. *Minado. deciſio. 35.* ¶ Omnis contractus, qui poteſt impleri per hæredem, ſicut per defunctum tranſit in hæredem, etiamſi de eo in contractu nulla eſſet facta mentio, & quicquid poterat defunctus, poteſt hæres regulariter. *Abb. conſ. 80. libr. 2. vide l. 22. §. 1. ff. de oper. liber.* ¶ Quomodo intelligatur illa Reg. *legis 13. C. de contrah. ſtipul.* qua cavetur omnem pactionem conſiſtentem, ſive in dando, ſive in faciendo, aut miate tranſire in hæredes, *vide per Abb. ibidem numero final.* ¶ Facta reſtitutione fideicommiſſi univerſalia, tranſeunt actiones, & jura active, & paſſive in fideicommiſſarium, & hæredi, & contra hæredem paratur exceptio. *l. 1. ff. ad Trebel.* ¶ Reſcriptum conceſſum defuncto, tranſit ad hæredes. *l. 1. C. quando libellus Principi dat.* ¶ Judicium reſtitutionis in integrum inchoatum, non extinguitur morte rei; ſed continuatur contra hæredem ejus. *l. 6. C. de in integr. reſtit. mino.* ¶ Pœna edicti, quod quiſque juris tranſit ad hæredes. *l. pen. §. quod autem. ff. quod quiſque juris.* ¶ Obligatio annua ſolvendi, quid alicui, utrum ſit tranſitoria ad hæredem, & contra hæredem, *vide per Capic. deciſ. 103.* ¶ Pactum de retrovendendo tranſit ad utriuſque partis hæredes. *Boer. deciſ. 282. num. 11.* ¶ Conditionem implendi jus, vel facultas, an tranſeat ad hæredes, *Boer. d. deciſ. 182. num. 22. Marc. q. 407. l. 122. §. Augerius. ff. de verb. oblig. & quando, vide Andr. Gail. obſerv. 2. lib. 2.* ¶ In contractibus jus adimplendi conditionem tranſit ad hæredem; ſecus in ultimis voluntatibus, niſi recipiens eſſet in mora. *Franciſ. Marc. queſt. 406. Bartol. in l. 1. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, & in l. 55. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Reſtitutio tranſit ad hæredem, & ſi eſt hæres minor, illi non currit tempus reſtitutionis, niſi finita minori ætate. *l. 20. § final. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Societatia commoda, & incommoda, tranſeunt ad hæredes, licet ipſa ſocietas non tranſeat. *l. 5. & 4. Cod. pro ſocio.* ¶ Pactum perſonale filii tranſit ad patrem, & ad hæredem ejus, vivo filio. *l. 19. ff. de pact.* ¶ Actiones ex delicto tranſeunt contra hæredes poſt litem conteſtatam. *l. 1. C. ex delictis defunctorum, vide infra tit. prox. ſeq.* ¶ Exceptio Vellejani tranſit ad hæredes mulieris, *l. 20. ff. ad Senatuſconſ. Velleia.* ¶ Jus eligendi tranſit ad hæredes pro hæreditaria portione, ſi defunctus de ipſis mentionem fecerit. *l. 117. ff. de verb. oblig.* ¶ Effectus obligationia conditionalis tranſit ad hæredes, & contra hæredes. *l. 57. ff. de verb. obl. §. cum quis inſt. de inutil. ſtip.* nec per mortem promiſſoria eatinguitur ipſa obligatio. *l. 24. ff. de nova. & deleg.*

Vel non.

Facultas ſolvendi tertio adjecta non tranſit ad ejus hæredem, ideo debitor ſolvendo hæredi adjecti, oon liberatur. *l. 55. ff. eod.* ¶ Uſusfructus patria non tranſit ad filium. *l. 3. C. de uſufruct. & habit.* ¶ Pactum perſonale non porrigitur ad hæredem. *l. 19. §. ſi quis. ff. de pact. & l. 53. §. final. ff. de pact.* ¶ In civilibus pœna, quæ infertur ex ficta confeſſione non tranſit ad hæredes. *Bartol. in l. 19. num. 4. ff. de jure fiſci.* ¶ Compromiſſum non tranſit ad hæredes, niſi ſit actum, effectus autem ſententiæ arbitri, ad hæredem porrigitur, *l. 32. §. 1. ff. de recep. arb. & l. 42. eodem.* ſed ſi in compromiſſo mentio fiat hæredum poteſt arbiter jubere ipſos hæredes etiam adeſſe. *l. 37. ff eod.* ¶ Compromiſſum non tranſit ad hæredes, niſi de ipſis fuerit facta mentio. *c. ſi. ext. de arbitris.* ¶ Jus declarandi judicium ambiguum, ſeu intentionem, non tranſit ad hæredes. *Bartol. in l. 5. §. ſi plures, ff. de rei vend. vide tamen eundem Bartol. in l. 73. §. ſi Stichum, ff. de verb. oblig.* ¶ Conventione facta, ut de damnis ſtetur juramento damnum paſſi; facultas jurandi noo tranſit in hæredem. *Hippol. ſing. 546.* ¶ Item pœna pronunciationis poſitionum factæ propter contumaciam rei non reſpondentis (reo mortuo ante ſententiam) non tranſit in hæredem. *Hippol. ſing. 625.* ¶ Obſequia, quæ conſiſtunt in faciendo, non tranſeunt ad hæredes eatraneos. *Bartol. in l. 2. Cod. de in jus vocan.* ¶ Quando quis promittit ut artifex, obligatio perſonalis eſt, nec tranſit in hæredes, ſi vero promittit ut quilibet; obligatio eſt realis, & in hæredes tranſit. *Cabal. milleloq. 399.* ¶ Actiones, quæ non dantur poſt annum, non tranſeunt in hæredem. *Bartol. in l. 34. numer. 5. ff. de actio. & oblig.* ¶ Privilegium pupilli in actione tutelæ, & hæredes proprios ipſius non tranſit. *Bartol. in l. unica. C. de privil. dotis.* ¶ Locatio uſusfructus non tranſit ad hæredes. *Franc. Crem.*

ſing. 170. ¶ Princeps ſi concedat nobili paupeti reditus, non tranſit hujuſmodi conceſſio ad hæredes, niſi in inſtrumento hæredum fiat mentio. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularib. litor. H. ſing. 1.* ¶ Quando ſtatutum, vel ordinatio loquitur de una perſona, tunc non tranſit in hæredem. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 2. num. 21.* ¶ Jus, ſive facultas implendi non ttanſit ad hæredes. *Bartol. conſil. 98. vol. 2.* ¶ Declaratio, ſeu interpretatio libelli obſcuri, non tranſit ad hæredes, *gloſſ. pen. in §. penul l. 5. ff. de rei vendi. at.* ¶ In conditionibus jus offerendi non tranſit ad hæredes. *gloſſ. in l. 108. ff. de cond. & demonſt.*

Cap. X. Quæ transferantur, tranſmittantur, vel non.

Fideicommiſſum univerſale tranſmittitut ad hæredes, licet non ſit facta reſtitutio *l. 3. C. de fideic.* nam ſi dies fideicommiſſi ceſſit, vivente fideicommiſſatio, fideicommiſſum tranſit ad ejus hætedem, etiam tunc in rerum natura non exiſtentem. *l. 21. C. eod.* ¶ Hæres gravatus de reſtituendo tranſmittit ad ejus ſucceſſores, id quod poterat retinere ratione falcidiæ, vel trebellianicæ. *l. 10. C. ad leg. Fal.* ¶ Bonorum poſſeſſio per tutorem nomine infantis agnita, perfecte acquiritur, & ideo ad ejus hæredem tranſmittitur. *l. 3. C. qui admitt.* ¶ Judicium inceptum cum defuncto, in hæredem transfertur, & tunc hæres tenetur, de ejus, & defuncti dolo, & culpa. *l. 51. ff. de rei vendic.* ¶ Conditio primæ obligationis ex facto hæredum, non mutatur. *Afflict. deciſ. 152. Guid. Pap. ſingul. 679.* ſed condemnatio moderatur. *Bartol. in l. 2. §. ex his igitur. ff. de verbor. oblig.* quia obligatio defuncti eo modo, quo erat, ad hæredes tranſmittitur, cum omnib. ſuis qualitatibus. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 15. num. 13.* nec actio ſemel acquiſita contra hæredem, mutatur ob hæredis conditionem. *l. 22. §. qui negotia ff. de neg. geſt.* minus variat jus, *l. 3. §. ſi poſteriori, ff. de jure fiſc.* ¶ Filius tranſmittit ad deſcendentes jus vendicandi lucrum, ſibi provenìens propter tranſitum, quem parens facit ad ſecunda vota, aſcendentibus & collateralibus excluſis. *l. 7. C. de ſecun. nupt.* ¶ Tale lucrum pertinet ad liberos etiam non hæredes. *Authen. hæres. C. eod. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium.* ¶ Sententia lata pro mortuo valet, & transfertur in ipſius hæredes. *Mynſing. obſerv. 85. cent. 1.* ¶ Ultimus de familia prædium alienare prohibitus, petitionem ipſius prædii, ad hæredem extraneum traſmittit. *l. 80. §. prædium de leg. 2.* ¶ Facultas eligendi, quæ competit alicui jure ſuo, traſmittitur ad hæredes. *l. 19. ff. de optio. vel elec. legat.* ¶ Debitum, ſeu jus competens ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, ad hæredes tranſmittitur, prout eſt jus excludendi fœminas ſtante maſculo. *Craveræ conſil. 185. num. final.* ¶ Abſens læſus circa bonorum poſſeſſionem per abſentiam neceſſariam, & probabilem tranſmittit beneficium reſtitutionis, ad hæredes *l. 1. C. de reſtitut. milit.* alias bonorum poſſeſſio non petita, non tranſmittitur ad hæredes. *gloſſ. ibid.* ¶ Beneficium reſtitutionis ex quacunque cauſa competens ad hæredes tranſmittitur. *l. 4. C. de tempo. in integ. reſtit.* & ad cæteros ſucceſſores univerſales. *l. 6. ff. de reſtit. in integ.* ¶ Jus accreſcendi tranſmittitur ad hæredes. *l. 26. §. fi. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Querela inofficioſi præparata tranſmittitur ad hæredes. *l. 5. C. de in offic. teſtamen. vide l. 6. §. fin. cum ſeq. ff. eod.* & etiam non præparata quoad ſuos hæredes, alias ſecus. *l. 34. & penult. C. eo. tamen.* & præparata non tranſit ad patrem, qui bona occupavit jure peculii, non jure hæreditario. *l. 8. §. ſequenti. ff. eodem.* ¶ Exceptio etiam non numeratæ pecuniæ tranſmittitur & oppoſitio facta per defunctum, prodeſt hæredi. *l. 8. C. de non num. pecun.*

Vel non.

Litis proſequutio non transfertur de perſona, ad perſonam, niſi in univerſalibus ſucceſſoribus. *DD. de Rota. dec. 3. de jud. in antiq.* ¶ Operæ perſonam perſonaliter concernentes, ad hæredem extraneum non tranſmittuntur. *l. 10. C. de ope. liber.* ¶ Stipulatio facti, quæ perſonam promiſſoris concernit ad hæredem non tranſmittitur. *l. 46. §. idem. ff. de verbo. oblig.*

Cap. XI. Qui effectus producantur.

Sententia lata contra unum non præjudicat alteri, ſi ſuccedat ille, contra quem eſt lata, cauſam hæreditariam proſequi poteſt. *l. 10. ff. de exceptio.* ¶ Per pactum liberatorium poteſt quis, uni ex hered. providere. *l. avus neptis. ff. de pact.* ¶ Stipulatio collata poſt mortem promiſſoris, facit hæreditarium eſſe debitum: idem ſi fidejuſſor ſolverit, poſt mortem debitoris: quia habet actionem mandati contra hæredem. *l. 7. ff. de bon. auctor. judic. poſſid.* ¶ Exceptio, ego ſum, intra tempus conficiendi inventarium, impedit litis conteſtationem *Guid. Pap. q. 571. n. 7.* nam interim non poteſt conveniri. *Boer. deciſ. 10. & 53. Capel. Thol. quæſt. 158. & l. fin. §. donec. C. de jur. delib.* ſed hæres bene poteſt intra dictum tempus debitores hæreditarios convenire. *Guid. n. 8. vide Boer. deciſ. 23. n. 6. Bart. in l. final. §. donec. C. de jure delib. & gloſſ. ibid.* ¶ Perceptio uſurarum ab uno ex hæredibus non perimit actionem adverſus alios, pro portione hæreditaria debitoris *l. tale poſt diviſionem. ff. de pact.* ¶ Pactum de non petendo factum aliquibus hæredibus tantum, non prodeſt aliis cohæredibus. *l. ſi actionem. C. de pact.* ¶ Si paciſcor ne petas à me, neque à Titio, tale pactum non proderit Titio, ſi poſtea mihi hæres exiſtat. *l. 18. §. ſi pactum ff. de pact.* ¶ Promiſſio defuncti obligat hæredem. *Afflict. deciſ. 123.* dato, quod de hærede nihil dictum ſit. *l. 9. ff. de probatio.* nam pacta comprehendunt hæredem, etiamſi non exprimant. *Rot. Genu. deciſ. 102. Andr. Gail. obſerv. 2. lib. 2.* ¶ Delictum unius ex hæredibus, non nocet alteri *l. final ff. ad Senatuſconſ. Sylan. vide l. 15. § final. de leg. 1.* ¶ Promittens Titio, & hæredibus ſuis, iſta adjectio, & hæredibus ſuis in re tranſmiſſibili ad hæredes, nihil operatur. *Bartol. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* ¶ Cum quis in alterius locum ſucceſſit non eſt æquum ei nocere, id quod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſerit. *Reg. 198. §. pen. ibidem.* ¶ Poſſeſſio ſuperveniens hæredi, parit condemnationem ex inſtantia cœpta cum defuncto, *l. 8. ff. ad exhiben.* ¶ Hæres per aditionem, videtur ratam habere obligationem bonorum ipſius hæredis, factam per defunctum. *Afflict. deciſ. 111. num. fin.*

Cap. XII. Quæ valeant, vel non.

Hæredum pacta non valent in præjudicium creditorum, vel debitorum; ſed in præjudicium ipſorum hæredum ſic. *Boer. deciſ. 57. n. 3.* tamen ſi aliquis ipſorum promiſerit proſequi, vel inchoare litem reſpectu bonorum hæreditariorum ſumptibus ſuis, cum omni commodo, & incommodo, tunc ſi fuerit in aliquo condemnatus reſpectu debiti principalis non tenetur in ſolidum: quia ſolummodo tenetur ad ſumptus faciendos, *vide tamen ibidem d. deciſ. 57.* ¶ Valet pactum factum cum eo, qui eſt, vel futurus eſt hæres, cum paciſcitur de rebus hæreditariis. *l. 7. §. fin. & l. ſeq. ff. de pact.* ¶ Creditores poſt mortem teſtatoris per decem dies non debent petere debitum, & interim facta promiſſio non valet. *Auth. ſed neque C. eo.*

Cap. XIII. Quæ finiantur.

Si creditores peculiares ſuccedant ei, qui tenetur de peculio, quatenus ſuccedunt extinguitur actio de peculio. *l. 30. ff. pecul.* ¶ Mortuo actore, moritur cum eo ſua petitio. *Ægid. Bellam. concluſ. 156. n. 8.* ſed libellus novus non datur, ubi lis fuit conteſtata cum patre; alias ſic.

DD.

DD. de Rot. deciſ. 1. titul. ut lite pendente, in antiq. ¶ Cum fidejuſſor principali ſuccedit, extinguitur obligatio fidejuſſoria, ſi hoc ad incommodum creditoris non cedat; alias ſecus *l. 33. §. 3. ff. de ſeparata. bono.*

Cap. XIV. Hæres quis dicatur.

Nomen hæredis nominati in contractu, etiam ad ſucceſſorem ſingularem pertinet. *Gomez. deciſ. 87.* ¶ Inſtitutus in re certa, vel juſſus eſſe contentus re certa pro ſua inſtitutione, habetur loco legatarii, quoad hoc ut actionibus hæreditariis active, & paſſive uti non poſſit. *pen. C. de hær. inſtit.* ¶ Hæredes hæredis dicitur hæres primi teſtatoris. *Cravet. conſil. 298. num. 9. Ludov. Rom. ſing. 590.* & ejus factum præſtare tenetur. *Gom. Leo. deciſ. 16. in deciſ. diverſ.* & hæredis nomine venit hæres hæredis. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 2.* tamen quando hæredis appellatio finiatur in perſona hæredis, & ulterius non tranſeat. *Bartol. in l. 14. ff. de uſufructu, & habita.* ¶ Qui in univerſum jus ſuccedunt loco hæredum habentur. *Reg. 171. §. fin.* ¶ In dubio tam hæredibus noſtris, quam nobiſmetipſis cavemus. *Ozaſ. deciſ. 161. Natt. conſil. 164. Guid. Pap. ſing. 933.* ¶ Nam in contractibus hæres ſubintelligitur, etiamſi de eo non ſit expreſſe dictum. *Hartm. c. 9. tit. de hæredibus, libr. 2.* ¶ Fallit in pluribus caſibus maxime quando natura rei de qua agitur ea eſt, ut regulariter non tranſeat ad hæredes. *Ozaſch. d. deciſ. 161. n. 12. & fin. And. Gail. obſer. 52. lib. 2. num. 18. Borg. Caval. deciſ. 16. n. 27. de contract. part. 2. & Hartm. cap. 9. tit. de hæred. lib. 2.*

Cap. XV. Quæ ratificari poſſit.

Filius, quamprimum efficitur hæres patris, videtur ratificare contractum à patre geſtum, licet tractetur de alienatione rei propriæ ipſius filii. *Natt. conſ. 214.* ¶ Succedens alteri nullo facto inventario, videtur habere ratum, quod defunctus ſuo nomine fecerat. *Bart. in l. 11. §. ſolutum. ff. de pig. act.*

Cap. XVI. Quæ facere poſſit, vel non.

Parentes filiorum bona donare, aut perdere nequeunt, ideo revocantur per filios etiam hæredes parentum. *Gomez. Leò. deciſ. 79. in deciſ. diverſo.* ¶ Major pars creditorum (etiam in præjudicium aliorum) poteſt remittere partem crediti ad hoc ut hæres adeat hæreditatem, *vide l. 8. & ſeqq. ff. de pact.* ¶ Hæreditas non poſſidet vere, ſed fingitur poſſidere, & cohæres, quando poſſit habere ratam ſtipulationem factam alteri cohæredi, ut ambobus acquiratur actio, *vide per Bartol. in l. 41. ff. ſi cert. pet.* ¶ Unus ex hæredibus poſſidens inſolidum poſt litem conteſtatam cum defuncto, ſicut poteſt inſolidum ex eadem inſtantia condemnari, ita actor poteſt novam inſtantiam reincipere. *Bartol. in d. l. 2. n. 6. de prato ſtipula.* ¶ Quando hæres cum beneficio legis, & inventarii ſolvit primo venienti etiam poſteriori, & vendidit bona hæreditaria, qualiter ſuccurratur anterioribus creditoribus. *Vincent. de Franc. deciſ. 272. part. 2. & ſup. titu. de inventa. cum beneficio in legis.* ¶ Hæres ſequitur forum defuncti; nec poteſt proprium privilegium allegare. *l. 19. ff. de jud.* ¶ Hæres conficiens inventarium poteſt defuncti voluntati contravenire, cum ex hæreditate nihil ipſi hæredi remanet. *Put. deciſ. 264. lib. 3.* ¶ Qui in jus dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus uti debet. *Reg. 138. eod.* ¶ Hæres tamen contra factum defuncti illegitimum venire poteſt. *Ozaſch. deciſ. 181.* alias ſecus. *DD. de Rot. deciſ. 170. de jure patro. in antiq. Roland. conſil. 71. volum. 3. numer. 35.* ſed quando hæres veniat contra factum defuncti, *vide Bartol. in l. 2. C. ſi in fraudem patroni. numer. 6.* ¶ Quando hæres poſſit revocare confeſſionem defuncti erroneam probando contrarium, *Afflict. 233.* ¶ Creditores defuncti petere poſſunt ſeparationem bonorum hæreditariorum, à bonis hæredis, de qua materia, *vide in titu. ff. de ſeparat. bono.* ¶ Abſolutio à juramento non requiritur, quando hæres jurantis agit ad reſciſſionem contractus ſimulati. *Ozaſ. deciſ. 24. num. 6.* alias quoad obſervantiam contractus juramentum ligat hæredem. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 15. num. 13. vide ſupra lib. 1. tit. de juramen. contract.* ¶ An hæres mariti, qui dum vixit alimenta uxori (nondum receptis dotibus) præſtitit, poſſit dicta alimenta uxori præſtita, & à marito non petita, petere, *vide Ozaſ. deciſ. 132.* ¶ Fidejuſſor hæres debitoris efficaciter obligati, adjuvatur beneficio reſtitutionis in integrum, quo principalis debitor ſe ſperabat adjuvare. *l. 95. §. quod vulgo. ff. de ſolutio. & libe.*

Vel non.

Emphytheuſim propter canonem non ſolutum ad Dominum non translatum, hæredes vendicare non poterunt, ſi dominus tacuerit. *Ozaſ. d. deciſ. 132. num. 6.* ¶ Hæres contra factum defuncti venire non poteſt, neque defunctum de mendacio arguere. *ibidem numer. 10. vide Ozaſ. deciſ. 180. Afflict. deciſ. 112. & 240. Joſ. Ludov. deciſ. Luc. 54.* non venit etiam nomine proprio. *l. 14. C. de rei vendic. & l. 3. C. de reb. alien. non alien.* ¶ Etiam hæres cum beneficio inventarii non poteſt contravenire facto defuncti, quatenus hæreditas ſolvendo eſt, & poteſt probari non ſolvendo ax inſpectione inventarii, cui ſtandum eſt, donec pars probaverit contrarium. *Cravet. conſ. 225. num. fin.* ¶ Hæres ſciens alios creditores, non poteſt ſolvere primis venientibus. *Thol. Minad. deciſ. 9.* ¶ Hæres non auditur, niſi probet ſe hæredem: *Joſeph. Ludov. deciſ. 2. Luc.* ante omnia. *idem Joſeph. deciſ. Peruſ. 15.* ¶ Factum defuncti non retractatur ex perſona hæredis minoris. *l. 2. ff. de his, quibus ut indig. hæred. auſer.* ¶ Hæres non poteſt ratum habere quod factum eſt nomine defuncti in his, quæ ad hæredes non tranſeunt. *l. 7. ff. rem rat. haber.* alias geſtum nomine defuncti poteſt ratificari per ejus hæredem. *l. 22. §. ſi procurator ff. judicatum ſolvi.* ¶ Hæres dubitans de viribus hæreditatis debet curare, ut fiat citatio per proclama contra omnes creditores, ut veniant ad edendum inſtrumenta debiti hæreditarii ipſi hæredi ad hoc, ut poſſit deliberare, & tunc ſi creditores ſic vocati ad præſtitutum diem non venerint, nec de ſuis creditis docuerint, ſibi præjudicant, nec hæres ipſis amplius reſpondere obnoxius erit. *Mynſing. obſervat. 47. cent. 2.* ¶ Ea, quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur. *Reg. 153. vide gloſſ. in l. 193. ibid. de reg. jur.* ¶ Hæres irritans defuncti factum, pretium quando debeat reſtituere, *vide Afflict. deciſ. 278.*

Cap. XVII. Ad quæ teneatur, vel non.

Hæres ſubſtantiam defuncti ſubtiliter agnoſcens, etiam facto inventario uni integraliter perſolvens, omnibus aliis perſolvere compellitur, niſi inopinabile emergat damnum, his obtinentibus in omni ultima voluntate, & in omnibus perſonis, minoribus exceptis *§. non autem Authen. de hæred & Falcid.* ¶ Etſi teſtator aliquos in re certa inſtituiſſet hæredes, & alium hæredem univerſalem, tunc ipſe univerſalis tenetur inſolidum ad omnia onera, niſi bona ipſius hæredis univerſalis non eſſent ſolvendo. *Boer. d. dec. 57.* ¶ Petens tempus ad deliberandum ſibi præjudicat, ut teneatur creditoribus etiam inſolidum. *Idem Marc. q. 28. part. 2.* ¶ Hæres ob non confectum inventarium perdit æs alienum ſibi à defuncto debitum. *Ozaſ. deciſ. 148.* facto inventario non tenetur ultra vires hæreditarias. *Bart. in l. final. §. & ſi præfatam. Cod. de jure deliberan.* ¶ Regula l. cum à matre, quomodo intelligatur, limitetur & reſtringatur, *vide per Ozaſ. d. deciſ. 180.* & maxima non habet locum, ubi hæres inventarium confecit, ſi eſſemus in feudo ex pacto, & providentia. *Ozaſch. d. deciſ. 180. numer. 12.* ¶ Hæres adeundo hæreditatem ex quaſi contractu ex aditione ſe obligat creditoribus. *Grammar. deciſ.*

deciſ. 103. n. 103. nam adeundo ſine inventario videtur quaſi contrahere. *Afflict. deciſ. 26.* & judicium defuncti intelligitur rectum habere. *Boer. deciſ. 57.* ¶ Hæres an teneatur obſervare juramentum defuncti, *vide per Ozaſ. deciſ. 41. num. 4. & final.* ¶ Hæres ſive ſuus ſive extraneus tenetur conficere inventarium, & tunc non obligatur creditoribus, & legatariis ultra vires hæreditatis. *Bartol. in §. extraneis. Inſtitut. de hæred. qualit. & different. l. final. C. de jure deliberandi.* alias tenetur ultra vires hæreditatis; quia ex aditione videtur quaſi contrahere, *Boer. conſilio 53. l. 10. C. de jure deliber.* ¶ Reg. limitatur quatuor in caſibus, in quibus etiam nullo facto inventario non tenetur. *Math. Matheſ. ſing. 156. in additione.* ¶ Filius non conficiens inventarium, an teneatur inſolidum creditoribus hæreditariis, etiam ultra vires hæreditatis, *vide Bart. in §. ſi vero. Authent. de hæred. & Falcid.* ¶ Filius adiens hæreditatem (etiam cum inventario) tenetur creditoribus hæreditariis ſatisfacere de fructibus feudi. *Boer. deciſ. 199. n. 6.* ¶ An & quando hæredes teneantur inſolidum, vel pro hæreditaria portione, *vide per Bartol. & Doct. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligatio. vide per Bartol. in l. 5. ſi ita de legat. 2.* ¶ Cohæres proſequens ſimpliciter litem inchoatam per defunctum, tenetur ad omnes expenſas, licet haberet alios cohæredes. *Papon. libr. 18. titul. 16. arreſt. 4.* ¶ Hæres conventus ad proſequendam litem inchoatam cum defuncto tenetur, vel acceptare hæreditatem, vel illam expreſſe repudiare, nec ſibi præjudicat, ſi ſimpliciter reſponderit ſe non eſſe hæredem. *idem Papon. ibidem arreſt. 6.* ¶ Hæres an antequam conſtituat debitorem in mora, probare debeat ſe hæredem, *vide Boer. deciſion. 10.* ¶ Plures hæredes venditoris inſolidum emptori de evictione tenentur, quoad defenſionem rei, licet unicuique pro parte hæreditaria præſtatio injungatur ratione intereſſe. *Andr. Gail. obſerv. 14. num. 4. libr. 2. vide l. 85. §. inſolidum. ff. de verbor. obligat.* ¶ Plures hæredes rei neceſſe habent unum dare procuratorem, aut defenſorem, ne defenſio per plures perſonas ſciſſa, aliquo incommodo afficiat actorem: ſecus in pluribus hæredibus actoris. *l. 5. §. ſi tamen plures. ff. judicatum ſolvi.* ¶ Expreſſio futuri hæredis nihil operatur, & perinde habetur ac ſi expreſſus hæres non eſſet: ideo omnes hæredes tenentur pro hæreditaria portione, quamvis conveniſſe videatur, ne ab alio hærede, quam ab obligato per teſtatorem peteretur. *l. 56. §. 10 & Titius. ff. de verbo. obligat. vide & l. 131. eod.* ¶ Hæres petendo contra voluntatem defuncti, exceptione doli repellitur. *l. 28. ff. de mor. cauſ. donat.* ¶ Nominati nomine proprio tenentur in viriles, ſi appellativo, pro hæreditariis portionibus. *l. 127. de l. 1.* ¶ Unus ex hæredibus in ſpecie hæreditaria gravatus, pro portione ſua tantum gravatus videtur. *l. 83. §. ſi libertus. ff. eodem. vide tamen l. 88. §. ſi teſtamento. eodem.* ¶ Si legatum ab uno hærede relictum animo compenſandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus ſuſtinebit. *l. 33. de leg. 2.* ¶ Uno ex hæredibus promiſſoris contrahacienre, omnes tenentur pro hæreditaria portione: ſed ſi uni ex hæredibus ſtipulatoris contra fiat, pro parte ſua tantum ſtipulatio committitur, ad intereſſe, ad pœnam vero ſecus. *l. 2. 3. & 4. ff. de verb. oblig.* ¶ Onus ſatisfaciendi creditoribus hæreditariis feudo hæreditario annexum eſt. *Vincent. de Franciſ. deciſ. 1. n. 25.* ¶ Quando dolus purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, hæres tenetur inſolidum, non attento quantum ad eum pervenerit. *l. 7. §. datur, ff. depoſiti, & l. 11. ff. de act. & obligat.* ¶ In actionibus bonæ fidei quilibet hæredum tenetur inſolidum ex dolo, ſeu facto proprio, ex facto autem defuncti, pro hæreditaria portione, *l. 11. ff. depoſiti, vide l. 22. eod.* ¶ Hæres Theſaurarii vel publici receptoris ad rationem computorum, & reliquorum redditionem de adminiſtratis, reddere tenetur. *Franc. Marc. quæſt. 440.* ¶ Fructus legati, quando ſolvantur ab omnibus hæredibus, vel ab uno tantum. *Gaſ. Cabal. milleloq. 86.* ¶ In judicio reali, ſi hæres non poſſideat, debet abſolvi, niſi defunctus aliquid perceperit ex re, quæ petebatur, quia tunc pro his acceſſionibus hæres condemnabitur. *l. 43. ff. de rei vendic.* ¶ Hæres quando cogatur habere ratum factum defuncti, & conventus ut hæres poteſt uti exceptionibus ſibi competentibus, etiam non hæreditariis. *Bartol. in leg. 39. ff. ſolut. matrim.* ¶ Hæres tenetur ſatisfacere pro anima defuncti. *Abb. conſil. 76.* Ad id, ad quod compelli poterat defunctus, poteſt compelli hæres ipſius, licet verbis legis non exprimatur. *l. poſtulaſſe, ff. ad Trebellian.* ¶ In obligatione rem reſtitui, in contractibus bonæ fidei, hæres tenetur ultra hæreditariam portionem, quatenus rei reſtituendæ habet facultatem, *l. 3. §. hæres, ff. commodati.* ¶ Hæres, qui non adimplet voluntatem defuncti, privari debet ipſius hæreditate. *c. 6. ex. de voto.* ¶ Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. *Dec. conſil. 272. num. 6.* ¶ Hæres vocatus ante nativitatem ex contractu matrimonii, tenetur ad debita hæreditaria, ac ſi eſſet hæres ex teſtamento, quia effectu hæres eſt. *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 17.* ¶ Qui aliquid facit tanquam hæres oneribus hæreditariis eſt obligatus, ſecus ſi alio animo faciat, quod apparere poteſt, vel ex teſtatione vel ex facti qualitate. *l. 20. ff. de acquir. hæred.* ¶ Pater ſi promiſerit dotem filiæ, deinde moriatur filio, & filia hæredibus inſtitutis, onus dandi dotem totum ſpectat ad filium. *Pet. Gerard. ſing. 43.* ¶ Pater remittendo uſumfructum bonorum adventitiorum filiis, hæredes ab omni uſusfructus repetitione excluſiſſe videtur. *Ozaſ. deciſ. 132.* ¶ Si legatum ab uno hærede relictum animo compenſandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus ſuſtinet. *Bartal. ſingul. 83.* ¶ Regulariter hæredes tenentur pro portionibus hæreditariis ſed Reg. limitatur quinque caſibus, primo, ſi aliquid individuum ſit in obligatione, ſecundo, ſi res, quæ debet reſtitui, ab uno inſolidum poſſideatur, tertio, in alimentis legatis, quarto, ſi teſtator ab uno hærede legaverit creditori animo compenſandi, quinto, in expenſa funeris uxoris, quæ non tantum aſtringit hæredes pro hæreditariis portionibus, ſed unum pro portione, quæ pervenit ad eum de dote uxoris ſuæ. *Guid. Papon. ſingular. 297.* ¶ Hæres, quando ex defuncti contractu, vel dolo teneatur. *vide gloſſ. in Reg. 199. §. final.* ¶ Filius non hæres patris, ſed matris per obligationem amborum nomine unius, nempe patris, cujus non eſt hæres condemnari poteſt nomine alterius, ſcilicet matris, cujus eſt hæres, licet uti hæres matris non ſit conventus, *Afflict. deciſ. 172.* ¶ Hæredes tenentur ad pœnam, vel intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, contra contractum defuncti venientes. *Capic. deciſ. 174.* ¶ Hæres, ad quæ debita defuncti teneatur. *Boer. deciſ. 57. num. 4.* ſed unus hæredum ſolvens ab aliis petit familiæ erciſcundæ judicio. *ibidem Boer.* ¶ Hæredis loco ſuccedens, an teneatur ſolvere debita, & imperator, an teneatur ad debita ſui anteceſſoris. *vide per Boer. deciſ. 204. num. 41.* ¶ An hæredibus Officialis, vel advocati mortui, debeatur ſalarium totius anni, vel an hæredes debitoris ſolvere teneantur pro defuncto; *Bart. in l. 4. ff. de offic. Aſſeſſor. & ſupra lib. 1. titul. de ſalario, facit lex 15. C. de Advoc. diverſ. judic.* ¶ Regulariter hæres tenetur habere ratum factum defuncti: fallit ſex in caſibus, de quibus *vide per Guid. deciſ. 93. num. 7. vide etiam Cravet. conſ. 200.* ¶ An hæres repudians hæreditatem teneatur obſervare contenta in teſtamento virtute ſuæ promiſſionis ibidem factæ. *Marc. quæſt. 334.* ¶ An hæres teneatur adim-

plere omnia contenta in teſtamento, *vide Franc. Marc. quaeſt. 329. & ſeqq. part. 1. & quaeſt. 221. part. 2.* ¶ Hæredes plures ſuccedentes pro judicio cœpto cum defuncto, tenetur dare unum defenſorem, & non coguntur ſimul agere, niſi natura negotii hoc exigat. *Bartol. in l. 5. §. ſi tamen. ff. jud. ſolvi.* ¶ Poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur, & ipſe tenetur ex omnibus cauſis. *Reg. 89. eod. vide infra titul. prox.* ¶ Quod ipſis, qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *Reg. 186.* ¶ Onera hæreditaria ſpectant ad hæredes, non autem ad ſucceſſores ſingulares. *l. 27. C. de jure dot.*

Vel non.

Hæres non poteſt gravari, niſi pro portione hæreditaria. *Franc. Cremenс. ſing. 10.* ¶ Inventarium, qui non confecit, non tenetur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditarias. *Guid. ibid. numero final. Boer. conſil. 53. Bart. in l. 87. ff. de acquir. hæred.* ſecus de jure, quo obligatur inſolidum. *Franc. Marc. q. 33.* hæres, quando teneatur ultra vires hæreditarias, *vide Bartol. in l. final. §. ſin autem. C. de jure deliberan.* ¶ Hæres, qui ſolemniter fecit inventarium ultra vires hæreditarias non tenetur, & falcidia utitur, ſatisfacereque poteſt legatariis, & creditoribus primo venientibus, licet aliis ſint poſteriores. *l. ſi. §. & ſi per præfatam. C. de jure delib.* ¶ Hæres dato, quod teneatur ex delicto defuncti, ultra vires hæreditarias non tenetur etiam, ſi inventarium non confecerit. *Ozaſ. deciſ. 152. num. 9.* ¶ Etiam confecto inventario, quando remanet in hæreditate tot bona defuncti, quæ æquipollent bonis hæredis alienatis per ipſum, non poteſt præciſe agi contra bona hæredis alienata. *Joſeph. Ludovic. deciſion. Luc. 65. n. 31.* ideo tunc non poteſt venire hæres contra factum defuncti, illa ratione, quia cum poſſideat alia bona acquiſita à defuncto alienante, cautela inventarii non juvat ipſum hæredem, quin teneatur approbare factum defuncti. *vide ibidem.* ¶ Reus, qui recuſavit juramentum, ſi moriatur antequam pronuncietur eum haberi pro confeſſo, vel condemnato, ejus hæres non poterit condemnari ex hac ficta confeſſione. *Bartol. in l. 38. ff. de jurejuran. num. 7.* ¶ Si uni debitori ſucceſſerunt plures, quilibet liberatur à perſonali obligatione ſolvendo partem ſuam. *Bart. in l. 3. C. de neg. geſt.* ¶ Obligatio quando habet originem ex perſona hæredis, unus non tenetur ex facto alterius, *Bart. in l. 50. num. 3. de legat.* 1. ſecus in obligatione, quæ incipit à defuncto. *idem Bartol. in l. 32. §. Julianus, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Hæres ultra vires hæreditatis non tenetur legatariis, etiamſi non fecerit inventarium; creditoribus autem nullo facto inventario tenetur inſolidum. *Bartol. in l. 10. de jure delib.* imo hodie etiam tenetur legatariis, ſi non fecerit inventarium. *Bart. in l. final. §. ſi præfatam. C. eod.* ¶ Hæredes non ligantur ex contractu ſocietatis defuncti, tamen tenentur ad intereſſe, & ad pœnam. *Capic. deciſion. 174.* ¶ Actio hæreditatis ſi ſit erronea; non tenetur hæres ad aliquod factum defuncti, *Put. deciſ. 404. n. 3. libr. 3.* ſed quando dicatur erronea, *vide eundem Put. deciſ. 421. lib. 3.* ¶ Unius hæredis mala geſtio muneris, non onerat cohæredis, licet pater illius hæredis denominationi conſenſerit dum viveret. *l. 15. ff. de munerib. & honorib.* ¶ Per epiſtolam, quam quis ſcribit ſuo creditori, qua aſſerit ſe illi eſſe debitorem, non obligatur hæres, ſi ſcribens moriatur antequam ad notitiam creditoris epiſtola pervenerit. *Hippol. ſinal. 373.* ¶ Hæres non tenetur de facto defuncti in fraudem ſui. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 83.*

Cap. XVIII. Quando conveniri poſſit, vel non.

Hæredes obligati debent in jus vocari, antequam contra illos obligationis executoria executio concedatur. *Marc. quaeſt. 61. part. 2.* ¶ Conventus rei vendicatione, ſi decaſſerit pluribus hæredibus relictis, & unus ſolus poſſideat, an ille ſolus conveniatur. *vide per Bart. l. 2. ff. de prato. ſtipulatio. num. 4.* ¶ Ex ſubmiſſione defuncti ad omnes curias, cum renunciatione fori, poteſt hæres ibi conveniri: ſed ex ſubmiſſione defuncti ad arreſtum, non poterit arreſtari. *Jaſ. Lanfr. dec. 60.* ¶ Speciale eſt in fiſco hæreditatem vendente, ut à creditoribus hæreditariis conveniatur emptor, non ipſe fiſcus. *lib. 1. C. de hæred. & act. vend.* alias hæres, & non emptor hæreditatis à creditoribus convenitur hæreditariis (non obſtante pacto in contrarium) ipſe vero hæres poſtea repetit ab emptore hæreditatis. *l. 2. C. eod.* ¶ Hæreditate in dotem data pro oneribus hæreditariis mulier, non vir convenitur à creditoribus hæreditariis. *l. 73. de jure dot.* ¶ Toties in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur, non quoties ex ſuo. *l. 45. ff. de regul. jur.* ¶ Ex cauſa primipili filius non exiſtens hæres patris, poteſt pro patre conveniri: alias ſecus *l. final. C. de primipil. lib. 12.* ¶ Facta diviſione hæreditatis ex cauſa tranſactionis, inter ſcriptum hæredem, & legitimam, quilibet à creditoribus convenitur pro hæreditariis portionibus. *lib. 14. ff. de tranſact.* ¶ Hæres poſſeſſoris defuncti ante litem conteſtatam, convenitur rei vendicatione ſecundum quod poſſidet, & non pro portione hæreditaria. *lib. 55. ff. de rei vendic.* ¶ Actioni perſonali ex teſtamento non poteſt conveniri hæres, niſi pro hæreditaria portione, etiamſi rem inſolidum poſſideat. *d. l. 88. §. ſi. de leg.* ¶ Creditores habent electionem, quem maluerint convenire ex duobus contendentibus de hæreditate, aut poſſeſſorem, vel petitorem. *l. final. C. de petit. hæred. DD. de Rot. deciſ. 21. in antiq.* ſed econtra cui interim fiet ſolutio, *vide Rebuff. in ſuis commentar. tract. de litt. oblig. art. 9. gloſſ. 2. num. 7.* ¶ Hæres ſcriptus, aut legitimus, quando conveniri poſſit, *vide Bart. in l. 14. ff. de tranſact.*

Vel non.

Licet minor conſequi poſſet, vel conſequutus fuiſſet damnum ſibi illatum à tutore (eo à paterna hæreditate abſtinente) non propterea potaſt ipſe à creditoribus hæreditariis conveniri. *l. 4. C. arbitr. tutel.* ¶ Filius, qui abſtinuit ab hæreditate paterna non poteſt conveniri pro debito patris, niſi poſſideat aliqua bona paterna ſibi alienata in fraudem creditorum. *l. 3. C. de revocan. his, quæ in fraud. cred.*

Cap. XIX. Qui, & quæ facere poſſit, vel non.

Maritus non petendo dotes propter uxoris adulterium amiſſas, cenſetur eas tacite remiſiſſe, adeo, ut hæredes eas repetere non poſſint. *Ozaſ. d. 132. num. 5. Vincent. de Franc. deciſ. 184.* ¶ Propter unum abſtinentem poteſt alius, qui adierat à toto recedere, niſi creditores hæreditarii parte abſtinentis, noluerint eum moleſtare. *l. 55. ff. de acquir. hæred.* ¶ Filius poteſt bona paterna citra jus, & nomen hæredis patris habere, ut puta pro dote materna. *Afflict. deciſ. 372.* ¶ Maritus licet lucretur dotem non tamen tenetur ad onera hæredaria. *Pet. de Ravent. ſing. 293.*

Cap. XX. Qui, & ad quæ teneatur, vel non.

Moleſtans moribundum, alioſve, qui in ejus ſunt domo ratione crediti, ab actione poſt mortem illios cadit, & aliter punitur, *vide Authent. item qui domum. C. de ſepul. viol.* ¶ Etiam, ſi filio aliquid prælegetur, & cum aliis poſtea inſtituatur, non ob id tenetur reſpectu onerum hæreditariorum, niſi pro virili *Boer. dec. 57.* ¶ Pater occupans bona filii jure peculii, tenetur ſatisfacere credi-

creditoribus filii intra annum, quatenus eſt in peculio. *Cravet. conſil. 102. num. 6.* & hodie tenetur in peculio adventitio perpetuo, idem in peculio caſtrenſi, *Jaſ. de act. in §. actiones autem, n. 14.* ¶ Quando fiſcus ſuccedit alteri alio titulo, quam hæredario, puta ex confiſcatione bonorum, tenetur etiam creditor hæreditariis: quia quaſi hæres, & hæredis loco eſt. *Cravet. conſil. 263.* ¶ Quis eligat ut ſatis fiat creditoribus hæreditariis, vel vendere rem hæreditariam, aut ex rebus ſatisfacere, & creditoribus providetur contra legatarios, *vide Bartol. in l. fi. §. & ſi præfatam. C. de jure deliberan.* ¶ Filius qui recepit pecuniā pro morte patris, an teneatur creditoribus hæreditariis ſolvere, *vide Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtin. 9. judicio. num. 138.* ¶ Is, qui reſpondit ſe hæredem eſſe, cum vere hæres non eſſet, non liberat verum hæredem. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſponſio. Tom. 3. artic. 6. n. 12.* ¶ Succeſſor tenetur ad id quod anteceſſor ſolvere conſuevit. *c. 18. ex de cenſibus.*

Vel non.

Miles etiamſi non confecerit inventarium privilegio militiæ, non tenetur creditoribus hæreditariis, ultra vires hæreditarias. *§. noviſſimam. C. de jur. delib. l. 6. fin.* ¶ Error juris tolleratur in minore, & ideo inventarii vim ignoraſſe præſumitur, & propterea ultra vires hæreditatis non tenetur, etiam inventario omiſſo. *Cravet. conſil. 1. pro genero. num. 471.* ¶ Jus primo genituræ non oneratur oneribus hæreditariis, quando adſunt alia bona, in quibus datur ſucceſſio æqualis inter omnes fratres. *Joan. Pap. lib. 20. tit. 4. arreſt. 3.*

Cap. XXI. Stipulatio: pœna: quando committi poſſit.

In facto reiterabili ſtipulatio poteſt committi per hæredem etiam, ſi ante fuerit commiſſa per defunctum, quotieſcunque ipſe defunctus promiſit per ſe, & hæredes. *l. 133. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio habere, licet ſimpliciter interpoſita, ex facto promiſſoris, & ipſius ſucceſſoris tantum committitur. *vide l. 38. ff. de verb. oblig.* ¶ Pœna adjecta facto individuo, ſi contra fiat per unum ex hæredibus promiſſoris, pro parte hæreditaria committitur contra omnes in facto vero individuo, pro parte contrafacientis tantummodo. *l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* ¶ Stipulatio dupli de evictione fructuaria, damni infecti, & de operis novi nunciatione, ſi ad intereſſe committatur, inter hæredes ſtipulatoris dividitur, ſecus ſi ad factum competat. *de verb. oblig. §. ſi is, qui.* ¶ Stipulatio pœnalis teſtatoris committitur inſolidum contra omnes hæredes, uno ex ipſis contra ipſam ſtipulationem faciente. *l. 27. §. in illa, ff. famil. erciſ.* vide ſupra tit. de pœnalibus ſtipulationibus tamen ſtipulatio facti dividui, contra hæredem contrafacientem tantum committitur. *l. 43. §. quis ſtipulatus. ff. famil. erciſ.*

Cap. XXII. Miſcellanea.

Prohibitus petere ab aliquo, & ab ejus hærede cenſetur prohibitus. *l. 2. ff. de libera legat.* ¶ Quando quis uni ex hæredibus ſuis poſſit providere, & quando non, *vide per Bartol. in l. 137. §. præterea, ff. de verb. oblig.* ¶ Privilegiatus ſuccedens non privilegiato, quando utatur jure ſuo, *vide Bartol. in l. 49. §. in hac. ff. de verb. oblig.*

TITULUS DXVI.

Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conveniantur.

Cap. I. Quæ transferantur, vel non.

QVando confeſſio facta tranſit in condemnationem, tunc pœna tranſmittitur ad hæredem propter ſententiam. *Ozaſ. deciſion. 106.* alias pœna, quæ infertur ex ficta confeſſione, non tranſit ad hæredes. *Bartol. in l. 29. ff. de jure fiſ.* ¶ Executio ſub pœna banni, transfertur quidem in hæredem mutato tamen banno in pœnam pecuniariam, *idem obſerv. 8. cent. 2.*

Cap. II. Quæ fieri poſſint, vel non.

Pro crimine hæreſis contra defunctum poteſt procedi intra quinquennium. *Bartol. in l. 2. C. de apoſtat.* ¶ Sententia in pœna pecuniaria fieri poteſt in perſonam procuratoris domini litis effecti, mortuo reo poſt litem conteſtatam, & de delicto convicto, vel confeſſo. *Ozaſ. deciſ. 149.* nam actiones pœnales poſt litem conteſtatam hæredibus dantur, & contra hæredes tranſeunt. *Ozaſ. ibid.* ¶ Sententia non poteſt ferri contra rebellem poſt ejus mortem, niſi pro delicto ipſo memoria defuncti damnaretur, ut ſi eſſet in crimine perduellionis, in quo ſolo damnatur memoria defuncti, & non in aliis. *Gram. deciſ. 105. num. 20.*

Cap. III. Quæ tranſeant, vel non.

Delicta, quæ tranſeant contra hæredem lite non conteſtata, *vide per Bartol. in §. per contrarium, inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* ¶ Pœna edicti, quod quiſque juris tranſit ad hæredes, *leg. pen. §. quod autem. ff. quod quiſque juris.* ¶ Pœna in hæredes tranſit lite conteſtata, ſive actio criminaliter intentetur, ſive civiliter. *Ozaſ. deciſion. 149. num. 7. Marc. quæſt. 754.* nam pœnalia judicia (ſemel acceptata) in hæredes tranſmitti poſſunt. *Reg. pœnalia, vide l. 182. de reg. jur.* ¶ Pœna pecuniaria delinquentis in officio, tranſit ad hæredes. *l. 2. C. ad leg. Jul. repet.* ¶ Bona damnatorum ex crimine læſæ Majeſtatis, tranſeunt ad eorum filios, & his deficientibus ad fiſcum. *l. 9. ff. ad leg. Jul. Majeſtat.* vide ſupra de materia. *titul. de publ. bonor. lib. 1.* ¶ Sententia condemnatoria lata contra abſentem vigore ſtatuti, pœna tranſit in hæredem condemnati. *Bart. in l. 20. ff. de accuſat.* ¶ Confeſſio ficta, quæ reſultat ex contumacia defuncti an tranſeat ad hæredes, *Ozaſ. deciſion. Pedr. 106.* ubi tenet affirmativam, *vide tamen Capic. deciſ. 12. num. 26.* ¶ In cauſis criminalibus per confeſſionem rei, actio fit tranſitoria ad hæredes, ſi tamen per accuſationis viam, non autem inquiſitionis proceſſum eſt. *Hippol. ſingularib. 513.* ¶ Confeſſio in crimine læſæ Majeſtatis, & crimine latronum, & hæreſis facta, tranſit ad hæredes. *Bartol. in l. 2. ff. de bonis eorum, qui ante ſentent.* ¶ Pœna, quæ infligitur ipſo jure tranſit contra hæredem, etiam lite non conteſtata contra defunctum. *Jaſſ. Lanfr. Balb. deciſion. 391. Bart. in l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque juris. & in l. 20. ff. de accuſ.* ¶ Accuſatio fractæ pacis publicæ tranſit in hæredes, ſi juncta ſit civilis actio ſuper reſtitutione damnorum, & intereſſe, alias ſecus. *Mynſing. obſerv. 98. cent. 1.*

Vel non.

Pœna impoſita delinquenti non tranſit in ejus hæredem, quando pœna conſtituitur in emendationem hominis, quæ illo mortuo deſinit. *l. 20 ff. de pœnis.* ¶ Pœna impoſita patri non tranſit ad filium, quia ex delicto patris filius non punitur, *l. 26. ff. eod.* fallit in caſibus, de quibus *in gloſſ. ibidem.* tamen punitur quandoq; filius ex patris delicto, *vide gloſſ. in l. 20. C. de agri. & cenſib. lib. 11.* ¶ Obligatio perſonalis contracta ex delicto, non tranſit ad hæredem, & edictum peremptorium ſolvitur morte. *Ægid. Bellam. concluſ. 658.* ¶ Actio legis Aquiliæ eſt pœnalis, quia æſtimatur quanti plurimi res ab anno retro fuerit, & ideo non tranſit contra hæredes. *§. his autem, inſtit. de lege Aquil.* ¶ Etiam actiones deſcendentes ex quaſi delicto, non tranſeunt contra hæredes. *Bart. in l. 25. §. Judex. ff. de jud. §. final. inſtit. de actio. quæ ex quaſi delict.* ¶ Actiones

pœnales, ſi competant ad vindictam, non tranſeunt ad hæredes, niſi lite cònteſtata, ſi vero competant ad rem familiarem, indiſtincte tranſeunt ad hæredes *Bartol. in leg. 1. §. hæredem, ff. de privat. delic.* ¶ Si hæres deceſſerit infra tempus à teſtatore limitatum, ad ſolvendum legata, non incidit in pœnam, ideo illa non tranſit ad hæredem. *Bartol. conſil. 7. volum. 1.* & per conſequens in pœnis, quæ relinquuntur in teſtamento, non receditur à perſona, quantum ad commiſſionem ipſarum pœnarum. *Bart. ibidem.* ¶ Pœna gabellæ non ſolutæ, non tranſit ad hæredes. *Abb. conſ. 68. lib. 1.* ¶ Pœna bonorum ademptionis deſcendens ex crimine publico, non tranſit ad hæredes delinquentis, niſi ſententia fuerit lata ante mortem accuſati, fallit in quibuſdam caſibus hic exceptis, criminis autem privati pœna tranſit in hæredes, ſi lis fuerit conteſtata cum defuncto delinquente ante ejus mortem, *vide l. 20. ff. de accuſat.*

Cap. IV. Actio: Quando detur, vel non.

Condictio furtiva datur contra hæredem, etiam quomodocunque res perierit. *l. 7. §. condictio, & l. 9. ff. de condict. fur.* ¶ Quando actio ex delicto detur contra hæredem, *Alvi. de Albert. ſingul. 100.* ¶ Accuſatio criminis peculatus, de reſiduis, & repetundarum (licet ſit publica) competit tamen adverſus hæredes delinquentium. *l. fin. ff. ad legat. Jul. peeul.* ¶ Actio injuriarum non datur hæredi, neque in hæredes, niſi lite conteſtata cum defuncto. *l. 13. ff. de injuriis.*

Cap. V. Qui effectus producantur.

Patris culpa nocet filio in eo, quod debet habere filius poſt patris mortem, *Capic. deciſion. 121. num. final.* ¶ Se præcipitans abſque conſcientia criminis non nocet ſucceſſoribus, veluti ob tædium vitæ, vel impatientiam doloris. *l. 7. C. de accuſatio. vide ſupra. 1. titul. de bonis eorum, qui ſibi mortem*, quare hæredibus non auferuntur bona defuncti, etiam poſt accuſationem decedentis, niſi ob delictum ſibi mortem conſciverit. *l. 1. & final. C. de bonis eorum, qui ſibi mort. conſciv.* ¶ Judex tenetur in totum, ſi dolo malè judicaverit, quæ actio non datur contra hæredem Judicis. *l. 16. ff. de judi. ſecus de jure Canonico. gloſſ. ibidem.* ¶ Contumax ubi debet haberi pro confeſſo, antequam ſuper hoc pronuncietur decedat, non præjudicat hæredi. *Bartol. in l. 1. §. ſed. ff. de calumna.* ¶ Delictum defuncti, ſi purgatur per actionem deſcendentem ex delicto, non nocet hæredibus, ſecus ſi purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, vel quaſi. *l. 10. ff. commu. divid. & l. 121. ff. de verb. oblig.*

Cap. VI. Qui, & ad quæ teneantur, vel non.

In omnibus bonæ fidei Judiciis propter dolum defuncti hæredes tenentur, etiam lite non conteſtata cum defuncto: nam litis conteſtatione, & pœnales actiones tranſmittuntur ab utraque parte & temporales perpetuantur, *l. fin. ff. de fidejuſ. & nominat. & hæred. tuto. vel cura. l. 32. ff. de actio. & oblig. & l. 48. ibid.* ¶ Hæres quando ex defuncti dolo teneatur, *vide gl. in l. 195. ff. eod.* & quando ex delictis *vide gl. in §. interdum, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & §. non autem, & ibid. gl. inſtit. de perpe. & temp. actio.* ¶ Pœna pecuniaria in privatis delictis ita demum ab hærede incipit, ſi vivo reo accuſatio mota ſit, licet non fuerit condemnatio ſecuta. *Ozaſc. deciſion. 149. num. 4.* ¶ Rèus ſi decedat poſt latam ſententiam condemnatoriam intra tempus datum ad appellandum, ejus hæres tenetur ad pœnam, niſi ipſe appellet, & proſequatur appellationem. *Bart. ſing. 51.* ¶ An Hæres condemnati, qui ante condemnationem defunctus eſt, teneatur ad pœnam ratione delicti, non obſtante decreto antiquo, quid in pœna incurſa ratione contumaciæ, attento ipſo decreto, *vide Excell. Pr. Theſſ. deciſion. 144.* ¶ Si condemnatus in emenda in vim defectuum, & contumaciarum moriatur, an hæres ejus teneatur illam ſolvere. *Boer. deciſion. 64.* ubi tenet admitti hæredem ad purgandum, & juſtificandum defunctum. ¶ Quoties hæres convenitur ex dolo defuncti, tantum tenetur ad id, quod ad eum pervenit. *l. 45 ff de reg. jur. vide Reg. 170. & reg. 199.* ¶ Hæres aſſaſſini tenetur reſtituere pecuniam, ſeu bona, quæ pervenerunt ad manus defuncti, etiam lite conteſtata cum defuncto, licet in aliia non teneatur. *Capic. deciſ. 155. num. final.* ¶ Hæres tenetur axonerare conſcientiam defuncti. *Dec. conſilio 272. num. 6.*

Vel non.

Hæres ex delicto defuncti jure Civili non tenetur actione, niſi lite cum defuncto conteſtata, vel quatenus ad hæredem pervenerit. *Ozaſc. deciſ. 152.* ſecus de jure Canonico. *ibidem num. 5.* vide tamen diſtinctionem, de qua *ibid. num. 6 Guid. Pap. ſing. 503. cap. 5. ex de rapto. ri. cap. ſi Epiſcopum, & ibid. gl. 16. q. 6.* ¶ Sicut hæres non debet pati pœnam ex delicto defuncti; ita nec lucrum capere. *l. 29. ff. de reg. jur.* ¶ Regulariter hæres non tenetur ex defuncti delicto. *Afflict. deciſion. 145. num. 13.* nec actio pœnalis datur contra hæredem. *Bartol. in l. 1. C. de jure fiſci*, lite non conteſtata contra defunctum. *l. 1. ff. de privat. delict.* ¶ Hæres vaſſalli, qui feloniam commiſit à Domino moleſtari jure non poteſt, ſi contra vaſſallum defunctum delinquentem lis conteſtata non fuerit. *Ozaſ. deciſ 152. num. 3.* ¶ Hæres dato, quod tenetur ex delicto defuncti, ultra vires non hæreditarias non tenetur, etiamſi inventarium non confecerit. *Ozaſ. deciſ. 121. num. 9.* ¶ Hæres actione injuriarum non tenetur, etiamſi defunctus promiſerit judicio ſiſti *Ozaſc. deciſ. 252. num. 2.* ¶ Hæredes defunctorum, quibus dum viverent pœnæ aliquæ impoſitæ fuerunt, non tamen declaratæ, non debent pro ipſis moleſtari in hac patria, attento decreto antiq. Sabaudiæ *ſub tit. ne pœr. contra defunctum, D. Sol. in ſuis comment. ibidem fol. 187.* ¶ Hæredes ex delictis defunctorum non condemnatorum (etiam lite conteſt. 11) non tenentur regulariter ſaltem in hac Patria ex diſpoſitione dicti decreti, ſed quando teneantur, vide plene per eundem. *D. Sol. ibid. fol. 157.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Omnia turpiter quæſita, vel quæ indigne poſſidentur, confiſcantur, apud quemcumque inveniantur. *l. 9. & ibid. gl. ff. de jure fiſci.* ¶ Publica accuſatio reo defuncto perimitur. *l. 3. ff. de public. judic.* ¶ Delinquente mortuo, an extinctum ſit judicium criminale, & quando hæres ex eo conveniri poſſit, *Jul. Clar. in ſua pract. §. fin. quæſt. 51. Bartol. in l. 1. ff. de privat. delic. & in l. 6. ff. de publ. jud.* ¶ Bona delinquentis mortui non pertinent ad fiſcum, niſi vivens fuerit condemnatus. *l. fin. C. de jure fiſci. l. 10.* ſed diſtingue. *ut ibidem per gl.* ¶ Crimina licet morte extinguantur, attamen lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorquentur. *Marc. de Mant. ſing. 487.* ¶ Bona illius, qui ſe occidit, ſi deprehenſus fuerit in crimine; vel accuſatus, auferuntur ab hæredibus, & fiſco applicantur. *Bartol. in l. 10. C. de jure fiſc. lib. 10. vide eundem Bart. in l. 3. §. de illo. ff. de bonis eorum.*

TITULUS DXVII.

Ne filius pro patre, & econtra, & de limitationibus ad Reg.

Cap. I. Qui effectus producantur.

Licet filius poſſit comparere in judicio pro patre, tamen confeſſio ipſius & ſententia ſubſequuta, non nocent

cent

tent patri, niſi ex ea pater reportaret commodum. *Franc. Marc. quæſt. 265.* idem in alienatione. *ibidem.* ¶ Delictum patris nocet filio in barataria, ſicut in crimine læſæ Majeſtatis. *Pet. de Rav. ſing. 156.*

Cap. II. Filius, pater, ad quæ teneatur.

Filius an privari poſſit ob factum partis. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 101.* ¶ Valet ſtatutum, quod filius teneatur pro debito patris, etiamſi non ſit hæres. *Peer. de Rav ſingul. 652.* & econtra, quod pater teneatur pro delicto filii, ſed tunc non tenebitur pro delicto ipſiua filii pupilli. *Hippol. ſingul. 362.* ¶ An filius teneatur pro contractu patris, quando ex mutuo accepto per patrem, ipſe filius fuit alimentatus, *Jaſon. de action. in §. actiones autem, num. 43.* ¶ Pater pauper ſi pecuniam mutuo acceperit, & illam in alimenta filiorum erogaverit, filii poſtea divites effecti, illam mutuanti reddere tenentur. *Ludov. Rom. ſingul. 213.* quid hoc caſu, quando filii abſtinuiſſent ab hæreditate patris. *Franc. Crem. ſingu. 37.* ¶ Filius an ſolvere teneatur, vel fidejubere pro patre incarcerato, *vide Boer. deciſ. 126. numer. 6. & 7.* ubi ſcribit pro affirmativa. ¶ Patris obligatio pro filio in quo differat à fidejuſſione & pater pro filio obligatus, an poſſit conveniri non diſcuſſo filio, *Boer. deciſ. 121.* & an confeſſio filii noceat patri. *ibidem num. 17.* ¶ Pater an teneatur pro contractibus filii, ſi paſſus fuerit eum negotiari. *Mar. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 9. judicio. numer. 119.* ubi ſcripſit pro parte affirmativa, ſed quando ipſe pater teneatur ex contractu filii, *vide eundem Maran. ibidem diſtinct. 22. num. 20.* ¶ Poterit etiam pater obligari ex forma ſtatuti pro filio, & ex ejus obligatione, vel delicto. *Jaſ. de action. in §. actiones autem, numer. 4. vide tamen Hippol. ſingul. 224.* ſed tunc pater non tenetur, ſi fuerit filius condemnatus ex contumacia. *Marc. de Mant. ſingul. 278.* ¶ Quando pater tenetur pro filio ex forma ſtatuti, non tenetur ad pœnam. *Dec. conſil. 268.* & tale ſtatutum eſt odioſum, ideo debet ſtricte intelligi, *Dec. conſil. 491. vol. 2.*

Vel non.

Pater non tenetur pro debito filii, niſi permiſerit ei negotiari, & adminiſtrare bona ſua, tunc enim tenetur, & ejus hæres, quia præſumitur interceſſiſſe mandatum tacitum ex eo, quod patre ſciente, & patiente filius adminiſtrat. *Afflict. deciſ. 308. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 55.* & econtra filius non tenetur pro debito patria, neque pro civili munere, ad quod pater tenetur. *Guid. Papon. quæſt. 5.* ¶ Filius non cogitur ſe obligare pro patre, ſicut nec econtra, niſi in cauſa redemptionis à carcere captivitatis, quo caſu filius recuſans privatur hæreditate paterna. *Boer. deciſ. 221.* hoc caſu pater tenetur ſolvere tertio filium ſuum redimenti. *Boer. deciſ. 125. num. 14.* ¶ Pater condemnationem filii (etiam de legitima) ſolvere non tenetur. *Marc. quæſt. 199. part. 2.* ¶ De jure Civili pater non tenetur pro filio, & econtra, ſed quare, *vide per Jaſ. de actio. in §. actiones autem, num. 4.* tamen de jure prætorio in multis caſibus pater tenetur pro filio, de quibua *vide ibidem & infra t. quod cum eo.* ¶ Exequutio pro debito, vel delicto patris non poteſt fieri in peculio profectitio filii, & econtra filio condemnato, non fit exequutio in peculio adventitio, etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filii. *Maran. in ſuo Spec. part. 6. cap. & poſt omnia. num. 34. & 35.* tamen an pro delicto patris publicetur uſusfructua adventitiorum filii, *vide ibidem num. 37.* ¶ Sententia lata contra patrem exequutio ipſius non poterit fieri in peculio, quod aſſignavit filio, niſi eſſet lata ex cauſa peculiari. *Marc. de Mant. ſing. 259.*

TITULUS DXVIII.

Ne uxor pro marito, & econtra, & de limitationibus ad Reg.

Regulatiter uxor pro marito non tenetur, ſicut nec maritus pro uxore. *And. Gail. obſerv. 90. lib. 2.* ¶ Fallit primo, ſi conſuetudine, vel ſtatuto aliter receptum ſit. *ibid. d. obſerv. 90. Caſſa. in conſuet. Burg. t. des droicts. Rub. 4. §. 10. gl. 2. & §. 11. gl 3.* ¶ Secundo fallit, quando mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonii; nondum redditis rationibus ſuæ adminiſtrationia, ad ſecunda vota convolat, quia tunc ſecundus maritus pro uxore tenetur, & ejus bona liberis primi matrimonii tacite obligantur. *Gail. obſerv. 90. num. 2 Caſſan. in conſuet. Burg. t. des droicts. Rub. 4 §. 10. gloſſ. 2. num. 7.* ¶ Tertio fallit in marito, & uxore mercatoribus, puta communem negotiationem, aut cauponam exercentibus: tunc enim uxor quaſi jure ſocietatis, & tanquam correa debendi pro marito tenetur, nec poterit ſe juvare beneficio Senatuſc. Vellejan. *Gail. d. obſervat. 90. num. 5.* ¶ Quarto fallit, ſi uxor major 25. annis, pro marito ſolvat, cum obligata non eſſet. *ibidem num. 7.* ¶ Quinto fallit, quando uxor ſe obligat principaliter, & maritus pro ea fidejubet: nam talis obligatio valet, quia marito non eſt interdictum pro uxore interdicere. *Gail. d. obſerv. 90. num. 8.* ¶ Sexto, & ult. fallit in caſu, de quo *in l. ſatis notum. C. in quib. cauſis pig. tacit. contrah.* quo bona dotalia per maritum fiſco cenſentur obligata, ita ſcribit *Hartm. cap. 19. tit. de creditoribus lib. 2.* ¶ Uxor, an poſſit obligare ſe in cauſam dotis pro marito. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 164.* ¶ Uxor fundum dotalem alienare, an poſſit pro liberando marito à carceribus, *idem deciſ. 86.* ¶ Uxor, quæ fuit ab hæredibus mariti alita, an repetat fructus dotis, *idem deciſ. 211.* ¶ Uxor tranſiens ad ſecunda vota non fidejubet pro dote, *idem deciſ. 279.* ¶ An quando maritus uſus eſt ſævitia contra mulierem cogatur cautionem præſtare de ea bene tractando. *Roland. à Valle conſil. 27. Tom. 3.*

TITULUS DXIX.

Quando fiſcus, vel privatus debitores ſui debitoris exigere poſſit.

Generalia.

Vide de materia hujus tituli *per Bartol. in l. 4. C. quæ res pignori oblig. poſſ.*

Cap. I. Debitor. Quæ facere poſſit, vel non.

An debitor conventus à creditore ſui creditoris ex eo, quod in adjudicatione nomen ipſius fuerit aſſignatum ipſi creditori poſſit petere, ut citentur cæteri creditorea ſui creditoris, ne ab ipſis poſtea moleſtetur, *vide Thol. Minad. deciſion. 9.* ¶ Debitor (cujus nomen eſt obligatum) non poteſt ſolvere primo creditori, ſi ei fuerit denunciatum ne ſolveret; ſed quomodo debeat ei denunciari, *vide Bart. in l. 13. ff. de pignoribus.*

Cap. II. Ad quæ teneatur, vel non.

Debitor cogi poteſt alteri; quam ſuo creditori promittere; ſecus in creditore, qui non cogitur mutare nomen ſui debitoris, & de ratione diverſitatis, *vide per Marc. de Mant. ſingul. 224.* ¶ Debitorem exactum à creditore ſui creditoris liberari, ſcribit *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 137.* idem in debitore exacto à fiſco publicatis bonis creditoris, ſed quando hoc procedat. *Menoch. ibid.*

Cap. III. Quando conveniri poſſit, vel non.

Propter inopiam debitoris fiſci, poteſt debitor debitoris ſui ante tempus exigi, diſcuſſo ipſo principali debitore. *l. C. de condict. ex lege.* ¶ Tribus in caſibus fiſcus poteſt convenire debitorem ſui debitoris, de quibus *in l. 3. ff. de jure fiſci.* ¶ Debitor debitoris tributarii in ſubſidium (debiti veritate probata) conveniendus eſt. *§. omnes, Authent. de collatoribus.* ¶ Fiſcus debitorem pure, vel in diem. *Bartol. ſingul. 156. Hippol. ſingul. 355.* ¶ Debitor debitoris, quando primus debitor non eſt ſolvendo poteſt recta via conveniri. *Vincent. de Franciſ. deciſion. 273. numero 4. part. 2.* ſed quando ipſe debitor debitoris promiſit relevare, ſuſcepit in ſe onus ſolvendi certis creditoribus, ipſius debitoris, poteſt ſemper de directo conveniri virtute ſuæ promiſſionis. *idem deciſion. 273.* ¶ Debitor debitoris fiſci, non poteſt conveniri à fiſco, niſi principali excuſſo. *Bart. in l. 1. C. de conveniendis fiſci debito. num. 4. lib. 10.*

Cap. IV. Quæ fieri poſſint.

Sententia lata contra debitorem, mandatur executioni in bonis debitoris ſui. *Guid. Papon. quæſtion. 26. numero 2. vide & quæſtion. 568.* imo contra debitorem debitoris, qui non eſt in inſtrumento nominatus, non poteſt fieri executio. *Rebuff. in ſuis commentar. tract. de lit. obligat. art. 1. gloſſ. 8. numer. 31.* verum quando debitor nihil habet, poteſt conveniri debitoris debiror ad ſolvendum; tamen ſine expenſis. *Rebuff. ibid. artic. 7. gloſſ. 1. num. 13.*

Cap. V. Actio cui, & contra quem competat, vel non.

Agere contra debitorem debitoris, quando poſſit creditor (qui habet nomen obligatum) excuſſione non facta, & quando nomen ipſius eſt obligatum, an teneatur actione hyothecaria ſecundo creditori, *vide Bartol. in §. ſed neque. Authent de fidejuſſor. numero 4.* ¶ Nomen obligatum, qui habet, agi actione utili, & quando agitur contra debitorem debitoris, an debeat præcedere excuſſio contra principalem debitorem, *vide Bartol. in l. 18. ff. de pigno. action. & in l. 13. ff. de pignori.* ¶ Fiſcus qua actione agat contra debitorem ſui debitoris. *Bartol. in l. 3. §. multa ff. de jure fiſci.* ¶ In obligatione ſeu actione tacita datur actio utilis contra debitorem debitoris; ſed contra debitorem debitoris, non competit actio perſonalis. *Bartol. in l. 3. C. de hæred. action.* ¶ Hypothecaria agi poteſt contra debitorem debitoris, ubi nomina ſunt obligata, etiam non diſcuſſo principali. *Guid. Papon. quæſtion. 432. numer. 14. & ſingularib. 306.* ¶ Adverſus debitorem debitoris regulariter nemo agit, niſi ſit ſibi delegatus, vel niſi ſe conſtituerit ſoluturum, quia perſonalis actio non ſequitur debitorem debitoris. *l. 7. C. de novatio. & deleg.*

TITULUS DXX.

De inſtitoria, exercitoria actione, & quando Dominus pro facto familiæ teneatur.

Generalia.

Vide de materia hujus tit. *in tit. inſtitut. quod eo. & infra tit. ſeq.*

Cap. I. Inſtitor.: famulus. Quis dicatur.

Famulus, an dicatur etiam, qui extra domini domum habitat. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 35.* ¶ Inſtitor quis ſit, quæ requirantur ad hoc, quod obliget præponentes, & quod deducendum in hac materia. *Rot. Genuen. deciſ. 14. & Afflict. deciſ. 308. num. 5.* ¶ Inſtitor dicitur præponi alicui univerſali negotiationi. *Abb. conſ. 74. lib. 2.*

Cap. II. Qualis ſit, & probetur.

Præpoſitus ad contrahendum, videtur præpoſitus ad ſolutionem recipiendam. *Bartol. in l. 35. ff. de ſolutio.* ¶ *L. ſi cum, §. item ſi ſervus, ff. de exercito. actio.* licet loquatur in exercitoria, habet etiam locum in inſtitoria. *Vera. deciſion. 94. part. 2. numero fin.* ¶ Eſſe aliquem de familia à domino alicui officio præpoſita, quomodo probetur. *Bero. d. quæſt. 39.*

Cap. III. Quæ præſumantur.

Gaſtaldio præſumendus eſt, qui domino ſciente, & patiente ſe geſſit pro gaſtaldione multo tempore. *Afflict. deciſ. 308. num. 10.* ¶ Adminiſtratoris geſta, etiam in exceſſu præſumuntur à domino approbata. *Afflict. deciſ. 82.* ¶ Revocatio adminiſtratoris apothecæ debet fieri illo loco, in quo fuit poſitus adminiſtrator. *Bartol. in l. unica. C. de ſatiſdatio. num. 9.*

Cap. IV. Actio cui, & contra quem competat, vel non.

Inſtitor habet actionem contra dominum, antequam ſolvat. *Rot. Genuen. deciſion. 111.* ¶ Actio inſtitoria, ut domino competat, quæ requirantur. *Franc. Marc quæſt. 9.* ad hoc, ut ex contractu inſtitoria agere poſſit, *vide eundem quæſt. 469.* ¶ Vendens porcum factori carnificis, poteſt agere pro pretio contra carnificem & inſtitor dicitur etiam præpoſitus in tenendis agnis, piſcibus, & ſimilibus, & dominus tenetur pro contractu Inſtitoris, etiam in fraudem contrahentis. *Bart. conſil. 79.* ¶ De forma libelli ſpoliati à familia, qui vult contra dominum agere. *Afflict. deciſion. 82. num. 6.* ¶ De his duabus actionibus, *Joan. Criſp. in ſuo tractat. termino. actio. num. 18. poſt volumen Jaſ. de act. & Manm. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 3. judic.* ¶ Exceptio Macedoniani non competit ei, qui inſtitore præpoſuit tacite, vel expreſſe. *l. 9. §. quamquam, ff. ad Maced.*

Cap. V. Inſtitor. Quæ facere poſſit, vel non.

Inſtitor poteſt defendere cauſam contra principales ſuos inſtitutam, quando eſt circa concernentia ſuam inſtitoriam. *Vera deciſion. 84. part. 2.* ¶ Inſtitor an obliget dominum, ut debeat, vel poſſit ipſe dominus conveniri. *Manm. part. 4. diſtinct. 9. jud. num. 105.* ¶ Uxor gerens mercantiam, nunquid videatur gerere de voluntate viri. *ibid. num. 134.* ¶ Inſtitor dominum obligat, quando ſpecifice à domino fuit præpoſitus; alias ſecus, nec ſufficit approbatio imperfecta; ſed requiritur perfecta. *Menoch. conſ. 119. volum. 2.* ¶ Quando factum inſtitoris præjudicet domino. *Menoch. conſil. 296. libro 3.* ¶ Inſtitor conſtitutus pro domo ædificanda, poterit ſuſcipere pecuniam mutuo pro ea ædificanda, & obligat dominum, ad illud mutuum, licet ſecus ſit in procuratore dato ad ædificandum. *Pau. Ant. Delbe. ſingul. 12.* ¶ Artifex accipiens pecuniam mutuo, in dubio videtur accipere occaſione ſuæ artis. *Bartol. in l. 7. C. ad Senatuſcon. Macedo.* ¶ Omnia, quæ dicuntur de inſtitore vendicant ſibi locum in muliere nupta publice mercante: ideo obligat maritum pro illa mercantia, in qua publice negotiatur. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 1. gloſſ. 11.*

Vel non.

Inſtiror dans in ſolutum ſuo creditori, recipienti ſcienter merces domini alienas, non præjudicat ipſi domino, qui habet actionem contra recipientem, vel ad res, aut ad pretium. *Afflict. deciſ. 369.* ¶ Inſtitor, vel præpoſitus negotiationi dominum, vel ſocium non obligat, niſi cum eo contrahens ſciat eum talem, & habeat animum dominum obligandi. *Natt. conſil. 567. num. 6. Bartol. quæſt. 5.*

Cap

Cap. VI. Ad quæ teneatur. Inſtitor: famulus: Dominus, vel non.

Pater, vel ejus hæres tenetur pro debitis per filium contractis, ſi permiſerit filio negotiari ipſo patre ſciente, & patiente, vel etiam adminiſtrando bona patris in domo, vel aliter: quia tunc præſumitur tacitum mandatum præceſſiſſe. *Afflict. deciſ. 208.* ¶ Inſtitor tenetur rationem reddere de admiſtratis. *Rot. Genuenſ. deciſ. 24. num. 6.* ¶ Hæres patris tenetur ad debitum factum per filium inſtitorem, in patris negotiis. *Afflict. deciſ. 208. num. 12.* ¶ Mercator ex facto juvenis obligatur, & ille dicitur juvenis mercator, ſive factor, quem dominus patitur ſic facere, & ſe gerere pro tali. *Rot. Genuenſ. deciſ. 121. num. 4.* ¶ Complementum dans eſt inſtitor, & ſocii tenentur inſolidum de geſtis per inſtitorem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 166.* ¶ Expenſæ factæ per inſtitorem, debent refici per ſocios. *Rot. Genuenſ. deciſ. 170.* ¶ Præpoſitus negotiationi tenetur de negligentia, & leviſſima culpa, & quando plures ſunt præpoſiti, contrahens cum uno nihil agit. *Rot. Genuenſ deciſ. 172.* ¶ Magiſter navis tenetur reſtituere non ſolum quæ recepit impoſita in navi, ſed quomodocunque recepit. *Gomez. Leo. deciſ. 3. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Inſtitor tenetur tantum reſpectu contractus geſti per negotiatorem in officio. *Abb. conſ. 16. libr. 1.* ¶ Factor alicujus mercatoris mortuo mercatore, poteſt compelli ad reſtituendum libros rationum, & ſimilia, & ad indicandum debita, & credita apothecæ. *Guid. Pap. ſingul. 500.* ¶ Expenſæ factæ ab inſtitore præpoſito mercantiæ in honorem mercatorum (qui ſecum contrahebant) poſſunt imputari ſi juſta ratione ſecerit. *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera E. ſing. expenſa.* ¶ Publicanus tenetur ex facto miniſtrorum exigentium, ſed an liberetur, ſi delinquentem habeat, *Afflict. d. deciſ. 82. num. 4.* ¶ Dominus, an & quando pro delicto ſui famuli teneatur, & nunquid illum in manibus Juſtitiæ exhibere cogatur. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. quæſt. 83. lib. 1.* ¶ Famuli diuturno ſalario conducti, an functionibus publicis alligentur. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 19.*

Dominus.

Dominus ratum habens, tenetur de facto familiæ liberæ; licet non mandaverit. *Afflict. dict. deciſ. 82. num. 7.* ¶ Dominus præponens aliquem, ne furta committantur, tenetur de furto commiſſo. *ibid. num. 8.* ¶ Dominus de culpa operantium, quorum opera ipſe utebatur. *Gram. deciſ. 3. num. 9.* ¶ Dominus tenetur ex facto familiæ delinquentis circa officium, ſibi à domino commiſſum, & non circa alia. *August. Beron. quæſt. 39. in l. 1 §. familia. ff. de public. & vectigal. Hartman. cap. 5. eiusd. miſcellanea. libr. 1.* ¶ Dominus ad damni emendationem quando teneatur pro familia. *Afflict. deciſ. 82.* ¶ Familiam bonam dominus tenetur eligere. *Afflict. ibid. num. 4.*

Vel non.

Familia extra diſtrictum delinquente, dominus non tenetur. *Afflict. ibid.* ¶ Qui domini pecunias credidit, non tenetur, ſi à principio idonei debitores erant, licet poſtea efficiantur non ſolvendo. *Dec. conſil. 353.* ¶ Dominus ex delicto famulorum non tenetur, niſi quando delinquunt in miniſterio, in quo eorum opera utebatur. *Bartol. in l. 7. ff. de incendio ruina, & nauf.* ¶ Inſtitor, qui non obligatur nomine proprio non tenetur finito officio. *Gaſp. Cabal. milleloq. 235.*

Cap. VII. Quando conveniri poſſit, vel non.

Inſtitor poteſt nomine domini conveniri ad arbitrium contrahentium, qui contra dominum, vel inſtitorem experiri valent. *Ven. deciſ. 94. part. 2. vide tamen Joan. Pap. lib. 6. titul. 5. arreſt. 5.* ubi tenet actionem ſolum eſſe dirigendam contra dominum. ¶ Inſtitor, & exercitor poſſunt conveniri ex eorum contractibus, item proponentes, & quilibet eorum inſolidum. *Bart. in Authent. hoc ita. Cod. de duobus reis, vide & infra.* ¶ Ex contractu inſtitoris convenitur dominus, ſicut ex contractu procuratoris, quod intellige, ſi pecuniam acceperit in eam cauſam, in qua præpoſitus ſecundum *gloſſ. in l. 39. ff. ſi cert. pet.* nam inſtitor non poteſt præjudicare domino, niſi in his, in quibus fuit inſtitutus. *Rot. Genuenſ. deciſ. 12. num. 12.* ¶ Ex facto adminiſtratoris plurium, quilibet ipſorum inſolidum conveniri poteſt. *Rot. Genuenſ. deciſ. 18. num. 15. & deciſ. 28.* ſed habent beneficium diviſionis. *Capic. deciſ. 180.* ¶ Obligatus inſtitorio nomine, non poteſt conveniri proprio nomine. *Marant. part. 4. diſtinct. 9. jud. num. 134. lib. 6. tit. de productio. inſtrument. num. 10. tamen Bartol. in Auth. hoc ita. C. de duob. reis.* ¶ Factores licet in mille literis ſciebant ſe debitores, non propterea conveniri poterunt nomine proprio. *Dec. conſ. 520.*

Cap. VIII. Miſcellanea.

Inſtitoris ſcriptura privata, probat contra præponentem. *Rot. Genuenſ. deciſ. 186.* ¶ Adminiſtrante ſtatum mutante, an promiſſio alterius, pro ea intelligatur revocata *vide Rot. Genuenſ. deciſ. 66.* ¶ Inſtitoris mandatum morte finitur; ſed quando, *Bartol. in l. 41. ff. ſi cert. pet. num. 6.*

TITULUS DXXI.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur, de peculio, quod juſſu, & de in rem verſo.

Generalia.

Vide de peculio, & aliis ſpectantibus ad hunc titulum per *Bartol. in l. ſi cum à fratre. ff. de condict. indeb. & per alios Doct. ibid.* ¶ De actione quod juſſu per *Joan. Criſp. in tract. termino actio in volumine Jaſ. de act.* Item de actione in rem verſo, & de peculio, *ibid.*

Cap. I. De peculii materia.

An in extantibus, aut quanti agenti filio contemnere patrem oporteat. *Vaudus Var. lib. 1. quæſt. 48.* ¶ An peculium ſervi ipſi ſervo ſit ſimile. *Cujac. libr. 27. obſerv. cap. 14.* ¶ An quando pater dedit fundum filio, ut ex illo ſe alat, & ſi quid lucretur ex fructibus fundi, dicatur adventitium, vel profectitium. *Surd. quæſt. 20. num. 1. titul. 9. de alimentis.* ¶ Quid ſit peculium caſtrenſe, vel quaſi, & qui poſſint habere tale peculium, habetur *in gloſſ. §. 1. inſtitut. per quas perſon. nob. acqui.* ¶ Ut caſtrenſe peculium filiiſam. Aſſeſſores (etiam poſt patris obitum) vendicant ſi quid licitis lucris coadunare potuerint. *l. 7. C. de aſſeſſor. & domeſt.* ¶ Quod Advocati quærunt ex advocatione vel ejus occaſione, quaſi caſtrenſe peculium reputatur. *l. 48. C. de Advocat. diverſo. jud.* ¶ Profectitium peculium quid ſit, & qualiter intelligatur ex ſubſtantia patris proficiſci, *vide per eundem Bartol. in l. 6. C. de bonis, quæ liberis, ibid.* etiam de peculio adventitio, & caſtrenſi, vel quaſi. ¶ Acquiſitum per filiumfam. militantem inermi militia, efficitur quaſi caſtrenſe & acquiſitum à Doctore, Advocato, vel Aſſeſſore eſt ejus proprium, & peculium caſtrenſe dicitur. *Bartol. in l. 5. C. de ſilentiariis, & Decurionibus.* ¶ Illud quod lucratur filiusfam. Notarius, cenſetur peculium quaſi caſtrenſe, & de illo teſtari poteſt. *Capel. Tholoſ. quæſt. 10.* ¶ Idem in ſalario partium in Advocatis modernis. *ibid. addit.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Peculium ſi non ſit ademptum ſequitur manumiſſum

inter vivos, ſecus in ultima voluntate. *l. unien. Cod. de pecul. ejus.* ¶ Scholaris exiſtens in ſtudio accipiendo pecuniam, in dubio videtur accipere cauſa ſtudii. *Bartol. in l. 7. C. ad Senatuſconſ. Maced. num. 6.*

Cap. III. Quæ præſumantur, & quæ fieri poſſint.

Faciens aliquam expenſam in ſui, vel ſuorum utilitatem, præſumitur feciſſe de mutuata pecunia, ſecus ſi expendat in utilitatem extraneorum. *Bartol. in l. 8. §. eorum, ff. de privilegiis cred.* ¶ Exequutio pro debito, vel delicto patris non poteſt fieri in peculio profectitio filii, & econtra filio condemnato, non fit exequutio in peculio adventitio, etiam in proprietate, quæ eſt tota filii. *Mannt. in ſuo Specul. part. 6. cap.* & ſi poſt omnia advertatur circa filiumfam. condemnatum, qualiter fieri debeat, *vide Jaſ. de actio. §. actiones autem, num. 7. & 8. & Bart. in l. 7. C. qui bonis cedere poſſint.*

Cap. IV. Actio cui competat.

Petitio hæreditatis, quæ datur contra patrem non habet naturam actionis de peculio, quare non finitur anno, ſicut ipſa actio de peculio, niſi quatenus datur ad perſonales præſtationes. *l. 39. de pet. hæred.* ¶ Formam, & modum agendi in actione de peculio, *vide per gloſſ. in l. 1. §. is qui, ff ſi pars pet. hær.* ¶ Filio exiſtenti in ſtudio de æquitate ſubvenitur, & agere poteſt licet patri actio competat. *l. 17. ff. ſi cert. pet.* ¶ Si pater agat ex contractu filii, poteſt illi opponi exceptio facti ejuſdem filii. *l. 14. ff. de exceptio.*

Cap. V. Pater, filius, quæ facere poſſit, vel non.

Minor etiam filiusfam. adverſus obligationem reſtituitur (etiamſi juſſu patris contraxerit) præterquam in muto, & hoc verum quando tractatur de ipſius filii utilitate, quia beneficium filii minoris ad patrem non porrigitur. *l. 3. §. ſed utrum. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Patet ut ſucceſſor filii, & ipſe filius minor in peculio caſtrenſi reſtituitur. *d. l. 3. §. Pomponius.* ¶ Quod pater pro filio ſtipulatur, in profectitio peculio in dubio ei concedere videtur. *leg. fin. ff. de pecul. lega.* ¶ Contrahens cum filiofam. poteſt ei ſolvere *Boer. deciſ. 182. num. 31.* Filiusfam. poteſt renunciare expreſſe privilegio ei tributo, ſed talis renunciatio non venit ſub generali renunciatione. *Vinc. de Franc. deciſ. 181.*

Vel non.

Filiusfam. etiam inter vivos non poteſt donare bona adventitia, in quibus pater habet uſumfructum, *idem Vincent. de Franc. deciſ. 71.* ¶ Si filius ſolverit debitum paternum vivente patre non repetit, ſi conſtat, quod animo donandi ſolverit; alias ſecus. *l. 12. C. de neg. geſt.* ¶ Filiusfam. effectus juris non habet amplius peculium. *Bartol. in l. 37. C. de inoffic. teſtam.*

Cap. VI. Ad quæ teneatur.

Pater quando teneatur ex contractu filii, *Mannt. in ſuo ſpecul. part. 4. diſtinct. 22. judic. n. 20. & 22.* ¶ Quando pater teneatur ex contractu filii, *vide ſupra titul. ne filius, pro patre, & econtra.* ¶ An pater teneatur habere ratum pactum filii, appoſitum circa rem per ipſum filium quæſitum. *Boer. deciſ. 182. num. 30.* ¶ Pater occupans bona jure peculii, tenetur ſatisfacere creditoribus intra annum quatenus eſt in peculio. *Cravet. conſil. 102. num. 6.* in peculio autem adventitio, & caſtrenſi tenetur perpetuo. *Jaſ. de actio. §. actiones autem. num. 14.* ¶ Actio, de peculio dicitur proprie in rem. *Jaſ. ibid. §. omnium num. 53.* ¶ Quando pater teneatur pro obligationibus filii, nempe pro actione de peculio, in rem verſo, tributoria, vel exercitoria, *vide eundem Jaſ. ibid. in §. actiones autem.* ¶ Poteſt pater teneri ex forma ſtatuti pro contractu, vel delicto filii. *Jaſ. ibidem in d. §. actiones.* ¶ Filiusfam. ex omnibus contractibus, & cauſis obligatur tanquam paterfamilias, & ob id agi cum eo poteſt. *l. 38. ff. de actio.* & obligatio fallit in mutuo, *gloſſ. ibidem.* ¶ Pecuniam mutuatam cedere in ſolutionem oneris (ad quod mulier tenetur) non creditur inſtrumento id aſſerenti, niſi aliter de hoc conſtet. *Vincent. de Franc. deciſ. 121.* ¶ Pater videtur conſentire nominationi filii ad munus, ſi præſens fuit, & non contradixit electioni: ideo pro filio obligatur. *l. 2. ff. ad municip. & de incol.* ¶ Ex contractu filii, vel ſervi tenetur pater, vel dominus peculio tenus de jure Prætorio. *§. actiones. inſtit. de actio.* ¶ Filiusfam. qui opponit beneficium tituli, quod cum eo &c. non poteſt carcerari, tamen nonnulli tenuerunt, quod ſi filiusfamil. ſteterit per multos annos, & non ſolverit, quod amittat beneficium edicti; fuit nihilominus contrarium deciſum, ut teſtatur *Vincent. de Franc. deciſ. 221.* ¶ Filiusfam. ſui juris effectus novus homo reputatur, & ex juris ſubtilitate olim ad nihilum tenebatur, ſed hodie ex Prætoris proviſione eatenus tenetur, quatenus facere poteſt. *ibid. num. 5. l. 49. ff. de re judic.* ¶ Filiusfam. rem vendens eodem modo tenetur ſicut paterfam. & ſi de præſenti exequutio fieri nequeat contra eum fit, cum bona habuerit. *Amanel. de Clariſaqnis ſing. 154.*

Vel non.

Filiusfam. obligatus una cum patre effectus ſui juris, ſi non adit patris hæreditatem non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, ſed tale privilegium non habet locum in bonis, quæ habebat filiusfam. tempore obligationis. *Vincent. de Franc. deciſ. 70.* nec juramentum nocet. *idem deciſ. 181. numero 13.* ¶ Filius non perdit peculium profectitium, licet bona patris ſint confiſcata. *Pet. de Rav. ſing. 194.*

Cap. VII. Quomodo conveniri poſſit, & Quæ valeant.

Ex contractu filiifam. durante patria poteſtate poteſt conveniri tam filius inſolidum. quam pater de peculio. *l. 1. §. filiusfam. ff. depoſiti.* ¶ Quando conſtat obligatio, & contractus inter patrem, & filium. *Bartol. in l. 57. §. item ſi filius. ff. de fidejuſſ.* ¶ De judicio agitato cum filiofamil. ſine conſenſu patris & an ſit nullum. *Mannt. in ſuo Specul. part. 4. diſtinctione 16. judic. num. 30. & ſeqq.* ¶ Patria poteſtas in multis conſiſtit, qua impeditur filius circa plura, *de quibus vide per gloſſ. in §. fine inſtit. de patria poteſtat.*

TITULUS DXXII.

De literarum obligatione.

IN obligatione contracta literis intra biennium, non eſt nata civilis obligatio, tamen præſumitur nata. *Bart. in l. 3. C. de non num. pec.* ¶ An obligatur quis literis per ſcripturam, quæ ſolam confeſſionem continet, & ex obligatione literarum quæ actio oriatur. *Bartol. in l. 14. C. eodem.* ¶ Debitor ex literarum obligatione, an ſit naturaliter obligatus, ante biennium, vide plene per *Bartol. in l. 1. ff. de condict. indeb. num. 20.* ¶ Ex literarum obligatione non agitur condictione ex lege; ſed actione ex literis. *Bartol. in l. unica. ff. de condict. ex leg.* ¶ Promittens ſub ſpe futuræ numerationis, ſi creditor vult numerare, tenetur recipere, ſi creditoris intereſt, & creditor dare, ſi debitoris intereſt. *Bart. leg. 63. ff. de fidejuſſ. & mandat. vide tamen l. 30. ff. ſi cert. pet.* ¶ Obligatio qua creditor tenetur numerare promittenti ſpe futuræ numerationis, unde naſcatur, *vide Bartol. ibid.* ¶ Vide de materia hujus titul. per *Bartol. in §. unico inſtitut. de liter. oblig. & ibidem gloſſ. & ſupra lib. 1. titul. de non numer. pecun.* ¶ Libellus quomodo debeat concipi in obligatione literarum, *Bartol. ibidem numero 8.*

¶ In

¶ In chyrographo poſt biennium fit naturalis obligatio propter conſenſum. *arg. l. 3. Cod. de poſtulat.* licet per ipſum chyrographum non probetur mutuum, niſi poſt biennium. *l. 5. C. ſi cert. pet.* ¶ Subſcribens ſe chyrographo, quod non legit putans continere, id quod mandavit, vel quod ſibi perſuaſum extitit, cum aliud contineat, ſibi non præjudicat, nec ſe obligat. *l. final. Cod. plus valere quod agitur.* ¶ Creditor, qui ſtipulatus fuit aliquid ſibi dari, ſub ſpe futuræ numerationis, quæ poſtea non fuit ſequuta, agendo repellitur exceptione doli. *l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exceptio.*

TITULUS DXXIII.

De obligatione facti, & quando quis præciſe compellatur ad factum.

Cap. I. Factum: obligatio. Quibus modis intelligatur.

HÆc vox, factum, accipitur dupliciter, nempe per prius, & poſterius, *Raud. tract. de analog. lib. 1. cap. 6. num. 20.*

Cap. II. Qualis ſit.

Obligatio ad intereſſe ſuccedit in promiſſionibus facti: fallit, quando obligatio inducta partium conventione ſuccedit in locum obligationis legalis, quia tunc præciſe ad factum ageretur. *Marc. de Mant. ſing. 188.* & in aliis caſibus, de quibus *ibid.* ¶ Regulariter in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe poſt moram. *Cravet. conſil. 1. pro genero, num. 280. Marc. de Mant. ſingul. 90.* niſi fuerit adjecta pœna quæ ſuccedit in locum ejus, quod intereſt, *vide tamen Cravet. ibid. d. num. 308* ¶ Obligationi operarum poteſt accedere fidejuſſor, & in illis active & paſſive poſſunt duo rei conſtitui. *Petr. de Raven. ſingul. 127.* ¶ Stipulatio rem tradi, & quælibet ſtipulatio dicitur continere incertum. *Bort. in d. l. 1. ff. de act. empt. num. 25.* ¶ Pœna in ſtipulationibus facti uno ex hæredibus contrafaciente committitur inſolidum, & intereſſe an ſit in obligatione facti, aut ipſum factum, *per Bortol. in l. 2. §. item & ſi. ff. de verb. obligat. num. 7.* ¶ Quando obligatio ſuccedat ad intereſſe *Bartol. in l. 72. num. 36. ff. de verb. obligat.* ¶ In obligationibus faciendi, quando deſiit poſſe fieri, petitur intereſſe. *l. 6. ff. de uſu, & uſufruct. & habit. lega.* ¶ Promiſſio traditionia vacuæ poſſeſſionis, non continet nudum factum; ſed cauſam bonorum. *l. 52. §. l. 14. ff. de obligat.* ¶ Obligatio fieri, vel non fieri incerta. *l. 75. §. qui id, quod ff. de verb. obligat.* ¶ Obligatio ad intereſſe quare in obligationibus dandi non ſuccedat, *Jaſ. de action. in §. omnium. num. 46. ſed vide num. 50.* ¶ Quando quis tenetur ad factum, probare tenetur illud præſtitiſſe. *Natt. conſil. 226. Tom. 1.*

Cap. III. Quæ transmittantur.

Stipulatio facti, quæ perſonam promiſſoris concernit ad hæredes non tranſmittitur. *leg. 46. §. ſed autem eodem.* ¶ Stipulationes faciendi de hæredibus in hæredes tranſeunt. *leg. 13. Codic. de contrab. & commit. ſtipul.*

Cap. IV. Stipulatio quando committatur, vel non.

Stipulatio facti committitur cum tranſierit tantum tempus, quo factum poſſit explicari, & per caſum repentinum reintegratur dilatio. *l. 14. ff. de verb. obligat.* ¶ Stipulatio facti habentis factum ſucceſſivum committitur ad particulare intereſſe, ſtatim quando quis fuit in mora inchoandi, licet non tranſierit totum tempus, quo potuit confici. *l. 98. §. fin. 85. ff. de verb. oblig. vide tamen ibidem.* ¶ Quanto tempore opus poſſit ædificari Judicis arbitrio committitur, & ſi non inchoatur ad pretium intereſſe ſtipulatio committitur; item poſt moram ædificando poteſt ipſam moram purgare. *l. 37. §. item qui. ff. de verb. obligat.* ¶ Stipulatio plurium operarum dividitur numero. *l. 54. §. operarum, ff. de verb. obligat.*

Cap. V. Qui teneatur ad factum.

Ex obligatione jurata cogitur quis præciſe ad factum, nec liberatur præſtando intereſſe. *Cravet. conſil. 12.* ſunt qui tenent contrarium, ut ibi refert Cravet. tamen admiſſa prima opinione debet intelligi in caſu poſſibili, quando factum præſtari poteſt; ſecus ubi non poteſt, tunc enim ſufficit ſolvere intereſſe. *Cravet. ibid. Jaſ. de actio. in §. item ſi quis, num. 12. & in §. omnium num. 147. Rol. conſil. 6. volum. 1. num. 32. Matth. Matheſ. ſingul. 54. Joan. Anton. Trigo. ſingul. 18.* ¶ Promittens tenetur ad conſignandam rem promiſſam, quando habet facultatem rei trandendæ. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 88. part. 2.* ¶ Ad factum præciſe quia cogitur, nec liberatur præſtando intereſſe in judicialibus promiſſionibus faciendi, ſeu quando factum in judicio promittitur. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 373.* ¶ Condemnatus per ſententiam ad factum, tenetur præciſe ad illud, nec liberatur ſi vellet præſtare intereſſe. *Ozaſ. d. deciſ. 92. num. 25. Jaſ. de actio. in §. omnium. num. 48. Ant. Trig. ſingul. 101.* ¶ In obligatione dandi res præciſe dari debet, niſi ſit perempta, quo caſu promiſſor tenebitur poſt moram ad æſtimationem. *Marc. de Mant. ſingul. 89.* ¶ Stipulatione rem dari non committitur ſtipulatio ad intereſſe; ſed quis tenetur præciſe ad dandum: ſed ſtipulatione rem tradi, venit intereſſe à tempore moræ. *Bartol. in l. 38. §. ſi actionem. ff. de uſuris, vide eundem Bartol. in l. 72. num. 36. ff. de verb. obligat.* ¶ Tenetur quandoque quis præciſe ad factum. *l. 35. §. Prætor. ff. de procurator. & ibid. gloſſ.* ¶ Condemnatus ad ſolvendum cogitur præciſe ſolvere, nec evitat coactionem, ſi paratus eſt dare expromiſſorem de ſolvendo. *l. 4. §. ait Prætor. ff. de re jud.* ¶ Quando quis promiſit alium ratum habiturum, faciens etiam caſum proprium, ipſe etiam tenetur, *Rot. Genuenſ. deciſ. 15. num. 7.* ¶ Qui locavit operas ſuaa, ut certum opus faceret, tenetur de operis vitio, ſive una penſio, ſive in ſingulos dies præſtita fuerit; ſecus ſi operas ſuas ſingulis diebus locaſſet. *Bart. ſingul. 122.* ¶ Si quis promiſerit procurare quantum in ſe erit, ut aliquis ratificaret, & approbaret promiſſionem ſuam ſi deceſſerit nulla facta diligentia, & requiſitione pro obtinenda ratihabitione, ejus hæres tenetur ad intereſſe. *Cravet. conſil. 64.* ¶ Qui tenetur ad faciendum, poteſt ad ipſum factum præſtandum condemnari dato quod poſt ſententiam liberari poſſit ſolvendo intereſſe. *Boer. deciſ. 182. num. 29.* ¶ Non adimplens factum, ad quod eſt obligatus, tenetur ad pecuniam, *deciſ. Genuenſ. 204.* ¶ Venditor tenetur præciſe ad tradendum, ſi poteſt, & ad transferendum dominium, ſi eſt dominus. *Bartol. in l. certi condictio. num. 22. ff. ſi cert. pet. vide eundem Bartol. in l. 1. ff. de action. empt. & vend. & in l. 72. num 36. ff. de verb. oblig.* ¶ Emptor an præciſe compellatur ad ſolvendum pretium, *Bartol. in l. 1. ff. de act. empt. num. 15.* ¶ De ratione, cur, quando in obligatione eſt datio, non ſufficiat, quod unus ex hæredibus det pro parte ſua ad evitandam pœnam; ſecus quando in obligatione adeſt factum, *per Bart. in l. 9. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Quando ex facto unius alii teneantur inſolidum in obligatione facti individui, vel continente dationem, *Bort ibid.* ¶ Promittere alteri quando quis cogatur, & quando poſſim cogere debitorem meum, ut mihi faciat inſtrumentum, *vide Bartol. in l. 2. num. 13. & 15. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Promittens facere aliquid alteri, tenetur facere ſuo victu, *Bartol. in l. 18 ff. de bonis liberto.* ¶ Qui

tenetur

tenetur ſimpliciter ad factum, ſufficit factum facere, licet qualitatem omittat. *Bart. quaſt. 8. num. 10.* ¶ Promiſſor in ſtipulatione, quæ continet factum, ad duo tenetur, *gloſſ. in l. 21. de ſolut. & liber.*

Vel non.

Si maritus promiſerit facere renunciare uxorem hæreditati paternæ, ſi adhibita omni diligentia, mulier noluerit renunciare, quid juris, *vide Gram. deciſ. 101. num. 82* ¶ Procurator non cogitur præciſe ad factum; ſed tantum tenetur ad intereſſe. *Bartol. in l. 8. §. mandati, ff. mand.* ¶ In contractibus extrajudicialibus quis non cogitur præciſe ad factum, quod procedit, quando allegat juſtam cauſam. *Bart. in l. 8. §. procuratorem. ff. de procurator.* ¶ Obligatus ad factum non tenetur ad intereſſe, niſi finito tempore. *Crav. conſil. 233.*

Cap. VI. Qui ſit in mom. Qui excuſetur, vel non.

Quando quis promittit ſe aliquid facturum ſub modo vel conditione nunquam in mora conſtituitur, donec certificetur, & liquidetur. *Menoch. conſil. 132. lib. 2.* ¶ Promittens factum cum juramento, & ſub pœna, ſi fecerit, quod potuit, & tamen factum non potuerit implere, excuſatur à pœna. *Afflict. deciſ. 295.* ¶ Promittens factum alienum excuſatur, ſi fecerit quicquid potuerit, ut illud faceret. *Cravet. conſil. 272. num. 12. Mamnt. in ſuo Specul. diſput. 6.* ſed ſi intervenerit juramentum promittens factum alienum obligatur. *Marant. ibid. numer. 13. Jaſ. de action. in §. item ſi quis, num. 14 Corſet. in ſuis ſingul. liter. P. ſingul. promiſſio facti.* ¶ Difficultas excuſat à pœna, à mora, à perjurio, & ab intereſſe in obligationibus facti. *Marant. in ſuo Specul. diſp. 7. num. 10.*

Cap. VII. Qui liberetur, vel non.

In obligationibus dandi ex contractibus innominatis, non cogitur quis præciſe, imo liberatur præſtando intereſſe. *Bart. in l. 5. §. ſi quidem, ff. de praſcript. verb.* alias qui tenetur ad dandum dare præciſe compellitur, quia dare eſt dominium transferre. *l. 75. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Condemnatus ad ſpeciem dandam in actione perſonali non liberatur, niſi faciat rem accipientis, ita quod avocari non poſſit: ſecus ſi ad tradendam. *Bart. in l. 40. §. ſed ff. eodem num. 6.* ¶ Induſtria perſonæ ubi eſt electa, quis non liberatur ſolvendo intereſſe. *Ozaſcb. deciſ. 92. num. 32.* alias regulariter obligatus ad factum, non faciens, tenetur ad intereſſe. *Rot. Gen. deciſ. 21.*

Cap. VIII. Qua ſint implenda.

Juramentum appoſitum promiſſioni de ſolvendo, debet impleri in forma ſpecifica, & obligat præciſe ad factum. *Ozaſcb. deciſ. Pedem. 92.* quod procedit, *ut ib. num. 27. vide ibid. deciſ. 111. num. 12. Joan. Papon. lib. 10. titul. 1. gloſſ. in l. 5. ff. de condict. cau. dat.* & ejus virtute quis cogitur ad faciendum. *Afflict. deciſ. 162. Guid. Pap. queſtion. 517.* ¶ Quod ampliatur procedere, licet juramentum, vel factum contineret turpitudinem ex parte creditoris. *Ozaſ. deciſ. 92. num. 19.* ¶ Obligatio facti eſt individua: ideo in totum debet adimpleri. *Rot. Genuenſ. deciſ. 156. num. 12.* ¶ Obligatus ad factum ex diſpoſitione legis, illud præciſe implere tenetur. *Dec. conſil. 274. numer. 4. Bartol. in l. 10. num. 15. ff. de negot. geſt. & in l. 14. §. ſed & ſi, ff. de eo. quod metus cau.*

Cap. IX. Qua valeant.

Stipulatio faciendi collata in tempus mortis promiſſoris non redditur inutilis; ſed tranſmittitur in hæredes. *l. final. Cod. de contrab. & commit. ſtipul.* ¶ Promiſſio facti alieni quando valeat, *vide Rot. Genuenſ. deciſ. 152.*

Cap. X. Promittens. Qua facere poſſit, vel non.

Opus facere promittens, per alium explicare poteſt, ſi neceſſe fuerit, ut ſi cogatur abeſſe ob delictum. *Ludov. Roman. ſingul. 75.* ¶ Promittens facere opus, poteſt illud per alium explicare, ſi ſubſit urgens cauſa. *l. 8. ff. de pollicita.* ¶ Servire per ſubſtitutum quando quis poſſit, & quando poteſt, debet ſervire per homines ejusdem conditionis, cujus eſt ipſe. *Bartol. in l. 1. Cod. de prapoſitis agen. in reb. lib. 12.* ¶ Obligatio operis faciendi eſt individua: ideo pecunia pro opere, & facto faciendo tota debetur ante inchoationem operis, quando quis promiſit facere absque temporis præfixione. *vide Aug. Boer. quaſt. 88.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Factum cohærens perſonæ, quando eſt in obligatione ille præfertur, cui eſt promiſſum prius. *Bartol. ſingul. 421.* ¶ Actio ad factum & etiam ad intereſſe poſſunt ſimul agitari, & intentari in eodem libello. *l. 2. §. item ſi facto, & ibid. gloſſ. ff. de verb. obligat.* ¶ Factum promiſſum, quando certum eſt intra tempus ſtatutum fieri non poſſe, licet ſit actio nata; tamen exactio impeditur. *Bartol. in leg. 19. ff. ſi cert. pet.* ¶ Non dicitur quis non feciſſe, quousque finitum ſit tempus, intra quod facere poteſt. *l. 99. §. fin. ff. de verb. oblig.*

TITULUS DXXIV.

De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

Ex aditione hæreditatis hæres videtur quaſi contrahere cum legatariis, & creditoribus. *Boer. conſil. 53. Bartol. in l. 3. §. ſi pupillus, ff. quibus ex cau. in poſ. eat.* ¶ In litis conteſtatione quaſi contrahitur. *Bartol. in l. unica. C. de lit. conteſtat. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio.* ¶ In judicio quaſi contrahitur, ſed an is talis quaſi contractus naſcatur ex ſententia, vel litis conteſtatione, *vid. Bart. in l. 3. §. id ff. de peculio.* ¶ Quod in judiciis contrahatur, tam in litis conteſtatione, quam in ſententia, *ſcribit idem Bartol. in l. 2. §. ſed ſi unus, ff. de prator. ſtipulat.* ¶ Quia quod in judicio quaſi contrahitur, ex illo datur actio, primæ actionis origine non inſpecta *l. 3. §. idem ſcrib. ff. de peculio.* ¶ Per Jusjurandum quaſi contrahitur, ſicut per ſententiam. *leg. 5 §. ſi filiusfam. ff. de peculio.* ¶ Etiam pupillus adeundo hæreditatem, vel ſe immiſcendo videtur quaſi contrahere cum legatariis, & creditoribus hæreditariis. *l. 3. §. fin. & l. 4. ff. ex quibus cau. in poſſeſſ. eat. & §. 2. inſtitut. de auct. tutor.* ¶ Actio negot. geſtor. tutelæ, indebiti ſoluti per errorem, naſcitur ex quaſi contractu. *l. 4. §. ſi quis. ff. de act. & oblig.*

TITULUS DXXV.

De condictione indebiti, & cæteris condictionibus, & repetitionibus.

Generalia.

De certi condictione generali, ſpeciali triticaria, ob cauſam, ob turpem cauſam, ſine cauſa, furtiva, & ex lege, *vide per Joan. Criſp. in ſuo tract. termin. actio. num. 135. poſt volumen, Jaſ. de actio.*

Cap. I. Indebitum. Condictio indebiti, Quid ſit.

Indebitum eſt triplex, nempe jure Civili tantum, Naturali tantum & Civili, & Naturali, ſed quando detur repetitio, & quando denegetur, *vide gloſſ. in cap. fin. ex. de ſolut.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

In condictione indebiti, illud eſt in obligatione, in quo quis eſt locupletior. *Bartol. in l. 3. §. in hac. ff. commodat.* ¶ Quod dicitur promittens indebitum videri donare intelligitur, quando principaliter aliquid promitti-

mittitur; ſecus quando promittitur aliquid indebite acceſſorie: tunc enim ſi non valet principale, nec valere acceſſorium debet. *Jaſ. de action. in §. in perſonam, n. 41.*

Cap. III. Ex quibus oriatur.

Condictio furtiva oritur ex delicto. *l. 10. §. quoties, ff. de compenſa.* ¶ Actio, quæ datur ſolventi indebitum per ignorantiam, oritur ex quaſi contractu. *l. 4. §. is quoque, ff. de action. & obligat.* ¶ Condictio ob cauſam, an in contractu facio ut des, oriatur, *vide Bartol. in l. 5. §. quod ſi faciam. ff. de præſcript. verb.*

Cap. IV. Quæ probanda, & probentur.

Aſſecuratoribus ea ratione, quod caſus adverſus non ſit ſecutus, repetentibus in judicio ordinario ſummam aſſecuratam, & calore judicii executivi exactam, reo aſſecurato incumbit onus probandi caſum adverſum fuiſſe ſecutum, *Rot. Genuenſ. deciſ. 3.* ¶ Repetens indebite ſolutum aſtringitur onere probandi indebitum: cum nemo præſumatur indebiti ſolutionem feciſſe, unde licet ab initio quis non præſumatur obligatus, & aſſerenti indebitum incumbat onus probandi, tamen poſt factam ſolutionem pro debito præſumitur. *Rot. Genuenſ. deciſ. 3. num. 2. deciſ. 5. num. 5. & deciſ. 103.* fallit, quando quis coacte ſolvit mandato Judicis, *ead. Rot. d. deciſ. 3. num. 10.* & in ruſtico conquerente ſe ſolviſſe indebitum. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 194. num. 41.* ¶ Conquerens ſe indebite ſolviſſe hoc probare debet, niſi adverſarius neget ſolutionem ſibi factam: nam ſi de hoc convincitur in eum transfertur onus probandi debitam pecuniam ſe recepiſſe. *cap. fin. ext. de ſolutio.* ¶ Indebitum, qui ſolvit, quid debeat probare. *Bartol. in l. 25. ff. de probat.*

Cap. V. Quæ præſumantur, & quæ veniant.

Habens duo quittationis inſtrumenta ejusdem ſummæ in dubio præſumitur bis ſolviſſe: ideo datur repetitio ſoluti ratione ultimæ ſummæ ſolutæ. *Lud. Rom. ſing. 553.* ¶ Condictio indebiti eſt ſtricti juris: ideo dubium eſt, an in ea veniant uſuræ, ſeu intereſſe. *Vinc. de Franc. dec. 199. p. 2.* & periculum pecuniæ indebite ſolutæ, cujus ſit, *vide ibid.*

Cap. VI. Qui, & quæ condicere poſſint, vel non.

Condicere poſſum rem meam, quæ eſt penes te ſine cauſa, *Bartol. in l. 31. ff. de act. empt. & l. 32. ff. ſi cert. pet.* ¶ Uſuræ indebitè ſolutæ prius ſorte ſoluta, cum in ſortem cedere non poſſint, ut indebitæ condicuntur. *l. 18. C. de uſuris.* ¶ Ab eo, qui ex re mea factus eſt locupletior poſſum condicere. & ipſe à me quod expendit, repetit. *l. 25. §. ſervum, ff. actio. empt.* ¶ A fure, & malæ fidei poſſeſſore res condici poteſt. *l. 4. §. res pignori. ff. ſi cert. pet.* ¶ Promittens plus, quam debebat per errorem, poteſt liberationem condicere. *l. 6. Cod. de juris. & fact. ignor.* ¶ Agnoſcens minus ſolemnem voluntatem, & ſolvens non repetit. *l. 2. C. de fideic.*

Cap. VII. Condictio. Cui competat, vel non.

Condictio incerti competit ei, qui jus aliquod habet in re. *Ozaſ. deciſ. 40. num. 6.* ¶ Condictio indebiti competit condemnato in judicio ſummario. *Rot. Genuenſ. deciſ. 62.* ¶ Officium judicis datur contra medicum aliquid dolo malo ab ægroto extorquentem. *Bart. ſing. 56.* ¶ Contra eum, cujus perſuaſione indebitum ſolvitur, actione de dolo ſuccurritur. *l. 24. ff. de dol. mal.* ¶ Fidejuſſor ſolvens indebitum, agit condictione indebiti. *l. 15. C. de fidejuſſ. & mandat.* ¶ Si hæres primo ſolverit legatario legatum, an creditori hæreditario detur condictio indebiti contra legatarium diſtinguendum eſt, aut hæres eſt ſolvendo, & non datur, aut non ſolvendo, & tunc datur. *Vincent. de Franc. deciſ. 246. part. 2.* ¶ Condictio indebiti datur quatenus locupletior factus eſt recipiens. *Cabal. milleloq. 385.* & in dubio non præſumitur quis factus locupletior, niſi probetur. *Cabal. milleloq. 355.* ¶ Qui implevit permutationem poteſt agere contra non implentem præſcriptis verbis, ut impleat, vel condictionem ob cauſam, ut data reſtituat. *l. 4. & 5. C. de rerum permut.* ¶ Actio, de qua in tit. de calumnia, quantum ad ſimplum concurrit cum condictione ob turpem cauſam, & una per aliam tollitur. *§. 1. l. 5. ff. de calum.* ¶ Quando detur repetitio dati cauſa redimendi ſe à vexatione litis, etiam ſo uti virtute laudi, *Magon. deciſ. 85. Rot. Flor. Cravet. conſil. 152. num. 10.* ¶ Si ſolvitur indebitum falſo procuratori, ſtatim poteſt agi ex ſtipulatione de rato, ut vel reſtituat, vel faciat dominum ratificare, ut ab eo repeti poſſit. *l. 16. & 22. ff. rem rat. habe.* ¶ Si filiusfam. contra Senatusconſult. mutuatus pecuniam pertinentem ad patrem ſolverit, patri competit repetitio, ſi pecunia extet; ſecus ſi conſumpta: quia tunc neque ipſi, neque filio competit repetitio. *l. 14. ff. ſi cert. pet.* ¶ De condictione indebiti, & quando competat, *plene per Criſp. de actio num. 141.* ¶ Condictio furtiva contra eum competit, qui ſciens rem alienam pignori accepit. *Ozaſ. deciſ. 40.* ¶ Condictio furtiva ſoli domino competit. *Ozaſ. deciſ. 40. num. 8.* ¶ Colonus non poteſt agere condictione furtiva, ſed debet agere contra dominum, ut agat. *l. 61. §. meſſem. ff. loc.* ¶ Si ſolvitur non debitum per errorem recontrahitur obligatio, ſicut ex mutuo, & competit condictitia actio ad repetendum *§. is quoque, inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig. vide gloſſ. ibidem*, de materia, & etiam *§. item is, & § fin. cum gloſſ. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſc.* ¶ Quando cauſa reducitur ad non cauſam, competit repetitio ſoluti per condictionem, ſine cauſa. *Guid. Pap. ſingul. 635.*

Vel non.

Si pretium rei communis cum ſocio putativo diviſerim, à vero ſocio ille putativus convenitur; non ego agam. *l. 63. ff. pro ſocio.* ¶ Quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis, non datur repetitio ſoluti ex cauſa ſymoniæ. *Joan. Papon. lib. 3. tit. 12. arreſt. 2. vide Guid. Pap. quæſt. 581.* ¶ Solvens indebitum, quando videatur donare ad hoc, ut non detur repetitio, *vide per Bartol. in l. 1. de donat. & in l. 50. ff. de ſolut. & lib.* ¶ Dominus rei non poteſt agere ad dandum rem ſuam niſi contra furem, & malæ fidei poſſeſſorem, & actiones reales competunt ad vendicandum, perſonales vero ad dandum, quæ abuſive dicuntur condictiones à condicendo. *§. ſic itaque diſcretis, inſtit. de actio.*

Cap. VIII. Condictio ob cauſam cui competat, vel non.

Non ceſſat hodie condictio ob cauſam, licet interponatur ſtipulatio, Bartol. tamen tenet contrarium, *vide Gaſp. Cabal. milleloq. 346.* ¶ Condictio ſine cauſa competit etiam ad recuperandam poſſeſſionem. *Cravet. conſil. 299.* & alias quando condictio competat domino ad recuperandam poſſeſſionem, *vide Bartol. in l. 30. §. ſervum. ff. ſi certum petat.* ¶ Condictio ob cauſam cui competat, & de natura illius, *vide per Bartol. in l. 28. Cod. de tranſact. num. 4.* ¶ Condictio ob cauſam, an competat actori contra reum ut ſe reponat in priſtinam obligationem, *Bart. ibid. num. 14. & in l. 33. eod.* ¶ In contractibus nominatis habet locum condictio ob cauſam, ſi ex diſpoſitione legis contractus non impleatur. *l. 52. ff. de act. empt.* ¶ In permutatione (re ab altera parte non tradita) eſt locus condictioni ob cauſam. *l. 1. ff. de rer. permut. §. & ſi quidem, & l. 5. ff. de præſcript. verb.* ¶ Ubi ceſſat intereſſe fieri, quod convenit, recurrimus ad condictionem ob cauſam. *l. 7. ff. de præſcript. verb.*

Vel non.

In contractu nominato mere, & ſimpliciter non habet

Digitized by Google

bet locum condictio ob cauſam ex capite pœnitentiæ, nec ex capite cauſæ non ſequutæ. *Natt. conſil. 171. Tom. 1. Bartol. ſingul. 166.* tamen quoties id, quod erat implendum fuit cauſa finalis contractus, receditur a contractu, (etiam nominato) ob defectum dictæ cauſæ finalis non impletæ. *Roland. conſil. 69. volum. 4. num. 40. Pet. de Rav. ſingul. 117.* qui tradit exemplum in ceſſione. *vide Bartol. in l. 1. ff. de dona. num. 6.* & eſt locus repetitioni per condictionem ob cauſam, oppoſita exceptione doli. *Menoch. conſil. 184. libr. 2. num. 11.* ¶ Licet regulariter in contractibus nominatis non ſit locus condictioni ob cauſam; tamen hoc non procedit, quando non ſervatur pactum, quod principaliter dedit cauſam contractui. *Pet. de Rav. ſingul. 485.*

Cap. IX. Qui teneatur, vel non.

Falſus creditor recipiendo ſcienter indebitum furtum facit, & condictione furtiva tenetur. *leg. 18. ff. de cond. furti.* ¶ Solvens partem debiti indebiti, non tenetur ad reliquum. *Magon. deciſ. 143. Rot. Florent. vide Natt. conſil. 77.*

Cap. X. Qui repetere poſſit, vel non.

Nemo condicit rem ſuam præterquam à fure: quia omnis condictio derivatur contra furem. *l. final. ff. de uſufruct. quemadm. cave.* ¶ Qui promiſit ſolvere uſuras, cogitur ſolvere, ſi juraverit, ſed poſtea repetit, quo caſu non datur exceptio: ſed bene actio. *cap. 5. ext. de jurejur. cap. 7. Bartol. in l. 31. ff. de act. empt. & l. 32. ff. ſi cert. pet.* ¶ Qui juravit uſuras non repetere, poteſt non obſtante juramento illas repetere ex nova cauſa. *cap. 20. ext. de jurejurand.* ¶ Exceptione doli tutus ſolvens, quando repetat, *Bartol. in l. 17. ff. de condict. cau. dat.* ¶ Solvens debitum alienum, quando repetat, *Bartol. in l. 6. §. item quæritur, num. 10. de negot. geſt.* ¶ Solvens ſine cauſa poteſt repetere. *Rot. Genuenſ. deciſ. 72.* ¶ Si hæres ſolverit legatum ignorans, an ſit locus falcidiæ, & poſtea reperiatur eſſe locum, repetit à legatario, quartam falcidiam. *l. 1. §. ſi legatarius, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Hæres, qui totum fideicommiſſum fideicommiſſario reſtituit per errorem, repetit trebellianicam. *l. hæres. ff. ad Treb.* ¶ Reſtituens dotem profectitiam patri, ſine voluntate filiæ, non liberatur ab ipſa filia: ideo poteſt repetere. *l. 34. §. ſi gener. ff. de ſolut. & liber.* ¶ Qui rem ſibi legatam emit, debet habere rem, & pretium non ſolvere, quod ſi ſolverit, poteſt repetere. *l. 86. § qui ſervum de leg. 1.* ¶ Lex duodecim tabularum dividit obligationem inter hæredes ipſo jure: ideo quatenus alter ipſorum ultra portionem hæreditariam ſolverit quocunque errore, repetit. *l. 50. §. quod ſi duo. ff. de fidejuſſor. & mandat. & l. 25. ff. de ſolut. & lib.* ¶ Hæres ſolvens virtute ſententiæ, reperto poſtea inſtrumento quitationis, & impetrata reſtitutione contra ſententiam, repetit ſolutum. *Joan. Papon. lib. 10. titul. 6. arreſt. 1.* ¶ Agentes, & ſolventes pro aliis repetunt ſolutum indebite, ut quando quis putat ſe hæredem, & uti hæres ſolvit onera hæreditaria, ſi poſtea apparuerit eum non eſſe hæredem, ei competit repetitio. *Dec. conſil. 348.* ¶ Captus pro repræſaliis conceſſis communitatem, vel ſpecialem perſonam repetit ab ea, quod ſolvit. *Hieron. de Mont. in ſuis quæſtion. quæſt. 27. num. 38.* ¶ Naturaliter obligatus, ſi ſolverit repetit, quod intellige, ſi ſolverit per errorem facti probabilis; quoniam alias non repeteret. *Marc. de Mant. ſingul. 431. vide Bartol. in l. cum quis jus ignorans. Cod. de fact. & jur. ignor.* ¶ Habens exceptionem non numeratæ pecuniæ ſolvens repetit. *Guliel. de Lud. ſingul. 156.*

Vel non.

Filiusfam. ſolvens non obſtante, quod eſſet tutus exceptione Macedoniani, non repetit: quia illa exceptio eſt odioſa. *l. 11. §. non ſolum, ff. ad Senatusconſult. Maced.* ¶ Solvens auctoritate ſententiæ non repetit; ſecus ſi cogatur ſolvere alia de cauſa. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de liter. obligat. articul. 3. gloſſ. 9. num. 2. l. 37 ff. famil. erciſc.* ¶ Si turpitudo verſatur ex parte dantis, ei non competit repetitio, ſed ſolum illi, in cujus periculum datum eſt. *l. 3. §. fin. ff. de calumn.* ¶ Hæres ex teſtamento revocato per ſecundum, in quo eſt alius hæres inſtitutus, ſi debitores hæreditarios exigat, inſtitutus in ſecundo non poteſt ab eo repetere, quod exigit. *Barth. de Cap. ſingul. 44.* ¶ Frater dividens hæreditatem paternam cum aliis fratribus, ſi poſtea ad aliquem alium effectum juret, ſe non fuiſſe filius, cujus hæreditatem diviſerat, ob id alii fratres dividentes, non poterunt illam partem hæreditatis filio putativo aſſignatam, repetere. *Petr. Gerar. ſingul. 72.* ¶ Si filius ſolverit debitum paternum vivente patre, non repetit, ſi conſtiterit, quod animo donandi ſolverit; alias ſecus. *l. 12. C. de neg. geſt.* ¶ Negotiorum geſtor tenetur domino reſtituere, quod ejus nomine exegit, etiam indebitum, ſed ſi indebitum ſolverit à domino non repetit. *l. 24. ff. de neg. geſt.* ¶ Qui ſciens indebitum ſolvit, non repetit, *l. 21. §. item quæſitum, ff. de inoffic. teſtament.* ¶ Scienter ſolvens, quod promiſit metum non repetit, etiam interveniente juramento, *Bartol. in l. 2. de his, quæ vi metus.* ¶ Tutus præſcriptione ſolvens non repetit. *Rot. Aven. deciſ. 44. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* tamen quod repetat, *ſcribit Aman. de Clariſaquis ſingul. 192.* & habetur *in l. fin. §. fin. & ibid. gloſſ. ff. rem rat. haber.* ¶ Hæres ſolvens fideicommiſſum relictum in teſtamento non ſolemni, non repetit. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 2. tit. 14. num. 17. Clar. in ſua pract. §. teſtamentum, quæſt. 90. & Dec. conſil. 488. num. 17.*

Cap. XI. Quæ repeti poſſint, vel non.

Jus datur ad repetendum illud, quod eſt datum, vel ad ejus æſtimationem. *Bart. in l. 8. ff. de neg. geſt.* ¶ Dos putativa repetitur condictione ſine cauſa. *Bartol. in l. 23. §. ſi mulier, ff. ſolut. matrimon. Abb. conſil. 48. lib. 1. l. 9. 10. 18 ff. de jur. dot.* ¶ Quod poſtea apparet indebite ſolutum, repetitur. *l. 27. ff. de uſu. & uſuf. legat.* ¶ Quibus in caſibus ſolutum repeti poſſit, ut indebitum non obſtante mandato judicis, *Rot. Genuenſ. deciſ. 3. num. 10. & Cabal. milleloq. 637.* ¶ Legata ſoluta errore facti, poſtea repetuntur, quotieſcunque eſſet locus falcidiæ. *l. 1. §. hac ſtipulatio, ff ſi cui plus quam per leg. Falcid.* ¶ Repeti poteſt datum alicui, ut faceret id, quod gratis facere tenebatur: ideo tutor tenetur reſtituere pecuniam, quam accepit, ut conſentiret pupillam matrimonio conjungi alicui. *Natt. conſ. 76. Tom. 1. vide tamen conſ. 77.* nam turpiter accipit pecuniam, qui facit pro pecunia, quod gratis facere tenetur *Capic. deciſ. 95. num. 2.* ¶ Cambii literæ, ſi ante pecuniarum actionem amittantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulatio, & quid, ſi ille, cui ſcribitur medio tempore effectus ſit non idoneus. *Petr. de Benint. deciſ. 38.* ¶ Si contractus cujus virtute emphyteuta ſolvit laudemium, poſt ſolutionem declaretur nullus, datur repetitio pecuniæ ſolutæ pro laudemio; ſed quando, *Joan. Papon. lib. 10. titul. 6. arreſt. fin.* ideo laudemium ſolutum ex emptione poſt ſolutionem reſoluta, repetitur, *idem Papon. libr. 13. tit. 2. arreſt. 29.* ¶ Datum in ſponſalibus ob matrimonium, poteſt repetere matrimonio non ſecuto. *Bart. de Cap. ſingul. 44.* ¶ In re obſcura melius eſt favere repetitioni, quam adventitio lucro. *l. 24. ff. de reg. jur.* ¶ Si ſolutum adjecto ex poſt facto appareat indebitum, repetitur à creditore. *l. 34. ff. de ſolut. & liberat. & l. 5. 59. eodem.* ¶ Indebitum ſcienter ſolvens, per condictionem ſine cauſa repetit. *Aman. de Clariſaq. ſingul. 195.* ¶ Datum ob cauſam impoſſibilem, quando repetatur, *Bart. in l. 8. Cod.*

Cod. de condict. ob cau. ¶ Lex etiam, de compenſat. habet locum, quando repetitur indebite naturaliter debitum. *Bartol. in l. 2. C. ſi adverſus ſolutio.* ¶ Cum amplius ſolutum eſt, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione. *leg. 85. ff. de reg. jur.* ¶ Pecunia data ob tranſactionem, quando ab ea de voluntate partium receditur, repetitur condictione, ſine cauſa, vel ob cauſam. *Bartol. in l. 14. Cod. de tranſact.* ¶ An poſſit repeti, quod in ludo amittitur, *vide gloſſ. in l. fin. ff. de alea luſu, & alcat. & gloſſ. in l. fin. de Relig. & ſumpt. fun. Azo. numero 22. in ſumma titul. de Relig. & ſumpt. fune. & inf. titul. de lud.* ¶ Indebitum ſolutum ſcienti, contra agentem ex eadem cauſa, ope exceptionis repetitur. *l. 50. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſulto dati donatio eſt. *l. 54. de reg. jur.* ¶ Quando ſolutum indebite repetatur, *gloſſ. ibidem.* ¶ Procurator non videtur habere mandatum ad recipiendum indebitum, & in caſu, in quo illud receperit, ipſe obligatur, & non dominus. *Dec. conſi. 98.* & ſolutum falſo procuratori repetitur. *Bartol. in l. 24. num. 6. Cod. de procur.* ¶ Datum cauſa pietatis, quandoque repetitur. *l. 7. & gloſſ. ff. de calumnia.*

Vel non.

Licet ubi vertitur turpitudo ex parte utriusque, ſi translatum ſit dominium rei traditæ nullo modo illa poſſit repeti; tamen ſecus eſt, ſi translatum non eſt dominium, *vide Petr. de Raven. ſingul. 728.* ¶ Quod datur judici cauſa eum corrumpendi non repetitur; ſed datum, ut juſte judicaret, bene repetitur, nec ob id cauſa amittitur. *cap. non ſanè 14. quæſtione 5. & ibidem gloſſ.* ¶ In caſu duarum cauſarum inſpicitur illa, quæ repetitionem impedit. *l. ſi pupillus, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Debitum naturale tantum ſolutum errore juris, & non facti, non repetitur. *l. 1. §. id quod natura, ff. ad leg. Falcid. vide l. 10. C. de jur. & fact. ignor. & l. 85. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Naturalis obligatio, qua quis tenetur ad antidora, impedit indebiti ſoluti repetitionem. *l. 50. §. ex duobus, ff. de fidejuſſo. & mandato.* ¶ Datum ob cauſam, quæ non culpa accipientis, ſed caſu fortuito eſt ſecuta, non poteſt repeti, traduntur exempla per *Ozaſch. decis. 98.* ¶ Nam obligatio naturalis, quæ oritur ex teſtamento nullo, impedit repetitionem, ſi res ſine vitio pervenerit ad legatarium. *Guid. Pap. ſingul. 519.* ¶ Uſuræ ex nudo pacto non debentur, ſolutæ tamen non repetuntur. *l. 1. C. de uſuris.* ¶ An indebitum per errorem juris ſolutum repeti non poſſit, licet omni jure indebitum ſit, *Fachin. libro 8. capite 106.* affirmat. *l. cum pater, §. mævio de leg. 2. l. 2. ff. de confeſſis,* excepta muliere.

Cap. XII. Qui ſint effectus, & quæ valeant, & revocari poſſint.

Sententia facit de non debito debitum. *Rot. Genuenſ. deciſ. 3. numer. 10.* ¶ Solutum indebite revocatur condictione indebiti, vel ſine cauſa. *Dec. conſ. 547. & conſil. 600.* ¶ Promiſſio facta ex certa ſcientia de eo, ad quod quis non tenebatur, valet. *Afflict. deciſ. 117. numero 4.* ¶ Ad evitandum damnum promiſſio erroneè facta debet revocari, & in ea toleratur ignorantia in facto proprio. *Dec. conſil. 402. numero 1.* ¶ Quando quis inducitur ad promittendum, prætextu alicujus cauſæ falſæ, promiſſio errore, & propter cauſam falſam facta, retractari poteſt, & ſi ex tali promiſſione aliquid fuerit ſolutum, datur repetitio. *Dec. conſil. 600.* ſed quid, ſi intervenerit juramentum, *vide Dec. conſ. 682.*

Miſcellanea.

Debitor abſolutus à juramento, poteſt opponere promiſſionem fuiſſe factam ob turpem cauſam. *Capic. deciſ. 95.* ¶ Civitas invadens aliena caſtra, turpiter accipit pecuniam pro eorum reſtitutione. *Capic. deciſ. 95. numer. 4.* ¶ Cauſæ defectus non impedit inſtrumenti executionem, juramento interveniente. *Dec. conſil. 682.* Contra inſtrumentum publicum non poteſt opponi, quod ſtipulatio ſit ſine cauſa. *Dec. ibid. num. 5.*

TITULUS DXXVI.

De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

QUando plures tenentur ex quaſi delicto, unus ſolvens petit partem. *l. 4. ff. de his, qui deje. vel effud. & de materia vide ibidem, per tot. titul.* ¶ Judex, qui per imperitiam male judicavit: item ille ex cujus cœnaculo dejectum, effuſumve eſt aliquid, quo alteri damnum datur, ille, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet id poſitum, aut ſuſpenſum habet, quod ſi ceciderit alteri nocere poſſit, & exercitor navis, aut cauponæ, de damno vel furto, quod ibi factum fuerit, ex quaſi maleficio obligantur. *l. 4. §. ſi Judex. ff. de action. & obligat.* ¶ In his quaſi maleficiis ſunt tria ſpecialia, quæ in vero maleficio locum non habent, primum erit, quia, quod præſtat unus quaſi malefactor liberat alium, ſecundum, quia ſolvens agit contra alium, qui vere deliquit, tertium erit, quod non detur in illis actio noxalis. *vide gloſſ. ibid. & Bart. in ſuis quæſtionibus quæſtione 2.* ¶ Abſolutoria in uno in obligationibus ex quaſi maleficio, parit præjudicium in aliis. *Bar. d. quæſt. 2.*

TITULUS DXXVII.

Nautæ, caupones, & ſtabularii, ut recepta reſtituant, & de pertinentibus, ad illos.

Nautæ. Caupo. Stabularius. Hoſpes.
Qui dicatur.

CAupones, qui dicantur, & ganea propriè dicitur meretricum taberna, & popina dicitur locus, ubi publicè obſonia, caroque cocta, ac delicatè confecta vendicatur, comediturque. *Lud. à Pegue. in ſuis quæſt. crimin. cap. 44.* ¶ Hoſpites, nautæ, caupones, ſtabularii, & publicani æquiparantur, quorum genus communius eſt improbum, ideo ad ſimilitudinem uſurariorum edere tenetur. *Rebuff. eodem tract. de hoſpit. verſic. hoſpites in fine fol. 505.*

Cap. I. Quando detur actio, vel contra.

Contra nautas, caupones, & ſimiles datur interdictum, *de quo vide per Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tractat. termino. act. num. 101. poſt volumen Jaſ. de act.* ¶ Qualiter ſuccurratur hoſpiti remittenti valiſiam clauſam, qui poſtea receperit apertam à caupone, *Jul. Clar. in ſua pract. §. furtum, verſ. pro complemento. Rebuff. in ſuis comment. tract. de hoſpit. num. 21.*

Cap. II. Quæ facere poſſit, vel non.

Peregrinum hoſpitatum caupo à malo, & injuria defendere debet, alioqui tenetur. *Guido. Pap. ſingul. 442. Rebuff. tractat. de hoſpit. num. 7.* ¶ Diverſores, & caupones reſtituere debent, quæ ab hoſpitibus acceperunt. *Rebuff. ibid. num. 8.* ¶ Nauta an poſſit eſſe teſtis in cauſa domini navis, *Boer. deciſ. 36. num. fin.* ¶ Caupones non debent pluris vendere tranſeuntibus, quam in mercatu vendatur, habito tamen honeſto lucro. *ibid. Rebuff.*

Cap. III. Ad quæ teneatur, vel non.

Hoſpites poſt ſigna hoſpitii omnes recipere tenentur. *Rebuff. ibidem Marc. de Mantic. ſingul. 51.* & obligantur

tur hoſpitari. *Bartol. in leg. 9. ff. de publicat. & vectig. vide eundem in l. unica. §. ſervi. ff. furti. adverſus nautam,* niſi ex cauſa recuſarent, utpote quia hoſpitium jam erat repletum, vel niſi hoſpitari volentes fuerint banniti, & alias improbati. *Rebuff. ibidem tractat. de hoſpit.* ¶ Caupo actione in factum tenetur, ſi res in caupone recepta non reſtituatur, vel furti ſit ablata, & maxime ſi res fuerit ſibi ſpecialiter conſignata, non tenetur tamen de caſu. *vide eundem Ludov. à Pegu. in ſuis quæſtionibus crim. cap. 44.* ¶ Recepiſſe cenſetur caupo illas res, quæ intra ſuam domum illatæ ſunt. *Rebuff. numer. 9.* quid ſi habuerit plures claves capſæ. *vide numer. 10.* ¶ Caupones pro furtis famulorum in diverſorio factis, tenentur. *numer. 12. Papon. libr. 23. titul. 6. arreſt. 4.* & eorum qui habitandi cauſa ibi ſunt, viatorum autem factum non præſtant. *Rebuff. ibid. numero 13.* ¶ Nautæ, caupones, & ſtabularii pro facto per eum, cujus opera utuntur commiſſo tenentur, & obligantur ex quaſi maleficio, & ex hoc edicto duplex naſcitur actio. *l. 4. §. item exercitor. & ibid. gloſſ. ff. de action. & obligat. vide infra titul. ſeq.* ¶ Caupo tradens mihi ſemel claves cameræ, non propterea liberatur à cuſtodia. *Pet. de Raven. ſingul. 99.* ¶ Hi omnes, de quibus in Rubrica, tenentur de delicto commiſſo in navi, vel in alio ſimili loco. *Boer. deciſ. 56.* ¶ Navis dominus etiam abſens, etſi prohibuerit expreſſe delictum tenetur, niſi proteſtetur. *Boer. ibidem.* ¶ Dominus tenetut de facto famuli, ſi famulus (domino ſciente) maleficium perpetraverit. *Capel. Tholoſ. quæſtione 196.* quia domini eſt eligere honeſtas perſonas. *ibidem.* ¶ Hoſpitatus, ſi mane dicat ſibi pecuniam ſubtractam in hoſpitio, quando credatur ſibi, & de remedio hujus caſus, etiam quando aliquid ſubtractum eſt de valiſia, *vide per Bartol. in l. 9. §. ſervi. ff. furt. abu. naut.* ¶ Receptans. aliquem ſemel, ſi ille aliquid perdiderit, talis receptans non tenetur ex hoc edicto. *Bartol. in l. 29. §. mariti. ff. ad leg. Jul. de adult.*

Cap. IV. Quæ ſit pœna.

De pœna contra laicos ganeas, & popinas frequentantes, & contra caupones hoſpitantes, & præter viatores, *Pegue. cap. 44. numer. final.* ¶ De pœna vendentium vinum dilutum, & adaquatum *vide eundem ibidem.*

TITULUS DXXVIII.

Furti adverſus nautas, caupones, & ſtabularios.

CAupo actione ex quaſi maleficio tenetur pro illis, quos ipſo caupo exercendæ cauſa habet, ſi in ea furtum fecerunt, aut damnum viatoribus dederunt, quia utitur opera malorum hominum. *Ludov. à Pegue. in ſuis quæſtionibus crimin. cap. 45.* ¶ De hac actione furti adverſus perſonas, de quibus in rubrica. *vide per Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tractat. termin. actio. num. 35. poſt volumen Jaſon. de action. per Jul. Clar. in ſua pract. §. furtum. verſiculo pro complemento, & Joan. Papon. libro vigeſimo tertio, titul. 6. arreſt. 4.* ¶ Dominus navis tenetur pro facto, & delicto famuli commiſſo in mari, vel alio ſimili loco. *Boer. deciſ. 56. Capel. Tholoſ. quæſtione 196.* ¶ Agenti ex hoc edicto ſufficit, furtum eſſe factum per aliquem ex nautis; licet non dicatur per quem. *Bartol. in l. 3. §. ante. ff. de public. & vect.* ¶ Pro furto, vel dolo commiſſo in navi, vel in ſtabulo, aut in caupona, tenentur domini ex quaſi maleficio, ſi damnum datum fuerit per aliquem, cujus opera utuntur. *item exercitor, inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi malefic. naſc.*

TITULUS DXXIX.

De tigno injuncto.

TIgnum alienum ædibus injunctum non poteſt vendicari, neque peti, quod ſeparetur; ſed actione de tigno injuncto erit agendum quæ datur in duplum. *l. 24. §. tignum. ff. de rei vendication.* ¶ Quando res teneatur hac actione, & quomodo, *vide gloſſ. in §. cum in ſuo inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Actio tigni injuncti datur adverſus illum, qui alienum tignum ædificio ſuo injunxit, puta ligna, tegulas, lapides, & ſimilia, & eodem modo in vinea: nam cum lex non patiatur ædificia dirui, dat hanc actionem domino tigni, ad duplum æſtimationis. *Joan. Criſp. in ſuo tractat. termin. action. num. 166. poſt volumen Jaſ. de action.* res tamen poteſt ab ædificio ſeparari, quando priſtina facies ædificii per ejus ſeparationem non mutatur, *Bartol. in l. 33. §. interpoſito. ff. de adminiſt. & peric. tut.*

TITULUS DXXX.

De actione noxali.

PRo damno dato alicui per animal, dominus animalis tenetur ad totale intereſſe; ſed dando animal, quod dedit damnum pro noxa non liberatur, ſi ſcivit naturam animalis, ut præſumitur, ſi fuerit apud eum aliquo tempore, & dimiſerit ſine cuſtodia. *Borg. Caval. deciſ. 26. num. 57. part. 2.* ſi autem abſque culpa, & negligentia domini damnum datum ſit, tunc dando animal pro damno, dominus liberatur. *ibidem numer. 58. Caſſan. in conſuet. Burg. in titul. des juſtices. rub. 1. §. 6. gl. 6. num. 17.* ¶ Actio noxalis eſt arbitraria, de qua vide *per Menoch. de arbit. lib. 1. quæſt 5. num. 13.*

TITULUS DXXXI.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

SI quis in jure interrogetur, an quadrupes, quæ pauperiem fecit, ejus ſit, reſpondere tenetur, ut ſi bos meus occiſus fuerit à tuo: quia tunc teneris, ſi confitearis bovem tuum eſſe. *l. 7. ff. de interrog. actio.* ¶ Hæc actio habet locum contra eum, qui dum haberet aliquod animal quadrupes, illud animal dedit damnum alteri, de qua vide per *Joan. Criſp. in ſuo tractat. termin. Action. numer. 171. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ In actione de pauperie concluditur alternative ad duo, nempe, aut ad æſtimationem noxæ datæ, aut animal, quod nocuit pro noxa tradi. *Guid. Pap. ſing. 734.*

TITULUS DXXXII.

De his qui dejecerunt, vel effuderunt.

DE actione, quæ datur contra eum, qui aliquid dejecit, vel effudit è domo, & alteri nocuit, *vide per Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tractat. termino. actio. numero 104. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ Urinam, immundicias, & vinum putridum in viam projicere, prohibitum eſt. *Franc. de Marc. quæſtione 483. part. 2.* ¶ Ille, ex cujus cœnaculo aliquid projectum, vel effuſum ſit (ex quo quis patitur damnum) obligatur ex quaſi maleficio, in quo duo ſunt ſpecialia, quæ non ſunt in vero maleficio: primum erit, quia ſolutio unius liberat alium, ſecundum ille, qui ſolvit poteſt agere contra illum, qui vere deliquit. *l. 1. §. is. quoque ex cujus, ff. de action. & obligat.* ¶ De hac actione, *vide in §. item is ex cujus, & §. ſi filiusfamil. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſc.*

TITULUS DXXXIII.

De lege Aquilia.

DAmnum ex culpa omiſſionis commiſſum non venit in actione legis Aquiliæ. *Afflict. decif.57. numer. 8.* ¶ Judex in actione injuriarum, non debet habere rationem damni, quia illud venit per actionem legis Aquil. *DD. de Roc. decif. 1. de judic. in antiq.* ¶ Actio legis Aquiliæ contra negantem competit ad duplum. *Jaſ. de act. §. ſequens verſ. ex maleficiis numero 19. vide §. ex maleficiis, & §. in dupli, inſt. de act. & §. ſtudium, Authent. de triente, & ſemiſſe.* ¶ De materia hujus actionis, *Jaſ. ibidem numero 92.* ¶ Condemnatio dupli procedit contra negantem ex lege Aquilia, ſi damnum dediſſe probetur, intellige tamen in condemnatione facta ab homine, non ſi à lege. *Marc. de Mant. ſingul. 494.* ¶ Criminalis pœna, an locum habeat, ubi habet locum legis Aquiliæ actio, *vide Mars. in ſuo Spec. part. 4. titul. an judicium ſit criminale, vel civile diſtinct. 1. num. 90.* ¶ Animalium dominus utili Aquilia tenetur, etiamſi illo ignorante damnum datum fuerit, *vide Dec. conſilio 550. libro ſecundo.* ¶ Pro damno dato ab hærede ante reſtitutionem, tenetur hæres actione ex teſtamento, poſt reſtitutionem vero actione legis Aquiliæ. *l. ſi hæres. §. ſi hæres. ff. ad Senatuſconſult. Trebell.* ¶ Actio legis Aquiliæ excludit actionem de dolo. *l. 7. §. ſi ſervum, ff. de dol. mal.* ¶ Si homo petitus dolo poſſeſſoris deterior factus ſit, deinde ſine culpa ejus ex alia cauſa mortuus, æſtimatio non fiet ejus, propter quod deterior factus ſit, quia nihil intereſt petitoris, ſed hoc quantum ad actionem in rem, legis autem Æquiliæ actio durat. *l. 28. §. ſi homo, ff. de rei vendicat.* ¶ Actio legis Aquiliæ non datur in hæredem, quotieſcunque delictum purgatur per actionem deſcendentem ex delicto; ſecus autem, ſi purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, vel quaſi; quia tunc hæc actio datur contra hæredem. *l. 10. ff. communi dividunt.* ¶ Ubi actio legis Aquiliæ competit, ibi poteſt agi criminaliter. *gloſſ. fin. in l. fin ff. de privat. delict.* ¶ De materia hujus actionis, *vide per tot. titul. ff. arbor. furtim. caſ.* ¶ Actio legis Aquiliæ, quando locum habeat, *Harm. cap. 4. tit. miſcellanea. lib. 1.*

TITULUS DXXXIV.

De incendio, ruina, naufragio.

Cap. I. Incendium: Ruina: Naufragium, quando immiſſum dicatur, vel non.

INcendium à quibus in dubio immiſſum in domo, vel prædio judicetur, & quæ judicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint, *Excell. P. Theſſ. decif. 24.*

Cap. II. Qui teneantur de incendio.

Excipiens in contractu, quod nolit de incendio teneri, nihilominus tenetur, ſi illud fiat per ſe, vel ſuam familiam. *Ludov. Rom. ſingul. 29.* ¶ Licet non ſit infligenda pœna corporalis pro incendio ubi neque dolus, neque lata culpa intervenit, incendiarius tamen tenetur ad damni æſtimationem, *Marc. Franc. quæſtione 61.* ¶ De incendio domus vicinæ, & qui pro illo teneatur, *vide Afflict. decif. 57.* verum ſi domus propter incendium deſtruatur, ſolvenda venit ab eis, quorum domus ſalvæ factæ ſunt. *Marc. q. 356.* ¶ Vicinus an vicino de incendio teneatur, diſtingue, aut conſtat de culpa, & tunc tenetur, aut non conſtat, & non tenetur. *Andr. Gail. obſervat. 22. lib. 2.* ¶ Quando conductor teneatur de incendio, *vide Joan. Anton. Trigon. ſing. 57.* ¶ An conductor teneatur de incendio commiſſo in domo, culpa aliorum, quibus ipſe ſublocaverat, vel aliter de conſenſu ipſius habitabant in domo conducta, *vide Joan. Papon. lib. 22. tit. 11. arreſt. 1. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 390.* ¶ Quando ſunt plures in loco, in quo exortum fuit incendium, quid juris. *vide Menoch. conſil 53. num. 23. volum. 1.* ¶ Vicinus qui propter timorem peſtis domum vicini, & quæ in illa erant comburit, ad æſtimationem domus tenetur, ſecus eſſet ſi hoc fuiſſet factum publica auctoritate. *Dec. conſil. 651.*

Vel non.

Fiſcus de naufragio nihil percipere debet, *ibidem.* & damnum navis onuſtæ commune eſt. *Marc. d. quæſtione 893. numero 4.* ¶ Qui promittit innocentem ignem habere, ſi caſu fortuito oriatur incendium, non tenetur. *l. 10. §. ſi colonus, ff. locati.* ¶ Vicinus ædes intercidens, ne ignis ad ſe perveniat, eo facto non tenetur; ſed quare, *vide Pet. Roy. decif. 3. litu. numero 207. in decif. diverſ. Tom. 2.* ¶ Conductor ut ab incendio excuſetur, quid probare tenetur, *vide Afflict. decif. 57. & Franc. Marc. quæſt. 61.* & non tenetur de leviſſima culpa. ¶ Incendii periculum non tranſit in dominum, per factum familiæ, aut familiaris, vel hoſpitis. *Afflict. ibidem numero 5. Menoch. conſil. 53. volum. 1. Joan. Gal. quæſtione 423. vide tamen Grammat. decif. 3. Andr. Gail. obſervat. 21. libro 2. numero 6. Magon. decif. 111. Rot. Floren.* ¶ Conductor propter incendium ad damni emendationem non tenetur, niſi conſtet de culpa ipſius. *Andr. Gail. obſervat. 21. libro 2.* ratio, quia incendium inter caſus fortuitos connumeratur, & ipſos nemo præſtare tenetur. *Gail. d. obſervat. 21.* & ad hoc, ut conductor ad illud teneatur, locator tenetur probare determinatam perſonam; ſed quomodo, *vide Roland. conſil. 95. volum. 2. Mago. decif. 111. Rot. Flor.* ¶ In materia incendii quinque poſſunt dari caſus: primus, quando incendium caſu fortuito exortum ſit, & de eo nemo tenetur. *Mynſing. obſervat. 88. cent. 6. vide Roland. conſil. 95. vol. 2. numer. 18.* ¶ Secundus, ſi doloſe, & data opera incendium excitatum ſit, & quidem in oppido, tunc ſi conductor ſit perſona levis, non ſolum ad damnum tenetur, ſed etiam criminaliter quoque puniri poteſt; ſed quid ſi ſit perſona honeſta, vel extra oppidum fuerit excitatum incendium, *vide Mynſing. d. obſervat. 88. numero 5.* ¶ Tertius, quando incendium lata, vel levi culpa conductoris exortum fuit, tunc enim ipſe conductor ad omnis damni reparationem tenetur; ſed an hoc caſu debeat puniri, *vide ibidem numero 9.* ¶ Quartus, quando incendium evenit culpa leviſſima conductoris, tunc ille non tenetur ad damnum, *Mynſing. d. obſervat. 88. num. 11. vide Roland. conſil. 95. volum. 2.* ¶ Quintus, & ultimus caſus erit, quando non apparet de exorto incendio, nec conſtat de culpa conductoris, tunc præſumitur culpa inhabitantium eveniſſe; ſed hæc culpa præſumpta pro leviſſima reputatur, nec obligat conductorem, non probata levi culpa. *idem Mynſing. obſerv. 88. num. 12. vide tamen Afflict. decif. 57. Gram. decif. 3. Franc. Marc. quæſt. 61. part. 1. & quæſt. 421. part. 2.* ¶ Caſus incendii præſumitur ſemper contingere culpa ejus, qui rem debuit cuſtodire. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus titul. præſumptio, & fictio, num. 8.* ¶ Ubi habitantes in domo erant conſueti eſſe vigiles, ſi alia judicia contra eos non appareant, non tenentur de incendio, licet alias incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium. *Hippol. ſingul. 74.*

Cap. III. Quando deſtrui: reparari poſſit domus.

Domus vicini poteſt impune deſtrui timore ignis, ſi pervenerit ignis usque illuc, alias ſecus. *leg. 7. §. eſt & alia, ff. quod vi, aut clam, vide Bartol. in dict. leg. 7.*

§. eſt & alia, ff. quod vi, aut clam. facie l. 30. ff. ad l. Aquil. ¶ Statutum, quod villa teneatur reſarcire damna per incendium illata, valet, & villa tenetur virtute hujus ſtatuti, licet ignoretur origo incendii. *Mago. deciſ. 24. Rot. Flor.* ¶ Domus incendii cauſa diruta, ſumptibus vicinorum reparari debet. *Gail. d. obſervat. 22. num. 4. Marc. de Mant. ſingul. 351. leg. 2. ff. ad leg. Rhodiam, & ibid. Bart. & Bald.*

Cap. IV. Quæ ſit pœna incendiarii, &c.

Invadentes bona naufragii ſunt ipſo jure excommunicati. *Marc. d. quæſt. 893. num. 9.* ¶ Incendium cujus culpa, & facto commiſſum credatur, qua pœna puniendus ſit incendiarius, & multa alia de incendio, *vide per Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 390. & Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 25.* ¶ Incendiarius doloſus punitur lege Cornelia de ſicariis. *l. 11. ff. de his, qui accuſar. poſſu. & l. 1. ff. ad leg. Jul. de ſicar.* ¶ Incendiariorum, quæ ſit pœna, *Boer. deciſ. 26 ibid. num. fin. Marc quæſt. 154. num. 18. part. 2. & quæſt. 417. Andr. Gail. obſervat. 22. libr. 2. Rot. Avenio. deciſ. 74 deciſ. diverſ. Tom. 3. Bart. in ſuo tract. de different. int. jus Canon. & Civil. num. 87.* ¶ Pœna incendiariis impoſita ad hoc, ut habeat locum requiritur, quod nedum domus combuſta ſit, verum etiam, quod ibidem homo ex dicto incendio interierit. *Gram. vot. 19. numer. 5.* ¶ Incendia ſæpius fiunt culpa habitantium, & cuſtodes de negligentia puniuntur, & incendiarius, qua pœna puniatur, *vide Bartol. in l. 1. ff. de offic. Præf. vigil.* ¶ Qui ex propoſito incendit domos pœnis hic deſcriptis punitur, cujus autem negligentia, & non dolo ignis damnum vicinis dedit punitur civiliter, vel modice caſtigatur. *l. 28. §. incendiarii. ff. de pœnis.* ¶ Quas pœnas patiantur hi, qui naufragii, & incendii bona occupant, & detinent, *vide per Marc. quæſt. 893. part. 2.* ¶ Hodie contra ſurripientem de naufragio pœna eſt aucta, quia publicantur bona, & omnis contraria conſuetudo, vel ſtatutum ceſſatur, niſi eſſent navigia piratica, vel imperii inimica, pro quibus nulla imponitur pœna. *Auth. navigia, C. de furt. & ſer. corrupt.*

Cap. V. Miſcellanea.

Ex calamitate naufragii nemo bona ſua amittere debet, & ſtatutum, aut conſuetudo contraria non valet. *Andr. Gail. obſerv. 18. libro 1.* ¶ Res, quæ pro derelicto in mari projiciuntur, primo occupanti conceduntur, & illius fiunt. *Marc. quæſt. 893. num. 21.*

TITULUS DXXXV.

Quod cujuſque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur, & de ipſa univerſitate.

Generalia.

De bonis communibus, univerſitatum, & de earum adminiſtratoribus, *vide titul. ſeq. & ſupra lib. 1. tit. de adminiſtrat. & offic. Civit.*

Cap. I. Syndicus: Actor Univerſitatis: Univerſitas. Quid ſit.

Univerſitas eſt triplex, & quæ ſit illa, quæ habet de jure communi merum, mixtum Imperium, *per Bart. in l. 1. ff. de damn. infec.* ¶ Civitatis Concilium totam Civitatem repræſentat. *Marc. quæſt. 780. numer. 4.* quod intellige, ut tradit *Cravet. conſil. 135. num. 5. Dec. conſil. 600.* ¶ Corpus univerſitatis ſemper eſt idem, ideo non mutatur per mortem hominum quibus alii poſtea ſucceſſerunt, quare acta facta contra prædeceſſores ipſius univerſitatis, nocent ſucceſſoribus. *Joan. Papon, lib. 7. tit. 2. arreſt. 1.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, probetur.

Patientia univerſitatis habetur loco mandati. *Afflict. deciſ. 376. num. 6.* ¶ Actor univerſitatis ad ſingulas, & omnes cauſas conſtitutus, etiam pro futuris cauſis, an conſtitutus cenſeatur. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 59.* ¶ In mandato generali Reipub. non venit rerum ſuarum alienatio, niſi lege municipale aliud caveatur. *Bart. ſing. 21. Pet. de Raven. ſingul. 561. vide l. 3. § plane. ff. quod vi, aut clam.* ¶ Quomodo probetur, quod communitas damnum dederit, *Dec. conſil. 221.*

Cap. III. Quæ præſumantur, vel non.

Decretum ſuperioris in conſtitutione actoris præſumitur interveniſſe, quando conſtat univerſitatem fuiſſe de mandato ſuperioris congregata. *Bartol. in l. 9. num. 10. ff. rem. rat. habe.* ¶ Delictum quando univerſitatis nomine factum præſumatur, ſive de ejus mandato. *Ozaſ. deciſ. 138. num. 31.* ¶ Quando commoditas turbationis pervenit ad univerſitatem præſumitur, quod habuerit ratam deturbationem, & moleſtationem. *Afflict. deciſ. 376. num. 4.* ¶ Factum à ſingulis cenſetur factum univerſitatis, quando univerſitas ſcivit, & paſſa eſt non contradicendo, & factum non erat momentaneum. *Benint. deciſ. 70. num. fin.* ¶ Univerſitas deliquiſſe non præſumitur ex eo, quod multi, aut fortaſſe omnes, ad locum commiſſi delicti acceſſerunt, & bona rapuerunt. *Ozaſ. deciſ. 138. num. 32. & 33.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

In congregatione univerſitatis debet attendi conſuetudo, & an ſit neceſſaria auctoritas ſuperioris, *Cravet. conſil. 7. num. 19. Bartol. in l. 7. C. de numer. lib. 12.* ¶ Major pars univerſitatis ſufficit in his, quæ fiunt ob publicam utilitatem, licet ſtatuto caveatur, quod omnium conſenſus ſit neceſſarius. *Cravet. conſil. 195. numero 8.* ¶ Factum ad hoc, ut dicitur ab univerſitate requiritur, quod factum ſit de communi conſilio. *Dec. conſil 567. num. 9.* ¶ Conſentire omnes de univerſitate debent, in arduis explicandis, nec ſufficit, quod actus explicetur per aliquos nomine aliorum. *Anton. Corſet. in ſuis ſingul. litera C. ſingul. compromiſſum. 1.* ¶ Ad renunciandum ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſivit in favorem univerſitatis requiritur, quod ſyndicus ſpeciale habeat mandatum. *Dec. conſil. 199.* ¶ Conſenſus in actu univerſitatis in communi præſtandus eſt *Marc. quæſt. 784.* ¶ Abſentes extra Civitatem in actibus univerſitatis vocandi non ſunt, etiam in caſis arduis, fallit tribus in caſibus, *de quibus per Natt. conſil. 67.* ¶ In actu univerſitatis requiruntur ad minus duæ partes univerſitatis, ſed ſufficit majorem partem iſtarum duarum præſentium conſentire. *Marc. quæſtion. 225. part. 1. & quæſtion. 783.* nam factum à majori parte præjudicat minori. *Menoch. ibid. quæſt. 126.* & quod facit major pars univerſitatis ob neceſſitatem, alii de univerſitate improbare non poſſunt. *Cravet. conſil. 195. num. 8.* ¶ Univerſitas, ut obligetur in his, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis, debent adeſſe, ad minus duæ partes de tribus. *Anton. Capic. deciſ. 4. in princ. & numero 27. & 28.* ¶ Notarii ſtatur aſſertioni, quod contrahentes fuerunt duæ partes univerſitatis, ubi nominum deſcriptio non requiritur de ſubſtantia, vel ubi requirebatur, & ſunt deſcripta, quod aliquando limitatur, *Capic. d. deciſ. 4. numero 5.* ¶ Inſtrumentum ſyndicatus per univerſitatem celebratum circa præjudicialia, debet continere nomina ſingulorum ſpecialiter annorata. *Capic. deciſ. 4. numer. 42.* ſed ſyndici quomodo creantur, *vide Marc. quæſt. 779. & 780.* ¶ Mandatum procuratorium communitatis, quæ ad validitatem requiratur, *Mynſing. obſerv. 76. cent. 1.* ¶ Ut rector expediat negotia univerſitatis, requiruntur duæ partes.

Ægid.

Ægid. Bellam. concluſ. 275. ¶ Judicis decretum; an requiratur in conſtitutione ſyndici, *Capel. Thol. q. 34.*

Vel non.

Actor univerſitatis, quando conſtituitur non requiritur decretum ſuperioris, niſi in pertinentibus pariter ad ſuperiorem, & univerſitatem, *vide Bartol. in l. 9. n. 8. rem me. habe.* ſed conſtitutus cum decreto ſuperioris, poteſt revocari ſine decreto, *Bart. ibid. num. 9.* ¶ Interventus ſuperioris in actibus univerſitatum, non videtur neceſſarius, niſi ubi agitur de magno præjudicio. *Cravet. conſil. 238.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint, vel non.

Congregatio univerſitatis, aut Capituli fieri debet legitime ad ſonum campanæ, & more ſolito, alias geſta non valent, & caſu, quo conſuetudo ſit in contrarium, illa conſuetudo debet prius probari ad validitatem geſtorum. *Cravet. conſil. 134. num. 5. Bartol. in l. 3. C. de præd. Decurio. lib. 10.* ¶ Exequutio an in bonis ſingulorum fieri poſſit pro debito univerſitatis, *Mannt. in ſuo Spec. part. 6. capit. & poſt omnia num. 42.* ¶ Citare Rempub. quando quis vult, an ſufficiat citare ſyndicum, vel alias ſit facienda citatio ut valeat, ut contumacia ſyndici non nocet Reipubl. *Bartol. in l. 1. C. de jure Reipub. lib. 11.* ¶ Fortificatio, aut exterarum gentium introductio, quando ab univerſitate licite fieri poſſit, *Ozaſch. deciſ. 138. num. 29.* ¶ Libellus poteſt dari contra communitatem, ſicut contra ſingularem perſonam. *leg. 7. §. item municipium, ff. ad exhibendum*, ſed de libello ipſius univerſitatis *Bart. in Rub. C. de jure fiſc. libr. 10.* ¶ Prohibitio facta hominibus alicujus loci, non habet locum in collegio, vel univerſitate. *Dec. conſil. 486.* ¶ Ex poſſeſſione particularium jus non acquiritur univerſitati. *Cravet. d. conſil. 317.*

Cap. VI. Quæ ſit poteſtas.

Duo ex tribus ſyndicis habent poteſtatem adminiſtrandi, & exequendi mandatum ſibi attributum. *Dec. conſil. 298.* ¶ Univerſitate congregata, ad aliquem actum, ſi pars ipſius recedat infecto actu, an univerſitatis poteſtas penes eos, qui ſuperſunt remanſerit, *vide Marc. quæſt. 781.* ¶ Univerſitatis jus omne reſidet in præſentibus, etiamſi non conſtituant duas partes, quando vocata fuit univerſitas legitime de mandato ſuperioris. *Natt. conſil. 45. Tom. 1. num. 9.* ¶ Concilium Civitatis de jure communi eligit Officiales, & ſyndicos, & electio de aliquo debet ipſi nunciari. *Bartol. in l. 2. C. de Decurio. libr. 10. numer. 8. & 9.* & habet illam poteſtatem, quam habet totus populus, & æquiparatur ordini Decurionum. *Bartol. in l. 5. C. de uſuris.* ¶ Syndicus creatus ab ipſa univerſitate habet majorem poteſtatem, quam unus procurator privatæ perſonæ, quia talis ſyndicus cenſetur habere mandatum cum libera. *Cravet. conſil. 278. Franc. Marc. quæſt. 909.* ideo poteſt expedire omnia illa, quæ requiruntur ſpeciale mandatum. *Marc. ibid.*

Cap. VII. Quæ facere poſſit, vel non.

Quando ſubditi aliquid habent tractare de cauſis propriia, quas habent cum Dominis, vel contra Officiales, tunc poſſunt ſe congregare ſine licentia Dominorum. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. 2. ſuper decreto Caſtellanis fol. 2. Bartol. in l. 18. ff. de auct. & conſent. tutor.* § Duæ univerſitates poſſunt ſe congregare abſque conſenſu Dominorum, & pacta inire, dummodo non tendant contra ipſos Dominos, *Menoch. conſil. 28. volum. 1.* ¶ Poteſt univerſitas ſine interventu ſuperioris recipere redditionem rationum ab adminiſtratoribus rerum univerſitatum, maxime ſi hoc habeat ex conſuetudine. *Cravet. d. conſil. 238.* ¶ Civitas ſtatuendo poteſt lædere jura ſingularum perſonarum, ex cauſa reſpiciente publicam utilitatem. *Natt. conſil. 12. Tom. 1.*

¶ Civitas poteſt cogere privatum ad mutuandum ex cauſa utilitatis, & neceſſitatis publicè. *Natt. ibidem.* ¶ Nunquid ſingularis litigans contra univerſitatem, teneatur contribuere in expenſis ipſius univerſitatis pro illa cauſa factis. *Guid. Pap. ſingul. 795.* ¶ Univerſitas poteſt conficere nova regiſtra, & compellere homines ad regiſtrandum, *Cravet. conſil. 195. vide infra titul. de tribut. & collect.* ¶ Fratres minores poſſunt conſtituere ſyndicum ad capiendam hæreditatem. *Bart. conſil. 6.* ¶ Omnes villæ, & Civitates poſſunt habere, & facere proprium, & burſam communem, ſed in Regno Franciæ hoc non permittitur ſine licentia ſuperioris. *Guid. Pap. quæſt. 106.* ¶ Univerſitas ſatis convocata videtur ad campanæ ſonum, vel vocem præconis. *Marc. quæſt. 795.* ſed an pars Civitatis poſſit ſe congregare inconſulto ſuperiore. *Marc. quæſt. 126. part. 2.* ¶ Univerſitas poteſt deferre juramentum adminiſtratoribus. *Cravet. conſil. 238.* ¶ Syndicus univerſitatis tranſigere poteſt in cauſa dubia. *Cravet. conſil. 278. num. 4.* ¶ Ratificatio, an inducatur per actum concernentem proviſionis executionem per ſyndicos promiſſæ, *Creſc. deciſ. 1. titul. de procur.* ¶ Univerſitas ſolvens impenſas factas per ſyndicum in lite non legitime conſtitutum, videtur geſta per eum ratificare. *Dec. conſil. 298. & conſil. 449. num. 35.* ¶ Civitas, aut univerſitas, quando poſſit delinquere, *Mynſing. obſerv. 78. cent. 4.* quando obligetur ex delicto, *ibid. obſerv. 79.* & quæ requirantur ad hoc, ut poſſit puniri, *vide Hieron. Magon. deciſ. Luc. 72.* ¶ Civitatibus, quæ non ſunt hoſtes, poteſt hæreditas per fideicommiſſarium reſtitui, & agere poſſunt per earum ſyndicos. *l. omnibus, ff. ad Trebellian.* ¶ Univerſitas criminaliter accuſata, reſpondere poteſt per ſyndicum. *Bartol. in l. 18. C. de re milita. lib. 12.* nam in cauſa criminali univerſitatis admittuntur procurator, & ſyndicus, ſive in defendendo, ſive in accuſando *Mynſing. in obſerv. 76. num. 4. Guid. Pap. quæſt. 106. in fine.* ¶ Univerſitas agere poteſt pro injuria illata ſingularibus de univerſitate, non autem illam remittere poteſt. *Cravet. conſil. 45.* ¶ Univerſitas an poſſit præſcribere debitum in actione perſonali, non obſtante mala fide, *Capic. deciſ. 4. numero 10.* ¶ Univerſitas non recognoſcens ſuperiorem de facto habens juriſdictionem, poteſt omnia ſtatuere, quæ poteſt Princeps. *Guid. Pap. quæſt. 631. num. 7. in addit.* quando poſſit condere ſtatuta, *vide ſupra titul. de ſtatut. in genere libr. 1.* ¶ Defenſor Civitatis poteſt deferre juramentum, ſi eſt ei mandatum. *l. 34. §. defenſor. ff. de jurejur.* & illud præſtare. *l. 96. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Syndicus, vel actor ad unam cauſam, poteſt eadem facere, quæ ſyndicus univerſitatis. *Capic. deciſ. 5.* ¶ Civitas poteſt cogere Cives ad ſuſcipiendum legationem, vel defenſionem Civitatis, tamen talis legatus captus ab hoſtibus, recuperat pretium ſuæ redemptionis à Civitate, niſi fuerit in culpa. *Rot. Aven. deciſ. 126. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Syndicus univerſitatis poteſt appellare pro univerſitate. *Cravet. conſil. 278.*

Vel non.

Univerſitas non poteſt ſe in unum congregare ſine licentia Judicis, alias punitur, quod limita, quando univerſitas eſſet in longeva conſuetudine contraria. *Guid. d. quæſt. 106. Roer. deciſ. 60. num. 12. & 13.* ¶ Univerſitati ſe congregare (niſi ſtatutis confirmatis, & ſuperioris auctoritate) vetitum eſt. *Franc. Marc. quæſt. 162. part. 1. & quæſt. 627. part. 2.* ¶ Major pars univerſitatis, non poteſt revocare geſta per totam univerſitatem nemine diſcrepante. *Cravet. conſ. 132.* ſed quomodo dictum intelligatur, *Crav. conſ. ibid. num 8.* ¶ Populus carens juriſdictione ſine auctoritate ſuperioris circa cauſarum deciſionem ſtatuere non poteſt, ſecus circa adminiſtrationem

tionem rerum ſuarum. *Bart. in l. omnes populi, ff. de juſt. & jure.* ¶ Univerſitas carens jurisdictione condens ſtatutum ſuper concernentibus adminiſtrationem rerum ipſius, non poteſt ſtatuto apponere pœnam, niſi de conſenſu ſtatuentium hoc fiat, nam poſſunt homines obligare ſe invicem ſub pœna, ad obſervationem ſtatuti. *Capel. Thol. q. 406. vide Guid. Pap. quæſt. 631. num. 8.*

Prævalet.

Major pars univerſitatis prævalet in his, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis, ſed non in his, quæ ſunt communia in pluribus ut ſingulis, quia tunc requiritur conſenſus omnium, & quæ dicantur communia pluribus ut univerſis, & quæ pluribus ut ſingulis, *Afflict. deciſ. 152. Vincent. de Franc. deciſ. 197. Franc. Marc. quæſt. 489.* ¶ Univerſitas non poterit compellere particularem de ipſa univerſitate, ut accedat ad coquendum panem ad furnum communitatis, licet eſſet ſolitus antea ire, nec ob id poterit eum privare ſua parte redituum furni ipſius communitatis. *Natt. conſil. 325.*

Cap. VIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Defenſores (quos Græci ſyndicos appellant) & qui ad certam cauſam agendam, vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. *l. 18 §. defenſores, ff. de munerib. & honor.* ¶ Civitates duæ unitæ ad invicem, quarum una eſt multum pinguis, & alia multum gravata debitis, an una debeat alterius debita, & onera ſupportare, *vide Jaſ. de action. in §. perſonam, num. 13.* ¶ Univerſitas cogitur deputare ſyndicum ad inſtantiam illius, qui vult movere litem contra ipſam. *Papon. lib. 7. titul. 2. arreſt. 8.* ¶ Domino, & ſubditis de re prædiali decertantibus, ſubditorum quemlibet litis ſumptibus conferre teneri, etſi nihil habeat ſoli, obſervatum legitur, ex libris placito. Curiæ. *lib. 11. titul. 3. in deciſ. diverſ.* nam jam ſatis intereſt, quod fieri poteſt, ut poſtea habeat. *ibidem.* ¶ Syndicus ſi fuerit conſtitutus per Concilium ad obligandom commune populum, & ſingulares perſonas pro aliquo contractu, ſingulares perſonæ pro tali contractu poterunt conveniri. *Bartol. in l. 27. ff. ſi cert. pet.* ubi plene de obligatione facta per adminiſtratores alicujus loci, *& in l. 4 §. actor. num. 9. ff. de re judic.* ¶ Judex poteſt cogere univerſitatem ad faciendum ſyndicum. *Bartol. in l. 4. §. creditoribus. ff. de fideicommiſſ. libert.* ¶ Reſpub. propter moram tenetur ad uſuras, & propter temeritatem ad impenſas litis, licet regreſſum habeat contra adminiſtratorem. *l. 80. §. etiam de legat.* 2. ¶ Univerſitas delictis (quæ contra dominum committuntur) reſiſtere tenetur; alias non reſiſtendo delinquere dicitur. *Ozaſch. deciſ. 138. num. 7.* ¶ Univerſitates, & ſubditos teneri reſiſtere dominis notorie delinquentibus, alias videri participes delictorum, quomodo intelligatur, *vide Ozaſch. d. deciſ. 138. num. 22. & 26.* ¶ Quando factum hominum univerſitatis cenſeatur factum ipſius, ut ipſa univerſitas condemnetur ad intereſſe reſpectu damni dati per particulares. *vide Afflict. deciſ. 376.* ¶ Communitas, quæ nihil commune habet, unde ſolvere poſſit, collectam facere compellitur, ut in collectæ receptorem exequutio fieri poſſit. *Marc. quæſt. 803.* ſed quomodo & quando univerſitas poſſit imponere collectas, & de materia, *vide infra titul. de tributis, & collect.* ¶ Singulorum bona pro debito univerſitatis capi non debent, & quid, ſi unus de univerſitate ſolvendo non ſit. *vide Marc. ibidem num. 2. & 3.* ¶ Univerſitas ob crimen rebellionis prædari, ac ſolo æquari poteſt. *Ozaſch. deciſ. 138. numero 15.* ¶ Ex mutuo facto adminiſtratori Civitatis, ſi eſt in ejus utilitatem converſum, Civitas convenitur, alias ipſe adminiſtrator. *l. 26. ff. ſi cert. pet.* ¶ Quando homines univerſitatis ad invicem ſimul conſentiunt, propter conſenſum adhibitum emanat quoddam pactum, ſeu contractus inter ipſos factus, ſicut ſi ex quolibet alio contractu, ſeu pacto ſe multi obligarent, & ideo virtute talis conſenſus poſſunt compelli ad obſervandum. *Guid. Pap. quæſt. 631. num. 7.* ¶ Si ſyndicus univerſitatis non procuraverit relaxationem alterius conſyndici arreſtati, vel aliter male verſatus fuerit in officio, uti ſuſpectus debet removeri. *vide Cravet. conſil. 132.* ¶ Conſules, & ſyndici nihil præter expenſas, ſumptus ab univerſitate conſequi poſſunt, niſi aliter ſervetur de conſuetudine. *Guid. Pap. quæſt. 65.* nam ſyndicus, & tutor ejusdem ſunt juris, *ibid. num. 4.* ¶ Captus ab hoſtibus pro facto ſuæ Communitatis, an, & quando debeat à Communitate relevari. *Gaſp. Theſſaur. quæſt. Forenſ. quæſt. 73. lib. 1.*

Vel non.

Communitas conſtituens procuratorem, ſyndicum, vel inſtitutorem, ſi ille mandatum ſibi datum excedat, non tenetur de ejus facto, in quo exceſſit. *Dec. conſil. 437.* ¶ Univerſitati imputandum non eſt delictum, quod à ſingulis commiſſum eſt. *Ozaſch. deciſ. Pedem. 88. num. 1. & 26.* ¶ Univerſitas non tenetur pro delicto de nocte ab aliquo de univerſitate patrato, etiamſi ſtatuto caveatur, quod pro delicto alicujus ipſa univerſitas tenetur. *ibid. num. 11. & 32. vide & deciſ. 138. fin. ejusdem.* ¶ Quando univerſitas ex diſpoſitione ſtatuti, decreti, vel conſuetudinis, teneatur pro damno ab alio dato, *vide Ozaſch. deciſ. 88. num. 18. 25. & 31.* ¶ Univerſitas non poteſt condemnari pro frumento, quod pervenit ad manus ſingulorum, niſi fuerit diſtributum convocato Concilio. *Mohed. deciſ. 125.* ¶ Actor univerſitatis non cavet de rato, nec magiſter ipſius univerſitatis. *l. 9. ff. rem rat. habe.* ¶ Syndicus univerſitatis non poteſt agere, vel conveniri pro juribus ſingulorum de univerſitate. *DD. de Rot. deciſ. 1. de dol. & contum.*

Cap. IX. Quando allegetur, vel non.

Univerſitas congregata ſciens procuratorem ſuum excedere fines mandati, ſi non contradicat conſentire videtur, & obligatur. *Roland. conſilio 70. volum. 1. numero 32.* ¶ Univerſitatis congregationem requiri, ut ea ex delicto obligetur, de quo delicto intelligatur, *vide Ozaſch. deciſ. 138. num. 27.* ¶ Licet ſucceſſores, & ſubrogati in univerſitate obligentur ex contractu, & obligatione prædeceſſorum, tamen venientes contra juramentum illorum non dicuntur perjuri. *Hartman. capit. 1. titul. de juramentis. lib. 2.* ¶ Univerſitas ex delictis obligatur, cauſam ſucceſſivam non habentibus, etiam absque ulla concilii congregatione. *Ozaſch. dict. deciſ. 138. num. 10.* ¶ Univerſitas, an obligetur per factum duarum partium præſentium, etiam ſine vocatione aliorum, cum omnes ſint vocandi juxta loci conſuetudinem, *Capec. deciſ. 4. in princ. & num. 3.*

Vel non.

Univerſitas, quæ facit corpus, ſeu collegium non obligatur, niſi ſimul congregata conſentiat. *Dec. conſil. 437.* ¶ Priores Civitatis univerſitatem non obligant. *Cravet. conſil. 137.* ¶ Univerſitas quando ex delicto non obligetur. *Ozaſc. deciſ. 138. num. 28.*

Cap. X. Quando puniatur, vel non.

Univerſitati, quando ratione alicujus delicti commiſſi pœna imponitur pecuniaria, pro qua ſolvenda, imponenda eſſet collecta, tunc innocentes contribuere non tenentur. *Ozaſch. deciſ. 90. num. 9. Cabal. milleloq. fin.* ¶ Univerſitas ob ratihabitionem commiſſi delicti ſubſecutam punitur, & obligatur. *Ozaſ. deciſ. 138. num. 6. Cabal. milleloq. fin.* ſed quando dicatur ratificare, *Natt. conſil. 493.* ¶ Communitas non poteſt puniri

pro

pro delicto commiſſo per Cives (etiamſi omnes Cives vexillo erecto, & pulſata campana) illud delictum feciſſent, niſi perpetratum fuerit ex propoſito, & concilio præcedente deliberatione. *Gaſp. Cabal. millcloq. ſin. Natt. conſ. 83. num. 9. & conſil. 493. ibid.* ¶ Error juris excuſat à pœna univerſitatem, quæ æquiparatur minori. *Cravet. conſil. 4. num. 26.*

Cap. XI. Qui effectus producantur.

Syndicatus factus in conſilio ab habentibus auctoritatem faciendi ſtatuta, habet vim legis, & per talem ſyndicatum, poſſunt obligari bona ſingulorum. *Bartol. in l. 22. C. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Pariter in cauſa univerſitatis ſententia lata contra prædeceſſores nocet ſucceſſoribus, etiam aſſerentibus quod non ſint hæredes anteceſſorum. *Guid. Pap. ſing. 227. & quæſt. 279.* & econtra. *Marc. de Mant. ſingul. 101.* ¶ Acta facta contra ſyndicum nocent univerſitati, licet ipſe ſyndicus notam non fecerit litem hominibus ipſius univerſitatis, prout tenebatur, ipſa tamen univerſitas hoc caſu habet regreſſum contra ſyndicum notificationem omittentem. *idem Papon. lib. 7. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Geſta per procuratorem minus legitimum proſunt univerſitati, ad cujus utilitatem pertinent; ſed nocere non poſſunt. *Cravet. conſil. 279. col. 3.* ¶ Confeſſio ſyndici nocet communitati. *Dec. conſ. 221. & conſ. 298.*

Cap. XII. Quæ valeant, vel non.

Mandatum univerſitatis non valet ſi non appareat in conſtitutione procuratorum, quod intervenerint duæ partes ex tribus totius univerſitatis, imo non videtur ſufficere, ſi Notarius atteſtetur, quod intervenerint duæ partes ex tribus, prout ipſi Conſiliarii aſſeruerunt; ſed requiritur, quod Notarius atteſtetur ſimpliciter à ſe ipſo de interventu duarum partium ex tribus. *Cravet. conſil. 265. Roland. conſil. 90. volum. 1.* ¶ Jura diſponentia prævalere, & validum eſſe id, quod à majori parte geſtum eſt limitantur, quando univerſitas aliquid faceret non de neceſſitate; ſed ex voluntate, non præcedenti evidenti utilitate: tunc enim requiritur conſenſus omnium. *Capic. deciſion. 4.* & per conſenſum duarum partium ſufficit, ubi de utilitate, vel neceſſitate tractatur; alias requiritur conſenſus omnium. *ibidem numero 6.* quod limita, *ut in numero 7. & 8.* ¶ Contractus facti per Officiales publicos, ſunt ſervandi per ſequentes Officiales, nec poſſunt per eos retractari, ſine auctoritate ſuperioris. *l. 11 §. agri. ff. de public. & vectig.* ¶ Ubi omnes de univerſitate non ſolemniter congregati ſunt præſentes, & aliquid faciunt, valet quod actum eſt, perinde ac ſi univerſitas ſolemniter congregata fuiſſet. *Dec. conſ. 199. num. fin.* ¶ Univerſitatis actus non valet, niſi in eo interveniant duæ partes ipſius; ſed ſi inſtrumentum hoc non inducat, an præſumatur. *Natt. conſ. 142. num. 9.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Minor non habet vocem in Concilio, neque in conſtitutione ſyndici. *Bartol. in l. 5. ff. de oper. nov. nuncia.* ¶ Suſpicio eſt contra particulares univerſitatis, ſe opponentes, fiat ſtatutum ob publicam utilitatem. *Cravet. conſ. 195. num. 9.* ¶ De famoſo libello, vel agnoſcendo, vel abnegando, non univerſos; ſed ſingulos eſſe rogandos, habetur *in tit. 3. in placit. cur. lib. 11.* ¶ De controverſia nata inter duo vicina oppida occaſione unionis, quam petebat majus oppidum ab inferiori ratione cujuſdam tranſactionis. *deciſion. 128. Rot. Avenio. in deciſion. diverſo.* ¶ De ſatisfactione, quæ eſt præſtanda domino, ſi ille pro Principe, pro Republica, vel communi utilitate rem ſuam erogaverit, vel amiſerit, *Rot. Aven. deciſion. 127.* ¶ Actio judicati non datur in actorem municipii, ſi ſe liti non obtulit. *l. 4. ff. de re judic.*

TITULUS DXXXVI.

De bonis communibus univerſitatis.

Generalia.

DE adminiſtratione rerum ad Civitatem pertinentium, *in titul. C. de adminiſt. rer. libr. 11.* ¶ De rebus pertinentibus ad Civitates, *vide in tit. C. de jure. Reipub. libr. 11.*

Cap. I. Quæ ſint univerſitatis, & non veniant.

Univerſitatis quæ ſunt, ad ſingulos non pertinent, & econtra. *Franc. Marc. quæſt. 489. num. 2.* ¶ In mandato generali Reipub. non venit rerum ſuarum alienatio, niſi lege municipali aliud caveatur. *Bartol. ſing. 21. Pet. de Rav. ſing. 561.*

Cap. II. Quæ requirantur.

In alienatione rerum univerſitatis, quæ requirantur, *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 93. num. 37.* ¶ Decreti ſolemnitas requiritur in alienationibus rerum univerſitatis. *Capic. deciſ. 4. num. 9. & 29.* ¶ Limita, quando præceſſit mandatum ſuperioris ad congregandum. *Capic. ibid.* ¶ Univerſitas Civitatis, aut caſtri, debent in alienatione rerum adhibere quatuor requiſita, de quibus *per Capic. d. deciſ. 93.* & ipſis ſolemnitatibus non poteſt renunciare. *ibid. num. 3.* ¶ Quando fit alienatio de rebus communitatis, quæ ſolemnitates interveniri debeant ad hoc ut alienatio valeat, *Roland. conſil. 90. vol. 1. Menoch. conſ. 80. vol. 1. num. 22. & Bart. in tit. C. de venden. reb. Civit. lib. 11.* ¶ Quando res communes venduntur, vel accenſentur, debent de neceſſitate deliberari plus offerenti. *Boer. d. deciſ. 248.*

Cap. III. Quæ fieri poſſint, vel non.

Bona communia gerbida univerſitatis ad quos pertineant, & quomodo inter locos ipſius univerſitatis dividi debeant. *Cravet. conſil. 154. Menoch. conſ. 80. volum. 1.* & quando non poſſint dividi in præjudicium aliquorum de univerſitate. *Menoch. conſil. 80.* ¶ Quando res Civitatis debent dividi, tantum debet habere pauper; quantum dives. *Amanel. de Clariſaquis. ſing. 255.* ¶ Bannimenta communalium non poſſunt fieri ab una parte villarum (etiam majori) niſi aliis unitis vocatis. *Boer. deciſ. 4. part. 2. de contract.*

Cap. IV. Quæ facere poſſit, vel non.

Communitas habet poteſtatem diſponendi de bonis ſitis in ejus territorio: quia quidquid eſt in confinibus præſumitur, quod ſit communitatis. *Dec. conſil. 525.* ¶ Univerſitas dicitur poſſidere, licet ſinguli de univerſitate paſculent, & poſſideant bona univerſitatis; ideo poteſt alienare ipſa bona poſſeſſa à ſingularibus in univerſo, niſi ad uſum publicum ſint deſtinata. *Boer. Caval. dec. 2. num. 12. part. 2.* ¶ Univerſitas ex una volens territorium, quod deſervivit paſcuis animalium antiquiſſimis temporibus infundere, nempe, quod pro ipſis paſcuis aliquid ſolveretur, & animalium domini particulares ex altera negantes, an ſint audiendi. *Capic. dec. 151.* ¶ Villa ſeparata ab aliis villis, & aggregata alicui caſtro quoad juriſdictionem retinet communalia cum aliis villis, & poteſt petere diviſionem dictorum communalium, & non poteſt accuſari de damnatione, quæ datur ante diviſionem; ſed dicta diviſio debet fieri de licentia ſuperioris. *Borg. deciſion. 4. part. 2. de contract.* ¶ Omnes villæ, & Civitates poſſunt habere, facere proprium, & burſam communem; ſed in Regno Franciæ hoc non permittitur ſine licentia ſuperioris. *Guid. Papon. quæſt. 106.* ¶ Communitas archam communem, ſive bona in communi habere poteſt, in quibus exequutio fit. *Marc. quæſt. 489. num. fin.* ¶ Officiales, adminiſtratores cum pecuniis publicis lucrari poſſunt, & pro tali lucro non tenentur.

tenentur. *Dec. conſil. 6.* ¶ Reſpubl. ſi habeat granum ad vendendum omnes tenentur emere, nec aliquis excuſatur, licet ei neceſſarium non ſit. *Bartol. in l. unica C. ut nemini liceat in emptione, libro 10.* ¶ Communitas non poteſt ſolvere pro alio, nec ei remittere debitum liquidum *Ozaſch. deciſ. 95. num. 29.* ¶ Major pars univerſitatis præfertur in his, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis, & quando ſtatuit, quod eſt utile, vel neceſſarium. *Capic. deciſ. 148. num. 6. vide ſupra tit. prox. præced.*

Cap. V. Ad quæ teneatur, vel non.

Camerarius communitatis, qui recipit granum introitus communitatis, quando teneatur de diminutione, calo, & mancamento, *vide Borg. Caval. deciſ. 8. de contract.* ¶ Licitator primus alio plus offerente, ſi ille poſtea auſugerit, an liberetur, *vide Boer. deciſion. 248. & ſupra tit. de diſtract. pigno.* ¶ Adminiſtratores Civitatis licitantes, ſeu conducentes per interpoſitam perſonam res ipſius Civitatis, puniuntur in quadruplum, & contractus irritatur. *Ozaſ. deciſion. 109. Menoch. de Arbitr. libro 2. caſ. 459. num. 57.*

TITULUS DXXXVII.

De his, quæ à majori parte, & quando major pars præjudicet minori.

Cap. I. Quæ præſumantur, cenſeantur, vel non.

QVando factum à majori parte, ab omnibus factum cenſeatur, *Vinc. de Franc. deciſ. 2.* ¶ Quod major pars facit, tota univerſitas feciſſe videtur, etiam alia parte contradicente. *c. in Chriſto, & ibid. gloſſ. de pac. conſtant. in uſib. feud.* ¶ In honoribus continuandis illud, quod major pars facit, non videtur ab omnibus factum. *Bartol. in §. audient, Authen. de defenſo. Civita.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Corpora plura quando ſimul conjunguntur, non ut facientia unum corpus, ſed ut diverſa, ad hoc ut actus dicatur factus ab omnibus, ſeu à majori parte, oportet intervenire conſenſum cujuslibet corporis. *Abb. conſil. 57. numer. 3. libr. 1.* ¶ Quando ex tribus partibus quis debet eſſe approbatus à duabus, ut valeat electio, ſufficit ad validitatem electionis, ſi ex num. 41. à 27. quis fuerit approbatus. *Menoch. conſil. 96. volum. 1.* ¶ Sufficit duas partes adeſſe, & major pars Conſiliariorum ſufficit, ut conſentiat in electione, & vox electi connumeratur inter eligentes. *Bartol. in l. 45. C. de Decurionibus libro decimo.*

Cap. III. Quæ fieri poſſint.

Non eſt in culpa qui facit, quod facit major pars. *l. pignus. C. de pigno. actio.* ¶ Inviolabiliter obſervari debet, quod ſit à majori, & ſaniori parte. *c. 35. ex. de elect. & elect. poteſta.*

Cap. IV. Quæ facere poſſit major pars, vel non.

In judicando major pars trahit ad minorem, ſed vide quæ in hac quæſtione obſerventur in Regno Franciæ, *lib. placit. Curiæ. lib. 11. de judic. tit. 4. quæſt. 20. in deciſ. diverſo.* ¶ Major pars creditorum poteſt cogere creditorem ex cauſa dotis ad concurrendum cum eis, dilatione quinquennali, *Vincent de Franc. deciſ. 219.* ¶ Duo arbitri poſſunt judicare contradicente tertio, vel tacente; ſecus eo abſente: idem in duobus judicibus tertio contradicente, dum tamen omnes judicent. *l. 20. ff. de recept. arbitr. l. 32. ff. eod.* ¶ Major pars quod facit, an omnes facere dicantur, *per Bart. in l. 19. ff. ad municipales.* ¶ Major pars creditorum non poteſt cogere alios ad concurrendum in concedendo dilationem quinquennalem debitori in perſona tantum, & non in bonis. *Vinc. de Franc. deciſion. 179. num.*

Cap. V. Quis præferatur, vel non.

Præferuntur quæ multis pro ſunt his; quæ paucioribus, *glo. in §. Labeo l. 66. ff. pro ſocio.* ¶ Maior pars præfertur in his, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis; ſecus in his, quæ ſunt communia pluribus ut ſingulis, tunc enim conſenſus omnium requiritur. *Capic. dec. 152. Marc. q. 886. part. 2. Vinc. de Franc. deciſ. 2.* ¶ Creditoribus pluribus exiſtentibus (data paritate crediti) prævalet numerus perſonarum: ideo duo creditores in centum, præferuntur uni creditori in aliis centum. *Capic. deciſ. 36. num. 3.* alias major pars intelligitur pro cumulo debiti, non pro cumulo perſonarum. *l. 9. ff. de pact.* ¶ Numerus, qui multum excedit, præfertur auctoritati & aliquando factum à minori parte præfertur facto majoris. *c. dudum. 22. ext. de elect. poteſt.* ¶ Ubi eſt par juriſdictio, major numerus non præfertur, *cap. paſtoralis. ex. de reſcriptis.* ¶ Creditores in minori quantitate (etiam invito debitore) compelluntur ad concurſum. *Vinc. de Franc. deciſ. 82.*

Cap. VI. Qui effectus producantur.

Remiſſio partis debiti facta per majorem partem creditorum nocet aliis in tribus caſibus, ut cogantur remittere, de quibus per *Afflict. deciſ. 288.* in aliis autem caſibus non habet regula, quod major pars poſſit minori præjudicare, quando creditores habent hypothecam. *Afflict. ibidem num. fin.* ideo hoc caſu creditor, qui non conſenſit concordio, non tenetur illi ſtare. *Rot. Genuen. deciſion. 57.* ¶ Creditores poſſunt pauperi debitori remittere de debito, & aliquo eorum contradicente, ſtatur majori parti, ſi partem debiti remittere voluerit, ſecus ſi totum. *Lud. Rom. ſing. 589.* ¶ Sententiæ majoris partis creditorum ſtatur, niſi minor pars evidenter oſtenderet opinionem eorum manifeſtam continere iniquitatem. *Bart. in l. 7. num. 8. ff. de appellatio. recipien.* ¶ Creditorum pars major paciſcendo cum debitore minori parti præjudicare poteſt: ideo ſalvus conductus conſenſus à majori parte, obſervari debet etiam à minori, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 245. num. 10.* ¶ Pactum majoris partis creditorum præſentium nocent abſentibus, & privilegiatis hypothecam non habentibus. *l. 11. ff. de pact.* ¶ In eligendo tutore ſtatur dicto majoris partis, *l. 20. §. ideoque. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Hodie in his, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis, quod ſit à majori parte, præjudicat aliis favore libertatis. *l. 8. ff. de pact.* ¶ Judicio majoris partis non ſemper ſtatur. *l. 11. & ibidem gloſſ. de ſervit. ruſtic. prædio.* ideo licet major pars hæredum diſſentiat, unus tamen ad diviſionem provocat, & ſic hoc caſu non ſtatur voluntati majoris partis. *l. 44. ff. famil. erciſcund.* ¶ Poteſtatem majorem quis conſequitur ratione majoris partis. *l. 34. §. ne autem. ff. de donat.* ¶ Major pars præſentium præjudicat abſentibus. *Bartol. in l. 11. ff. de pact.* ¶ Refertur ad univerſos, quod publice ſit per majorem partem. *l. 121. ff. de regul. jur.* traduntur exempla. *ibid. per gloſſ.* ¶ Major pars trahit ad ſe minorem. *§. 2. inſtitut. de ſatiſ. tuto.* ¶ In electionibus plus nocet contemptus unius, quam ſi multi præſentes contradicerent. *c. 34. ex eod.*

Cap. VII. Quæ valeant.

In univerſitatibus eccleſiaſticis prævalet regulariter, quod ſit à majori parte, niſi major pars rationabiliter contradicat. *c. 1. ex. de his, quæ ſiunt à majori par.* ¶ Factum à majori parte Collegii, ſeu Capituli, aut univerſitatis regulariter valet: fallit in caſibus, de quibus per *Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera V. ſing.* univerſitas & minor

pars

pars tenetur facere, quod major facit *c. 18. ext. de cenſib.* ¶ Quod major pars facit, valet: quia omnes facere videntur, ſed quid juris in judicando, *Hippol. ſingul. 376.* fallit, quando lex, vel conſtitutio requireret conſenſum omnium. *Ant. Trigo. ſing. 114.*

TITULUS DXXXVIII.

De congregatione, monopolio, & conventiculis perſonarum.

Generalia.

DE ligiis, unionibus, & colligationibus privatorum reprobatis, & de pœna contrafacientium. *Rot. Aven. deciſ. 89. in deciſ. diverſo. Tomo 3.* ¶ De hominibus congregatis ad machinandum contra Dominum. *per Guid. Pap. ſingul. 655.* ¶ De congregatione hominum. *gl. 1. in c. 1. ex. de elect. & elect. poteſt. & ibid. Dec.*

Cap. I. Quod dicatur, & quale ſit.

Quot homines faciant Collegium, turbam, multitudinem, congregationem, populum, vel gentem, *per Bartol. in l. 4. ff. de vi bono. rapt.* ¶ Monopolium, quid ſit, qua pœna puniatur, & quando dicatur. *Sol. decre. ne fug. part. 1. tit. de accuſ. num. 11.* ¶ Congregatio, & conventicula differunt, quia congregatio fit ad bonum, & conventicula ad malum. *Cravet. conſil. num. 18.*

Cap. II. Quæ præſumantur, requirantur.

Congregatio in dubio præſumitur facta ob malum caſum; tamen quando conſtat fuiſſe factam ob cauſam licitam (etiam ſine licentia ſuperioris) congregati non puniuntur. *Cravet. conſ. 4. Menoch. conſ. 28. volum. 1.* ¶ In congregatione ſyndici univerſitatis debet interveniri auctoritas ſuperioris. *Bart. in l. 1. C. de ſerv. Reipub. manumiſſ. vide ſupra titul. quod cujuſque univerſitatis nomine.*

Cap. III. Quando fieri poſſit, & ſit licita congregatio, vel non.

Conventus Civium, eorum lætitia, & feſta conſueta non debent eis interdici. *l. 4. C. de paganis.* ¶ Univerſitas ſcholarium eſt approbata, & poteſt habere Rectorem. *Bartol. in l. 7. C. de juriſdict. omn. judic.* ¶ Confraternitates à jure approbantur, de quibus per *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de confrat. fol. 536.* ¶ Congregatio tendens ad bonum finem (maxime ad utilitatem Eccleſiæ) licita eſt. *Franc. Marc. quæſt. 455. num. 12.*

Vel non.

Congregationes non debent fieri ſine ſuperioris licentia, niſi cauſa confraternitatis, & ad conſervationem. *Rebuff. in ſuis comment tract. de Magiſt. artifi. Tomo 2. art. 3.* ¶ Conventicula illicita (id eſt congregatio perſonarum) eſt prohibita, & domus in qua celebratur eſt publicanda. *l. conventicula. C. de Epiſco. & Cler.* ¶ Seditiones, tumultus, conventiculæ, & conſpirationes in Eccleſiis (etiam contra privatam perſonam) non debent fieri, ſub pœna ultimi ſupplicii. *l. 4. C. de his, qui ad Eccleſia. confug.* ¶ Conventicula, & conſpiratio prohibentur ſub pœna, de qua *in cap. conventiculas, de pace tenenda in uſibus feud.* ¶ De illicita pactione, & congregatione, quæ dicitur monopolium, & qua pœna puniatur. *vide per Azo. in ſumma. titul. C. de monopol.* ¶ Cœtus illiciti prohibentur fieri (etiam à veteranis) ſub prætextu Religionis. *l. 2. ff. de extraordin. crimin.* ¶ Omnes confœderationes, conjurationes, & conſpirationes, ſive ligæ Civitatum, & aliorum locorum illicitæ ſunt, & prohibitæ, adeo ut etiam pœnæ in eos conſtitutæ ſint, qui illicitas conventiculas congregant, & in dubio ſemper præſumuntur illicitæ. *Mynſing. obſerv. 2. cent. 6.* ¶ Congregatio dicitur illicita, quando per eam uſurpatur auctoritas Magiſtratus, *Cravet. conſil. 4.* ¶ Conventicula prohibita ſine ſuperioris auctoritate, *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. ſuper 1. part. decreti, ne fuga. tit. de accuſat.* tamen congregatio perſonarum, pluribus caſibus non eſt punibilis, etiam facta ſine ſuperioris auctoritate, *idem ibid. num. 10.*

Cap. IV. Quæ facere poſſit, ad quæ teneatur, vel non.

Opifices alicujus artis prohibentur facere monopolia de vendendo res ſuæ artis, ad unum pretium, aut imponendo ſuper rebus cariſtiam ſub pœna, de qua *in decreto antiquit. Sabaudiæ titu. de artib. libr. 11.* ¶ Civitatis, vel villæ pars (Judice, vel ſuperiore inconſulto) congregationem facere pro tuitione jurium Civitatis poteſt, dummodo talis congregatio tendat ad bonum finem, alias ſecus, *Marc. q. 126. part. 2.* ¶ Congregans gentes armatas, vel conſilium ſeditionis habens, tenetur lege Julia de vi publica, etiamſi ita congregans ad aliquem actum non pervenerit, ſatis enim eſt, quod perventum ſit ad actum congregationis, *Cravet. conſil. 224.*

Cap. V. Quæ valeat.

Monopolium committi poteſt quatuordecim in caſibus, de quibus. *Reb. in magiſt. artiſic. 2. num. 5.* ſed an valeat conſuetudo in contrarium, *ibidem num. 10.* & quæ ſit pœna monopolium facientium, *vide num. 12.* ¶ Statuta confraternitatis, quando valeant, & res confraternitatis, ad quem pertineant, quando reprobantur, & bona unius confraternitatis, alteri dari non poſſunt. *Tom. 2. tract. de confrat. fol. 536.* ¶ Corpus cujuſcunque univerſitatis poteſt retineri etiam per unum. *l. 1. §. in Decurionib. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine.*

TITULUS DXXXIX.

De ludo, ſponſionibus, & dependentibus ex illis.

Generalia.

DE ludo, & dependentibus ex illo, *vide per Clar. in ſua Pract. §. ludus. num. 3. & in antiquis conſtitutionibus hujus Patriæ tit. de lud. & luſoribus. D. Sol. ibidem in ſuis comment. fol. 182.* ubi prohibetur ferè omne ludum, tamen huic prohibitioni conſuetudo ludendi derogavit. *D. Sola. ibidem n. 11. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 399.* & an res lucrata poſſit jure retineri. *D. Sol. ibid. num. 12.* ¶ De pertinentibus ad hunc tit. *vide in tit. C. de Relig. & ſumma trin.* & de aleæ luſu, & aleat. *in ultima part. Rub. & ibid. Azo. num. 21.*

Cap. I. Quid ſit.

Ludus, eſt crimen, & venit criminis appellatione. *Bart. in proœmio digeſtorum in prima conſtit. §. fin.*

Cap. II. Quæ non præſumantur.

Alearum ludus recreationis cauſa, non præſumitur eſſe peccatum mortale. *Capel. Thol. quæſt. 193.*

Cap. III. Quando non ſit licitus ludus.

Ludus, in quo pecunia amittitur eſt prohibitus. *Gram. deciſ. 40.* ¶ An licitum ſit perdenti impone furari aliquid vincenti, & tenenti barateriam in domo, & pro tali furto, an detur accuſatio, *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera F. ſingul. 1.* ¶ Ludentes ſi deponunt pecunias cauſa aliquid faciendi, non poteſt unus ſine conſenſu alterius recedere à conventis *Borg. part. 2. deciſ. 34.* ¶ Ludentes ad cartas ſi faciant partitum, & ex parte unius ſit adimplementum, non poteſt alter pœnitere, parte contradicente. *Borg. Caval. deciſ. 34. part. 2.* ¶ Ludi theatrales etiam prætextu conſuetudinis in Eccleſiis, vel per Clericos fieri non debent. *c. 12. de vit. & honeſt. Cleric.* ¶ Epiſcopi, vel Clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes fieri prohibentur; ſed ſchacorum ludus non eſt Clericis prohibitus. *§. interdicimus, & ibid. gloſſ. Aut. de Sanct. Epiſc.*

Cap. IV. Quæ repeti poſſint.

Perdita in ludo alearum, an poſſint repeti, vide diſtinctionem, quam tradit *Guid. Papon. quæſt. 581. & Capel. Thol. qu. 193.* ¶ Amiſſum ludendo ludo permiſſo, repeti non poteſt; niſi forſan ſumma excederet limites rationis, vel niſi quis luderet cum eo, qui ſuarum rerum non haberet adminiſtrationem. *Capel. Thol. d. qu. 193. in additio.* traduntur exempla in filioſa, vel ſervo, & Monacho. *ibid.* ¶ In ludo, ſi intervenerit fraus competit repetitio illi, qui habet liberam adminiſtrationem. *Capel. Thol. quæſt. 191. num. 5.*

Cap. V. Actio quando non competat.

Mutuans pecuniam ad ludendum, actionem non habet pro reſtitutione. *D. Sol. in ſuis comm. fol. 182. num. 15. Gramm. deciſ. 40. Capel. Thol. qu. 193. in additio.* ¶ Sponſionis, ſeu ſcommiſſarum uſus frequens eſt, & efficax ad producendam actionem, quando cauſa, vel conditio non eſt turpis. *Hier. Magon. deciſ. 8. Rot. Flor.*

Cap. VI. Quæ ſit pœna, & qui teneantur, vel non.

Conſuetudo excuſat luſores, ut non teneantur ad reſtitutionem pecuniæ lucratæ, ſi fraus non intervenerit. *Rebuff. in ſuis comment. gloſſ. 5. in proœmio, num. 26. fol. 23.* ¶ Qua pœna plectentur deliquentes in ludo, *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſſ. 400.* ¶ Facta prohibitione, quod nullua audeat ludere ad aliquem ludum ſub pœna, ita punitur ille qui reſpicit ludere, ſicut, ille, qui ludit. *Hippol. de Marſ. ſing. 552.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Domua, in qua luditur confiſcatur. *Gramm. deciſ. 40. num. 4.* ¶ Ludum tenens in domo, ſi percutitur ratione ludi, non ſolum in loco, ubi luditur; ſed ubicunque tenetur non tenetur percuſſor, & talis injuria eſt impunibilia. *Gram. d. deciſion. 40. n. 5.*

Cap. VIII. Quæ valeant.

Authent. alearum uſua. *C. de Relig. & ſumpt. fun.* (diſponens pecuniam in ludo perditam poſſe repeti) ex conſuetudine generali non obſervatur, quæ conſuetudo fraus non intervenerit, tamen in quibuſdam perſonis adhùc debet ſervari, *d. Ant. Gaſp. Cabal. milleloq. 618.* ¶ Pacta ſunt obſervanda à ludentibus, & eodem modo reſolvenda, quo fuerunt inita. *Borg. deciſ. 34. part. 2.* ¶ Venditio rei facta in ludo, an valeat, *per Bartol. ſing. 25.* ¶ Ludus dicitur perfectus, & habetur pro ſoluto, quando luſores recedunt. *Bartol. in l. 69. numer. 5. ff. de furt.* ¶ An poſſit repeti, quod in ludo perditum eſt, an valeat conſuetudo in contrarium, an ex mutuo facto in ludo otiatur actio, an valeat tranſactio ibi facta, & an vendens in ludo teneatur de evictione, *per gloſſ. in l. fin. C. de Relig. & ſumpt. fune.*

Cap. IX. Miſcellanea.

Promittens dare ſchacum matum cum pedonà, an obtineat, ſi det cum pedona effecta regina, *Bartol. in l. 63. §. ſi ex officio. de legat. 3.* ¶ Bonæ fidei emptor, quando dicatur emena à ludente, *Bartol. in l. 8. §. pro emptore.* ¶ Si colluſor vendat colluſori, non tenetur de evictione; idem, ſi vendat extraneo quod intellige, quando ſit venditio in ludo prohibito. *Pet. de Rav. ſingul. 562.*

TITULUS DXL.

De ſuperficiebus.

DE utili actione, quæ datur ſuperficiario, hoc eſt illi, qui ſolum alienum conduxit, veluti ad decennium, & ibi bona fide ædificavit, quia ſi ceciderit à poſſeſſione, illi competit hæc actio, *de qua vide per Joan. Criſp. in ſuo tract. termino. actio num. 5. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ Hæc actio in rem utilis, quando detur ſuperficiario, & quomodo formetur libellus, *per Maran. in ſuo Spec. part. 4. tit. an ſit Jud. civil. vel crimina. diſtinct. 3. num. 12.* ¶ Superficies quæ dicatur, & ſuperficiem ad non modicum tempua qui conduxit in ea actionem habet, & illam alienare poteſt, & Judicis arbitrio relinquitur, quod tempus dicatur modicum in conductione ſuperficiei, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 31.* ¶ Superficiario competit utilis actio in rem, quis autem dicitur ſuperficiarius, *in l. 47. ff. de rei vendica.* ¶ Superficies ſolo pignorato impoſita, cadit in obligationem. *l. 29. §. domus. ff. de pignor.* ¶ Superficiariua, qui habet utile dominium, poteſt nunciare novum opus. *l. 3. §. ſi ago. ff. de oper. nov. nunciat.*

TITULUS DXLI.

De actionibus popularibus.

IN popularibus his actionibus procurator dari non poteſt, niſi ad utilitatem privatam agentis pertineat. *l. 42. ff. de procurator.* ¶ In ipſis actionibus juramentum unius præjudicat omnibus, niſi colluſum ſit; ſicut per ſententiam præjudicatur. *l. 30. §. in popularibus. ff. de injuriis.*

TITULUS DXLII.

De conſilio.

VErba imperativi modi important conſilium, quando imperatur aliquid, quod importat privatam utilitatem. *Bartol. in leg. 3. C. de tranſact.* ¶ Conſilium neminem obligat. *gloſſ. pen. in cap. 42. ext. de electio.* niſi ſit fraudulentum. *Bart. in l. 1. C. de ſerv. fugit. & in l. 2. ff. forum mandati.* & tunc tale conſilium eſt punibile, ſed qua pœna puniatur, *vide in additio. ad Bartol in d. l. 1. C. de ſervis fugit. & in conſilio 165. libr. 1.* ¶ Aliquando quis tenetur requirere conſilium, ſed non tenetur illud ſequi. *cap. 7. ex. de arbitris. vide Bartol. l. 1. §. ſi plures. ff. de exerc. action. & in l. 8. §. ſi cui. ff. mandati.* ¶ Actus expediendus conſilio alteriua, quando debeat, vel poſſit expediri, experto conſilio, ſi eſt malum. *Bartol. in d. l. 1. § ſi plures numer. 11.* ¶ Tutor ad hoc, ut teneatur requirere conſilium alterius, etiam teſtatore jubente, quæ requirantur, *Bartol. in l. 48. ff. de adminiſtr. & pericul. tut.* ¶ Conſilio alterius, ſi aliquis debet aliquid facere ex legia diſpoſitione, illud neceſſario requiri & ſequi debet. *Bart. in l. 7. ff. de ſuſpec. tut.* ¶ Conſilio quando quis obligetur, & ſumitur conſilium duobus modis, uno, prout ad alium refertur, alio, pro dolo, *Bartol. in l. 53. ff. de verb. oblig.* ¶ Dans conſilium, vel mandans ei, qui alias erat facturus non punitur. *Bartol. conſil. 165. volum. 1.*

TITULUS DXLIII.

De acquirendo rerum dominio.

Cap. I. Dominium, Quid ſit.

DOminium nil aliud eſt, quam jus diſponendi de re ad ſui libitum, & quando ex tranſactione transferatur. *Menoch. conſil. 381. l. 3.* ¶ Nomina poſſeſſoria, quando denotent dominium. *Bartol. in l. 29. §. argento. ff. de auro, argent. leg. & in l. 51. §. ſi quis. ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Dominium eſt triplex directum, utile, & verum. *Guid. Papon. quæſt. 551.* imo quadruplex. *vide Boer. deciſ. 42. & Bartol. in l. 4. §. denique num. fin. ff. de aqua pluv. arcen.* & plura ſunt dominia utilia. *Bartol. in l. 17. ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Relativum ſuus, ſua, ſuum, non ſemper importat dominium, *§. ſed & lex inſtitut. de injuriis.*

Cap. II. Quando probetur, vel non.

Etiam ſine inſtrumentis poteſt probari dominium, proban-

probando titulum emptionis cum pretii numeratione, & vacuæ poſſeſſionis traditione. *l.12. C. de probatio.* alias ante rei traditionem non acquiritur dominium rei venditæ emptori. *l. 8. & 10. de actio. empt. & l. 12. C. de diſtractio. pigno.* ¶ Confines in inſtrumento enunciati in facto antiquo, probant dominium inter partes enunciantes, & illis ſtatur, *Afflict. deciſ. 83.* ¶ Dominum ſe dicens ex cauſa emptionis, debet probare primo, venditorem fuiſſe dominum, ſecundo, ſibi vendidiſſe: tertio, pro certo pretio, quo ei ſolvit: quarto, poſſeſſionem rei ſibi traditam. *Boer. d. deciſion. 42. num. 29. vide Joſeph. Ludovic. deciſ. 54. Luc. Paul. Æmil. deciſ. 281. part. 1. Cravet. d. conſ 57. 157. l. 9. Cod. de contrah. empt.* fallit, quando agitur contra venditorem, vel ejus hæredem. *Menoch. conſ. 361. lib. 4.* ¶ De recognitione enunciativa juratâ, & ſæpius repetita ad probandum dominium, *vide per eundem deciſ. 164.* quod verba enunciativa inter partes probent dominium, ſcribit *Cravet. conſil. 29.* ¶ Dominium qualiter probetur, *vide per Boer. deciſ. Guid. Papon. qu. 272.* & ex quibus acquiratur, & probetur. *gloſſ. in l. 12. C. de probat.* ¶ Probatur dominium per indicia in excipiendo, ſecus in agendŏ. *idem deciſ. 280. num. 4. part. 1.* ¶ Marca, ſeu ſignum præſumptive probat dominium, *ead. Rot. deciſ. 201.*

Vel non.

Probata poſſeſſione de præterito, non cenſetur probatum dominium, *Guid. Papan. qu. 28. vide Boer. deciſ. 42. Ægid. Bellam. concl. 739. Bartol. in l. 27. de condictio. inſtitutio.* quid, ſi probetur poſſeſſio, & perceptio fructuum. *vide Joſeph. Ludov. 1. deciſion. Luc. 54.* ¶ Ad probationem dominii non ſufficit agenti producere inſtrumentum, in quo alius ſuo nomine emit, & probare, quod emit ex pecunia ipſius agentis. *l. ad probation. C. de probatio.* ¶ Inſtrumentum non admittitur contra probationem dominii per teſtes, *Paul. Æmil. deciſ. 281. part. 1. num. 2.* ¶ Dominium non probatur ex ſolo titulo, *Boer. deciſ. 42. & conſ. 18. n. 13. Franc. Marc. quæſt. 287. Cravet. conſ. 57. & 157. Menoch. conſ. 316. num. 12. lib. 4. l. tradition. C. de pact. ſine tradition. l. pen. C. de rei vend.* ideo dominus nemo præſumitur, etiamſi in aliquo inſtrumento hoc dicatur. *Boer. d. deciſion. 42. num. 27.* tamen quod dominium poſſit probari per inſtrumenta faciunt. *l. 10. & 19. C. de rei vendi.* ¶ Dominium non probatur per teſtes de auditu, ſed debet probari per teſtes deponentes de aliquo facto, ex quo reſultare poſſit dominium, & etiam non interrogati debent cauſam ſcientiæ reddere. *Paul. Æmil. deciſion. 279. part. 1. vide Cravet. conſ. 157. Jaſ. de actio. in §. omnium. num. 71. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 42. Guid. Pap. ſing. 719. l. 10. & 19. C. de rei vend.* ¶ Etiam per inſtrumentum inveſtituræ non probatur dominium. *Joſeph. Lud. deciſion. 65. Luc. Magon. deciſion. Luc. 38.* niſi aliter ſe habeat conſuetudo, vel feudum concederetur ex gratia à Principe non recognoſcente ſuperiorem. *Magon. ibid.* ¶ Ex inſtrumento locationis non probatur dominium. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 54. num. 9. Paul. Æmil. deciſ. 280. part. 2. Cabal. milleloqu. 511.* niſi concurrentibus aliis indiciis. *Cabal. milleloq. 511.* alias locatio non ſufficit ad probandum dominium contra conductorem, qui poſtea de dominio cœpit legitimare. *l. 20. & 23. C. locati.* ¶ Dominium non probatur per famam (etiam in antiquis) niſi alia concurrant. *Joſeph. Lud. deciſ. 65. num. 14. Bartol. in l. 24. §. ſi cum. ff. de nego. geſt.*

Cap. III. Quæ, quibus cedant, cujus ſint.

Arbor, quæ radices egit, cedit ſolo; alias ſecus. *§. de arbore. l. 5. ff. de rei vendic.* ¶ Pars cedit toto, & liquidum cedit arido, ſi ei uniatur, *l. 24. §. ſi quis, & §. ſed. ff. rei vend.* ¶ Quod adjicitur rei cauſa refectionis ipſi rei cedit, & ſi quid de novo affigitur ad dominum conſtruentem jure pertinet. *l. 61. eod.* ¶ Quicquid ſuper ſolum ædificatur ſolo cedit. *l. 2. Cod. de rei vendic. & l. 11. eod.* ¶ Dominium rei dotalis eſt mariti: ideo conſtante matrimonio rei vendicatio non competit uxori. *l. 6. C. eod.* ¶ Quod in communi ædificatur commune efficitur, *l. 16. C. de rei vend.* ¶ Quantam partem quis habet in terra, tantam habet in arboribus & lapidibus ſeparatis ab ea. *l. pen. ff. pro ſocio.* ¶ Res empta cum pecunia mea, non eſt mea: ideo à me vendicari non poteſt *l. 6. C. de rei vend.* fallit, ſi fuerit empta de pecunia militis. *l. 8. C. eod.* ¶ Bona capta in bello, quorum eſſe debeant & inter quos diſtribui, *vide per Gram. deciſion. 71.* & quando efficiantur capientium. *vide infr. tit. de bello.* ¶ Derelictus alveus naturalis (flumine ad alium alveum fluente) efficitur proximiorum vicinorum, etiamſi hoc contigerit facto hominis. *Caſſad. deciſ. 1. tit. de acquir. rer. domin. vide Bartol. in tract. de fluminibus.* ¶ Cluſa in flumine publico quoad uſum eſt publica, licet quoad proprietatem ſit illius, cujus eſt ager, cujus fontem inſpicit. *Bart. ſing. 7.* ¶ Ex omni contractu habens domini voluntatem, efficitur dominus rei licet non contractet; ſecus ſi domini voluntas non concurrat, *l. quæ ratione. §. interdum. ff. de acqui. rer. domin. §. interdum inſtit. de rerum diviſ. Bart. in l. certi. condictio. §. final. cum l. ſeq. ff. ſi cert. pet.* ¶ Metalla in loco privati inventa, ſunt ipſius privati, niſi quoad decimam, quæ debetur principi. *Afflict. deciſ. 21.*

Vel non.

Res, quæ commixtione ſpeciem mutat, deſinit eſſe domini prioris, & res ſpecificantis efficiuntur. *d. l. 5. §. idem ſcribit.* ¶ Dominium non poteſt eſſe penes duos inſolidum, *l. 5. §. ſi duobus. & ibidem gloſſ. ff. commodati. l. pen. §. pariter. ff. de caſtrenſ. pecul.* ¶ Res ablatæ inundatione, & vi fluminis non efficiuntur occupantium, ſed reſtituendæ ſunt dominis, niſi fuiſſent habitæ pro derelictis. *Natt. conſil. 231. vide tamen l. 8. ff. de incendio, ruina, naufragio.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

Dominium ut transferatur, an requiratur, ut fiat miſſio in poſſeſſionem rei vacuæ, & quid in publiciana. *Bartol. in l. 12. C. de probatio.* ¶ Traditio juſta, cauſa traditionis, vera poſſeſſio, & amiſſio poſſeſſionis requiruntur, ut quis probet vere dominium. *Ægid. Bellam. concluſ. 739.* ¶ In acquiſitione dominii requiritur utriuſque conſenſus; ſecus in acquiſitione poſſeſſionis. *Afflict. deciſion. 301. num. 4.*

Cap. V. Quæ præſumantur, vel non.

Genitivi caſus faciunt, ut quis dominus præſumatur. *Afflict. deciſ. 239.* ¶ Dominium patris præſumitur continuatum in filium hæredem, non in eum, qui ſe prætendit donatarium, *l. 16. C. de probatio.* ¶ Traditio clavium, & aſſignatio rerum in dubio præſumitur cauſa cuſtodiæ, ſi titulus habilis non præceſſerit ad dominii translationem. *l. 79. §. pater de l. 2.* ¶ Poſſidens ſciente venditore præſumitur, quod ei poſſeſſio ſit tradita, *Bart. in l. 2. C. de acqui, & retinen. poſſeſſ.* ¶ Dominium, quando venit incidenter, præſumitur ex poſſeſſione. *Bart. in l. 3. §. neque. ff. de aqua pluvia. arcend.* ¶ Fructus recolligens, & utens re ut dominus, an præſumatur dominus, *vide l. 48. & ibidem Bartol. ff. de ſolut. & liberat. & l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſtitut.*

Cap. VI. Quando fiat traditio, vel non.

Traditio non requiritur, ut dominium rerum hæreditariarum acquiratur hæredi, ſed ſufficit ſola aditio, ſecus in poſſeſſione. *Craver. conſ. 202. num. 35. & l. 14. C. de jure delib.* ¶ Traditio animalis, & rei mobilis fit per inſpectio-

ſpectionem oculorum, menſurationem per ſigillum, bullum, ſignum, & ſimilia. *Borg. Caval. deciſion. 7. de contract. part. 2.*

Cap. VII. Quando acquiratur, & quibus, vel non.

Dominium veſtinm ad uſum uxoris factarum (etiam ejus cura) acquiritur viro, & non uxori. *l. 32. §. 1. & §. ſi vir. ff. de don. int. vir. & uxor.* idem ſi uxor ædificaverit in ſolo viri. *vide ibid.* ¶ Rei donatæ nobis dominium quæritur per ſervum, & per procuratorem noſtrum, ſi tradens hoc agat, licet recipiens machinetur. *l. 13. ff. de dona.* ¶ Dominus rei portatæ in fundum alienum, licet de damno præterito cavere non teneatur (cum non ſit in culpa) tamen dominus fundum ſuum intereſſe retentionis jure conſequitur. *Franc. Marc. quaſt. 893. num. 27. part. 2.* ¶ Procurator acquirit nobis dominium, licet non directam actionem, intellige tamen, quando fit traditio illi tanquam procuratori. *Cabal. milleloq. 125. facit §. pen. inſtitut. per quas perſo. nob. acq.* & aliquando per falſum procuratorem quæritur dominium vero domino. *Bart. in l. 19. C. de furtis*, ſed an ipſum dominium ſtatim quæratur domino per procuratorem, *vide l. 2. ibidem gloſſ. C. de his, qui à non domi. manum. ſunt.* ¶ Inſula in flumine ſine facto hominis, ſed poteſtate divina nata, acquiritur prædiis vicinis. *ibid. num. 6. deciſ. 1. Bartol. in tract. de inſula.* ¶ Venæ, ſeu mineræ ſunt ad exemplum Theſauri, & inventoribus propterea acquiruntur. *Cravet. conſil. 209.* ¶ Rex an poſſit dare licentiam, quærendi metalla in fundo alieno invito domino. *Afflict. deciſion. 321. num. 6.* ¶ Dominium in legatis ſine poſſeſſione quæritur. *l. 19. §. final. & ibidem gloſſ. ff. quemadmod. ſervit. amit.* ¶ Quando dominium acquiritur nobis per conjunctam perſonam, vel negotiorum geſtorem, vel per procuratorem, an ſit opus ratihabitione, & quando non, *vide per Bart. in l. 31. ff. de donatio.* ¶ Titulus ſuperveniens poſſeſſori, facit eum quærere dominium ex perſona ejus, à quo habet titulum. *Bartol. in l. 38. C. de tranſact. num. 26.* ¶ Licet maritus emat rem uxori de pecunia ſua, tamen quæritur uxori dominium. *l. 9. C. de donatio int. vir. & uxor.* ¶ Traditionibus dominia acquiruntur tamen per ſignaturam, ſeu ſciſſuram, ut in trabe, vel per ſigillum fit translatio dominii. *Lud. Rom. ſing. 285.* ¶ Quinque modis acquiritur rerum dominium, de quibus *vide per Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des foreſtz. Rub. 13. §. 1.* ¶ Si ſtipulatio ſub conditione poteſtativa concipiatur, quantum ad acquiſitionem tempus exiſtentis conditionis inſpicitur. *l. 32. ff. de ver. oblig.* ¶ Per aſpectum quæritur domininm rei ſolutæ. *l. 79. ff. de ſolutio. & libera.* ¶ Lepus immediate, qui ingreditur hortum tuum, & clauditur ſibi via redeundi, dicitur ſtatim tibi quæſitus, & poſſeſſio illius, & per conſequens dominium. *Gramm. deciſ. 71. num. 4.* ¶ Fera beſtia, ſi ita à me vulnerata ſit, ut capi poſſit, videtur eouſque mea, donec illam proſequor, *Gram. ibidem num. 9.*

Vel non.

Ex ſolo titulo in contractibus, non quæritur dominium, nec jus vendicandi; ſecus in ultimis voluntatibus. *l. 50. & ibid. gloſſ. ff. de rei vend.* ¶ Si unus ex fratribus de pecunia communi ſuo nomine emat, ſibi, non alteri dominium acquirit. *l. pen. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Dominium utile ſine traditione quæri non poteſt, *Bartol. in l. 9. C. de hared. vel act. vend.* ¶ Dominium in profanis ex pluribus cauſis ſimul concurrentibus poteſt haberi, quia quamvis dominium ex pluribus cauſis nequeat acquiri, poteſt tamen quis varios cumulare titulos, non ad effectum conſequendi jus ex variis cauſis, ſed ut ex illis poſſit ſe defendere. *Guliel. Caſſad. deciſion. 21.* in excipiendo, non autem in agendo. *Guid. Papon. ſingul. 912.* ¶ Dominium regulariter non poteſt acquiri ex pluribus cauſis: fallit, quando eſt dubium de prima cauſa ex qua dico meum, quia tunc ad cautelam poteſt meum fieri ex ſecunda: ſecundo fallit, quando mihi pinguius providetur per ſecundam proviſionem, quam per primam. *Franc. Marc. qu. 494. num. 1. & 10.* tertio, dominium poteſt haberi ex pluribus cauſis eodem tempore concurrentibus. *Bartol. in l. 14. §. actiones, ff. de exceptio. rer. judic. vide l. 3. §. ex pluribus. ff. de acqu. vel amit. poſſeſſ. & leg. 120. ff. de reg. jur.*

Cap. VIII. Dominium. Quando tranſeat, transferatur, tranſmittatur, vel non.

An, qui vendere promiſit pretioque accepto rem tradidit nulla tamen venditione facta, dominium in accipientem transferat. *And. Fachin. libr. 2. contr. cap. 5.* ¶ An Dominium transferatur in pecunia numerata, in mutuo abſque traditione, & id procedat in aliis rebus. *Fachin. cap. 44. libr. 11.* affirmat. *l. & pecuniam. ff. de ſolutio.* ¶ Si tibi do, ut ſtatim mihi reſtituas, non impeditur dominii translatio, ſi ex reſtitutione remaneo tibi obligatus. *l. 34. ff. de donatio.* ¶ Quando teſtator legat rem ſuam, tranſit dominium recta via in legatarium; ſecus ſi legat rem hæredis. *l. 6 ff. de manumiſſis teſtament.* ¶ Si venditor, vel donator rem conduxerit ab eo, cui dedit, ipſa conductio transfert dominium ſine traditione, *l. 76. ff. de rei vend.* ¶ Dominium, an transferatur, ſi res contra prohibitionem alienetur. *vide gloſſ. in l. fin. Cod. de reb. alien. non alien.* quod prohibitio alienationis non impediat dominii translationem probat *l. ea lege. ff. de verb. oblig.* ¶ Qui ædificat in alieno ex cauſa conductionis, transfert dominium. *l. 40. ff. de rei vendic.* ¶ In ſolventem litis æſtimationem tranſit dominium rei præſentis, vel poſtea ad præſentiam venientis. *l. 46. ff. eod.* ¶ Rei abſentis ita demum transfertur dominium, cum poſſeſſionem ejus rei acquirens nactus ſit voluntate domini. *l. 47. ff. eodem.* ¶ Conſuetudo transfert dominium ſine poſſeſſione. *Guid. Papon. ſing. 285.* ¶ Quando res cadit in commiſſum ejus dominium ſtatim transfertur abſque traditione. *Petr. de Raven. ſingul. 853.* ¶ Revocata aditione cauſa mortis, transfertur dominium abſque traditione. *idem ſingular. 879.* ¶ In actione pro ſocio univerſalibus, tranſit dominium ſine traditione. *idem de Raven. ſingul. 833.* nam in qualibet acquiſitione univerſali dominium transfertur ſine traditione. *Bart. in Auth. ingreſſi, num. 27. C. de Sacroſan. Eccleſ.* ¶ Verbum, revertatur, ſignificat translationem dominii ipſo jure. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera R. ſing. revertatur.* ¶ Dominium, an ex inutili contractu transferatur. *Bart. in l. non dubium, num. 25. C. de legib. & in l. 7. ff. de dol. malo gloſſ. in d. l. 7.* qui tenet pro parte affirmativa. ¶ Multa ſpectantia ad dominii translationem, *vide per Bartol. in l. 5. C. de juris, & fact. igno. & in l. traditionibus. C. de pact.* ¶ Dominium transfertur ex traditione antequam contractus ſit habitus, & factus. *Bart. in l. contractus. C. de fide inſtrument. num. 17.* ¶ Ex falſa cauſa dominium transfertur. *l. 3. C. de fideicommiſſ. libert.* ¶ Si donans rei donatæ ſibi retineat uſumfructum, videtur illam tradere, ideo tunc dominium transfertur ſine reali rei traditione. *l. 28. C. de donatio.* ¶ Creditor alienando pignus, licet non ſit dominus, transfert dominium. *§. contra autem, inſtit. quibus alie. lic. vel non.* ¶ Dominium in accipientem transfertur per traditionem vacuæ poſſeſſionis. *Azoſ. in ſumma titul. C. de fundo dotali.* ¶ Dominium quare poſſit transferri ad tempus. *Bart. in l. 4. ff. de ſervitutibus.* ¶ Poſſeſſio quando transfertur, & dominium, quod ei acceſſit, *vide Bartol. in l. 15. §. ſed & ſi ff. de condict. in deb.* ¶ In judiciis famil. erciſc. comm. divid. & fin. reg. transfertur dominium ſine traditione. *Bart. in l. 22. ff.*

de

de condict. furt. ¶ Poſſeſſio, & dominium poſſunt ſub conditione transferri, ſed defectus conditionis impedit ejus translationem. *l. 38. §. ſi quis. ff. de acqu. vel amit. poſſeſſ.* ¶ Vendens rem alienam præter voluntatem domini transfert dominium, ſi voluntas adeſt. *l. 44 §. conſtit. de uſucap.* ¶ Dominium, quod erat apud defunctum tranſit ad legatarium, etiamſi defunctus ignorabat, & poſſeſſio apud eum non erat. *l. 83. §. ſi Titius de leg. 1.* ¶ Dominium rei legatæ tranſit, ab adita hæreditate. *l. 86. §. fin. eod.* ¶ Pactum reſolutivum ubicunque intervenit, transfertur dominium abſque traditione vera, vel ficta, *Ozaſ. deciſ. 35. num. 9. Pet. de Raven. ſingul. 866. & l. 42. ff. de rei vendic.* ¶ In contractibus, qui fiunt cauſa dominii alicujus rei transferendi, oportet tradentem habere animum transferendi dominium, & accipientem acquirendi, alias non perducuntur ad effectum illi contractus. *l. 54. ff. de actio. & obligat.* ¶ Quando quis alteri dat facultatem diſponendi de re aliqua, dicitur eam ejus facere, atque ita transferre dominium. *Menoch. conſil. 181. num. 6. libr. 3.* ¶ Solvens, ut recipiat, an transferat dominium. *Bartol. in. l. 55. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Dominium abſque traditione in Eccleſiam tranſit in rebus ei venditis, vel donatis, *Jaſ. de action. in §. ſed iſta, num. 35. Dec. conſ. 594.* quod limita, *ut ibid. vide Math. Matheſ. ſing. 43. Bartol. in l. 19. C. de Sacroſan. Eccleſ. num. 5.* & in aliis caſibus, de quibus *vide per gloſſ. in l. 3 ff. de publ. in rem action.* ¶ Dominium transfertur ex pignore judiciali, quando capitur res in executione ſententiæ. *Cravet. conſilio 248.* ¶ Verbum, accipere, importat traslationem dominii. *Rot. Genuen. deciſ. 26.* ¶ Liquidatio pretii rei non requiritur ad finem transferendi dominium rei emptæ: quia dominium poteſt transferri ante liquidationem. *Vinc. de Franc. deciſ. 23.* ¶ Obligatio non impedit translationem dominii: ſed dominii translatio præcedens impedit obligationem. *l. 13. C. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Princeps transfert dominium ad ſuum libitum. *Boer. deciſ. 42. n. 28.* & ex ſolo contractu traditione. *Vincent. de Franc. deciſ. 23. n. fin.*

Vel non.

Quantitas licet ſoluta ſit pro parte non tamen tranſit dominium pro parte. *Bartol. in l. 78. §. fundum. ff. de contrah. empt. & vendit.* ¶ Dominii translationem non operatur confeſſio; ſed bene ſententia. *Boer. deciſion. 211. num. 25. & 26.* imo etiam poſt ſententiam requiritur traditio. *Boer. conſilio 44. num. 10. Dec. conſil. 564. & Guid. Papon. ſingul. 831.* ¶ Dominium rei datæ in ſolutum à debitore creditori uſurario non transfertur in ipſum fœneratorem, ſed manet ejus, qui in ſolutum dedit. *Menoch. conſil. 330. libr. 3.* ¶ Dominium rei, quæ apud reum erat non transfertur, licet quis renunciet liti, & cauſæ. *Bart. in l. ſi pro fundo. 33. Cod. de tranſact.* ¶ Dominium rei ex contractu non transfertur, niſi pretio ſoluto, vel de illo habita fide. *Bartol. in l. 4. C. de dolo malo. num. 9.* ſed quando dicatur habita fides de pretio, *vide eundem in l. 12. Codic. de rei vendic.* vel aliter ſit ſatisfactum. *l. 53. ff. de contrahent. empt. & vendit.* ¶ Res in dubio non præſumitur tradita, ut dominium transferatur, & ex nuda traditione nunquam transfertur dominium. *Afflict. deciſ. 373.* ideo creditor in dubio præſumitur jure pignoria & non dominii poſſidere, *Afflict. deciſ. 373. num. 6.* alias traditio in dubio videtur facta animo transferendi dominium, quando præceſſit cauſa habilis ad transferendum dominium alias ſecus. *Bartl. in l. 8. ff. de jure dot. vide eundem in l. 28. ff. de acquiren. poſſeſſ.* ¶ Soluto matrimonio dominium rei dotalis revertitur ipſo jure non autem poſſeſſio. *l. 9. C. ſolut. matrimon.* ¶ Ex pacto nudo diviſionis non oritur actio, nec transfertur dominium, niſi traditione ſecuta. *l. 15. C. famil erciſc.* ¶ Conſignatio non importat dominii translationem. *Rota Genuen. deciſion. 54. vide l. 25. Cod. de rei vendicat.* dominium tamen probatur per æſtimum præſumptive. *Cabal. milleloqu. 511.* ¶ Dominium ex titulo ſingulari ſine poſſeſſione non transfertur. *Bart. in l. 31. ff. de rei vendic.* ¶ In rebus, quæ commixtione non confunduntur, remanet dominium eorum, quorum erat primo, niſi eorum voluntate ſit facta commixtio. *l. 5. ff. de rei vendic.* ¶ Dominium non tranſit ex contractu ſimulato. *Bart. in l. 7. C. de agricolis, & cenſit. lib. 11.* ¶ Error quando impediat translationem dominii. *Bart. in l. 1. ff. de offi. Proconſul. in l. 30. §. ſervum. & in l. 41. ff. ſi cert. pet.* ¶ Rei donatæ inter conjuges dominium non transfertur. *l. 18. Cod. eod. vide tamen gloſſ. ibidem.* ¶ Si quid meum tibi trado tanquam tuum, non transfero dominium, quod errans non transfert. *l. 3. §. ſubtilius. ff. de condict. cau. dat.* ¶ Error in qualitate perſonæ exiſtentis in mala fide, impedit dominii translationem. *l. 44. ff. de furtis.* alias ſecus. *Bart. in l. cum fundus. §. ſervum tuum. ff. ſi cert. petat.* ¶ Error in perſonæ ſubſtantia impedit dominii translationem. *gloſſ. in §. cum Titio. l. 53. ff. de furtis.* ¶ Confeſſus rem eſſe alterius cum non ſit, in eum dominium non transfert. *Menoch. de arbitr. tit. 2. caſ. 336. n. 30.*

Cap. IX. Quando amittatur, vel non.

An per commixtionem dominium pecuniæ amittatur, & non aliarum rerum. *Fachin. lib. 11. cap. 51.* negat *l. adeo. §. voluntas. ff. de acqu. rerum dominio.* ¶ Lex, vel ordinatio ex cauſa publica dominium auferre poteſt. *Reb. in ſuis comm. To. 2. Tract. de reſc. contr. art. 1. gl. 1. n. 3.*

Vel non.

Licet vir deponat rem nomine uxoris non perdit dominium, *l. 5. C. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Dominium non extinguitur ipſo jam quæſito ſuper re, ſi res tranſit in aliã formam. *Bart. in l. 18. §. ſi quis ſic. ff. de pign. act.* ¶ Dominus & poſſeſſor rem ſuam etiã ſcienter recipiens, ut rem concedentis, non perdit dominium, ſed contractus non valet ipſo jure, nec concedenti acquiritur aliquod jus, quid in poſſeſſione. *Gaſp. Cabal. milleloq. 39 p. 1.* ¶ Per executionem nulliter factam non amittitur dominium. *Cravet. conſil. 29.*

Cap. X. Miſcellanea.

Poteſt quis cauſam dominii ſibi mutare, nova cauſa extrinſecus ſuperveniente. *l. 4. ff. ad leg. Falc.* ¶ Quando eadẽ res venditur, vel donatur duobus inſolidũ, illa præfertur in dominio, cui rea priua fuit tradita non attento, cui prius fuit vendita, vel donata. *l. 1. & l. quoties. C. de rer. vendic. & l. fin autẽ. §. ſi duobus, ff. de publi. vide ſupra tit. de contrah. empt.* ¶ Dominium introductũ de jure ſpeciali ex aliquo favore non poteſt allegari contra illud habentem, & ille, qui eſt dominus rei revocabiliter, poteſt denuo ex alia cauſa effici dominus. *Bart. in l. 12. § ſi quis ſervum. ff. de captivo.* ¶ Epiſtola ſi furto fuerit ſubtracta, cui actio quæratur, *vide DD. de Rot. deciſ. 18. de probat. in antiq.*

TITULUS DXLIV.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

NOn refert, an per ſe ipſum quis ſtipuletur, an per filium, vel ſervum quoad acquiſitionem, nec refert, an illi ſtipulentur expreſſe patri, vel domino, an ſibi ipſis. *l. 43. ff. de verb. obl.* ¶ Filio adjecto ad ſolutionẽ, poſt emancipationem poteſt ſolvi, ſecus ſi adjiciatur ad obligationem. *l. 56. §. qui ſibi. ff. eod.* ¶ Quantum ad acquiſitionem tempus contractus inſpicitur, ſecus in ultimis voluntatibus. *l. 78. & ib. gl. ff. de verb. oblig.* ¶ Per liberam perſonam non acquiritur nobis actio ex ſtipulatu, ſed ex numeratione ſic. *l. 126. §. Chriſogonus. ff. de verb. oblig.* ¶ Licet ſtipulatio filii conferatur in tempus exiſtentiæ ſui juris, nihilominus patri quæritur. *l. final. ff. de ſtipulat. ſerv.* ¶ De obligatione, quæ acquiritur patri per filium. *Bar. & Doct. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* ¶ Per procuratorem acquiritur nobis actio, & obligatio

abſque ceſſione. *Capel. Thol. quæſt. 152.* ¶ Generaliter verum eſt, ut quoties quis utitur jure quæſito ex perſona alterius, uti oportet cum omnibus ſuis qualitatibus. *Cravet. conſ. 251. num. fin. Dec. conſil. 532. num. 7.* ¶ Quando nobis acquiratur poſſeſſio per alios, & per quos. *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. Reg. de mater. poſſeſſ. in præfationibus, num. 201.*

TITULUS DXLV.

De theſauris.

Generalia.

DE argenti pretio, quod theſauris infertur, *vide l. unicam. C. de argen. pretio. libr. 10.*

Cap. I. Theſaurus cujus fiat, vel non.

Pecunia in re empta inventa, ſi eſt theſaurus, efficitur emptoris inventoris: ſi pecunia redditur venditori. *l. 67. ff. de rei vendic. Burg. Caval. deciſ. 15. de contract. part. 2. num. 15. Pet. Gerar. ſingul. 95. vide Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des Juſtices, & droicts. §. 1. gl. 3. in verba quid autem, num. 13.* ¶ Theſaurus inventus in loco, qui in nullius bonis eſt, erit inſolidum inventoris, *vide ibidem in verbo, aut vero.* ¶ In Regno Franciæ theſauri inventi in bonis propriis, dividuntur inter dominum rei inventorem, & Regem. *Joan. Pap. libr. 13. tit. 7. arreſt. 1. & 2.* ¶ Theſaurus inventus in loco publico, vel fiſcali, pro medietate cedit inventori, & pro medietate fiſco, qui vero in loco fiſcali theſaurum invenerit, & partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit, totum duplicatum cogitur ſolvere. *l. 1. verſic. vel quod dicatur & ibidem gloſſ. & §. ſi in locis. ff. de jure fiſci.* ¶ Theſaurus inventus in fundo dotali per maritum in fructu non computatur; ſed pars ejus dimidia reſtituitur quaſi in alieno inventus. *l. 8. §. pacto autem. ff. ſolut. matrim.* ¶ Theſauri inventi in fundo, in quo aliquis habet uſumfructum, media pars cedit fructuario inventori, altera media ſoli domino ſemper cedit excluſo uſufructario: maritus tamen illo theſauro fruitur durante matrimonio, *Gaſp. Cabal. milleloq. 9.* ¶ Emphyteuta, & feudatarius habent medietatem theſauri inventi, & aliam medietatem inventor, & præferuntur directo domino: quid in uſufructuario, & proprietario. *vide ibid. numer. 4. & Caſſan. in conſuet. Burgund. titul. des juſtices, & droicts. §. 1. gloſſ. 3. in verbo, ſed juxta.* ¶ Theſaurus, an fiat illius, qui primo illum vidit, aut illius, qui primo illum occupavit, *Bartol. in §. item lapilli, inſt. de rer. diviſio.* ¶ An theſaurus in loco proprio, ſacro, vel religioſo caſu inventus, cedat inventori, & in alieno dividatur inter dominum, & inventorem, *vide §. theſaurus. inſtitutio. de rerum diviſione,* & quid ſi data opera, *gl. ibidem.* ¶ An mercenarius dum laborat inveniens theſaurum lucretur dimidiam, *vide gloſſ. 3. §. per theſauri.* ¶ Theſauri reperti in bonis Eccleſiæ medietas eſt inventoris, alia Rectoris illius Eccleſiæ, aut fiſci Epiſcopalis Cameræ. *Borg. Caval. deciſ. 15. de contract. part. 2.*

Vel non.

Theſaurus eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat, alioqui ſi quis aliquid, vel lucri cauſa, aut metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra non eſt theſaurus, nec tale quid efficitur inventoris pro parte, *l. 31. §. theſaurus. ff. de acqu. rer. dom.* ¶ Theſaurus eſt in fructu, tamen non cedit fructuario. *Boer. deciſion. 224. vide Caſſan. numer. 16. in conſuetud. Burg. titul. des juſtices, & droicts. §. 1 gloſſ. 3.*

Cap. II. Cui acquiratur, vel non.

Theſaurus inventus data opera in loco proprio Principis acquiritur inſolidum ipſi Principi, ſi caſu fortuito ſolum pro dimidia, & alia ſpectat ad inventorem. *Caſſan. tit. des juſtices. §. 1. gl. 3. in verbo, aut quis.* ¶ Idem dicendum eſt in theſauro invento in loco fiſcali, vel Religioſo. *Caſſan ibidem.* ¶ Theſauri poſſeſſio non quæritur, niſi per apprehenſionem. *l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. vel amit. poſſ.*

Cap. III. Quando perquiri poſſit, vel non.

Theſaurus in fundo privato poteſt perquiri bono modo. *Afflict. deciſ. 321. numero 7.* alias theſauri inveniendi cauſa alienum fundum, invito domino, ingredi non licet. *Ludov. Roman. ſingul. 617.* ¶ Quærere theſaurum in proprio omnibus licet, in alieno vero ſuo nomine nullo modo licet, tamen ſi theſaurus inventus fuerit fortuito inter inventorem, & dominum dividitur. *l. unica Cod. de theſauris, libr. 10.* ¶ Inveniens theſaurum, aut pecuniam arte magica debet puniri, & ipſum theſaurum reſtituere fiſco. *Borg. Caval. deciſ. 15. de contract. part. 2.* ¶ Si unus ex hæredibus theſaurum relictum à teſtatore effodit, pro eo cohæredibus famil. erciſcun. judicio tenetur. *l. 23. ff. famil. erciſcun.*

TITULUS DXLVI.

De bello, & pace, de geſtis in bello, & tempore ipſius, & de duello.

Generalia.

DE geſtis judicialiter per Baronem tempore, quo regnabat tyrannus, *vide per Afflict. deciſ. 77.* ¶ De capitulo pacis ſuper reſtitutionibus faciendis rebellibus reverſis, non extendendo ad invaſores, turbatores, & doloſos poſſeſſores, *vide per Afflict. deciſ. 403.* ¶ De duello, & ejus prohibitione omni jure, *vide Joſeph. Lud. deciſion. Luc. 11.*

Cap. I. Pax: Qua dicatur.

Pax, tregua, & bellum ſunt tres modi, quibus vita hominis regulatur. *Boer. deciſion. 40.* & tregua eſt potius guerra, quam pax. *ibidem num. 2.*

Cap. II. Bellum, quando ſit licitum, vel non.

Quando bellum dicatur injuſtum, & ut dicatur juſtū, quæ requirantur, *vide Franc. Marc. quæſt. 455. num. 52. & Guid. Pap. quæſt. 191.* juſtum bellum, quod ſit, *vide cap. 2. 23 quæſt. 2.* ¶ Quæ ſint bella, quæ oriuntur jure gentium, & quæ dicantur licita, *vide per Bartol. in l. 5. ff. de juſt. & jur.* ¶ Duellum jure communi in tantum reprobatum eſt, quod conſuetudo in contrarium non valeat. *Dec. conſil. 487.* ſed an ſubeundum potius ſit, quam diſcedendum ab illo ratione famæ & honoris, & ex quibus cauſis illud ſuſcipiatur, & quod provocato competat electio armorum, *Dec. conſil. 68.* ¶ Duellorum uſus eſt tollendus, & pugnatorum, ac permittentium, & ſpectantium pœnæ, quæ ſint. *Concil. Trid. in ſeſſione 25. deciſion. de reformatione cap. 19.* quod duellum in novo teſtamento ſit prohibitum, probatur. *in cap. monomachiam. 2. quæſtio. 4.* ¶ Ranſonem capti in bello, quando habeat capiens, & quando Rex. *Boer. deciſ. 178. numero 3. & 4.* & bellum an poſſit eſſe inter principes ſine diffidatione præcedenti, *Boer. ibidem num. 34.*

Cap. III. Quando inchoari poſſit, vel non.

Bellum non poteſt inchoari, niſi præcedat diffidatio partis, & habens ſuperiorem non poteſt ſine ejus licentia (niſi requiſitus juſtitiam miniſtrare denegetur) bellum indicere. *Jaſ. Lanfr. Balb. dec. 121.* ¶ Diffidamentum

mentum ſuper bello, quomodo debeat denunciari. *Guid. quaſt. 191.*

Cap. IV. Qui indicere poſſit bellum, vel non.

Bellum poteſt indicere Princeps *Guid. Papon. quaſt. 191. num. 4.* & quis alius, *vide per Boer. deciſion. 178.* ¶ Hoſtes dicuntur regni, quibus à Rege indictum bellum. *Boer. deciſion. 178.* ¶ Rex ſolus (ad quem ſpectat indicere bellum) poteſt creare Ducem exercitus. *Capic. deciſion. 27.* ¶ Domini Civitatum hodie poſſunt ex juſta cauſa bellum indicere, ſtante Imperatoris abſentia, tamen in Regno non licet ob præſentiam Regalium Officialium. *ibidem n. 5.* ¶ Civitates Italiæ, quæ ſuperiorem non re cognoſcunt, poſſunt ſibi ad invicem bellum indicere. *Bart. in l. 13. C. de Judæis.* ¶ Quare Eccleſia indicet bellum contra ſaracenos, & turcas, *vide per Bartol. in l. 1. C. de paganis.* ¶ De bello, & qui poſſunt indicere bellum, & quale ſit juſtum, & quale injuſtum, *vide per Bartol. in l. hoſtes ff.* de captivis, & de materia, *vide etiam extr. tit. de tregua, & pace.* ¶ Princeps non debet bellum ſuſcipere in præjudicium ſubditorum. *Guid. Papon. quaſt. 113.*

Cap. V. Quæ valeant, vel non.

In facto belli in judicando ſervatur, quod ſi captivus ſemel fecerit compoſitionem, ut poſtea non poſſit amplius augeri talis compoſitio, etiam de conſenſu ipſius captivi. *Guid. Papon. quaſt. 113.* vel ex nova notitia majorum facultatum captivi. *Pap. lib. 5. tit. 6. arreſt. 1.* ¶ Facta tempore tyrannidis vero Domino ſuperveniente, ceſſantur, *Bartol. in l. 15. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ¶ Captivitatis, & poſtliminii jura non ſervantur hodie inter Chriſtianos, *Boer. deciſion. 178.* quoad perſonas, ſecus quoad bona. *ibid. num. 5.*

Cap. VI. Qui teneantur propter bellum, vel non.

Ad bellum vocans amicos, non tenetur de equis amiſſis, & aliis rebus, nec ad ſumptus, ſi bellum fuiſſet injuſtum, ſed quid juris, ſi fuiſſet juſtum, *Guid. Papon. ſing. 226.* ¶ An feudatarius teneatur ſequi Dominum in bello ſuis ſumptibus, *vide ſing. 226.* ¶ Miles etiam in bello vulneratus non debet recedere ſine licentia Principis. *Pet. de Raven. ſing. 294. vide infra tit. prox.* ¶ Princeps Chriſtianus tenetur auxilium præſtare ad arcendum hoſtes Eccleſiæ, *Gram. deciſ. 65. n. 71.* ¶ Sicut non accedens ad ſolvendum id, quod tenetur, excuſatur ratione belli, ita excuſatur ratione treguæ. *Lud. Rom. ſing. 301.* ¶ Afflictio afflicto addi non debet, unde fit, ut qui bonis ſuis belli tempore ſpoliatus fuerit, non poſſit poſtea à creditoribus ſuis inſolidum conveniri. *Hippol. ſing. 241.* ¶ Deprædantes non tenentur, quando bellum fuit licitum, *Bartol. in l. 4. ff. de acquir. rer. dom.*

Cap. VII. Quando imponatur pœna tempore belli.

Capitaneus ſpreto mandato Principis cum hoſtibus prælians capite punitur, niſi ex aliqua nova cauſa prælium commiſerit. *Franc. Crem. ſing. 151.* ¶ Fugiens ex bello publico jure civili capite punitur, jure Canonico eſt infamis. *Bart. in ſuo tract. de different. inter jus Can. & Civil. num. 137.* ¶ Belli tempore pro quolibet etiam modico, pœna capitis imponitur. *Capic. deciſ. 27.* & plerunque receditur à regulis juris. *vide Alex. Raud. tract. de analog. c. 22. n. 29.*

Cap. VIII. Dominus ad quæ teneatur, vel non.

Cuſtodia Civitatis tempore belli ex pluribus Dominis habentibus juriſdictionem, ſpectat ad habentem merum Imperium, & juriſdictionem, *vide Capic. deciſ. 27.* ¶ Dominus poteſt cuſtodire caſtrum tempore neceſſitatis invito vaſallo & ſimul cum vaſallo, ſine ullo tamen malo ingenio, *Capic deciſ. 27. num. 6.* ¶ Dominus temporalis tempore belli, & neceſſitatis poteſt Eccleſiam incaſtellare, & maximè campanile, *Capic. ibid.* ¶ Rex, aut Princeps poteſt caſtrum ſitum in confinio debili, (& non aptum ad bellum) dirui facere à fundamentis. *ibidem num. 7.*

Cap. IX. Pax quando fiat: ſit vel non.

Pacem inire cum fidelibus non licet alicui Regi abſque licentia Papæ, *Gramm. deciſ. 65. num. 69. & 70. vide tamen num. 73.* ¶ Cuſtodia caſtri debet fieri ſumptibus dominorum, tempore pacis & belli; non autem ſubditorum, *Natt. conſil. 135. Tom. 1.* ¶ Pax non eſt, ubi latent inſidiæ, & dolus in ſcripturis Principis abeſt; & pax favens doloſis poſſeſſoribus eſt diabolica. *Afflict. deciſ. 403. num. 8. 9. 10.*

Cap. X. Quando rumpatur, vel non.

Facta pace, ſi quis percuſſerit adverſarium, an cenſeatur rupta pax, *vide per Bart. in l. 16. §. cauſa. ff. de pœnis.* ¶ Quid ſit pax, quæ debet fieri per ambas partes, etiam quod una tantum fuerit offenſa, & dans auxilium, & favorem tenetur de pace rupta. *Bartol. conſil. 66. vide ſup. lib. 2. tit. quando inimicus teneatur. &c.*

Cap. XI. Capta cujus ſint, vel non.

Capta in bello, quando capientium fiant: etſi recuperentur, an priori domino reſtituantur, & quid in pirata, *D. Gaſp. Theſ. quaſt. For. qu. 93. lib. 2.* ¶ Bona capta in bello fieri capientis, quomodo intelligi debeat, *vide per Boer. deciſ. 178. Gramm. deciſ. 71.* & fuit deciſum taleam factam cum captis exiſtentibus in quadam turri pertinere ad Capitaneum qui ultimo loco cœpit turrim, & cum quo fuit facta talea, & non ad eum, qui primo loco cœperat domum contiguam, ſed nunquam intraverat in turrim. *Gramm. ibid.* ¶ Bona mobilia, & præda capta in bello debent aſſignari Duci belli, ut ipſa diſtribuat inter pugnatores, & armigeros poſt victoriam, quod procedit, quando bona ſunt capta in bello campeſtri inter partes conflictu ordinario, ſecus in bonis captis in diſcurſu alicujus territorii. *Gramm. deciſ. 71. num. 17. & 18.* ¶ Capta in bello ita demum fiunt capientium, ſi in ſuo, vel hoſtium territorio capiantur, ſecus ſi in alieno. *Gomez. Leon. deciſ. 12. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Capta in bello fiunt capientium quando in tuto, & intra præſidia collocantur, & non ante, & quid, ſi in navi, *Gom. Leon. deciſ. 12. in deciſ. diverſ. Tom. 2. d. deciſ. 12.* ¶ Capta in bello efficiuntur capientium, ſed quando, *vide Vinc. de Franc. deciſ. 268. part. 2.* quod procedit, quando capiuntur in conflictu, non autem quando in diſcurſu territorii. *ibidem num. 3.* ſed ſi illa ſint amicorum, an efficiantur capientium, vel ſint reſtituenda dominis, *vide d. deciſ. 268.* ¶ Bona ipſa capta in bello quorum ſint, *vide per Bartol. in l. 28. ff. de captivis.*

Cap. XII. Quando reſtituenda.

Capta à piratis, & recuperata, an ſint reſtituenda dominis, *Vinc. de Franc. deciſ. 268.* ¶ Recuperata ab hoſtibus, gratis dominis ſunt reſtituenda. *Marc. de Mant. ſing. 105.* ¶ Movens bellum injuſtum compellitur reſtituere, quæ per violentiam occupavit, & eos abſolvere à quibus juramentum indebite extorſit. *cap. 29. ex. de jurejuran.* ¶ Si miles unius legionis deprædatus fuerit animalia hoſtium, & hoſtes recuperaverint prædam antequam pernoctaſſet, debet præda illa reſtitui prioribus dominis, & non erit illorum armigerorum, qui illam recuperaverant. *Gramm. deciſ. 71. num. 12.* ¶ Rebellium bona aliis conceſſa, poſt pacem ſunt reddenda. *Boer. deciſion. 38. num. 7.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Metus tyranni quantum dicetur durare, *Bart. in l. 2. C.*

de his, quæ vi metus, num.7. ¶ Officiales duo ſunt creandi utriuſque partis, unus in terra contentioſa. *Afflict. dec ſ. 403.* ¶ Militare non eſt delictum, nec peccatum, ſed propter prædam militare ſic. *c. militare 23. q. 1.* ¶ Proditor ille appellatur, qui ſine aliqua cauſa, & ſine nulla diffidatione eum, qui de eo confidebat, vulnerat, *Guid. d. q. 161. num. 5.* ¶ In bellicis armis miles Deo placere poteſt. *c. non exiſtimare. 23. qu. 1.* ¶ Quæ ſunt in bello jure repræhendenda, *vide c. quid culpatur. 33. quæſt. 1.*

TITULUS DXLVII.

De re, & jure militari.

Miles centurioni illum caſtigare volenti, quoquo modo reſiſtens notatur, vitem tenens militiam mutat, conſulto frangens capite punitur, ut, & manum inferens ſe caſtiganti. *Petr. Roy. deciſ. 3. Litna. numer. 203. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Sacramentum militare (Juriſconſultorum tempore uſurpatum) hodie non eſt in uſu. *ibidem num. 485.* ¶ Aliquando fit præceptum per ſuperiorem, quod de qualibet familia vadat unus ad præliandum, poterit tunc dubitari de qua ætate quis cenſeatur idoneus ad pugnam, *Ludov. Rom. ſingul. 123.* ſcripſit eſſe idoneum in ætate 18. ann. ¶ Militia non eſt dignitas regulariter. *idem Rom. ſing. 511.* fallit in caſibus notatis. *ibidem in additio.* ¶ Officiales dantes licentiam recedendi ſtipendiariis Reipubl. & armigeris, vel Doctoribus, ſalarium illius temporis, (quo licentiam dederunt) ipſi officiales de proprio ſolvere non tenentur. *Rom. ſingul. 704.* ¶ Miles, qui accipit mutuum in dubio præſumitur expendere cauſa militiæ. *Petr. de Raven. ſingul. 311.* ¶ Miles major gravius punitur, quam minor. *Ant. Columb. ſingul. 13.* ¶ Militum privilegia, quibus militibus competere debeant. *vide per Bartol. in §. 1. inſtitut. de milit. teſtament.* ¶ Qualiter transfuga, & defraudans ſtipendia puniatur, & de materia, *Magon. deciſ. Luc. 24.* ¶ Cuſtodes caſtri, qui ſibi cuſtodiam noctis diviſerunt, ut una pars poſſet uſque ad mediam noctem dormire, & alia inde uſque ad diem, ſi caſtrum ab inimicis occupetur tempore, quo una pars dormiebat ex conventione, illa non tenetur, ſed altera, quæ eo tempore cuſtodire tenebatur. *Petr. Genar. ſingul. 37.* ¶ Dominus tenetor ad expenſas factas tempore pacis, & belli pro cuſtodia fortalitii, *ibidem.* ¶ Adulter adulteræ legare poteſt, dummodo non ſit miles armatæ militiæ, ſive cœleſtis. *Capel. Thol. quæſtion. 114.* ¶ Milites noſtri temporis, ſi vacant armis gaudent privilegio antiquorum militum. *ibidem in additio.* ſed quomodo probetur quis miles, *vide ibidem.* ¶ Sicut militi non auferuntur arma, ita nec ſcholaribus libri ſunt auferendi. *Bald. ſingul. 130.* ¶ De jure militari habemus titu. in libris digeſtorum, *vide materia in titul. inſtitut. de milit. teſtament.* ¶ Qui miles non eſt, non militat, fit enim miles per ſolemnitates quaſdam, de quibus *vide in gloſſ. §. fin. Authent. de mand. Princip.* ¶ Nullus militem, vel fœderatum in domo, vel propria poſſeſſione retinere præſumat. *Authent. ut neque miles.* ¶ Qui vere dicantur milites, *vide per Azo. in ſumma tit. C. de milit. teſtam.*

TITULUS DXLVIII.

De acquirenda hæreditate, & ipſa hæreditate.

Generalia.

De jure deliberandi, *vide infra tit. de jure deliberan.* ¶ De aditione hæreditatis maternæ per filium hæredem patris inducente unionem bonorum paternorum, & maternorum, & non ſolutionem, *vide per Afflict. deciſ. 237.*

Cap. I. Hæres: Hæreditas: Aditio: Quid ſit.

Hæreditas eſt perſona imaginaria ſuſtinens vices defuncti. *§. 1. inſtitut. de ſtipul. ſervo.* ¶ Hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres, *Gome. Leo deciſion. 16. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* ¶ Hæreditatis appellatio continet etiam damnoſam hæreditatem juris enim nomen eſt, ſicut bonorum poſſeſſ. *119. ff. de verb. & rer. ſing.* ¶ Hæreditas dicitur jacens, ubi rerum hæreditariarum dominium à nemine adhuc eſt acquiſitum. *Ozaſe. deciſion. 56. num. final.* & hæreditas vacans, quando dicatur, *Capic. deciſ. 87. num. 6.* ¶ Partis appellatione, interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum eſt. *l. 145. ff. de ver. & rer. ſing.* ¶ Hæreditas patris dicitur quaſi debita filio. *Bart. in l. 3. C. de jur. & fact. igno.* ¶ Verba enunciativa emiſſa propter aliud, non operantur aditionem hæreditatis, maxime quando verba poſſunt aliud importare. *Vend. deciſion. 19. part. 2. num. 5.* ¶ Nihil aliud eſt hæreditas, quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *l. 24. ff. de verbo. & rerum ſignificat.* ¶ Quandoque bona defuncti nullum habent ſucceſſorem, & nullus ſperatur, & tunc bona non dicantur defuncti, nec dicitur hæreditas jacens, ſed dicuntur bona vacantia: quandoque dicta bona non habent ſucceſſorem de præſenti, ſed ſperatur ſucceſſor de proximo, & tunc prætor ſtatuit tempus ad adeundum: quandoque dubitatur, quod hæreditas diu jacere debeat, ſed tunc quid ſtatuendum, *vide per Dec. conſil. 509.* ¶ Adire cum ſacco, quid ſit. *Alciat. libr. 2. Parergon. cap. 8.*

Cap II. Qualis ſit.

In materia aditionis reperiuntur tres termini, nempe aditio, agnitio, & immixtio, ſed in quibus differant hi termini, *vide per Mar. in repet. ad l. ſi poteſt ff. de acquir. hæred. impreſſa in libro de ordine judic. fol. 627.* ¶ Differentia, quæ ſit inter hæreditatem, & bona vacantia, & hæreditas qualiter acquiratur: & aliud eſt hæreditas, aliud jus acquirendi, & aliud ipſe actus acquiſitionis, *vide Bart. in l. ſi ff. de milita. teſtam. & in l. gerit. ff. de acquir. hæred.* ¶ Inter hæreditatem jacentem, & vacantem hoc intereſt, quod jacens dicatur hæreditas, quando ſupereſt adhuc ſpes hæreditatem adiri poſſe, vacans vero ſi nullus naturalis, vel legitimus, uſque ad decimum gradum hæres exiſtat. *And. Gail. obſerv. 130. lib. 2. vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſu 150. & Dec. conſil. 344.* ¶ Jacenti hæreditati curator bonorum dandus eſt, idque ad petitionem creditorum, vel etiam ex officio judicis, ſed antequam curator bonis detur nominatim citari debent ſuccedentes proximiores, vel ex teſtamento ſuccedentes. *And. Gail. obſerv. 130.* ¶ Hæreditas ſuſtinet vices perſonæ defunctæ. *l. 9. C. depoſiti*, & per procuratorem adiri non poteſt, *gloſſ. in l. 5. C. mandati.* ¶ Hæreditas non hæredis, ſed defuncti perſonam ſuſtinet. *l. 34. ff. de acqu. rer. dom. & repræſent. §. ſervus, inſtit. de hæred. inſtitut.* & hoc verum ante aditionem; ſecus poſt. *l. 22. ff. de uſucap.* ¶ Hæreditas in multis pro domino habetur; ideo hæreditati quoque, ut domino per ſervum hæreditarium acquiritur, *vide l. 61. ff. de acqu. rer. dom.* ¶ Aditio hæreditatis debet eſſe pura, & non per verba ſuſpenſiva, vel conditionalia, & incerta cum ſit actus legitimus. *Cravet. conſil. 312. num. 3.* ¶ Mandatum de adeunda hæreditate eſt obligatorium. *l. 32. ff. mandati.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Aditio hæreditatis in ſolo animo conſiſtit, qui animus poteſt ubique, & coram quocunque, verbis declarari. *Mann. num. 2.* & per extrinſeca declaratur. *Bart. in l. 1. ff. de offic. procur.* ¶ Aditio hæreditatis non ſemper retrotrahitur ad tempus mortis. *Bart. in l. is, qui pro emptore.*

Digitized by Google

emptore. num. 40. ff. de uſucapio. ¶ Omnis hæreditas quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis contineatur. *Regn. 181. de regul. jur.* nam hæreditatis aditio retro ad tempus mortis trahitur. *l. 28. §. illud. ff. de ſtipul. ſervo.* ¶ In aditione hæreditatis perſona filii conſideratur, cui hæreditas delata eſt, *C. de bon. qua libr. l. fin. & in addit.* ¶ Jus adeundi non comprehendit in donatione omnium bonorum, & jurium: quia illud jus cedi non poteſt. *Vincent. de Franc. deciſion. 60.*

Cap. IV. Quæ requirantur, vel non.

Auctoritas curatoris pupilli adeundam hæreditatem non ſufficit, ideo ad hunc effectum ſpecialiter tutor datur, *l. 17. §. tut. ff. de appellatio.* ¶ Hæreditati furtum fieri non poteſt, quia ad hoc, ut fiat furtum requiritur quem poſſidere, quam poſſeſſionem non habet hæreditas. *l. 1. §. Scævola ff. ſi quis teſtam. lib. juſſ. fue.* ¶ Novem ſunt requiſita ad hoc, ut quis poſſit adire hæreditatem: primum erit, quod homo ſit liber: Secundum, quod ſit paterfam. Tertium ſit compos mentis, Quartum, quod ſit major 25. ann. Quintum, ſciat teſtatorem mortuum, Sextum, ſciat teſtatorem mortuum, Sextum, ſciat delatam ſibi hæreditatem, Septimum, quod credat teſtatorem potuiſſe teſtari: Octavum ſciat, quod nullus eum præcedat in ſuccedendo: Nonum, quod ſciat, ex qua cauſa delata ſit ſibi hæreditas, de quibus *vide per Mant. d. l. is poteſt, n. 104. & ſeqq. fol. 643.* ¶ Ad hoc, ut poſſit adiri hæreditas requiritur, quod conditio adjecta inſtitutioni exiſtat, & eam extitiſſe hæres ſciat, ſed in conditionibus juris ſufficit, quod exiſtat conditio, licet illius ſcientiam non habeat, *l. 21. ff. de condit. & demon.* ¶ Hæres, ut conſtituatur in mora adeundi hæreditatem, debet interpellari in judicio. *Bartol. in l. 44. ff. de damno infect.* ¶ Traditio non requiritur, ut dominium rerum hæreditariarum acquiratur hæredi, ſed aditio ſufficit hæreditatis. *Cravet. conſil. 202. n. 35.* ſecus in poſſeſſione. *ibidem.*

Cap. V. Qui: Quæ probare teneantur.

Hæredi non datur tempus ad deliberandum, ſi adverſarius offert ſeparatum probare ipſum hæredem jam adiviſſe, & eſſe hæredem ſimplicem. *Papon. libr. 21. titul. 9. arreſt. 1.* ¶ Creditores agentes contra hæredes aditionem hæreditatis probare tenentur. *Andr. Gail. obſerv. 128. libr. 2. Gom. Leon. deciſ. 16. in deciſ. diverſo. Cravet. conſil. 33. & conſilio 197. num. 5.* quia non præſumitur. *Dec. conſil. 652. num. 9.* ¶ Fallit, quando præſumptio legis contra filium militat, nempe, quia poſt mortem patris diu in domo paterna permanſerit, fructus, & reditus ex hæreditate perceperit, niſi filius probaverit ſe poſſediſſe ex alia cauſa, *Gail. obſer. 128. num. 12. Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 12. tit. 10.* ¶ Secundo fallit, quando filius à legatariis conventus, judicium ſuſcepit, ipſiſque non contradixit, quo caſu non eſt opus aliter probare immiſtionem. *Gail. d. obſervat. 128. numer. 17. Dec. conſilio 449. num. 11.*

Cap. VI. Quæ præſumantur, vel non.

Hæreditatis detentio per longum tempus facta per filium, facit præſumi juſſum patris præceſſiſſe, & aditionem ſequutam eſſe. *Bartol. ſing 153. & in l. 10. C. de peti. hæred.* ¶ Aditio hæreditatis præſumitur, ubi intervenit ceſſio ejus, cui hæreditas delata eſt. *Vincent. de Franc. deciſ. 32. num. 10.* tamen propter hanc ceſſionem, non poterit hæres conveniri à creditoribus hæreditariis, *Cravet. conſil. 290.* ¶ Inducitur aditio etiam ex declaratione voluntatis facta parte abſente, quia declaratio voluntatis non requirit partis præſentiam, *Cravet. conſil. 148. num. 10.* tamen reſponſio facta in judicio non præjudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis, ideo ſi hæres in judicio interrogatus an ſit hæres, reſpondeat affirmate, licet non eſſet hæres, ſibi non præjudicat quoad alios creditores abſentes, & non interrogantes. *l. fin. ff. de interrog. action. vide gloſſ. ibid. & Cravet. conſ. 1. pro genero. num. 366.* ¶ Fideicommiſſarius, niſi dicat ſe hæredem illius; qui ſuccedit, præſumitur potius ſuccedere ut fideicommiſſarius, quam uti hæres, quia quando actus poteſt fieri ab aliquo uti alio, nunquam cenſetur factus ab eo uti hærede. *Vent. deciſion. 19. part. 2.* ¶ Hæreditatis aditio præſumitur ex actibus, qui non poſſunt fieri citra jus, & nomen hæredis, *Afflict. deciſion. 14. num. 9. DD. de Rot. deciſ. 15. de conceſſion. prabenda in novis.*

Vel non.

Aditio non præſumitur ex eo, quod hæreditas ſit opulenta, *Vinc. de Franc. deciſ. 60. n. 22.* & quando eſt damnoſa ceſſat omnis dubitatio. *idem deciſ. 80. num. 9. Cravet. conſ. 33.* ¶ Aditio hæreditatis non præſumitur ex poſſeſſione rerum modici valoris. *Cravet. d. conſ. 33. num. 12.* ¶ Implementum conditionis non inducit aditionem hæreditatis, ſed etiam conditione impleta non dicitur hæreditas adita, niſi poſtea adeatur. *l. 13. ff. de condit. inſtitutio.*

Cap. VII. Aditio hæreditatis, quando inducatur, vel non.

Aditio hæreditatis, an perceptione fructuum inducatur, *Andr. Fach. lib. 6. cont. c. 52.* ¶ Hæreditatis aditio an inducatur ex habitatione domus paternæ. *Andr. Fachin. libr. 6. contr. cap. 53.* ¶ Aditio hæreditatis, an ex eo inducatur quia debita quis non ſolverit. *Andr. Fach. lib. 6. cont. c. 51.* ¶ Aditio hæreditatis an inducatur ex eo, quod hæres inventarium confecerit. *Andr. Fachin. lib. 6. cont. cap. 54.* ¶ Ex quibus conjecturis in extraneo hærede aditio hæreditatis inducatur, *Mant. libr. 11. de conject. tit. 12.* quando ipſa aditio inferatur, & quando non, *vide Nate. conſ. 448.* ¶ Aditio hæreditatis inducitur ex voluntate, actu, vel verbis declarata, *Cravet. conſ. 148. num. 10.* ¶ Si dubitetur, an poſſidens bona, (quæ erant defuncti) cenſeatur ex actu poſſidenti, vel ex aliis actibus adire hæreditatem, conſiderandum eſt, an actus ſit æquivocus, & tunc ejus declarationi ſtatur cum juramento, aut actus ſit univocus, & tunc infertur aditio, *Raud. tract. de Analog. cap. 24. num. 53.* ¶ Ipſa aditio inducitur per exactionem debitorum paternorum, ſecus per ſolutionem, ſed *vide Nattam. d. conſil. 140. & Math. ſingul. 35.* ubi tenet contrarium. ¶ Solutio debitorum hæreditariorum aditionem importat. *Magon. deciſion. Luc. 24. num. 20. Dec. conſ. 449. Natt. conſil. 140.* ideò hæres opponens compenſationem ex eo, quod dicitur ſolvere ex neceſſario antecedenti, fatetur aditionem. *Magon. ibidem. d. deciſ. 44* ¶ Per quæ verba, & per quos actus inducatur hæreditatis aditio, *Mant. part. 4. diſt. 9. judic. n. 43.* quo loci tradit caſus 38. per quos hæreditas adiri poteſt. ¶ Arguitur aditio, quando quis plus reperitur poſſidere quam ad eum pertineat ex cauſa non hæreditaria, *Cravet. conſ. 33. num. 14.*

Vel non.

Aditio hæreditatis non inducitur, quando poſſidet quis bona hæreditaria ex alia cauſa, quam hæreditaria, & cenſetur poſſidere ex cauſa utiliori, & an poſſederit quis ex alia cauſa ſtandum videtur ejus juramento. *Cravet. conſ. 33. num. 11. vide eundem Cravet. conſil. 197. num. 4.* ¶ Actio non inducitur ex actu ambiguo, qui poteſt fieri duplici modo, nempe ab eo, qui ſit hæres, & ab illo, qui non ſit hæres, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 12. tit. 9. num. 6.* & hoc caſu ſtatur declarationi, non ſolum hæredis, ſed etiam ejus hæredis, *Cravet conſil. 197. num. 4.* ex quibus actibus non inducatur, *vide ibidem, Mant.*

Cap. VIII. Quando probetur, vel non.

Teſtator præſumitur velle quod hæres adeat hæreditatem, tamen actor, qui agit tanquam hæres extraneus debet probare ſe hæredem eſſe, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 9.* ¶ Probatur quis hæres per teſtamentum, in quo eſt inſtitutus, vel per teſtes in teſtamento deſcriptos: item, ſi geſſerit ſe pro hærede, vel ſi probetur, quod adierit hæreditatem. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de lite. oblig. art. 9. gloſſ. 3.* quid ſi proximior in gradu bona ſibi delata poſſideat, *vide per Rebuff. ibidem.* ¶ Quatuor ſunt, quæ aditionem hæreditatis probant, nempe actus acquiſitionis, actus tranſlativus, actus poſſeſſivus, & declaratio facta verbo. *Matth. Matheſ. ſing. 35. num. 5.* tamen ne hæres ex hujuſmodi geſtis hæreditatem adire videatur remedium eſt, quod is ab initio proteſtetur, ſe nihil geſturum animo adeundi hæreditatem, *ibidem in additio. num. 7.* ¶ Hæreditatem aditam aſſerenti incumbit onus probandi: quia aditio non præſumitur, quum ſit facti, quapropter debet plene probari, *idem Franc. dict. deciſ. 60. Magon. deciſ. 148 Rot. Flor. & Mant. de conject. ult. volunt. libr 12. titul. 9.* ¶ Si hæres in memoriali ſcripſerit ſe adiviſſe hæreditatem, talis ſcriptura probat aditionem. *Marc. de Mant ſing. 314.* ¶ Aditio per habitationem domus, & retentionem aliorum bonorum hæreditariorum probatur. *Magon. deciſ. 16. num. 15.* ſaltem præſumptive, tamen ille qui poſſidet, poterit probare ſe poſſidere ex alia cauſa, *Andr. Gail. obſervat. 128. lib. 2. vide Dec. conſ. 140. Bartol. in l. 4. C. unde legitimi.* ¶ Aditio hæreditatis quomodo probetur, & an debeat apparere de certa animi deliberatione? *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. Foren. quæſt. 51. libr. 2.* ¶ Filius probando patrem eſſe defunctum, & ſe eſſe filium, non habet neceſſe probare aditionem. *Rota. Genuen. deciſion. 2. num. 8.*

Cap. IX. Qui dicatur, cenſeatur adire, vel non.

His verbis, volo hæreditatem adire, an cenſeatur adita hæreditas, *Andr. Fach. lib. 6. cont. cap. 50.* ¶ Conſtituens procuratorem uti hæres ad recuperandum bona hæreditaria, dicitur facere actum, qui non poteſt fieri citra jus, & nomen hæredis; ideo cenſetur adire. *Rot. Genu. deciſ. 105.* an quis dicatur adire eo ipſo, quod conſtituit procuratorem adeundem hæreditatem, *vide Vinc. de Franc. deciſ. 60. num. 515.* ¶ Hæres ſatis dicitur adiviſſe hæreditatem defuncti dum dicit, bona ipſius defuncti ad eum ſpectare. *Gram. deciſ. 103. num 205.* ¶ Si mater deceſſerit ſuperſtitibus filiis qui ſunt hæredes patris & matris debitores in dote, ſi dicti filii ſtant per annum, quo non ſolverint dotem, videntur hæreditatem ipſius matris adire, *Bart. quæſt. 10 num. 15.* ¶ Idem quando ſunt ipſi filii debitores, ſive habeant patrem legitimum adminiſtratorem, aut tutorem, *Bart. ibidem.* ¶ Quibus verbis videatur quis adire hæreditatem, vide eundem, *Mant. eod. lib. tit. 11.* ¶ Ex non facto an, & quando animus adeundi hæreditatem concipi poſſit, *vide Mant. ibid. tit. 13.* ¶ Adiviſſe an videatur, qui cum eſſet debitor hæreditarius veniente die non ſolverit, *vide ibidem.* ¶ Conditionem implens, quando videatur adire hæreditatem, *vide Bart. in l. 1. ff. de condictio. cauſ. dat. & in l. 86. ff. de hæredib. inſtitut.* ¶ Vir diſtribuens pannos uxoris defunctæ amore Dei, dicitur ejus hæreditatem adire: idem in eo, qui retinet per annum dotem uxoris, & etiam hæreditas, ſi detinetur per annum videtur adita, *vide Bartol. in l. 16. ff. de jure dot.* ¶ Adire videtur hæreditatem, qui alienat rem hæreditariam. *Venul. deciſ. 26. part. 2. vide Vinc. de Franc. deciſion. 80. Jacob. Put. deciſ. 447. lib. 1. Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12. num. 10.* hoc verum in filiis, & aliis deſcendentibus: ſecus in aliis hæredibus. *P. ſpon. lib. 21. tit. 6. arreſt. 3.*

Vel non.

Hæreditas non dicitur adita per hæredem in teſtamento inſtitutum, propter proteſtationem præcedentem ſecretè factam. *ibidem Venu. deciſ. 68.* ¶ Ex generali acceptatione, & reſtitutione fideicommiſſi non cenſetur adita hæreditas hæredis gravati (qui etiam inſtituerat hæredem fideicommiſſarium) ad hoc, ut ipſe fideicommiſſarius teneatur ad onera hæreditaria ipſius ſecundi teſtatoris gravati. *Cravet. conſil. 33.* de ratione hujus deciſionis, *vide in conſil. 144. ejuſdem.* ¶ Sola confectio inventarii hæreditatem non adit. *Franc. Marc. quæſt. 28. part. 1. qu. 489. part. 2.*

Cap. X. Quando fiat aditio.

Per ceſſionem, vel in ſolutum dationem bonorum, vel jurium hæreditatis, an hæreditas adita eſſe cenſeatur, ſi proteſtatur, is qui cedit, vel in ſolutum dedit ſe non animo adeundi cedere, vel inſolutum dare. *Andr. Fach. libr. 6. contr. cap. 55.* ¶ Aditio hæreditatis an facta ſit per aliquos actus, in dubio recurrendum eſt ad qualitatem factorum, vel perſonarum, vel ſtandum eſt declarationi juratæ. *Natt. conſ. 140. Tom. 1.*

Cap. XI. Quando prohiberi poſſit.

Teſtator an prohibere poſſit hæreditatis aditionem, donec legata ſint ſoluta, *vide Boer. deciſ. 41.* ¶ Ignorantia juris quando impediat aditionem hæreditatis, *vide per Bart. in l. 21. ff. de condit. & demonſtratio.* ¶ Incertitudo naſcendorum non impedit cohæredem adire, licet, quæ portio competat ſibi, ſit incertum. *l. 5. ff. ſi pars hæred. pet.*

Cap. XII. Qui adire poſſit, debeat, vel non.

Si monachus cui delata eſt hæreditas adire nolit, an poſſit eo invito monaſterium adire. *Andr. Fachin. libr. 6. contr. capit. 17.* ¶ Si monachus deceſſerit ante aditam hæreditatem, an monaſterium poſſit adire. *Andr. Fach. libr. 6. contr. cap. 18.* ¶ An hæreditas per procuratorem adiri poſſit, *Andr. Fach. lib. 6. contr. cap. 46. vel 44.* ¶ Hæreditas ſi delata ſit filio alicujus furioſi, an poſſit abſque conſenſu patris adiri, ut nullum inde emolumentum patri acquiratur, *And. Fach. lib. 6. cont. cap. 38.* ¶ Ille cui ad inſtantiam creditoris ſtatuitur tempus, intra quod adeat, vel repudiet, ſi intra illud tempus nihil fecerit, quid juris, *vide Bartol. qu. 10. num. 3.* ¶ Poteſt tamen teſtator ordinare, ut hæres adeat verbo tantum, & poſtea abſtineat ab adminiſtratione bonorum, donec ſolverit legata, *Boer. deciſ. 41. n. 5.* ¶ Mulier poteſt adire hæreditatem ſine conſenſu propinquorum, tanquam quid proficuum: quia hæreditas in dubio præſumitur lucroſa, & qui vult dicere contrarium, hoc probare debet. *Joſiph. Lud. deciſ 45. Luc.* ¶ Hæres dicitur adire hæreditatem gerendo ſe pro hærede in aliquo actu, vel nuda voluntate, re vel verbis declarata. *§. item extraneus, inſtit. de hæred. qualit. & differen.* ¶ Hærede inſtituto, & filio exhæredato, hæres adire infra ſex menſes debet, ſi eſt præſens, & infra annum ſi eſt abſens; alias habetur pro repudiante, *l. pe. §. illud. C. de inoff. teſta.* ¶ Hæres hæredis quando cogatur adire, ſi hæres potuerit adire, & non adiverit, & ſi incapax res rogatur reſtituere, an cogatur adire, *vide Bart. in l. 14. C. de fideic. n. 4.* ¶ Hæres poteſt cogi à fideicommiſſario adire & reſtituere, *l quia poterat. ff. ad Treb.* tamen non poteſt cogi adire, niſi omne damnum, quod timet, ſarciatur, vel à prætore remittatur, *l. apud acta ff. eo.* ¶ Filiusfam. Magiſtratus poteſt cogere patrem adire, & reſtituere. *l. ille à quo. ff. eo. §. final. cum l. ſeq.* ¶ Etiam ad petitionem unius ex fideicommiſſariis poteſt hæres cogi adire, & reſtituere totum, & ille, cui totum reſtituitur, à confideicommiſſario quartam non detrahit. *l. cogi. §. Mevianus. ff. ad Treb.* ¶ Ad petitionem filii in poteſtate poteſt pater cogi adire, & reſtituere, ſecus ad petitionem ſervi. *§. ſi pater. d. l. cogi.*

imo

Imo patronus poteſt cogi adire, & reſtituere ante pœnitentiam. *l. ita tamen. §. ſi patronus. ff. ad Trebell.* ¶ Interdum ſubſtitutus cogitur adire propter fideicommiſſum ſubſtituto pupillariter injunctum, & aditio facta ex vi reſtitutionis in integrum, firmat ſubſtitutionem pupillarem, *l. 2. §. interdum. ff. de vulgari.* ¶ Tutor adit hæreditatem nomine infantis, ſed ſi eſt major infantia, adit ipſe pupillus cum auctoritate tutoris, neque unus ſine alio adire poteſt, *DD. in l. 3. qui admitti, & in l. potuit. C. de jur. delib.* ¶ Mulier contrahere prohibita, non tamen prohibetur adire hæreditatem ſibi delatam. *Joan. de Arnono. ſingul. 15.* ¶ Qui quartam Trebellianicam retinere non vult, conſultius facit, ſi adierit coactè, quam ſi ſponte adiret. *l. qui totam. ff. ad Trebell.* ¶ Pater ſi ſit furioſus, filius poteſt adire hæreditatem ſibi relictam, & ſibi ipſi quærere ſine juſſu patris, *Bart. ſingul. 81. Pet. de Raven. ſingul. 9.* tamen ſi filius moriatur antequam adeat, pater non poteſt adire, *Bartol. in l. 8. C. de bon. quæ lib.* ¶ Hæres inſtitutus poteſt perpetuo hæreditatem adire, niſi tempus eſſet à judice ad inſtantiam ſubſtituti, vel aliorum (quorum intereſt) præfixum adeundi: quia tunc lapſo termino non poteſt poſtea adire. *Guid. Papon. quæſt. 332.* ¶ Inſtitutus pro parte vel ſemiſſe pure, & pro parte ſub conditione, poteſt adire hæreditatem. *Capic. d. deciſ. 194. num. 14.* ¶ Adventitiam hæreditatem adire poteſt filiusfamil. inſcio, & etiam invito patre, *Marant. ad l. is poteſt. de acquir. hæred. num. 6. vide num. 9. Bartol. in l. 1. C. qui admitti,* ſed profectitia hæreditas quæ dicatur, *vide ibid. num. 7.* ¶ An hoc, ut hæreditas poſſit adiri, eſt neceſſe, quod ſit delata prius, & tunc dicitur delata, quando eſt in tali ſtatu, ut poſſit adiri per hæredem, ſed quando poſſit adiri, *Marant. ibid. num. 16.* & potentia adeundi conſideratur tripliciter, *vide ibid. num. 212. & num. 265.*

Vel non.

Tutor ſolus non adit hæreditatem, quando pupillus eſt major infantia. *Bartol. in l. 9. ff. de tut. & curat. dat. ab his.* ¶ Hæres negligens adire hæreditatem, hæreditas devolvitur ad venientes ab inteſtato, vel ad fiſcum, *Capel Tholoſ. quæſt. 89.* ¶ Debitor ad inſtantiam creditorum non cogitur adire, imo tali juri adeundi poteſt renunciare in præjudicium creditorum, *Vincent. de Franc. deciſ. 101.* ¶ Rogatus de reſtituenda re, vel quantitate non poteſt compelli adire, ſecus ſi de univerſitate rerum, vel quota ipſarum. *l. nam. quod §. non omnis, ff. ad Treb.* ¶ Incertus de morte teſtatoris, vel ejus, cui ab inteſtato ſuccederet, hæreditatem adire non poteſt, *l. 4. C. de poſtlim. reverſ.* ¶ Renuncians hæreditati maternæ, eam poſtea non poteſt adire, *l. 2. C. de jur. & fact. ignor.* ¶ Etiam pupillus adeundo, vel immiſcendo videtur quaſi contrahere cum legatariis & creditoribus hæreditatiis. *leg. 3. §. fin. & l. 4. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. §. 2. inſtitut. de auctor. tut.* tamen non poteſt adire ſine auctoritate tutoris, *d. §. 2. inſtit. de auct. tut.* ¶ Hæreditas capti ab hoſtibus adiri nonpoteſt, ſi de morte ſua dubitatur. *Capic. deciſ. 194. num. 10.* ¶ Nemo cogitur ſe adſtringi hæreditariis actionibus, propter legatum. *l. non eſt cogendus. ff. ad Trebel.*

Cap. XIII. Quæ adiri poſſint, vel non.

Hæreditas ex teſtamento, quo filius fuit inſtitutus ſub conditione caſuali, quo jure adeatur, *Bartol. in l. 4. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ¶ Hæreditas furioſo delata poteſt per ejus curatorem adiri, ita ut ſi furioſus efficiatur ſanæ mentis, poſſit eam ſibi retinere, vel reſpuere, etſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutum devolvitur, & illo non exiſtente, ad eos qui ſuccederent, ſi furioſus in medio non fuiſſet. *l. 5. tali itaque. C. de cura. furio. prodig.* & hæreditas ipſa non poteſt agnoſci ſine auctoritate tutoris, vel curatoris furioſi, qui tenetur, ſi non utiliter fuerit auctoratus. *l. 11. ff. de auctor. & conſenſu tutor.* ¶ Hæreditas defuncti poteſt adiri clauſis tabulis. *l. unica. §. cum igitur. C. de caduc. tollen.* ¶ Quando dubitatur, an aliquis ſit vivus, vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas, ſed interim debet dari curator bonis abſentis. *Dec. conſil. 575.* ¶ Hæreditas non poteſt pro parte adiri, ſed in totum debet adiri, aut in totum repudiari. *Marc. ad l. is poteſt num. 18.* ubi reg. limitatur usque ad num. 40. ideo valet aditio hæreditatis facta inſolidum ab eo, cui hæreditas tantum pro parte competebat. *Dec. conſil. 14.*

Cap. XIV. Qui ſint effectus.

An vulgaris ſubſtitutio pluribus facta copulative uno adeunte expiret. *Andr. Fach. lib. 4. cont. cap. 72.* ¶ Hæres qui ſimpliciter adimit hæreditatem nulla facta proteſtatione de inventario conficiendo, an beneficiis ejusdem poſtea confecti perfruatur. *Andr. Fach. lib. 6. cont. cap. 28.* ¶ Si filius aſſerat, ſe aliqua bona poſſidere patris defuncti pro ſua legitima, an videatur adiviſſe hæreditatem ſibi teſtamento relictam. *And. Fach. lib. 6. cont. cap. 56.* ¶ Hæredes adeundo hæreditatem ex quaſi contractu, ex aditione ſe obligat creditoribus, & legatariis. *Gram. deciſ. 103. vide ſupra titul. de hæredit. actio. Boer. conſil. 53. Rebuff. tractat. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 2. num. 35.* ¶ Debitum ab hærede per aditionem confuſum in actionem ex teſtamento devolvitur. *l. deduct. ff. ad Treb.* ¶ Aditio, quæ fit coactè naturalem obligationem non perimit, bene civilem. *l. debitor. ff. eod.* ¶ Aditio coacta conditionem implet. *l. qui ita. ff. eod.* ¶ Juſſus de adeundo in perſona hæredis recuſantis adire, transfert onus reſtitutionis in ſubſtitutum vulgarem, & cohæredem ejus ſine quartæ detractione. *l. 4. C. ad Senatusconſult. Trebell.* ¶ Confeſſio hæredis aſſerentis aliquem eſſe ſuum cohæredem, (qui vere non eſt) non præjudicat, & poteſt ſimpliciter revocari, niſi eſſet libellus præſentatus & lis conteſtata. *Vincent. de Franc. deciſ. 60. num. 16.* ¶ Aditionem hæreditatis, ſi quis per calumniam impedierit, ad intereſſe tenetur, *ibid. num. fin.* ¶ Si differatur aditio hæreditatis, poteſt unus ex creditoribus hæreditariis dari curator. *l. 8 & 9. ff. ex quib. cau. in poſſeſſ. eat.* ¶ Aditio hæreditatis, quando inter creditorem & debitorem vim ſolutionis habeat, *Afflict. deciſ. 257.* ¶ Licet hæreditas non ſit adita, tamen legata debentur propter clauſulam codicillarem, quando talis clauſula eſt concepta per verba futuri temporis. *Dec. conſil. 652. num. 12.* alias non valent diſpoſita in teſtamento, niſi adeatur hæreditas, *l. 9. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Adita hæreditate per creditorem actiones perſonales omnino extinguntur, ſed realis non: quia durant etiam facta reſtitutione, *vide DD. in rub. ff. ſi cert. pet.* ¶ Hæres decedens intra annum ſciens hæreditatē ſibi delatam, tranſmittit jus deliberandi ad ſuum hæredem: ſed ſi ejus hæres ignorans intra annum deceſſerit, tertius hæres propter ſcientiam primi hæredis adire poterit. *Bartol. in l. 16. §. in hæredem ff. de eo, quod metus cauſa.* ¶ Qui coactus adivit, perdit perceptiones, niſi fuerint relictæ ſub conditione, ſi hæres non erit, ſed tunc refunduntur à fideicommiſſario, non à cohærede. *§. ſi pupillus d. l. ita tamen* ¶ Exiſtentia ſui hæredis operatur, ut hæreditas non dicatur jacens, *Franc. Marc. quæſt. 428. part. 1. & quæſt. 491. part. 2.* ¶ Adita hæreditate patris, vel matris per filium, bona non dicuntur amplius paterna, vel materna. *Vincent. de Franc. deciſ. 171.* ¶ Hæres adeundo hæreditatem non cenſetur approbare, quæ teſtator diſpoſuit contra prohibitionem legis, puta relinquendo ſpurio, vel aliter. *Cravet. conſ. 200.* ¶ Hypothecaria an extinguatur aditione hæreditatis, *vide per Vincent. de Franc. deciſ. 80.*

¶ Confeſſio facta, qua quis reſpondet ſe eſſe hæredem, intelligitur inventarii jure ſalvo, *Cravet. conſil. 1. pro genero, num. 46.* ¶ Quando quis acceptat hæreditatem reſervato jure reſtituentis hæreditatem, ſibi non præjudicat, quia poſſit conficere inventarium, ne teneatur ultra vires hæreditatis, *Cravet. conſ 33. num. 17.* ¶ Hæreditatis aditio debitum non confundit, niſi pro hæreditaria portione, *l. 7. C. de negot. geſt.* ¶ Si tutor, vel curator auctoritatem præſtet pupillo, vel adulto adeundi hæreditatem ex teſtamento in quo tutor ipſe, vel curator eſt præteritus, vel exhæredatua, ſibi non præjudicat, quo minus teſtamentum impugnare poſſit. *l. 26. Cod. de adminiſtrat. tut. vel curat.*

Cap. XV. Quæ valeant, vel non.

Quando minor eſt reſtitutus adverſus aditionem, geſta per eum non ſcinduntur, *l. 23. ff. de minor. 25. ann.* ideo libertates datæ, & ſolutiones creditoribus factæ, non revocantur. *l. 32. ff. eod.* ¶ Quando ex facto teſtatoria cadit error in additione, tunc aditio dicitur nulla ex defectu conſenſus, & voluntatia adeuntis. *idem Put. decis. 421. lib. 3.* ¶ Minor hæreditatem ſine tutore, vel curatore ſi adeat, aditio ex defectu conſenſus nulla eſt, ſi deceptum ſe inveniat. *Put. deciſ. 404. lib. 3.* ¶ Hæreditate vacante finiuntur, & extinguntur omnia, etiam ad hæredes tranſitoriæ: fallit in pignore. *Capic. ibid. n. 7. & 9.* ¶ Dubium ſuperveniens non tollit aditionem jam factam, licet impedire faciendam. *Bartol. in l. 1. §. neceſſario. ff. ſi ventris nomine mulier.*

Cap. XVI. Hæreditas, quando teneri, poſſideri dicatur.

Quando mulier mortuo marito dicatur poſſidere bona mariti pro juribus dotis ſuæ, & quando talis poſſeſſio dicatur eſſe penes hæredem, *vide Dec. conſ 232.* ¶ In bonia emphyteuticia, ſi pater ea pro ſe, & filiia receperit, filius repudiata patris hæreditate, poterit ipſa bona retinere. *Andr. Gail. obſervat. 128. lib. 2. num fin.* ¶ Licet quis adeundo hæres efficiatur, dominiumque omnium rerum hæreditariarum acquirat, non tamen poſſidere dicitur, niſi poſſeſſionem ipſarum rerum apprehendat, nec ſufficit apprehendere poſſeſſionem unius rei. *Andr. Gail. obſerv. 129. lib. 2. facit l. 23. ff. de acq. vel amitt. poſſeſſ.* de ratione diverſitatis *vide per Hartm. cap. 4. lib. 2. tit. de hæredit.* ¶ Hæreditaria bona tenena, ea poteſt tenere citra jua. & nomen hæredis, quando aliunde apparet de alio titulo, niſi aliter conſtiterit quam hæredem eſſe. *Franc. Marc. quæſt. 431.*

Cap. XVII. Qui dicatur immiſcere, vel non.

Ex quibus conjecturia filius videatur ſe immiſcere hæreditati patria, *Mant. lib. 12. tot. tit. lib 10.* & hæreditatis aditio ex quibus præſumatur, *vide per Boer. deciſ. 35. num. 25.* ¶ Miſcere & abſtinere pertinent ad ſuos hæredes, adire & repudiare pertinent ad extraneos, *gloſſ. in d. §. extraneis.* ¶ Filio non licet ſe immiſcere cauſa creditorum fraudandorum. *Bartol. in l. 67. ff. ad Trebell.* ¶ Immiſcere ſe qui deſiderat defuncti patris mortem probare debet. *Franc. Marc. quæſt. 373.* hæreditas quoque antequam poſſit adiri explorandum eſt de morte. *Capic. deciſ. 194. num. 11.* ¶ Teſtibus hincinde examinatis pro aditione, & econtra, debent teſtes præferri, qui depoſuerunt pro aditione. *Mago. deciſ. 17. Rot. Flor. & deciſ. 148.*

Cap. XVIII. Quæ, quibus requirantur.

Filio in poteſtate minore 25. ann. hæreditatem recuſante adire, vel quærere id, quod quæſitum, quæreretur patri quoad uſumfructum, pater ſolus poteſt ſibi acquirere, & ei, & in eum dantur actiones, non in filium ſimiliter econtra. *l. fin. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Qui habet jus adeundi, non dicitur habere aliquod jua quæſitum: quia nihil acquiſivit antequam effectualiter adierit. *Mant. l. is poteſt num. 271.* ideo tale jus non venit appellatione bonorum, ſed ſub appellatione jurium & actionum. *Dec. conſil. 442.* ¶ Ille, qui hæreditatem ab inteſtato adiit, an variare poſſit, & ſucceſſionem ex teſtamento petere, *vide per Ozaſch. deciſ. 54.* ¶ Homo liber hæreditatem nobis acquirere non poteſt, ſecus in eo, qui bona fide nobis ſeruit aliquibus concurrentibus, *de quibus vide per gloſſ. in l. 44. de uſucapio.* ¶ An quæ acquiſiverit filius vivente patre, ſint filii, aut patria, & quomodo. *Rol. conſ. 54. Tom. 3.*

Cap. XIX. Quando præſcribi poſſint, vel non.

Singulæ res hæreditariæ non poſſunt præſcribi: quia contra hæreditatem jacentem non datur præſcriptio. *Natt. conſil. 488.* ¶ ¶ Juri adeundi hæreditatem præſcribitur ſpat o 30. annorum. *Gram. deciſ. 103. numer. 46. Jacob. Put. deciſ. 34. lib 3. Mynſing. obſerv. 71. cent. 2. vide Bartol. in conſil. 129. volum. 1.* tamen tunc agi poteſt judicio poſſeſſorio ab inteſtato. *Put. d. deciſ. 54.* ſed quid de jure immiſcendi, *vide Mynſing. obſervat. 71.* tunc filius poterit adhuc adire intra alioa 30. annos ut agnatus. *Natt. conſil. 448.*

Cap. XX. Promiſſor: Hæres, quis dicatur.

An hæres, qui volt adire ſimpliciter, excludat hæredem volentem adire cum beneficio legis, & inventarii, vide quandam deciſionem Senat Pari. *in deciſ. diverſ. fol. 223. Boer. conſil. 53.* ¶ Sepeliena defunctum quando videatur gerere ſe pro hærede, & tutius eſt facere proteſtationem, *vide Bartol. in l. 4 ff. de religioſis.* ¶ Quilibet hærea poſt aditionem non repudiat, niſi ſit minor, qui reſtituitur: hodie tamen adeundo cum beneficio legis, & inventarii ſecurus eſt hæres, non teneri ultra vires hæreditatis. *§. extraneis autem, inſtitut. de hæred. qualit. & different.* de quo inventario, *vide ſupra.* ¶ In Regno Franciæ ſtatim mortuo anteceſſore, hæres efficitur poſſeſſor bonorum nulla apprehenſa poſſeſſione, etiamſi veniat ad ſucceſſionem virtute ſucceſſionis ſibi factæ à ſorore. *idem Papon. lib. 11. titul. 6. arreſt. 1.* & hæc conſuetudo valet. *Franc. Marc. quæſt. 527. part. 2.* ¶ Hoc procedit etiam de jure communi quoad filios, & deſcendentes; ſecus quoad alios hæredes. *Pap. lib. 11. titul. 6. arreſt. 2.* ¶ Fiſcus aliquid capiena pro pace mortis patris, an videatur ſe gerere pro hærede, *vide Boer. deciſ. 121. num. 5. Jul. Clar. in ſua Pract. crimin. quæſt. 58. Marant. in ſuo Specul. part. 4. diſt. 9. judic. n. 138.* ¶ Quod dicitur, ſi filius, ergo hæres, habet locum in agendo, ſecus ſi filius conveniatur: quia tunc debet probari aditio: imo in materna hæreditate etiam in agendo non habet locum. *Reg. Mag. deciſ. Luc. 62. num. 11. Andr. Gail. obſerv. 128. libr. 1. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 10. Mag. deciſ. 44. Rot. Flor.*

Vel non.

Filius antequam ſe immiſcuerit non dicitur hæres in effectu, & hæreditas non cenſetur ei quæſita: quia licet ſit ſuus hæres patris, propter beneficium abſtinendi de illo judicatur idem, quod de extraneo. *Dec. conſil. 442. num. 14.* ideo non poteſt condemnari pro debito paterno, niſi probetur ſe immiſcuiſſe bonia paternis. *Natt. conſil. 140. Tom. 1. Menoch. conſil. 116. vol. 2. num. fin. Dec. conſil. 334.* licet quando tractatur de commodo ipſius filii exiſtentia ſui hæredis illum faciat hæredem etiam errantem, & jus ignorantem *leg. 20. §. apud ff. ſtipul. ſervo.* nam in ſuis hæredibus aditio non eſt neceſſaria. *l. in ſuis. ff. de ſuis. & legit. hæred.*

Cap. XXI. Ad quæ teneatur, vel non.

Hæres dubitans ne viribus hæreditatis, debet curare fieri citationem per ploclama contra omnes creditores, ut veniant ad edendum inſtrumenta debiti hæreditarii ipſi hæredi, ad hoc ut poſſit deliberare, an hæreditatem adire poſſit, vel non, tunc creditores ſic vocati ad præſtitutum diem non venerint, nec de ſuis creditis docuerint ſibi præjudicant, nec hæres ipſis amplius reſpondere obnoxius erit. *Mynſing. obſer. 47. centur. 2.* ¶ Aditio hæreditatis ſi ſit erronea, non tenetur hæres ad aliquod factum defuncti, & confeſſio ex eadem aditione reſultans nulla eſt. *Jacob. Put. deciſ. 404. lib. 3. vide ibid. dec. 421.* & aditio dicitur nulla, quando error eſt in quota inſtitutionis. *Vera. deciſ. 68. part. 2.*

Cap. XXII. Quando detur reſtitutio.

Minor adverſus aditionem, non poteſt reſtitui infra tempus legitimum. *l. 1. C. ſi tutor, vel curator, & l. 1. C. ſi minor ab hæreditate, & ibi per totum.* ¶ Ipſe minor adverſus aditionem reſtituitur, etiamſi major factus intra tempora reſtitutionis exegerit aliquot credita hæreditaria. *l. 3. §. Scio. & l 7. §. non ſolum. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Minor poteſt reſtitui, ut adeat hæreditate. *l. 1. C. ut omiſſa hæreditate.* ¶ Reſtitutus ut adeat, poteſt reſtitui ut repudiet, & econtra. *l. 7. ff. de minor. 25. ann.*

Cap. XXIII. Miſcellanea.

Lege obvenire hæreditatem non improprie quis dixerit, etiam eam, quæ ex teſtamento defertur. *l. lege obvenire. ff. eod.* ¶ Statutum, quod minor non poſſit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, non habet locum in filio, retinente patris hæreditatem. *Dec. conſil. 331.* ¶ Fiſcus, & cauſa pia, etiam non conficientes inventarium, non patiuntur pœnas, *de quibus in l. ſancimus. C. de jure deliberandi. Guid. Pap. quæſt. 571. num. 3. & 4.* ¶ Licet ex actu inutili transferatur poſſeſſio, tamen competit condictio ſine cauſa, vel indebiti, aut triticaria ad eam recuperandam, *Cravet. conſil. 248. num. 6.* ¶ An inter mortem, & aditionem in ſuo hærede ſit dare medium, *vide per Bartol. in l. fin. ff. de condition. inſtit. num. 5.* ¶ Hæreditariæ res pendente tempore deliberandi apud hæredem eſſe debent. *Franc. Marc. quæſt. 27.* ¶ Contra eum, cujus dolo quis adit hæreditatem, ſuccurritur per actionem de dolo, vel ſi eſt creditor per doli exceptionem. *l. fin. ff. de dol. mal.* ¶ Hærede minore mortuo ante aditam hæreditatem, ejus hæres poterit petere reſtitutionem ad adeundum. *Bartol. in l. 1. Cod. de reſtit. milit.* ¶ Pendente tempore dato ad deliberandum, vidua poteſt petere ſibi provideri in bonis mariti defuncti ratione ſuæ dotis. *Joan. Pap. lib. 15. tit. 4. arreſt. 15.*

TITULUS DXLIX.

De bonorum poſſeſſionibus.

Cap. I. Bonorum poſſeſſio: Quid ſit: Qualis ſit.

Bonorum poſſeſſiones tres ſunt, quæ non tribuunt jus. *l. 8. §. ſequenti, & ibid. gloſſ. ff. de inoff. teſt.* ¶ Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quandoque convertitur in ſecundum tabulas, & econtra, *vide Marc. de Mant. ſing. 66.* ¶ Prætor bonorum poſſeſſores hæredis loco in omni cauſa habet. *Reg. 118. de Reg. jur.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Inſtitutum poſſe beneficio præteriti, intentare bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quomodo intelligatur, *Marc. de Mant. ſingul. 173. & ſing. 181.* ¶ Bonorum poſſeſſio intelligitur, quoties novo jure ſucceſſio defertur ex conſtitutione alicujus, qui ſit Principe inferior. *Mant. de conject. lib. 12. tit. 5. num. 4.* ¶ In bonorum poſſeſſione contra tabulas non fiunt plenæ probationes, *Bartol. in l. 1. C. quorum bonorum.*

Cap. III. Actio, quando competat.

Bonorum poſſeſſori de jure prætorio competit actio hæc, in qua tantum venit, quantum in petitione hæreditatis, *l. 1. ff. de poſſeſſ. hæred. pet.* ¶ Agnita bonorum poſſeſſione, ſi bonorum poſſeſſor vult conſequi bona corporaliter, debet experiri interdicto, quorum bonorum contra eum, qui tenet bona hæreditaria, *l. 1. ff. quorum bonorum.*

Cap. IV. Quando concurrat, vel non.

Aditio hæreditatis, & bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas concurrunt, non tamen bonorum poſſeſſio contra tabulas, *vide Marc. de Mant. ſingul. 71.* ¶ Bonorum poſſeſſio contra tabulas, & ſecundum tabulas regulariter non concurrunt, *Marc. Mant. ſing. 73.*

Cap. V. Quando agnoſcatur, vel non.

Ex quibus verbis, & conjecturis videatur quis bonorum poſſeſſionem agnoſcere, *vide plene per Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. titul. 15. fol. 336.* ¶ Bonorum poſſeſſionem agnoſcens, videtur de jure Civili adire, ſi poteſt, *Bart. ſing. 184.* ¶ Tutor ſolus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem pupillo delatam, non econtra poteſt ſolus pupillus agnoſcere ſine tutore, niſi Judex ex ſcientia defectum tutoris ſuppleat, *l. 7. Cod. qui admitti.* ¶ Pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt bonorum poſſeſſionem agnoſcere. *§. inſtitut. de auctoritat. tutor.*

Cap. VI. Bonorum poſſeſſio, quando detur, vel non.

Exhæredato datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, quando exhæredatio non eſt ſolemniter facta: quia tunc non eſt exhæredatio, ſed præteritio, *vide Marc. de Mant. ſingul. 67.* ¶ Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quare detur filiis in poteſtate, cum à Prætore fuerit inventa propter emancipatos, *vide eundem de Mant. ſingul. 168.* ¶ Filio præterito quare detur bonorum poſſeſſio contra tabulas, ad rumpendum teſtamentum, quod tamen præteritione erat nullum, *Marc. de Mant. ſingul. 180.* ¶ Patri manumiſſori filii militis præterito datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, in bonis adventitiis filii, non in caſtrenſibus *l. 30. § fin. ff. de milit. teſtam.* ¶ Bonorum poſſeſſio quando poſſit peti pendente conditione, *vide per Bartol. in l. is, qui hæres. ff. de acquir. hæred.* ¶ Inſtitutus ſub conditione, ſi ea pendente petat bonorum poſſeſſionem (prout poteſt) ſecundum tabulas, cogitur ſatisdare ſubſtituto vulgari, ad quem conditione exiſtente perventura eſt hæreditas, de reſtituendo, & de bene adminiſtrando. *l. 8. ff. de ſtipul. ſervor.*

Vel non.

Non agnita bonorum poſſeſſione, non datur bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio, imo ante petitionem, vel agnitionem contra hæredem agentem datur exceptio. *l 20. in fine ff. de exceptio.* ¶ Lapſus temporis petendi bonorum poſſeſſionem inducit tacitam, & irrevocabilem repudiationem. *l. 3. C. de juris, & fact. ign.* ¶ Ex illa parte edicti (eum quem hæredem eſſe oportet) hæredis hæredibus bonorum poſſeſſio non defertur. *l. 217. ff. de verb. ſignif.*

Cap. VII. Qui ſint effectus.

Qui contra tabulas petit indignus eſt omni commodo ex eodem teſtamento. *l. 2 ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Si filius petiit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, hæres inſtitutus non poteſt cogi adire. *l. ita tamen. §. quoties ff. ad trebell.* ¶ Bonorum poſſeſſio, quæ datur pendente conditione tribuit illam adminiſtrationem, quam habet curator bonorum. *Bartol. in l. 22. ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Licet furioſo petita ſi bo-

norum

norum poſſeſſio, & priusquam ipſe mentis compos factus, & bonorum poſſeſſionem, petierit, deceſſerit, matri non obſtabit in ſucceſſione. *l. 2. §. ſi quis. ff. ad Senatusconſult. Tertul.* ſed ſi infanti petita ſit per tutorem, licet ipſe infans ſtatim deceſſerit, dicendum erit matri obſtitiſſe, non enim ſimilis eſt ei, quæ furioſo datur, *§. & ſi infanti. d. l. 2. & l. 3. C. qui admitti.* ¶ Bonorum poſſeſſio eſt utilis, & interdum neceſſaria. *ibid. num 3.* ¶ Bonorum poſſeſſio contra tabulas regulariter totum reſcindit teſtamentum, & quare, *Marc. de Mant. ſing. 184. ibid.* ¶ Bonorum poſſeſſio, quæ datur filio emancipato exhæredato cauſa litis agnoſcendæ, non tribuit jus, & ideo ejus virtute ſcriptis hæredibus non poteſt poſſeſſio auferri. *l. 2. C. de inoffic. teſtam.*

Cap. VIII. Quando peti poſſit, vel non.

Emancipatus petit contra tabulas, nec computat in legitimam quod ſibi cauſa emancipationis datum eſt. *l. 1. §. is quoque. ff. de collation. bonor.* ¶ Cum nepos ex filio natus eſt poſt mortem, poterit petere contra tabulas avi ſui, quando eſt præteritus, & debent conferre, *l. 2. ff. de collat. bonor.* ¶ De bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione, *per Joan. Criſp. in ſuo tractat. term. actio. impreſſo poſt volumen, Jaſon. de actio.* ¶ Si hæreditas extranei devolvatur ad furioſum, non petit ipſe bonorum poſſeſſionem; ſed ejus curator. *l. fin. §. ſin autem. C. de curatore furio.*

Cap. IX. Qui, & ad quæ teneatur.

Qui omittit contra tabulas, & adit ab inteſtato tenetur edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, quia ille, qui adit contra tabulas tenetur præſtare legata relicta liberis, & parentibus. *leg. 6. §. hoc edictum. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Procurator, qui neglecto mandato bonorum poſſeſſionem non petit, tenetur domino. *l. 5. C. mandati.* ¶ Curator qui bonorum poſſeſſionem de mente accepit, & agnovit, tenetur ad legata cautione recepta. *l. 49. §. fin. de leg. 2.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Pater præteritus exemplo patroni contra tabulas teſtamentum filii, ita teſtamentum pro parte reſcindatur, contra naturam bonorum poſſeſſionis contra tabulas, *Marc. de Mant. d. ſingul. 74.* ¶ Hodie eſt locus ſucceſſorio edicto de perſona in perſonam, licet olim eſſet de ordine in ordinem. *§. placebat inſt. de legit. agna. ſucceſſio.* ¶ Hæreditas furioſo delata poteſt per ejus curatorem adiri, ita ut ſi furioſus efficiatur ſanæ mentis, poſſit eam ſibi retinere, vel reſpuere, etſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutum devolvitur, vel ad eos, qui ſuccederent, ſi furioſus in medio non fuiſſet. *l. fin. §. tali itaque. C. eod.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Hæres non poteſt ratum habere, quod factum eſt nomine defuncti in his, quæ ad hæredem non tranſeunt, ut in bonorum poſſeſſione petita ab aliquo nomine hæredis, qui poſtea inſcius deceſſit. *lib. 8. ff. rem rat. hab.* ¶ Abſens læſus circa bonorum poſſeſſionem propter abſentiam probabilem, & neceſſariam tranſmittit beneficium reſtitutionis ad hæredem. *l. 1. C. de reſtitution. milit.*

TITULUS DL.

De amittenda, repudianda, aut abſtinenda hæreditate, & bonorum poſſeſſione.

Generalia.

De repudiatione, & abſtinentia hæreditatis, & de repudiationis revocatione, quomodo & intra quæ tempora fiat, *per Magon. deciſ. 10. Rot. Flor.* ¶ De repudianda hæreditate habetur, *in titul. ff. de acqu. vel omit. hæred.*

Cap. I. Hæreditas: Bono. poſſeſſio. Abſtentio: repudiatio. Quid: qualis ſit.

Miſcere, & abſtinere pertinent ad ſuos hæredes, adire & repudiare pertinent ad extraneos. *gloſſ. §. ſin autem de hær. qua.* ¶ Beneficium abſtinendi ab hæreditate ſibi delata eſt de jure Prætorio, & eſt perpetuum cum tendat ad inducendam exceptionem filio. *Marc. de Mant. ſingul. 75.* ¶ Circa repudiationem hæreditatis dantur duo termini nempe repudiatio, & abſtentio, ſed qualiter hi termini inter ſe differant. *Manut. in repetitione ad l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. impreſſa in ſuo Spec. de ordine jud. num. 15. fol. 629.* ¶ Jus repudiatum accreſcit omnibus hæredibus, etiam quod fiat repudiatio in favorem unius hæredis tantum; quia in jure accreſcendi portio accreſcit portioni, non habita ratione perſonarum. *Cravet. conſil. 288.* ¶ Limita, quando repudiatur hæreditas mortui, quia tunc, ſi fiat repudiatio contemplatione unius, alteri nihil accreſcit. *Crav. ibid.*

Cap. II. Quæ requirantur, vel non.

Minor quando adivit hæreditatem, & poſtea per in integrum reſtitutionem vult abſtinere & repudiare, tunc citandi ſunt omnes creditores incerti per proclama dato termino trium menſium. *Manut. in ſuo Specul. de ordine judic. lib. 6. c.* recte competit citatio. *ete. de citatione. num. 103.* & poteſt reſtitui etiam poſtquam diu adminiſtraverit. *Natt. conſil. 127.* ¶ Repudiatio hæreditatis non eſt neceſſaria in filio, *Bartol. in l. 1. C. ſi minor. ab hær. ſe abſt.* ¶ Cum minor ab hæreditate per ipſum adita ſe abſtinet vocandi ſunt creditores, quando fit reſtitutio adverſus aditionem. *gloſſ. in cap. fin. exe. de offic. Jud.*

Cap. III. Quæ præſumantur, vel non.

Refutatio hæreditatis paternæ facta per filium fraudulenta præſumitur ſi filius reperiatur bona patris poſſidere. *Bart. in §. & quoniam Auth. quib. modis naturales effi. ſui.* ¶ Repudiatio præſumitur fraudulenta, quando bona poſtea reperiuntur penes incapacem. *Bartol. in l. 3. Cod. de nat. lib.* ¶ Filium eſſe hæredem patris creditor probare debet. *Bartol. in l. 23. §. emnsgreditur. ff. ſol. matr.*

Cap. IV. Hæreditas jacens, quæ dicatur quando dicat repudiaſſe, vel non.

Hæreditas dicitur jacens, ubi rerum hæreditariarum dominium à nemine adhuc eſt acquiſitum. *Ozaſ. deciſ. 65. num. fin. vide ſupra titul. de acqu. hær.* ¶ Quidam inſtitutus dixit, quod credebat hæreditatem eſſe reſpuendam, per lapſum trium menſium videtur illam repudiaſſe. *Pet. de Raven. ſingul. 377. Bartol. in l. fin. §. cum igitur. C. de jure deliberandi.* ¶ Duobus fratribus hæredibus inſtitutis, ſi unus ipſorum altero ſciente, & patiente inſolidum poſſederit omnia bona paterna, & fructus perceperit longo tempore, an alter cenſeatur repudiaſſe, vel abſtinuiſſe, *Guid. Pap. ſing. 89.* ¶ An filia, quæ paſſa eſt fratres poſſidere hæreditatem, etſi quid voluit ab eis petiit, licet non ſint lapſi 30. anni, videatur repudiaſſe, *Bartol. in l. 94. ff. eod.* ¶ Si quis ſimpliciter repudiaverit hæreditatem, intelligitur bonorum poſſeſſionem etiam repudiaſſe. *l. 2. ff. de bonor. poſſeſſ.*

Cap. V. Actio cui competat, vel non.

Repudianti per metum ſuccurritur per utilem actionem, quod metus cauſa. *l. 21 §. fin. ff. quod metus cauſa.* ¶ Repudians hæreditatem dolo ſubſtituti, contra illum agitur de dolo. *l. 7. C. de dol. mal.*

Cap. VI. Hæreditas quando repudiari poſſit, vel non.

Quando omnes hæredes ſcripti, vel aliqui ipſorum repu-

repudiarunt hæreditatem ex teſtamento, & volunt ſuccedere ab inteſtato, quid juris, *vide per tot. titul. ſi quis omiſſa cauſa infra.* ¶ Si alicui fiunt plura legata in teſtamento, quando poſſit unum acceptare, & reliqua repudiare, *Bart. in l. 20. C. de jure delib.* ¶ Hæres, cui tranſmiſſum fuit jus deliberandi, poteſt hæreditatem repudiare, *Bartol. in l. 10. num. 13. ff. de reb. dub.* ¶ Mulier ſine conſenſu conſanguineorum ex forma ſtatuti requiſito, poteſt hæreditatem nondum agnitam repudiare. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 171. num. 53.* ¶ Hæres inſtitutus ſub conditione (requirentibus creditoribus hæreditariis) poteſt repudiare hæreditatem. *l. 1. ff. de curat. bon. dat. gloſſ. ibid.* ¶ Suus hæres de jure Prætorio habet beneficium abſtinendi, *§. ſi autem, inſtit. de hæred. qualit. & different.* ¶ Quando plures portiones, vel plures hæreditates deferuntur uni, an poſſit partim repudiare, & partim adire; & quid, ſi eadem hæreditas deferatur ex pluribus capitibus, an ex uno poſſit repudiari, & ex alio adiri, *per Bartol. in l. 98. ff. de acquir. hæred.* ¶ Furioſi curator an poſſit bonorum poſſeſſionem repudiare, *vide gloſſ. in §. ſin autem. l. fin. C. de curat. furio. prodig.* ¶ Poteſt altera hæreditas repudiari, & altera amplecti. *l. fin. C. eod.* ¶ Hæreditatem pupillarem an poſſit repudiare, qui paternam acceptavit, *gloſſ. C. de jur. delib. l. 20.* ¶ Si ille, qui potuit adire repudiaverit, non repellitur exceptione doli à petitione legati ſibi à defuncto ultra partem inſtitutionis relicti, ſi nihil à ſubſtituto receperit; alias ſecus *leg. 4. §. ſi quis ex unica. ff. de dol. except.* ¶ Qui ſemel adivit, an poſſit poſtmodum agnoſcere hæreditatem, *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 13. gloſſ. 3. num. 3. Marc. de Mant. ſingul. 60.* ¶ Filiusfam. hodie poteſt hæreditatem repudiare ſine juſſu patris. *Bartol. in l. 6. ff. de acquir. hæred.* ¶ Debitor in præjudicium creditorum poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam. *Vincent. de Franc. deciſ. 101.* ¶ Filius committens homicidium poteſt ad detrimentum fiſci repudiare patris hæreditatem, & ejus pars repudiata accreſcit fratribus ipſius repudiantis, excluſis proprio filio, & fiſco. *Menoch. conſil 91. vol. 1.* ¶ Si bannito deferatur hæreditas, bannitus poteſt illam repudiare etiam habito concordio cum eo, cui ratione talis repudiationis acquiritur hæreditas, nec ob id fiſcus habet cauſam conquerendi. *Marc. de Mant. ſingul. 23.* ¶ Quibus verbis, & conjecturis hæreditas videat repudiata, *per Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 14.* ¶ Ille poteſt hæreditatem repudiare, qui poteſt adire. *Marant. numer. 17. &* non poteſt pro parte repudiari. *num. 18.* & repudiatio partis habetur, ac ſi nihil repudiatum eſſet. *ibid. num. 21. vide tamen Reg. cum limitationibus num. 22. & ſeq. Bartol. in l. 1. ff. de acq. hæred.*

Vel non.

Quilibet hæres poſt aditionem non repudiat, niſi ſit minor, qui reſtituitur. *§. extraneus, inſtit. de hæred. qualit. & differ.* ¶ Inſtitutus in diverſis partibus ab eodem teſtatore, non poteſt unam partem amplecti, & alteram repudiare: idem in eo, qui eſt inſtitutus pro parte, & ſubſtitutus in altera. *l. 20. C. de jure delib.* ¶ Naturalis per patrem curiæ deputatus, ſi onus agnoſcit, hæreditatem patris non poteſt repudiare. *l. 4. C. de repud. bonor. poſſeſſ & l. 11. C. de jure delib.* ¶ Si bonorum poſſeſſio defertur pupillo, tutor poteſt acquirere, non repudiare. ſimiliter, & curator furioſi, & procurator alicujus, verum ſi alicui eſt delata bonorum poſſeſſio, eo ipſo quod repudiat, à bonorum poſſeſſione excluditur. *l. 1. § tutor. ff. de ſucceſſorio edict.* ¶ Minor non poteſt repudiare delata ſibi bona ſine Prætoris decreto, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 171. num. 52.* ¶ Error quando impediat repudiationem, *Bartol. in l. 96. ff. de acquir. hæred.* ¶ Filii non poſſunt hæreditatem patris ex teſtamento delatam repudiare, & ab inteſtato, vel legitimam petere. *Dec. & DD. in l. 3. C. de impuberum.* ¶ Tutor, aut pater, licet pro pupillis poſſint adire, non tamen poſſunt hæreditate, *Marant. in repetitione ad l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. impreſſa in ſuo Spec. de ordine judic. num. 202. & 207.* nam hæreditas delata infanti non poteſt ſine decreto Judicis repudiari. *Matth. Matheſ. ſing. 181.* ¶ Quod quis ſi velit habere non poſſet, id repudiare non poteſt. *l. 135. §. fin. ff. de reg.*

Cap. VII. Quando adiri poſſit, vel non.

Quando plures portiones ex teſtamento unius alicui deferuntur, an ſi unam agnoſcat, cogatur alias agnoſcere, *Bartol. in l. 20. C. de jure delib.* ¶ Inſtitutus quando adivit hæreditatem, & eam poſtea repudiavit poſt repudiationem in integrum, ſubſtitutus vulgaris poterit adire de jure Civili, *Bartol. in l. 2. §. interdum. ff. de vulgari.* ¶ Deliberandi tempus petens tacite (tempore dato ad deliberandum lapſo) videtur adire, niſi expreſſe intra illud tempus repudiaverit, quod facere poteſt ſi vult, & tunc tenetur res hæreditarias reſtituere. *l. fin. §. ſin autem. C. de jure deliber.* ¶ Filio hæreditatem repudiante, cui datus fuit ſubſtitutus, pater ſuperſtes ad hæreditatem admittitur, excluſo ſubſtituto. *Bartol. in l. 8. C. de bonis quæ liberis, & in l. 3. C. de hæred. inſtit.* ¶ Ille qui repudiavit volens adire, quando audiatur, *vide Bart. ibid.* ¶ Hæres ſuus repudians poſtea adire poteſt, indiſtincte, ſi bona ſunt in eo ſtatu, & hoc infra trienniū. *Bartol. ſingul. 80. & ſingul. 185.* ¶ Filius qui dixit ſe nolle adire, poſtea pœnitentia ductus poteſt adire. *idem ſing. 105. usque ad annum. Petr. de Raven. ſingul. 14.* ¶ Etiam poſt repudiationem cogitur quis adire, niſi bona ſint vendita. *l. 14. §. ſed & qui ff. ad Trebel.* ¶ Renuncians hæreditati maternæ, eam poſtea non poteſt adire, licet prætendat juris ignorantiam. *l. 2. Cod. de juris, & fac. ignor.*

Cap. VIII. Repudiatio quando inducatur, vel non.

Per quos actus tacite, vel expreſſe inducatur repudiatio, vel abſtentio hæreditatis, *Marant. in repetitione ad l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. impreſſa in ſuo Specul. de ordin. jud. num. 95.* ¶ Abſtinendi beneficium eſt inductum favore filiorum non in odium, etſi quis adiverit, & poſtea reſtituatur, ut abſtineat, tabulæ pupillares firmæ remanent. *Bartol. in l. 12. ff. de vulgari.* ¶ Repudiatio hæreditatis inducitur, tranſacto termino præſtito ad adeundum, vel repudiandum, etiamſi nihil dictum fuerit, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. titul. 14. num. 19. Bartol. in l. 8. num. 9. ff. de jure delib. & l. 68. ff. de acquir. hæred.* ¶ Tacita repudiatio hæreditatis delatæ ex teſtamento, inducitur ex lapſu temporis 30. ann. quod tempus etiam ignoranti currit, tamen tunc datur remedium poſſeſſorium adipiſcendæ ab inteſtato. *Jacob. Put. deciſ. 54. libr. 3.* ¶ Repudiatio hæreditatis non inducitur per verbum nolo adire. *Marc. de Mant. ſingul. 191.*

Cap. IX. Qui admittatur ad hæreditatem.

Filiis ſe abſtinentibus, vel repudiantibus, frater defuncti admittitur. *l. 6. C. de legit. hæred.* ¶ Quoties duplici jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato novo jure, quod ante defertur, ſupererit vetus. *leg. 92. ff. de reg. jur.* ¶ Si alicui eſt delata bonorum poſſeſſio, & repudiat eam ex una parte edicti, admittitur ex alia; nam excluſus per edictum unde liberi, admittitur per edictum unde agnati. *§. quibus. ff. de ſucceſſ. edict. l. 111.*

Cap. X. Quando revocari poſſit repudiatio, & qui reſtituatur, vel non.

Repudiatio & abſtentio re integra poteſt revocari, ſed an talis revocatio expreſſe fieri debeat, vel tacita ſufficiat, *Magon. deciſ. 101. num. 16. 17. & 19.* ¶ Hæres ſuus poſt-

poſtquam ſe abſtinuerit, ſi petat tempus ad deliberandum, reſtituitur ſi bona nondum erant alienata. *l. 8. ff. de jure delib.* ¶ Si minor repudiaverit hæreditatem, vel eam amiſerit, reſtituitur re integra, alias ſecus. *leg. 25. §. Scevola. ff. de minoribus.* ¶ Reſtitutus ut adeat poteſt reſtitui, ut repudiet, & econtra. *l. 7. §. reſtitutus. ff. de minoribus.*

Vel non.

Filius, qui ſe paternæ hæreditati non immiſcuit, non eget beneficio reſtitutionis in integrum, ut abſtineat: quia tutus eſt ipſo jure, ſed ſi ſe immiſcuerit, vel bonorum poſſeſſionem agnoverit, & eſt minor, & læſus, reſtitutio eſt neceſſaria. *l. 1. C. ſi minor ab hæreditate*, ſed quomodo procedatur, quando petitur reſtitutio adverſus aditionem, *Auth. ibidem.* ¶ Reſtitutio adverſus aditionem non conceditur minori, niſi probata minore ætate, & læſione. *Pap. lib. 16. tit. 3. arreſt. 2.*

Cap. XI. Qui effectus producantur.

Juride futuro renunciatur pacto, non repudiatione, niſi repudiatio fiat præſente parte, in judicio. *Bart. in l. 18. ff. de adoptio. legat.* de ratione diverſitatis inter pactum, & repudiationem, *ibid. Bart.* ¶ Inſtitutus ſi repudiat uno jure, & vult venire alio, quando ei præferatur ſubſtitutus, *Bartol. in l. 17. ff. de acquir. hæredit.* ¶ Quando hæreditas eſt delata filio an, & quando repudiatio patris noceat filio, & econtra, *Bart. in d. l. 13. §. neque filius.* ¶ Filii hæreditate paterna ſe abſtinentes jus, quod in liberis habent paternis non amittunt, *l. filii. ff. de jure patron.* ¶ Repudians perdit jus adeundi ad ſuum commodum, *Bartol. in l. 14. §. ſed & qui. ff. ad Senatusconſult. Trebell.* ¶ Scripto hærede repudiante ſuccedunt proximiores in gradu, cum onere fideicommiſſi reperti ab inteſtato, *l. 2. §. fin. ff. de ſuis, & legit. hæredib. facit l. 9. C. de pet. hæred.* ¶ Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem, niſi inofficioſe ei eſſet donatum, *l. penult. C. fam. erc.* ¶ Qui reſtituitur, ut abſtineat pro non hærede, adeo reputatur, ut is, qui ſubſtitutus eſt vulgariter, minori inſtituto ſuccedere poſſit, ſi velit, *Azo. in ſumma. titul. C. ſi minor ab hæreditate.* ¶ Primogenitus repudians jus, & bona primogenituræ, talis repudiatio prodeſt, non ſolum ſecundo genito, ſed etiam omnibus aliis fratribus, & ſororibus, qui æqualiter debent admitti ad bona repudiata. *Papon. libr. 21. titul. 5. arreſt. 1.* ¶ Renuncians hæreditati patris, non prohibetur bona feudalia retinere, *Dec. conſ. 269. num. 14.* ¶ Repudians hæreditatem patris, non poteſt habere hæreditatem avi, niſi de jure Prætorio, *Bartol. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. vide eundem Bartol. in l. 7. §. ſi filius. ff. de acquir. hæredit.* ¶ Repudianti inſtituto dolo legitimi, non obeſt repudiatio, *§ ſi cum d. l. 4. de dol. mal. except.* ¶ Repudiatio tacita filii, nocet patri, *Bartol. in l. 1. num. 13. C. qui admitti.* ¶ Repudiatio patris non nocet filio, cui eſt legatum, *l. 26. C. de fideicommiſſis.* ¶ Expreſſa repudiatio hæreditatis facta per filium, non nocet; ſecus tamen eſt in tacita, quæ ex diſpoſitione legis reſultat, *DD. l. 1. C. qui admit. l. fin. C. de bonis quæ liberis.* ¶ Legatum ſolutum repetitur, ſi poſtea hæres repudiaverit hæreditatem, *l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de condictio. cauſ. dat.* ¶ Filiusfamil. hæredem inſtituere poteſt in peculio caſtrenſi, ſed ſi hærede deliberante pater deceſſerit, relicto alio hærede, ſi poſtea hæres ipſius filii repudiaverit, bona patris cenſentur aucta, nec eſt novum, ut ex poſtfacto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur, *l. 9. ff. de caſtrenſ. pecul.* ¶ Filius abſtinendo per tutores ab hæreditate, creditoribus patris non tenetur, licet à tutoribus conſequatur intereſſe: quia eum abſtinuerunt ab hæreditate locuplete: idem. ſi cum illis tranſegerit. *l. 4. Cod. arbitrium tutel.* ¶ Hæreditate non adita omne jus teſtamenti reſolvitur, *Ozaſ. deciſ. 100. num. 6.* ¶ Si impubes ab hæreditate paterna ſe abſtineat creditoribus non tenetur ipſe, neque illi pupillariter ſubſtitutus, propter bona poſtea pupillo quæſita, & ſe ſubſtitutum poſtea tranſlata. *l. 12. ff. de privileg. creditor.* ¶ Solutio facta hæredi, qui poſtea per in integrum reſtitutionem eſt abſtentus, liberat debitorem, *l. 90. ff. de ſolut. & liberat.* ¶ Filii repudiantes hæreditatem paternam, an teneantur ad mutuum à patre acceptum, & in eorum alimenta conſumptum, *vide Franc. Cremen. ſingul. 37.* ¶ An hæres repudians hæreditatem teneatur obſervare contenta in teſtamento virtute promiſſionis ibi factæ, *Franc. Marc. quaſt. 334.* ¶ Repudians hæreditatem inſtituentis eum, non ſolum privatur hæreditate, verum etiam bonis quocunque titulo ad eum devolutis per inſtituentem. *Petr. de Raven. ſingul. 460. Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera H. ſing. hæres. 2. Bartol. in l. 4. C. de omni agro deſert. lib. 11.* verum contrarium tenet *Anton. Trigo. ſingul. 99.* uno caſu excepto, *de quo vide ibid.* ſed hæ opiniones poſſunt conciliari, ut prima procedat in hærede inſolidum inſtituto, & ſecunda in inſtituto pro parte, *vide Alviſ. de Alber. ſingul. 10.* ¶ Filius qui abſtinuit ab hæreditate paterna non poteſt conveniri à creditoribus patris, *l. 3. C. de revocandis his, quæ in fraudem.* ¶ Filius ſi ſe abſtinuerit ab hæreditate paterna, & aliquid habuerit ab occiſoribus patris, quando poſſit conveniri à creditoribus patris, *vide Bartol. in l. 18. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* ¶ Filius, qui repudiavit hæreditatem maternam an poſſit pœnitere, *vide Bartol. in l. 8. ff. de jure deliberand.* ¶ Simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem, an concernat omne jus, & omnes vias ſuccedendi, *vide per gloſſ. in §. item extraneus, inſtit. eo.* ¶ Filius Vaſſalli non poteſt retinere feudum, repudiata hæreditate paterna, ad hoc, ut non teneatur ſatisfacere creditoribus hæreditariis; ſecus in agnatis, qui hoc facere poſſunt, *cap. 5. titul. an agnatis, vel filius defunct. in uſib. feud.* ¶ Suus, vel emancipatus, ſi ſe abſtinuerit ab hæreditate, prælegatum in totum conſequitur, niſi teſtator aliud voluerit, vel prælegata loco hæreditatis poſuerit, *l. 89. 90. & 91. de leg. 1.* ¶ Relictum nominatim ab eo, qui eſt in primo gradu, qui repudiavit, non debetur ab eo, qui eſt in ſecundo, ſi ad eum hæreditas pertinet propter repudiationem primi hæredis, *l. 1. §. illud de legat. 3.* ¶ Filius quando æquiparetur extraneo propter beneficium abſtinendi, *vide Dec. conſil. 331.* ¶ Hæreditatem qui ex teſtamento repudiavit, ſi pro hærede, vel poſſeſſore ſimpliciter poſſideat, incidit in delictum, ſi quis omiſſa cauſa, & tenetur hac, ſi hæreditatem ex teſtamento adiviſſet. *Dec. conſil. 491.* ¶ Si repudiaverint ſui inteſtato bonor. poſſeſſ. adhuc dicemus eos obſtare legitimis, quia repudiando quaſi liberi incipiunt habere bonor. poſſeſſ. unde legitimi, vel quaſi legitimi, *leg. 2. ff. unde legit.*

Cap. XII. Quæ valeant, vel non.

Subſtitutio non evaneſcit, quando qui adit, reſtituitur, *Bartol. in l. 44. ff. de re judicata.* ¶ Geſta per pupillum tenent, licet poſtea ſe abſtinuerit, & ſi pupillus de ſuo ſolverit ei fit reſtitutio ſoluti, *l. 6. §. ſi pupillus ff. de bonis autho. Jud. poſſid.* ¶ Minore reſtituto adverſus repudiationem, geſta per procuratorem non irritantur. *leg. 23. ff. de minor.* ¶ Repudiatio facta pendente conditione non valet: ideo poſtea conditione exiſtente poterit hæreditas adiri, *Bartol. in l. 13. ff. de hæred. inſtituen.*

Cap. XIII. Miſcellanea.

Si nemo ſubiit hæreditatem, omne jus teſtamenti ſolvitur, *l. 142. de reg. jur.* ¶ An hæreditates, quæ filiis rebellium deferuntur, fiſco applicentur, *Andr. Fachin. lib. 9. cont. cap. 36.*

TITU-

TITULUS DLI.

Familiæ erciſcundæ.

Generalia.

Vide de materia hujus tit. *in tit. C. communia utriſq; judicii, tam famil. erciſc. quam commun. divid.* ¶ De materia familiæ erciſc. *vide per Jaſ. de actio. in §. quædam.*

Cap. I. Diviſio. Quid ſit.

Diviſio inter fratres eſt quædam tranſactio. *Marant. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 17. num. 8.*

Cap. II. Qualis ſit.

Diviſio teſtatoris, & judicis æquiparantur, & ſi alimenta pluribus, à pluribus debeantur, diviſio non poteſt fieri, niſi Judicis auctoritate. *Bartol. in l. 3. & 15. ff. de alimen. & ciba. leg.* ¶ Actio famil. erci. ex quaſi contractu oritur. *§. item ſi inter, inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc.* ¶ Actio familiæ erciſcundæ durat annis 30. *gloſſ. in d. §. quædam in verbo familiæ, inſtit. de actio.* ¶ Diviſio facta inter filios cum juramento, & de patris conſenſu, tacitam conditionem habet, ſi pater in tali conſenſu perſeveraverit. *Dec. conſ. 475. n. 23.* ¶ Diviſio facta bonorum à patre inter filios, pro hæredis inſtitutione habetur. *Menoch. conſ. 317. lib. 4. num. 20.* ¶ Diviſio hæreditatis per quotam, differt à diviſione rerum particularium. *Ozaſ. deciſ. 125. num. 9.* & non debet fieri de qualibet re, ne patrimonium corrumpatur, & ſit Judicis officio, *Bartol. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars libr. 10.* ¶ In diviſione habetur ratio dotis nurus datæ ſocero, & ad inſter æris alieni detrahitur ab hæreditate, *l. ſi dos ff. ad leg. Falci. l. 1. §. cautione. C. de rei uxor. act.* ¶ An debeat haberi ratio dotis, datæ de bonis communibus filiæ alterius fratris in communi cum aliis fratribus exiſtentis. *Caſſan. in conſuet Burg. tit. des ſucceſſions rub. 7. § 5. gloſſ. 5. num. 20.* ¶ Licet frater major, qui geſſit totam curam rei domeſticæ, & familiaris habeat uxorem, & liberos, frater minor ſit ſolus: tamen in diviſione nulla debet haberi ratio expenſarum uxoris, & filiorum, quia ſufficit pro recompenſatione dictarum impenſarum cura, & ſolicitudo. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. rub. 7. §. 5. gloſſ. 5. num. 39.* ¶ Judicia diviſoria, an ſint poſſeſſoria, vel petitoria, *Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 17. num. 10.* ¶ Diviſionis ea eſt natura, ut unus alteri teneatur de evictione, & æqualitas eſt ſervanda inter fratres, & inæqualitas vitanda, quæ eſt inductiva diſcordiæ, *Joſeph. Lud. deciſ. 29. Luc. num. 13.* ſed frater quando alteri teneatur de evictione, cum res diviſa evincitur, *Menoch. conſ 87. n. 68. vol. 1.* ¶ Obligatio aliqua an oriatur inter cohæredes vere, vel putative, *Bartol. in l. 4. C. de juris, & fact. ignor.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, Vel non.

In duplicibus judiciis uterque dat libellum, *Bart. in §. 1. inſtit. de actio. num. 6.* ¶ Dictum in petitione hæreditatis, habet locum in hoc judicio famil. erciſc. *l. 28 §. hoc Senatuſconſultum. ff. de pet. hæred.* ¶ Donatio à patre facta filio, ſi ſtuduerit, intelligitur, & ad doctoratum pervenerit. *vide Menoch. caſ. 237. num. 31.* ¶ Quamvis pater expenſas, quas fecit pro filio ſtudente, videtur in dubio facere de ſuo; tamen hoc debet intelligi, niſi filius habuiſſet peculium, vel alia bona, *Jaſ. de actio. §. fuerat, num. 111. Bartol. in l. 36. ff. de nego. geſt.* ¶ In materia diviſionis ad ſciendum, an aliquid includatur in aliqua parte, vel non, attenditur æſtimatio: quia ſi facta æſtimatione appareat, quod pars unius cum illa incluſione non excedat partem alterius, intelligitur incluſa: item attenditur honeſtas, & æquitas; ideo cenſetur quid incluſum in parte unius, vel non, prout honeſtas, & æquitas ſuadet, *Crav. conſ. 310.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Diviſio præſumitur inter fratres, quando per tempus decennii quilibet per ſe poſſedit bona ſeparata, & vixit ſeparatim habitando ſeorſum. *Boer. deciſ 58. Bartol. in l. 4. C. commun. divid. Bald. ſing. 7. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 48. Borgn. deciſ. 11. num. 43. & ſeq. part. 2. de contract. vide Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 205.* ¶ Fallit concluſio, quando adeſſet inæqualitas. *Anto. Trigo. ſingul. 103. Felyn. conſ. 2. vide eundem D. P. d. deciſ. 295. & Joſeph. Ludov. d. deciſ. 48.* niſi pro diviſione concurreret aliqua præſumptio. *idem Joſ. ibid. num. 30.* ¶ Fallit ſecundo, quando de diviſione non facta appareret. *Borg. deciſ. 11. num. 43. & ſeqq. vide Cravet. conſ. 318. Jaſ. de actio. §. quædam num. 40. & Dec. conſ. 79. num. fin.* ¶ Diviſio ex cauſis præſumitur. *Bart. in l. 3. ff. pro dote.* ¶ Teſtator præſumitur ſervare æqualitatem inter liberos, & arbitri debent redigere omnia ad æqualitatem, & error in diviſione nocere non debet. *Joſeph. Ludov. deciſ. 26. Luc.* ¶ Donatio præſumitur ratione conjunctionis ſanguinis, & dotis, quando frater ſcit filiam fratris dotari de bonis communibus, & tacet. *Crav. conſil. 159. n. 4. Hippol. ſing. 336. Dec. conſ. 66. num. 4. & conſ. 68 Natt. conſ. 190. num. 7.* ¶ Donatio præſumitur ex diviſione facta ſuper re alterius condividentis, quod limitatur in illo, qui probabiliter jus ſuum ignorabat, vel in jure erraverat. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 88. n. 19.* ¶ Frater emens ſuo, & fratrum nomine aliquod prædium & illud poſſidens, tenetur ad reſtitutionem fructuum, *Borg. deciſ. 10. p. 2. d. cont. num. 17. Dec. conſ. 21.* præſumitur tamen ſolviſſe de propria pecunia, ideo poteſt repetere à fratre partem pecuniæ, *Dec. conſ. 348.*

Vel non.

Ex cohabitatione fratrum non præſumitur ſocietas omnium bonorum, ſed tantum in vivendo communiter, & communibus ſumtibus, ideo ſi unus fratrum emat prædia nomine proprio, non tenetur communicare aliis fratribus, & in dubio præſumitur ea acquiſiviſſe de pecuniis propriis, niſi aliud probetur, puta, quod non habebat alia bona (niſi communia) nec erat induſtrioſus ad pecuniam parandam, quo caſu non tenetur communicare prædia, ſed reſtituere pretium pro parte aliorum fratrum. *Cravet. conſ. 131. n 12. Dec. conſ. 651.* quid in patruo, qui erat tutor nepotum, & adminiſtrator, *vide Crav. conſ. 276. in fine*, ubi habetur, teneri communicare lucra facta ex pecuniis communibus.

Cap. V. Quæ requirantur, vel non.

In diviſione mobilium, partes debent eſſe præſentes. *Bart. in l. 2. C quando, & quibus quarta pars lib. 10.*

Cap. VI. Quæ veniant, vel non.

In diviſione veniunt veſtes veſtivæ, ſed quotidianæ ſunt præcipuæ, & dimittuntur illas habentibus. *Caſſ. in conſu. Burg. tit. des mains morts Rub. 9. §. 12. gl. 2.* ¶ In diviſione fundi ob alimenta relicti, vel obligati prætoris auctoritas requiritur. *l. 8. ſi uni. ff. de tranſ.*

Vel non.

Illud, quod cohæret, facit, non ut hæres, minime venit in actionem familiæ erciſcund. *l. pen. ff. ſi cert. pet.* ¶ Teſtator habens filios ex diverſis matribus, ſi juſſerit, quod æqualiter dividant inter ſe, & unus habebat prædium dotale, hoc non venit in diviſione. *Bart. in l. 79. §. dulciſſimis de leg. 2.* ¶ Illud, quod quis non facit uti hæres, non venit in familiæ erciſcundæ judicium, *vide Bart. in l. 21. ff. ſi cer. pet.* ¶ Res præſcripta, vel uſucapta in judicium diviſorium non venit. *l. fin. & ibi gl. ff. pro dote.*

Cap. VII. Quæ dividi poſſint.

Facta diviſione per patrem inter ejus liberos, ſi aliqua bona remanſerint inter eos, poſt ipſius patris mortem dividuntur. *l. 23. ff. de adimendis legatis, & l. 30. §. qui filias ibid.* ¶ Ducatus, Marchionatus, & aliæ ſimiles dignitates licet ſint indiviſibiles, tamen loca in eis contenta poſſunt dividi. *Boer. deciſ. 204. numer. 29.* ¶ Feudum ad omnes fillos æqualiter ſpectat, '& feuda de jure communi dividi poſſunt. *Gail. obſerv. 116. n. 10.* ſed quomodo, & quando. *Rol. conſ. 80. vol. 1. Menoch. conſ. 298. lib. 3.* ¶ Filii reduci debent ad æqualitatem, quantum fieri poteſt, licet irritetur donatio facta alteri filiorum per patrem. *Dec. conſ. 631.* ¶ Non obſtante prohibitione teſtatoris proceditur ad diviſionem inter filios, *Gram. d. deciſ. 7. Boer. deciſ. 87. vide Andr. Gail. obſerv. 139. in fine lib. 2. Cravv. conſ. 60. Dec. conſil. 265.* vel alter eorum eſſet rixoſus. *Bartol. in l. 14. ff. pro ſocio.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quomodo dividenda bona ſint inter fratres, neque enim major partes conſtituere (niſi aliter conſuetudine, vel ſtatuto ſervaretur) & minor eligere debet, ſed Judex ipſe partes æquales facit, & uni unam, & alteri alteram aſſignat, vel etiam diviſione facta, ſorte dirimere poterit, cui electionem tribuat. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 123.* & Judicis arbitrio relinquitur, qui dicatur major. *ibi. caſ. 124.* ¶ Res emphyteuticæ an poſſint dividi inter fratres domino irrequiſito, & quid in feudis. *Bartol. in l. 12. ff. de condict. furt.* ¶ Juriſdictio inter plures fratres, licet non poſſit dividi; tamen ejus exercitium dividitur. *Bart. in l. 37. ff. de adminiſtr. & peric. tut.* ¶ Æs alienum ipſo jure inter hæredes dividitur, nec eorum pacto creditoribus præjudicatur, & non exhibito inſtrumento communi, ad intereſſe agitur. *l. 26. ff. de pact.* ¶ Pacto fieri non poteſt, ut perpetuo ſtetur in communione: ſecus ſi ad certum tempus limitatum. *Jaſon. de action. §. quædam. num. 35. vide num. 41.* & quando valeat tale pactum. *Dec. conſil. 265.*

Cap. VIII. Qui, & quæ dividere poſſit.

Pater poteſt hæreditatem inter filios dividere, dum tamen aſſignet unicuique ad minus legitimam. *l. 8. C. de inoffic. teſt.* ¶ Nemo cogitur ſtare in communione, & regulariter in diviſione bonorum ſufficit unus ex ſociis provocare: fallit in diviſione bonorum feudalium, in quibus non ſufficit provocatio unius Vaſſalli, ſed debent omnes convaſſalli convenire; alias non poteſt fieri diviſio. *Hipp. ſing. 9.* ¶ Fiſcus in dividendis bonis facit diviſionem, & dat alteri electionem. *Bart. in l. 15. §. Senatuſ. num. fin. ff. de jure fiſci.* ¶ Pater poteſt dividere ejus bona inter liberos, *Boer. deciſ. 14.* quando talis diviſio valeat, *vide Dec. conſ. 68. num. 8. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 9. gloſſ. 6. Rol. conſ. 34. vol. 4. & Hippol. ſing. 674.* ¶ Judex an actione hac res ſingulas ſingulariter dividit, & ſi una plus valeat, quam altera in pecunia condemnabit, & hæres, qui percepit fructus, vel male verſatus fuerit in re communi tenebitur cohæredibus. *§. familiæ, inſtit. de offic. Jud.* ¶ Pupilli non provocant, nec plures minores poſſunt ſeinvicem provocare ad diviſionem. *l. 7. ff. de rebus eorum,* ſed provocari poſſunt per majores. *Cravet. conſ. 268. num. fin. Menoch. de arbitr. lib. 171. numer. 37.* & tunc minores poſſunt dividere inter ſe. *Bart. in l. 1. §. ſi communis. ff. de rebus eorum,* verum quando expedit pupillo diviſionem fieri, ipſe provocat majores. *Cravet. conſ. 268. num. fin.* quod fit ex legitima cauſa. *Bart. in l. 4. ff. de tutelis.* ¶ In communi ſtare nemo compellitur invitus, ſed quando, *vide Bartol. in l. 26. §. ſi centum. ff. de condict. indeb.* ¶ Fratres non poſſunt æqualiter inter ipſos dividere bona contra voluntatem teſtatoris, qui voluit ex aliqua rationabili cauſa plus uni relinquere, quam alteri. *Dec. conſil. 547.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint in diviſione, vel non.

Frater major, qui omnia bona adminiſtravit, an in diviſione bonorum poſſit petere ſalarium, quod pater negotiorum geſtori ſolviſſet, *vide Pet. Ger. ſing. 84.* ¶ In judiciis diviſoriis, plures unum procuratorem dare non poſſunt. *l. 42. §. ſi plures. ff. de procuratoribus.* ¶ Si quæſtio ſtatus incidit in judicio diviſorio, prius de ſtatu cognoſcitur, quam ſententia definitiva detur. *l. 2. C. de ordine judicio.* ¶ Dotes ſi in communione ſint poſitæ, aut verſæ in utilitatem communem, debent de communi ſolvi, & reſtitui in diviſione. *Borg. deciſ. 11. num. 23. part. de contractib.* ¶ Si fratres ſtent in communione, & major natu communes reditus receperit, & diſtribuerit, minor natu acceperit uxorem, & ſe obligaverit ad reſtitutionem dotis, tunc reſtitutio ipſius debet fieri de communi patrimonio: quia ſicut cæteri reditus pervenerunt ad manus majoris fratris; ita & illa dos perveniſſe cenſetur ad manus ſuas. *Hippol. ſing. 336.* ¶ Scholaris, qui incepit ſtudere patre vivente, an debeat ſtudere de bonis communibus, *vide Bartol. in leg. 1. num. 32. Cod. de dignita. lib. 12.* ¶ Altero cohærede reluctante, & differente diviſionem, Judex ex officio poteſt ſequeſtrum facere de bonis communibus penes tertium, *Papon. lib. 15. titul. 7. arreſt. 4.* ¶ Quando reſtitutio in integrum concedatur ex capite læſionis contra diviſionem factam inter majores, *vide ibid. arreſt. 6.* & minor adverſus diviſionem poteſt reſtitui. *leg. 1. Cod. ſi adverſus tranſact. vel diviſio.* ¶ Cautio de defendendo invicem inter fratres præſtatur, tempore diviſionis. *Bartol. in l. unica. C. de rei uxo. act. num. 14.*

Vel non.

Agrimenſor non debet per Judicem mitti ad menſurandum non citata parte. *ibid. num. fin.* cujus præſentia requiritur, quando Judex eligit agrimenſorem, ſecus in relatione, *Bartol. in l. 15. num. 11. ff. de dote prælegata.* ¶ Si pater fecerit expenſas pro filio doctorando, vel uxorando patre mortuo, ſimilia non debent fieri alteri fratri de communi. *Bart. in l. 3. ff. de muneribus & honor.*

Cap. X. Quando fieri poſſit diviſio, vel non.

Quando tractatur de dividendo ſubditos, & juriſdictionem, qualiter tunc fieri debeat diviſio, *Cravet. conſ. 318.* ¶ Diviſio bonorum poteſt fieri inter filios per patrem (etiam ſine ſcriptura) ſi fiat coram duobus teſtibus, & tunc mulier in teſtem admittitur. *Bart. in §. & quodſæpe. Authent. de trient. & ſemiſ.* ¶ In diviſione bonorum paternorum ordo ſervatur, ut antiquior frater faciat diviſionem, & junior eligat. *Guid. Pap. qu. 289. & ſing. 92. Caſtr. ſing. 8. vide Mynſing. obſervat. 37. cent. 4. Creſcen. deciſ. 3. alias 210. de arbitris. cap. 1. ex. de parochis.* ſed contrarium tenet *Jaffr. Lanſ. Balb. deciſ. 266. Andr. Gail. obſerv. 116. lib. 2.* ¶ In hoc judicio ille dicitur agens, qui primo provocavit ad diviſionem; ſed cum ambo provocant ad judicium, ſorte res diſcerni ſolet. *l. 13. & 14. ff. de re jud.* ¶ Diviſio bonorum mobilium debet fieri in una domo, omnibus mobilibus ibid. translatis. *Pap. lib. 15. tit. 7. arreſt. 2.* ¶ Bona ſuppellectilia, & mobilia, veſtes, fructus, & cætera ſe moventia inter fratres, quomodo debeant dividi, & qualiter habeatur ratio eorum, qui plus operati fuerunt, vide plene per *Borg. deciſ. 11. part. 2. de contract.* & in ruſticis fructus dividuntur per capita habita ratione operarum. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 5. gloſſ. 5. numer. 40. vide Bart. conſ. 168. Balb. in ſuo tract. de duobus fratribus. numero. 19.* ¶ Diviſio bonorum debet fieri æqualiter habita conſideratione

valoris, & bonitatis rei, & non quantitatis, *Pap. lib. 15. tit. 7. arreſt. 1.* & diviſio domus per ſolarium admittitur, & ſolarium loco parietis habetur. *Borg. deciſ. 16. n. 62. part. 2.* ¶ Expenſa menſuræ debet fieri ſumptibus ambarum partium, licet altera pars tantum diviſionem requirat, *ib. arreſt. 3.* ¶ Quomodo fiat diviſio bonorum patris, & filii emancipati conferentis, *l. 1. §. jubet. ff. de collatio. bono.* ¶ Quid juris de bonis hæreditariis de novo repertis poſt diviſionem, & quitationem fratrum. *Doctores in l. tres fratres. ff. de pact.* ¶ Per actionem petitionis partis hæreditatis, conſequitur quis partem pro indiviſo, quæ per hoc judicium famil. erciſc. dividitur, *l. 7. ff. ſi pars hæred. pet.* ¶ Diviſio fit ſine præjudicio fideicommiſſi, quia clauſulæ, quæ apponuntur ad executionem diſpoſitiunis, diſpoſitionem præcedentem non alterant. *Joſeph. Lud. deciſ. 29. Luc. n. 77. vide infra tit. de fideic. in gen. Bart. in l. 67. §. item quæſitum. ff. de condict. indebi. conſ. 72. vol. 1. faciunt ll. 79. ff. de leg. 2. & 122. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Facta diviſio nulliter inter fratrem majorem, & minorem, ſi poſtea minor. factus major longo tempore in diviſione ſteterit, ex tali poſſeſſione cenſetur de nova facta diviſio, *Vinc. de Fran. deciſ. 35. num. 5.* ¶ Diviſio inter aliquos cohæredes, tantum fieri poteſt, licet aliis abſentibus non noceat. *Crav. d. conſ. 60. n. 4.*

Vel non.

Diviſio ſubditorum ipſis invitis fieri non poteſt, *Crav. conſ. 318. num 5.* ¶ Diviſio ubi commode fieri non poteſt tunc deveniendum eſt ad licitationem, in qua obtinet is, qui habet majorē partem offerendo pretiū æquale, quod pars adverſa obtulit. *Caps. dec. 36.* alias quo modo fieri debeat diviſio hæreditatis, *per Boer. deciſ. 46. Borg. deciſ. 11. num. 33. part. 2. de contract. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.* ¶ Quando permittitur diviſio inter minores, talis diviſio non poteſt fieri ſine Judicis decreto. *Manm. in ſuo Spec. part. 4. diſtin. 17. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 171. numer. 31.* & ſine cauſa. *Dec conſ. 349.* diviſio tamen aliter facta poteſt confirmari juramento, non interveniente læſione. *Dec. conſ. 349.*

Cap. XI. *Quando prohiberi poſſit, vel non.*

Teſtatori licet in teſtamento prohibere diviſionem faciendam inter filios infra certum tempus, & hoc in tantum eſt verum, quod ſi minor vellet huic prohibitioni paternæ renunciare non poſſet. *Gramm. deciſ. 7. ſecus perpetuo, Clar. in ſua pract. q. 69 §. cela. q. 67.* tamen talis diviſio prohibita per teſtatorem inter filio, inter quos ſunt aliqui minores, poterit fieri ex cauſa concernente favore minorum. *Gram. deciſ. 7. n. 7.*

Cap. XII. *Quando renunciari poſſit, vel non.*

Filii etiam quorum favore fuit factum præceptum de non dividendo, illi poſſunt renunciare. *Dec. conſil. 349.* ¶ Hæredes dividentes inter ſe, licet renunciaverint omni juri, quod alter habet, vel habere poſſit in parte alterius non ob id, ſi unus ex hæredibus eſſet negligens in adimplendo voluntatem defuncti, alter cui defertur portio negligentis: repelleretur: quia illa renunciatio non refertur ad illud, quod quis poſtea amittit culpa, vel negligentia ſua, *Bart. in authen. hoc amplius C. de fideicom. & in l. 9. ff. de tranſact.* ¶ Fratre uno diu omnia bona poſſidente, & adminiſtrante, ob id alii non cenſentur portioni eorum renunciaſſe, *Boer. deciſ. 58. num. 7.*

Cap. XIII. *Qui eligere poſſit, vel non.*

An in diviſione major teneatur dare electionem minori, controverſia eſt inter Doctores. *Jaſ. tamen de actio. §. quædam, numer. 82.* concludit pro minore accipiendo majorem pro illo, qui majori tempore gubernavit. *Rebu. in ſuis comm. tr. de teſta. art. 2. gl. 4. n. 14. fol. 416* ¶ Mulier in diviſione habet optionē; ſed major non tenetur dare optionem minori. *Bart. in l. unica. C. de his, qui ſe deferunt li. 10.* ¶ Electio in diviſione in caſu legis *2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.* dirimitur ſorte, alias inter privatos Judex aſſignare poteſt, cui vult, *Bartol. in l. 2. C. quando, & quib. n. 6.*

Cap. XIV. *Quæ conferenda, imputanda ſit, vel non.*

Si diviſio facta eſt, & collatio per errorem, vel deceptionem omiſſa, debet officio Judicis compelli ad conferendum ille, qui conferre tenebatur, *l. 8. C. de collatio.* ¶ Qui tenetur conferre, ſi partem hæreditatis petat, collationem offerre debet; alias à petitione removetur: & peculium profectitium filio conceſſum non confertur, ſed tanquam res communis, ſeu hæreditaria dividitur. *l. 12. C. de collatio.* ¶ Qui teneatur conferre tempore diviſionis, *vide ibid. per tot. tit.* ¶ Quæ frater ſibi in partem computare teneatur. *Bartol. in l. tract. de duob. fratribus, & in l. 4. C. communia utriuſque judi.* ¶ Frater quando debeat in partem ſuam imputare pecuniam ſolutam ex maleficio, per eum commiſſo. *vide Bartol. in l. 35. §. idem. ff. pro ſocio, & in l. 16. ff. de pecul. lega.* ¶ Filius poſſidens bona paterna ſibi à patre aſſignata, & aliquid ex fructibus illorum bonorum acquirens, tenetur bona acquiſita conferre in diviſione, *Borg. deciſ. 11. num. 16. part. 2. de contract.* ¶ Annuli, perlæ, & veſtimenta, quæ fecit pater nurui, imputantur in partem filii, pro eo, quod nunc valent, non pro eo, quo fuerunt empta. *Bald. inter tractatus. n. 33.*

Vel non.

Libri empti per patrem filio Doctori, ſeu Licentiato, ſunt præcipui ipſius filii, & non tenetur eos conferre. *Rol. conſ. 11. vol. 2. num. 16. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 131.* ¶ Dos data, aut promiſſa à patre ſtante in communione omnium bonorum cum fratribus, non imputatur in partem ipſius patris in diviſione, præſuppoſita ſocietate omnium bonorum; alias ſecus, *Borgn. ibid. num. 17. Dec. conſ. 66. & conſ. 68. Rolan. conſil. 91. vide Bart. conſ. 80. vol. 2.* idem, ſi talis dos fuerit data à patre fratrum dividentium, *Dec. conſ. 60.* idem circa intereſſe, *ibid. Boer. num. 21.* quid de aliis expenſis factis in communi, etiam in ſtudio, *vide num. 22.* & ſolutio dotis, an præſumatur facta de pecunia propria ſolventis, vel de communi, *Natt. conſ. 100. num. 15.* ¶ Fratribus duobus ſimul habitantibus, ſi unus illorum poſt mortem patris fecerit debitum, non ſolvitur de communi, niſi ratione communis utilitatis, *Bald. inter tractatus, n. 9.*

Cap. XV. *Qui effectus producantur.*

Diviſio facta nudo pacto eſt inefficax ad agendum, niſi ſequuta traditione, vel firmata ſtipulatione, *l. diviſionis. ff. de pactis.* ¶ Diviſio facta gratia uberioris culturæ, diverſos fundos non facit, *l. 88. §. Titius. de leg. 2.* ¶ Si poſt alienationem prædii communis factam per unum ex fratribus, ventum fuerit ad diviſionem inter fratres cæterorum bonorum, nulla facta mentione prædii alienati, an frater, qui non alienavit poſſit inquietare emptorem. *Cravet. conſ. 237.* ¶ Si ſunt duo frates, quorum unus poſt mortem patris adminiſtrat univerſaliter bona paterna ſciente, & patiente altero per longum tempus, non propterea excluditur non adminiſtrans. *Jaſ. de actio. §. quædam, num. 98. circa finem.* ¶ Ex ſimplici diviſione non transfertur dominium, ſed ſolvens ex cauſa tranſactionis, & diviſionis, non repetit, quia tunc dominium transfertur. *Bart. conſ. 93. volum. 1.* ¶ Vaſallorum, & juriſdictionis diviſio generat maximum præjudicium, ideo vitanda quantum poteſt, *Thom. Minad. deciſ. 13.* poſſunt tamen feuda & juriſ-

& juriſdictio dividi. *Boer. deciſ. 46.* ¶ Diviſio facta cum hærede putativo per ignorantiam, non præjudicat, *Bart. in l. 4. C. de juris, & fact. ign.* nec facta cum proprietario præjudicat uſufructuario, *l. 31. ff. de uſu, & uſufructu legat.* ¶ Si unus frater vendat bona communia alio fratre præſente, & tacente, talis tacitus conſenſus non præjudicat, *Bartol. l. 16. C. de pact. 2. lect.* ¶ Ex diviſione bonorum non dicitur facta alienatio contra prohibitionem teſtatoris, *Menoch. conſil. 322. num. 47. volum. 4.* ¶ Reſcriptum, quod datur arbiter ad dividendam hæreditatem, non præjudicat abſenti, *l. 13. C. de probatio.* ¶ Diviſione domus facta inter fratres nova ſervitus per alterum quæri non poteſt, de qua non eſt facta mentio tempore diviſionis, *Capic. deciſ. 187. num. 11.* ¶ Diviſione facta, non debetur aditus per partem alterius; ſicut primo ante diviſionem fiebat, niſi ſpecialiter ſit conventum, *Bart. in l. 33. §. quacunque ff. de ſervitu. ruſti. prædio. Borg. Caval. deciſ. 19. n. 53. part. 2.* ¶ Unius hæredis mala geſtio muneris, non onerat cohæredes, licet pater illius hæredis decurionatui conſenſerit, dum viveret, *l. 15. ff. de munerib. & hono.*

Cap. XVI. *Quæ valeant, vel non.*

Teſtatoris præceptum, quod in vita alicujus diviſio non fiat, an, & quando valeat, *vide Dec. conſil. 442. num. 25.* ¶ Conditio, quod unus ex hæredibus teneatur perpetuo ſtare in communione cum aliis cohæredibus, ſub pœna privationis ſuæ portionis applicandæ aliis cohæredibus valet. *Rol. conſ. 84. ſecus in pacto. l. ſi convenerit. C. commun. divid.* ¶ Diviſio facta à patre, reſervata ſibi facultate teſtandi (ſaltem de bonis quærendis) inter filios in vim contractus jurata valet, nec poſtea à patre poterit retractari, etiam obtenta abſolutione à juramento, ſecus ſi fiat in vim ultimæ voluntatis. *Ozaſ. deciſ. 125. Pede. vide Jac. Put. deciſ. 84. lib. 2. & deciſ. 132. ibid. Paul. Aemil. deciſ. 275. part. & deciſ. 288. part. 2. & 105. Mago. deciſ. 64. Rot. Flor.* ¶ Quamvis pater bona ſua inter filios dum vivit dividere nequeat, eo quod hujuſmodi diviſio donationis inſtar ſit. *Abb. conſ. 66. n. 2.* tamen ſi facta, & teſtamento, vel codicillis confirmata ſit, erit valida, & à filiis omnino ſervanda erit. *Andr. Gail. obſerv. 116. lib. 2.* ¶ Quod ampliatur procedere, licet talis diviſio eſſet inæqualis (dummodo filii non graventur in legitimam) & hoc caſu evictio inter fratres non habet locum. *Gail. d. obſerv. 116.* ¶ Si pater bona diviſerit inter liberos, & filii in diviſione ſcripſerint, & promiſerint eam ratam habere, vel etiam ſimpliciter eam ſcripſerint manu propria, rata debet haberi hæc diviſio. *§. quia vero. Auth. de teſtam. imperfect.* ¶ Pactum inter diviſos de dividendo omnia bona eorum, jura, & actiones æqualiter valet, & comprehendit etiam, bona emphyteutica, ſaltem quoad fructuum commoditatem. *Nat. conſ. 518.* ¶ Per pactum in diviſione factum cenſetur receſſum à primo pacto præcedenti, & ſi in diviſione fuerit conventum, ut aliquid remaneat comũne, valet conventio. *Boer. dec. 214.* ¶ Diviſione quis non dicitur impugnare quando vendicat bona emphyteutica, tanquam comprehenſus in inveſtitura, nec frater tenetur de evictione, cum contingat ratione feudi, vel emphyteuſis quem eſſe incapacem, & ſufficit ſi æqualitas ſervetur à principio. *Joſeph. Ludo. deciſ. 29. Luc. num. 68. Hier. Mag. deciſ. Luc. 7. n. 39.* ¶ Idem quando per jus accreſcendi, vel non decreſcendi emphyteuſis accreſcit alteri, niſi expreſſe etiam in hoc caſu eſſet promiſſa evictio. *idem Magon. deciſ. 62. Rota. Floren.* ¶ Diviſio facta, & concluſa per ſortem, valet etiam non facto inſtrumento diviſionis, ſi non intervenerit dolus, vel læſio ultra dimidiam juſti pretii, vel minor ætas faciunt lex non ideo minus & lex diviſionem. *C. famil. erciſc. l. majoribus. C. commu. utriuſque Judic. & ibi. Bal. & Caſtr. l. inſtrumentis. C. de fid. inſtr. l. ſi minor. C. commu. dividun. l. ſi duobus. C. commu. de leg. & ibid. Jaſ. & Bal. & conſ. 72. vol. 2.* nam diviſio legitime facta non poteſt reſcindi, niſi propter enormem læſionem. *Cruv. conſil. 188. & conſ. 264.* & res ſemel diviſa amplius dividi non debet. *idem Cruv. conſ. 318. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de appellatio. art. 3.* ¶ Sortis judicium quale ſit, & ſententia per ſortem valet, & ab ea non licet appellare, niſi fraus intervenerit. *Marant. in ſuo Spec. par. 6. de teſtium product. n. 85. fol. 407. Rebuff. in ſuis comment. tract. de apellatio. art. 3.*

Vel non.

Diviſio facta à patre inter filios tradita bonorum poſſeſſione, ſapit donationem, & non valet; niſi inter filios emancipatos vel intervenerit juramentum, confirmatur tamen morte patris. *Natt. conſil. 273.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, per quam tamen inæqualitas inducitur, tolli, & annullari debet, licet ſit ſecuta ex hac erronea cauſa diviſio. *Menoch. conſil. 346. lib. 4.* ¶ Diviſio bonorum à patre inter liberos facta non aliter valet, niſi in teſtamento fuerit facta, vel alia ſcriptura parentum, vel liberorum omnium ſubſcriptionem continente. *§. & quod ſæpe. Auth. de trient. & ſemiſſe, vide tamen gl. ibi.* ¶ Diviſio facta per arbitros extrajudicialiter per errorem juris in bonis alterius non valet, nec præbet juſtam cauſam præſcribendi; ſecus judicialiter. *Borgn. Cavalc. deciſ. 27. de judic. cum ſeq. vide tamen ibi.* quia contrarium fuit judicatum. ¶ Error juris vitiat diviſionem, ut ſi quis putans alium jus habere in hæreditate cum eo dividat. *Cruv. conſ. 188. n. 10. l. 4. C. de juris & fact. ign.*

Cap. XVII. Quando reſcindi, retractari poſſit diviſio, vel non.

An diviſio facta per ſortes reſcindi poſſit, & an læſio ultra dimidiam requiratur, ut diviſio reſcindatur. *Fachin. lib. 8. cap. 36.* affirmat ſi adſit error, nec requiritur. ¶ Diviſio facta (etiam coram Judice) ſimpliciter de falſa cauſa, & propter errorem, ipſo errore probato, poteſt retractari. *Menoch. conſ. 320. lib. 4.* ¶ Diviſio erronea debet revocari, etiam quod ex alia cauſa poſſet ſuſtineri, *Cruv. conſ. 26. numer. fin. Menoch. conſil. 91. vol. 1. num. 26. Cruv. conſ. 188. num. 9. Dec. conſ. 408. & 525.* & non obſtante promiſſione de non contraveniendo. *Dec. conſ. 475. num. 39. & conſ. 600. num. 8. Natt. conſ. 77.* ¶ Fallit, quando ſcienter eſſet facta. *Menoch. conſ. 115. lib. 2.* ¶ Pro bono pacis licitum eſt diviſionem jam factam retractari, & aliam de novo haberi, ponitur exemplum in caſtris, & juriſdictione non bene diviſis, propter quam malam diviſionem oriuntur controverſiæ, & quæſtiones. *Cruv. conſ. 264.*

Cap. XVIII. Actio, Qualis ſit.

Actio hæc pro dividenda hæreditate dicitur actio mixta, nempe realis, & perſonalis, vel potius mixtam cauſam habet, in qua actione Judici licitum eſt (ſi æquitas hoc ſuadet) uni partium adjudicare rem, altera pecuniam recipiente. *§. quædam actiones, inſtitut. de actio.*

Cap. XIX. Actio: evictio. Quando detur, vel non.

Quid juris, quando alter cohæredum alienat partem rei communis, cauſa evitandi judicium familiæ erciſcundæ, *vide l. fi. ff. de alien. judi. mutan. cau. fact.* ¶ Inter hæredem, & fideicommiſſarium competit familiæ judicium. *l. ita tamen. §. Marc. ff. ad Senatuſc. Trebel.* ¶ Si alter hæredum aliquid in hæreditatem impenderit, ſive fructus, mercedeſve perceperit, vel rem deteriorem fecerit, erit locus huic judicio. *l. 34. ff. pro ſocio.* ¶ Si alter hæredum ſolvat creditori hypothecario à cæteris cohæredibus (etiam ſine ceſſione) per

hoc

hoc judicium repetit. *l. 63. ff. de verb. oblig.* ¶ Cohæredibus uni ſatisfacienti, qua actione contra alios ſuccurratur, *vide Bartol. in l. 5. §. ſi ſortem ff. de verb. oblig.* ¶ Hæredum unus ſolvens repetit actione familiæ erciſcundæ pro portione hæreditaria. *Papon. lib. 15. titul. 1. arreſt. 18.* & etiam dos mulieris prædefunctæ recuperatur ea actione, per ejus virum ſuperſtitem, *Boer. deciſ. 57.* ſed quando in dubio præſumatur dos in diviſione reſtituta, ſi non conſtat de dotis reſtitutione. *Natt. conſ. 684.* ¶ Ex cauſa diviſionis debetur evictio, in qua venit intereſſe, ſicut ex cauſa venditionis. *l. 66. §. fin. ff. de evictio.* ¶ Contra communitatem, vel municipium poteſt agi judicio diviſorio. *leg. penult ff. quod cujuſq. univerſitatis.* ¶ Judicio famil. erciſc. aliquando per judicem diviſorium conſtituitur uſusfructus, nempe alteri hæredum aſſignatur proprietas, & alteri uſusfructus, *leg. 6. ff. de uſufruct. & quemadmod. quis utatur.* ¶ Actio familiæ erciſcund. unde naſcatur, & quibus competat, *vide gloſſ. in l. 1. §. ad hæc. Codic. de annali exceptio.* ¶ Tempore diviſionis poteſt agi; ut fundus, qui obvenit uni ſerviat fundo, qui obvenit alteri. *leg. 33. ff. de ſerv. ruſtic. prædio.* ¶ Actio nego. geſto. competit pro his, quæ fiunt ex voluntate, & famil. erciſc. pro his, quæ fint ex neceſſitate. *Bart. in l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* ¶ Actio familiæ erciſc. cui, & quando competat, & quæ requirantur in ea, *vide Marant. in ſuo Specu. part. 4. diſtinct. 18.* ¶ Regula qui prior appellat, prior agat, quando habeat locum. *Bartol. in l. 29. ff. de jud.*

Vel non.

Bona ſubjecta fideicommiſſo aſſignata uni in diviſione, licet poſſint ab eo auferri; tamen evictio ſibi non debetur, etiamſi eſſet promiſſa. *Rol. d. conſ. 51.* ¶ Filius impendens circa perſonam patris (eo vivo) non petit à cohærede judicio famil. erciſc ſed an neg geſto. *vide tract. Bald. inter tract. Bart. de duobus fratribus fol. 119.* ¶ Actio familiæ erciſcundæ impeditur per exceptionem, quod agens non ſit hæres. *Marm. in ſuo Spec. par. 4. diſt. 20. n. 9.* ¶ Feudum ſi in diviſione tantum pervenerit ad unum, & alteri allodium, mortuo illo, cui obvenit feudum relicta filia hærede, Dominus feudi poterit ad ſe feudum avocare, nec filia pro tali evocatione agere poteſt contra patruum. *Rol. conſ. 51. vol. 4.*

Cap. XX. Communia, quæ dicantur, & quæ repeti poſſint, vel non.

Quod in communi ædificatur, commune efficitur, ſed ædificanti bona fide expenſæ debent reſtitui. *l. 16. Cod. de rei vendic.* ¶ Quam impenſam repetat frater à fratre, cum una ſimul per multos annos vixerunt, & deinde bona dividant, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 127.* ¶ Frater, qui de ſuo totam familiam alimentavit, an poſſit impenſas in alimentis factas à cæteris fratribus repetere, *Nat. conſ. 264.* quid, ſi unus fratrum plus impenderit, quam alter, *vide ib.*

Vel non.

Pater, facta diviſione inter filios ſuorum bonorum reſpectu reſtitutionis dotis nurus prædefunctæ non adhuc integraliter ſolutæ ita cavit, quod filius maritus d. nurus habeat ſuper portione ſua ſibi aſſignata totam ipſam dotem exactam, & exigendam ita taliter, quod frater ſuus non debeat pati damnum, tunc onus reſtituendæ dictæ dotis, & emolumentum non exactæ ſpectat ad dictum maritum d. nurus. *Menoch. conſ. 333. lib. 5.* ¶ Dos recepta per alterum ex fratribus, non reſtituitur de communi, niſi probetur verſa in communem utilitatem. *Bal. de duob. fratrib. n. 10.*

Cap. XXI. Qui, quæ communicare teneatur.

Frater minor, an poſſit petere à majore, quod com-

municentur apotheca, & nomina debitorum in libro ſocietatis cum extraneo contractæ, deſcripta. *Abb. conſ. 36. lib. 2.* ¶ Dos, quam maritus lucratur, debet communicari cum fratribus, ſtante tacita ſocietate omnium bonorum. *Dec. conſ. 69. 67. & 68.* quid, ſi pater mariti receperit ipſe dotem, & ſuſtinuerit onera matrimonii. *Dec. d. conſ. 67.* ¶ Frater, qui habuit principium ſuæ negociationis ex rebus hæreditariis æquitas ſuadet, quod lucrum omne inde proveniens fratri communicet. *Borg. deciſ. 10. n. 31. de contract. part. 2. Bart. in l. 4. C. alt. ius jud. & in l. 53. §. idem ff. pro ſocio, Bald. in ſuo tract. inter tract. Bartol. numer. 14.* ¶ Empta res per fratres & de communi pecunia, appoſita lege, ut res perveniat ad ſuos deſcendentes expreſſe nominatos, an deficiente perſona nominata deſcendente ex uno fratre, alter frater debeat habere inſolidum rem emptam, aut teneatur communicare rem ad nepotem, & ejus hæredem, *Boer. d. deciſ. 214.* & emptio facta à fratre, quando dicatur facta nomine proprio, & pecunia de proprio, vel communi ſoluta, *Bart. in l. 2. C. pro ſocio.* ¶ Frater ſi negotiatur de pecunia communi, an id, quod lucratur teneatur communicare, *vide Maran. in ſuo Spec. tit. an ſit judicium crimin. vel civil. diſtinct. 4 num. 17. Dec. conſ. 21. & 255.* quid, ſi pater dederit pecuniam filio, ut ex ea lucretur, *vide Maran. ibid. num. 32.*

Vel non.

Quod uni ex pluribus acquiritur, non communicatur aliis, niſi tacita ſocietas inter eos contracta ſit, & quando frater expenſas factas in domo repetere poſſit, *Dec. conſ. 628.* ¶ Frater non tenetur communicare lucrum adventitium fratribus, etiamſi patre vivente acquiſitum ſit, *Dec. conſ. 67.* nec ſi aliquid acquiſiverit ex dote uxoris ſuæ, *Amanel. de Clariſaqnis ſingul. 107.* ¶ Frater non tenetur donationem ſibi factam communicare, *Dec. d. conſ. 21.*

Cap. XXII. Quæ, quibus acquirantur.

Dominium rei emptæ per alium ex fratribus nomine proprio, qui in cataſtro communis cum aliis poni fecit, & tributa communiter ſunt ſoluta, acquiritur per hoc omnibus fratribus, *Bartol. in l. 14. de omni agro deſert. lib. 10.* ¶ Bona poſſeſſa, & quæſita per patruum, & nepotes majores, cenſentur quæſita, & poſſeſſa pro virili: ideo patuus tantum pro uno computatur, *Menoch. conſil. 222. lib. 3.*

Cap. XXIII. Actio cui competat.

Habens ratam venditionem, pro parte nomine ſuo facta agit ad pretium. *l. 19. C. de neg. geſt.* ¶ Frater non eſt obligatus ſolvere debita alterius fratris, nec pro illo poteſt conveniri, ſed ſi ſolverit voluntarie non poteſt agere ad intereſſe. *Borg. deciſ. 10. n. 19. & ſeq.*

Cap. XXIV. Socius: Frater, quæ facere poſſit, vel non.

Frater ex quibus cenſeatur remiſiſſe redditionem rationis, de adminiſtratis per alterum fratrem, *Augnſt. Bero. q. 21.* ¶ Frater bona communia adminiſtrans, videtur proprio nomine regere, *Afflict. deciſ. 360.* contrarium tamen ſcribit *Franc. Marc. quæſt. 316. num. 5.* quia jure familiaritatis adminiſtrare videtur, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 3. num. 5.* ſi ſine titulo adminiſtrat, ſecus ſi haberet titulum, *Natt. conſ. 502. num. 13.* ¶ Si unus ex fratribus de pecunia communi emerit ſuo nomine ſibi (non alteri fratri) dominium acquirit. *l. pen. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ¶ Frater in territorio communi non poteſt ædificare caſtrum, invito altero, & frater in re communi cum fratre minore ædificans non poteſt repetere impenſas. *Boer. deciſ. 320. n. 11. & 12.*

Cap.

Cap. XXV. *Ad quæ teneatur, vel non.*

Ratificare cenſetur frater venditione à fratre factam de re communi, petendo partem pretii à fratre venditore. *Crav. conſ. 159. n. 5.* ¶ Frater non tenetur computare in ſuam partem, expenſas factas in vita patris & condemnationes ſolutas, *idem Borg. decif. 11. numer. 15. part. 2. de contract.* ¶ Ratio adminiſtrationis non debet reddi inter fratres & ſocios omnium bonorum, quando omnes adminiſtrarunt, ſecus ſi unus tantum adminiſtraverit, *Borgni. ibidem. num. 34. Cravet. conſ. 159. num. 6. & conſ. 218. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 209. Dec. conſ. 255.* etiamſi adminiſtraverit vivente patre, *Borgni. ibid. num. 37. Petr. Genur. ſing. 84. Hippol. ſing. 493.* quid, ſi minor frater promiſerit nunquam petere rationem adminiſtrationia à majore, & an valeat pactum, *Dec. conſ. 265.* ¶ Frater etiam ſocius non obligatur ex facto fratris, niſi appareat verſum in ſocietatem, vel ſociali nomine fuiſſe factum, aut geſtum. *Rota. Genuen. deciſ. 26. n. 29. facit l. 1. C. ſi communis res pignori.*

Cap. XXVI. *Societas, quando contrahatur, vel non.*

Quæ ſocietas dicatur contracta, quando fratres, vel patru9, & nepotea diu ſimul habitarunt, *vide per Bart. in l. 48. §. altero. ff. de adminiſtrat. & peric. tutorum.* ¶ Societas omninm bonorum ex quibus tacite videatur inter fratres contrahi, *vide Dec. conſ. 21. conſ. 66. & conſ. 68. Rolan. conſ. 91. volum. 1. Caſſan. in conſuetud. Burgun. tit. des ſucceſſions. rubr. 7. §. 5. num. 24.* ubi tradit 4 concluſiones cum limitationibus, *Bart. in l. 53. § & idem, pro ſocio, & ſupra tit. de ſocietatibus.* ¶ Licet fratres remanendo in communione contraxerint tacite ſocietatem communicando ſibi lucra negotiationum, quas exercebant, tamen talis ſocietas non extenditur ad alia lucra prorſus ſeparata, *Abb. conſ. 65. lib. 1. facit l. 53. ff. pro ſocio.*

Cap. XXVII. *Quando præſcribi poſſit diviſioni, vel non.*

Diviſioni præſcribi non poteſt, licet res ſteterint communea per tempus antiquiſſimum, cujus initii memoria non extaret in contrarium, *Crav. conſ. 60. & conſ. 264 vide Jaſ. de actio. §. quadam, n. 29. facit leg. C. in quib. cauſ. ceſſa. long. tempo. præſcrip.* ¶ Licet filii in poteſtate res alienas inventaa in hæredirate paterna non uſucapiant titul. pro hærede, vel ſuo, tamen ſi fuerunt per patrem inter eoa diviſæ, & traditæ, & ipſi poſt mortem tenuerunt ex illa diviſione (ratam ipſam habentea) uſucapiunt titul. pro ſuo, & ex dicta diviſione, *l. pen. §. ſi pater, ff. pro ſocio.* ¶ Quod pro indiviſo cum alio poſſideo, ejus partem poſſidere dicor, *leg. 25. final. ff. de verbor. & rerum ſignificat.*

Cap. XXVIII. *Miſcellanea.*

Inſtrumenta communia debent eſſe apud digniorem, *l. 7. C. de eden. & ibidem. Bartol. vel antiquiorem, Guid. Pap. q. 289.* ¶ Unus ex dominia communium ædium ſervitutem imponere non poteſt, *l. 2. ff. de ſervit.* ¶ Ejus quod ex cauſa diviſionis mihi traditur tanquam meum, uſucapiendi conditionem non habeo, niſi hoc tradatur ex cauſa tranſactionis. *l. 29. ff. de uſucapio. & Bart. ſing. 13.* ¶ Conditio diviſionis videtur impleta ab eo per quem non ſtat, quominus diviſio fiat. *Dec. conſ. 629.* ¶ Procurator datus in duplicibus judiciis videtur fungi partibus actoris, & rei, ideo ſatiſdationem pro utroque præſtabit. *l. 15. §. ſi ff. de procur.*

TITULUS DLII.

Communi dividundo, & de rebus communibus in particulari.

Generalia.

MAteriam hujus actionis ad longum ſcribit *Jaſ. de act. in §. quadam.* ¶ Vide de hac materia, communi dividundo, *per Bartol. in l. 4. C. communia utriuſq; judicii.*

Cap. I. Commune. Quod dicatur, & quæ requirantur.

Communi nomine, ſeu communibus pecuniis empta res, efficitur communis, *Boer. deciſ. 214.* ¶ In judicio commun. divid. requiruntur magis exactæ probationes dominii, vel quaſi, quam in judicio familiæ erciſcun. *l. 45. ff. famil. ercif.* ¶ Præſentia parria licet requiratur, quando judex eligit agrimenſorem, & eidem dat terminum ut vadat ad menſurandum, tamen in relatione non requiritur. *Bartol. in l. 15. num. 11. ff. de dot. præleg.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Commune quod eſt, meum eſt, quantum ad diſpoſitionem partis meæ. *Bartol. in l. 1. C. qui teſtam. face. poſſ.* ¶ Quod in communi ædificatur, commune efficitur, ſed ædificanti bona fide expenſæ debent reſtitui, *l. 16. C. de rei vendic.* ¶ Oſtia, & feneſtræ repertæ in domo diviſa ex parte unius ſunt communea, ſi murus diviſorius eſt communis pro indiviſo, ſi eſt pro diviſo, ſunt illiua ſocii, cui magis adjacent, & reperinntur in parte medietatis illius muri diviſorii. *Borg. Caval. deciſion. 9. part. 2. de contract.* ¶ Paries quando dicatur communis pro diviſo, & quando pro indiviſo, *Boer. conſ. 5. Dec. conſil. 388.* & de differentiis, *vide ibid.* ¶ Paries, quando ſit proprius, vel communis, quib. ſignis cognoſcatur, *Boer. d. conſ. 5. n. 6. & Excel. P. Theſ. 219.* quo loci per eundem Boer. traduntur plura ſigna, ex quibus dignoſcitur an paries ſit communis, an intelligantur, quod ſit communis pro diviſo vel pro indiviſo, *Dec. conſ. 388. vol. 2.* ¶ Curia poſita in domo. quæ dividitur in duas partes, pertinet pro dimidia uni, & pro alia dimidia alteri. *Natt. conſ. 23. Tom. 1.* & ſervitus acquiri non poteſt in re communi *ibid. num. 2.* ¶ Domo vendita, quæ ab alia diſtinguitur pariete communi, medietas parietis videtur vendita, & paries communis inter duas domos, an ſit pro diviſo, vel indiviſo, *Bart. in l. 4. ff. de ſervit. & in l. 39. ff. de damno infect.* ¶ Quod commune eſt, quantum ad diſpoſitionem partis meæ, *l. 5. §. Labeo. de leg. 1.* ¶ Paries judicatur proprius ex immiſſione tignorum, & ædificiorum. *Gomez. Leo. deciſ. 42. in deciſio. diverſo. Tom. 2.*

Cap. III. Quæ probentur, præſumantur.

Quando intentatur hoc judicium à poſſidente, & negatur per conventum agentem poſſidere, & eſſe dominum, ſufficit probatio præſumpta dominii, nempe probatio poſſeſſionis, *Borg. d. deciſ. 18. n. 5. & 6.* Præſumitur diviſio rerum, quando plures fratres, vel ſocii poſſederunt longo tempore bona diviſim, & ſeparatim, *Crav. conſ. 318. Jaſ. de actio. § quadam, num. 40. Dec. conſil. 79. numer. final. Ant. Trigo. ſingul. 123.* limita, quando adeſſet inæqualitas, *ibid. Trigo ſingul. 123.* ¶ Quando conſtat murum eſſe communem à dimidio infra, an etiam præſumatur communis à dimidio ſupra, *Excel. P. Theſ. deciſ. 23. n. 2.*

Cap. IV. Quæ fieri poſſint in re communi, vel non.

An liceat fimum, paleas, & alia in re communi facere, *Natt.*

Natt. conſ. 23. vol. 1. ¶ Canale in muro communi facere (ſi alteri non noceat) licitum eſt, item balnea, modo murus deterior non reddatur. *Marc. qu. 497.* ¶ Murum ædificare prope communem (modo ſeparari poſſit) licere, ſcribit *Franc. Marc. q. 82.* ¶ Aut ſocius vult uti facere, ſeu reficere in re communi ad eum uſum, ad quem parata eſt, & poteſt etiam alio prohibente aut ad uſum, ad quem res parata non eſt, & tunc ſubdiſtingue, quia aut intereſt prohibentis non uti, & eſt melior conditio prohibentis, aut non intereſt, & tunc melior eſt conditio facientis. *gloſſ in §. religioſum in verbo invi. to, inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ An in re communi liceat facere cloacas, *Marc. quaſt. 460. part. 2.* ſed aquarium facere in muro communi prohibitum eſt. *ibid. Marc.* ¶ Socius poteſt ædificare ſuper muro communi conſtructo à ſocio, ſi ſolverit partem muri. *Marc. ibid. nu. 7.* ¶ An liceat facere furnellum in muro communi, *Marc. quaſt. 483. part. 2.* ¶ Unus ex ſociis poteſt alium ædificantem impedire, jure communionis, non jure ſervitutis. *l. 11. ff. ſi ſervit. vendic.* ¶ Si unus ſociorum velit reædificare, an alii compellantur, *vide gloſſ in l. 7 C de ædifi. privat.* ¶ Poteſt unus ſociorum inſolidum diſponere de re communi. *Cravet. conſ. 319.* ¶ Quando alter ſocius refecit rem communem, & alius ſocius eſt contumax ad reſtituendam dimidiam partem expenſarum poſt quatuor menſes, ſocius ille reficiens efficitur dominus partis ſocii, quod procedit etiamſi domus fuiſſet diviſa de novo, quæ requireret parietem de novo conſtrui. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 859. Rebuff. in ſuis comment. tract. de contumo. in præfa. num. 43. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des foreſtz. Rub. 13. §. 1. gloſſ. 1. numer. 17. Guliel. de Lud. ſing. 17. l. 4. C. de ædifi. privat.* ¶ Ædificare quis poteſt in muro communi, ſi ad id eſt deſtinatus, & remaneat communis, alias ſecus. *Borg. Caval. deciſ 9 num. 14 part. 2. de contract.* ¶ Vicinus an poſſit in muro communi facere feneſtras, vel elevando murum feneſtras alterius obſcurare, *Borg. deciſ. 9. nu. 14. par. 2.* ¶ Si duo habent parietem communem, quorum unus vult invito altero, & contradicente illum demoliri, & ſuper eundem parietem poſtea de novo ædificare, & generaliter, an aliquod poſſit fieri in pariete communi ſocio, *Baer. conſil. 5.* ¶ Pars rei communis poteſt vendi (etiam extraneo) ante intentatum judicium, commun. divi. *l. 3. C. de commun. rer. alien.* ubi de alienatione rei communis, *per tot. tit.* ¶ Puteus viciniæ ſerviens, ſi reparatione indigeat, omnium contributione illa debet fieri, nec unus poteſt commoditati d. putei renunciare, ut ſolutionem, & contributionem evitet. *Ludov. Rom. ſing. 68.* ¶ Si murus communis ſit deſtinatus, ad altius elevandum poteſt attolli etiam invito ſocio, ex hoc patienti damnum, ſed quando cognoſcatur, ut ſit communis, & deſtinatus ad altius elevandum, *vide Excel. P. Theſſau. deciſ. 23.* ¶ Communis ſi ſit domus inter fratres, quorum alter ſuperiorem partem poſſideat, alter inferiorem, ſi ex ſtatuto ob fratris delictum inferior pars ſit deſtruenda, an tota domus deſtrui debeat, *vide Ant. Corſ. in ſuis ſingul. litera C. ſing. communitas.* ¶ Jacobus cum vicino convenit, ut ſibi liceret quendam parietem antiquum demoliri, illumque ſuis expenſis eodem in loco oneri ferendo idoneum, & inter ipſos pro indiviſo communem reficere, erecto pariete certo modo, & forma prout antea erat ædificatus, vicinus prohibet, ne altius elevetur, quæritur, an jure prohibeat, reſpondet negative. *Bero. q. 26.* ¶ Si ex tribus, habentibus molendinum commune duo velint locare, alius non, iſte tertius contradicens tenetur ſtare locationi duorum, tamen ſi ipſa velit ibi molere pro ſua tertia parte poterit. *Guid. Papo. ſing. 639.* ¶ Molendinum commune tranſit in reficientem, ſi alius ſocius interpellatus illud pro parte ſua reficere non curaverit. *Franc. Crem. ſingul. 94.* ¶ Quod unus ratione communionis conſequitur, alteri communicare tenetur. *l. 19. ff. de noxa. act.* ¶ Habitare in domo communi pro indiviſo quis poteſt quod procedit, quando quis habitat in re communi deſtinata ad uſum habitationis, nec impedit ſocium, qui cum eo habitare vult, quin habitet, ſed quando denegat, tenetur ad ſolutionem penſionis pro dimidia. *Vinc. de Franc. deciſ. 160.* ¶ Pluribus ſociis diſcordantibus circa uſum, & culturam rei communis, quid juris, *vide Joan. Pap. lib. 15. tit. 2. areſt. 26. Natt. conſ. 303. & Hipp. ſing. 369* ¶ Claves caſtri regulariter penes majorem natu reponi debent, ſi tamen ſint plures Domini unius caſtri, tot fieri debent claves, quot ſunt Domini, maxime ſi immineat ſuſpicio. *Nat. conſ. 190. Tom. 1.* ¶ Impenſa ſi principaliter ſit ad utilitatem meam, licet hoc redundet etiam in utilitatem alterius, tamen non poteſt ab illo altero impenſa peti, *Natt. ibid.*

Vel non.

Reg. eſt in re communi invito ſocio non licere ædificare, & novum opus, vel quicquam facere ideo hac in re dicimus meliorem conditionem fore inhibentis. *Mag. deciſ. 46. Rot. Flor. Gomez. Leo. deciſ. 95. in deciſ. diverſo. Tom. 2. fol. 51. vide Excel. P. Theſſaur. deciſion. 41.* ubi ſcribit Regul. cum ampliationibus, & limitationibus. ¶ Limita Regul. quando ſocius utitur re ipſa communi, ad uſum deſtinatum. *Mago. d. deciſion. 46. num. 6. Vincent. de Franc. deciſ. 197.* amplia, & ſublimita, *ut per eundem Excel. P. Theſſaur. d. deciſ. 41.* ſed quando murus communis dicatur deſtinatus ad elevandum, *vide ibid. d. deciſ. 41. num. fin.* ¶ Secundo limita, quando ædificans in re communi intendit ſuper ædificatum eſſe commune, ſicut pars inferior, quæ limitatio procedit, quando ſuper ædificatum non nocet ſocio, alias ſecus. *Mago. ibid. num. 8. vide eundem Mago. deciſ. 55. Rot. Flor.* ¶ Tertio limita, & declara ſemoto damno, & intereſſe ſocii nil prohibere, quin ſocio liceat aliquid facere in re communi, etiam invito ſocio, veluti depingere, incruſtare, muro communi appodiare, & ſimilia. *Mago. d. deciſ. 46. numer. 10. Marc. quaſt. 498. part. 1. & qu. 460 part. 2.* nam in re communi admittitur id, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt *Bero. quaſt. 26.* & leve præjudicium non conſideratur. *ibid.* ¶ Quarto, tria ſunt propter quæ invito ſocio permittitur in communi muro ædificare, nempe pactum, patientia, & natura rei. *Mago. ibid. num. 11. Marc. q. 497. part. 1. num. 17.* ¶ Socius non poteſt nunciare ſocio novum opus, ſed judicio, communi dividundo poteſt experiri. *leg. 3. §. ſi in loca, ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Ubi ædificium nocet ſocio, non eſt licitum ædificare in re communi, ſecus ſi non noceret. *Marc. qu. 406. part. 2.* ideo in re communi non eſt licitum elevare, quando obſcuraretur lumen ſocii, nec pariter eſt licitum facere feneſtras, quando debilitaretur murus, niſi quando non afferrent nocumentum. *Marc. ibidem.* ¶ In re communi aliquid immittere prohibitum eſt, *vide Boer. conſilio. 5. num. 14.* tamen ſocius poteſt coopetire parietem communem, ſi damnum ſocio non adferat. *ibid. num. 2.* ¶ Quando conjunctus alienat prædium commune, ſi alter conjunctus poſtea tacuerit per aliquod temporis, an videatur conſentire alienationi, ut non poſſit poſtea inquietari emptor, *Cravet. conſ. 237.* ¶ Socius, ad ſocii æmulationem alteri partem ſui caſtri vandere non poteſt. *Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 156.* quid, quando tractatur de locanda re communi, *vide ibid. caſ. 442.* ¶ Socius non poteſt uti re communi, ad alium uſum, quam ad deſtinatum, ideo non poteſt in rem communem projicere fimum, nec aliquid quicquam contra ſolitum uſum. *Natt. conſilio 23. Tom. 1. num. 6.* ¶ Furtum facit, qui exportat meſſem ex prædio communi, maxime poſt

factam diviſionem. *Natt. conſ. 31. Tom. 1.* ¶ Ædificare non poteſt frater in re communi, & ædificans in re communi cum minore, non poteſt repetere expenſas. *Borr. deciſ. 320. num. 11.* ¶ Socius non poteſt facere feneſtras in muro communi invito altero ſocio, quod ampliatur procedere, licet ſocius non potuiſſet aliunde habere lumen. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 58. facit l. 39. ff. de ſervit. urb. prad.* nec hoſtium. *Marc. q. 24.* ¶ Unus ex ſociis ſervitutem imponere non poteſt. *l. 2. ff. de ſolut.* nec poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. *l. 7. ff. de ſervit. urb. prad.* ¶ Non licet ſuper, vel juxta parietem communem aliquid facere, propter quod deterior fiat paries. *leg. 12. ff. eod. & leg. 16. ibidem.* ¶ Invito ſocio non poteſt quis ædificare in re communi licet ei permiſtatur à domino prædii ſervientis. *l. 26. §. ſi in arca. ff. de ſervit. urb. prad.* ¶ Unus ex ſociis non poteſt fundum communem ſervum facere, nec ei libertatem acquirere, minus acquiſitam remittere. *leg. 34. ff. de ſervit. ruſtic. prad.* ¶ In pariete communi non poteſt aliquis aliquid facere vel prohibere jure ſervitutis, ſed ei per hoc judicium ſuccurritur. *l. 25. ff. de ſervit. urb. prad.*

Cap. V. Qui eligere poſſit.

Mulier in diviſione habet optionem, ſed major non debet dare electionem minori. *Bartol. in l. unica. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10. vide tamen c. 1. ex. de parochiis.*

Cap. VI. Quando præſcribatur, vel non.

Præſcribere, an quis poſſit rem communem indiviſam, *Borr. deciſ. 58.* ¶ Socius poſſidens inſolidum rem communem, præſcribit ſpatio 30. ann. contra alium ſocium. *Joan. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 7. vide tamen Cravett. conſ. 60.* ¶ Actioni communi dividundo regulariter 30. annis præſcribitur, fallit in actione communi dividundo, quæ competit inter Dominum, & Feudatarium cui non præſcribitur, niſi ſpatio 40. annorum. *Rom. ſing. 755.* ¶ Intelſige prædicta, quando unus ex conſortibus totam rem poſſideret, nam tunc eſt locus præſcriptioni, ſecus ſi à principio omnes ſint in poſſeſſione, quia, etſi per mille annos ſtarent in communione nunquam curreret præſcriptio. *ibidem Roman. in additio.* ¶ Actioni communi dividundo præſcribitur minori tempore, quam 30. ann. in conſequentiam. *Bartol. in leg. 3. ff. pro dote.* ¶ In judiciis diviſoriis ceſſat præſcriptio, longi temporis. *l. 3. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. temp. praſc.*

Cap. VII. Quæ repeti poſſint, & qui teneatur ſtare in communi.

Expendens in cauſa mota ſuper re communi defendenda tantum, quantum fuiſſet erogaturus in defendendo ſolummodo partem ſuam, non poteſt à conſocio repetere expenſas pro ejus parte. *Rom. ſing. 653.* ¶ Cedens actiones in judicio, communi dividundo potentiori, cogitur ſtare in communione, & provocare non poteſt. *Rom. ſing. 84.*

Cap. VIII. Diviſio. Quibus modis fieri poſſit, vel non.

Diviſione facta domus communis, ſi ſocii diſcrepant inter ſe circa electionem unius, ejuſdemque partis, qui habet aliam domum contiguam illi parti, debet obtinere, *Capic. deciſ. 42.* ideo ſocius habens fundum prope fundum dividendum, alius vero non debet habere portionem juxta fundum proprium. *Capic. ibid.* ¶ Socii duo ſi acceperant quædam prædia, ad laborem, & unus eorum habeat duos filios, qui ſimiliter laborant, alius vero nullos, qualiter debeant dividi quæſita, *Jaſ. de act. in §. ſequens, num. 47.* ¶ Juriſdictio ſi ſit communis duorum, vel plurium qualiter inter eos debeat exerceri, vel dividi, *vide Borr deciſ. 5.* ¶ Diviſio domus per ſularia admittitur, & tunc ſolarium loco parietis habetur. *Borg. Caval. deciſ. 18. par. 2. num. 62.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quando dividi bona debeant, neque enim major partes conſtituere debet & minor eligere, ſed Jodex ipſe partes ipſas facit, & uni unam, alteri alteram aſſignat, vel etiam diviſione facta, ſorte dirimere poterit, cui electionem tribuat, *Menoch. de arb. lib. 2. caſ. 123.* ¶ Traditur etiam alia Reg. nempe, quod inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam poſſunt dividi, quod dictum ampliatur, & limitator per *Caſſ. tit. des foreſtz. Rub. 3. §. 6. in fine.* & inter alias limitationes illa præcipue notatur, quod ita demum feudum dividi poteſt, ſi omnes conſortes conſentiant, & non aliuer. *ibid. num. 23.* ¶ Aquæ ductus jus pluribus concedi poteſt, & dividi Judicis arbitrio. *Rom. ſing. 811.* ¶ Communione ſtare compellitur nemo invitus. *Bartol. in l. 26. §. ſi centum. ff. de cond. in. deb.* ¶ Pupillus habens ſocium rixoſum, poteſt provocare, ad diviſionem auctoritate Judicis, & majore provocante ſocio, minores poſſunt dividere inter ſe. *Bartol. in l. 20. ff. de auct. & conſenſu tut.* ¶ Maritus non provocat, ad diviſionem fundi dotalis, ſed provocatur, idem in minore. *gloſſ. in l. fi. C. de fund. dot.* ¶ Si ratione donationis incidatur in communionem, quia pars pro indiviſo eſt donata, datur facultas majorem partem habenti offerendi æſtimationem conſocio partis ſuæ, quo non offerente fieri debet diviſio, ſi commode fieri poteſt, alias minorem partem habens, offerre poteſt majorem partem habenti. *l. 24. §. ne autem. C. de donatio.* ¶ Villa ſeparata ab aliis villis, & agregrata alicui caſtro, quoad juriſdictionem retinet communalie, cum aliis villis, & poteſt petere diviſionem dictorum communalium, tamen dicta diviſio fit de licentia ſuperioris. *Borg. Caval. deciſ. 4. de contract. part. 2.*

Vel non.

Diviſio rei communis peti non poteſt, ſi alter ex dominis partem ſuam alteri domino pignori obligaverit. *Lud. Rom. ſing. 178.* ¶ Regulariter diviſio rerum feudalium prohibetur, quando feudum habet annexam dignitatem, quod limita in 14. caſibus de quibus per *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des foreſtz. rubr. 3. §. 6.* ¶ Jure communi ille, qui habet minorem partem, debet vendere alteri, qui habet majorem partem. *Guid. Pap. ſing. 557.*

Cap. IX. Licitatio, quando habeat locum.

Diviſio, ubi commode fieri non poteſt, deveniendum eſt ad licitationem, in qua obtinetis, qui habet majorem partem, offerendo pretium æquale, quod pars adverſo obtulit. *Capic. deciſ. 36. Gaſpar. Cab. Millel. 817.* vel aliter providetur judiciis, quando res non poteſt commode dividi. *Mag. deciſ. 46. Rot. Flor.* ¶ Communi re exiſtente inter duos, quorum unus habet duas partes illius, alius vero tertiam, is autem, qui habet duas vult tertiam alterius partem jure licitationis, quando eam poſſit habere, *vide Capic. d. deciſ. 36.* ¶ Diviſionem res non recipientes, vel gradus, & portæ ſervientes ad plures domos, ita nec recipiunt licitationem, quando ea admiſſa, & altera parte ſuccumbente ejus domus remanerent, quaſi inutiles, cum commodus aditus non haberent. *Capic. dec. 63.*

Cap. X. Quis præferatur.

Ille eſt præferendus in melioratione rei communis, qui magis idoneè rem reſtaurabit. *l. 41. ff. de dam. infect.* ¶ In emptione rei communis de æquitate ſocius præferri debet, dummodo tantum det, quantum ab aliis reperitur. *Guid. Pap. ſing. 780.* ¶ Frater junior, vel alius habens rem communem cum alio, præfertur in diviſione in eligendo. *Caſt. ſing. 8. vide tamen ſup. tit. fam. erciſc.*

Cap. XI. Stipulatio, quando committatur.

Si paries communis idoneus deſtruatur, vel non idoneus, ſed vitioſe reſtituatur, ſtipulatio committitur ad intereſſe. *l. 33. 36. & 37. ff. de dam. infect.* ¶ Si communis paries ſine alicujus vitio damnum inferat, ſtipulatio non committitur: idem ſi culpa utriuſque committeretur; ſecus ſi culpa unius. *l. 40. §. quoties, ff. de dam. infect.* ¶ Utroque ædificante in pariete communi, ſtipulatio debet interponi; ſed interpoſita ex certa ſcientia ſimpliciter ad dimidium committitur, vel ad totum, ſi hoc ſit dictum, in qua cautione non venit, quod alter ſocius ex ſtipulatione præſtiterit. *l. 43. §. cum parietem. ff. de dam. infect.* ¶ Vicinus reficiens parietem à ſuo latere, non repetit partem expenſarum à vicino. *Mag. deciſ. 136. Rot. Flor.*

Cap. XII. Qui effectus producantur.

Hypotheca conſtituta per unum ex ſociis in re communi, non extinguitur diviſione: nam remanet tota res obligata pro indiviſo. *Ægid. Magiſt. tract. ſubhaſt. c. 43. in deciſ. diverſo. fol. 213.* ¶ Socii, ſi poſt diviſionem diu ſteterint in communi, an iterum cenſeantur bona communicaſſe, *Boer. deciſ. 58. num. 15.* ¶ Diviſio rei communis facta nuda conventione, niſi ſequuta traditione, vel ſtipulatione, non eſt efficax ad agendum *l. diviſionis. ff. de pact.* ¶ Frater nomine ſuo rem emens, ſi eam ſuo, & fratris nomine in libro communis deſcribi patiatur, ex hoc dominium pro parte in alterum fratrem translatum cenſetur præſertim, ſi alter frater pro rata collectas ſolverit. *Lud. Rom. ſing. 433.* ¶ Ex ipſo, quod fundus communis emitur, videtur contracta ſocietas in illo fundo, & eſt cautela ſcribenda in inſtrumento emptionis, ut appareat pretium fuiſſe ſolutum de re communi. *Bartol. in l. 2. C. pro ſocio.* ¶ Diviſio facta cum proprietario non præjudicat fructuario. *l. 31. ff. de uſu & uſufr. lega.* ¶ An propter communem parietem præſtetur cautio conſocio, *vide gloſſ. in §. fin. de ſerv. urb. præd. l. 12.* ¶ Socius cuſtos caſtri communis, ſi juſto terrore, & metu fuit inductus ad remittendum caſtrum hoſtibus, excuſatur, alias tenetur conſocio ad omne intereſſe. *Natt. conſil. 79.* ¶ Habitans domum communem, non tenetur penſionem ſolvere conſocio; quia utitur jure proprio: idem ſi domus non patiatur diviſionem; ſed quid, ſi fuit ſolita locari, *vide Joan. Mehed. deciſ. 289.* frater etiam qui habitat totam domum pro indiviſo, non tenetur ad penſionem pro rata aliorum, *Borg. deciſ. 25. part. 2. num. 18.*

Cap. XIII. Quæ valeant, vel non.

Pactum de non dividendo, quod de jure infirmatur, an per juramentum interpoſitum confirmetur, *vide Excel. P. Theſſaur. deciſ. 142.* ¶ Pactum appoſitum ſuper fœtibus pecorum inter dominum & paſtorem, eſt ſervandum, *l. 8. C. de pact.* ¶ Pactum (etiam juratum) de non dividendo rem communem, non valet. *And. Gail. obſerv. 24. num. 7.*

Cap. XIV. Actio cui detur, & qualis ſit.

De ipſa actione pro ſocio, & de ſocietatibus, *vide ſupra tit. de ſocietatibus.* ¶ Ubi res ad meliorandum traditur, ut, quod melioratur, dividatur, ſi dominium transfertur in totum, erit actio, præſcriptis verbis, alias ſi dominium non transfertur in totum, ſed in partem, tunc exit ſocietas. *l. 14. ff. de præſcript. verb.* ¶ Actio, communi divid. unde naſcatur, *vide gloſſ. in l. 1. §. ad hæc. ff. de ann. except.* ¶ Hæc actio oritur ex quaſi contractu. *§. item inſt. de obl. quæ ex quaſi contract. naſc.* ¶ Actio, communi dividundo pro re particulari dicitur actio mixta, nempe realis, & perſonalis, vel potius mixtam cauſam habet, in qua licitum eſt judici, uni partium adjudicare rem, ſi æquum ſibi videtur. *§. quadam actiones, inſt. de act.* ¶ Hæc actio eſt bonæ fidei. *§. actionum autem, inſtit. de actio.*

Cap. XV. Cui competat.

Ædificans in loco communi, quando impediatur per actionem communi dividundo, vel per officium judicis, & actio hæc, an habeat locum pro re incorporali, *Bartol. in l. 3. §. in loco. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Pro refectione officio judicis, & quando actione, communi dividundo agatur, vel pro ſocio, & quando ab altero eorum poſſit peti cautio de damno infecto, *Bartol. in l. 39. ff. de dam. infect.* ¶ Si res pro indiviſo poſſideatur à ſocio meo, vel ab alio alium tantum conveniam, ſi pro diviſo, utrumque pro rata. *l. 8. ff. de rei vendic.* ¶ In judicio, communi dividundo, opponitur de exceptione domini. *Bartol. in l. e ff. famil. erciſ.* ¶ Hoc judicium communi dividundo procedit, intentatum per fratrem pro dividenda re communi contra fratrem, qui emerat ipſam rem ſuo, & nomine dicti fratris agentis, reſervata facultate repetendi partem pretii bonorum ſoluti per fratrem emp rem, & poſſeſſorem *Rol. conſ. 4. vol. 2.* ¶ Actio co muni dividundo, quando competat, cui, & quæ requi ntur in illa, *vide Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſt. 17. jud.* ¶ Pro eo, quod quis ſolvit ex neceſſitate ratione communionis, competit hæc act. *l. 3. C. de neg. geſt.* ¶ Non poſſidens intentans hoc judicium, ſi negatur eſſe ſocium, ſeu rem eſſe communem, debet agere rei vendicatione. *Borg. Caval. deciſ. 18. de jud. numer. 1. & 2.* ſed ſi non negatur ſocius, recte agit hoc judicio. *ibidem num. 3.* ¶ Si paries communis opere à te facto in ædes meas ſe inclinaverit, potero tecum agere jus tibi non eſſe parietem illum ita habere. *l. 14. §. ſi paries, & l. 17. ff. ſi ſervit. vendic.* ¶ Pro eo, quod fit in ædibus propriis in communes, vel è contra, agi poteſt negatoria. *l. 26. ff. de ſerv. urb. præd.* ¶ In ipſa actione ſi ſint plures res communes, ſingulas ſingulariter Judex adjudicat, & ſi una plus valeat, in pecunia condemnabit, ſi vero una res ſit, quæ diviſionem non recipiat, adjudicabitur uni in ſolidum, qui condemnabitur conſocio in pecunia. *§. pen. inſtit. de offic. Judic.* ¶ In cauſa ſervitutis prædiis communis, quod unus ex ſociis expendat, repetit ab altero. *l. 33. §. fin. ff. de nego. geſt.* ¶ Si unus ex dominis, aliquid impenderit in rem communem, ſive fructus, mercedes re perceperit, eſt locus huic judicio, & non ſocietatis, niſi ſit inter ſocios contracta. *l. 33. ff. pro ſocio, vide l. 32. ff. de dam. infect.* ¶ Si unus ex ſociis communis fundi arbores ſucciderit, ſocius cum eo interdicto, quod vi, aut clàm experiri poteſt. *l. 13. §. ſi ex ſociis. ff. quod vi aut clàm.* ¶ Actio familiæ erciſcundæ, niſi ſemel intentatur, ſed ſi aliqua res communis remaneat ad eam dividendam, poteſt agi hoc judicio, commun. divid. *l. 20. §. fin. ff. famil. erciſcun.* ¶ Socius poſſidens pro indiviſo habet remedium poſſeſſorium, non tantum pro ſua parte indiviſa; ſed etiam pro tota petita *Borg. deciſ. 11. deciſ. 23. p. 2. num. 115.* nam remedia poſſeſſoria etiam pro re communi dantur. *Franc. Marc. q. 316.* ¶ Poſſidens pro indiviſo dicitur totam rem, & in ſolidum poſſidere, & mortuo conſocio, tota poſſeſſio ad ipſum dicitur devoluta, *Borg. deciſ. 11. p. 2.*

Vel non.

Judicio, communi dividundo non poteſt agere, qui non poſſidet tempore petitæ diviſionis. *Borg. Caval. deciſ. 11. de contract. num. 45. part. 2.* ¶ Unus ex dominis domus communis pro periculo removendo, in ſolidum conveniri poteſt, & condemnari. *Joan. Gail. q. 174.* ¶ Communis rei commoditas percipi debet pro modo, & menſura portionum ſingulorum. *Cravet. conſil. 60.* ¶ Mater agens hoc judicio contra filium pro parte bonorum ſibi relictorum, poteſt repelli, vel ſaltem reconveniri ſuper redditione computi tutelæ adminiſtratæ, niſi aliter reſcripto Principis mandetur. *Cravet. conſ. 79.* ¶ Actio commun. divid. non tollitur per

actio-

actionem pro ſocio, quia habent ſe, ut excedentia, & exceſſa. *l. 43. ff. pro ſocio.*

Cap. XVI. Conditio, qualis ſit.

Prohibentis conditio in re communi in dubio potior habetur. *Marc. q. 24.* ¶ Licet regulariter in re communi potior ſit conditio prohibentis, hoc tamen non procedit in alienatione ipſius rei: quia quilibet poteſt alienare partem ſuam; ſed an ſocius debeat præferri alteri emptori, quotieſcunque vult dare idem pretium, *vide Marc. qu. 368.* maxime in caſtro, & juriſdict. *ibidem.* ¶ In re communi conditio prohibentis non eſt potior, ſi ejus non intereſt, veluti ſi depingatur paries, vel incruſtetur. *Marc. qu. 497. numer. 15. vide qu. 460. part. 2.* quod fieri poteſt. *l. 12. §. fin. ff. de ſervitut. urba. prædio.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

In dubio legando quis rem, videtur legare partem, quam habet in re. *de leg. 1. l. 5. §. fin.* ¶ Venundatis prædiis communibus minoris, ſi minor pro parte ſua reſtituitur à contractu, eſt in facultate emptoris à toto recedere. *l. 49. § curator. ff. de minor. 25. ann.* ¶ In hoc judicio ille dicitur agens quid primo provocavit, ſe cum ambo provocant ad judicium ſorte diſcerni ſolet. *l. 13. & 14. ff. de judic.* ¶ Domus habens plura ſolaria, ſi à diverſis habitetur, & refici debeant ſolaria, à domino ſuperioris ſolatii refici debent; idem in refectione tecti, ad quam dominus ſuperioris partis domus tenetur, licet fracto tecto, aqua etiam ad inferiorem dominum deſcenderet. *Magno. deciſion. 136. Rot. Floren.* ¶ Socius vendens rem communem pro indiviſo, cenſetur alienaſſe partem ſuam tantum. *Borg. Caval. deciſ. 18. numer. 18.*

TITULUS DLIII.

Finium regundorum, & de confinibus.

Generalia.

De materia finium, *vide infra tit. de paſcuis.* ¶ De probatione identitatis, *ſupra lib. 1. tit. de probat. ident.* ¶ Qualiter pronunciandum ſit in controverſiis finium, & quod ſit in ea re Judicis officium, *vide Mynſing. obſerv. 27. cent. 6.* ¶ De ipſa probatione, *vide per Natt. conſil. 672. Menoch. conſil. 21. volum. 1. & conſil. 147. libr. 2.* ¶ De modo procedendi in materia limitum territoriorum, *vide Franc. Marc. q. 429.* ¶ De limitibus, *vide d. q. 111. part. 2.* ¶ De hoc judicio finium regund. *vide plene per Jaſ. de actio. §. quadam, & Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. ibid. n. 132. Maran. in ſuo Specul. par. 4. diſtinct. 17 judic.*

Cap. I. Finis, limes, quis dicatur, vel non.

Montes, & flumina in territoriis, & Epiſcopatibus, limitum loco habentur. *Marc. num. 2. quaeſt. 336. part. 2.* ¶ Limes eſt ſignum, ſeu terminus finalis dividens: duo territoria. *Guid. Pap. ſingul. 176.* ¶ Frunteria eſt ultima pars territorii uſque ad quam incluſive territorium extenditur, hoc ideo dicta, quia frontem facit contra aliud territorium. *Guid. ſing. 761.* ¶ Nam quando lapis, qui reputabatur pro termino, facta viſitatione non reperitur habere lapides parvos hinc inde, quos ſolemus appellare indices tunc non poteſt haberi pro termino. *Menoch. conſ. 21. n 30. vol. 1.* alias termini probant fines. *idem Menoch conſ. 147. n. 36.*

Cap. II. Qualis ſit.

Differentia quæ ſit inter limites, fines, confines, & territorium, de effectu, & natura ipſorum, & an limites cedant limitato, ſeu dicantur de terra limitata, *vide Marc. qu. 338. part. 2. & qu. 341.* ¶ Quando eſt differentia de finibus inter duas communitates, quid juris, *vide Natt. conſ. 204. Tom. 1. & conſ. 672. Menoch. conſ. 147. libr. 2.* ¶ Licet ex mutatione temporis interdum mutentur tenementarii: tamen remanet eadem res, & idem limes. *Marc. q. 207.*

Cap. III. Quando communis ſit.

Limitum locus, an ſit communis, cum certum ſit limites eſſe communes, & terminus unus alteri recta via reſpondere tenetur, ſecundum tamen gardas ipſi appoſitas coopertas in terra, quæ regunt limites. *Marc. qu. 210.* quid ſit limea, cujus proprietas ſit, & an ſit communis, *vide eundem quaeſtio. 336. part. 2.* ¶ Foſſata poſita in confinio duorum prædiorum, communia ſunt. *Bartol. in tractat. de fluminibus ſua Tyberia. in verbo fluminum. num. 4.*

Cap. IV. Quando probetur, vel non.

Confines qoomodo probentur, *Guid. Pap. quaeſt. 193.* quod loci tradit decem modos, & ultra, per quos poſſunt confines probari. ¶ Limites territoriorum, quomodo probari poſſint, vide per eundem. *Marc. qu. 159. part. 2. & qu. 334.* ¶ Verba enunciativa ad alium finem concepta in limitibus probandis, an, & quando fidem faciat, *Marc. 335. part. 2.* ¶ Territorium diœceſium & juriſdictionem, vel aliorum limitum & confinium termini, qualiter, & quibus modis probari poſſint, *vide Mynſing. obſervat. 25. cent. 6.* ¶ Fines qualiter per libros, vel teſtes, aut famam probari poſſint, ac de modo, & forma probandi per teſtea, *Mynſing. obſervat. 26. cent. 6. ejuſdem.* ¶ Finium, & terminorum probatio qualis requiratur, *vide Dec. conſil. 42. num. 9.* ¶ In probandia finibus antiquis non ſunt omnino neceſſariæ exactæ probationes; ſed leves, & conjecturales ſufficiunt. *Menoch. conſ. 147. libr. 2.* ¶ Cuſtod. arguit fines eſſe cuſtodientis. *Menoch. conſil. 147. num. 17.* ¶ Liber æſtimi probat bona in eo deſcripta eſſe ſub finibus ejus, ſub cujus æſtimo deſcripta ſunt. *ibid. numer. 49.* idem in libria cenſus. *ibidem num. 50.* ¶ Fines locorum probantur per libros antiquos, ſeu ſcripturas. *Abb. conſ. 62. libr. 2. numer. 12.* ¶ Conjecturæ ſimul junctæ identitatem probant; licet confiniunt ſit diverſitas. *Afflict. deciſ. 63. numer. 3.* ¶ Confines in inſtrumento enunciati (maxime in facto antiquo) probant dominium inter partes enunciantes, & illis ſtatur. *Afflict. deciſ. 83.* ¶ Quando limites non habent guardas nihil probant, licet appareant ab extra, & nihil operantur, quando non habent guardas coopertas, quæ dividunt ſecundum judicium ruſticorum, & antiquorum, quibus eſt ſtandum in talibus, *Marc. quaeſt. 416. part. 2.*

Cap. V. Quando præſumatur, vel non.

Limitibus antiquis in dubio potius ſtandum eſt, quam novis, quia præſumendum eſt pro antiquitate, ex quo non apparet de mutatione antiquorum finium. *Franc. Marc. qu. 216.* ¶ Confines reperti fracti domi præſumuntur fracti ab eo, qui remanſit ad cuſtodiam. *Bartol. tractat. de alveo. § per alluvionem.* ¶ Illud, quod eſt intra fines alicujus territorii, præſumitur eſſe de finibus illius territorii, cujus ſint fines, *vide tamen Caſſa. in conſuet Burg. tit. des mains mortes, Rub. 9. §. 4. gloſſ. 1. Natt. conſ. 204. Tom. 1. Rol. conſil. 46. volum. 3. num. 67. & Menoch. conſ. 21. vol. 1.* ¶ Confines rei ſuæ quilibet ſcire præſumitur. *Afflict. deciſ. 63.* ¶ Confinium diverſitas, an faciat præſumere rem eſſe diverſam, *Afflict. deciſ. 25.* ¶ Finium mutatio in dubio non præſumitur, & finis antiqui poſſeſſio, per exercitium juriſdictionis, reditus antiquos, navigia, & pedagia, probatur. *Marc. q. 112. part. 2.*

Cap VI. Quando fieri poſſit.

Rei oculis ſubjectæ fines eum non rectè deſiderare, qui eos conturbavit, deciſum reperitur ex libris placit.

Curiæ

Curiæ lib. 11. de exceptionibus. tit. 6. in deciſ. diverſo. alias viſitatio occularis loci dubii, cum teſtibus facienda eſt, ſi dubitatur de confinibus antiquis. *Afflict. deciſ. 23. numer. 6.* ¶ Limites territorii juriſdictionis, quomodo in ſententiæ executione plantandi ſint, *vide Franc. 169.* nam tunc requiritur nonnulla cauſæ cognitio. *idem Marc. qu. 170.* ¶ Si fines, ſeu poſſeſſiones finium varientur, debet fieri articulus, quod poſſeſſio, quæ hodie eſt poſita intra tales fines, & poſſeſſio, quæ erat olim poſita inter tales fines, eſt una, & eadem. *Bartol. in l. 1. C. ſi unus ex pluribus appel.* ¶ Limitum antiquorum viſitatio, quomodo fieri debeat, *Marc. qu. 670. part. 2.*

Cap. VII. Quando præſcribatur, vel non.

Limites territorii ſunt impræſcriptibiles, *ibid. quæſt. 170. & qu. 210.* ¶ Limitibus, quod continetur, præſcriptioni ſubjacet. *Marc. qu. 112.* tamen limites Provinciarum præſcriptioni non ſubjacent. *Marc. qu. 342. part. 2.* ¶ An, quando, & qualiter limites præſcribi poſſint, & quid de cohærentiis finium, ſive limitum, *Mynſing. obſerv. 28. cent. 6.* ¶ Fines prædiorum Eccleſiaſticorum 40. annorum ſpacio præſcribuntur. *c. 9. ext. de præſcript.* ¶ Actio finium reg. quia eſt etiam perſonalis non præſcribitur, niſi ſpatio 30. ann. *Bartol. in l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptor.* ¶ Limitis poſſeſſio præſcribi non poteſt. *cap. inter. 16. quæſt. 3.* ¶ Finium limites non præſcribi, quando ſunt manifeſte diſtincti, niſi ſpacio centum annorum, *ſcribit Menoch. d. conſil. 147. num. 44. & 45.*

Cap. VIII. Diviſio, quando fieri poſſit.

Villa ſeparata ab aliis villis, & aggregata alicui caſtro, quoad juriſdictionem retinet communalia cum aliis villis, & poteſt petere diviſionem dictorum communalium. *Borgn. Cavalc. deciſio. 4. part. 2. de contract.* ¶ Diviſio communalium, & juriſdictionum non poteſt fieri, niſi de licentia ſuperioris. *Borg. ibid.*

Cap. IX. Quando noceat.

Limites, ſi demonſtrationis cauſa ponantur, non nocent tertio. *Marc. q. 340. num. fin.* ¶ Quando, & quibus ſententia, ſeu declaratio finium regundorum noceat, *Dec. conſ. 42. num. 12.*

Cap. X. Actio, cui competat, & contra quem.

Actio finium reg. an habeat admixtam cauſam poſſeſſionis & proprietatis, & quomodo in hac actione procedatur, & quid in ea probandum & faciendum ſit, *vide omnino Bemini. deciſ. 86.* ¶ Venditor confines oſtendere tenetur (quinimo ubi eſſent mali vicini, qui propriè vocantur confines) tenetur venditor demonſtrare ultra duas, *Marc. quæſtion. 337. part. 2.* ¶ Actio fini. regu. pro dividendis fundis controverſis dicitur mixta, ſcilicet, realis, & perſonalis, vel potius mixtam cauſam habet. *§. quædam actiones, inſtitut. de actio.* ¶ Finium regundorum in judicio de poſſeſſione prius, & inde de proprietate quærendum eſt, & poſt de terminis fingendis. *Natt. d. conſil. 673.* ¶ Contra communitatem poteſt agi in judicio fini. reg. *l. pen. ff. quod cujuſque univerſitatis.* ¶ In hoc judicio ille dicitur agens, qui primo provocavit, ſi vero ambo provocant ad judicium, ſorte res diſcerni ſolet. *l. 13. & 14. ff. de jud.* ¶ Si finium regundorum agatur, propterea nihil debet venditor ratione evictionis. *l. 10. C. de evict.* ¶ An, & quando pro limitibus debeatur evictio. *Marc. 342. part. 2.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Viæ publicæ, montes, & flumina ſunt ſolita dividere territoria, & illa deſignant. *Marc. qu. 454. numer. 34. par. 1. quæſt. 111. & 343. part. 2.* ¶ In controverſia finium territorii ſubditi poſſunt deponere pro Domino. *Guid. qu. 193.* ¶ Pars una tenetur alteri parti exhibere inſtrumentum faciens pro limitatione mandamenti. *ibidem num. fin.* ¶ Fines, ſeu limites, qui propria auctoritate occupat, incurrit quandam pœnam. *Marc. qu. 429.* ¶ Modus viſitationis, & de verificatione limitum in antiquis inſtrumentis deſcriptarum, deſcribitur, *per Mart. qu. 207.* ¶ In confinio, quæ naſcuntur pro parte utrique confinantium acquiruntur. *Marc. d. qu. 338.* ¶ In judicio finium reg. Judex de fundo unius alteri adjudicat, ſi viderit expedire, eoque (cui de fundo alieno adjudicat) in pecunia condemnato, & ſi quid malitioſe reperit circa confinia geſtum eſſe eo nomine condemnat, & adjudicans, rei dominium in eum, cui adjudicavi, transfert. *§. fin. inſtit. de offic. jud.* ¶ Duplicatur tempus, ſi aliquis rumpit confinia. *Petr. de Raven. ſing. 718.*

TITULUS DLIV.

De acquirenda, & retinenda poſſeſſione, & de ipſa poſſeſſione.

Cap. I. Poſſeſſio: Quid ſit.

POſſeſſio, quid ſit, naturalis quid, & quid civilis, naturalis quomodo commutetur in civilem, effectus civilis poſſeſſionis, qui, *vide per Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de mater. poſſeſſio. fol. 757.* ¶ Surrogatus in jure, non videtur ſurrogatus in poſſeſſione, & poſſeſſio ante ejus acquiſitionem eſt jus. *Ægid. Bellam. concluſ. 351.* ¶ Quæ dicatur momentanea poſſeſſio, *vide l. 8. & ibidem gloſſ. C. unde vi.* ¶ Canonica poſſeſſio dicitur illa, quæ apprehenditur vigore brachii ſecularis, vel mandati executivi. *Caſſan. deciſ. 6. tit. de cauſ. poſſeſſ. & propric. num. 6.* ¶ Paria ſunt poſſeſſionem tradere, val eam dimittere vacuam. *l. 38. §. Julian. ff. de noxa. actio.* ¶ Poſſeſſio non vacua, dicitur duobus modis, & venditor non liberatur, niſi tradat poſſeſſionem vacuam omnino. *Bartol. in l. 12. C. de probatio.* ¶ Vera dicitur poſſeſſio, etiam ea, quæ eſt quæſita per actus fictos, *Gaſpar. Cab. Millel. 900.* ¶ Poſſeſſio, quando recens, & quando antiqua dicatur, *vide ibidem num. 10.* & titulata potior eſt. *Dec. conſ. 410.* ¶ Poſſeſſio duplex, alia naturalis, alia civilis: ideo dictio, poſſeſſio, eſt ambigua, & ſi profertur ab actore in ſuo libello, poteſt ipſe ea intervallo ſe declarare, an intelligat de naturali, vel civili: *Guid. Pap. qu. 629. numer. 6.* ¶ Poſſeſſio, quid ſit poſſeſſio naturalis, & quid ſit civilis. *Cujac. libr. 27. obſerv. c. 7.* ¶ Poſſeſſio, quid ſit, & quotuplex ſit, an ſit facti, vel juris, *Facb. libr. 8. cap. 5.* ait civilem eſſe juris naturalem facti. ¶ Poſſeſſio non dicitur vacans, licet quas ſine titulo poſſideat. *Mobed. dec. 238.* quando dicatur tradita poſſeſſio vacua. *vide per gloſſ. in l. 12. C. de probat.*

Cap. II. Qualis ſit.

Poſſeſſio plurimum facti habet. *l. 19. ff. ex quibus cauſ. majorcc.* ¶ Promiſſio traditionis vacuæ poſſeſſionis, non continet nudum factum, ſed cauſam bonorum. *l. 52. §. fi. ff. de verb. oblig.* ¶ Alia eſt æſtimatio poſſeſſionis, alia fundi, ſeu proprietatis. *l. 21. §. qui poſſeſſionem. ff. de eo, quod metus cauſa.* ¶ Separata debet eſſe poſſeſſio à proprietate. *l. 1. §. hujus autem ff. uti poſſidetis.* ¶ Poſſeſſionis origo, non continuatio ſpectanda eſt. *Ozaſcb. d. deciſ. 34. num. 4.* ¶ Poſſeſſio longæva, vel ſaltem longiſſima habet vim conſtituti, pacti, ac privilegii, & maximè, quando opponitur per viam exceptionis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 106. part. 2.* ¶ Per furorem ſupervenientem injuſta poſſeſſio non fit juſta, nec è converſo juſta non fit injuſta, *§. ſi vi. l. 31. ff. de uſucapio.* ¶ Natura ſervitutum ea eſt, ut poſſi-

poſſiderinon poſſint, ſed intelligatur poſſeſſionem earum habere, qui ædes poſſidat. *l. 31. §. fin. ff. de ſervit. urb. præd.* ¶ An naturalis poſſeſſio facti, an juris eſſe poſſit. *Cuj. libr. 18. obſerv. cap. 24.* ¶ Poſſeſſio, quot ſint judicia poſſeſſoria, & quæ, *Franc. Sarm. libr. 2. ſol. inter cap. 13.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Si ruſticus deponat ſe vidiſſe aliquem tenere, & poſſidere, debemus intelligere de poſſeſſione, quæ facti eſt: cum ipſe ſcire non poſſit, quid ſit poſſeſſio. *gloſſ. l. 38. §. hac ff. de verb. oblig.* ¶ Verbum, poſſidere intelligitur civiliter, niſi conditio perſonæ faciat intelligi de naturali detentione. *l. 38. §. hac quoque. ff. de verb. oblig.* ¶ Miſſio conceſſa de facto, quod de facto revocari poſſit, quomodo intelligatur, *vide deciſ. 34. num. 11. Ozaſch.* quæ miſſio conceſſa juris ordine non ſervato eſt nulla, & ex illa non acquiritur poſſeſſio. *Guid. Pap. ſing. 851.* ¶ Poſſeſſionem non poſſe eſſe penes duos inſolidum, quomodo intelligatur, *vide per Franc. Marc. qu. 193.*

Cap. IV. Quæ requiruntur, vel non.

Quæ requirantur in acquirenda poſſeſſione in rebus incorporalibus, *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tract. de mater. poſſeſſo. in præf. num. 169.* ¶ An hoc, ut quia ex cauſa ſuperveniente cenſeatur mutaſſe poſſeſſionem, requiritur ſcientia tituli, ſupervenientis, quæ ſcientia ex actis non præſumitur. *Put. deciſ. 288. lib. 3.* ¶ Quando jus commune facit contra poſſidentem, & pro eo, qui petit, non ſufficit quaſi poſſeſſio; ſed eſt neceſſarius titulus. *Veral. d. deciſ. 296. num. 4. part. 1.* ¶ Quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus ut quæratur, requiritur ſcientia ejus, ad quem ſpectat, aut ſaltem ſui poſſeſſoris. *Capic. deciſ. 57. Cab. Milleloq. 912.* ſed an talis ſcientia præſumatur, relinquitur arbitrio judic. *Cabal. ibidem.* ¶ Bona fides, quando requiratur in poſſeſſione ſola, *vide Capic. d. deciſ. 189. num. 4.* quæ bona fides ex poſſeſſione præſumitur. *Dec. conſ. 410.*

Cap. V. Quemadmodum probetur, vel non.

Per inſtrumentum acquiſitionis probatur traditio poſſeſſionis in quo adeſt verbum, dedit, & donavit, per quæ verba tranſit poſſeſſio, ſecus in verbo tradidit, ſeu tradit. *Boer. conſ. 11. num. 12. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 3. tit. de mater. poſſeſſo. num. 87. & 762.* ¶ Ex traditione clavium poſſeſſio probatur, & ex habitatione, & detentione. *Dec. conſ. 56.* ¶ Teſtes, qui dicunt aliquem vidiſſe poſſidere, probant poſſeſſionem. *Dec. conſ. 56.* ¶ Quando probatur bona fuiſſe poſſeſſa per plures, puta per virum, & uxorem tunc intelligitur, quod poſſederint pro dimidia, *Cravet. conſ. 61.* ¶ Qui violenter poſſidet, ab onere probandi non relevatur, imo fortius aggravatur. *leg. vis ejus. C. de probatio.* ¶ Poſſeſſionem, vel quaſi qui ſe adeptum fuiſſe aſſerit ex aliqua cauſa, non ſufficit, quod probet ſe feciſſe illos actus poſſeſſorios, ſeu quaſi, ſed debet probare, quod ex allegata cauſa privilegiata illos fecerit. *Ozaſch. ibid. num. 101. num. 39.* ¶ Teſtes deponentes aliquem tenere, & poſſidere talem fundum, probant poſſeſſionem, quæ per locationem retinetur. *Dec. conſ. 303. numer. 17. & 20.* ¶ Hæres agens ad reſtitutionem poſſeſſionis ex perſona defuncti, quid debeat probare, *vide Natt. conſ. 439.* ¶ Ad probandum univerſitatem poſſediſſe, ſeu poſſidere, ſufficit probare hoc fieri per ſyndicum, vel alios, per quos univerſitas regitur. *idem Boer. ibid. numer. 4.* ¶ Teſtis, quid de poſſeſſione deponens dicit ſe vidiſſe Titium poſſediſſe, ſi poſtea interrogatur, quid ſit poſſeſſio, etiam ſi dicat ſe neſcire, tamen adhuc probat. *Hippol. ſing. 661.* ¶ Teſtis qui dicit Titium poſſediſſe tanto tempore, & plus, quomodo probet. *Bart. in l. 15. §. non autem. ff. ex quibus cauſis majores,*

¶ Teſtis, qui deponit de poſſeſſione, intelligitur de naturali deponere. *Bartol. in l. 1. num. 22. ff. ſolut. matrim.* ¶ Cum probanda eſt poſſeſſio diuturna, non obſtat, ſi unus teſtis dicat de uno tempore, & alius de alio. *Abb. conſil. 81. lib. 2.* ¶ Vacuæ poſſeſſionis traditio poteſt probari teſtibus, & inſtrumentis. *l. 12. C. de fide inſtrum.* ¶ Poſſeſſio continuata medii temporis probatur, probatis extremis. *Pet. de Beniut. deciſ. 134. Bartol. in l. 8. §. ſupervacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv. Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera P. ſing. probatio poſſeſſionis,* nam qui ſemel poſſedit præſumitur ſemper poſſediſſe. *Guid. Pap. ſing. 949. vide Bartol. in l. 4. C. de in integr. reſtit. & in l. 16. C. de probatio,* & ad probandum continuam poſſeſſionem, ſufficit probare pro majori parte temporis poſſediſſe. *Guid. Pap. ſing. 984.* ¶ Poſſeſſio, quando probetur de præterito in præſens. *Ozaſch. deciſ. 40. numer. 9.* ¶ Poſſeſſio per fructuum perceptionem probatur. *Ozaſch. deciſ. 43. num. 3. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29. num. 14.* & confirmatur. *Ægid. Bellam. concluſ. 703.* & ſi probo percepiſſe fructus alicujus agri, præſumitur, quod toto illo anno poſſederim illum agrum. *Franc. Cremen. ſing 133.* ¶ Fallit ſi percipiantur fructus jure familiaritatis, *idem Joſeph. ibid. num. 13.* nam tunc poſſeſſio non eſt attendenda. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 3. & 54.* vel clandeſtina. *Afflict. deciſ. 167. numer. 3.* ¶ Poſſeſſio ex quibus probetur. *Afflict. deciſ. 167.* & transfertur per clavium traditionem præcedente titulo valido. *Afflict. deciſ. 299. Cabal. Milleloq. 904.* ¶ Per locationem, & perceptionem penſionis probatur poſſeſſio, niſi probetur, quod alius ſit in poſſeſſione. *Afflict. deciſ. 325. Boer. deciſ. 239. numer. 5.* & etiam probatur per teſtem deponentem laboraſſe ad inſtantiam alicujus. *Joſeph. Ludov. deciſ. 65.* ¶ Precariam poſſeſſionem eſſe, qui dicit, illud probare tenetur. *Put. dec. 443. lib. 2.* ¶ Teſtis ſi dicat Sempronium poſſediſſe domum, alter teſtis dicat poſſediſſe una cum Jacobo, dicitur probata poſſeſſio inſolidum Sempronii. *Benint. deciſ. 33.* ¶ Ubi aliquis dicit ſe in poſſeſſione alicujus penſionis, & probat, quod penſio fuit retroactis temporibus ſoluta, ſed non apparet de mandato illius, qui dicitur penſionem debere, quia alius ſolvit, tunc præſumitur mandatum præceſſiſſe. *DD. de Rot. deciſ. 2. eod. tit.* ¶ Poſſeſſio ſufficienter probatur per inſtrumentum publicum, in quo continet partem eſſe inductam in poſſeſſionem. *Thom. Faſt. deciſ. can. 41.* ¶ Poſſidere quem deſiiſſe dolo, qualiter probetur. *Bartol. in l. 37. ff. de rei vendit.* ¶ Poſſeſſione probata non tenetur agens probare titulum: fallit ſi poſſeſſio eſſet recens: idem ſi ſit antiqua, & habeat præſumptionem contra ſe, ut puta litem, & competitorem in eadem re, *Capic. deciſ. 6. Lanfranc. de Oriano ſing. 1.* ſed quando poſſeſſor teneatur probare titulum ſuæ poſſeſſionis. *DD. de Rot. deciſ. 1. titul. de reſtitut. ſpoliat. in novis additio. Bartol. in l. 16. C. de probatio.* ¶ An poſſeſſio in inventario uti poſſidetis ſit probanda non per unum teſtem duntaxat, *Fachin. lib. 8. cap. 16.* affirmat. *e. licet de teſtibus.* ¶ An poſſeſſio, ſeu quaſi transferat onus probandi contrarium in ſervitutibus. *Fachin. libr. 10. cap. 36.* negat. *l. ſi nci. §. ſed ſi quaratur. ff. ſi ſervit. vendic.*

Vel non.

Poſſeſſio non probatur per teſtes dicentes, quod poſſederunt nomine talis, niſi probetur de ejus mandato, aut ratificatione. *Cravet. conſil. 5. num. 16.* ¶ Per ſimplicem locationem non probatur poſſeſſio in præjudicium tertii, ſed adverſus conductorem tantum, niſi locator etiam mercedem receperit: quia tunc non eſt veriſimila, quod recipiſſet penſionem, ſi alius fuiſſet dominus. *Cabal. Milleloq. 907.* quod poſſeſſio contra

tertium

tertium non probetur ex inſtrumento locationis, ſcribit *Joſeph. Ludovic. deciſ. 14. Luc. num. 17.*

Cap. VI. Quæ præſumantur.

Poſſeſſio quando ex alterius voluntate quæſita præſumatur. *Put. deciſ. 444.* ¶ Poſſeſſio præſumitur tradita quando contractus eſt celebratus in ipſo fundo, & poſſidere præſumitur ex cauſa emptionis, ſi emens rem reperiatur in ejus poſſeſſione. *Bartol. in l. 77. ff. de rei vendic.* ¶ Poſſeſſionem meam ſi quis ingrediatur, vel accipiat de rebus meis me præſente, & tacente, quando præſumar conſentire. *Bartol. in l. 34. numer. 24. ff. ſolut. matri.* ¶ Poſſeſſio, vel quod quis poſſederit aliquando non præſumitur, niſi probetur: quia poſſeſſio conſiſtit in facto; ſecus eſt in proprietate. *Capic. deciſ. 189. num. 7. Boer. deciſ. 42. num. 27.* ¶ Poſſidens præſumitur dominus. *Jaſon. de actio. in §. ſic ita, numer. 26.* & habet pro ſe præſumptionem. *ibid. num. 20.* ſed an præſumatur poſſeſſio ex detentione, *vide ibid. num. 30.* ¶ Curſus longi temporis cum detentione, facit omnia præſumi ſolemniter acta, *vide Bartol. in l. 34. num. 24. ff. ſolut. matrim.* ¶ Poſſeſſio naturalis ex quibus actibus præſumatur clandeſtina quæ aufertur per ingreſſum habentis civilem. *Put. deciſ. 509. libr. 2.* ¶ Poſſeſſio ſecunda præſumitur clandeſtina. *Vera. deciſ. 334. part. 2.* ¶ Filius ſtans cum matre præſumitur poſſidere fundum matris jure familiaritatis, & ſimiliter fratres, & ſorores ſimul habitantes præſumuntur jure familiaritatis poſſidere. *Bartol. in l. 41. ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Poſſidere quis præſumitur ex cauſa præambula, vel titulo in actis producto, vel præcedenti. *Ozaſc. deciſ. tot. num. 37. Put. deciſ. 212. lib. 3. Paul. Æmil. deciſ. 139. part. 2. Cabal. Milleloq. 911. Cravet. conſ. 226. 255. Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera P.* & ex eo titulo præſumitur ſequuta poſſeſſio. *idem Cravet. conſ. 317. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſeſſ. in præfat. num. 123.* ¶ Præſumitur quis poſſidere jure familiaritatis, quando apparet de titulo alterius, licet ille titulus ſit invalidus. *Cravet. conſ. 61.* ¶ Uxor poſſidens cum marito præſumitur jure familiaritatis poſſidere. *Ozaſch. deciſ. 104. num. 5. Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 54. vide deciſ. Peruſ. 80. part. 2.* quando dicatur vitioſa poſſeſſio, ratione familiaritatis. *Papon. lib. 7. titul. 1. arreſt. 6.* ¶ Faciens id, quod poteſt eſſe licitum, & illicitum, in dubio præſumitur feciſſe libitum: ideo ille, qui reperitur poſſidere poſt inhibitionem, ex hoc ſolum non dicitur attentare, quia potuit facere actum licitum, puta continuando primam poſſeſſionem. *idem Put. d. deciſ. 223.* nam qui continuat ſuam poſſeſſionem non dicitur de novo quid facere. *Guid. Pap. ſing. 787.* ¶ Titulus quando præſumatur ex longa poſſeſſione, *vide Boer. deciſ. 42.* & poſſeſſio longiſſima parit jus, *Boer. deciſ. 42. numer. 10.* ideo poſſidens præſumitur dominus. *Bartol. in l. 3. §. neque. ff. de aqua plu. arcen.* & res dicitur eſſe poſſeſſoris quoad defendendum, non quoad agendum. *Bartol. conſil. 209.* ¶ Poſſeſſio recentior ſtante antiquiore, vitioſa præſumitur. *Afflict. deciſ. 324. num. 8.* & clandeſtina. *Joſeph. Ludov. deciſ. 14. Luc. num. 5. deciſ. 65. num. 27. ibid. & deciſio. 11. Peruſ.* ¶ Ex curſu decennii præſumitur oblivio ex qua cauſatur amiſſio poſſeſſionis. *Petr. Benint. deciſ. 10.*

Cap. VII. Quæ poſſideantur.

Res mobiles, vel ſe moventes poſſidentur; ſicut immobilia, *Guid. q. 212. ſing. 216.* ¶ Prælatus novus cenſetur res, vel jura ſui beneficii poſſidere, vel quaſi ſine nova apprehenſione, *Guid. Pap. q. 355.* ¶ Mobiles res, & jura non poſſunt pro diviſo poſſideri, ſed corpora hæreditari ſic. *Bartol. in l. 8. ff. de vendi.*

Cap. VIII. Quando recuperari poſſit.

Spoliatus poteſt recuperare poſſeſſionem auctoritate propria, *Cravet. conſ. 4.* quod procedit quando ſpoliatus retinebat civilem poſſeſſionem, *idem conſil. 5. num. 9.* & qualiter probetur poſſeſſio civilis, *vide ibid.* ¶ An is, cui mandata juriſdictione cui non habeat jus in poſſeſſionem mittendi. *Vaud. var. quæſt. lib. 2. quæſt. 35.* ¶ An creditores poſſint mitti in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſario ſubjectorum, quæ prohibita alienari, & remaneant in familia, an vero bona hujuſmodi debeant pervenire ad alium ex familia. *Rolan. conſil. 51. Tom. 4.*

Cap. IX. Quando apprehendi poſſit.

Apprehenſione unius rei hæreditariæ, totius hæreditatis poſſeſſio non dicitur apprehenſa, ſed requiritur apprehenſio omnium rerum. *Mynſing. obſerv. 38. cent. 3.* ¶ Poſſeſſionis apprehenſio habet vim conteſtationis, & actionem perpetuat. *l. 31. ff. ex quibus cauſ. majores.* ¶ Poſſeſſio caſtri reſervata uſque ad certæ quantitatis ſolutionem, ipſa ſolutione non probata, an poſſit propria auctoritate apprehendi, quum alius actualiter eam habet, *vide Put. deciſ. 443. libr. 2.* ubi concludit pro negativa. ¶ Apprehendens poſſeſſionem ex inſtitutione paterna non dicitur apprehendere jure familiaritatis, ſed nomine proprio, *Put. deciſ. 134. eo. lib.*

Vel non.

Poſſeſſione unius rei apprehenſæ non intelligitur facta apprehenſio cæterarum rerum, etiam ſi quis dicat ſe id facere animo apprehendendi cæteras res. *Natt. conſil. 429.* ¶ Hæres utilis contraveniendo teſtatoris voluntati amittit facultatem propria auctoritate poſſeſſionem apprehendendi. *Put. deciſio. 134. numer. 9. libr. 2.*

Cap. X. Quando capi, occupari poſſit, vel non.

Poſſeſſionem accipiendi propria auctoritate quando ſtatuat teſtator in relictis, & an tunc requiratur Judicis auctoritas, *vide per Boer. deciſ. 156.* & licentia, qua conceditur facultas ingrediendi propria auctoritate valet, *vide Bartol. in l. 3. C. de pignoribus.* ¶ Inſtitutus in re certa ſine vitio ſpoliationis capere poteſt poſſeſſionem, etiam ſi hæres univerſalis actualiter poſſeſſionem apprehendiſſet: idem in creditore pignoris ex permiſſione debitoris. *Mobed. deciſ. 302.* quando inſtitutus in re certa poſſit propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem abſque vitio, *vide Put. deciſ. 134. libr. 2.* ¶ Poſſeſſio ſtante lite, non poteſt aliter, quam per decretum capi. *Put. deciſ. 460. libr. 2.* ¶ Occupans poſſeſſionem vacantem per mortem, plus delinquit, quam ſi occuparet poſſeſſionem vacantem, per negligentiam: *Ozaſ. d. deciſ. 44. num. 20.*

Cap. XI. Quando quis habeat, vel non.

Per traditionem inſtrumenti, cenſetur res tradita; de qua in inſtrumento fit mentio, & per inciſionem dicti inſtrumenti inducitur retraditio ipſius rei, in primum tradentem. *Ludov. Rom. ſing. 338.* nam qui tradit inſtrumentum, videtur tradere poſſeſſionem rei, ſi eo tempore poſſidebat. *l. 1. C. de donatio.* ¶ Poſſeſſionem perinde habet, ac ſi fuiſſet immiſſus, qui debuit immitti in eam auctoritate Judicis, & non potuit, quia fuit impeditus. *Afflict. deciſ. 302.* ¶ Poſſeſſio an poſſit eſſe inſolidum apud duos, & quis dicatur habere poſſeſſionem civilem, *gloſſ. in l. 5. §. ſi duobus, ff. commodati. l. 3. ff. uti poſſidetis. l. 10. ff. de precario. gloſſ. in l. 38. §. hac quoque. ff. de verborum obligat.*

Vel non.

Creditor poſſeſſionem naturalem non habet. *l. 5. §. idem Julianus. & ibid. gloſſ. ff. ad exhiben. vide etiam gloſſ. in l. 7. §. & ſancimus. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. vide tamen. l. 25. §. fin. & l. 97. ff. de pignor. action.* ¶ Poſſeſſio, ſeu quaſi ſine

apprehenſione non habetur, nec recuperatur per fictionem juris, ut per ſententiam. *Caſſad. deciſ. 7. Joſeph. Ludov. deciſ. 69. Peruſ. part. 2.* ¶ Miſſus in poſſeſſionem fideicommiſſi, vel legati ſervandi cauſa in contumaciam hæredis, nunquam pro domino eſſe incipit, nec tam poſſeſſio rerum ei, quam cuſtodia datur: neque enim expellendi hæredem jus habet, ſed ſimul cum eo poſſidere jubetur. *l. ii, cui. ff. ut poſſeſſio. legat.* ¶ Poſſeſſio poteſt etiam peti de jure civili ſine interdictis. *gloſſ. in §. 1. inſtitut. de interdict.* ¶ Scævola ait poſſeſſionis furtum fieri, denique ſi nullus ſit poſſeſſor, furtum negat fieri: quare ante hæreditatis aditionem furtum non fit, hæreditas enim poſſeſſionem non habet, quæ facti eſt, & animi. *l. 1. §. Scævola. ff. quis teſtamento. lib. eſſ. juſ. fuer.*

Cap. XII. Quando retineri poſſit, vel non.

Quaſi poſſeſſio juriſdictionis, quæ competit perſonæ, retinetur animo, & dicitur habere cauſam continuam. *Bartol. in l. 44. §. non mutat. ff. de uſucap.* ¶ Miſſus in poſſeſſionem ex uno titulo, non poteſt illam ex alio retinere. *Ozaſ. deciſ. 34. num. 17.* & decretum poſſeſſionis, ſi non habet juſtitiam, eſt ipſo jure nullum. *Bartol. conſ. 91. vol. 1.* ¶ Quomodo retineatur naturalis poſſeſſio, & ſi ego poſſideo naturaliter, & civiliter, & tertius ingrediatur, quis poſſideat. *Bartol. in l. unica. §. 1. uti poſſidetis. num. 11.* ¶ Per unum actum ſingularem retinetur quaſi poſſeſſio totius juris in univerſo. *l. 13. §. de illo ff. de uſufructu, & quemadmodum.* ¶ Uxor detinet poſſeſſionem per maritum, & maritus per uxorem: idem per reliquam familiam, & per conſequens, qui videtur habitare, ubi familia habitat. *l. 22. ff. quibus mod. uſufruct. amit.*

Vel non.

Per colonum ſuo nomine poſſidentem, non retinet fructuarius poſſeſſionem, licet uſumfructum locaverit, & annuam penſionem receperit, ſed per colonum coloni benè retinet. *l. 29. ff. quibus mod. uſufruct. amit.* ¶ Filiusfam. neque retinere, neque recuperare, nec adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur. *l. 94. ff. de reg. jur.*

Cap. XIII. Ingredi poſſit.

Creditor, qui propria auctoritate fundum ingredi poteſtat, ſi ejus poſſeſſionem ſine licentia Judicis, & parte non vocata fuerit ingreſſus, parte citata poſtea per Judicem, in ea erit confirmandus. *Ozaſch. deciſ. 34. Afflict. deciſ. 326.* ¶ Poſſeſſio aliena ab aliquo non poteſt ingredi ſine metu pœnæ. *Joſeph. Ludov. dec. Luc. 20.* ¶ Hæres propria auctoritate poſſeſſionem rerum ingredi poteſt. *Ozaſch. deciſ. 34.* fallit, quando defunctus illam amiſerat aliquo modo. *Cravet. conſ. 5.* ¶ An ſicut precario concedens poteſt propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, poſſit & ejus hæres, *vide Put. deciſ. 462. & deciſ. 473.* ¶ Pactum, quod liceat ingredi poſſeſſionem propria auctoritate, exercetur etiam contra Eccleſiam, ſi poſſeſſio ſit ad eam tranſlata. *Bart. in l. 12. C. epiſco. & Cler.* ¶ Si quis propria auctoritate temerè impetrata, ingrediatur poſſeſſionem rei per alterum detentæ, quomodo puniatur, *vide Bartol. in l. 9. & 7. C. unde vi.*

Vel non.

Quia non debet propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei ſibi reſtituandæ; ſed actionem ſibi competentem intentare. *l. 9. C. ſolut. matrim.* ¶ Quando inter duos eſt contentio de poſſeſſione, Judex poteſt prohibere utrique parti ingreſſum, ne veniant ad arma. *l. 17. ff. de uſufructu, & quemadmodum.* ¶ Creditor propria auctoritate non debet ingredi poſſeſſionem rei ſibi debitæ, ſed debet actionibus experiri & interim debitor in poſſeſſione debet morari, & ipſe creditor eſt petitor; alias punitur. *l. penult. & fin. ff. ad leg. Jul. de vi privat.*

Cap. XIV. Quando acquiratur, vel non.

Ad poſſeſſionem totam acquirendam ſufficit partem, & portionem illius capere, & attingere. *Boer. conſ. 41. num. 13.* ¶ Per locationem acquiritur poſſeſſio, tamen per ipſam non probatur. *idem Rebuff. eod. tract. remed. poſſeſſo. in præfat. num. 97. & ut inf.* ¶ Quando nobis acquiratur poſſeſſio per alios, & per quos, *vide ibidem num. 101.* quod acquiratur per procuratorem, habetur *in §. inſt. per quas perſ. nob. acquir.* ¶ Quomodo poſſeſſio acquiratur, & per quos modos, *vide Rebuff. ibid. num. 26.* qui ſcribit 16. modos acquirendi poſſeſſionem. *Dec. conſil. 400. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 1.* ¶ Poſſeſſio poteſt acquiri per actus civiles, & fictos, & poſſeſſio per hos actus quæſita eſt vera poſſeſſio. *Cabal. Milleloq. 900.* tamen de differentiis inter hanc poſſeſſionem, & veram naturalem aliter quæſitam, *vide Rebuff. ibid. num. 38. & ſeqq.* ¶ Quando ille qui retinuit uſumfructum poſſidebat, per talem retentionem acquiritur poſſeſſio. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de mater. poſſeſſo. in præfat. num. 91. Tom. 3. Caſſan. in conſuetut. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 1. gloſſ. 3. l. 78. C. de donatio.* ¶ Per ſuum bona fide poſſeſſum quæritur poſſeſſio, & etiam dominium, per mala fide vero poſſeſſum, nihil quæritur. *l. 1. C. de rei vendicat.* ¶ Poſſeſſio non quæritur abſenti, niſi ſecuta ratihabitione quæ requiritur antequam alius occupaverit poſſeſſionem. *Beninten. deciſ. 12.* ¶ Poſſeſſio, ut univerſitati quæratur per particulares perſonas, quæ requirantur, *vide ibid. deciſ. 70.* ¶ Quomodo acquiratur poſſeſſio in ſpiritualibus, & beneficialibus, *vide DD. de Rot. tot. tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in antiq.* ¶ Minor decem annorum cum dimidio ſine auctoritate tutoris poteſt quærere poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ. *Put. deciſ. 48. lib. 2.* ¶ Poſſeſſio poteſt quæri ſine cauſa. *Bartol. in l. 25. C. de locat. & conduct.* ¶ In caſibus 13. acquiritur poſſeſſio ſine traditione, de quibus per *Cabal. Milleloq. 555.* ¶ Quaſi poſſeſſio rerum incorporalium non ſolum animo, ſed etiam patientia acquiritur. *Put. deciſ. 281. num. 3. libr. 2.* ¶ Impeditus apprehendere poſſeſſionem, eam tamen acquiret. *Cabal. Milleloq. 908.* ¶ Si rei affigam ſigillum, aut aliquod inſigne, aut notam, acquiro poſſeſſionem. *idem Milleloq. 909.* ¶ In beneficiis ſi quis acceperit poſſeſſionem in Eccleſia, vel domo, in qua degere ſolitus eſt Curatus, tunc acquiritur poſſeſſio omnium rerum beneficii, etiam ſine alia apprehenſione. *Cabal. Milleloq. 910.* ¶ Per unicum actum, qui non ſolet fieri, niſi è poſſeſſoribus ejus juris, acquiritur quaſi poſſeſſio. *ibidem Milleloq. 913.* ¶ Poſſeſſio omnium contentorum in domo intelligitur acquiſita per apprehenſionem, & ingreſſnm domus: quia poſſidens continens, dicitur poſſidere contentum. *Gumm. dec. 71.* ſed quando per clavium traditionem cenſeatur quæſita poſſeſſio mercium emptarum exiſtentium in domo, *vide Cabal. Millelo. 904.* quod clavibus traditis videatur tradita poſſeſſio eorum, quæ ſunt ſub clavibus, habetur *l. 74. ff. de contrah. empt. & in l. 9. ff. de acq. rer. domin.* ¶ Animus continuandi poſſeſſionem (ſi prius quis non pnſſideret) inducit novam acquiſitionem poſſeſſionis, *Gubel. Caſſad. dec. 2. tit. de reſervatio.* ¶ Poſſeſſio cum ſit facti in acquirendo, exigit corporalem apprehenſionem, nec lex ſupplet (etiam per fictionem) tamen poſſeſſio alvei relicti à flumine acquiritur ab habentibus prædia vicina abſque apprehenſione, *idem dec. 1. tit. de acquir. rer. domin.* ¶ Poſſeſſio naturalis ex actu nullo, & vera traditione acquiritur, ſed poſſeſſio juſta, & irrevocabilis civiles, naturales effectus producens, ex actu nullo minime acquiritur. *Ozaſch. deciſ. 34. numer. 25.* ¶ Poſſeſſio nobis ignorantibus

per alium capientem poſſeſſionem nomine noſtro acquiritur. *Afflict. dec. 300. facit l. 53. ff. de acq. rer. domin.* hoc verum ſecuta ratihabitione, quæ debet fieri re integra. *Natt. conſ. 237. numer. 6.* imo requiritur ſpeciale mandatum ſecundum *Beminten. deciſ. 70. numer. 3.* Procurator acquirit poſſeſſionem, non obſtante diſſenſu tradentis poſſeſſionem: quia animus accipientis, pluſquam tradentis operatur. *Afflict. deciſ. 301.* quod ſecus eſt in domino, in qoo debet concurrere utriuſque conſenſus. *Afflict. ibid. Put. deciſ. 462. libr. 2.* poſſeſſio quando quæratur per procuratorem, *Bartol. in l. 1. C. per quas perſ. nob. acqu.* ¶ Princeps per ingreſſum Civitatis principalis alicujus Provinciæ apprehendendi cauſa poſſeſſionem univerſalem, cum juriſdictionali apparatu, jam acquirit totius Provinciæ poſſeſſionem. *Capic. deciſ. 1. num. 11.* ¶ An poſſeſſio, & dominium per filium, vel per ſervum domino, & ignuranti acquirantur. *Cujac. lib. 24. obſerv. cap. 9.* ¶ An, & quomodo acquiratur rerum corporalium poſſeſſio, & an infanti etiam acquiratur. *Fach. lib. 8. cap. 19.* affirmat cum interventu tutoria. *l. quamvis. §. infans. ff. de acqu. poſſeſſ.* ¶ An rerum incorporalium quaſi poſſeſſio acquiratur ſcientia, & patientia adverſarii, *idem cap. 20.* affirmat *l. 1. C. de ſerv. & aqua.* ¶ Poſſeſſio Eccleſiæ dicitur acquiſita per tactum januæ ipſius Eccleſiæ. *Grammat. deciſ. 71. num. 6.* verum ſi unus teneat Eccleſiam, & alter campanile, quis dicatur poſſidere, *vide ibid. num. 7.* & ex conſuetudine io Eccleſiam transfertur poſſeſſio rei abſentis ſine traditione. *quæſt. 2. ex. de conſuetudi.* ¶ Poſſeſſionem Eccleſiæ ingreſſus, licet intelligatur acquiſiviſſe poſſeſſionem omnium rerum Eccleſiæ in ea exiſtentium, non ex hoc intelligitur acquiſiviſſe poſſeſſionem illarum rerum in ea exiſtentium, quæ ab aliquo occupatæ reperiebantur. *Gramm. dec. 71. num. 14.*

Vel non.

Poſſeſſio percipiendi non quæritur ex ſolutione penſionis propter clauſulam, ſine retrodatione ſolutionis: quia qui mandato ſuperioris paret, non animo obediendi, ſed timore facit. *Put. deciſ. 281. n. 9. lib. 2.* ¶ Accipere ligna ex nemore pro uſu, non eſt acquiſitio poſſeſſionis, niſi conſtet de animo acquirendi poſſeſſionem. *Benin. deciſ. 12. n. 15.* ¶ Si quis ingreſſus eſt clam poſſeſſionem Titii abſentis, & ego eam poſtea ingrediar clam, non acquiro naturalem. *Bartol. in l. unic. §. 1. C. uti poſſidetis. n. 6.* ¶ Per actus, qui fiunt ex gratia, vel familiaritate nunquam acquiritur poſſeſſio, vel quaſi, *Rebuff. in ſuis comm. tract. de mater. poſſeſſ. Tom. 3. in præfat. num. 169.* ¶ Nunquam acquiritur poſſeſſio, vel quaſi juris improbi, ut concubinatus, vel adulterii, aut alterius juris damnati. *Rebuff. Tom. 3. tract. de cauſ. benef. in proœmio. n. 12.* ¶ Dum tractatur de poſſeſſione acquirenda per ingreſſum Civitatis, non videtur acquiſita poſſeſſio caſtri ſibi ſubjecti. *Gramm. deciſ. 71. nu. 15. 16.* ¶ Per compulſionem legalem non acquiritur aliqua poſſeſſio ſubdito niſi ea, quæ debetur de jure. *l. 21. C. de jure deliber.*

Cap. XV. Quando transferatur, vel non.

Pœna mendacis dicentis alieno nomine ſe poſſidere eſt, amittat poſſeſſionem, quæ transfertur in actorem hoc probantem. *Afflict. deciſ. 18.* quando dictum procedat, *vide Joſeph. Ludov. deciſio. Luc. 50.* ¶ Poſſeſſionem transferendi quinque ſunt caſus, de quibus *vide per gloſſ. in cap. 1. tit. de conſuetudine. rect. feud. in uſib. feudo.* ¶ Si venditor, vel donator rem conducat ab eo, cui dedit, ipſa conductio tranafert poſſeſſionem, quam habet, & etiam dominium. *l. 76. ff. de rei vendica.* ¶ An favore dotis, & donationis propter nuptias poſſeſſio rei transferatur ſine traditione, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 48.* ¶ Sola ſententia judicis in juribus incorpor libus transfertur civilis, & naturalis poſſeſſio. *Gramm. deciſ. 59. num. 45.* ¶ Conſuetudo poteſt transferre poſſeſſionem ipſo jure abſque reali apprehenſione: idem poteſt facere ſtatutum, & vocatur talis poſſeſſio civiliſſima. *Guid. ſing. 404.* ¶ Cuſtodis oppoſitio transfert poſſeſſionem. *Cabal. Milleloq. 902.* ¶ Retentio uſusfructus transfert poſſeſſionem; fallit ſi contractus eſſet inutilis. *Cabal. Milleloq. 905.* ¶ Locatio transfertur poſſeſſio: quia conductor non poteſt ſuo nomine poſſidere, quod eſt verum ſi locator ſciat, alioqui in ignorantem poſſeſſio transferre non poteſt. *Milleloq. 906.* ¶ Poſſeſſio transfertur cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis, & qualitatibus. *Anton. Capic. deciſ. 1. numer. 5.* ¶ Poſſeſſio ex cauſa non valida, & minus ſufficienti transfertur. *Ozaſ. deciſ 34. num. 7.* veluti ex contractu inutili. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29. vide DD. de Rotu. deciſ. 1. tit. de conſuetud. in antiq. Abb. conſil 100. lib. 1.* & ex inutili contractu, ubi non poſſet transferri dominium. *DD. de Rota. de reſtitutio. ſpoliat. numer. 8. in antiq. Bartol. in l. 31. ff depoſiti.*

Vel non.

Poſſeſſionem tranaferre non poteſt, qui non poſſidet. *Gaſpar. Cabal. Milleloq. 316. part. 1.* ¶ Poſſeſſio rei abſentis venditæ noo transfertur, ſi dicatur vendo tibi talem rem, & trado tibi annulum, quia ſolum cenſetur tradita facultas intrandi poſſeſſionem propria auctoritate. *Lud. Rom. ſing. 137.* ¶ Poſſeſſio ex contractu ſimulato non transfertur, etiamſi quis à poſſeſſione diſcedat, & alium in poſſeſſione dimittat. *Natt. conſ. 443.* ¶ Ex ſimulato contractu non transfertur poſſeſſio. *Guid. ſing. 953.* ¶ Tradi poteſt res, non tamen animo transferendi poſſeſſionem. *Bartol. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pignoratitia actio.*

Cap. XVI. Quando tranſeat, vel non.

Poſſeſſio, vel quaſi jurium incorporalium tranſit per ſolum privilegium. *Capic. deciſ. 125. num. 9. Gramm. deciſ. 59. num. 44.* & in illis patientia eſt pro traditione. *l. 3. §. ſi inter. ff. de actio. empt. & vendi.* ¶ Pactum, quod liceat ingredi poſſeſſionem ſua auctoritate, tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. *Bartol. in l. 56. ff. de contrah. empt.* ¶ Poſſeſſio non tranſit ad hæredem (etiam filium) niſi apprehendatur: fallit, quando defunctus ſuo animo poſſidebat, & corpore alieno, puta per colonum: tunc enim per ipſum colonum acquiritur poſſeſſio hæredi, ſine corporali ipſius apprehenſione. *Afflict. deciſ. 167. & deciſ. 325. vide Petr. de Beninten. deciſ. 12. Jacob. Put. deciſ. 462. libr. 2. Magon. deciſ. Luc. 38. num. 16. Natt. conſ. 538. & §. diutina, inſtit. de uſucapio.* & poſſeſſio hæredis eſt nova poſſeſſio. *Capic. deciſ. 1. numer. 12.* ¶ Poſſeſſio civilis quo caſu in donatarium translata non cenſeatur. *Put. deciſ. 216. libr. 3.* ¶ Civilis poſſeſſio actu vero, aut ficto non interveniente, non tranſit. *Put. ibidem.* ¶ Vitium rei furtivæ, vel violentiæ, & ſpolii ſemper tranſit ad quemcunque poſſeſſorem, & tunc poſſeſſorem ſemper dicitur vitioſus. *Mobed. deciſ. 206. & 207. fol. 669.* ¶ Dominium licet ipſo jure tranſeat, non tamen tranſit poſſeſſio. *Bartol. in l. 53. §. idem le. 3. ff. pro ſocio.*

Cap. XVII. Quando continuetur.

Licet poſſeſſio defuncti non tranſeat in hæredem, ex decreto tamen Judicis, vel ſtatuto poteſt fieri, quod continuetur in hæredem: *Mobed. deciſ. 327. Franc. Marc. qu. 65. part. 1. & q. 321. parc. 2.* aut conſuetudine. *Mynſing. obſerv. 38. cent. 3.* prout obſervatur in Regno Franciæ. *Rebuff. in ſuis commentar. tract. de mater. poſſeſſor. art. 9. gloſſ. 1. Caſſan. in conſuetudin. Burg. tit. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 5. gloſſ. 1. Pap. lib. 21. titul. 6. arreſt. 1.* quod procedit etiam in filiis, & aliis deſcendentib. de jure

communi, ſecus in sliis hæredibus. *Papon. ibid. arreſt. 2.* quare non tranſeat in hæredem ſine spprehenſione, *vide per Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 69.* ¶ Poſſeſſio continuatur contra ſucceſſorem in beneficio, vel in re profana; quis ex variatione perſonarum ex parte rei, nunquam mutatur jus actoris quin remaneat ſemper. *Guid. Pap. q. 629.*

Cap. XVIII. Qui ſint effectus.

In confinibus poſſeſſio unius actus jus univerſale producit, nullo alio exiſtente in poſſeſſione. *Dec. conſil. 271.* ¶ Poſſeſſionis cauſa aliquo reſpecto, ſemper parva, & modici præjudicii dicitur, & fragatur de poſſeſſione magnæ proprietatis. *Ozaſch. deciſ. 4. numer. 6.* tamen poſſeſſor ex poſſeſſione magna habet commoda. *Idem Ozaſ. deciſ. 25. num. 4.* & melior eſt conditio poſſidentis. *cap. 6. ex. de præſcript. Reg. 169 §. fin.* & prævalet poſſeſſor propter poſſeſſionis commodum. *l. 5. ff. ſi uſusfruct. pet.* & in ambiguis pro eo ſolet judicari. *Ozaſ. deciſ. 108. num. fin.* nam qualiſcunque ſit poſſeſſor hoc ipſo, quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quàm ille, qui non poſſidet. *l. 2 ff. uti poſſidetis facmut. l. 171. ff. de reg. jur. & §. retinendæ inſtitut. de interdictis, vide tamen gloſſ. in §. ſi quis, inſtitut. de rer. diviſ.* ¶ Civilis poſſeſſio quæſita per conſtitutum operatur octo effectus, *de quibus Gui. qu. 356.* ¶ Poſſeſſio per executorem minus legitime data, non efficit, ut miſſus incurrat in pœnam. *l. meminerit. Cod. unde vi ibid. num. 26. Petr. de Beninten. deciſ. 93. num. 10. & Guliel. Caſſan. deciſ. 6. titul. de cauſ. poſſ. ff. & propric.* ¶ Quid operetur civilis poſſeſſio, *vide per Caſſau. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 1.* ¶ Clauſula, ſalvo jure cujuslibet tertii, complectitur jus quod qui habet in poſſeſſorio, & petitorio attento, quia poſſeſſio etiam in jure conſiſtit. *Natt. conſil. 653. num. 5.* ¶ Sententia lata ſuper poſſeſſione non præjudicat proprietati. *cap. 24. ext. de electio.* ¶ Colonus, per quem actum poſſit præjudicare domino in poſſeſſione, *vide Jacob. Put deciſ. 31. libr. 2. Auguſt. Berg. quaſt. 47 gloſſ in l. 1. Cod. commun. de uſucapio.* ¶ Poſſeſſio apprehenſa de licentia Judicis ſine partis citatione, nihil operatur, quod procedit quoad plenum præjudicium faciendum parti non citatæ; ſed bene dicta licentia operatur, ut impetrans careat vitio invaſionis, & ad evitandam pœnam. *Joſeph. Ludov. deciſ. 64. part. 2.* ¶ Poſſeſſio unius juris operatur: quoad aliud jus in concesſione conceſſum, quod procedit quando certum eſt in privilegio conceſſionis venire jura exacta, & non exacta: quia tunc per exactionem aliquorum ex juribus prædictis concernantur alia jura, & eorum poſſeſſio, ſecus quando incertum eſt. *Vincent. de Franc. deciſ. 397. part. 2.* ¶ Qui rem propriam à ſe poſſeſſam conducit, non mutat ſibi poſſeſſionis cauſam. *l. 23. Cod. de locatio. & conduct.* ¶ Si poſſeſſio tempore litis motæ fuerit vacua, & pendente lite per alterum litigantium occupata, cenſetur innovatum contra litem. *Ægid. Bellam. concluſio. 102. ſed vide ibid.* ¶ Poſſeſſio vitioſa non prodeſt & dicitur vitioſa quando acquiritur, ſeu accipitur non vocato poſſeſſore. *Cravett. conſil. 104. num. 14.* ¶ Poſſeſſio, vel quaſi non relevat poſſidentem, quando præſens ſtatus non contradicit, nec conſentit origini, ſed eſt præter ejus naturam, ut quia reperitur quis in quaſi poſſeſſione vectigalis exigendi, vel juriſdictionis loco exercendæ, vel clericatus: nam in iſtis caſibus poſſeſſio non prodeſt, niſi de titulo doceatur, quia iſta ſunt accidentalia, & non ſunt juſta, niſi juſtificentur. *vide Capit. deciſ. 77. num. 7. Paul. Æmil. deciſ. 304 part. 3.* ¶ Poſſidens longo tempore, ſi produxerit titulum, per quem appareat, nec ſcientiam, neque ſolemnitatem præceſſiſſe, non ſuffragatur ſibi poſſeſſio. *Gramm. deciſ. 81. num. 14. vide Paul. Æmil. deciſ. 364. part. 3.* ¶ Poſſeſſio decennalis tribuit titulum coloratum præſumptive; quod procedit, quando jus non reſiſtit. *Ven. deciſ. 353.* ¶ Poſſeſſionem rei naturalem tantum habens, & non civilem, non poteſt incurrere pœnam legis ſi quis in tantam. *C. unde vi. Felin. conſil. 50. num. 15.*

Cap. XIX. Quando quis privari poſſit, vel non.

Quando expulſo colono dominus, vel ejus hæres privetur ipſa poſſeſſione, & quando non, *vide plene per Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 20.* ¶ Licet procurator poſſidens nomine domini tradendo alteri poſſeſſionem privet dominum, non tamen alias deſinendo poſſidere, niſi poſt, alter poſſeſſionem occuparet, quid de colono, *vide Ægid. concluſ. 101.* ¶ Nam poſſeſſor non citatus, nec ex reſcripto Imperatoris, nec Judicis interlocutione, poteſt ſua privari poſſeſſione, alia immiſſio facta eo non citato eſt nulla, etiam quod eſſet injuſtus poſſeſſor. *Natt. conſ. 633. Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit. poſſeſſio & inveſtitura. num. 8. Guido. Pap. ſing. 366. & ſing. 726. Hippol. ſing. 195.* ¶ Colonus recognoſcens, & reſpondens de fructibus, quando conſtituat aliquem poſſeſſorem. *Afflict. deciſ. 325.* quod tunc dominus non privetur ſua poſſeſſione, ſcribit *Petr. de Beninten. deciſ. 92. vide Capic. deciſ. 59. num. fin. Joſeph. Ludov. deciſ. 20. numer. 10.* quia colonus neque civilem, neque naturalem habet poſſeſſionem. *l. 33. §. quod vulgo. ff. de uſucapio.* ¶ Reſtitutio, quam facit uſufructuarius colonus privat dominum poſſeſſione. *l. 5. §. Julianus. ff. ad exhibendum,* tamen traditio facta per uſufructuarium, non privat dominum poſſeſſione civili. *Bartol. in l. 36. ff. de uſufructu legat.* ¶ Creditor, cujus nomine debitor poſſidebat per conſtitutum, poteſt evocare poſſeſſionem à tertio habente titulum à debitore. *Mamn. in ſuo Spec. de ordine judi. part. 4. diſt. 7. judi. num 59. tit. an ſit judi. ſuper pet. vel poſſeſſo.* ¶ Si conventus reali actione negat poſſidere, & poſtea reperiatur poſſidere, privatur ſua poſſeſſione; ſed quomodo, *vide Bartol. in l. 80. ff. de rei vendic.* ¶ Emptorem, qui non admittit, privat dominum poſſeſſione rei. *Bartol. in l. 12. ff. de vi, & vi armat.* ¶ Licet etiam injuſtus poſſeſſor privari non debeat ſua poſſeſſione ſine citatione, tamen hoc poterit facere Judex, quando illum de facto, & parte non citata poſſeſſorem fecit. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 417. Ludov. Roma. ſing. 773.* ¶ Per nunciationem novi operis factam ſolo verbo, perdit nunciator poſſeſſionem, & eam transfert in adverſarium. *l. 1. §. in operis ff de oper. nov. nunc. & l. 5. §. meminiſſe eod.* ſecus ſi fiat per jactum lapilli, vel per prætorem. *ibid. d. §. meminiſſe.*

Vel non.

Poſſeſſio etiam injuſta nemini eſt auferenda (niſi eo citato) etiam auctoritate Principis. *Natt. conſ. 502. nu. 23. gloſſ. in c. 8. ex. de major. & obedie.* ¶ Proteſtatio conſervat jus in poſſeſſione. *Ægid. concluſ. 337.* ¶ Poſſeſſionis ſpoliationem, adeo jura abhorrent, ut ſi quis me vellet à poſſeſſione expellere, poſſunt amici & vicini mei invaſorem impune percutere, ne me expellat, etiamſi per Magiſtratum miſſus fuerit hujuſmodi executor. *Hippol. ſing. 456.* ¶ Furor ſuperveniens ei, per quem poſſideo, me poſſeſſione non privari. *l. 31. §. ſi tertius. ff. de uſucap.* ¶ Quando quis recedit de poſſeſſione de neceſſitate: vel animo retinendi, Prætoris beneficium non perdit, ſecus ſi animo deſerendi. *l. 15. §. ſi quis metu. ff. de damn. infect.*

Cap. XX. Quando turbari poſſit, vel non.

Turbare de facto, ſeu ſpoliare, vel animalia expellere, quando liceat habenti jus commune pro ſe, contra poſſeſſorem ex privilegio, ſive poſſeſſorem antiquum. *Dec. conſ. 410. num. 5.* ¶ Tertius non vocatus turbari in ſua poſſeſſione non debet, nec principis reſcripto,

nec

bet judicis interlocutoria. *Ozaſ. deciſ. 38.* ¶ Lite pendente poſſeſſor turbari, vel privari non debet, etiamſi contra jus commune poſſideat, dummodo cum titulo allegato, ſive producto. *Capic. deciſ. 189. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 59. pare. e. Cravet. pro genere, conſil. 1.* nam poſſeſſio, nec ejus commodum non tolluntur per litem. *Caſſad. deciſ. 9. 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. nu. 14.*

Cap. XXI. Quando revocari, extingui poſſit, vel non.

Ad revocandam poſſeſſionem, ut attentatam quid debeat probari. *Jac. Put. dec. 223. lib. 1.* ¶ Poſſeſſio extinguitur morte poſſidentis, nec tranſmittitur ad hæredes, etiam ſuos, nec continuatur. *Bartol. in l. in ſuis. ff. de liberis, & poſthum* tamen ſtatutum, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, valet, quod intelligitur, niſi poſſeſſio mortuo defuncti ab alio fuerit apprehenſa. *Nati. conſil. 237. Tom. 2. & conſil. 558.* ¶ Feudatario caſtri mortuo, rerum etiam particularium poſſeſſio durat apud ipſum caſtrum: *Capic. deciſ. 1. num. 9.* ¶ An miſſio in poſſeſſionem, & *l. ult. C. de eod. Div. Ad.* ad actiones, etiam pertineat. *Vaud. var. qu. libr. 1. qu. 33.*

Cap. XXII. Quando amittatur poſſeſſio, vel non.

Quis dicatur verus, & legitimus contradictor ad impediendum poſſeſſionem. *Rel. conſ. 78. tit. 3.* ¶ An & quomodo amittatur poſſeſſio. An ſolo animo amittatur. *Fach. lib. 8. c. 21.* affirmat. *l. peregre. §. ulti. ff. de acq. poſſ.* ¶ An poſſeſſio bonorum auferri poſſit ab eo qui ante lit. conteſtatam dixit ſe poſſidere bona nomine alieno, & convictus fuit de mendacio, & transferatur in actorem. *Rel. conſ. 108. c. 4.* ¶ Ingreſſus poſſeſſionem aliquam taliter, quod ei rei non poſſit per illum, qui per prius tenebat, vel quod nulla adeſſet primo poſſidenti ſpes recuperandi, eo in caſu dicitur naturalem, & civilem poſſeſſionem amiſiſſe. *Gram. deciſ. 71. numer. 8.* ¶ Poſſeſſio rei mobilis facile amittitur. *Ozaſ. deciſ. 40. num. fin.* ¶ Poſſeſſio civilis viginti annis amittitur, & cum naturali conglutinatur, ſi naturalem amiſſam tanto ſpatio ſciens recuperare neglexerit. *Put. deciſ. 509. libr. 2.* ¶ Quibus modis poſſeſſio amittatur, *per Rebuff. Tom. 3. tract. de cauſ. benefic. in proœmio. num. 12. art. ult.* ¶ Occupans vi, & violentia rem ab alio poſſeſſam, amittit omne jus, quod habet in ipſa re. *Pap. libr. 23. tit. 5. arreſt. 5.* ſi Sententia Principis quis amittit poſſeſſionem. *Crav conſil. 5.* ¶ Quando perdatur poſſeſſio etiam civilis. *Crav. conſil. 235.* & quo remedio recuperetur, *ibid.* ¶ Poſſeſſio à reo ob contumaciam aufertur, ſed ipſa contumacia purgata eam poſſeſſionem recuperat; ſed intra quod tempus hoc facere poſſit contumax, relinquitur arbitrio Judicis, *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 479.* ¶ Non alienat qui duntaxat amittit poſſeſſionem. *l. 162 ff. de reg. jur.* ¶ Negligentia in amittenda poſſeſſione civili quando arguatur, & poſſeſſio ut quæritur ex uno, vel duobus actibus in inſtrumentis corporalibus, ſic & amittitur. *Put. dec. 276. lib. 2.*

Vel non.

Naturalis poſſeſſio juſta, per ingreſſum habentis civilem non amittitur. *Put. deciſ. 509. n. fin.* ¶ Poſſeſſio retenta per colonum ſolo animo non perditur, quandu animus perdentis, & acquirentis non concurrunt. *Bartol. in l. 1. §. non alii. ff. de vi, & vi arma.* ¶ Sicut poſſeſſio acquiri non poteſt, niſi animo, & corpore, ita nec amitti. *l. 196. de reg. jur.*

Cap. XXIII. Actio cui competat.

Actio nunquam datur poſſeſſori: nam ſufficit ei, quod poſſideat. *§. interdum, uti poſſidetis l. 1.* ¶ Officium Judicis detinentibus tantum, veluti conductoribus, & ſimilibus competit ad recuperandam tenutam rei detentæ. *Ozaſch. deciſ. 40. num. 4.* ¶ Aliquando actio perſonalis datur pro poſſeſſione, veluti quando poſſeſſio traditur ſine dominio per errorem. *l. 25. §. ſed ſi nummi. ff. de condict. indebiti, vide etiam l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de condict. tritica.*

Cap. XXIV. Poſſeſſor quis dicatur.

Majore parte anni poſſediſſe, quis intelligitur, etiamſi duobus menſibus tantum poſſederit, ſi modo adverſarius ejus, aut paucis diebus, aut nullis poſſederit. *l. 156. ff. de verb. ſign.* ¶ Qui olim poſſedit, & nunc allegat ſe poſſidere, præſumptio pro eo facit, ut poſſidere dicatur. *Ozaſch. deciſ. 43. Rot. Gen. deciſ. 127. numer. 5. Joſeph. Ludov. deciſ. 59. num. 4. part. 1. & deciſ. 59. part. 2. Jaſ. de actio. §. ſic itaque. num. 25.* & tunc præſumitur continuata poſſeſſio. *Boer. deciſ. 239. numer. 6. Math. Matheſ. ſingul. 116.* ¶ An qui ſcienter emit rem alienam dicatur malæ fidei poſſeſſor. *Cujac. libr. 28. obſerv. 25.* ¶ Quando res venundatur per ſubhaſtationes, facto de liberamento, quis dicitur verus poſſeſſor abſque alia traditione. *Guid. Pap. q. 22.* ¶ Poſſeſſor non conſtituitur quis ex ſolo juſſu demittendo *Bartol. in l. 3. §. miſſum. ff. de Carbonia. edict.* ¶ Quis dicitur poſſidere vi, & clam reſpectu alterius antiquioris poſſeſſionis, & poſſidemus per colonum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 20.* ¶ Conductores ad longum tempus naturaliter poſſident, nec dicuntur naturali poſſeſſione privati per immiſſionem, & aſſociationem locationibus adhuc conductione durante conceſſam à Judice, cum expulſione colonorum. *Aug. Bero. q. 47.* ¶ Ille poſſidet, cujus nomine poſſidetur. *c. 10. cum gloſſ. ex de reſtitut. ſpol. & c. 17. ext. de præſcript.* ¶ Clam poſſidere ab aliquo qualiter quis dicatur, & poſſeſſionum tres ſunt ſpecies, & poſſidere precario ab alio quando quis dicatur, & actor, qui dicit aliquem poſſidere, violenter, clam, vel precario ab ipſo, hoc debet probare. *Bartol. in l. 1. §. quod ait. ff. uti poſſidetis.* ¶ Coloni, vel depoſitarii tantum naturaliter poſſident. *l. 7. §. neque colonus. ff. commun. divi.* ¶ An poſſideat miſſus in poſſeſſionem ex primo decreti Judicis, *gloſſ in l. 8. C. de pign. act.* ¶ Poſſeſſor qualiter intelligatur perdere poſſeſſionem, *gloſſ. in c. 12. ut lite pendente.* ¶ Frater, qui adminiſtrat bona, dicitur poſſidere jure familiaritatis. *Joſeph. deciſ. 3. numer. 5. Natt. conſil. 502. num. 13.* idem in poſſeſſione filiorum. *Jean. Pap. libr. 7. tit. 1. arreſt. 6.* ¶ Quis dicitur dominus rei cum eſt in poſſeſſione arrandi, cultivandi, & fructus percipiendi, per quos actus poſſeſſio probatur, & actor non obtinebit, licet probaverit ſe poſſediſſe per decem annos, vel circa quia ubi aliquid eſt determinatè probandum dictio, circa, & hujuſmodi dictiones, nihilo operantur. *Boer. conſ. 11.*

Vel non.

Non videtur poſſidere, qui ſe ignorat poſſidere. *l. 88. ff. de furtis.* ¶ Solutio facta metu cenſurarum non conſtituit quem in quaſi poſſeſſione exigendi. *Vera. dec. 331. part. 2.* ¶ Adverſariorum probantium poſſeſſionem inſolidum potior eſt ille, cui jus commune favet. *Joſeph. Ludov. deciſ. 14. Luc. num 11. vide Boer. deciſ. 239.* duo enim ſimul eandem rem eodem modo poſſidere non poſſunt inſolidum. *c. 9. ex. de probatic.* ¶ Qui dolo deſiit poſſidere pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſore, dolus eſt. *l. 179. de reg. jur.* ¶ Poſſidere non dicitur, qui parum pacifice poſſidet. *Joan. Mohed. deciſ. 161.* & dicitur poſſidere pacifice, qui poſſeſſionem ſine juris, vel facti controverſia judiciali, vel extrajudiciali habet. *Guid. Pap. ſingul. 366. ſingul. 367.*

Cap. XXV. Quis dicatur poſſidere, vel non.

Poſſidere quis dicitur ex pluribus venditionum inſtrumentis, diverſis temporibus, & pretiis confectis. *Boer. deciſ 42. num. 37.* ¶ Uxor dicitur poſſidere miniſterio mariti, licet ipſa non probet poſſediſſe, ſeu tenuiſſe feudum, ſed duntaxat ejus maritus. *Aur. Boer. in*

ſuis ſingular. tit. poſſeſſ. & inveſtitur. num. 3. ¶ Quis dicitur poſſidere, etiam ſi per alium poſſideat, & hoc eſt, quod dicitur retinere poſſeſſionem aliquem poſſe per quemlibet, qui ejus nomine ſit in poſſeſſione, & poſſeſſio ſolo animo retinetur, licet ſolo animo non acquiratur. *§. poſſidere. inſtit. de interdic.* ¶ Quod pro indiviſo cum alio poſſideo, ejus partem poſſidere dicor. *l. 25. §. fin. ff. de verb. & rer. ſign.* ¶ Poſſidere quando quis incipiat poſt ſententiam, *vide deciſ. 7. Caſſad. num. 3.* & poſſeſſio dum acquiritur, eſt facti, licet acquiſita ſit juris. *Caſſad. d. deciſ. 7. num. 5.* ¶ Quando dicatur quis clam poſſidere, & clandeſtina poſſeſſione. *gloſſ. 1. §. retinenda. inſtit. de interd.* ¶ Quod ſervus, procurator, vel colonus tenent, dominus videtur poſſidere. *l. 1. §. quod ſervus. ff. de vi, & vi arma.* ¶ Detinens feras incluſas in vivariis, & piſces in piſcina, dicitur illos poſſidere, ex quo habet ſub cuſtodia. *Bart. d. l. 9. de acq. rer. dom. num. 5.* ¶ Judex mittens aliquem in poſſeſſionem alicujus rei parte non citata, nihil operatur. *Bart. conſil. 91. d. deciſ 34. num. 19.* quia tunc factum judicis, non cenſetur factum partis. *Petr. de Beninten. deciſ. 93.* alias juſte poſſidet qui auctoritate Regia judicialiter præcedente, eſt in poſſeſſione. *Tom. minat. deciſ. 37.* vel Judicia auctoritate, *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 69.* facit *l. 180. ff. de reg. jur.* dummodo conſtet de immiſſione per ſcripturam, & non per teſtes, *Guid. Pap. q 356.* ¶ An uſufructuarius naturaliter poſſideat. *Facbin. libr. 8. cap. 18.* affirmat. *l. naturaliter 12. ff. de acqu. poſſeſſ* ¶ Pro hærede poſſidet, qui putat ſe hæredem eſſe, vel ſi ſciat ſe hæredem non eſſe, ſed tamen detinet hæreditatem. *L. 11. ff. de pet. hæred.* pro poſſeſſore vero poſſidet prædo. *§. fin. d. l. 11.* ¶ Poſſeſſor, licet reſpectu quorundam dicatur injuſte poſſidere, & ut prædo; tamen reſpectu adverſarii poſſidere dicitur juſte, quod ſufficit ad retinendam & recuperandam poſſeſſionem. *Natt. conſil. 335.*

Vel non.

Ex duabus cauſis ſe non compatientibus, res non poteſt poſſideri. *l. 2. §. fin. ff. pro emptore.* ¶ Emphyteuta, & ſimiles dicuntur tantum naturaliter poſſidere. *Bartol. in l. 5 § ſi duobus. ff. commodati.* ¶ Sibi nemo incertus eſſe poteſt, quam partem poſſideat, quia incertam partem nemo poſſidere poteſt, licet ad incertam partem detur rei vendicatio, *gloſſ. fin. in l 39. ff. de verb. ſign.* ¶ Acceſſio poſſeſſionis procedit de poſſidente, an poſſidentem ſecundo, vel tertio; non ad eum, qui titulum habet, ſed non poſſidet. *l. 6. ff. de diverſ. tempor. præſcript.*

Cap. XXVI. Quæ facere poſſit, vel non.

Qui eſt in poſſeſſione, debet defendi in ea, donec conſtiterit de jure adverſarii. *c. 6. ext. de inſtitut.* ¶ Poſſidens non poteſt ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis, niſi cauſa extrinſecus adveniente. *Caſſad. deciſ. 4. titul. de reſtitut. ſpoliat. num. 11. l. 33. §. quod vulgò. ff. de uſucapionibus.*

Cap. XXVII. Ad quæ teneatur.

Poſſidens nomine aliena ſi conveniatur, quid agendum. *Bartol. in l. 7. C. de pet. hæred. num. 3.* ¶ Ad quæ teneatur intentans remedia poſſeſſoria, ſi nullum jus habeat in petitorio. *Franc. Sar. lib. 7. ſel. inter c. 13.* ¶ Aliquando quis tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. *gloſſ. in c. 9. ex. de probat.* ¶ Poſſeſſor non debet arctari ad docendum de titulo, quando proponit aliquam emptionem jus petitoris removentem. *Bartol. in l. 12. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv.* ¶ Poſſeſſor non tenetur reſtituere rem, quam poſſidet, niſi plene probanti dominium. *Abb. conſil. 62. numer. 14. libr. 2.*

Cap. XXVIII. Miſcellanea.

Si inter eoſdem eſſet quæſtio de proprietate, & poſſeſſione, cauſa poſſeſſionis debet primo intentari. *l. 36. ff. de jud.* ¶ An ſi de vi illata ſit quæſtio, & objiciatur eam qui ſibi vim factam fuiſſet dicit, non poſſediſſe prius de vi, vel de poſſeſſione cognoſcendum. *Facbin. lib. 8. c. 8.* ait de poſſeſſione. *l. 1. C. de appell.* ¶ Actus cauſa familiaritatis quis dicatur, & à quibus perſonis fieri, *vide Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2. caſ. 160.* ¶ Contumacia facit de poſſeſſore petitorem. *l. 8. & ibid. gloſſ. fin. ff. ſi ſervit. vendic.* ¶ Conductor debet prius poſſeſſionem reſtituere, quam de proprietate litigare. *l. 25. C. locati.* ¶ Quando tertius poſſidet nomine alieno, non liberatur nominando dominum poſt litem conteſtatam; ſecus ſi ante. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 34.*

TITULUS DLV.

De uſucapionibus.

Authent. malæ fidei. C. de præſcript. long. temp. limitatur, ne locum habeat in rebus mobilibus. *Afflict. deciſ. 13. num. 7.* ¶ Bona mobilia in inventario tutoris contenta, poſſunt uſucapi per ejus hæredem. *ibid. num 7.* ¶ Quod ex cauſa diviſionis mihi traditur tanquam meum, ejus uſucapiendi conditionem non habeo. *Bart. ſingul. 13.* ¶ Uſucapioni error juris officio, proficit tamen, quoad fructus lucrandos. *Lud. Rom. ſingul. 91.* ¶ Si deficit titulus, non minori tempore uſucapitur res mobilis, quam præſcribatur immobilis. *Petr. de Raven. ſingul. 897.* ¶ Uſucapio dicitur præſidium impium, atque iniquiſſimum, *Hippol. ſingul. 370.* ¶ Contra uſucapionis damnum minor reſtituitur. *l. unica. C. ſi adverſus uſucap.* ¶ De reſtitutionibus contra uſucapionem, *per tot. tit. C. de reſtit. milit.* ¶ Adverſus uſucapionem completam datur reſtitutio ei, erat in utero. *l. 16. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Poſt completam uſucapionem, & etiam poſt rem alienatam propter abſentiam, conceditur reſtitutio. *l. 30. §. fin. ff. ex quibus cauſis majores.* ¶ Ab eo, qui emit rem bona fide, poterit res vendicari à malæ fidei poſſeſſore, niſi uſuceperit. *l. 4. C. de rei vendicat.* ¶ Emens rem alienam ſcienter non uſucapit, emens ignoranter uſucapit: ideo poſt uſucapionem dominus agit ſolum ad pretium contra venditorem. *l. 1. C. de rebus alienis non aliena.* ¶ Vendens rem communem non præjudicat ſocio, niſi vel ſit uſucapta, quo caſu agitur contra ſocium venditorem ad pretium. *l. 1. C. de commun. rer. aliena.* ¶ Geſtor negotiorum poteſt ignoranter rem domini uſucapere, & ſi ante uſucapionem completam ſcientia ſupervenerit, debet facere à ſe evinci, actione negot. geſt. *l. 20. §. cum me. ff de negot geſt.* ¶ Captus ab hoſtibus non poteſt uſucapere. *l. 23. §. 1. ff. ex quibus cauſis majores.* ¶ Fuga ſervum afficit, ut uſucapi, vel præſcribi non poſſit. *l. 1. C. de ſerv. fugit.* ¶ Res furtiva non poteſt uſucapi. *l. 10. C. de furt. & ſerv. corrupt.* ¶ Etiam poſt acceptum judicium videtur, quod poſſit res uſucapi. *l. 18. ff. de rei vendicat.* ¶ Uſucapio dominii confirmat jus hypothecæ. *l. 7. C. de pignoribus.* ¶ Pignus tollitur præſcriptione, ſed non uſucapione. *gloſſ. ibid.* ¶ Mobilia triennio uſucapiuntur. *Abb. conſil. 34. libr. 1.* ¶ Uſucapio quid ſit, & quæ in ea exigantur, *gloſſ. in cap. 1. 16. quæſt. 3.* ¶ Vide de materia uſucapionis, *infra tit. prox. ſeq.*

TITULUS DLVI.

Communia de uſucapionibus, & præſcriptionibus.

Cap. I. Quæ requirantur.

Poſſeſſio auctoris, & poſſeſſionis junguntur ad præſcriptionem implendam. *l. 76. §. fin. ff. contrah. empt.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. II. Quæ præſcribi poſſint, vel non.

Donatio facta à ſponſo ſponſæ eſt ſufficiens cauſa ad uſucapionem, & publicianam. *l. 14. ff. de public.* ¶ Donatio inter virum & uxorem præſtat juſtam cauſam ad uſucapiendum. *l. 25. & 26. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ¶ Secundum decretum affert conditionem uſucapiendi, & facit publicianam præferri vero domino, & inducit jus præſcribendi, etiam malæ fidei poſſeſſori, & in titulo ſententiæ, vel adjudicationis, non reqoiritur bona fides ad præſcribendum *l. 28 ff. de nox. actio.*

Vel non.

Res quæ nullo titulo poſſidetur, non præſcribitur. *l. C. ne de ſtatu defunctorum.* nec in ea tunc procedit oſucapio. *l. 7. & 9. C. de acquiren. & retinen. poſſeſſ.* nam ſine juſto titulo uſucapio, val præſcriptio non procedit. *l. 24. C. de rei vendicat.* ¶ Res quæ non poteſt ex diſpoſitione legis alienari, vel defuncti diſpoſitione, non poteſt uſucapi. *Bartol. in l. 2. C. de ſervis Reip. manumiſſ.* ¶ Raptæ res, vel vi poſſeſſæ, non poſſunr uſucapi, antequam in poteſtatem domini, vel ejus hæredum redeant. *l. fin. ff. vi bono rapt.* ¶ Non purgatur vitium rei ſurreptæ, eo quod in poteſtatem hoſtium pervenit: ideo uſucapere emptor eam non poteſt. *l. 27. ff. de captivis.*

Cap. III. Quæ præſcribere poſſit, vel non.

Succeſſor an poſſit uſucapere, quod defunctus non potuit *gloſſ. in l. 8. §. in hac actione. ff. de public. in rem actio. & in l. 13. §. ex omnibus ff. eod.* ¶ Qui alienam rem mortis cauſa traditsm uſucepit, non ab eo videtur accepiſſe; cujus res fuiſſet, ſed ab eo, qui occaſionem uſucapionis præſtitiſſet. *l. 34. ff. de mort. cauſ. donatio.* ¶ Captus ab hoſtibus per ſe nihil poteſt uſucapere; ſed per alium ſic. *l. 29. ff. de captivis.*

Cap. IV. Quando acquiratur, vel non.

An uſucapione acquiratur dominium directum, vel utile tantum. *Andr. Fachin. lib. 1. contr. cap. 70.* ¶ Poſſeſſio per liberam perſonam ignoranti acqolritur, ſed ſolum ſcienti uſucapiendi conditio. *l. 1. C. de acqui. & retin. poſ. vide ſupra tit. de acq. poſ.* ¶ Etiam ille, qui juravit, poteſt præſcribere, & ex præſcriptione ſibi actionem acquirere. *l. 13. §. Julianus. ff. de jurejur.* ¶ Ex cauſa peculiari quæritur uſucapiendi conditio domino ignoranti; ex alia vero cauſa poſſeſſio, & uſucspio ſcienti tantum quæritur. *l. 44. ff. de acq. & ami. poſ.* ideo, & poſſeſſio per procuratorem ignoranti quæratur, uſucapio tamen ſcienti tantum competit. *l. 49. eod.*

Cap. V. Quæ transferuntur, vel non.

Quo caſu facta traditione à domino, transfertur dominium, eodem caſu traditione facta à non domino, transfertur uſucapiendi conditio. *l. 74. ff. de contrah. empt.* ¶ Auctoritas judicis facit, ut ejus rei, qui mihi reſtituitur ut mea, transferatur uſucapiendi conditio. *l. 13. §. juſſu. ff. de acqui. & amit. poſſ.* ¶ Ex traditione, etiam revocabili transfertur uſucapiendi conditio, ſi tradens non erat dominus, ſi eo caſu, quo eſſet dominus, fuiſſet translatum dominium. *l. 18. §. idem Ariſt ff. de donat.*

Cap. VI. Reſtitutio quando detur.

Ignoranti adverſus præſcriptionem ſuccurritur, per reſtitutionem in integrum. *Bart. in l. 1. §. ſi quis ff. de itinere actuq; privato.* ¶ Præſenti contra abſentem, & econtra Reipublicæ cauſa, vel alterius oppidi uſucapientem rem præſentis, ſuccurritur reciſa uſucapione. *§. rurſus. inſtit. de act.* ¶ Uſucapio ſi eſt completa in præſentia per modicum tempus domino negligente, an illi detur reſtitutio, ut tempus abſentiæ ſubducatur. *Bart. in l. 15. § non autem. ff. ex quibus cauſis majores.*

Cap. VII. Præſcriptio quando currat.

Præſcriptio, quando incipiat currere contra actionem pignoratitiam, *Bart. in l. 9. §. omnis. ff. de pig. act.* ¶ Impedimentum legitimum veniens poſt inchoatam præſcriptionem, non impedit tempus currere, ſecus ſi fuerit à principio, *Abb. conſ. 5. l. 2.* ¶ Annus, qui datur hæredibus ad implendam defuncti voluntatem, currit etiam minoribus, qui tamen contra præſcriptionem reſtituuntur. *§. non autem. Auth. de hæred. & falc. & ib. gl.* ¶ Præſcriptio currit à die, quo ſuit facultas agendi. *l. 25. de ſtipulat. ſervor.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Hodie ſive reale, ſive perſonale ſit vitium, mala fides defuncti nocet ſucceſſori ſingulari, vel univerſali. *gloſſ. in l. 13. ff. de acq. vel amit. poſſ.* ¶ Dolus auctoris nocet habenti cauſam lucrativam. *Bart. in l. 50. §. fundus. ff. ſolut. matrim.* ¶ In partu rei furtivæ, & in partu partus procedit uſucapio ad ſucceſſorem bonæ fidei ſingularem, non autem univerſalem. *l. 13. §. partus ff. de public. in rem actio.* ¶ Præſcriptione pro legato quis efficitur dominus longo tempore, ſi legatarius habebat bonam fidem. *l. 36. ff. de uſu & uſufruct. legat.* ¶ Præſcriptio, quæ tuetur auctorem, ejus ſucceſſorem tuetur. *l. 1. C. ne de ſtatu. defunctorum.* ¶ Uſucspio creditoris pro ſoluto, liberat debitorem ſolventem. *l. 60. ff. de ſolut. & libera.* ¶ An mala fides auctoris noceat bonæ fidei ſucceſſori, quo minus poſſit uſucapere rem alienam. *Andr Fachin. lib. 1. contr. cap. 66.* ¶ Uſucapiens videtur habere rem ex titulo præcedenti, non à domino, contra quem uſucapit. *l. 45. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

TITULUS DLVII.

De præſcriptionibus in genere.

Generalia.

De præſcriptione contra fiſcum, *per Boer. deciſ 264. num. 21.* ¶ In materia præſcriptionis abſentia conſideratur, quando quis fuit abſens extra Regnum, *Papon. arreſt. 30. lib. 12. tit. 3.* ¶ De intellectu, *Auth. mala fidei. C. de præſcript. long. tempor. per Bartol. in l. 14. §. cum quis. ff. de acq. poſſ.* ¶ De præſcriptione, qua ſcquiritur ſervitus, vel libertas ſervitutis, *per Bart. in l. 1. Cod. de ſervit. & aqu. & in l. 2. ibid.* ¶ De materia præſcriptionum, *per Henric. Boer. in ſuis ſingular. titul. præſcriptio.*

Cap. I. Præſcriptio, quid ſit.

Præſcriptio tripex, odioſa, favorabilis & mixta, in qualibet præſcriptione traduntur exempla *per Guid. Pap. quæſt. 416.* ſed præſcriptionum quot ſint ſpecies, *vide per Jaſon. de actio. in § pœnales. n. 122.*

Cap. II. Qualis ſit.

Centenaria præſcriptio habet multa privilegia, quæ hic breviter enarrantur. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. q. 27.* ¶ Mala fides, quo pacto arguatur, præcipue ex ſcientia etiam in ſucceſſoribus, *vide Paul. Aemil. deciſ. 24. part. 2.* ¶ Omne tempus præſcriptionis introductæ per ſtatutum, aut jus Civile, dicitur eſſe continuum, niſi in caſibus, in quibus expreſſe contrarium deciditur. *Curt. conſ. 271. num. 5.* ¶ Error juris dubii æquiparatur errori facti, & cauſat bonam fidem, quo præſcribendum. *Curt. conſ. 279* nam error juſtus habetur pro titulo, quoad præſcriptionem. *Bart. in l. 17. ff. ex quibus cauſis majores.* ¶ Poſſeſſio precaria, quando ſit vitioſa vitio reali, & quando perſonali, & vitia in re pupilli, vel fiſci, aut dotali, an dicantur realia, *vide Bart. de acq. poſſ. l. 14.* ¶ Quæ ſint differentiæ inter conſuetudinē & præſcriptionem, *vide per Rebuff. tr. de conſuet. Tom. 3 in præfat. n. 14.*

¶ Præſcriptio non eſt contra jus naturale: quia eſt inducta ad ipſum jus conſervandum; conſervat enim duas regulas juris naturalis, de quibus *vide per Petr. de Raven. ſingul. 556.* ¶ Præſcriptio perſonalis contra Eccleſiam regitur per jus Civile. *Capic. deciſ. 4.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

In materia præſcriptionis præſens dicitur, qui eſt in eadem Civitate, abſens qui eſt extra: ratio, quia hodie quælibet Civitas habetur pro una Provincia. *DD. in l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. oblig.* ¶ Quando tractatur de præſcriptione juris univerſitatis, alio non poſſidēte, poſſeſſio, ſeu quaſi unius juris univerſitatis, vel plurium extenditur ad alios actus, & ad alias perſonas. *Vinc. de Fran. deciſ. 397. num. 8 part. 2.* ¶ Præſcriptio, licet non extendatur de uno actu, ad alium diverſi generis in iiſdem actibus, extenditur tamen de perſona ad perſonam. *Natt. conſ. 283.* ¶ Mala fides non conſideratur in præſcriptione juris quærendi, etiam de jure Canonico. *Mohed. deciſ. 151. num. fin. Jacob. Put. deciſ. 128. lib. 2. Mynſing. obſerv. 6. cent. 4.* ¶ Mala fides quomodo, & quando inducatur per actum extrajudicialem, *vide Petr. de Beninten. deciſ. 9.* ¶ Procuratoris ſcientia non conſtituit dominum præſcribentem in mala fide, & mala fides præſumpta quomodo intelligatur, quæ tamen purgari poteſt ſpatio 300. ann. *vide Capic. deciſ. 86. num. 8* ¶ Præſcriptio dicitur odioſa, & contra eam in dubio debet fieri interpretatio: dicitur enim impium præſidium, & contra naturalem æquitatem. *Crav. conſ. 1. num. 26. part. 2.* & eſt ſtricti juris, & tantum reputatur præſcriptum, quantum poſſeſſum. *idem Crav. conſil. 292. Abb. conſ. 101.* imo re præſcripta ſuccurritur ei, contra quem eſt præſcriptum, ſed quomodo, *vide Hippol. ſing. 370.* ¶ In materia præſcriptionis juriſdictionis, non fit extenſio de caſu ad caſum. *Jacob. Put. deciſ. 107. lib. 1.* nec de re ad rem. *Capic. deciſ. 209. num. fin.* ſed bene de perſona ad perſonam. *Capic. ibid.*

Cap. IV. Quæ probentur.

Obligatio, quæ acquiritur, ſeu acquiſita probatur ex aliqua præſtatione, an cauſet præſcriptionem, *vide Bartol. in l. 6. §. non C. de offic. proconſ.* ¶ Mala fidea ad impediendam præſcriptionem poteſt probari per famam. *Mohed. deciſ. 9.* ¶ Probans poſſediſſe per decem annos, non dicitur probaſſe præſcriptionem: cum poſſit intelligi poſt litem conteſtatam, & ſic poſt factam interruptionem. *Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 30. n. 137. vide Cravet. conſ. 1. par. 2. num. 13.* ¶ In materia præſcriptionis quomodo probetur poſſeſſio, *vide Bart. in l. 9. C. de præſcript. long. temp.*

Cap. V. Quæ requirantur.

Titulus primi decreti in cauſa damni infecti, & in actionibus perſonalibus, non eſt juſtus, vel ſufficiens ad præſcribendum. *Hartm. cap. 11. tit. de contumatibus. libr. 1.* ¶ Bona fides an requiratur in præſcriptione libertatis contra ſervitutem, vel libertatis contra obligationem, *Guid. quæſtion. 416. numer. 9.* ¶ Poſſeſſio naturalis ſola non ſufficit ad præſcribendum. *Boer. deciſion. 39. numer. octavo* ¶ Poſſeſſio non ſufficit in his, quæ non poſſunt haberi, niſi ex conceſſione Principis. *Aegid. Bellam. concluſ. 433.* ¶ Bona fides requiritur in præſcriptione, quæ licet præſumatur, allegari tamen debet. *Crav. conſ. 298. num. fin.* & mala fides præſumitur in eo, qui aliquid contra juris diſpoſitionem fecit. *Cravet. conſil. 134. num. 15. & 16.* ¶ Mala fides alicujus probatur per ſola indicia. *Hippol. ſingul. 34.* ¶ Idem determinandum videtur in malæ fidei poſſeſſore, quod in fure, *vide Bart. in l. 12. C. de furtis.* ¶ Præſcriptio juris incorporalis requirit ſcientiam, & patientiam ejus, cui acquiritur jus per talem præſcriptione, nec in dubio ſcientia præſumitur. *Crav. conſ. 134. num. 14. & conſil. 292.* ¶ In præſcribenda ſervitute requiritur, quod bona fide quis utatur jure ſervitutis. *l. fin. ff. quem ad ſer. amitt.* an idem ſit in præſcribenda libertate, *vide gloſſ. ibid.* ¶ Fides bona & mala ex invalida oſtenditur probatione. *Afflict. deciſ. 369.* ¶ Præſcriptio rerum corporalium requirit titulum & bonam fidem: ſed in præſcriptione incorporalium ſufficit bona fides, de ratione diverſitatis, *vide per Bart. in l. 14. ff. de ſervitutibus.* inſpicitur tamen initium poſſeſſionis, *idem Bart. in l. 1. §. ſi quis ſupra ff. de itinere, actuq; privato.* ¶ Bona fides præſcribentis licet non requiratur in præſcriptione libertatis ſervitutis ruſticæ; tamen requiritur in ſervitute urbana. *Bart. in l. 5. ff. de ſervitut. urba. prædio.* ¶ In qualibet præſcriptione tria principaliter requirantur, nempe titulus, bona fides & poſſeſſio, *vide Bart. in l. 5. ff. de uſucap.* quod procedit de jure Canonico, *idem in tractat. de differen. inter jus Canon. & Civil. n. 87.* ¶ Ut transferatur præſcribendi conditio, quæ requirantur, & quando intelligatur tradita poſſeſſio, & probata, & ſi ſit mutuata, quæ probatio requiratur, ut dicatur continuata: & quomodo teſtes debeant deponere in probatione præſcriptionis, & de materia, *vide per Bart. in l. 27 ff. eod. de uſucap.* ¶ Præſcriptionem probans, an debeat docere de continua poſſeſſione, vel ſufficiat probare de principio poſſeſſionis, & fine, *vide gloſſ. in verbo inconcuſſam. cap. volumus 16. q. 4.* ¶ Præſcriptio eorum, quæ ſunt contra jus commune, requirit titulum, qui debet allegari & probari. *Capic. deciſ. 209. num. 15.* tamen præſcriptio ſervitutis non requirit titulum. *ibid. num. 16.* ¶ Ad hoc, ut quis ex cauſa ſuperveniente cenſeatur mutuaſſe poſſeſſionem, requiritur ſcientia tituli ſupervenientis, quæ ſcientia ex actis non præſumitur. *Put. deciſ. 288. lib. 3.* ¶ Omnes leges diſponentes præſcriptionem in certis caſibus non requirere bonam fidem, per jus Canonicum ſunt correctæ, tam in rebus corporalibus, quam incorporalibus, & actionibus realibus, cum in præſcriptionibus tractetur de peccato, quo caſu ſtandum eſt juri Canonico. *Mynſing. obſerv. 6. cent. 4. vide Hartm. cap. 4. tit. de præſcript. lib 1. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 24.* ¶ Quod ampliatur procedere in præſcriptione immemorabili, modo conſtet de mala fide. *Mynſing. ibid.* ¶ Limita tamen Reg. in actionibus, quæ de ſui natura temporales ſunt, & in jure quærendo. *ibid d. obſerv. 6.* ¶ Titulus pignoris non eſt ſufficiens ad præſcriptionem. *Bartol. in l. 9. C. de pign. act.*

Vel non.

Præſentes dicuntur, qui ſunt in eadem Provincia, & debet inſpici, ubi partes habent domicilium, non ubi res eſt ſita, & ad præſcribendum ſcientia ejus, contra quem præſcribitur, non requiritur. *Bart. ſing. 199. & Pet. de Raven. ſing. 486.* ¶ Præſcriptione liberatus contra onera realia allegans negativam, non tenetur probare, quod non ſolverit. *Crav. conſil. 57.* ¶ Bona in fides in præſcriptione non requiritur, ſi de jure uni collegio quæſito, per aliud præſcribendo agatur, ſecus ſi de jure quærendo. *Jac. Put. deciſ 252. lib 3.*

Cap. VI. Quæ præſumantur.

In præſcriptione abſentia præſumitur, ideo fundans, ſe ſuper præſentiam, illam probare tenetur. *Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 34. vide Joſeph. Lud. deciſ Luc. 31. num. 18.* ¶ Quando aliquid eſt notiſſimum, & quaſi notorium, ex eo arguitur mala fides, quæ etiam probatur ex fama. *Abb. conſil. 15. lib. 2.* & quando præſumatur mala fides, *vide eundem in conſil. 19. & 94. lib. 2.* ¶ Mala fides, quando præſumatur, *vide per Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 225.* ¶ Mala fides arguitur, quando ſcit quis rem ad alium pertinere in totum, vel in partem, *vide Crav. conſ. 146.*

¶ Præ-

¶ Præſcribere mala fide præſumitur, qui habet titulum ſimulatum. *Bart. in l. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* ¶ Teſtium dicta etiam non in figura judicii examinatorum, inducunt bonam fidem, quæ cauſari poteſt ex rationibus temerariis. *Afflict. deciſ. 40. num. 11.* & quando præſumatur bona fides, *vide ibid.* ¶ Bona fides præſumitur in poſſidente, niſi contrarium evidenter probetur, etiam ſi poſſeſſor cauſam locrativam habeat, & de ſola longi temporis præſcriptione agatur, vel verum titulum non habeat, ſed putativum tantum. *Gaſp. Cabal. milleloq. 476.* qualiter ex temporis diuturnitate præſumatur, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 225.* ¶ Proclamatibus & cridis arguitur bona fidea, & etiam ex poſſeſſione in dubio bona fides præſumitur. *Dec. conſil. 410.* ¶ Titulum invalidum producens contra ſe ipſum habet præſumptionem, quod nullum meliorem habeat. *Ozaſ. deciſion. 101. numer. 38.* ¶ Malam fidem contrahentes habere præſumuntur, qui cum prodigo & conſumpturo contraxerunt, ac ſolemnitates requiſitas non obſervarunt. *Ozaſ. deciſ. 177. num. 7.* ¶ Emptor titulum & poſſeſſionem habens per longa tempora, an ſit in mala fide, ſi fama eſt, quod res ſit Eccleſiæ. *Afflict. deciſ. 178. num. 11.* ¶ Mala fides præſumitur in eo, qui procurat habere novos titulos confirmationis. *Capic. deciſ. 86. num. 12.* ideo præſcribens, ſi alleget & producat novos titulos, præſumitur habuiſſe malam fidem. *ibid. numer. 13.* ¶ Malæ fidei præſumitur, qui emit à procuratore, de cujus mandato non conſtat. *Boer. deciſ. 281.* ¶ Ignorantia præſumitur in illo, qui in alterius jus ſucceſſit. *Afflict. deciſ. 37.* cui propterea conceditur reſtitutio. *Borgnin. Cavalc. deciſ. 16. numer. 21. de contract. part. 2.*

Vel non.

Præſcriptio eſt facti, ideo non præſumitur, niſi probetur. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc 33. n. 15. Cruv. conſ. 132. n. 12. & conſ. 1. part. 2. num. 28.* & debet allegari. *Hieron. Magon. deciſ. 31. num. 18.* quando opponi poſſit præſcriptionis exceptio, *Hart. c. 18. titul. de præſcr. lib. 1.* ¶ Bona fides debet concurrere, & allegari cum titulo, neque præſumitur, niſi allegetur, & ſi conſtet de titulo, poteſt tamen poſt concluſionem in cauſa, & tempore diſputationis allegari, *Afflict. deciſ. 178. numer. 14.* ¶ Præſcriptio de facili non præſumitur, ſed probari debet, per allegantem, & in dubio judicari debet contra præſcriptionem; *Cruv. conſ. 29. n. pen.*

Cap. VII. Quæ præſcribi poſſint, vel non.

An merum & mixtum imperium præſcribi poſſit cum bona fide ſpatio 40. annorum, *Fachin. libr. 8. cap. 23.* affirmat. *l. omnes. C. de præſcrip.* ¶ Paſcendi quando & quomodo præſcribatur, *Joan. Pet. Surd. deciſion. 236.* ¶ Præſcribi quando poſſint ſervitia, quæ Vaſallus Domino debet, *vide Boer. deciſ. 138.* an Dominus præſcribat contra Vaſallum, & econtra, *vide ibid. deciſ. 211.* præſcriptio Domini contra Vaſallum, quantum tempus exigat, *Mynſinger. obſervat. 28. cent. 4.* & quid de præſcriptione Vaſalli contra Dominum, *vide ibid. obſer. 29.* ¶ Decimale jus an poſſit à laicis præſcribi, *Guid. Pap. quæſt. 284.* ¶ Res poſſeſſa violentia compulſiva præſcribitur, non autem poſſeſſa vi expulſiva. *Bartol. in l. 3. num. 14. C. de his, quæ vi met. gloſſ. ibid.* nam vitium vis expulſivæ, vel ablativæ dicitur reale, compulſivæ eſt perſonale. *idem Bart. in l. 14. §. cum quis ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Cum quæritur, an jus Principis præſcribatur, diſtingve, aut loquimur de jure ſuperioritatis, & hujuſmodi, & tunc tale jus nullo tempore præſcribitur, aut de rebus, ſeu juribus, quæ Princeps poſſidet, ut privatus, veluti feudum, domum, aut annuum cenſum, & tunc in his Principi obſtat præſcriptio 40. ann. *vide Guid. Pap. quæſt. 146. Boer. deciſ. 246. numer. 19. Capell. Tholoſan. quæſt. 345. Marc. quæſt. 234. Gaſp. Cabal. milleloq. 816.* ¶ Error juris dicitur injuſtus, & tribuit malam fidem, *vide Ozaſc. deciſ. 101. num. 30.* tamen præſtat cauſam præſcribendi de jure Canonico ſpatio longiſſimi temporis. *Put. deciſ. 91. lib. 1.* ¶ Quando eſt error facti, tunc erroneus titulus dat juſtam cauſam præſcribendi; ſed quando eſt error juris, titulus non præbet juſtã cauſam præſcribendi. *Affl. dec. 374.* ¶ Poteſt adverſus unum præſcribi libertas ſervitutis, adverſus aliũ non ex eadem ædificatione. *l. 31. ff. eod.* ¶ Libertas ſine apto titulo præſcribitur. *gl. l. 31. ff quemad. ſer. amit.* tamen niſi prædia urbana poſſideantur continue, eorum libertas non præſcribitur, §. *libertas. d. l. 31.* ¶ Petitioni hæreditatis præſcribitur 30. ann. ſed rei vendicationi præſcribi poteſt longo tempore cum titulo. *l 7. C. de pet. hæred.* ¶ Vendere promittens bona alicui quandoq; ſolveretur certa quantitas pro pretio, ultra decennium non tenetur. *Felyn. conſil. 25. num. 17.* nam jus conſiſtens in mera facultate alicujus præſcribitur. *ibid.* ¶ Jus piſcandi in flumine publico, poteſt præſcribi. *l 7. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* ¶ Præſcribitur modo agendi executive, etiam cum mala fide, ideo inſtrumenta poſt triginta annos amittunt privilegium agendi via executiva, *Magon. deciſ. 121. Rot. Floren.* ¶ Dotis petitioni quanto tempore præſcribatur, & etiam hypothecæ competenti pro ipſa dote, & præſcriptionem, quæ clauſulæ perpetuo impediant, *Boer. deciſ. 388.* ¶ Libertas præſcribitur etiam ab eo, qui ſcit ſe teneri. *Grammat. deciſ. 100. num. 23.* ¶ Titulus errore facti fulcitus, dat cauſam præſcribendi, & juſtus error habetur pro titulo. *Aegid. Bellam. concluſ. 704.* ¶ Adjudicatum per errorem, præſcribitur etiam à malæ fidei poſſeſſore. *Bart. in l. 26 ff. de nox. action.* ¶ Titulus diviſionis juſtam præſtat cauſam præſcribendi. *Bart. in l. cum ſolus. ff. de uſucapion. Caſt. in l. fin. C. commu. utriuſque jud. & Aret. conſil. 149.* ¶ In hac patria bonis publicatis extranei prætendentes intereſſe in illis, habent quadriennium ad fidem faciendum de eorum juribus, quo elapſo non amplius audiuntur, habetur in decreto criminali, *titul. infra qual tempo ſia lecito recuperari beni confiſcati. fol. 10.* ¶ Res empta metu poteſt præſcribi, & per conſequens contra actionem, quod metus cauſa opponitur exceptio præſcriptionis. *Bart. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.* ¶ Titulus putativus ſufficit ad præſcribendum, *l. 8. ff. de publiciana, Bart. in l. 4. num. 4. C. de probat.* de practica articulandi ad præſcriptionem probandam, *Bart. in l. 12. num. 13. eod.*

Vel non.

Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione civili, & per præſcriptionem acquiritur utile dominium. *Bartol. in l. 36. ff. de uſufr. legat*, non directum. *idem Bart. in l. §. denique. ff. de aqu. plu. arcen.* ¶ Libertas ſervitutis urbanæ non præſcribitur, ſi habens prædium dominans ſolummodo non utatur, ſed requiritur factum præſcribentis *l. 5. ff. de ſervit. urban. præd. l. 18 § fin. ff. quemad. ſervit. amit.* ¶ Jura corporalia ſine ſcientia & patientia non præſcribuntur, & ipſa ſcientia probari debet. *Ozaſ. deciſ. 101. n. 19. Bartol. in l. 14. n. 6. ff. de ſervitut.* ſecus in corporalibus. *Bart. ibid. vide eundem Bart. in l. 1. §. deniq. ff. de aqu. plu. arcen.* ¶ Servitus diſcontinua non præſcribitur minori ſpatio, quam centum annorum. *Vinc. de Fran. deciſ. 183. n. 12.* ¶ Res; quæ non poſſunt ex diſpoſitione legis alienari, vel diſpoſitione defuncti, non poſſunt præſcribi. *Bartol. in l. 2. C. de ſervi. Reipub. manum.* ¶ Tempore belli, vel mortalitatis dormit præſcriptio, ſi jura Civitati non reddantur, in aliis tamen caſibus, licet quis impediatur agere, præſcriptio currit, ſed conceditur reſtitutio. *Guid. d. quæſt. 416. n. 13.*

Cap.

Cap. VIII. Quæ, & quanto tempore præſcribi poſſint.

Retrovendendi pacto facto (etiam in perpetuum) quanto tempore præſcribatur. *Boer. deciſ. 182.* & quid in tempore. *ibid. num. 2. & 13. vide ſupra titul. de pac. inter emptor. & venditor.* ¶ Res Eccleſiarum & Civitatum quanto tempore præſcribantur, *vide per Bart. in l. 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in Authent. quas actiones ibid. Abb. conſil. 32. lib. 1.* ¶ Remedium cano. redintegranda 3. q. 1. quanto tempore præſcribatur. *Put. deciſion. 115.* ¶ Quanto tempore præſcribatur jus exigendi pedagium, *vide Bart. in l. 4. §. in omnibus ff. de public. & vectig. & in l. 9. §. earum rerum. eod.* ¶ Contra creditorem cenſus per tertium poſſeſſorem, quanto tempore præſcribatur, *vide Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 8. & ſeq.* an cenſus contra dominum poſſit præſcribi, *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des cenſes. Rub. 11. §. 2. gl. 1. n. 33.*

Cap. IX. Qui, quibus præſcribere poſſint, vel non.

Actioni perſonali nunquid per malæ fidei poſſeſſorem poſſit præſcribi, & quid juris ſit in hærede, & in ſingulari ſucceſſore. *D. Gaſp. Theſſ. q. For. Quæſt. 41. lib. 1.* ¶ Triginta, vel quadraginta annorum, an ſufficiat contra Principem. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 1.* ¶ Quæ ſint adulterii præſcriptiones, *Cujac. lib. 27. obſerv. c. 15.*

Qui præſcribere poſſint.

An fiſcus, princeps, civitates, & eccleſia Romana centum annorum præſcriptione gaudeant, *Fachin. lib. 8. cap. 13.* ait non competere fiſco, non civitati, principi competit, ſed cum diſtinctione, Eccleſiæ affirmat. ¶ De præſcriptione ſervitutum realium, *ibid. cap. 22.* ¶ An Laici Jus patronatus Eccleſiaſticum præſcribere poſſint juſto titulo, bona fide, ſpatio 400. annorum. Idem *lib. 8. cap. 24.* affirmat. *cap. 1. de præſcript. libr. 6.* ¶ An civitas præſcribere poſſit rem alienam, quando cives ab initio ſint in mala fide, ſi illis mortuis alii cives bonam fidem habeant, *Fachin. lib. 8. cap. 25.* negat. ¶ An is, qui ignorat ſe titulum habere neceſſarium ad præſcriptionem, valeat præſcribere. *ibid. cap. 31.* affirmat. *l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de uſucap. pro empt.* ¶ De quinque pedum præſcriptione, *ibid. cap. 35.* ¶ Emphyteuta præſcribit jus emphyteuticum: item feudatarius, & ſuperficiarius præſcribunt. *Bart. in l. poſſideri. §. ex contrario. num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* de præſcriptione in rebus feudalibus, *vide per Hartm. cap. 3. titul. de præſcript. lib. 1.* ¶ Juriſdictio, quæ debetur duobus, poteſt præſcribi, idem in uſufructu. *Bart. in l. 13. §. ſi de uſufruct. ff. de publi. & in l. 14. eod.* ¶ Debens decem paria caponum omni anno, ſi ſolverit 5. per 20. ann. an præſcribat etſi unus ex pluribus hæredibus tantum ſolverit, vel uni tantum pars ejus, quod annuatim præſtabatur, fuerit ſolutum, quid præſcribatur, *vide per Bartol. in l. 17. ff. de aqu. pluv. arcen.* ¶ Minori ſpatio præſcribitur contra nobilem, cui competit jus colligendi pedagium, quam contra Principem. *Vincen. de Fran. deciſ. 131. num. 32.* ¶ Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, tamen ſingularis ejus ſucceſſor cum bona fide præſcribit, quia in eo ceſſat ratio peccati, *Beninten. deciſ. 35. n. 12.* ¶ Civitates quæ uſæ ſunt mero & mixto imperio, an præſcripſerint vacante imperio, *vide Bartol. in l. 1. C. de ſervit. & aqu. & in l. 2. num. 9.* ¶ Dominus revocabiliter præſcribit, ac ſi non eſſet dominus. *Bartol. in l. 12. §. ſi quis ſervum. ff. de captiv. & poſt limin. reverſ.* ¶ Præſcribit debitor ignorans obligationem perſonalem. *Ant. Capic. deciſ. 4. num. 10. vide tamen ibid.* ¶ Geſtor negotiorum poteſt ignoranter rem domini præſcribere, etſi ante præſcriptionem completam ſcientia ſupervenerit, debet facere à ſe evinci, ne actione negot. geſt teneatur. *l. 20. §. cum me, ff. de neg. geſt.* ¶ Debitor præſcribit per creditorem pignus poſſidentem. *l. 36. ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ.* ¶ Captivi per ſubjectas perſonas poſſunt reſcribere, & ab actionibus competentibus liberari. *l. 23. §. ſi plane, ff. ex quibus cauſis majores.* ¶ Ille, qui emit ab eo, cui minor donavit ſine decreto, præſcribit contra eum à die (quo factus fuerit major) ſpatio longi temporis. *l. 4. C. ſi quis ignorans.* ¶ Tertius poſſeſſor habens titulum à malæ fidei poſſeſſore ſolummodo præſcribit ſpatio triginta annorũ: ſec⁹ in poſſeſſore mediato, qui habet titulum ab alio bonæ fidei. *Aff. deciſ. 40. n. 8. Jaſ. de action. in §. ſed iſta. num. 79. & ſeqq.* ¶ Succeſſor univerſalis non jure hæreditario, ſed aliunde ſuccedens, puta prælatus, capitulum, vel univerſitas ignorans obligationem ſui prædeceſſoris, præſcribit contra creditorem. *Capic. dict. deciſ. 4. numer. 14.* alias ſucceſſor univerſalis non poteſt præſcribere, quod non poterat defunctus. *Bartol. in l. 9. C. de pign. action. Abb. conſil. 32. lib. 1.* quia facto auctoris, ſucceſſio damnatur hæredis. *cap. cito inopem 1. quæſt. 1.* ¶ Vir, quando poſſit præſcribere rem dotalem, quoad tertium, *vide per Bart. in l. 13. §. in dotem, ff. de acquir. poſſeſſ.* ¶ Præſcribere, an quis poſſit rem communem indiviſam, eam poſſidendo pro diviſa, *vide per Boer. deciſ. 58.* pro affirmativa ſcribit *Papon. libr. 12. titul. 3. arreſt. 7.* ¶ Contra abſentem & ignorantem præſcribi poteſt: fallit, ſi abſens ignorans poſſideat civiliter *Capell. Tholoſan. quæſt. 76.* ¶ Jus commune & ſtatutum poſſunt decernere, quod malæ fidei poſſeſſor præſcribat odio negligentis. *Guid. Pap. quæſt. 196. num. fin.* ¶ An emens à colono, qui rem tradidit, præſcribat, *Bartol. in l 5. C. de acquiren. & retinen. poſſeſſ.*

Vel non.

Emens rem alienam ſcienter non præſcribit, & illam domino reſtituere tenetur, emens vero ignoranter præſcribit, & poſt præſcriptionem dominus agit ſolum ad pretium contra venditorem. *l. 1. C. de reb. alienis non alien.* ¶ Filius in poteſtate mortuo patre non poteſt præſcribere; fallit, quando diceret ſe poſſediſſe non ut filius, ſed ut agnatus: nam tunc ſi inchoaret præſcriptionem ex perſona ſua, procederet præſcriptio. *Ant. Trigo. ſingul. 65.* ¶ Habens jus plura reſpiciens, ſi utatur in aliquibus, conſervat ſibi jus in totum: ideo præſcribi non poteſt, quod ad alia per non uſum, & error juris impedit præſcriptionem. *Cravet. conſ. 77.* ſed de ultimo dicto, *vide ibid.* faciunt tradita. *in conſ. 55.* ¶ Qui emit ab aliquo tertio minoris, tanquam minoris, non præſcribit: ſi autem tanquam majoris bona fide, præſcribit. *l. 1. C. ſi quis ignorans.* ¶ Miſſus ex primo decreto non præſcribit, antequam interponatur ſecundum. *l. 15. §. Julianus. ff. de dam. infect.*

Cap. X. Quæ, quibus acquirantur.

An præſcriptione acquiratur dominium directum, vel utile tantum, *And. Fachin. lib. 1. contr. 70.* ¶ Quando ex temporis diuturnitate annua præſtatio acquiratur, *vide per Caſſan. in conſuetu. Burgun. titul. des cenſes. Rubr. 11. §. 2. gloſſ. 1.* ¶ Titulus minus juſtus, non tamen reprobatus dat cauſam præſcribendi: ideo ex eo acquiritur mediante præſcriptione dominium. *DD. de Rot. deciſ. 2. tit. de præſcript. in antiq.* vide de materia *ibid. & in novis.*

Cap. XI. Quando fieri præſcriptio poſſit.

Præſcriptio uſus inſigniorum in alieno territorio fit cum titulo, per ſpatium quatuor annorum, ſed ſine titulo per tantum tempus, cujus memoria in contrarium non exiſtat. *Capic. deciſ. 189. n. 8.*

Cap. XII. Reſtitutio quando detur, vel non.

Præſcriptionum tris ſunt genera : quædam enim currunt, ſed reſtituitur minor, quædam currunt, & non reſtituitur : quædam ab ipſo jure currunt, *vide etiam gloſſ. in l. 4. C. ſi quis ignorans.* ¶ Reſtitutio ex capite ignorsntiæ datur, non ſolum contra principalem præſcriptionem, ſed etiam contra quadriennium. *Rot. Aven. deciſ. 97. in deciſ. diverſ.* ¶ Quando abſens reſtituatur contra præſcriptionem, vel uſucapionem, *vide Jaſon. de action. in §. rurſus.* ¶ Ex capite ignorantiæ Eccleſia reſtituitur adverſus præſcriptionem. *Capic. deciſ. 4. num. 24.* ¶ Reſtitutio contra præſcriptionem ex capite generalis clauſulæ, ſi qua mihi juſta cauſa conceditur. *Ozaſ. deciſ. 69. ibid. num. 16. & Joſeph. Lud. deciſ. 48. num. 23.* ¶ Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur contra præſcriptionem, tam longi temporis, quam longiſſimi, & etiam quadragints annorum. *Afflict deciſ. 37. 40. & 329. Bocr. deciſ. 29. Mohed. deciſ. 13. Rot. Genuen. deciſ. 203. Joſeph. Ludo. deciſ. Luc. 48. num. 22. & deciſ. 52. num. 47. vide Pet. de Beninten. deciſ. 69. Cnrv. conſ. 1. part. 2. num. 34. Dec. conſil. 29. & 272. num. 11. Natt. conſ. 162. Tom. 1. num. 38. Rola. conſil. 68. vol. 3. Menoch. conſil. 231. num. 48. vide tamen Dec. conſ. 29. & 554.* fallit, quando ignorantia non eſt probabilis, ſed adeſt præſumptio ſcientiæ. *Dec. conſ. 272. num. 11. vide Nat. conſ. 230. & 231. tamen vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 151.* ¶ Si præſcriptio fuerit incepta in minori ætate, & cõpleta in majori, non eſt deneganda reſtitutio, imo concedenda : nã cum temp⁹ minori non curat (niſi pro tempore majoria ætatis) ille reſtituitur, ſubducto tempore minoris ætatis. *Jaſ. de act. in §. rurſus n. 57. Bar. in l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.* ¶ Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur adverſus præſcriptionem 30. ann. etiam ſi non eſt deducta in judicium infra quadriennium à die læſionis. *Rol. conſ. 3. num. vide tamen Excell. P. Theſſ. deciſ. 113. & ſeq.* ſed quid in præſcriptione 40. ann. vel immemorabili, & quando ex conjecturis reſultet præſumptio ſcientiæ, *vide Rol. d. conſ. 3. numer. 98. volum. 1. & conſil. 59. nolum. 4.* ¶ In præſcriptionibus tempus, quod excedit tempus à jure requiſitum, in conſideratione eſſe non debet : ideo quando præſcriptio reqoirit, puta 30. ann. ex capite ignorantiæ poteſt peti reſtitutio, & nunquam currit tempus ad illam petendã (niſi elapſo quadriennio à die ſcientiæ) etiam ſi quis ſteterit cum juſta ignorantia per longiſſimum tempua, poſt completam præſcriptionem, ſecus tamen erit in præſcriptione 60. ann. *vide Auguſt. Bero. q. 81.* ¶ Reſtitutionia petendæ duplex modus in practica, nempe incidenter & principaliter, & petitur principaliter reſtitutio sdverſus præſcriptionẽ 60. ann. incidenter adverſus præſcriptionem 39. ann. ratio diverſitatis, quia præſcriptio 60. ann. tollit ipſo jure actionem, alis vero 30. ann. ſolum illam per exceptionem elidit. *idem Bero. q. 82.* ¶ Reſtitutio contra præſcriptionem, quæ in præſentia currit, non datur. *Jaſ. de act. in §. rurſus. num. 21.*

Cap. XIII. Præſcriptio, quando detur. vel non.

Præſcriptio in ſervitutibus negativis non datur, niſi à die prohibitionis. *Capic. deciſ. 209. num. 25.* nam præſcriptio in his, quæ ſont meræ ſcultatis, non currit, niſi à die prohibitionis. *Vinc. de Fran. deciſ. 166. num. 8.* ſed quæ ſint requiſita in præſcriptione jurium negativorum, *vide Cabal. milleloq. 598.* ¶ Præſcriptio ex ſola patientia illius, qui non poteſt diſponere ſine certa ſolemnitate non datur. *Capic. deciſ. 209. num. 29.*

Cap. XIV. Præſcriptio, quando currat, vel non.

Præſcriptio cœpta contra majorem, quando currat minori, cum ſpe, vel ſine ſpe reſtitutionis, *vide per Bart. in l. 5. C. in quibus cau. in integr. reſtitut. non ſit neceſſa.* ¶ Præſcriptio inducta per teſtamentum, an currst contra minorem, *vide ibid. num. 14.* ¶ Præſcriptio currit contra impeditum impedimento facti : licet reſtituatur impeditus, ſecus in impedimento juris. *Bart. in l. 1. §. ſi quis propter, ff. itinere. actuque privat.* ¶ Si præſcriptio conventionalis incipiat cum defuncto msjore, & finiat cum minore, currit ſine ſpe reſtitutionis, niſi cum minore aliquid geſtum fuerit, vel aliquid intervenerit, ex quo etiam major reſtitueretur. *l. 39. ff. de minor. 25. ann. vide tamen l. 46. eo.* ¶ Præſcriptio conventionalis, quæ cœpit currere cum majore, currit etiam minori, cum quo nihil fuit geſtum, ſed sn illi detur reſtitutio, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 103.* ¶ Tempus petendæ reſtitutionis adverſus præſcriptionem, currit ſolum poſt completam præſcriptionem. *Bart. in conſil. 129. & 158. volum. 1.* ¶ Præſcriptio, quamvis currat contra hæreditatem jacentem, tamen datur reſtitutio. *Put. deciſ. 286. lib. 3.* ¶ Filio in poteſtate (etiam vivo patre) currit præſcriptio in jute adeundi, & filia excluſa à jure adeundi præſcriptione, poteſt per ſucceſſorium edictum ſuccedere in legitima. *Bart in conſil. 129 volum. 1.* ¶ Præſcriptio currit contra mulierem in rebus, ſeu juribus dotalibus ab eo tempore, quo poteſt actionem movere. *Abb. conſ. 14. lib. 2. vide eund conſ. 54. lib. 2.* ¶ An præſcriptio, ſeu tempus currat contra pupillum, ſeu adultum, & quatenus currat, quomodo reſtituatur. *Guid. Pap. quæſt. 31.* ¶ Etiam pupillis tutores non habentibus currit præſcriptio, ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. *l. 2. ff. ne ſtat. defunctorum.* ¶ In debito conditionali præſcriptio incipit currere à die impletæ conditionis. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de mercat. minut. gl. ult.* ¶ Præſcriptio quando currit ex negligentia alicujus, oportet, quod in principio ponantur ea, quæ inducunt negligentism. *Bart. in l. 8. n. 4. ff. de his, qui notan. infam.*

Vel non.

Privilegium minoris, ne currat ei præſcriptio, prodeſt etiam majori habenti rem communem cum ipſo. *Azo. in ſumma titul. C. ſi in communi, eademque cauſa.* ¶ Quando currat, vel non præſcriptio contra filios, cum pater alienat de bonis ad ipſos pertinentibus, *vide §. ſed quod ſancitum. Authen. de nupt.* ¶ In annois præſtationibus in quolibet anno incipit ſua præſcriptio, & non currit, niſi à principio cujuslibet anni. *Guid. quæſt. 406. Boer. deciſ. 336. Capell. Tholoſan. quæſt. 343.* ¶ Præſcriptiones à minoribus non incipiunt, & illis non currunt, niſi ſint præſcriptiones temporis longiſſimi, quæ currunt adultis. *leg. fin. C. in quibus cau. reſtit. in integr. non ſit neceſſa.* ¶ Poſſeſſor dicitur dominus completa præſcriptione, quæ tamen non currit filio in poteſtate exiſtenti, *Authen. niſi. C. de bonis matern.* ſed an præſcriptione acquiratur dominium directum, *vide gloſſ. ibid.* ¶ Ignoranti non currit ipſo jure tempus quadrimeſtre, etiam poſt completam præſcriptionem, competens ad petendam præſcriptionem, *Capic. deciſio. 4. num. 15. Boer. deciſ. 39. vide Petr. de Beninten. deciſ. 69.*

Cap. XV. Præſcriptio, quando habeat locum, & qua fieri poſſit.

Eccleſia ſi ſuccedat privato, contra quem fuerat innovata præſcriptio, utitur jure privati pro tempore præterito, pro futuro privilegio Eccleſiæ. *Abb. conſ. 14. lib. 2.* ¶ In qus præſcriptione, & in quibus rebus habeat iocum, *Authen. mala fidei. C. de præſcripe. long. temp.*

vide

vide per Guid. Pap. ſing. 575. ¶ Bona fides in præſcriptione, quando in malam commutetur, & mala in bonam, *vide Pat. deciſ. 385. lib. 3.*

Vel non.

Titulus pro hærede non habet locum in ſuis hæredibus. *Bart. in l. 11. ff. de liberis, & poſthumis. & in conſ. 23. volum. 1. Abb. conſil. 19. lib. 2.* ¶ Si immobilia minorum ab ipſo, vel ab ejus adminiſtratore ſine decreto fuerunt alienata titulo lucrativo non procedit præſcriptio, niſi eo facto majore, & poſt requiritur taciturnitas longi temporis, quo elapſo non poteſt minor venire contra alienationem. *l. fin. C. ſi major factus.* ¶ Cementa cum domo unita dominus cementorum vendicare non poteſt, ſecus ea diſſoluta, etiam tempore præſcriptionis completo. *leg. 24. §. ff. de rei vendicat.* ¶ Cap. poſſeſſor de reg. jur. in ſexto, non habet locum in præſcriptione debitoris contra creditorem ſecundum *Bartol. in l. 23. §. hi plene. ff. quibus ex cauſis majores.*

Cap. XVI. Quando habeat locum.

Præſcriptio non habet locum ſtante præſcribentis mala fide, & in hoc Bart. reprobatur. *Afflict. deciſ. 13 n. 7.* ¶ In materia præſcriptionis fiſcus habetur pro præſenti, & contra eum tanquam præſentem præſcribitur. *Capell. Tholoſan. quæſt. 229.* de præſcriptione contra fiſcum *vide per Boer. deciſ. 267. num. 21.* ¶ Præſcriptio ratione negligentiæ ita habet locum contra fiſcum, ſicut contra privatum, licet alia tempora ſint ſtatuta contra fiſcum, & alia contra privatum, *Bartol. in l. 6. C. de jure fiſc. lib. 10.* ¶ Præſcriptio ſtatutaria præfinitiva certi temporis, non habet locum in legatis ſub conditione, & contractibus conditionalibus annuæ præſtationis. *Mohed. deciſ. 226.*

Cap. XVII. Præſcriptio, quando incboetur opponi, impediri poſſit, vel non.

Præſcriptionis exceptio multoties opponi poteſt à principali, non à fidejuſſoribus. *Lud. deciſ. Luc. 31. num. 19.* ¶ Verba illa appoſita in aliquo contractu, præſcriptione non obſtante, non impediunt præſcriptionem, niſi proferantur à ſtatuto. *Guid. Pap. quæſt. 209.* ¶ Præſcriptio inter patrem & filium in adventitiis, in quibus patri quæritur uſusfructus, poteſt inchoari. *Pat. deciſ. 304. lib. 3.*

Cap. XVIII. Quando renunciari poſſit.

Renunciari non poteſt ſtatuto diſponenti, quod debito præſcribatur decem ann. tamen de cautela, ut actio tempore non tollatur, *vide per Bartol. in l. 58 de legat. 1.* ¶ Præſcribendi facultati non poteſt renunciari, niſi uſque ad 10. vel 20. ann. & an in contractu ſimulato habeat locum præſcriptio, *vide Boer. deciſ. 182. num. 10. & 20.* quod præſcriptioni jure publico introductæ expreſſe per partes renunciari non poſſit, ſcribit *Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. fin. Hartm. cap. 14.*

Cap. XIX. Qui ſint effectus.

An qui præſcribit cum bona fide ſit tutus in conſcientia ſuperveniente etiam rei alienæ poſt perfectam præſcriptionem. *Franc. Marc. libr. 2. Select. inſcript. cap. 10.* ¶ An ſupplementum legitimæ tollatur præſcriptione 30. ann. vel potius quinquennii. *Fachin. lib. 12. cap. 9.* affirmat, propter quæſtionem. *l. omnes. §. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.* ¶ Præſcriptio qualibet ad eum finem ordinat, ut extinguat aliquod jus formale. *Ozaſ. deciſ. 115. num. 13.* ¶ Alienare videtur, qui patitur contra ſe præſcribere, & conſenſus tacitus partis eſt in præſcriptione *Afflict. deciſ. 13. num 4.* ¶ Collectam quando poteſt Baro imponere Vaſallis, licet ſteterit per annos triginta, & non indixerit, nihilominus indicere poterit, niſi ab initio Vaſalli contradixerint. *Vincen. de Fran. dict. deciſ. 131. num. 37.* ¶ Conſuetudo, vel præſcriptio non arctat illos, qui nunquam uſi ſunt præſcriptione, vel conſuetudine. *Grammat. deciſion. 100.* ¶ Mala fides ſuperveniens hodie interrumpit præſcriptionem, *Bartol. in l. 8. §. Prætor ait ff. de public.* ¶ Non videtur hæres in mala fide, qui præſcribit legatum, ante acceptationem legati. *Dec. conſil. 554.* ¶ Abeo, qui emit rem bona fide à malæ fidei poſſeſſore, poterit res vendicari, niſi præſcripſerit. *leg. 4. C. de rei vendicat.* ¶ Princeps poteſt jus quæſitum ex præſcriptione tollere. *Ozaſc. deciſ. 69. num. 15.* imo præſcriptio completa Principis reſcripto tolli non poteſt. *Ozaſ deciſ. 102. num. 6. vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des foreſtz. Rub. 13. §. 8. gloſſ. 1. n. 6. & 21.* ¶ Actio perſonalis pro ſervitute competens non tollitur præſcriptione, qua amittitur ſervitus conſtituta. *l. 19. ff. eod.* ¶ Auctoris mala fides nocet ſingulari ſucceſſori. *Ozaſ. deciſ. 56. num. 9.* quod limitatur, *ut ibid. num. 10. vide Rot. Genuen. deciſ. 203. & eundem Ozaſ. 177. num 8 Guid. Pap. quæſt. 416. numer. 10. Boer. deciſ. 182. num 41.* ¶ Mala fides auctoris non nocet ſucceſſori mediato in præſcriptione. *Afflict. deciſ. 40.* ¶ Reſtitutio datur minoribus adverſus præſcriptionem. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 48. num. 15. & 17.* & præſcriptio decurſa contra unum agnatum, non nocet aliis agnatis, datur etiam vendicatio ſuccedentibus, quæ poteſt fieri non obſtante præſcriptione, *vide num. 38. ibid.* ¶ Mala fides nocet, etiam in præſcriptione longiſſimi temporis. *Crav. conſ. 218. num. 4. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mercat. minut. venden gloſſ ult. num. 3.* ¶ Quando quis emit bona à Principe, vel à Marchione tutus erit præſcriptione quadriennii. *Crav. conſ. 263. n. 7.* ¶ Quando competit exceptio præſcriptionis, talis exceptio dicitur exceptio litis finitæ, & impedit litis conteſtationem. *Dec. conſil. 272. num. 6.* ſi ſit liquida, ſed quando dicatur liquida, *vide Natt. conſil. 281.* ¶ Per præſcriptionem longi temporis quæritur jus vendicandi: idem per præſcriptionem longiſſimi temporis bona fide factam, ſed malæ fidei poſſeſſor ſolum eaceptionem acquirit. *Bart. ſing. 200.* ¶ Quando per præſcriptionem quæratur jus vendicandi, *vide Pet. de Raven. ſingul. 487.* ¶ Hæres gerentis negotis tenetur rationem reddere non obſtante præſcriptione 30. anno. conceſſa prima in integrum reſtitutione petenti rationem reddere. *Rot. Genu. deciſ 203.* ¶ Debitor tutus præſcriptione in principali debito, vel re principali, eſt etiam tutus in uſuris, & fructibus. *l. 26. C de uſuris.* ¶ Vendens rem communem non præjudicat ſocio, niſi res ſit præſcripta; nam ipſe ſocius contra ſocium ſolum agit ad pretium. *l. 1. C. de commun. rebus alien.* ¶ Emptor qui præſcripſit, debet ſe tueri exceptione præſcriptionis, & illam omittens non agit de evictione contra actorem. *l. 19. C. de evict.* ¶ Mala fides defuncti nocet hæredi, etiam volenti ea ſua perſona incipere præſcriptionem. *Capic. deciſ. 4. n. 12. & 13. Cravet. conſ. 146. num. fin. Bart. in l. 14 ff. de pet. hæred. vide tamen ibid. Capic. deciſ 86. & Abb. conſil. 32. lib. 1.* nam mala fides prædeceſſoris nocet unverſali ſucceſſori: non autem ſingulari, *Mynſing. obſerv. 28. cent. 3.* ¶ Eacluſus præſcriptione longi, aut longiſſimi temporis à rerum ſuarum vendicatione, non habet remedium denunciationis Evangelicæ, quia qui rem præſcripſit, poteſt eam retinere cum bona conſcientia, licet poſt finitam præſcriptionem ſciverit de illegitimo titulo, quod procedit in actione reali; ſecus in perſonali. *Jaffr. Lanfr. deciſ. 417. Guid. Pap. ſingul. 560. vide tamen ſingul. 578.* nam præſcribens retinet bonam conſcientiam. *Hartm. cap. 17. titul. de præſcrib. libr. 1.* ¶ Perſonali ſublata præſcriptione, remanet hypothecaria. *Boer. deciſ. 335.* uſque ad 40. ann. *l. 2. C. de luitio. pign.*

¶ Exce-

¶ Exceptio præſcriptionis, an impediat litis conteſtationem, *vide Capel. Tholoſ. quaſt. 67.* ¶ Ex qua præſcriptione quæratur dominium directum, ex qua utile, & ex qua paretur exceptio, *vide Bartol. in l. 3. §. ſin autem. C. de edicto divi Adri. collen.* ¶ Præſcriptio majoris virtutis eſt, quam ſententia. *Abb. conſil. 89. lib. 1.* ¶ Præſcriptio currens contra debitorem, nocet creditori. *Bartol. in l. 5. C. de pignorib.* ¶ Litis conteſtatio actionem perſonalem facit durare 400. ann. quod intellige dummodo lis fuerit conteſtata coram competenti judice. *idem ſingul. 578.* ¶ Præſcriptio quæ obſtat executioni inſtrumenti, non obſtat probationi, & petitioni factæ via ordinaria, *Franc. Crem. ſingul. 141.* ¶ Præſcriptione acquiruntur, quæcunque pacto, vel privilegio acquiri poſſunt. *Ozaſ. deciſ. 29. num. 7.* ¶ Denunciatio ab initio ante cœptam præſcriptionem conſtituit quem in mala fide, ſed quid ſi poſt, *vide Boer. deciſ. 333.* ¶ Præſcriptio ſtatutaria tollit civilem obligationem, & elidit effectum naturalis, & quando Princeps per reſcriptum mandat procedi in cauſa de æquitate, non poteſt opponi exceptio præſcriptionis. *Cabal. milleloq. 604. part. 2.* ¶ Dominium utile quæſitum ex præſcriptione, occidit directum antiquum. *Borg. Caval. deciſ. 23. num. 60. part. 2.*

Cap. XX. Quæ valeant.

Præſcriptio una an ſufficiat contra annuam præſtationem, *vide per Boer. deciſ. 336. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 31. Capell. Tholoſ. dict. quaſt. 343.* unam ſufficere, *ſcribit Jacob. Put. deciſ. 259. lib. 2. vide ſupra in tit. de ann. præſtat.* ſecus tamen eſt in legato annuo. *Hieron. Magon. deciſ. 95. Rot. Flor.* ¶ Medius locus non ſerviens, ſervitutem interpellat, non extinguit: & ideo ante finitum tempus præſcriptionis poteſt reſtaurari. *leg. 13. ff. quemadmod. ſervit. amit.* ¶ Præſcriptio incepta perficitur contra defunctum. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 48. num. 5.* ¶ Præſcriptio ut valeat, probandum eſt omnino illam fuiſſe perfectam ante litem conteſtatam. *Ozaſ. deciſ. 101. num. fin.*

Cap. XXI. Quando tollatur, vel non.

An adverſus præſcriptionem competat majoribus 25. annis in integrum reſtituere ex cauſa juſtæ & probabilis ignorantiæ. *Andr. Fach. libr. 1. contr. cap. 69.* ¶ Sublata an intelligatur per verba, ſemper & quandocunque. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 2.*

Vel non.

Præſcriptio hodie non eſt ſublata per jus Canonicum, ſed an jure Canonico utamur in hac materia in foro civili, *Bartol. in tit. Auth. ut Eccleſ. Rom. Gando. cent. ann. præſcript.* ¶ Judex, qui arbitrium habet, non poteſt tollere exceptionem præſcriptionis: idem quando proceditur de bono & æquo ſola facti veritate inſpecta. *Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 49. vide tamen Cravet. conſil. 1. part. 2. num. 26.* ¶ Fallit, quando præſcriptio eſſet decurſa cum mala fide, & in Eccleſia, vel alio, qui propter negligentiam Rectoris à re ſua eſſet excluſus. *Menoch. ibid. num. 10. & fin.*

Cap. XXII. Quando amittatur.

An adverſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ detur reſtitutio in integrum. *Fran. Sar. libr. 2. ſelect. interp. cap. 10.* ¶ An præſcriptio temporis memoriam hominum non excedentis corruat, & vires amittat, ſi conſtet de titulo vitioſo, & nullo. *Fachin. libr. 8. cap. 33. neget. cap. ultim. de præſcript.* ¶ Præſcriptio quibus actibus interrumpatur, *Joan. Petr. Surd. deciſ. 5.* ¶ Juriſdictio ex non uſu, quanto tempore perdatur, *Bart. in conſil. 10. vol. 2.*

Cap. XXIII. Ad quæ teneatur præſcribens.

Præſcribens non debet ſe fundare in ſola præſcriptione; ſed allegare titulum. *Capic. d. deciſ. 4. num. 21.* & opponere exceptionem præſcriptionis; alias non obtinebit; nam judex poteſt eum repellere eo in caſu. *Boer. deciſ. 343. vide Papon. libr. 12. tit. 3. arreſt. 27. Boer. in ſuis comment. tract. de mercat. minut. venden. gloſſ. ultim. num. 13.* imo præſcriptio non objecta ex actis, tamen apparens à judice attendi debet in pronunciando *Mynſing. obſerv. 28. cent. 3.*

Cap. XXIV. Miſcellanea.

Mala fides univerſitatis, vel collegii purgatur mortuis hominibus, qui ab initio ſciverunt. *Capic. deciſ. 4. num. 15.* ¶ Servitus prædialis, quæ habet uſum diſcontinuum, perditur negligentia temporis duplicati. *l. fin. C. de ſervit. & aqua.* ¶ Tempus prædeceſſoris, ſi ſucceſſor cum ſuo conjungere deſideret, tenetur illud cum ſuis qualitatibus acceptare. *Put. deciſ. 365. num. 12. libr. 2.* ¶ Negotium non nomine meo geſtum, re perempta, poſſum habere ratum ad hoc, ut actio mihi competat ad pretium. *l. fin. ff. de negot. geſt.* ¶ Emens rem ab alio vendente, tanquam conjuncta perſona ſuo & nomine alterius, puta fratris, pro quo de rato promiſerat venditor non ſecuta ratihabitione, dicitur malæ fidei poſſeſſor pro parte abſentis. *idem Benint. deciſ. 38.* ¶ Malæ fidei dicitur poſſeſſor, qui habet ſcientiam rei alienæ. *Abb. conſil. 76. lib. 1.*

TITULUS DLVIII.

De præſcriptione immemorabili.

Cap. I. Quæ dicatur.

Tempus immemorabile habet vim privilegii & conceſſionis, etiam in his, quæ ſunt Principi reſervata, nec etiam requiritur in præſcriptione tanti temporis ſcientia ejus, contra quem præſcribitur, ſed quomodo probetur hæc præſcriptio, *Gaſp. Cabal. milleloq. 591.* ¶ Uſus tanti temporis, cujus contrarii memoria non exiſtat, habet vim conſtitutionis juris per reſcriptum. *Bart. in conſil. 188. num. 5. volum 1.*

Cap. II. Qualis ſit.

Poſſeſſio longiſſima, cujus initii memoria non extat, habet vim privilegii. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 95. num. 14. Afflict. deciſ. 254.* & legitimi tituli. *Verul. deciſ. 355. part. 2.* ¶ Poſſeſſio immemorabilis vim habet conſtituti. *Gaſp. Cabal. milleloq. 314.* & effectum publici inſtrumenti, nec tunc eſt opus allegare titulum. *Afflict. deciſ. 239. num. fin.* tamen quod debeat allegari, *ſcribit Papon. lib. 12. titul. 3. arreſt. 3.* ¶ Immemorabilis præſcriptio habet vim tituli, *Vincent. de Franc. deciſ. 166.* tamen conſtituto de initio per privilegium, tollitur præſcriptio, quæ ex antiquitate oritur. *Franc. Marc. quaſt. 234. num.* ¶ Præſcriptio immemorabilis vim privilegii, & conceſſionis habet, nec in ea requiritur tituli allegatio, ſed ad illam probandam multa requiruntur, primo quod teſtes ſint ad minus 54. ann. & de 40. annis teſtificentur: deinde quod teſtes neceſſario dicant communem opinionem eſſe, quod de contrario uſu non exiſtat memoria 3. quod ita ſemper viderint, & audiverint à ſuis majoribus 4. quod nunquam fuerit obſervatum contrarium. *Mynſing. obſ. 30. cent. 1.* ¶ Præſcriptio immemorabilis non habet vim privilegii, quando non adeſt capacitas in præſcribente. *Boer. deciſ. 32. num. 6. & 7.*

Cap. III. Quando probetur.

Ad præſcriptionem quadraginta annorum debet allegari, & probari titulus. *Ozaſ. deciſ. 116. num. fin.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

In præſcriptione tanti temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium, an ſcientiæ adverſarii probatio de neceſſitate requiratur, *vide Ozaſ. deciſ. 101. num. 15.* ¶ In præſcriptione temporis immemorabilis, cujus uſui, & exercitio jus reſiſtat, requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris. *Ozaſch. deciſ. 101. num. 21.* ¶ Teſtes deponentes de præſcriptione tanti temporis, cujus initii

initii memoria non extat in contrarium, debent ſaltem agere 54. ætatis annum; alias non dicuntur legitimi. *ibidem num. 26.* ¶ Etiam in incorporalibus præſcriptio tanti temporis, cujus initii memoria non extat, non inducitur propter malam fidem, & ad hoc, ut quis dicatur in mala fide paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, *Ozaſch. d. deciſ. 101. num. 27. & 28. vide tamen Boer. deciſ. 39. num. 7.* ¶ Præſcriptio ſervitutis habentis cauſam diſcontinuam, requirit tantum tempus, cujus initii memoria non exiſtat, & præſcriptio 30. annorum, & bona fides debent allegari. *Capic. deciſ. 117. num. 9.* ¶ Præſcriptio tanti temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium requiritur, ubicunque de quaſi poſſeſſione, & præſcriptione ſine titulo agitur, & ubicunque juris communis præſumptio eſt contra præſcribentem. *Ozaſ. deciſ. 116. num. 11.*

Cap. V. Quæ præſumantur.

Poſſeſſio antiqua præſumitur habere juſtitiam permanentem. *Afflict. deciſ. 277. num 6.* ¶ Tranſcurſus temporis, de quo non conſtat in contrarium memoria, habet titulum præſumptum pro ſuo. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus, tit. præſumptio, & fictio. num. 8.* ¶ Antiquitas non facit præſumi immunitatem, ſeu privilegium, quo inſpecto illa in eo non continetur, licet longiſſimum tempus præceſſerit. *Gram. deciſ. 100.*

Cap. VI. Quæ præſcribi poſſint, vel non.

Poſſeſſio tanti temporis, ad præſcriptionem complendam contra jus commune opitulatur ad manutentionem, & præſcriptionem. *Capic. deciſ. 209. num. 9.* ¶ Regalia poſſunt præſcribi per tempus, cujus initii memoria non exiſtat, quæ tamen non extenduntur ad regalia, quæ ſunt in ſignum univerſalis dominii, & ſubjectionis, quæ impræſcriptibilia dicuntur, *Franc. Marc. quæſt. 234.* ¶ Uſus aquæ publicæ præſcribitur per tantum tempus, cujus memoria in contrarium non exiſtat. *Bartol. in l. 4. & 9. C. de aquaduct. lib. 11.* ¶ Contra Eccleſiam Romanam præſcribitur ſpatio centum annorum. *Bart. conſil. 10. vol. 2. num. 11.* ſed non minori tempore. *tot. titul. Auth. de Eccleſia Romana.*

Cap. VII. Qui præſcribere poſſit, & quando quæratur.

Eccleſiæ immediate dependentes à Romana Eccleſia, non gaudent præſcriptione centum annorum, ſicut ipſa Romana. *Guid. Pap. quæſt. 36.* ¶ Præſcriptio annuæ præſtationis acquiritur ſpatio 40. annorum, tamen aliquando requirit tantum tempus, cujus memoria in contrarium non exiſtat. *Guid. Pap. quæſt. 407.*

Cap. VIII. Quando currat: habeat locum, &c.

Præſcriptio contra Principem, niſi ſit centum annorum, non currit. *Ozaſ. dec. 69.* ¶ Princeps non poteſt reſtituere adverſus præſcriptionem immemorabilem. *Rol. conſ. 59. vol. 4.* ¶ Præſcriptione quacunque per legem, vel ſtatutum ſublata, adhuc habet locum præſcriptio centum annorum. *Boer. deciſ. 39. num. 11.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Cavere debet Advocatus, qui immemorabilem allegat præſcriptionem, ne vitioſum titulum oſtendat, nam tunc talis præſcriptio non juvaret propter falſam, & vitioſam cauſam. *Borg. Caval. deciſ. 31. part. 2. num. 69. & 70.* ¶ Quantam auctoritatem habeat diuturnitas temporis, *vide per Dec. conſil. 409.* ¶ Præſcriptio temporis non officit, quin contractus, ad æqualitatem reducatur, *Excell. P. Theſſ. deciſ. 225.* ¶ Curſus tanti temporis, cujus initii memoria non extat, operatur idem, quod privilegium, fallit ubi præſcribens eſſet incapax. *Hip. de Mar. ſing. 80.*

Cap. X. Miſcellanea.

Clauſula, nulla præſcriptione obſtante, non excludit præſcriptionem immemorabilem. *Afflict. deciſ. 254. num. fin.* ¶ Poſſeſſio antiqua habet effectum publici inſtrumenti, privilegii, & conceſſionis. *Rol. conſil. 3. num. 97. & 107.*

TITULUS DLIX.

De præſcriptione 30. vel 40. annorum.

Cap. I. Quæ dicatur.

VOlens acquirere aliquod jus contra univerſitatem, vel univerſitas contra particularem, non erit conſuetudo, ſed præſcriptio, & in tali jure præſcribendi requiritur curſus 40. ann. *Gram. deciſ. 64. num. 35.*

Cap. II. Quando probetur.

Quando Dominus allegat cenſum debitum eſſe per legitimam præſcriptionem, qualiter eam probare debeat, *vide Cravet. conſil. 132.* ¶ In præſcriptione 40. annorum debet allegari, & probari titulus. *Ozaſ. deciſ. 116. num. 12.*

Cap. III. Quæ requirantur, vel non.

Præſcriptio unius Eccleſiæ contra alteram, regulariter 40. annorum ſpatium requirit. *Put. deciſ. 252. lib. 3.* ¶ Requiritur tamen, ut allegetur cauſa ſufficiens cum titulo, qui poſtea præſumitur probata præſtatione per 40. annos, *Guid. Pap. q. 408.* ¶ Præſcriptio longiſſimi temporis non requirit titulum, quem prætendens dicitur habere bonam fidem. *Boer. deciſ. 42. n. 35. & 39.* ¶ Præſcriptio 30. annorũ requiritur in eo, qui poſſidet pro poſſeſſore. *Bartol. in l. 1. ff. quorum legatorum.* ¶ Præſcriptio quadraginta annorum contra Imperatorem ad minus eſt neceſſaria. *Jacob. Put. deciſ. 365. num. 16. libr. 2.* ¶ Præſcriptionem non ſat eſt allegare, ſed debet allegari negligentia patris, cui competebat jus redimendi. *Joſeph. d. deciſ. 52. num. 37.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Titulus præſumitur ex curſu longiſſimi temporis, quod intellige dummodo non conſtet de contrario, vel de invalido per inſpectionem. *Vern. deciſ. 314. part. 3.* ¶ Temporis curſu triginta annorum præſumitur interveniſſe denunciatio, ſecus in minori tempore. *Boer. d. deciſ. 211. num. 10. & 11.*

Cap. V. Quæ dicantur præſcripta.

Cives omnes ſi ſolverint gabellam, excepto uno, qui non ſolverit per 40. ann. erit in hoc caſu præſcripta immunitas, quoad illum non ſolventem. *Gram. deciſ. 100. num. 25.*

Cap. VI. Quæ præſcribi poſſint, vel non.

Pariter juri petendi executionem alicujus decreti, vel juri implorandi officium Judicis nobile, ſpatio 30. anno. præſcribitur, *Afflict. deciſ. 245. num. fin.* ¶ Si hæredes communiter poſſederint hæreditatem per triginta annos, præſcribitur diviſioni, ne amplius fiat, *gloſſ. in l. 1. ff. fam. erciſc.* ¶ Annuis præſtationibus ex ſtipulatu debitis præſcribitur ſpatio 30. ann. tam pro decurſis, quam pro decurrendis unica præſcriptione, ſecus tamen in legato annuo. *Magon. deciſ. 95. Rot. Flor.* ¶ Præſcribitur juri exequendi ſententiam ſpatio longiſſimi temporis, quum etiam omnis actio, & officium Judicis eo tempore tollantur. *Natt. conſil. 221. Tom. 1.* ¶ Adverſus creditorem habentem conſtitutum, vel precarium in obligatione bonorum, non præſcribitur, niſi ſpatio 39. annorum non obſtante. *leg. 1. Cod. ſi adverſus creditorem. Afflict. deciſ. 139. vide Guid. Pap. quæſt. 416. num. 15.* quo loci habetur talem præſcriptionem non currere contra Eccleſiam vel minorem. ¶ Directum dominium percipiendi laudemium, & jus inveſtiendi, præſcribuntur ſpatio

ſpatio 40. anno. *Papon. lib. 12. titul. 3. arreſt. 23.* ¶ Regalia Principi reſervata præſcribuntur per tempus, cujus initii memoria non extat in contrarium, tamen concurrente ſcientia ſuperioris præſcribuntur ſpatio 40. annorum, quæ etiam ſcientia ceſſante præſcribuntur tempore 40. annorum in odium privatarum perſonarum. *Cravet. conſil. 54. num. 8.* ¶ Præſcriptio quadraginta annorum ſufficit contra Eccleſiam citra Romanam. *Abb. conſ. 101. libr. 1. num. 5. facit cap. placuit. §. quas actiones. 16. quæſt. 3.* idem in legato facto pauperibus. *Abb. conſil. 15. & 54. lib. 2.* ¶ Error juris præſtat cauſam præſcribendi de jure Canonico ſpatio longiſſimi temporis. *Put. deciſ. 91. libr. 1.* ¶ Præſcriptionem longiſſimi temporis, nec furti vitium nec violentiæ impedit. *Boer. deciſ. 42. num. 38.* ¶ Regula, poſſeſſor malæ fidei, non habet locum in præſcriptione 30. annorum, ſecundum *Bartol. in l. 5. ff. de ſervit. urb. præd.* qui pariter tenet, actioni perſonali præſcribi abſque bona fide, *etiam in l. 25. ff. quemadm. ſervit. amit.* ¶ Juri adeundo ſolum præſcribitur ſpatio 30. annorum. *Abb. conſil. 35. lib. 1.* ¶ Communio inter duas Civitates ſine Regio aſſenſu, an poſſit præſcribi longiſſimo tempore, *Afflict. deciſ. 254.* ¶ Jus adeundi hæreditatem ex teſtamento, ſpatio 30. annorum (etiam hærede de ignorante) præſcribitur, tamen tunc agi poteſt judicio poſſeſſorio ab inteſtato. *Put. deciſ. 54. libro 3. vide Ozaſch. deciſ. 56. num. 7. 9. & 11.* ¶ Facultati dicendi teſtamentum nullum præſcribitur ſpatio 30. annorum. *Joan. Papon. lib. 12. titul. 3. arreſt. 6.*

Vel non.

Titulus invalidus de jure qui putabatur validus per juris errorem, non cauſat præſcriptionem etiam longiſſimi temporis, & lapſis 30. annis non poteſt allegari mala fides. *Afflict. deciſ. 374.* quia poſſeſſio longiſſimi temporis facit præſumi bonam fidem. *Capic. deciſ. 209. num. 16.* ¶ Hypothecaria non præſcribitur, niſi ſpatio 40. annorum, *Boer. deciſ. 181.* an dominus præſcribat contra Vaſſallum, & econtra, *vide ibid. deciſ. 211.* ¶ Præſcriptio 30. annorum non ſufficit contra contractum juratum; ſed requiritur quadragenaria. *Boer. deciſ. 211. num. 16.* ¶ Officium judicis non præſcribitur, niſi ſpatio 30. annorum. *Guid. quæſt. 416.* & exceptio præſcriptionis 30. ann. impedit litis conteſtationem. *ibidem num. 15.* ¶ Præſcriptioni longiſſimi temporis renunciari non poteſt. *Fel. conſ. 25. num. 19.* ¶ Actioni tutelæ non præſcribitur longo tempore, quia eſt perſonalis. *l. 8. C. arbitrium tutelæ.* ¶ Bonorum diviſioni non præſcribitur minori ſpatio 30. annorum; nec etiam juri agendi ad ſupplementum legitimæ. *Boer. dec. 38.* imo diviſioni non præſcribitur etiam per tempus antiquiſſimum. *Cravet. conſil. 264. num. 9. & infra.*

Cap. VII. Quæ præſcribi poſſint.

Condictio ex lege durat ſpatio 30. anno. *Afflict. deciſ. 139. num. 6.* Et juri dicendi nullum decretum, præſcribitur longiſſimo tempore. *idem Afflict. deciſ. 178. num. 5.* ¶ Contra facultatem recantandi ex pacto competentem cum clauſula toties, quanto tempore præſcribatur, *Pap. lib. 12. titu. 3. arreſt. 11. & ſeq. Ozaſ. deciſ. 69. & ſupra tit. de pact. int. empt. & vend.* ¶ Jus agendi ad ſupplementum legitimæ filii, quanto tempore præſcribatur, & quid in jure dicendi teſtamentum nullum, *vide Guid. Pap. quæſt. 82. Boer. deciſ. 250.* qui tenet non præſcribi minori tempore 30. anno.

Cap. VIII. Qui præſcribere poſſit, vel non.

Socius poſſidens rem communem inſolidum præſcribit ſpatio 30. ann. contra ſocium. *Pap. lib. 12. titul. 3. arreſt. 7.* ¶ Spurius eſt cæteris hominibus deterioris conditionis; ideo non præſcribit, niſi longiſſimi temporis ſpatio. *Hippol. ſing. 478.*

Cap. IX. Quando quæratur.

Præſcriptio annuæ præſtationis acquiritur ſpatio 40. anno. tamen liquidando requirit tantum tempus, cujus memoria in contrarium non exiſtat. *Guid. Pap. quæſt. 407.* ¶ Præſcriptio adverſus ſolutionem cenſus inducitur ſpatio 40. ann ſeu ex ceſſatione per illud tempus, nec tenetur conventus probare negativam, quod non ſolverit, ſed ſufficit ſi agens non probet affirmativam. *Cravet. conſ. 57. num. 8.*

Cap. X. Quando detur reſtitutio.

Contra præſcriptionem 30. annorum datur ignoranti ſibi jus competere aſſerenti, reſtitutio in integrum. *Bartol. in l. 1. §. ſi quis propter. ff. de itinere, actuque priva. vide ſupra tit. de præſcript. in genere.*

Cap. XI. Quando currat præſcriptio, vel non.

Præſcriptio 30. ann. currit, tam contra ſcientem quam contra ignorantem. *Vem. deciſ. 332. part. 2.* ¶ Præſcriptio 30. anno. currit negligenti, & odio non petentis. *Ozaſch. deciſ. 11. num. 5.* ¶ Præſcriptio 30. vel 40. ann. quando currat contra minorem. *Bartol. in l. 5. in quib. cau. integ. reſtit. non ſit neceſſa.* ¶ Præſcriptio 30. anno. actionis perſonalis debitoris, currit contra creditorem negligentem agere, etiam non obſtante mala fide, & in hac præſcriptione non corrigitur jus Civile à jure Canonico, quod habet locum in actione reali; & non perſonali. *Guid. Papon. quæſt. 199.* ſed hæc opinio multos habet contradictores. *ibid. quæſt. 416. num. 9. & Capel. Thol. quæſt. 74.* ¶ Præſcriptio 30. annorum in jure adeundi, currit poſt pupillarem ætatem. *Bart. conſ. 129. & conſ. 158 vol. 1.* ¶ In materia retractus non currit præſcriptio 30. ann. agnatis, niſi à die ſcientiæ. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 52.* actio tamen omnis tollitur (etiam pœnalis) ſpatio 30. ann. *ibid.*

Cap. XII. Quando habeat locum, vel non.

In præſcriptione 30. annorum, licet competat exceptio malæ fidei poſſeſſori, non tamen ei datur actio, ſi à poſſeſſione ceciderit. *c. placuit. §. quid ſi mala fidei. 16. quæſt. 3.* ¶ Præſcriptio 30. ann. an habeat locum in jure ſe immiſcendi, ſicut in jure adeundi, *Boer. deciſ. 58. numer. 8.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Repeti non poſſunt, quæ triginta annis quiete poſſeſſa fuerunt, *cap. poſt quingentos. 16. quæſt. 3.* ¶ Contractus nullus à principio, poteſt longiſſima præſcriptione convalidari. *Pap. lib. 12. tit. 7. arreſt. 9. ibid. arreſt. 14.* ¶ Actio omnis perſonalis, & omne jus ſpatio anno. 30. extinguitur. *Mohed. deciſ. 151.* ¶ Juramentum operatur idem, quod litis conteſtatio, & reducit tempus præſcriptionis triginta annorum, ad quadraginta. *Borg. Caval. deciſ. 16. num. 21. de cont. mct. part. 2.* ¶ Actio licet tollatur ipſo jure per præſcriptionem 30. vel 40. anno. tamen obligatio non tollitur. *Bartol. in l. 5. num. 9. C. quibus ex cauſis major.* ¶ Malæ fidei præſumptio poſt tempus longiſſimum non poteſt allegari. *Paul. Æmil. deciſ. 68. part. 1.* nam præſcriptio longiſſima excludit allegationem malæ fidei, quando eſt perfecta. *idem deciſ. 66. num. 7.* imo quod mala fides noceat, etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, *ſcripſerunt Cravet. conſ. 218. num. 4. Rot. Genuenſ. deciſ. 20. num. 12. Rebuff. in ſuis comment. tract. de mercator. minut. vend. gloſſ. ult. num. 3. Ozaſ. deciſ. 56. num. 8.* ſed poſſunt conciliari opiniones, ut prima procedat de jure Civili, & ſecunda de jure Canonico. *Bart. in ſuo tractat. de differ. inter jus Canon. & Civil. num. 187. Abb. conſil. 32. volum. 1. Ozaſch. deciſ. 115. num. 5.* ¶ Actio perſonalis durat 30. ann. *Bart. in l. 2. C. de conſt. pec.* quorum ſpatio omnis actio tollitur, niſi hypothecaria. *idem in l. 26. C. de pig. act.* ¶ Præſcriptio quadragenaria inducit veritatem, & effectum renunciationis, tacitum quoque conſenſum, & æquiparatur ſatisfactioni, *Afflict. deciſ. 13.*

¶ Præſcriptio longiſſima omnem tollit actionem, & præſcriptionia patientia alienationis eſt ſpecies. *Affliƈt. deciſ. 254.* ¶ Paſcuorum uſus per longiſſimum tempus, an noceat Domino territorii. *idem deciſ. 290.* ¶ Filius à jure immiſcendi excluſus lapſu 30. anno. ut filius, poterit adhuc agere intra alios 30. annos, ut agnatus. *Natt. conſ. 488. Anton. Trigo. ſingul. 65.* ¶ Præſcriptio 30. vel 40. anno. nocet omni petenti. *l. ſicut, & l. omnes. C. de præſcriptio. 30. anno.* ſed de jure Canonico malæ fidei poſſeſſori, vel debitori non prodeſt præſcriptio, ut habetur *in cap. ſi diligenti. & c. vigilanti, & ibid. Canoniſta juncto c. fin. ext. de præſcript.* ita etiam tradit *Pet. de Ancha. in conſil. 5. & 139.* & damnata opinione Bart. & præmiſſa procedunt in ipſo contrahente, ſecus vero in ejus hærede qui a ſua perſona poteſt incipere præſcriptionem 30. aut ſaltem 40. anno. cum ipſe ſit in bona fide, ut præſumitur per Reg. qui in alterius & ſcribunt *Bartol. in l. cum hæres ff. de diverſ. & temp. præſcr. & in l. vitia. Cod. de acquir. poſſeſſ. Aret. in l. Pomponius. §. cum quis ff. eod. Alex. conſil. 110. & 139. num. 2. Corn. in conſil. 138. in primo, conſ. 16. & 138. in 2. conſil. 304. in 3. & conſil. 277. in 4.* & multi alii, quos citat *Tiraq. de præſcr. verſ. bona fide gloſſ. 2.* ubi ait hoc ſaltem procedere in præſcriptione 30. vel 40. anno. opinionem eorum tenentium contratrium procedere in præſcriptione 10. vel 20. annorum, *vide Azo. in ſumma tit. de uſucapio. pro hærede.*

Cap. XIV. Quæ valeant.

Debent privilegia triginta annis poſſeſſa, vel quaſi, inviolabiliter obſervari. *c. placuit. 16. quæſt. 3.*

Cap. XV. Quando tollatur, vel non.

Actio perſonalis tollitur per præſcriptionem 30. ann. *Affliƈt. deciſ. 13. vide Rot. Genuenſ. deciſ. 20. & 203.* ¶ Quandocunque dictio non excludit præſcriptionem 20. ann. etiamſi adhibeatur juramentum. *Boer. deciſ. 182.* ¶ Præſcriptione ſummota, non tollitur præſcriptio longiſſima. *Gaſp. Cabal. milleloq. 539.*

TITULUS DLX.

De præſcriptione 10. vel 20. annor.

Cap. I. Qualis ſit.

PRæſcriptio longi temporis cum titulo & bona fide æquiparatur pacto, & pro veritate habetur, habetque vim ſatisfactionis, nam tempore liberatus ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit. *Affliƈt. deciſ. 139.*

Cap. II. Quando probetur.

Præſcriptionem longi temporis allegans tria neceſſario probare debet. *Ozaſ. deciſ. 179. num. 15.* ¶ Probans poſſediſſe rem per decem annos, non dicitur probaſſe præſcriptionem, cum poſſit intelligi poſt litem conteſtatam, & per conſaquens poſt factam interruptionem. *Alex. Raud. tract. de analog. cap. 30. num. 137.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Præſcriptio longi temporis præjudicet, & proſit poſſeſſoribus, requiritur ſcientia adverſarii. *Bart. in §. rurſus, Authen. ut ſponſalitia largitas.* ¶ Circa diviſionem Provinciarum, præſcriptio 20. ann. requiritur. *Jac. Put. deciſ. 365. num. 10. lib. 2.* ¶ Præſcriptio cauſata videtur ſpatio 15. annorum inter præſentes, quando quis juſtum titulum, & poſſeſſionem bona fide habet. *Dec. conſil. 685.* imo tunc ad præſcribendum ſufficiunt decem anni. *Menoch. conſil. 361. num. 18. & 27.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Ex diuturnitate temporis præſumitur diviſio, *Bartol. in l. 4. C. commun. divid.* ¶ Curſus longi temporis cum detentione, facit omnia præſumi ſolemniter acta. *Bartol. in l. 10. Cod. de pet. hæred.* ¶ Poſſeſſio in dubio præſumitur continuata, ſi probetur poſſeſſio auctoris octo annorum, & mea duorum. *Bartol. in l. 13. §. præter ea. ff. acquirend. poſſeſſio.*

Cap. V. Quæ præſumi poſſint.

Actio perſonalis in rem ſcripta præſcribitur longo tempore, *Bartol. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.* ¶ Hypothecaria præſcribitur per tertium poſſeſſorem legitimo titulo poſſidentem, ſpatio 10. ann. quod intellige, quando quis poteſt agere contra illum tertium poſſeſſorem, alias ſecus, quod exemplificatur in primo emptore, qui habet omnia bona venditoris obligata, tunc enim donec res evincatur, ei non currit præſcriptio. *Abb. conſil. 22. lib. 2.* ¶ Actio quod metus cauſa præſcribitur longo tempore à tertio poſſeſſore. *gloſſ. in l. 3. C. de his, quæ vi metus.* ¶ Servitutes habentes cauſam continuam, præſcribuntur ſpatio longi temporis, etiam ſine titulo. *l. 1. & 2. C. de ſer. & aqua. vide l. 14. ff. de ſervitut. ibique Doƈt. & l. 10. & ibid. gloſſ. ff. ſi ſervit. vendic.*

Cap. VI. Quæ inducatur, vel non.

Quod inducitur præſtatione uſurarum longi temporis, illud inducitur unica promiſſione. *Bartol. in l. 2. C. de dotis promiſſ. & nuda pollicit.* ¶ Præſcriptio decem annorum non habet locum, ubi agitur de juribus præſcribendis, & debet eſſe perfecta ante litem conteſtatam. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 13. num. 19.*

Cap. VII. Qui ſint effeƈtus.

Poſſidens longo tempore, ſi producat titulum per quem appareat, nec ſcientiam, nec ſolemnitatem præceſſiſſe, non ſuffragatur ei poſſeſſio. *Grum. deciſ. 81. numer. 14.* ¶ Diuturna ſolutio, & longum tempus, quando inducant jus, *vide Bartol. in l. 7. C. de uſuris.* ¶ Per præſcriptionem longi temporis 10. ann inter præſentes cum titulo, & bona fide acquiritur utile dominium. *Guid. Pap. ſing. 955.* & tunc utilia actio præfertur directæ, *ibid.* ¶ Decennii lapſus tacitam renunciationem inducit ejus, quod competit alicui ex privilegio, & ex vi alicujus contractus. *Fel. conſ. 1. n. 24.* ¶ Qui poſſidet rem alienam longo tempore, tutus eſt adverſus omnes, ſi habeat titulum, & bonam fidem, *cap. placuit. §. præſcriptionem. 16. quæſt. 3.* ¶ Uſusfructus, & perſonalis actio pro eo, ſeu pro patientia competens præſcriptione longi temporis tolluntur, non minori quando per tale tempus uſufructuarius illo non fuit uſus. *l. pen. C. de uſufruƈt. & habit.* ¶ Servitutes reales per non uſum amittuntur ſpatio longi temporis. *l. 13. C. de ſervi. & aqua.* ¶ Servitus prædialis, quæ habet uſum diſcontinuum, perditur negligentia temporis duplicati. *l. fin. eod.*

Cap. VIII. Reſtitutio. Quando detur.

Reſtitutio decem, vel viginti annorum, quæ ex capite ignorantiæ conceditur, etiam lapſo quadriennio poſt præſcriptionem decurſam, peti poteſt, *vide Excell. P. Theſſ. deciſ. 133. & ſeq.* ¶ In præſcriptione decennali cœpta non habetur pro impleta: quia in illa currit tempus de momento ad momentum, & non dicitur completa, niſi finito toto ultimo die. *Rot. Avenio. deciſ. 44. in deciſ. diverſ.*

TITULUS DLXI.

Si adverſus creditorem emptor præſcribat.

Generalia.

DE præſcriptione contra hypothecam, *vide Hartman. cap. 2. & 6. tit. de præſcriptionibus lib. 1.*

Cap. I. Quæ præſcribi poſſint.

Pignoris jus quare non uſucapiatur triennio, licet majori tempore præſcribatur, ſed ipſa res pignorata ſic, *vide de ratione de Bart. in l. 1. §. cum. ff. de pignoribus.* ¶ Actioni hypothecariæ præſcribitur ſpatio decem annorum,

ſed

ſed quando dictum procedat, *vide Rol. conſ. 79. volum. 1. num. 7. & 27. Bartol. in l. 1. §. cum ff. de pign.* ¶ Hypothecariæ præſcribitur decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes cum titulo, ſine titulo autem tertius poſſeſſor præſcribit triginta annis, debitor 40. *Cravet. conſil. 148. & 263. num. 7. Natt. conſil. 230. Tom. 1.*

Cap. II. Qui præſcribere poſſit.

Licet tertius poſſeſſor præſcribat contra actionem hypothecariam cum bona fide, & titulo, hoc tamen reſtringitur in privato majore, ſecus autem in Eccleſia, vel minore, *Guid. Pap. ſingul. 575.* ¶ Tertius poſſeſſor ignorans hypothecam alienam ſpatio 10. vel 20. ann. præſcribit adverſus creditorem habentem bona aliena hypothecata. *Afflict. deciſ. 139. Gomez. Leo. 50. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Quod limita, quando creditor agens habet in ſuo inſtrumento conſtitutum, vel precarium: tunc enim reſpectu conſtituti paſſi per debitorem, creditor poteſt agere contra bonæ fidei poſſeſſorem usque ad 30. annos, non obſtante lege prima, *Cod. ſi adverſus creditorem. Afflict. d. deciſ. 139. Marant. in ſuo Specul. de ordin. judic. part. 4. diſtinct. 7. judic. numer. 60. Franc. Cremen. ſingul. 62. Roland. deciſ. 79. num. 19. volum. 1.* ¶ Emptor cum titulo, & bona fide præſcribit contra creditorem ſpatio decem annorum, ſecus in debitore, & ejus hærede poſſidentibus qui de jure Canonico nunquam præſcribunt. *Rot. Avenio. dec. 49. in dec. diverſ. Tom. 3.* ¶ Contra creditorem cenſus, qui habet hypothecam ſuper re alienata præſcribitur per emptorem. *Joan. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 8.*

Cap. III. Reſtitutio. Quando detur.

Quando detur reſtitutio contra hanc præſcriptionem ex capite ignorantiæ, *vide Natt. conſil. 230. Tom. 1* ¶ Adverſus præſcriptionem tertii, an detur reſtitutio, quando creditor agit hypothecaria actione. *Petr. de Benint. deciſ. 69.*

Cap. IV. Quando currat.

Contra hypothecariam præſcriptio currit etiam ante factam diſcuſſionem bonorum. *Cravet. conſ. 148. num. 6. & conſ. 263. num. 7.* ¶ Qui bona fide, & juſto titulo longo tempore rem alienam poſſedit, habet perpetuam exceptionem præſcriptionis, etiam adverſus creditores, habentes hypothecam. *cap. placuit. §. præſcriptionum. 16. quæſt. 3.*

Cap. V. Uſucaptor. Quæ facere poſſit.

Creditor ſi avocaverit rem ab uſucaptore per hypothecariam, an debitor poſſit illam recuperare. *Bart. in l. 1. §. cum. ff. de pignoribus.* ¶ Uſucaptor an à debitore, qui rem à creditore recuperaverat, poſſit rem vendicare, & quale remedium habeat debitor contra uſucaptorem, *vide per Bart. ibid.*

TITULUS DLXII.

Præſcriptio quando non currat, & quibus non objiciatur.

Cap. I. Quibus modis intelligatur.

PRæſcriptio conſiderari non poteſt in his, quæ vario modo fuerunt obſervata. *Cravet. conſil. 134.*

Cap. II. Quæ præſumantur.

Quibus caſibus mala fides præſumatur, quà impeditur præſcriptio, *Menoch. de Arbitr. caſ. 225.* ¶ Scientia in facto alieno non præſumitur, ſed potius ignorantia. *Abb. conſ. 32. lib. 1.*

Cap. III. Quæ præſcribi poſſint.

Præſcriptio nulla cum mala fide procedit; etiam in ea, cujus memoria in contrarium non extat. *Fely. conſ. 2. num. 11.* ¶ Juri redimendi, an præſcribatur ſpatio 30. anni. *Ozaſ. deciſ. 69. num. 12. & ſupra titul. de præſcript. in genere*, quid, quando fuit appoſitum in venditione, ut poſſit venditor redimere toties, quoties, *vide Cabal. milleloq. 420. & ſupra titul. de pact. int. empt. & vend.* ¶ Præſcriptio eſt ſtricti juris, & tantum præſcribitur, quantum poſſidetur. *Abb. conſ. 101.*

Vel non.

Quæ humanitatis intuitu aliquibus præſtantur, præſcribi non poſſunt. *c. 16. ſi Epiſcopus. quæſt. 3* ¶ Actiones perſonales de jure Canonico non præſcribuntur cum mala fide debitoris, quando erant ejusdem fori debitor, & creditor, *Jaſſ. Lanfran. Balb. deciſ. 148.* ¶ Actioni filio competenti, ad recuperationem feudi alienati à patre, nullo reſtituto pretio non præſcribitur, niſi poſt mortem patris alienantis. *Ozaſ. deciſ. 177. num. 3.* ¶ Limitis poſſeſſio præſcribi non poteſt, *cap. inter memoratas, 16. quæſt. 3.* ¶ Spatia, quæ diffinita fuere, tempore præſcribi non poſſunt, *cap. dilecto. 16. quæſt. 5.* ¶ Quæ in beneficiis poſſidentur præſcribi non poſſunt, *cap. Clerici. 16. quæſt. 3.* ¶ Juri adeundi, & petioni hæreditatis, quando non præſcribatur, *Bart. in conſil. 13. numer. fin. vol. 1.* ¶ Præſcriptio nunquam poteſt perfici in bonis exiſtentibus, apud flumina, *Bart. in ſuo tractat. de alveo in fine.* ¶ Non tradita hæreditate ſingulæ res hæreditariæ nullo poſſunt præſcribi tempore, etiam cum titulo, & bona fide: quia contra hæreditatem jacentem non datur præſcriptio. *Natt. conſil. 458.* ¶ Remedium canonis reintegrandæ, eſt impræſcriptibile, & perpetuum: ideo nulla præſcriptione tolli poteſt. *Joan. Mohed. deciſ. 342. vide tamen Jacob. Put. deciſ. 115. lib. 1. & ſupra tit. de præſcription. in genere.* ¶ Præſcribi non poteſt id, quod non eſt in actu, neque in potentia. *Ozaſ. deciſ. 177.* ¶ Res hypothecata pro annua præſtatione non poteſt præſcribi per tertium poſſidentem cum titulo, & bona fide per annos 30. quando interim præſtabatur ipſa penſio per conſtituentem, vel ejus hæredem. *Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des cenſes. Rub. 11. §. 2. gloſſ. 1. numer. 36.* ¶ Quæ prohibentur alienari, & præſcribi prohibentur. *l. 16. ff. de fundo dotali.* ¶ Qui eſt liberatus acceptilatione cauſa mortis, non poteſt uti præſcriptione, qua uteretur, ſi liberatus non eſſet, *l. 24. ff. de mort. cau. donat.* ¶ Juri offerendi non præſcribi communi opinione Doctorum receptum eſt, & dicitur de caſibus in quibus non currit præſcriptio. *Ozaſ. deciſ. 115. num. 14. Mynſing. obſ. 16. cent. 1.* ¶ Facultati nunquam præſcribi, neque facultati juris offerendi, *ſcribit Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 44. Caſſa in conſuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 18. gl. 4. vide omnino eundem Menoch. conſil. 201. libr. 3. num. 61.* ¶ Quæ ſunt meræ facultatis nullo tempore præſcribuntur. *Ozaſ. deciſ. 115. num. 7. Rot. Genuenſ. deciſ. 20. num. 13.* niſi à die prohibitionis. *Vincent. de Franc. deciſ. 166. n. 8. Rol. conſ. 22. vol. 2. n. 20.* ¶ Præſcriptio non cadit in his, quæ de gratia, ſeu meræ facultatis fiunt. *Franc. Marc. q. 158. num. 4. part. 2.* & hoc pro regula traditur, ſed quando talis regula habeat locum, & quæ dicantur eſſe meræ facultatis, *Menoch. conſil. 201. num. 65. libr. 3.* ¶ Præſcribi non poſſunt ea, quorum caſus non evenerunt, *ſ. Boer. deciſ. 263. num. 7.* ¶ Actioni nondum natæ, ſed nondum competenti, præſcribi non poteſt, *Ozaſ. deciſ. 177.*

Cap. IV. Qui præſcribere poſſit, vel non.

Dubitans ab initio emptionis ex certa ſcientia, non præſcribit, *Jacob. Put. deciſ. num. 15. lib. 2.* ¶ Malæ fidei poſſeſſor, & errans in jure nullo tempore præſcribit, & error juris quantum ad præſcriptionem cauſat malam fidem. *Bartol. conſ. 119. volum. 1.* ¶ Poſſidens pro hærede, & pro poſſeſſore bona aliena, nunquam præſcribit, & tenetur bona relaxare una cum fructibus à die occupationis. *Borgn. Caval. deciſ. 27. de judic.* quia mala fides auctoris nocet hæredi, & univerſali ſucceſſori mediato, vel immediato, *Borgn. ibid. num. 30.*

Vel non.

Filius in poteſtate mortuo patre non poteſt uſucapere: ſallit in caſu tradito, *Anton. Trig. ſing. 65.* ¶ Emens rem à furioſo, vel ab eo, cui bonis eſt interdictum, non poteſt præſcribere longo tempore, *Bartol. in l. 7. C. de agric. & cenſi. lib. 11.* ¶ Sciens rei vitium non haber juſtum poſſeſſionis initium, & non præſcribit. *l. 10. C. quod cum eo.* ¶ Uſufructuarius, vel ejus hæres non præſcribit proprietatem, *l. 8. C. de uſufruct.* ¶ Non habens titulum, non poteſt præſcribere contra judicium famil. erciſc. *l. 22. C. famil. erciſc.* ¶ Etiam in actionibus perſonalibus non præſcribitur cum mala fide. *Rot. Genuenſ. deciſ. 203.* ¶ Emens à pupillo ſine tutore non præſcribit. *l. 3. C. de ancto. praſt.* ¶ Spurius eſt cæteris hominibus deterioris conditionis: ideo non præſcribit, niſi longiſſimi temporis ſpatio. *Hippol. ſingul. 478.*

Cap. V. Quæ non quæruntur.

Per actus, qui fiunt ex gratia, vel familiaritate nullum quæritur jus, licet quis per 30. annos in liberalitate perſeveraverit, *Rebuff. in ſuis comment. tract. de remed. poſſeſſ. in præfat. n. 169.* idem in actibus, qui jure familiaritatis fiunt, *ibid. num. 177.* quid ſi aliqui ſint ſoluti ire ad molendum, ad molendinum Domini, vel Civitatis per longiſſimum tempus, *Natt. conſil. 166. & ſeq. Tom. 1. & in ſua tit. de ædificiis, & molendinis.* ¶ Servitus quæ non habet cauſam continuam, non poteſt acquiri tempore, *l. 27. ff. de ſervit. urb. præd.*

Cap. VI. Reſtitutio, quando detur.

Reſtitutio contra præſcriptionem ex capite ignorantiæ, & ex capite generalis clauſulæ, ſi qua mihi juſta cauſa conceditur. *Ozaſcb. deciſ. 69. num. 16.* quod procedit etiam in præſcriptione 30. vel 40. ann. *Afflict. deciſ. 37. & 40. Boer. deciſ. 39.* ſed vide *Pet. de Beuint. deciſ. 691. & ſupra titul. de præſcriptionibus in genere.* ¶ Si præſcriptio fuit cœpta in minori ætate, & completa in majori, deducto tempore minoris ætatis reſtituitur minor. *Jaſ. de action. §. rurſus, numer. 57. in fin.* ¶ In caſibus in quibus olim minor contra præſcriptionem, contra ſe cœptam, & finitam reſtituebatur, hodie ipſo jure ſervatur illæſus, niſi ſit præſcriptio 30. ann. *Bart. ſingul. 141.* ¶ Ignorans reſtituitur adverſus præſcriptionem, nec ei currit quadriennium, niſi à tempore ſcientiæ. *Abb. conſ. 32. lib. 1.* quando præſcriptio currat contra ignorantem, *vide Hartm. cap. 15. tit. de præſcript. lib. 1.*

Cap. VII. Quando currat præſcriptio.

An, & quando currat præſcriptio contra Imperatorem, & Principem. *Abb. conſ. 81. lib. 1. & conſ. 89. ibid & c. jubemus. §. univerſitas. 16. quæſt. 3.* ¶ Licet præſcriptio legalis non currat militibus, tamen currit præſcriptio conventionalis. *Anton. Corſet. in ſuis ſingul. lit. P. ſingul. præſcript. 1.* ¶ Præſcriptio centum annorum currit contra pauperes & captivos, ſed an detur reſtitutio, *vide per Boer. deciſ. 39.* ¶ An contra Rempub. currat præſcriptio, *vide l. 5. & 8. C. de oper. publ.* ¶ In debito conditionali à die impletæ conditionis, incipit currere præſcriptio. *Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. minut. venden. gloſſ. ultim.* ¶ Præſcriptio ſtatutaria currit contra minorem, tamen illi datur reſtitutio. *Dec. conſil. 556. num. fin.* ¶ Præſcriptio an currat contra filiumſam. in his rebus, in quibus poteſt agere cum patris auctoritate, ſi non egerit, *vide in addit. ad Bart. in l. 3. §. uſuras. ff. de contrar. & utel. act. tutel. Abb. conſil. 101. lib. 1. num. 6. cap. inter. & ſeq. 16. quæſt. 3. Authent. niſi. C. de bonis maternis.* ¶ Præſcriptiones ſtatutariæ, ſeu legales, an currant pupillis, ſeu adultis, etſi currant, quando detur reſtitutio. *Guid. Pap. quæſt. 31. l. fin. C. in quib. cauſis reſtitut. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Præſcriptio in minore uſque ad pubertatem dormit, poſt pubertatem uſque ad viginti quinque annos currit; ſed datur reſtitutio ex capite minoris ætatis. *Borg. Caval. deciſ. 16. num. 20. de contract. part. 2.*

Vel non.

Uxori propter metum mariti non currit præſcriptio, durante matrimonio. *Joan. Pap. libr. 7. titul. 1. arreſt. 14.* ¶ Mulieri pro rebus dotalibus nulla currit præſcriptio, antequam agere poſſit ſoluto, vel conſtante matrimonio, quando maritus vergit ad inopiam. *l. 30. C. de jure dot. Abb. conſ. 54.* ¶ Quandiu poſſeſſio eſt penes aliquem, contra eum præſcriptio non currit. *Cravet. conſ. 29. num. penult.* ¶ Hæredi ignoranti non currit præſcriprio, & quando currit, reſtituitur. *Rebuff. in ſuis comment tract. de receſſio. contract. art. 1. gloſſ. 19. num. 23.* ¶ Quod ſit legitimum impedimentum, ut tempus non currat, *Rebuff. ibid. num. 23.* ¶ Præſcriptio non currit contra eum, qui aliquo juris impedimento agere non poterit. *Ozaſ. deciſ. 177.* an currat impedimento. *Jaſ. de actio. in § rurſus, num. 25. & 26.* ¶ Non valenti agere non currit præſcriptio, *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 13. num. 19. Cravet. conſ. 1. part. 2. num. 28. Dec. conſil. 445. num. 48. Jaſ. de actio. in §. rurſus, num. 24. Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſſio. contract. art. 1 gloſſ. 19. num. 18. ne pro. ext. de electio. Bart. in §. hac, Auth. ut cum de appellatione cognoſc.* ¶ Præſcriptio non currit pedente conditione fideicommiſſi, niſi implementum conditionis dependeat à facto, poteſtate, & voluntate ejus, cui præſciptio opponitur, *Cabal. milleloq. 459.* ideo vivente inſtituto præſcriptio non debet nocere ſubſtituto. *Guid. Pap. ſingul. 778.* ¶ Præſcriptio non currit, quando à principio requiritur ſcientia. *Joſeph. Ludov. deciſ. 52. Luc. num. 34.* ¶ Juramentum perpetuat actionem, & facit ceſſare præſcriptionem contra jurantem, ſecus contra ejus hæredem. incipientem à perſona ſui. *Capel. Tholoſ. q. 221.* ¶ Præſcriptio tempore belli non currit, ſed quieſcit, & dormit. *Ozaſ. deciſ. 1177. n. 10. Boer. deciſ. 40. Abb. conſ. 101. n. 8. lib. 1.* ¶ Non currit ipſa præſcriptio tempore belli, & mortalitatis, quando jura in Civitatibus non redduntur. *Bartol. in l. 5. ff. de uſucap. Abb. conſ. 46. & 49. lib. 2.* ¶ Præſcriptio longi temporis non currit contra minorem, *Ozaſ. deciſ. 179. n. 14. Joſeph. Lud. dec. Luc. 48.* ¶ Uſucapio triennalis non currit pupillis, licet fuerit inchoata cum auctore. *Joſeph. Ludov. deciſ. 48. Luc. n. 11.* ¶ Præſcriptio ſine bona fide non currit, etiam adverſus perſonalem actionem, & mala fides actoris nocet ſucceſſori univerſali, ſive à ſe velit incipere præſcriptionem ſive auctotis tempora conjungere. *Mago. dec. 95. Rot. Flor.* ¶ Præſcriptio nunquam incipit, poſſeſſione affecta mala qualiter. *Gaſp. Cabal. milleloq 419.* ¶ Præſcriptio non currit propter dolum, & malam fidem præſcribentis. *Ozaſ. deciſ. 177. num. 6.* nam malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. *Petr. de Beniut. deciſ. 35. Ven. deciſ. 362. part. 2. Cravet. conſil. 146. vide Rot. Genuenſ. dec. 203. Cabal. milleloq. 717. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. minut. venden. gloſſ. ultim.* ¶ Præſcriptio contra Principem (niſi ſit centum annum) non currit. *idem Ozaſ. deciſ. 69. num. 11. vide Boer. deciſ. 264. num. 49. & ſupra titul. de præſcriptionibus in genere,* ubi ſcripſi diſtinctionem, quando currat præſcriptio contra Principem. ¶ Præſcriptio quibus temporibus ceſſet, & currere deſinat, *vide per Ozaſ. deciſ. 69. num. 14.* ¶ Octo in caſibus ceſſat præſcriptio, *de quibus vide per gloſſ. in cap. cum non licet ext. de præſcript. Cabal. milleloq. 601. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de reſciſſion. contract. art. 1. gloſſ. 19. num. 24. Caſſan. in conſuet. Burgund. titul. des foreſtz. Rub. 13. §. 8. gloſſ. 1. & gloſſ. in cap. porro 16. quæſt. 3. Guid. Pap. ſing. 577.* ¶ Non valenti agere non currit præſcriptio, ideo quando quis habet aliqua bona obligata pro evictione, vel ſua in indemnitate, nulla illi currit præſcriptio, niſi à die moleſtiæ, vel evictionis. *Mago. deciſ. 95. Rot. Flor.* tamen quando non valenti agere currat præſcriptio,

vido

vide Bart. in l. 16. ff. de offic. Præſidis. ¶ In obligationibus ad diem, vel ſub conditione præſcriptio minime incipit currere, ante adventum diei, vel conditionis. *Gom. Leo. deciſion. 88. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* quia non negligenti non currit præſcriptio. *l. 16. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Minori non ſolventi vectigalia Principi pro ejus fundo patrimoniali, non currit præſcriptio. *Bartol. in l. 2. C. de fundis patrimon. libr. 11.* ¶ Præſcriptio non currit contra ignorantem ad ſui incommodum. *Bartol. in l. 7. Cod. qui milit. poſſunt, vel non. libr. 11. & in l. 7. Cod. de privileg. ſchol. libr. 11.* quod procedit etiam in præſcriptione ſtatutaria. *Magon. deciſ. 79. Rot. Floren.*

Cap. VIII. Quæ fieri poſſint, vel non.

In annuis præſtationibus præſcriptio locum non habet, tot enim ſunt præſtationes, quot ſunt anni. *Andr. Gail. obſerv. 73. libr. 2.* quod tamen non procedit annuis præſtationibus debitis ex ſtipulatione. *Hieron. Magon. deciſion. 95. Rot. Floren. vide ſupra titul. de præſcriptionibus in genere.* ¶ Præſcriptio temporis non habet locum in materia uſuraria. *Gaſp. Cabal. milleloqu.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Eccleſia Romana, quæ habere poterat exercitum ab aliqua Civitate, illud jus non perdit, ſi ſteterit per centum annos non exigens, quia neceſſitas non evenerit. *Bartol. in l. 35. C. de Decurionibus libr. 10.* ¶ Quæ ex civilitate, vel urbanitate fiunt, quantocunque tempore non præjudicant juri publico, vel privato, poſſeſſorio nec in petitorio. *Gaſp. Cabal. milleloqu. 24.* Quando alicui competita aliqua facultas, etiamſi ille, per centum annos ea non utatur eo, quod ſibi non expediebat uti, ſibi non præjudicat. *Cabal. milleloqu. 597.* ¶ Curſus tanti temporis, cujus initii memoria non extat, operatur idem, quod privilegium: fallit ubi præſcribens eſſet incapax. *Hippol. ſingul. 80.* ¶ Præſcriptionem decurſam contra maritum uxori non præjudicare, ſcribit *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 39. num. 24.* ¶ Quando præſcriptio decurſa contra unum, noceat alteri. *per Dec. conſil. 445.* ¶ Præſcriptio temporis non officit, quin contractus ad æqualitatem reducatur, *Excell. P. Theſſan. deciſ. 225.* ¶ Præſcriptio, ut juvet dent opponi alias nihil operatur. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de reſciſ. art. 1. gl. 19. num. 13.*

Cap. X. Quæ non valeant.

Præſcriptio non valet contra ſupremam poteſtatem Papæ. *Corſet. in ſuis ſingul. lit. P. ſingul. præſcriptio. 6.* ¶ Omnes leges, & omnia ſtatuta, quæ permittunt præſcriptionem cum mala fide, non valent ipſo jure: quia nutriunt peccatum. *Matth. Math. ſingularib.. 23.*

Cap. XI. Quando tollatur.

Lex ubicunque tollit præſcriptionem in genere, & verificari non poteſt, niſi in præſcriptione longiſſimi temporis, tunc ut verba aliquid operentur excludit præſcriptionem 30. vel 40. annorum. *Abb. conſ. 14. n. 3. lib. 2.* ¶ Pactum rumpit præſcriptionem. *Rebuff. de merca. minut. vendent.* ¶ Præſcriptione ſummota, non tollitur præſcriptio longiſſima. *Cabal. Millel 539.*

Cap. XII. Quando impediatur.

Præſcriptio impeditur ſola ſcientia rei alienæ. *Vent. deciſ. 44. num. 5. part. 2.* & ſufficit, quod ante perfectam præſcriptionem ſuperveniat. *idem deciſ. 36. ibidem.* ¶ Præſcriptionem quæ clauſulæ perpetuo impediant, *vide per Boer. deciſion. 328.* ¶ Juramentum per debitorem in obligatione præſtitum præſcriptionem impedit, nec eam hujuſmodi debitor objicere poteſt. *Hippol. ſingul. 141.*

TITULUS DLXIII.

De præſcriptionum, uſucapionis interruptione.

Generalia.

De materia interruptionis præſcriptionum, *vide in titul. Cod. de præſcriptio. long. temp. & gloſſ. in l. 3. eodem.*

Cap. I. Quæ requirantur, vel non.

Interruptio præſcriptionis non fit per proclama generale, ſed requiritur ſpecialis citatio. *Joan. Papon. libr. 12. tit. 3. arreſt. 25.* ¶ Materiam interruptionum, præſcriptionum, & quæ requirantur, ut præſcriptio dicatur interrupta, & per interruptionem perpetuetur actio, *vide apud Jaſ. de actio. §. pœnales quoque. num. 11.* ¶ Interruptio jurium realium, an inducatur ex inveſtituris ſubſequutis. *Ozaſch. deciſ. 102.*

Cap. II. Quando interrumpatur, vel non.

Citatio facta contra reum, ut compareat coram arbitro, interrumpit præſcriptionem, ſicut citatio judicialis, quod non procedit, quando reus fuit citatus coram arbitratore. *Jaff. Lanf. deciſ. 29.* & litis conteſtatio facta coram abitro interrumpit præſcriptionem, *Bartol. in l. cum antea. ff. de recept. arbitr.* ¶ In criminalibus per libelli ſolam oblationem, aut inquiſitionem à Judice formatam, etiam ſine citatione rei interrumpitur præſcriptio. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 252.* & præſcriptio in criminalibus qualiter interrumpatur, *vide Jaſ. de actio. §. pœnales quoque, n. 128.* ¶ Per ſolam executionis petitionem interrumpitur præſcriptio temporis ad executionem dati. *Gom. Leo. deciſ. 82. in deciſion. diverſo.* ¶ An poſſeſſio pacifica interrumpatur per citationem valide decretam, & nulliter executam, & quid, ſi nulliter fuerat decreta, & bene executa, *vide Creſcent. deciſ. 2. alias 73. titul. de cauſ. poſſe. & propriet.* ¶ De jure Canonico per quemcunque actum, qui cauſat malam fidem, præſcriptio interrumpitur. *Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tractat. de mercat. minut. vend. gl. 22. Put. deciſ. 385. lib. 3.* & per unicum actum. *Fely. conſil. 2. num. 6.* ¶ Ex litis conteſtatione, & judicio agitato ſuper re, quæ præſcribatur, dicitur interrumpi præſcriptio. *Menoch. conſ. 207. num. 53. lib. 4* ſed quid, ſi judicium intentatum ſolum erat poſſeſſorium, *ibid. Afflict. deciſ. 374.* ¶ Citatio, ſeu libellus ſuper una ſumma, vel obligatione ea non expreſſa ſufficit ad interrumpendum omnem præſcriptionem, quæ ſub illius petitionis generalitate poteſt comprehendi. *Bartol. ſingul. 291.* & ſit facta relatio per nuntium in ſcriptis, *idem ſing. 346.* ¶ Præſcriptio decem annorum interrumpitur per litis conteſtationem, uſucapio per ſententiam, ſed de jure Canonico omnis præſcriptio, vel uſucapio interrumpitur per litis conteſtationem. *gloſſ. in l. pen. C. de annali præſcript. facit. l. 2. §. final. ff. pro empt.* ¶ Inundatio interrumpit præſcriptionem. *Bart. in l. 24. ff. quib. mod. uſufr. amit.* ¶ Per ſententiam arbitri interrumpitur præſcriptio. *Guid. Papon. quæſt. 416. n. 7.* ¶ Quomodo interrumpatur præſcriptio ſtatutaria. *num. 11. d. qu. 416.* ¶ Præſcriptio interrumpitur agnitione debiti, & debitum dicitur agnoſcere quis multis modis, *Boer. deciſ. 233. num. 9.* ¶ Epiſtola miſſa quando interrumpat præſcriptionem, & quando interpellatio extrajudicialis, *ibid.* ¶ Præſcriptio juris aquæ ducendæ interrumpitur, per obturationem foraminum, ex quibus aqua decebatur, *Cravet. conſ. 134. num. 19.* ¶ Præſcriptio interrumpitur naturaliter, & civiliter pluribus modis, de quibus *per gloſſ. in cap. 8 ext. de præſcriptio.* ¶ Præſcriptio poteſt pacto interrumpi. *Bartol. in l. 59. num. 21. de leg. 1.* ¶ Certificatoria prote-

ſtatio interrumpi curſum præſcriptionis ex eo, quod uſucapiens ſciverit rem furtivam, *Bartol. in l. non ſolum. §. morte. num. 68. ff. de oper. nov. nunciat.* ¶ Præſcriptio favorabilis, & mixta qualiter interrumpatur, & interruptionum alia eſt civilis, alia naturalis, & quæ dicatur civilis, & quæ naturalis, *Bart. in l. 5. num. 4. ff. de uſucapio.* ¶ Defectus ſuperveniens in titulo, an interrumpat uſucapionem. *Bartol. ibid. num. 6.* ¶ Defectus bonæ fidei ſuperveniens interrumpit præſcriptionem, vel uſucapionem de jure Canonico, *Bartol. in l. 5. n. 8. ff. de uſucapio.* cui juri Canonico ſtandum eſt, *ibidem.* & de materia interruptionis præſcriptionum, *per Bartol. in d. l. 5.* ¶ Quod mala fides ſuperveniens interrumpat præſcriptionem ſecundum jus Canonicum, ſcribit *Bartol. in l. 13. ff. pro emptor.* ¶ Si præſcribens cadat à poſſeſſione, præſcriptio naturaliter interrumpitur, & iſta interruptio prodeſt omnibus contra quos præſcribitur. *l. 5. ff. de uſucapio.* ¶ Præſcriptio interrumpitur quandoque per interpellationem extrajudicialem. *Hartm. c. 10. tit. de præſc. lib. 2. c. 11.* ¶ Uſucapionem rerum, quas quis per alium extra cauſam peculiarem ſuo nomine poſſidet ſuperveniens captivitas interrumpit, nec per fictionem poſtliminii, vel legis Corneliæ reſtauratur, *l. 15. ff. eod.* nam per captivitatem interrumpitur uſocapio, & ratio eſt, quia factum pro infecto haberi non poteſt. *l. 12. §. facta. ff. de captivis.* ¶ Si commodatarius, vel depoſitarius, per quem poſſidebam rem commodatam, alteri tradat, interrumpitur uſucapio. *l. 33. §. qui pignori. ff. de uſucap.* ¶ Rei propriæ non conſiſtit pignus, & ſi tali creditori domini tradatur res, uſucapio interrumpitur. *§. ſi rem. d. l. 33.* ¶ Præſcriptionis interruptio, quæ proponitur, *in l. final. C. de duobus reis*, an procedat facta petitione partis debiti contra unum ex reis debendi, *Excell. P. Theſſaur. deciſion. 203.* ¶ Præſcriptio primæ obligationis per ſecundam recognitionem, & promiſſionem interrumpitur. *Ozaſch. deciſion. 102.* ¶ An per ſolam citationem interrumpatur, vel perpetuetur præſcriptio, *vide Marc. quæſt. 327.* in qua quæſtione diſtingue, aut loquimur de præſcriptione 30. vel 40. ann. & tunc per ſolam citationem fit interrumpatio præſcriptionis, aut de præſcriptione longi temporis, & tunc requiritur litis conteſtatio. *l. 26. C. de rei vendic.* aut de uſucapione triennali, tunc requiritur ſententia. *Guid. Papon. quæſt. 416. Bartol. in l. 2. §. ſi rem. ff. pro emptore, & in l. in omnibus. ff. de action. & obligat. Hartm. c. 9. libr. 2. tit. de præſcript. lib. 2.* ¶ Citatio licet interrumpat præſcriptionem, non tamen inducit litis conteſtationem; idem in libello Principi dato. *Bart. in l. unic. C. de lit. conteſt.* ¶ Præſcriptio ſervitutum qualiter interrumpatur, & quando litis conteſtatione, & quando per ſolam citationem, *Bartol. in l. 2 C. de ſervit. & aqu. num. 11.* ¶ Petitio generalis ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem in omnibus, quæ ſub illa generalitate comprehenduntur. *l. 3. C. de annali præſc.* ¶ Præſcriptione interrupta litis conteſtatione, jure Civili poſſidens poteſt etiam præſcribere jure Canonico ſecus, *Bart. in ſuo tract. de differen. int. jus Canon. & Civil. n. 184. vide Abb. conſ. 19. lib. 2.* ¶ Quando quis vult interrumpere præſcriptionem, vel uſucapionem contra aliquem, qui eſt poſitus in majori adminiſtratione, tunc poteſt adhibere alium adminiſtratorem per quem ei notificetur querela ſibi delata, *l. 8. C. de Epiſcop. audient.* ¶ Per litem motam contra poſſidentem nomine alieno, interrumpitur præſcriptio. *l. 2. C. ubi in rem actio.* ¶ Non ſolum per executoris miſſionem, vel per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, ſed etiam per rei ablatæ apprehenſionem, vel ipſius debiti novam cautionem. *l. 7. §. immo. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann.* ¶ Præſcriptio interrumpitur interdum in perſonali, & hypothecaria ſimul. *gl. ibidem.* ¶ Per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, & per 40. ann. à tempore ceſſationis à lite inchoandos perpetuatur actio, quæ ita perpetuata in hæredes tranſmittitur. *l. fin. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. & in l. 1. C. de ann. exceptio.*

Vel non.

Per ſolam citationem minus legitime, aut nulliter factam, non interrumpitur præſcripio 30. vel 40. ann. *idem in deciſ. 192.* ſecus in legitime facta, *Gaſp. Cabal. milleloq. 841. vide Andr. Gail. obſerv. 74. libr. 1.* ¶ Præſcriptio non interrumpitur per litem contra tertium agitatam. *Papon. arreſt. 31.* ¶ Ipſa præſcriptio non interrumpitur per libellum non legitime facta, non prodeſt. *Ant. Corſet. in ſuis ſing. litera P. ſingul. præſcriptio. 3. Bartol. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. n. 12.* ¶ Simplex denunciatio non interrumpit præſcriptionem, *Alviſ. de Alb. ſing. 47.* ¶ Litis conteſtatione non interrumpitur præſcriptio tituli, ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. *l. 2. ff. ne de ſtat. defunctorum.* ¶ Conteſtatio facta quoad unum, non interrumpit præſcriptionem, quoad alium. *l. 2. ff. pro donat.* ¶ Interruptio poſſeſſionis, licet interrumpat uſucapionem; non tamen interrumpit effectum præcedentis tituli. *Bartol. in l. 15. §. ſi quis. ff. de uſucapio. vide eundem in l. 29. eodem.* ¶ Lis calumnioſa non interrumpit poſſeſſionem pacificam; ſed quando dicatur calumnioſa, *Ven. deciſ. 162. part. 2.* ¶ Impedimentum legitimum veniens poſt inchoatam præſcriptionem, non impedit tempus currere, ſecus ſi fuerit à principio. *Abb. conſil. 5. lib. 2. n. fin.* ¶ Quando uſucapio naturaliter interrupta recipitur per adoptionem novæ poſſeſſionis, debet adeſſe bona fides tempore, quo recipitur: alias non prodeſt bona fides præterita. *§. ſi quis. l. 15. ff. de uſucapio.*

Cap. III. Quando fiat interruptio.

Poſſeſſor præſcribens conveniri non poſſit propter abſentiam, impotentiam, & hujuſmodi, poteſt fieri interruptio præſcriptionis, per denunciationem factam Præſidi, vel Epiſcopo, & ultimo ad domicilium poſſeſſoris, forma tradita, *in l. pen. C. de annali exceptio.* ¶ Interruptio præſcriptionis fit per ſpecialem citationem facta coram Judice incompetenti. *libr. 12. tit. 3. Papon. arreſt. 26. ibidem gloſſ. in l. fin. C. de annali præſc.* ¶ Præſcriptionis interruptio, & actionis perpetuatio, quando fiat, *vide Hartm. c. 10. tit. de præſcriptio. lib. 2.* ¶ Interruptio, quæ fit contra principalem, non porrigitur ad fidejuſſorem. *Guid. quæſt. 416. num. 12.*

Cap. IV. Quando prohibeatur, vel non.

Quæ prohibentur alienari, & præſcribi prohibentur, & cauſa prohibitionis interveniens præſcriptionem jam cœptam non interrumpit de jure Civili. *l. 16. ff. de fundo dot.* ¶ Ejectus de poſſeſſione, ſi eam recuperet incontinenti non deſinit præſcribere. *Bart. in l. 7. C. ad leg. Jul. de vi publ.*

Cap. V. Quando detur reſtitutio: acquiratur, vel non.

Servitus, quæ habet cauſam continuam acquiritur longo tempore, niſi fuerit interrupta. *l. 2. C. de ſervit. & aqua.* ¶ Quando præſcriptio fuerit interrupta per inundationem, ceſſante inundatione, bonæ fidei poſſeſſor præſcribens non reſtituitur in integrum, *Bartol. in l. 1. C. de annali exceptio.*

Cap. VI. Qui ſint effectus interruptionis.

An per interruptionem præſcriptionis actio perpetuetur, *Guid. Papon. quæſt. 416. num. 6.* ¶ Interruptio præſcriptionis contra fidejuſſorem, non nocet contra principalem, & econtra. *Pet. deciſion. 512. lib. 2.* ſecus in

duobus

duobus reis. *ibid. facit l. fin. C. de duobus reis.* ¶ Qui impedit præſcriptionis interruptionem contra alium, actione de dolo tenetur. *leg. 40. ff. de dol. malo.* ¶ Interruptio præſcriptionis facta contra unum, an noceat alteri. *Bart. in l. cum quis. §. ſi quis pro eo. ff. de ſolutio.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Quando agnitio debiti poſt completam præſcriptionem, illam tollat, *num. 9. Boer. deciſion. 333.* ¶ Præſcriptioni non cenſetur renunciatum per unicum actum contrarium, nec præjudicatum, niſi quoad illum actum. *Jac. Put. deciſion. 188. libr. 2.*

TITULUS. DLXIV.

De uſufructu in genere.

Generalia.

DE uſufructu, quem habet pater, vel mater in bonis filiorum, & lucro nuptiali, ſi tranſierit ad ſecunda vota, *vide titul. Authent. de nuptiis.* ¶ De uſufructu, quem habet pater in bonis liberorum, *vide tot. tit. C. de bonis maternis, & C. de bonis quæ liberis.* ¶ De uſufructu relicto uxori, *vide tot. tit. C. ſi ſecundo nupſerit mulier, & ſupra tit. eundem, ſi ſecundo.* ¶ De alio uſufructu per legatum relicto, *vide etiam tit. de uſufruct. per legat. relict. inf.*

Cap. I. Uſusfructus: Fructus quis dicatur.

Uſusfructus formalis dicitur pars fundi, non uſusfructus cauſalis, *Bartol. in l. 13. §. ſi id ff. de acceptila.* ¶ Uſusfructus ſexagenarii eſt per tempus quinque annorum, *Lud. deciſ. Luc. 21. num. 62.* & uſusfructus conſtituendi practica adnotatur, *num. 64. ibidem.* ¶ Fundus noſter recte dicitur, cujus uſusfructus alienus eſt, quia uſusfructus non dominii pars; ſed ſervituus eſt, ut via, & iter. *l. 25. ff. de verb. & rer. ſignific.* ¶ In fructu pecorum ſunt fœtus, lac, & lana, fœtus vero ancillæ in fructu non eſt: & fructuarius tenetur in locum demortuorum ſupplere gregem, agrum, vel vineam, *§. in pecudum, inſtit. de rer. diviſio.* ¶ Fructus duplices ſunt, alii enim vocantur naturales, alii civiles, de quibus *Cabal. milleloq. 7.* ¶ Confiſcatio bonorum eſt fructus juriſdictionis: ideo ſpectat ad habentem tempore condemnationis uſumfructum juriſdictionis. *Cabal. millelogu. 10.* confiſcationes an pertineant ad proprietarium, vel ad uſumfructuarium, *Guid. Pap. quæſt. 413.* ¶ Uſusfructus jus utendi eſt quoddam ſimplex indiviſibile, licet percipiendi utilitas illius dividi poſſit, *gl. pen. in l. 32. ff. de ſtipul. ſerv.*

Vel non.

Uſusfructus non dicitur tertia, nec quarta pars fundi, ſed conſiſtit in parte integrali. *Bart. in l. 68. §. fundo de leg. 2.* ¶ Uſusfructus non dicitur dominium, nec pars quotativa, nec de bonis nec extra bona, *Put. deciſ. 336. lib. 3. num. 20. tamen Magon. deciſ. 224. Rot. Flor.* imo uſusfructus pars dominii cenſetur, & uſufructuarius uſumfructum formalem à proprietate diſtinctum, habere dicitur, *Franc. Marc. quæſt. 309. Bart. in Auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier.*

Cap. II. Qualis ſit, & quibus modis intelligatur.

Uſusfructus ſemel extinctus quando intelligatur ex repetitione iterum incipere, *Bart. in l. 7. §. ſupervacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. ſolva.* ¶ Jus uſusfructus poteſt præſcribi longo tempore, & uſusfructus inter immobilia computatur. *Bartol. in l. 44. §. non mutat. ff. de uſucapio.* ¶ Conventio jurata inter matrem, & filium de non alienando bona patris reſervato uſufructu matri, comprehendit etiam legitimam filii, adeo quod filius non poſſit ipſa bona alienare in præjudicium uſusfructus reſervati. *Rol. conſil. 99. volum. 4.*

Cap. III. Quæ requirantur: præſumantur, vel non.

Cautio, uſufructu finito rem reſtitui, debet interponi ei, ad quem pertinet proprietas, non hæredi tantummodo, *l. fin. ff. ad leg. Falcid. de hac cautione l. 8. §. tutor. ff. qui ſatiſda. cogan.* ¶ Cautio an ſit de ſubſtantia uſusfructus, *Marc. quæſt. 872. & de ipſa cautione quæſt. 876.* ¶ Cautiones duæ proponuntur in hac materia, una habet locum in rebus, in quibus proprie uſusfructus conſtituitur, & iſta non eſt de ſubſtantia uſusfructus, & duo continet. Primo debet cavere uſusfructuarius ſe uſurum viri boni arbitrio. Secundo ſe rem reſtituturum finito uſufructu. Altera vero cautio ad eas res ſolum pertinet, quæ uſu conſumuntur, in quibus non proprie, ſed improprie uſusfructus conſtituitur, & hæc eſt de ſubſtantia uſusfructus de quibus, *And. Gail. obſerv. 46. lib. 2.* ¶ Venditio non præſumitur ſimulata, etſi venditor in poſſeſſione remanſerit, quando venditor ſibi reſervavit uſumfructum. *Bartol. in l. 8. quib. mod. pign. vel hypo. ſol.*

Cap. IV. Quæ veniant, vel non.

Appellatione glandis omnis fructus continetur. *Boer. deciſion. 51.* ¶ Commiſſum pertinet ad proprietarium; ſi durante uſufructu res cadat in commiſſum, *Guid. Pap. quæſt. 477.* ſed an veniant theſauri, lapidicinæ, & argenti fodinæ, *Boer. deciſion. 51.* quod theſaurus ad dominum fundi ſpectet, & non ad uſumfructuarum, ſcribit *Cabal. milleloq. 9.* ¶ Appellatione uſusfructus omnium bonorum mobilium, veniunt prædia, vineæ, domus, & nonnullæ res aliæ immobiles, in quibus jus utendi, & fruendi conſiſtit. *Marc. quæſtion. 813.* ¶ Uſusfructus relictus ſine itinere, datur iter, ſi aliter uti non poſſit. *l. 9. ff. de ſervit. verba. præd.* ¶ Appellatione fructuum non venit ſylva non cædua; ſed bene cædua. *Boer. deciſ. 51.*

Cap. V. Quæ non cadat.

Res mobiles quædam ſunt, quæ uſu conſumuntur, quædam vero non & uſusfructus in rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt proprie non cadit; ſed improprie. *Marc. q. 823.* ¶ In obligationibus, quæ contrahuntur ſuper rebus inſeparabilibus à perſona (ut eſt uſusfructus) non cadit vera obligatio. *l. 4. ff. de nova. & delegat.*

Cap. VI. Cui accreſcat, vel non.

Pars uſusfructus deficiens accreſcit perſonæ, & non portioni: ideo etiamſi quis ſuccubuerit in parte ſua, poterit experiri pro parte, quæ ſibi accreſcit, *l. 14. §. fi. ff. de exceptio. rei judic.* ¶ Accreſcendi jus non habet locum inter hæredes, & legatarios poſt emolumentum quæſitum: fallit in uſufructu. *Bartol. in l. 6. ff. de bon. poſſ. DD. in l. unica. C. quando non petentium partes.*

Cap. VII. Quando legari poſſit, vel non.

Uſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt: ideo ſervi hæreditarii inutiliter ſtipulantur uſumfructum, legari autem eis uſusfructus poteſt. *l. 27. ff. de ſtipul. ſerv.* ¶ Si quis leget rem, in qua ſolum habet uſumfructum, illud jus tantum, quod habet legatum videtur, licet morte finitum ſit. *l. 20. C. de legat.* ¶ Uſufructu donato, vel legato filiofam. cujus contemplatione videatur legatus, vel donatus, & an communicetur, *Bartol. tract. de duobus fratribus invicem habitantibus. n. 9.*

Cap. VIII. Quando debeatur, ſolvendus ſit.

Legatum uſusfructus factum uxori, ſi vidua permanſerit, & poſt ejus mortem Titio, tranſeunte vidua ad ſecundas nuptias, ſtatim debetur Titio. *Rand. tract. de Analog. cap. 20. num. 6.* limita *ut ib. num. 10. ſi mulier eſſet juvenis.* ¶ Quando plures ſtipulantur uſumfructum, non poteſt deberi tanquam duobus reis credendi. *Bart. in l. 15. ff. de duobus reis*, ſed ſi duo ſtipulentur à Titio uſumfructum fundi ipſius Titii, an in ſolidum ſtipulatio valeat, ut unicuique

banti de ſuo dominio. *l. 8. ff. de fide inſtrument.* ¶ Sententiá lata contra proprietarium non obeſt uſufructuario ignoranti, nec econtra, niſi ipſis citatis, *deciſion. Luc. 5. Joſ. n. 16. & ſeq. Put. deciſ. 336. lib. 3. Marc. 878.* ſed ex quibua præſumatur ſcientia, *vide deciſ. 349. ejuſdem Put. eod. libr. 1.* ¶ Conſtitutio uſusfructus in re feudali durante vita Vaſſalli valet, idem in re emphyteutica, *Rol. conſil. 59. vol. 2.* ¶ Inſtrumentum, in quo apparet, quod Titius fecit Sempronium præſentem, & ſtipulantem in cauſa donationis uſufructuarium omnium bonorum valet. *Bart. in l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verb. obl.*

Cap. XVI. Quando extinguatur, vel non.

Illa naturalis poſſeſſio, quæ extabat apud uſumfructuarium, ipſo mortuo extinguitur, ideo non poteſt continuari in hæredem uſufructuarii, etiam ita diſponente ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem. *Menoch. conſil. 139. lib. 2.* ¶ Si uſufructuarius vendat uſumfructum venditio extinguitur morte vendentis, non emptoris, ſed ſi proprietatis, tunc econtra. *l. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. vendit.* ¶ Quando uſusfructus pertinet ad duos, uno ipſorum defuncto, pro ejus parte extinguitur uſusfructus. *Pap. lib. 14. tit. 2. arreſt. 3.* ¶ Per combuſtionem rei, in qua eſt conſtitutus uſusfructus, extinguitur talis uſusfructus, *Papon. ibid. arreſt. 4.* nam tunc, nec areæ, neque cementorum uſusfructus debetur, *vide ibidem.* ¶ Uſusfructus extinguitur ſi res, in qua quis illum habet, tranſeat in aliam materiam, *Bartol. in l. 18. §. ſi quis. ff. de pig. actio.* ¶ Per mortem filii non extinguitur uſusfructus patri competens. *Bart. in l. 7. C. ad Senatuſconſul. Tertul.*

Cap. XVII. Quando amittatur, vel non.

An pater habeat uſumfructum bonorum adventitiorum filii clerici. *Surd. conſil. 259. lib. 2.* ait non habere. ¶ An pater amittat uſumfructum bonorum adventitiorum, & maternorum, quando filius factus fuit ſui juris, vel per matrimonium contractum. *Fach. libr. 6. cap. 35.* ¶ Si dejicio eum, qui poſſidet uſumfructum meum perdo jus uſusfructus, & dejecto applicatur. *Bartol. in d. l. 7. C. unde vi num. 34.* ¶ Uſufructu debet privari, qui in eo male verſatur, & dicitur uſufructuarius male verſari in uſufructu alienando proprietatem. *Joſeph. Lud. deciſ. 5. vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droicts. rubr. 4. §. 6. gloſſ. final. numer. 6.* ¶ Fructus fundi ſi emerim in plures annos uno pretio, & uno anno contingat ſterilitas, an debeat fieri remiſſio, *vide Bartol. in l. 11. §. qui maximus, ff. de publica. & vectigal. numer. 9.* & qualiter fiat æſtimatio fructuum fundi, *num. 9.*

Cap. XVIII. Uſufructuarius, quis dicatur.

Uſufructuarius eſt quaſi procurator. *Bartol. in l. ſi pignori res, ff. famil. erciſ. num. 8.* ¶ Uſufructuarius non eſt dominus rei uſufructuariæ, ſed aliquando habetur pro domino. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 501.* ¶ Qui capit alimenta à manibus alterius non dicitur uſufructuarius: quia ipſe manibus propriis, & non alienis uſumfructum recipit. *Afflict. deciſ. 252.* ¶ Si teſtator uxorem hæredem univerſalem in vita, & nepotes in eodem teſtamento hæredes univerſales inſtituerit, reſolvitur inſtitutio uxoris, ut videatur relicta uſufructuaria. *Dec. conſ. 279.* ¶ Pater regulariter eſt uſufructuarius bonorum filii, ſed limita Reg. in caſibus, de quibus per *Boer. deciſ. 185. num. 11.*

Cap. XIX. Quæ facere poſſint, vel non.

An uſufructuarius poſſit exigere nomina debitorum ſine ceſſione, vel mandato hæredis. *Fach. libr. 12. cap. 35.* affirmat, ſi ſit in poſſeſſione uſusfructus. *gloſſ. 1.* uxori uſumfructum. *ff. de uſufr. legat.* ¶ Maritus poteſt ſibi præjudicare in uſufructu dotis, & l. hæreditatum, licet loquatur in uſufructu pro habenda ratione falcidiæ fuit tamen extenſa per Doctores in quolibet uſufructu. *Joſeph. Lud. deciſ. 21. Luc. num. 59. & 60.* de æſtimatione uſusfructus, *vide per Papon. lib. 14. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Fructuarius, quando petat ſibi caveri à domino, ubi timet ruinam, & econtra dominus, quando petat à fructuario caveri propter damnum, *vide Bartol. in l. damni. §. ei, cujus uſusfructus. ff. de dam. infect.* ¶ Uſufructuarius pro re poteſt alias actiones intentare procuratorio nomine dominii, *Bartol. in d. l. 1. num. 9.* ¶ Uſufructuarius, qui non tranſmittit jus ſuum in hæredem, poteſt nihilominus uſumfructum alteri vendere. *Abb. conſil. 91. lib. 2.* ¶ Uſufructuarius poſſidet naturaliter, non civiliter; ſed quaſi poſſidet jus naturaliter, & civiliter. *Boer. deciſion. 27. vide deciſ. 472. n. 13. Bart. in l. 9. §. dejectum, ff. de vi, & vi armat.* ¶ Uſufructuarius poſſidet naturaliter, & proprietarius civiliter: ideo mortuo uſufructuario, ipſi proprietario competit interdictum uti poſſidetis. *Natt. conſilio 419.* ¶ Uſufructuarius facit fructus ſuos etiam non præſtita cautione, quando ingreſſus fuit poſſeſſionem ſine vitio ſciente, & non contradicere hærede univerſali. *Joſeph. Ludov. deciſion. 31. n. 9. & 11. And. Gail. obſerv. 46. lib. 2. Bart. in l. 24. ff. de uſufruct. legat. & in l. 25. ff. de uſucapio.* ubi diſtinguit, *vide etiam gloſſ. in l. 6. §. his illud. C. de ſecund. nupt.* quia cautio ipſa debet peti, & exceptio iſta competit hæredi. *ibidem Lud. num. 10. & 12.* ¶ Proprietarius caverit, vel ſolverit aliquid, niſi fructuarius conferat ſibi pro rata uſusfructus, poteſt illum prohibere frui, & econtra, ſi fructuarius caverit, & ſolverit, niſi ſibi conferatur à proprietario pro rata proprietatis, poteſt mitti in poſſeſſionem proprietatis ex primo, & ſecundo decreto *l. 22. ff. eod. de damn. infect.* ¶ Uſufructuarius, an jus uſusfructus civiliter, & naturaliter poſſidere poſſit, *Bart. ſingul. 9.* ¶ Uſusfructuarius non petens uſumfructum intra decennium, ſibi præjudicat. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 31.* ſed vide tamen *ibid.*

Vel non.

Vicino ædificanti non poteſt uſufructuarius ſuo nomine nunciare novum opus. *Bartol. in d. l. 1. §. uſuſ. ff. de ope. nov. nunc. num. 9.* ¶ Non poteſt hæres tollere ædificium poſitum in re, cujus eſt alterius uſusfructus, eo invito. *l. 12. ff. de uſufruct. legat.* ¶ Uſufructuarius non poteſt cedere, vel vendere uſumfructum; ſed utilitatem fruendi ſic. *Bartol. in l. 1. C. de petitio. ſublatis, in l. 8. §. uſusfructus. ff. de pign. & in l. 55. ff. ad l. Falcid.* ¶ Uſusfructuarius non lucratur fructus, ſine cautione: fallit, ſi proprietarius negligat petere ipſam cautionem. *Mynſing. obſerv. 6. cent. 1.* & tunc ante præſtationem cautionis facit fructus ſuos. *Dec. conſil. 607. & conſil. 668.* ¶ Fructuarius, & bonæ fidei poſſeſſor differunt, & qualiter fructuarius deſinat facere fructus ſuos, *leg. 25. & ibi gloſſ. ff. de uſuris.* ¶ Uſufructuarius donans ſine conſenſu domini rem (in qua habet uſumfructum) uxori propter nuptias, non transfert in eam plus juris, quam ipſe habet. *cap. 6. ext. de don. int. vir. & uxor.* ¶ Fructuarius, qui male verſatur, nec fruitur arbitrio boni viri, non poteſt percipere fructus, ſed poteſt prohiberi uti, frui, non tamen privatur in totum uſufructu; ſed ſolum fructibus, in quibus fraudem fecit, *Cabal. milleloq. 6.* & non adhibens diligentiam amittit jus ſuum. *Ludov. deciſ. 5. titul. 6.* ¶ Uſusfructuarius non poteſt præjudicium afferre in proprietate, nec vendere de bonis, niſi debita ſint liquida, & clara. *Joſeph. Ludov. deciſ. 5. Luc. numer. 21. & 23.* ¶ Uſufructuarius non poteſt uti arboribus vi ventorum ejectis, niſi pro reficiendis, & reſarciendis ædibus, & in ſubſidium pro uſu lignorum: fallit in ſylva cædua. *Joſeph. Ludovic. deciſ. 5. Peruſ.* quas arbores incidere poſſit, *vide Marc. quæſt. 869.* & quando quis habet uſumfructum in nemoribus, quomodo

do

do illis uti debeat, & de materia, *vide per Papon.libr.14. titul.3. Bartol. in l.3.§. neque.ff. de acqu.pluv.arcen.*

Cap. XX. Quæ habere poſſit, vel non.

Uxor relicta domina, & uſufructuaria, quid conſequi poſſit, & quid ſi liberi mortui fuerint ſtante clauſula (dum cum liberis morabitur,) & caſus examinatur, in quo mulieri ſuerat relictus uſusfructus, vitam vidualem tenendo, & filium gubernando, an tunc ceſſet Bulgari conſuetudo, & integrum uſumfructum conſequi valeat. *Gaſp. Ant. Theſſau.quæſt.For.quæſt.54.lib.1.* ¶ An maritus uſufructuarius omnium bonorum maternorum debeat conſequi uſumfructum portionis bonorum maternorum ſpectantium ad filium aliquem clericum. *Roland. à Val. conſil. 16. Tom. 4.* ¶ Uſufructuarius habet dominium, & poſſeſſionem uſusfructus. *Bart. in §. ſi quis autem, Authent. de non alienandis, aut permutandis reb. Eccleſ.* ¶ Uſufructu finito morte uſufructuarii, ſtatim poſſeſſio civilis proprietarii trahit ad ſe naturalem, quæ propterea redit ad ipſum proprietarium. *Hier. Magon. decif. Luc. 4. num. 20. & 21.* ¶ Uſufructuario debetur laudemium omnium bonorum, & rerum cenſualium. *Capic. deciſion. 184. Menoch. conſ. 66. libr. 1.* tamen proprietarius, & non uſufructuarius debet laudare, vel inveſtire, licet laudemium debeatur uſufructuario. *Guid. quæſt. 477.* jus vero revocandi inveſtituras ſpectat ad uſumfructuarium. *Menoch. d. conſ. 66. vol. 1.* ¶ Scripturæ hæreditariæ debent eſſe penes hæredem, & non uſufructuarium, etiam omnium bonorum. *Vincent. de Franc. deciſion.386. part.2.* ¶ Uſufructuarius, vel proprietarius debeat exigere à vaſſallis adjutorium, *Capic. deciſion.184.* ¶ Fructuarius habet facultatem eundi per fundum domini, per quem ibat dominus jure ſervitutis. *l. 2. §. recte. ff. ſi ſerv. vend.*

Cap. XXI. Ad quæ teneatur, vel non.

Uſufructuaria, an fructus reſtituat, ſi petitam cautionem non præſtitit. *Joan. Pet. Surd. deciſion. 281.* ¶ Uſufructuarius, an cavere teneatur cum fidejuſſoribus ſi eſt pauper. *ibidem deciſ. 141.* ¶ Cavere, quando teneatur, non obſtante juſſu teſtatoris, quod hæres pro eo teneatur fidejubere. *ibid. deciſ. 109.* ¶ Quomodo caveat pro rebus, quæ uſu minuuntur. *ibidem deciſion.67.* ¶ Si uſufructuarius conſenſerit alienationi fundi ſervientis, videtur uſufructui renunciare, & ſi poſtea illum petat, repellitur exceptione doli. *l. 4. §. quæſitum. ff. de doli mali exceptio.* ¶ Uſufructuarius omnium bonorum tenetur ſolvere debita ſecundum Bart. ſed contra ipſum eſt communis opinio. *Joſeph. Lud. deciſion. 5. Franc. Marc. qu.813. Gaſp. Cabal. milleloq.550.* ¶ Uſufructuarius omnium bonorum, an, & quando teneatur ad debita defuncti, & de cautela circa hoc *D. Gaſp. Theſ. q. For. q.32. lib.2.* ¶ Quando debitor eſt proprietarius, & alter habet uſumfructum omnium rerum, quid juris, quoad ſolutionem æris alieni, *vide Jo. Pap. lib. 24. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Si propter delictum patris, vel filii confiſcentur bona, quid juris de uſufructu, quem habet pater in bonis filii, *Boer. deciſ.7. & 123. n. 33. & ſupra tit. de bonis quæ liberis.* ¶ Uſufructuarius tenetur ſatiſdare de utendo fruendo arbitrio boni viri, nec ſufficit juratoria cautio. *Ozaſ. deciſion. 153 Gaſp. Cabal. milleloq.516. And. Gail. obſ. 47. lib. 2.* ¶ Fallit in donatore donante reſervato ſibi uſumfructum, & quando non poſſet ſatiſdare per fidejuſſores, quia his duobus caſibus admittitur juratoria cautio. *Ozaſ. d. dec.153.* ¶ Uſusfructus ſi non duravit, niſi pro dimidia, anni, uſufructuarius, vel ejus hæres tenetur reſtituere proprietario, condictione ſine cauſa. *Bart. in l.18 §. cum ſervus. ff. de ſtipul. ſerv.* ¶ Uſufructuarius regulariter tenetur cavere, & quomodo cautio iſta præſtetur in rebus mobilibus, & aliis rebus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, *vide Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 61. part.2. Marc. q. 816. Rol. conſ. 72. vol. 1.* & qualiter res mobiles reſtitui debent, vel pretium, *vide ibid. deciſ.61.* ¶ Uſufructuarius tenetur præſtare cautionem fidejuſſoriam, & quando non poteſt cavere propter paupertatem, proprietarius tenetur illi reſpondere, & ſolvere annuam penſionem pro fructibus, & retinere bona. *Mynſing. obſ. 48. cent. 7. vide Joan. Papon. libr. 14. titul.24. arreſt. 11. & Bart. in §. quæ vero. Authent. de nupt.* ¶ Cautionem, quo uſufructuarius præſtat, Judicis arbitrio præſtari, ſcribit *Menoch. de arbitr. l. 2. caſ. 140.* ¶ Uſufructuarius debet ſubire expenſas temporales; ſed expenſas concernentes perpetuam rei utilitatem debet ſubire proprietarius. *Afflict. deciſ. 252. Joſeph. Lud. deciſion. Luc.5. num. 3. vide Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des droicts.§. 9. gl.14. Alviſ. de Albert. ſing. 11. Bartol. in l.2. C. de neg. geſt. & in l. damni. §. ei, cujus. ff. de dam. infect.* ¶ Hæres uſufructuarii, qui fecit impenſas in re, poteſt eas repetere finito uſufructu. *Guid. Pap. quæſt. 438.* ſed refectio ædium ad uſufructuarium pertinet. *leg. 20. ff. de damno infecto.* ¶ Reficiendi ædificium cura, & ſolicitudo pertinet ad uſufructuarium, ſed impenſa ad dominum, ſi eſt magna, & poteſt petere pecuniam à domino pro expendendo, neque tenetur primo impendere, poſtea repetere. *Bart. in l. 11. §. qui maximos. ff. de publica. & vectiga.* ¶ Si fructuarius aliquid præſtiterit pro vitio rei, proprietarius tenetur ei conferre; alias res remanebit apud fructuarium jure dominii. *leg. 10. ff. de damno infecto.* ¶ Uſufructuarius ad collectas, & tributa rei, in qua habet uſumfructum tenetur. *Afflict. ibidem num. 4. Capic. deciſion.184. num. fin.* ¶ Percipiens fructus regulariter ſubire debet onera, & ſolvere collectas, quod non procedit, quando tanta eſſet ſolutio collectarum, quod æquivaleat perceptioni fructuum, tunc enim tenetur proprietarius ad collectas. *Cabal. milleloq. 524. Ludov Rom. ſingul. 157. Alviſ. de Albert. ſing. 11.* ¶ Qui dicit uſumfructum eſſe unius cum ſit alterius, ex tali prædictione non relevatur venditor, ſecus ſi exciperet. *l. 39. §. qui ſervum. ff. de evict.* ¶ Fructus unius anni emens, an periculum ſit ipſius, & emens perceptionem fructuum quando poſſideat, *Bartol. in l. 41. §. qui maximos, ff. de pub. & vect num. 11. & 21.* ¶ Fructus molendini, ſi aliquis emerit, vel alterius ædificii, quod egeat magna refectione, propter quam fructus interim non percipiuntur, cujus erit periculum, *Bart. ibid. num.13.*

Vel non.

Pater non tenetur præſtare cautionem fructuariam de utendo, fruendo arbitrio boni viri bonis filiorum, in quibus ipſe habet uſumfructum. *l. fin. §. hoc procul dubio. Cod. de bon. quæ libe.* ¶ Donans qui ſibi reſervavit uſumfructum bonorum donatorum, non tenetur præſtare cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo rem finito uſufructu, quam alias uſufructuarius præſtare tenebatur: idem in feudatario habente fruitionem quandam utilem in feudo. *Mynſing. obſerv. 36. cent. 5. vide Dec. conſil. 265. Rol. conſil. 57. vol. 2.* ¶ Uſufructuarius non tenetur facere inventarium, & præſtare cautionem, quando non eſt cui præſtetur, & quando poſt mortem uſufructuarii hæres eſt inſtitutus. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 31. num. 7. & 8. vide Roland. conſil. 92. volum.1.* ¶ Qui promittit uſumfructum, & proprietatem ſeparatim, ſoluto uſufructu liberatur: ſecus in eo, qui plenam proprietatem promiſit. *l. 126. §. Titius. ff. de verbo. oblig.* ¶ Si vir à muliere receperit nudam proprietatem, cum pacto de lucrando à ſocero uſumfructum, ſoluto matrimonio morte mulieris, nihil reſtituit. *l. 13. C. de jure dot.*

Cap. XXII. Quis, & quando privetur, vel non.

Reſtitutio, quam facit uſufructuarii colonus, privat dominum

dominum poſſeſſione. *l. 5. Julianus. ff. ad exhibendum.* ¶ Uſufructuarius privatur uſufructu cum eo malè utitur; ſed quando dicatur malè uti, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 78.* ¶ Si eſt expulſus fructuarius tantum, vel proprietarius tantum, quid æſtimabitur, *vide Bartol. in l. 8. Cod. unde vi num. 32.*

Vel non.

Uſufructuarius non privatur uſufructu propter cautionem non præſtitam, & ſi agat pro uſufructu non præſtita cautione non abſolvitur reus, ſed debet condemnari ad ſolvendum conditione, ſi uſufructuarius præſtiterit cautionem. *Dec. conſil. 418. vol. 2. vide Caſſ. in conſuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 6. gl. 12.* & hæc cautio exigit fidejuſſores. *ibid. n. 4.*

Cap. XXIII. Miſcellanea.

Uti ſui, quis poteſt, hæreditate adita, & ſatiſdatione præſtita. *Bartol. in l. 25. ff. de uſucapio.* ¶ Cautio uſufructuaria à teſtatore remitti non poteſt: quod amplia, & limita prout tradit *Andr. Gail. obſ. 145. lib. 2. Dec. conſ. 565. Rol. conſ. 92. vol. 1. Bart. in l. nemo poteſt de leg. 1.*

TITULUS DLXV.

De uſu, & habitatione.

Æſtimatio habitationis ad vitam propter venditionem rei obligatæ, qualiter fieri debeat, *Affl. dec. 34.* ¶ Cautio in æſtimata habitatione debet præſtari, quod ſolvatur plus ſi plus vivat habitare debens. *Afflict. ibid.* ¶ Socer promittens genero ſuo habitationem in ſua domo, in qua cœpit habitare, poteſt variare, & aliorſum illam conſtituere. *Afflict. deciſ. 146.* ¶ Donator domus ſalva habitatione in vita, poteſt alteri locare. *Afflict. deciſ. 401.* ¶ Locare poteſt qui habitationem habet. *ibid. n. 8.* quia habitare dicitur, qui per inquilinum habitat. *ibid. n. 10.* ¶ Uſus alicujus rei relictus intelligitur merus tantum, ſed res relicta ad uſum, ſeu pro uſu, intelligitur cum proprietate, idem in contractibus. *Capic. deciſ. 188.* ¶ Mater dans (præſente filia) viro extra dotem rem, ad uſum filiæ dicitur cum proprietate dediſſe. *Capic. ibid.* ¶ Uſus appellatione, quando veniat plena proprietas, *vide ibid. n. 3.* ¶ Uſuarius, quando teneatur, ad expenſas parvas, & collectas, ſicut uſufructuarius, *vide Ludov. Roman. ſingul. 148.* ¶ Habitatio eſt jus diſtinctum ab uſu ædium, & uſufructu. *Franc. Mant. de conject. ultima. vol. lib. 9. tit. 4. n. 8.* ¶ Domum legare ad habitandum aliud eſt, & aliud legare habitationem, & aliud legare facultatem habitandi, *vide ibid. numer. 9.* ¶ Utilitate palatii legata, uſus legatus, non etiam proprietas legata videtur. *ibid. num. 10.* ¶ Domus uni, & alteri habitatione legata, uterque poteſt inhabitare. *ibid. n. 11.* ¶ Habitatione cum filiis legata, alimenta etiam debentur. *ibid. numer. 11.* ¶ Ea, quæ ſunt in uſu, non habentur in fructibus. *l. 64. ff. de rei vend.* ¶ Si aliqui habeant uſum communem, & velint illum dividere, quomodo in hac diviſione ſit procedendum, *vide l. 10. §. ſi uſus. ff. commu. divid.* ¶ Ea videntur ad alicujus uſum parata, quæ ad ejus tantum, non quæ ad communem uſum ſunt parata, *l. 36. de leg. 2.* ¶ Uſus, & habitatio ſunt jura individua, habetur per Doctores *in l. 4. §. cato. ff. de verb. obl. & Bart. in l. ſtipulationes non dividuntur, ff. eo.* ¶ De uſu, & habitatione *vide inſt. eod. tit. de uſu. & habita. & in libris. C. & ff.*

TITULUS DLXVI.

De ſervitutibus in genere.

Generalia.

De materia ſervitutum *vide per Bartol. in l. 1. tit. C. de ſerv. & aqua.* ¶ De ſervitutibus realibus, & perſonalibus, & quando quis dicatur in quaſi poſſeſſione ſervitutis, *Jaſ. de actio. §. aquæ ſi quis, & Bartol. in l. 1. §. ſi hoc interdictum. ff. de itin. & act. privat.*

Cap. I. Servitus: quæ dicatur, vel non.

Servitutes perpetuæ, quæ ſint, quæ continuæ, & quæ diſcontinuæ. *Bart in l 27. ff. de ſerv. ruſt. præd.* ¶ Servitus dicitur, quando natura loci facit, ut aqua de loco ſuperiori vadat ad inferiorem. *Bart. l. 1. §. denique. ff. de aq. plu. arcen.* ¶ Scientia ubi non eſt, non dicitur patientia, merito ergo non dicitur quaſi poſſeſſio. *Gramm. deciſ. 59. num. 11.*

Vel non.

Servitus ſervitutis eſſe non poteſt. *d. l. 1. ff. de uſu, uſufr. & habit. per legat. relic.* & an ſervitus ſit in bonis, vel extra bona, *vide gl. ibid.* ¶ Subditus teneri coquere panem, vel molere in furno, vel molendino Domini, non eſt ſervitus prædialis, ſed obligatio perſonalis. *Gaſp. Cabal. milleloq. 402.* ¶ Quando conceſſio, ſive promiſſio ſit alicujus juris de uno prædio, ad aliud, & non exprimitur jure ſervitutis, ſed verba ſonant in ſimplex factum, tunc non eſt conceſſio, aut ſervitus realis vel prædialis, ſed eſt perſonalis conceſſio, & obligatio, quæ non ſequitur fundi poſſeſſorem poſtea alienati. *Hart. c. 6. tit. de pactis, & tranſact. lib. 2.* ¶ Exceptio aliquarum ſervitutum in contractu venditionis facit rem venditam liberam ab omnibus aliis ſervitutibus non exceptis, etiam habentibus cauſam continuam. *Afflict. deciſ. 298.*

Cap. II. Qualis ſit.

Cauſa ſervitutis allegata debet eſſe certa, intelligibilis & cohærens. *Crav. conſ. 126. num. 3.* ¶ Si ſervitus ſonet in ſimplex factum, non in jus, eſt perſonalis. *Gom. Leo. deciſ. 2. in deciſ. diverſ. To. 2. num. 3.* ¶ Uſus aquæ perſonalis eſt, ideo ad hæredem uſurarii non tranſmittitur. *l. 22. ff. de uſu. & habita.* ¶ Servitutes ſunt juris, & non facti. *Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de uſucap. num. 31.* ¶ Omnes ſervitutes ſunt individuæ, præter ſervitutem uſusfructus. *l. 1. §. ſi uſufr. ff. ad l Falc.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Contractus factus ſuper ſervitutem, in dubio debet intelligi ſecundum conſuetudinem. *d. l. 17. §. placuit.* ¶ Servitus non ſubintelligitur in venditione, niſi exprimatur, fallit in caſibus, de quibus per *Boer. deciſ. 322.* nam regulariter vendens rem præſumitur eam liberam vendere ab omni ſervitute. *Dec. conſil. 483. n. 14.* & ſi reperiatur debere ſervitutem, tenetur de evictione, licet illam non promiſerit. *ibidem num. 15. 18.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

In ſervitute irrevocabiliter conſtituenda requiritur conſenſus omnium, qui habent jus in re, vel in ſervitute, aut habere ſperant ex cauſa de præterito. *l. 8. ff. de aqu. plu. ar.* ¶ Præſcriptio, & bona fides debet allegari in ſervitutibus. *Capic. deciſ. 117. num. 9.* licet non requirat titulum, *idem deciſ. 209. n. 14.* ¶ Quando jus commune facit contra poſſidentem, & pro eo, qui petit non ſufficit quaſi poſſeſſio, ſed eſt neceſſarius titulus. *Vera deciſ. 296. part. 1.*

Cap. V. Quæ præſumantur.

Mala fides in juribus incorporalibus præſumitur, *Bartol. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priva. num. 12.* ¶ Titius cum patientia, & curſu temporis ſi allegetur, an præſumatur ſervitus, *Bart. in ſuis qu. q. 7. num. fin.* ¶ In ſervitutibus realibus, vel perſonalibus contra patientem, diuturna patientia titulum præſumere facit. *Bart. in l. 6. n. 4. ff. de uſuris.* ¶ Libera, & allodialis una quæque res præſumitur in jure. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 14. numer. 6. & 8.* ideo omnia in ædificando cenſeantur permiſſa, quæ non reperiuntur prohibita. *l. 7. C. de Religioſis.* ¶ Conceſſio privati, vel inferioris à Principe continẽs merã facultatẽ facti, ut ſi dicatur concedo tibi fa-

facultatem eundi, præſumitur perſonalis. *Bart. in l. pater, ff. de ſerv. l. num. 7. & 8.* ¶ Ædificans in ſuo, & opus faciens licet alteri noceat, nocendi animo tamen facere non præſumitur *Hier. Mag. deciſ. Luc 29. n fi.*

Cap. VI. Quis, & quæ facere poſſit, teneatur, ut ædificare, ntt, &c. vel non.

Ædificia ſi fiant, vel arbores plantentur juxta domum, vel prædium alienum, ſpacium quale relinquendum ſit, *vide Marc. q 500.* quod d. beat eſſe ſpacium novem pedum, ſcribit *Azo. in ſumma tit. C. de ædifi. privat.* ¶ Si promitto tibi non ædificare in tali fundo,& vendam fundum, an emptor poſſit ædificare, *Bart. in l. 23. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Ædificare quilibet poteſt uſque ad Cœlum, niſi probetur ſevitus, vel niſi ædificetur, ad æmulationem, Reg. cum ampliationibus, & limitationibus per *Andr. Gail. obſerv. 69. lib. 1.* ¶ Quiſque poteſt in ſuo, quod vult facere, etiam ſi ob hoc vicini lucrum ceſſet. *l. 2. denique & §. ſicut, ff. de acq. plu. arcen.* ¶ Jus paſturagii habens illo moderate uti debet, quia ſervitutis jure, civili modo eſt utendum, & cum minori alterius præjudicio, quam fieri poteſt. *Franc. Marc. q. 84.* ¶ Hæres poteſt obſcurare ædes legatas (non in totum) elevando ædes depreſſas, quæ ſibi remanſerant. *Capic. deciſ. 187 num. 2. & 9.* ¶ Altius quis poteſt extollere ſuo in uſq; ad Cœlum, niſi quando extollit ad æmulationem. *Vinc. de Franc. deciſ. 223. Hiero. Mag. deciſ. Luc. 29.* vel animo nocendi. *Mago. ibid. deciſ. 29.* ¶ Vicini poſſunt collectam imponere pro puteo reparando, vel via reficienda, & poſſunt eam collectam imponere propria auctoritate, quia concernit tantummodo illos, qui ſunt in vicinitate. *Guid. Pap. qu. 444.* ¶ Ædificare in ſuo, quando non liceat, & emens ſolum eo pacto, quod ibi non ædificet, ſi ille iterum vendat, an iſte tertius ædificare poſſit, & æmulatio quando impediat quem ædificare, *Boer. deciſ 320. & infra tit. de ædificii.* ¶. Si duo habeant communem curtem, aut viam, vel alteri ſervitus debeatur per fundum alterius, & unus emerit prædium juxta ſuum ad quod trahit uſum viæ, hoc facere poteſt, nullum enim fit præjudicium vicino, quoniam poſtquam ingreſſus eſt prædium, cui ſervitus viæ debebatur, per eundem fundum poterit ire, ad alium fundum emptum, cui ſervitus non erat debita. *Boer. d. deciſ. 322. num. fin.* ¶ Servitus intentata per interdictum, uti poſſidetis, poteſt jungi cum proprietatis cauſa, ut ſimul procedatur, hoc verum in prima inſtantia, ſecus in cauſa appellationis. *Afflict. deciſ. 155.* & ſic poſſeſſorium retinendæ convenit cum petitorio ſuper juribus incorporalibus, & poſſunt in prima inſtantia cumulari. *Afflict ibid.* ¶ Parietem fornicatum, an liceat vicino conſtruere ſuper via vicinali, & ſuper eo pariete ædificare in præjudicium vicini, cui jure ſervitutis debetur tranſitus ſi aer occupetur, & tranſitus non impediatur? *D. Gaſpar. Theſſaur. quæſt. For. Quaſt. 89. lib. 2.* ¶ Si ego ſum in poſſeſſione habendi hoſpitalitatem in domo tua, vel immittendi ad depaſcendum animalia mea in tuam terram, vel habendi ſervitutem aliam itineris, viæ, vel alterius, & tu claudis domum, vel terram ſepibus, vel alia clauſura murorum, an ſit mihi licitum rumpere, vel frangere oſtia domus, vel ſepes, & muros. *Guid. Pap. ſingul. 627. & Bart. in l. 1. Cod. de interdictis.* ¶ Ille, qui permittit ſibi parari obſtaculum, videtur renunciare juri ſuo, ut ſi quis permittat ædificari in loco, in quo ſibi debetur via. *Pet. de Rav. ſing. 464.* ¶ Servitutem qui debet, an debeat facere, vel ſufficiat pati, *Bartol. in l. 2. §. apud ff. de aq. pluv. arcen.* ubi diſtingvit.

Vel non.

Aliquid ad æmulationem facere non licet, & videtur factum ad æmulationem, quando facienti nihil prodeſt, & cæteris nocet. *Franc. Marc. quaſt. 24.* ¶ Confeſſoria agens, non poteſt uti jure ſuo lite pendente. *Capic. deciſ. 209. num. 14.* ¶ In alieno territorio non eſt licitum aliquid apodiare pro ponte faciendo, quia aliquid facere in fundo alieno domino invito eſt prohibitum. *Marc. quæſtion. 120. & q. 582. par. 2.* ¶ Habens jus hauriendi aquam ex puteo vicini, non poteſt uti ea ſervitute de nocte, & ſi utatur illud jus. *Lud. Rom. ſing. 819.* & habens ſervitutem eundi ad domum per clauſtrum meum, hac ſervitute non obſtante, poſſum de nocte claudere januam, intelligitur enim, quod poſſit ire de die. *Bart. in l. 15. ff. de commu. præd.* ¶ Licitum non eſt in loco privato aliquid facere, unde putredo, vel fœtor in via ſit. *Marc. q. 433. part. 2.* ¶ Ædificans non poteſt immittere aliquid in locum vicini, citra jus ſervitutis. *Cravv. conſil. 94.* ¶ Locus ſervitutis ſemel electus mutandus non eſt. *Franc. Marc. qu. 567.* ¶ Nemo propria auctoritate ſervitutem recte conſtitutam deteriorem facere poteſt. *And. Gail. obſ. 67. num. 6 lib. 2. Cravv. conſ. 226. num. 4.* ¶ Quando ſervitus conſtituitur in perpetuum eſt realis, non perſonalis, idem ſi ſit conſtituta reſpectu certi, & determinati fundi, imo in dubio eſt cenſenda realis. *Gom. Leo. deciſion. 2. in deciſio. diverſo. Tom. 2.* ¶ Prohibita rei alienatione, cenſetur etiam prohibita ſervitutis conſtitutio. *leg. 7. Codic. de reb alien. non alienan.* ¶ Qualiter dicatur ſervitus conſtituta, & quæ requirantur, ut in ea procedat præſcriptio, & quid ſit probandum, *vide Bart. in l. 1. §. denique ff. de aqu. plu. arcend.*

Cap. VII. Conſtitui poſſit, vel non.

Servitus poteſt pluribus inſolidum conſtitui, & ſententia lata pro uno ex pluribus hæredibus agenti ad ſervitutem conſtituendam actione perſonali, non prodeſt aliis, ſecus ſi egiſſet actione confeſſoria ad conſtituendam. *Bart. de ver. oblig. l. 2. §. ex his igitur.* ¶ Servitus eundi, & redeundi cenſetur conſtituta per illa verba, cum ſuis introitibus, & exitibus. *Cravv. conſ. 105. num. fi.* ¶ Pro ſervitute conſtituenda, vel non conſtituenda proditæ ſunt actiones in rem. in omnibus ſervitutibus & in his agit etiam ille qui poſſidet, *§. aquæ, inſt. de actio. vide gl. ibid.* ¶ Poteſt conſtitui ſervitus ædificio futuro, non ut ſtatim ſit ſervitus, ſed obligatur conſtituens, ad eam conſtituendam. *Guid. Pap. q. 267.* ¶ Per rem legatam debet hæredi conſtitui jus eundi, ſicut ibat teſtator. *l. 83. §. qui fundum cod.* ¶ Servitutem habens non poteſt in ea conſtituere uſumfructum, nec aliam ſervitutem, quia proprie ſervitutus non dicitur eſſe in bonis noſtris. *Bartol. in l. 1 ff. de uſuf. lega.* ¶ Petens fundum videtur petere ſervitutem ſibi debitam. *Bartol. in l. 23 ff. de verb. & rer. ſignifi.*

Cap. VIII. Quando probetur ſervitus.

Qualiter probetur, quod utendi ſervitute non competat ſibi jus *Bartol. in l. 1. §. hoc interdict. ff. de itin. & act. privat. num. 8.* ¶ Agens interdicto de itinere, actuque privato ſemper debet probare ſe uſum ſervitute ſciente adverſario, & eſt diſtinguendum inter ſervitutes habentes cauſam continuam, & diſcontinuam, *Bartol. in l. 1. §. hoc interdict. ff. de itin. actuq. priva.* ¶ In ſervitutibus qualiter formetur libellus, & quæ ſint probanda in illis, *vide Bart. in §. aquæ inſtit. de action.* ¶ Teſtis nobilis ſingularis probat in ſervitute, *Andr. Gail. obſ. 66. numer. 11.* ¶ In ſervitutibus agens debet probare ſe dominum prædii dominantis, vel ſervientis, verum quia hoc in caſu dominium venit incidenter probandum, probata poſſeſſione, vel quaſi de præſenti, quis præſumitur domin⁹. *Guid Pap. q. 28.* ¶ Agens negatoria contra illum, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi ſervitutis, debet probare rem eſſe liberam; alias ſecus. *Guid. d. quæſtio. 28. numer. 3.*

Capa

Cap. IX. Quando imponi poſſit ſervitus, vel non.

Servitus impoſita videtur per teſtatorem, aut venditorem, eo ipſo quod legat, ſeu vendit domum ſuſtinentem onera permanentia, maxime inter ſcientes. *Capic. d. deciſ. 187.* & domus franca, & libera vendita, an ſervitutes antiquas ſuſtinere debeat, *vide Afflict. deciſ. 298.* ¶ In venditione rei videtur tacite impoſita ſervitus, ut ipſa res ſuſtineat onera permanentia, quæ contrahentes viderant, & ſciverant; ſecus in ſervitute, quæ non habet cauſam continuam. *Afflict. d. deciſ. 198.* ¶ Venditor ex neceſſitate decreti vendens domos, in quibus eſt fons, poteſt reſervare ſibi aquam, ut fluat ad alias ejus domos, ſicut prius conſueverat, minori tamen pretio conſtituto. *Capic. deciſ. 187.*

Vel non.

Socius non poteſt ſervitutem imponere communi prædio, & ſi alius, qui non ratificavit moriatur relicto hærede, an ſufficiat ſi hæredes ratificet, vel requiratur, ut primus iterum ſervitutem confirmet, *vide deciſ. 31. Rot. Aven. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Proprietatis dominus, ſervitute prædio imponere non poteſt, per quam conditio uſusfructus efficiatur deterior, ſecus ſi melior. *l. 19. §. fi. ff. de uſufructu.* ¶ Servitus habens cauſam diſcontinuam, nempe aditus, & itineris in contractibus inter vivos non videtur impoſita, niſi expreſſe ſit actum. *Capic. deciſ. 187. num. 13.*

Cap. X. Quando tranſeant, vel non.

Quælibet res vendita libera dicitur, niſi ſervitus ſit impoſita; ſed in ultima voluntate proceditur alio modo. *Capic. deciſ. 187. numer. 5.* & ſervitus debita prædio acquiſito, tranſit cum prædio. *ibid. num. 6. vide Bart. in l. 1. ff. ſi ſervitus leget.* jura enim realia accedunt rei ſine aliqua expreſſione. *l. 43. ff. de contrah. empt.* ¶ Si promiſi tibi in fundo meo non facere opus, iſta obligatio non tranſit ad emptorem. *Bart. in l. 3. §. opus. ff. de alien. jud. mutan. cauſ. fact.*

Cap. XI. Quando acquiratur, vel non.

Servitus mediante præſcriptione, vel conſuetudine acquiritur, *Dec. conſ. 483. num. 4.* ¶ De acquiſitione ſervitutis juris paſcendi in territorio alieno, *vide infra tit. de paſcuis.* ¶ Qui eſt uſus ſervitute diù, non vi, non clàm, non precario, perinde habetur, ac ſi eam haberet ex pacto. *d. l. 1. §. fin. ff. de aqu. pluv. arcen.* ¶ Servitus altius non tollendi, acquiritur longo tempore à die prohibitionis. *Capic. deciſ. 209. n. 20.* & non datur poſſeſſio, niſi à die ſervitutis. *ibid. n. 25.*

Vel non.

Servitus ſine prædio acquiri non poteſt. *Boer. deciſ. 212. numer. 22.* ¶ Pro jure fornagii, vel molendinorum non poteſt acquiri jus ſervitutis, ut aſtringantur homines loci ad ibi molendum ex curſu temporis & hoc regulariter. *Mar. q. 123. vide infra tit. de ædificiis.* ¶ Fallit, primo, quando poſt inhibitionem illi homines obtemperarunt. *Marc. d. qu. 523. & q. 584. part. 2.* ¶ Secundo, ſi aſtringerentur virtute privilegii, *Marc. ibid. q. §. 4. part. 2.* ¶ Tertio, ſi ex conventione ipſorum, ſed quid ex conſuetudine, *vide Marc. d. qu. 123. & q. 584. part. 2.* ¶ Per uſum unius ſervitutis, alia non retinetur. *l. 17. ff. de aqu. plu. arc.* ¶ Hæres non poteſt retinere uſumfructum propriæ rei legatæ, ſecus in cæteris ſervitutibus. *l. 78. §. dominus, de legat. 2.*

Cap. XII. Quæ requirantur in acquirenda.

In negativis ſervitutibus ad illas acquirendas, ſola prohibitio ſufficit, cum curſu decem annorum. *Gail. d. obſervat. 69. numer. 15.* ¶ In ſervitutibus acquirendis non ſufficit probare uſum; ſed oportet probare quem uſum fuiſſe jure ſervitutis. *Joan. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 10. Crav. pro genero. conſ. 1. num. 175.* ſed quem fuiſſe uſum jure ſervitutis, quomodo probetur, *vide Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine. & act. privat.* ¶ Tria requiruntur, & neceſſaria ſunt ad acquirendam poſſeſſionem ſervitutis, ſeu ipſam ſervitutem, *de quibus vide per Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtit. Reg. tract. de mater. poſſe. in præfat. numer. 126.* ¶ Regulariter in acquirenda ſervitute requiritur ſcientia illius, in cujus odium præſcribitur: fallit in caſibus, de quibus per *Rebuff. in ſuis comment. ibidem tract. de mater. poſſe. num. 140.* ¶ In acquirenda quaſi poſſeſſione in juribus incorporalibus, quæ requirantur, *vide Afflict. deciſ. 67. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 160. & 161.* & ſervitutis poſſeſſio quanto tempore acquiratur, *vide Cravet. conſil. 124.* & ea quibus, *Menoch. ibidem caſ. 160.* ¶ Quaſi poſſeſſio non cauſatur in adverſario per patientiam propter preces. *Afflict. deciſ. 67. numer. 2.* ideo jurium incorporalium quaſi poſſeſſio nihil relevat, ſi patientia adverſarii fuit precaria, vel violentia. *ibidem.* alias patientia in juribus habetur pro traditione. *Bartol. quæſt. 7. & 8.* ¶ Quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus ut quæratur, requiritur ſcientia ejus, ad quem ſpectat. *Capic. deciſ. 57. Abb. conſil. 61. lib. 1. num. 2.*

Cap. XIII. Quando præſcribatur, vel non.

An ſervitus ſit habitus, & an uſucapi poſſit, *Anton. Guibert. Coſta. lib. quæſtion. capit. 18. Fachin. lib. 8. capit. 22.* ¶ In ſervitutibus quis incipit poſſidere, vel quaſi, & præſcribere à tempore prohibitionis, ſi propter prohibitionem adverſarius ceſſaverit. *Guid. Pap. ſing. 107.* ¶ Hodie etiam in ſervitutibus principaliter procedit præſcriptio. *l. fi. C. de præſcr. long. temp.*

Vel non.

Præſcriptio non inducitur per non uſum, quando quis pro parte jure ſuo uſus eſt, quia uſus in parte conſervat jus in totum. *Cravet. conſ. 124.* ¶ Præſcriptio non inducitur ex non uſu, niſi probetur cauſam eveniſſe, quo quis jure illo uti poſſet. *ibid. numero fin.* ¶ Servitus paſcendi pecore, & alia animalia de jure Civili habet cauſam diſcontinuam: ideo non præſcribitur (ſicut aliæ ſimiles diſcontinuæ ſervitutes) niſi tanto tempore cujus initii memoria in contrarium non exiſtat. *Guid. Pap. qu. 573. Myſing. obſerv. 53. cent. 4. And. Gail. obſerv. 66. lib. 2. vide Joan. Papon. lib. 14. tit. 1. arreſt. 4. & ſeq.* imo ſervitus etiam diſcontinua acquiritur ſpacio longi temporis data ſcientia, & patientia adverſarii, ſi titulus allegetur. *Crav. conſil. 204. & 226.* ubi figurat caſum in ſervitute itineris, ſed qualiter probari debeat, *vide ib. & Henric. Boe. in ſuis ſingularibus tit. præſcriptio. Bart. in l. 6. §. ſed & ſi. ff. de acq. hæred.*

Cap. XIV. Quæ requirantur in ea præſcribenda.

Præſcriptio ſervitutis habentis cauſam diſcontinuam, requirit tantum tempus, cujus initii memoria non extat. *Capic. deciſ. 117. num. 9. & 10. Natt. conſ. 69. Tom. 1.* ſed memoriam extare, vel non extare qualiter probetur, *vide Bartol. in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqu. pluv. arc.* ¶ Incorporalia proprie non poſſidentur, ſed quaſi: ideo in ipſis non requiritur vera traditio, ſed ſufficit patientia, quæ habetur loco traditionis, & in præſcribenda ſervitute requiritur ſcientia, & patientia domini prædii ſervientis, de cujus præjudicio agitur. *Franc. Marc. q. 422. DD. de Rota. deciſion. 27. de præbend. in antiq. Andr. Gail. obſerv. 66. lib. 2. Crav. conſ. 292. Rol. conſ. 9. volum. 3. Rebuff. in ſuis comm. tract. de mater. poſſ. in præf. a. num. 125.* limita per *Ant. Trig. ſing. 409.* ſed quomodo probetur ſcientia, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 261.* ¶ Præſcriptio ſervitutis in actibus mere voluntariis quid requirat, puta ut non poſſim altius tollere, vel ut quis cogi

poſſit, ad coquendum in furno alterius, vel molendum in molendino, *vide Crav. conſ. 111 n. 21. Meno. de arb. li. 21 caſ. 160.* ¶ Servitus ut probetur præſcripta, non ſufficit allegare titulum cum poſſeſſione longi temporis, niſi probetur, quod quis præſcripſerit, & uſus fuerit ſervitute tanquam ex illo titulo. *Menoch. conſ. 389. n. 8. lib. 4. Cra. conſ. 197. n. 13. & con. 126.* ¶ Quæ requirantur ad præſcribendam ſervitutem. *Hartm. ca. 6. tit. de ſervitutib. lib. 1.* ¶ In ſervitutibus præſcribendis non requiritur titulus, & in his tantum initium poſſeſſionis inſpicitur. *Bart. in leg. 1. § . ſi quis ſupra. ff. de itine. actuque privat.*

Cap. XV. Quando currat, vel non.

Præſcriptio decem annorum, currit in incorporalibus ſine titulo *Abb. conſ. 6. lib. 2.* ¶ Etiam in ſervitutibus nulla præſcriptio procedit, nec currit cum mala fide. *l. 1. §. caput. & ibid. gloſſ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiva.*

Cap. XVI. Quando debeatur, vel non.

Si dubitetur, an domui venditæ debeatur ſervitus, vel ipſa debeat, fit interpretatio, ut potius ei debeatur, quam ipſa domus ſervitutem debeat. *leg. 33. ff. de contrahend. empt. & vendi. vide tamen l. 75. ff. de evictio.* ¶ Si habens domum liberam, emat hortum habentem ſervitutem, & eum conjungat cum domo, non propter hoc domus debebit ſervitutem, & econtra. *Caſſ. in conſu. Burg. tit. des droicts. Rubr. 4. §. 25.* ſed an augmentum rei ſit ejuſdem naturæ, *ib.* ¶ Si fundus qui meo fundo ſerviebat legatus tibi fuerit me hærede inſtituto, non aliter à me tibi præſtari debet, quam ut priſtinam ſervitutem recipias. *l. 73. circa medium. de leg. 1.* ¶ Servitutes cuilibet hæredum inſolidum debentur, & quilibet inſolidum tenetur. *l. 26. §. anea, ff. fam. erc.* ¶ Ea, quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur, *Reg. 153.* ¶ Qui hoc modo tradit, uti optimæ, maximæque ſunt ædes, non hoc dicit, ſervitutem illis deberi, ſed hoc ſolum ipſas ædes liberas eſſe, & nulli ſervire. *l. 90. ff. de ver. & rer. ſignifi.*

Cap. XVII. Quando amplietur, dividatur, vel non.

Servitus in fundo urbano, vel ruſtico ab initio legitime conſtituta, utrum poſſit invito patiente augeri, & ampliari. *D. Gaſp. Theſſ. q. For. Qu. 81. lib. 1.* ¶ Fundus ſerviens licet dividatur, non tamen dividetur ſervitus, ſed modificatur, & licet res propria nemini ſerviat, tamen ſecus in communi, & ſervitus non retinetur pro parte, ſed occaſione partis pro ſolido retinetur. *Bart. in l. 72. ff. de verborum oblig.* ¶ Stipulatio ſervitutis nullatenus dividitur, quare aut in totum tenet, vel in totum corruit. *l. 72. & ibid. gloſſ. ff. de verb. oblig.*

Cap. XVIII. Actio cui, & contra quem competat.

Ille, qui uſus fuit ſervitute per tringinta dies in eo anno non vi, non clam, non precario, habet interdictum, ut tueatur in poſſeſſione, vel quaſi ſervitutis ruſticæ. *l. 1. ff de itinere, actuq. privato.* ¶ Agens confeſſoria, vel negatoria pro ſervitute, dicitur agere ad jus, & patientia venit officio judicis. *Bart. in l. 2. §. & harum, ff. de verb. oblig. n. 3.* ¶ Quando plures hæredes agunt, vel conveniuntur pro ſervitute, quid juris. *Bart. in l. 2. §. & harũ, n. 9. ff. de verb. obl.* ¶ In ſervitutibus realibus, & perſonalib. eſt locus publicianæ. *l. 23. §. ſi de uſufruct. ff. de pub.* ¶ Evicta ſervitute agitur exempto, non de evictione. *l. 36. ff. de actio. empt.* ¶ Debens ſervitutem non poteſt in prædio ſerviente quid agere, per quod jus ſervitutis impediatur. *Curv. conſ. 4. n. 6. vide conſ. 226. n 3. & 4. & conſ 292. num. fi. Menoch. de arb. caſ. 160.*

Reſtitutio, quando detur, vel non.

Si quis habuerit in rivo clusam per aliquot dies, ſi fuerit ſpoliatus ſua poſſeſſione, debet reſtitui, & reintegrari. *Curv. conſ. 124.* ¶ Servitutes prædii legati confuſæ hæreditatis aditione ſunt reſtituendæ. *l. 119. §. fundus. eod.* ¶ Lege Falcidia interveniente legata ſervitus (quantum dividi non poteſt) non aliter inſolidum reſtituitur, niſi offeratur hæredi æſtimatio partis. *l. lege Falc. ff. ad leg. Falc. & l. is, qui, §. quadam legato ibid.*

Cap. XIX. Qui teneatur de ſervitute.

Qui conſtituit ſervitutem in re aliena, obligatur perſonaliter evictionis nomine. *l. 46. §. ſi per alienum, ff. de evictio.* ¶ Qui impedit mihi uti ſervitute debita, vel præſcripta, tenetur evictione, de qua *in l. 2. §. apud Labeonem, ff. de aqu. pluv. arcen.* ¶ Venditor tenetur de ſervitute ſi ſciverit, & non monuerit emptorem, licet dixerit ſe nolle de ſervitute teneri. *Bartol. in leg. 1. §. vend. ff. de act. empt. vide d. §. venditor, & l. 40. ff. de act. empt.* ¶ Qui non patitur etiam in ſuo opus naturale, vel quaſi in priſtinum ſtatum reduci, pariter illa actione tenetur, *vide §. item Julianus ejuſdem legis.*

Cap. XX. Quando impediri poſſit ſervitus.

Prædium intermedium impedit ſervitutem, *Io. Pet. Surd. dec. 177.* ¶ Fundus medius inter fundum dominantem, & ſervientem, quando impediat ſervitutem conſtitui, *Bart. in l. 17. § ſed & ſi fundus. ff. de aqu. pluv. arcen.* ¶ Locus ſacer medius impedit ſervitutem conſtitui, *ibid. §. ſed loco.* ¶ Dominus rei cavere debet poſſeſſori jure ſervitutis, quod non impediat eum in quaſi poſſeſſione ſua pendente lite, ſuper ipſo jure, *Capic. dec. 96. num. 13.*

Cap. XXI. Qui effectus producantur.

Poſſeſſio non dicitur libere tradita juxta contractum, ſi in ipſa ſit ſervitus, quia tunc agitur ad intereſſe totale, quaſi res tradita non eſſet. *Capic. d. dec. 187. n. 15.* verum tradens rem quæ alteri debet ſervitutem, dicitur tradere poſſeſſionem vacuam, ſed non liberam. *Bart. in l. 68. §. fundo. de leg. 2.* ¶ Clauſula inſtrumenti, cum viis & acceſſibus ſuis uſque ad viam publicam, quid operetur, *Capic. deciſ. 187. num. 17.* & quid de clauſula, quod dat fundum francum & liberum, *vide ibid. n. 17.* ¶ Sententia lata contra unum ex pluribus hæredibus pro ſervitute non nocet aliis, *Bart. ibid. num. 15.* ¶ In cauſa ſervitutis prædii communis, quod unus ex ſociis impedit, ab alio repetit, & unus defendens cauſam prodeſt alteri, quia ſententia datur prædio, *l. 33. ff. de neg. geſt.* ¶ Clauſula conſtituti in corporalibus nihil operatur. *Marc. quaſt. 422. numero ſeptimo.* ¶ Servitutes ubi ſunt duæ reſpectu ejuſdem rei remisſio unius, non excludit remisſionem alterius, *Abb. conſ. 10.* ¶ Servitus acquiſita ſuper una re, vel una perſona, cæteris non præjudicat, *Capic. dec. 209. num. 28.*

Cap. XXII. Quando duret.

Servitus oneris permanentis eadem perdurare debet, quæ reperiebatur exiſtens tempore diviſionis legati, ſeu venditionis, *Capic. d. deciſ. 187. num. 12.* ¶ Servitus realis durat ſive prædium dominans, ſive ſerviens alienetur, *Gom. Leo. dec. 2. in dec. diverſ. Tom. 2. ne. fin.* ¶ In individuis acceptilatio partis nullius eſt momenti. *l. 13. ff. de acceptilatio.*

Cap. XXIII. Quando amittatur, vel non.

Servitus habens cauſam continuam amittitur per non uſum decennii, ſed habens diſcontinuam, amittitur per non uſum temporis ipſius duplicati. *Curv. conſ. 124. vide Hartm. c. 4. titul. de ſervitutibus. lib. 1.* ¶ Vir poteſt amittere ſervitutes fundo dotali debitas non utendo, non tamen patiendo. *Bart. in l. 26. §. maritum ff. ſolut. matrimon.*

Cap. XXIV. Quando extinguatur, vel non.

An alienato prædio dominante, vel ſerviente extinguatur

guatur ſervitus, vel tranſeat cum re, *vide Bart. in l. 36. §. ſi quis ff. de verbo. oblig.* ¶ Impoſitio ſervitutis rei legatæ ſub conditione, irritatur conditione adveniente. *l. 104. ff. de conditio. & demonſtra.*

Cap. XXV. Miſcellanea.

Practica articulandi ſervitutem deſcribitur per And. Gail. *obſerv. 66. lib. 2. num. 5. & 6.* ¶ Res propria ſibi ſervire non poteſt. *l. 5. ff. ſi uſusfruct. pet.*

TITULUS DLXVII.

De ſervitutibus urbanorum prædiorum.

Cap. I. Quæ dicatur, & quando intelligatur.

SErvitutes prædiorum ideo dicuntur, quia utrinque prædia requiruntur. *§. ideo inſtitut. de ſervit. urbano. prædio.* ¶ Urbana prædia, & ædificia accipimus, non ſolum ea quæ ſunt in urbe, vel oppidis, ſed ſi forte ſtabula ſunt: quia urbanum prædium non locus ſed materia facit, *l. 198. ff. de verb. & rer. ſignific.* ideo ſervitutes, quæ ædificiis debentur, licet in villa conſtitutæ, dicuntur ſervitutes urbanorum prædiorum. *§. prædiorum, inſtit. de ſervit. urba. prædio.* ¶ Dominus ſum ejus, quod protegit ſolum meum, licet in meo ſolo non requieſcat & domus ſi vendatur, videtur vendita libera, ſi legetur, videtur cum ſervitute aditus legata. *Bart. in l. 47. ff. de damn. infect.*

Cap. II. Qui, quæ facere poſſit, vel non.

Oſtium in muro proprio ſuper ſolo vicini, tantum quantum ſtillicidium protenditur facere licet: item licet facere portam ſuper viam publicam (etiam in privati fundo) quatenus ſtillicidium protenditur, dummodo vicino non noceat, *Marc. q. 24.* Promittens, aut obligans ſe vicino in domo ſua feneſtram non extruere per ſe, vel aliam perſonam, ſi deinceps domum vendat, emptor ob id obligatus non redditur, quo minus feneſtram extruat: quia illa obligatio perſonalis non afficit rem. *Hippol. ſing. 334.* ¶ Tigna in domum alienam quando immittere liceat, *vide Menoch. conſil. 157.* ¶ Feneſtras habentibus ſuper ambulatorio, per quod itur ad furnum, aquas projicere (etiam domino ſoli invito) licet *idem Marc. q. 497.* ¶ Stillicidium in alienum immittere an ſit licitum, *vide ibid. num. 4.* ¶ Intra protectum ſtillicidii, an liceat aliquid facere per dominum domus, vel ſoli, *vide Marc. q. 499.* ¶ Stillicidium arctari poteſt, protendi vero non, niſi domini prædii ſervientis conſenſu, *ibid. numer. 8.* ¶ Stillicidium ſi intra duas domos labatur, ſtillicidii dominus ſolum incruſtare tenetur, *Marc. d. qu. 499. num. fin.* ¶ Diruto ædificio, & collapſo licet iterum illud reparare, prout prius erat, & apodiare. *Hiero. Mago. deciſ. Luc. 29. num. 10.* ¶ Licitum eſt domino domus inferioris facere ignem, licet fumus aſcendat ſuperius, & econtra dummodo hoc non faciat cauſa injuriæ, ſeu ad æmulationem. *Marc. d. q. 22. n. 3. part. 1. & q. 482. part. 2.*

Vel non.

Solarium inferius habens, cui per diviſionem obtigit, non tenetur pati ſolaria ſuperiora habentes per inferius tranſire, niſi expreſſe dictum ſit. *Marc. de Mant. ſign. 280.* ¶ Subgrundia licet pendeat ſuper ſolo alieno, ædificantis tamen remanet: ideo auctoritate propria deſtrui non debet. *Marc. q. 24. num. 24.* ¶ Furnum juxta murum domus vicini ædificare non licet. *Franc. Marc. q. 82.* quid in furnello faciendo in pariete communi, *vide ibid.* ¶ Artem exercere etiam in domo propria, cujus fœtore vicini circumveniantur, non licet, minus licet vinum putridum, aut urinam effundere. *idem Marc. q. 23.* ¶ Quid debet ſervitutem, ne proſpectui officiatur, nihil facere poteſt per quod officiat ad liberum, & gratiorem proſpectum, idem in eo qui debet ſervitutem reſpiciendi, ſeu proſpectus, *Gom. Lig. dec. 42. in deciſio. diverſo.* ¶ Vicino non licet habere feneſtram verſus vicinum, ad illius æmulationem. *Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 156.* ¶ Habens jus hauriendi aquam ex puteo vicini, non poteſt uti de nocte, & ſi utatur, perdit illud jus, *Ludov. Roman. ſing. 8 9.* faciunt notata per *Bart. in l. 15. ff. commun. dividund.* ¶ Reg. legis altius non habet locum, quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita, *vide Excell. P. Theſſa. deciſ. 216.*

Cap. III. Quando imponatur, tranſeat.

Venditor an, & quando poſſit imponere ſervitutem, ut domus vendita ſerviat domui retentæ, *vide Capic. deciſ. 187. num. 3.* ¶ Domus unius domini ſuſtinens in parte onus alterius partis ſi vendatur, actus ille oneris ferendi tranſit in ſervitutem: idem in ſervitute tigni immittendi; ideo vendita domo ſervitutes quoque oneris ferendi, & tigni immittendi venditæ, & conſtitutæ cenſent r; ſed quid in aliis ſervitutibus, *vide Mago. deciſ. 137. Rot. Flor.*

Cap. IV. Quando non acquiratur, & reſervetur.

Diviſione facta inter fratres, nova ſervitus per alterum quæri non poteſt, de qua non eſt facta mentio tempore diviſionis. *Capic. deciſ. 187. num. 11.* ¶ Vendita una ex pluribus domibus, vel parte unius, non cenſentur ſervitutes reſervatæ, niſi expreſſe ſit dictum: fallit in ſervitutibus oneris ferendi, & tigni immittendi; ſed quid in aliis ſervitutibus continuis, *vide Magon. deciſ. 136. Rot. Floren. Excel. P. Theſſa. deciſ. 216.*

Cap. V. Quando præſtetur, dividatur.

Servitus præſtari debet per domum legatam hæredi, ſeu per domum retentam legatario, vel per unum legatarium alteri, proprietate legata. *Capic. deciſion. 187.* ¶ Clauſura, quæ eſt in medio duarum domorum alicujus, vendita una illarum, debet dividi, *Bart. in l. 37. ff. de dam. infect.*

Cap. VI. Qui ſint effectus, & quæ valeant.

Stillicidium de jure communi denotat proprietatem loci inferioris, niſi appareret de ſervitute ſtillicidii, *Marc. q. 24. n. 2. vide q. 497. & 499. part. 1. & q. 484. part. 2.* ¶ Portæ antiquæ interſignia, quæ reperiuntur in pariete, quid ſignificent, *vide ibid. n. fin.* ¶ Pactum, ut furnus certo loco non ædificetur, eſt validum, *Marc. q. 22. n. 7.* ¶ Inter ædes ſacras, vel publicas, & ædificium privatum debet eſſe ſpatium 15. pedum. *l. 9. C. de privat. ædif. vide l. 11. ibid. quid inter privatos, & d. l. 11.*

TITULUS DLXVIII.

De ſervitutibus ruſticorum prædiorum.

Generalia.

DE ſervitutibus aquæ ducendæ, & de materia, *vide infra tit. de fluminibus & aqua.* ¶ Multa pertinentia ad hunc titulum, *vide in titul. ff. de itinere, actuque privato, & titul. ff. de aq. quoti. & æſtiva.*

Cap. I. Qualis ſit.

Servitus itineris diverſa eſt à ſervitute actus; ideo ſuccumbens in prima, non repellitur à petitione ſecundæ. *l. 11. §. ſi quis. ff. de exceptio. rei judic.* ¶ Servitus aquæductus habet cauſam continuam. *Capic. deciſ. 187. num. 4.* ¶ Jus aquæducendæ ſi relinquatur habenti prædium vicinum, ut cum perſona finiatur, dicitur ſervitus realis, quæ tamen per exceptionem finitur cum perſona, ſed ſi relinquatur non habenti prædium vicinum, non eſt ſervitus. *Bart. in l. 14. §. quidam. ff. de alimen. & ciba. legat.* ¶ Servitus ducendi aquam non eſt realis,

realis, quando dictum fuit, quod ducere poſſim aquam per fundum tuum ubicunque, & quandocunque voluero, quia natura ſervitutis alteratur ex illis verbis, ubicunque, & quandocunque ideo hoc caſu non tranſit ad hæredes. *Franc. Cremen. ſing. 1.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Libellus in quo quis dicit ſibi eſſe jus agendi, & eundi ad talem fundum, per talem fundum procedit, *Bart. in l. 8. ſin autem. C. de bon. quæ libe.* ¶ Venditio fundo non videtur venditus acceſſus ad eum, niſi agatur expreſſe: nec cogitur venditor pretio vendere. *Capic. decis. 187. num. 10.*

Cap. III. Quæ præſumantur.

Conceſſio privati, vel inferioris à Principe continens meram facultatem facti, ut ſi dicatur, concedo tibi facultatem eundi, præſumitur perſonalis. *Bart. in l. pater. ff. de ſervit. legat.*

Cap. IV. Qui, & quæ facere poſſit, vel non.

Cluſam molendini per agrum alterius habens, poteſt ibi terram, & lapides capere ad cluſam reaptandam. *Marc. de Mant. ſing. 281.* ¶ Servitus viæ intentata per interdictum uti poſſidetis, poteſt jungi cum proprietatis cauſa in prima inſtantia ſecus in cauſa appellationis. *Afflict. dec. 155.* ¶ Vicinus, qui habet foſſam jure ſervitutis in fundo vicini, ſi illa foſſa repleta dat damnum ei, in cujus fundo eſt, cogitur eam reficere. *l. 2. apud. Alphenum. ff. de aqua plu arcen.* ¶ Aquam certo modo ducendi jus habens ſuper alieno ſolo, cauſa majoris utilitatis ſine præjudicio domini, poteſt illam alio modo ducere. *Auguſt Bero. q. 65.* ¶ Super rivo, qui ſit alterius, vel domini, aut jure ſervitutis, an liceat alteri facere arcum, vel pontem cauſa aquæ ducendæ ad ſuum molendinum, *ibid.*

Vel non.

Sine permiſſu Principis aqua per viam publicam duci non poteſt. *l. 18. § fi. ff. de aqu. plu. arcen.* ¶ Ille qui habet jus ducendi aquam, non poteſt facere arcum cauſa ducendi aquam ſuper iter alienum, nec is, qui ſervitutem habet itineris, vel actus poteſt facere arcum, ſuper alterum aquæ ductum. *l. 11. ff. de aqu. plu. arcend. Auguſt. Bero. q. 65.* ¶ Poteſt conſtitui ſervitus geſtandi, vel in duo uvas premendi, vel areæ ad frumenta, cæteraque legumina exprimendi, & utendi. *Hart. ç. 2. tit. de ſervitutibus lib. 2.*

Cap. V. Quando tranſeat.

Via in fundo Titii legata (qui legatum ignorans vendidit fundum) tranſit in emptorem, ſed de ratione, *per Marc. de Mant. ſing. 410.* ¶ Conceſſio aquæ ductus eſt realis; ideo ad hæres transferatur. *Dec. conſ. 262. & 483. Ludov. Rom. ſing. 70.*

Cap. VI. Quando acquiratur.

Servitus ducendi aquam per fundum alienum ad utilitatem propii prædii eſt favorabilis; ſed qualiter acquiratur præſcriptione, *vide Ioan. Papon. lib. 14. titul. 1. arreſt. 8. & 9.* & utatur in prædio alieno, atiam in præjudicium domini prædii ſervientis, *ibid.* ¶ Servitus paſcendi in prædio alieno, non de facili præſcriptione acquiritur, *Ioan. Pap. lib. 14 tit. 1. arreſt. 4. & ſeq.* ¶ Aqua jure ſervitutis fundum meum ſemel ingreſſa, eſt mea: ideo non poteſt alteri concedi per eum, qui mihi debet ſervitutem. *Gaſp. Cabal. milleloq. 277.* ¶ Servitutis eundi quaſi poſſeſſio non acquiritur niſi ex actuum frequentia & ad minus 30. *Natt. conſ. 69. num. 7.* ¶ Servitus diſcontinua non præſcribitur minori ſpatio quam centum annorum: ideo niſi eo tempore aquæ ducendæ ſervitus non præſcribitur. *Vinc. de Franc. dec. 183. num. 12. Andr. Gail. obſ. 66. lib. 2 vide tamen Ioan. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 8. & 9. & ſupra titul. de ſer. in genere.*

Cap. VII. Quando debeatur.

Hauſtu aquæ relicto, datur iter, ſine quo quis non poſſet ire ad hauriendum. *l. 9. ff. de ſerv. urba. prædio.* ¶ Ei, cui legatur uſusfructus fundi debetur via per alium fundum teſtatoris, etiam alteri legatum. *l. 15. § qui duos. ff. de uſu, & uſufruct. lega.* ¶ Iter ſtipulatus quid habere debeat, *Boer. deciſio. 322. num. 13.*

Cap. VIII. Quando impediri poſſit.

Ille, qui debet in loco privato ſervitutem itineris, non tenetur reficere; ſed tantum pati, *Caſſad. conſuetud. Burg. tit. des juſtices. Rub. 1. gl. 2. ver.* ſed hic incidenter. ¶ Locus publicus medius non impedit ſervitutem imponi, neque fundus meus medius impedit ſervitutem itineris debitam ulteriori meo fundo. *l. 7. §. via, & §. liceat. ff. de aq. plu. arc.*

Cap. IX. Quando amittatur.

Si quis viam ad fundum ſuum ſtipulatus fuerit, poſtea fundum, partemve ejus ante conſtitutam ſervitutem alienaverit, evaneſcit ſtipulatio. *l. 136. §. fi. ff. de verb. obligat.* ſed quando extinguatur, val non, & quando valet ſtipulatio ſervitutis viæ, *vide l. pen. §. fin. ff. eod.* ¶ Servitus hauriendi aquam non amittitur, ſi fons exaruerit. *And. Gail. obſ. 60. lib. 2.*

TITULUS DLXIX.

De actione negatoria, & confeſſoria.

Actionem negatoriam intentans, non tenetur neceſſario probare dominium fundi, quando poſſidet, ſecus ſi non poſſideat. *Mynſing. obſerv. 19. cent. 1.* ¶ Agens negatoria non præſupponit adverſarium conventum poſſeſſorem. *Ioan. Papon. lib. 14. titul. 1. arreſt. 2.* ¶ Negatoria actio competit domino fundi, & incidenter debet probare ſe dominum fundi, quem negat ſervitutem debere, & eſt iſtius naturæ, ut agens debeat negare jus competere adverſario, & niſi adverſarius probaverit jus ſibi competere, an debeat ſuccumbere, *vide Guid. Pap. q. 28.* ¶ Si agatur negatoria, vel confeſſoria inter duos, & conſtet Judici illum, qui pro ſervitute agit confeſſoria, vel ſervitutem defendit in negatoria eſſe in quaſi poſſeſſione ſervitutis, tunc Judex debet prohibere adverſario, ne eum impediat, uti prædicta ſervitute, vel quaſi lite pendente, ſi autem ille non ſit in quaſi poſſeſſione, tunc Judex prohibet eum uti pendente cauſa. *Guid. Pap. q. 578.* ¶ De his actionibus confeſſoria, & negatoria vide plene per *Iaſ. de actio. §. aquæ, & Bart. in l. 15. ff. de oper. nov. nuncia. & in l. ii, cujus dicto. ff. ſi ſervit. vendic.* ¶ Negatoria agenti ſufficit probare ſe dominum, quod præſtat probando ſe poſſidete ſolum, quod ſervitutem debere prætenditur. *Natt. conſilio 70. Tomo primo.* ¶ Confeſſoria, & negatoria competunt pro juribus incorporalibus, & domino tantum. *Bart. in l. 2. ff. ſi ſervit. vend.* ¶ Agens negatoria poteſt petere, quod adverſarius prohibeatur uti ſervitute, & condemnetur ad intereſſe. *Bart. in l. 2. C. de ſervit. & aqua.* ¶ In confeſſoria, vel negatoria quando intentatur à non poſſidente veniunt fructus; ſed imponitur ſilentium victo. *l. 5. §. in his, & l. 6. §. fin. ff. ſi uſufruct. pet.* ¶ Actio confeſſoria, negatoria pro ſervitute debet intentari contra dominum proprietatis, & non contra uſumfructuarium, *l. fin ff. de ſervitu.* ¶ Pro eo, quod fit ex ædibus propriis in communes, vel econtra, poteſt agi negatoria. *l. 26. ff. de ſervit. urba. prædio.* ¶ In actione confeſſoria, vel negatoria contra reum ſe non defendentem officium judicis eſt, ut cogat eum cavere ſe nullam novitatem facturum, donec de jure ſuo doceat, & partes actoris ſuſtineat. *l. 15. ff. de ope. nov. nuncia.* ¶ Confeſſoria ſi pro conſtituenda quaſi poſſeſſione ſervitutis agatur contra contumacem, ex primo decreto fit miſſio in locum ſervitutis,

vitutis, ex ſecundo ſtatuitur certum tempus, intra quod agat. *Bartal. ſing.* 2. ¶ Ubicunque quis habet uſum alicujus ſervitutis, non jus ſervitutis, ſubvenitur ſibi per officium Judicis, ſi impediatur. *idem ſing.* 2. Libellus in confeſſoria quomodo formetur, *vide per Bart. in l. 7. ff. ſi ſervit. vendi. & in l. 15. num. 13. de oper. nov. nunci.* ¶ Fructuarius non habet utilem confeſſoriam pro ſervitute. *Bart. in l. 1. §. uſufructuarius ff. de oper. nov. nuntiat.* ¶ Ædificans ſi petierit remiſſionem nunciationis, & ſuccubuerit, poteſt iterum agere confeſſoria, vel negatoria pro declaratione juris ſui *Bart. in l. 5. §. ſi is, cui. ff. eod.* ¶ Poſſidens agens actione reali pro re incorporali, ut pro ſervitute, debet proponere in libello, quod reus ipſum agentem inquietat. *Bartal. in l. 15. ff. de oper. nov. nuncia.* ¶ Vide de materia harum actionum, *in titul. ff. ſi ſervit. vendi.* ¶ Fructuarius licet non agat confeſſoria pro ſervitute acceſſoria, tamen agendo pro uſufructu indirecto conſequitur, quod mero jure conſequi non poſſet. *l. 1. ff. ſi uſuſfruct. pet. vide l. 5. ff. eod.* ¶ Uſufructuarius extraneo procuratorio nomine domini nunciat novum opus, domino non, ſed poterit confeſſoriam intentare. *l. 1. §. fin. ff. de oper. nov. nuncia.* ¶ Qui habet ſervitutem viæ reficiendæ, non nunciat novum opus, ſed debet confeſſoriam intentare. *l. 14. ff. eod.* ¶ An actio confeſſoria, & negatoria, quæ pro ſervitute competit ad alia etiam jura pertineat. *Vaud. var. quæſt. lib 2. qu. 27.* ¶ Cur confeſſoria ex ſola verborum inquietatione actori datur, cum ſervua ſit in interdicto. *Alciat. libro tertio, parergon. capit. 21.*

TITULUS DLXX.

De paſcuis, finibus, ac nemoribus.

Generalia.

DE paſcuis publicis, & privatis, *vide tit. C. de paſc. publ. & privat. lib. 11.*

Cap. I. Servitus. Qualis ſit.

Servitus pecoris paſcendi realis dicitur, & quod paſcua in certa parte anni prohibeantur, ſtatuto fieri poteſt. *Marc. q. 223.* ¶ Jus paſturandi, eſt ſpecies ſervitutis realis: ideo oon præſumitur, niſi probetur. *Dec. conſ. 483. num. 13.* ¶ Servitus paſcendi pecora qualia ſit, & dicatur impediri. *Hartm. c. 5. tit. de ſervitutib.* ¶ Ea eſt augmenti natura, ut pertineat ad eum, ad quem pertinet res ipſa principalis, cum rei principalis naturam ſequatur. *Menoch. conſ. 201. num. 143.* ¶ Paſcua deputata ad uſum fundi in legato fundi continetur. *Dec. conſ. 655. n. fi. Menoch. 142. volum. 2. num. 33.*

Cap. II. Quæ attendantur, requirantur.

Antiquæ conſuetudines ſervari, & atteodi debent in montibus, paſcuis, & aquis. *Baer. deciſ. 125. num. 5. Cravet. conſ. 154.* ¶ Ad probandum ſervitutem paſcendi peooris, requiritur tempus, cujus initii memoria non exiſtat in contrarium. *Mynſing. obſer. 54. cent. 4.* ¶ In paſcuis, pontibus, aquis, & hujuſmodi ſtandum eſt antiqukati. *gloſ. in verbo ſicut. c. 2. de pac. conſtant. in uſib. feud.*

Cap. III. Quo probentur, vel non.

Paſcua, & herbæ de jure communi ſunt Dominorum territorii: ideo allegans contrarium probare tenetur, cum habet præſumptionem juris contra ſe. *Vicent. de Franc. deciſio. 301. part. 2. Ioan. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 1.* imo quod ſint univerſitatis, ſcribit *Cravet. conſ. 154.* ¶ Bona inculta, & herbida locorum debent pertinere ad illos locos, pro quorum uſu ſunt deſtinata, etiamſi ſint ejuſdem parochiæ. *Cravet. conſilia 154.* & æqualiter probetur negativum jus, puta quod quis non poſſit colere paſcua in tali monte, *Cravet. ibidem, numer. 2.*

¶ Quando eſt controverſia de confinibus territorii, quis obtinere debeat, & quæ probationes admittantur. *Natt. conſ. 672. & conſ. 673. & ſupra tit. fin. regund.* ¶ Fines loci in aotiquis, poſſunt recte probari ſolis verbis enunciativis, per libros cenſus, & per ſolutionem onerum. *Menoch. d. conſ. 21.* ¶ Poſſeſſio paſcendi communis non probatur eo, quod homines ſint ſoliti paſcere animalia. *Ioan. Pap. dec. 26. lib. 2.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Quod eſt intra fines alicujus territorii præſumitur eſſe de finibus territorii, cujus ſunt fines, *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des mains morts. Rub 9. §. 4. gloſſ. 4.* vide tamen Rol. *conſ 46. volum. 3. num. 67. verſi. pariter. Menoch. conſ. 71. volum. 1.*

Cap. V. Quando dividi poſſint paſcua.

Paſcua quomodo dividi debeant, *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 245.* an uſus paſcui, ſive ipſius paſcui diviſio peti, & fieri poſſit, *Excel. P. Theſſa dec. 71.* & quomodo fiat, *ibid. dec. 72.* ¶ Villæ, & univerſitates, ac communalia uoita ſi ſeparentur, & eximantur, & non fiat diviſio communalium, poterit fieri diviſio altera illarum ſeparata petente, quoad illa bona communalia exiſtentia tempore ſeparationis tantum. *Borg. Caval. dec. 14. part. 2. de contract.* ¶ Quando diviſio finium communium non poſſit fieri in præjudicium aliquorum de univerſitate, *per Menoch. conſ. 80. vol. 1.* ¶ Affidandi jus paſcendi, an præſcribi poſſit per longiſſimum tempus, *Afflict. dec. 290.* ¶ Diviſio communalium, & juriſdictionum non poteſt fieri niſi à ſuperiore, vel de licentia ſuperioris. *idem Borgn. d. deciſ. 4.*

Cap. VI. Quando detur actio & debeantur paſcua.

Paſcua ſine affidatione per noctem, & diem depaſta, an debeantur per dominum animalium, & quando, *Afflict. dec. 292.* ¶ Pro paſtu pecoris duæ competunt actiones, una datur quando animalia alicujus ab eo depaſta ſunt in fundo alterius frumentum, hordeum, vel in quoſcunque fructus damnum dederint, nam tunc dominus animalium tenetur hac actione ad intereſſe, animalium actio conſideratur in factum de paſtu pecoris, quando fructus alterius cadunt in fundum vicini, qui immiſit ſua animalia ad paſcendum illos fructus, de quibus actionibus per Io. Criſp. de Mont *in ſua tractat. termino. actio. poſt. Iaſ. de actio. num. 162.* ¶ Actio de paſcuis pecorum non habet locum, quando fructus mei, qui cadunt in alieno depaſcuntur, ſed ad actionem in factum recurritur. *l. 15. §. fi. ff. de præſcr. verb.*

Cap. VII. Quando, & cui acquirantur, & præſcribantur.

Alveus à flumine derelictus, cui acquiratur, *Natt. conſ. 55. Tom. 1.* ¶ Fines inter communitates præſcribuntur poſſeſſione tacita, & quieta 30. annorum. *Menoch. conſ. 21. num. 21.*

Vel non.

Servitus paſcendi pecora, & alia animalia de jure Civili habet cauſam diſcontinuam: ideo facultas paſcendi non præſcribitur, niſi tanto tempore, cujus initii memoria non exiſtat: niſi annuatim eſſet præſtitum aliquod tributum; tunc enim probata ſolutione cum curſu decem annorum, dicitur ſeruitus acquiſita. *Guid. Pap. q. 573. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des foreſts. Rub. 13. § 5. gloſ. 3. & ſupra tit. de ſervitu. in genere.* ¶ Præſcriptione etiam longiſſima non acquiritur jus paſcuandi, quando homines ſeu cuſtodes beſtiarum contenderant, & contradixerant adverſus cuſtodes animalium illius loci, qui utebantur paſcuis alienis, ut ne depaſcerentur eorum animalia. *Cravet. conſ. 292.* & tale jos non leviter acquiritur, *Ioan. Pap. lib. 14. tit. 1. arreſt. 4.* Confines finium per ſpatium 40. annorum non poſſunt præſcribi; ſecus per ſpatium centum annorum. *Hieron. de monte in ſuis quæſtionibus. q. 26. n. 36.*

Cap. VIII. Qui, & qua facere poſſit, vel non.

Univerſitas alicujus loci prætendens paſcua, ſeu jus paſculandi, aquandi, & ligandi in territorio alterius jure communionis antiquiſſimæ, debet manuteneri lite pendente quoad paſcua, & jus aquandi in reliquis non *Capic. deciſ. 189.* ¶ Paſcua, quibus cives pro uſu eorum animalium ſolent uti, univerſitas vendere poterit pro ſolutione functionum, ac aliorum debitorum concurrente majore parte hominum ipſius univerſitatis, ac fere omnium ſolo Barone contradicente, tanquam primo cive. *Vincent. de Franc. deciſion. 197.* ¶ An major pars univerſitatis poſſit ſtatuere circa paſcua, contra antiquam conſuetudinem, *vide ibid. deciſ. 197.* ¶ Domini locorum confines territorium mutare, vel variare, aut dividere poſſunt, & ad hoc faciendum Judices dare. *Hieron. de Mont. q. 26. num. 19.* ¶ Paſcuo communi uti quis debet ſolum pro modo poſſeſſionem, quæ ibi in vicino habet. *Cnuv. conſ. 60. vide conſil. 154.* & paſcua dividi debent pro rata prædiorum, & eorum neceſſitate, ubi de uſu paſcuorum quæſtio eſt. *Cnuv. conſ. 154.* ¶ Qualiter homines habentes paſcua communia, debeant illis uti communiter, & quid de nemoribus communibus, *vide Ioan. Pap. arreſt. 1. ibidem.* ¶ Univerſitas ex una volens territorium, quod ſervivit paſcuis animalium antiquiſſimis temporibus infeudare, alii vero animalium domini particularium ex altera negantes, quid juris, *vide Capic. deciſ. 152.* ¶ Paſcuis uti moderate juxta patrimonii vires unumquemque oportere, ſcribit *Marc. ibid.* nam jus habens paſſagii, illo moderate uti debet, *idem Marc. q. 84.*

Vel non.

Habitantes in alieno loco non poſſunt eſſe participes prædiorum ejuſdem loci, quæ dividi ſolent inter antiquos, & originarios Cives, ſeu municipes deſcendentes ab illis primis acquirentibus. *Menoch. conſ. 390. lib. 4.* ¶ Caſtrum ſi contendat cum alio de paſcuis, non poſſunt homines unius caſtri teſtificari pro univerſitate, nam effectus eſt ſingulorum, licet nomen ſit univerſitatis, *Capic. dec. 152.* limita tamen ut ubi, *vide Ioan. Pap. lib. 13. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Jus paſcendi animalia conceſſum communitati ſolum pro ejus animalibus, non poteſt alienari, & concedi pro alienis. *Dec. conſ. 667.* tamen ſi alienetur, licet alienatio ſit nulla, non ob id alienans incidit in pœnam. *Dec. ibid.*

Cap. IX. Qui effectus producantur.

Licet jus paſcuandi ſit præſcriptom, tamen tale jus non impedit redactionem terræ herbidæ ad culturam faciendam per homines territorii, contra quos jus paſcendi fuerat præſcriptum. *Cnuv. conſ. 298. numer. 4.* ¶ Sententia lata contra Dominum directum ſuper finium reſtitutione Vaſallis præjudicat, & talis ſententia per curſum centum annorum cenſetur ratificata ab univerſitate, & dominum loci. *Hieron. de Mont. in ſuis quæſtionib. q. 26.* ¶ Immittens animalia in paſcua Principis, ipſa animalia perdit. *l. 1. C. de fundis, & ſalt. libr. 11.* ¶ Obſervantia interpretativa multum operatur ad probandum fines locorum, quæ conſuetudo, vel obſervantia longum tempus non requirit. *Menoch. conſ. 21. num. 15. vol. 1.* ¶ Quia tenetur de paſtu pecoris ſui, quia tenetur ſolvere æſtimationem damni, *c. 4. ex. de injuriis.* ¶ Paſcuorum uſus per longiſſimum tempus, an noceat Domino territorii. *Afflict. dec. 290.*

Cap. X. Quæ valeant.

Valet conſuetudo de paſcendo animalia in territorio, aut fundo alieno. *Dec. conſ. 550.* & jus paſcendi præſcribitur ſpatio viginti annorum, quando tale jus acquiritur perſonis, & non prædiis dominantibus. *Cnuv. conſil. 44. n. 4. & 5.*

Cap. XI. Miſcellanea.

In terris cultis, ſeminatis poſt recollectam, paſcua ſunt communia; idem in pratis non clauſis, quia ſi animalia intrent (non data opera) ex ſe ipſis non eſt locus inqueſtæ cum faciant ſecundum earum naturam. *Marc. d. q. 223.* ¶ Communitas alicujus loci eſt fundata de jure communi ſuper paſcuis, & herbagiis abſque exhibitione tituli. *Franc. Marc. q. 209.*

TITULUS DLXXI.

De venatione, piſcatione, metallariis, & metallis.

Cap. I. Qualis ſit.

Venatio militiæ comparatur, & Principes venatione delectantur, venatorque venationem ſomniat. *Gail. obſerv. 66. lib. 2.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Licentia tamen fodiendi alicui conceſſa, intelligitur ſine alterius detrimento. *Hartm. cap. 1.* ubi plene de materia.

Cap. III. Quando ſit permiſſa, & quæ venari poſſint.

Fructus ſylvæ venatoriæ cujus ſint, & utrum communia omnibus venatio ſit, vide plene *obſerv. 68. lib. 2. ejuſdem Gail.* ¶ Cuilibet licet venari, & capere feras damnoſas, exceptis aliquibus temporibus: item cuilibet licet piſcari in aquis, & fluminibus publicis, *vide antiq. conſtitutio. Sabaudiæ. titul. de venatio. & piſcat. lib. 3.* ¶ Jus piſcandi, & venandi competit jure Naturali, & non poteſt prohiberi, niſi alicui ſit jus quæſitum in certo loco ex longa conſuetudine, vel privilegio. *Dec. conſ. 271.* ¶ Piſcandi jus poteſt competere ex longo uſu. *Dec. ibid. n. 14.* ¶ Dominus agri non poteſt agere contra venatorem, qui aliquid accepit in ſuo agro ad tradendum illud quod accepit eo invito: ſed tantum competit actio injuriarum. *Natt. conſ. 375. num. 6. Rol. conſ. 9. volum. 2.* ſecus ſi fuerit facta inhibitio per Judicem. *Rol. d. conſilio in fine.* ¶ Licitum eſt cuilibet aucupari, venari volucres, & beſtias feras, tam in publico, quam in privato, tam in ſuo, quam in alieno fundo, poteſt tamen dominus fundi prohibere ingredientem venandi cauſa excepta venatione animalium, quæ damnum inferre poſſunt. *Hartm. cap. 7. tit. de ſervitutib. libr. 2.* ¶ Venatio nobilibus eſt permiſſa; non autem ruſticis, præter ad lupos, & apros, & urſos. *idem Marc. d. quæſt. 303.* ¶ Venationis quot genera ſint, & an ſit Clericis permiſſa venatio, *Marc. q. 529.* ¶ Tres ſunt ſpecies venationis, & venatio, quæ ſit in ſylvis, & ſaltibus occidendo feras, vel aves ſui natura regulariter eſt permiſſa, ſed quando Clericis ſit interdicta. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 413.* ¶ Licet jus piſcandi ſit commune in flumine; tamen hoc limitatur ſex in caſibus, de quibus, *vide per caſſa. in conſuetud. tit des foreſtz. Rubr. 13. §. 2. gloſſ. 1. num. 22.* ¶ Facultas piſcandi in mari, licet omnibus competat; id tamen verum eſt, niſi alicui ſit jus quæſitum ex longa conſuetudine, vel privilegio. *Rol. conſ. 5. num. 69.* ¶ Quia portus, & flumina omnia publica ſunt, jus piſcandi omnibus commune eſt: fallit in caſibus, de quibus *vide per Hartm. cap. 3. titul de ſervitutibus.* ¶ Non licet in privato flumine, vel lacu, aut ſtagno piſcari. *Boer. d. deciſ. 352.*

Vel non.

Barones non poſſunt prohiberi piſcari in ſuis terris, niſi aliter ſervetur de conſuetudine, *Guid. Pap. q. 514.* imo ſecundum Boer. piſcationes ſunt Domini loci; ſed an poſſint præſcribi, *vide Boer. deciſ. 352.* ¶ Venari in alieno territorio ſine guarena non licet, niſi urſos, apros & lupos, *Guid. Pap. q. 218.* imo licet, niſi Dominus territorii prohibuerit. *Franc. Marc. qu. 303. vide qu. 529.* ¶ Columbos capere in columbario alieno, furtum eſt. *Marc. dict. quæſt. 303. & quæſt. 529.*

Cap.

Cap. IV. Quando prohiberi poſſit, vel non.

An venatio, vel piſcatio cum ſit de jure gentium poſſit prohiberi, *vide Grumma. deciſ. 67. num. 2. & 9. Franc. Marc. q. 529. Vinc. de Franc. deciſ. 158.* negativam tenet *Cruv. conſ. 314. & 317. Nat. conſ. 395.* & *604. Rol. conſ. 9. vol. 2. Dec. conſ. 197. & 271.* Princeps tamen ex cauſa poteſt venationem prohibere. *Natt. conſ. 604.* ¶ Venatio dum prohibetur ſubditis per dominos dicitur illia fieri injuria, quare datur cautela, ut id prohibeant per banna pœnalia, & ſi non contradicant, ſed abſtinendo, à venando Domini conſtituuntur in quaſi poſſesſione prohibendi. *Grum. dec. 67. Franc. Marc. q. 529.* & econtra datur cautela ſubditis, ut à tali banno reclament *Grum. d. dec. 67. num. 14. Marc. q. 529.* ¶ Communitas ex præſcriptione poteſt ſibi jus prohibendi de non vanando acquirere, *Dec. conſ. 197.* ¶ Venationem ſubditis ſupremus Princeps prohibere poteſt, & quid in vaſallis, & in eia quando regula negativa locum non habeat. *D. Gaſp. Theſ. q. For. Quaſt. 22. lib. 2.* ¶ Conſuetudine quis acquirere poteſt, ne aliquia poſſit piſcari in flumine, quando ille ſolua piſcatus fuerit pluribus annis, & alios prohibuerit ſciente, & non contradicente populo. *Rol. conſ. num. 68.* ¶ Jus venationis ſeu piſcationis non poteſt prohiberi, niſi tale jus eſſet præſcriptum percipiendi annuum cenſum. *Cruv. conſ. 314.* vel aliter conventum eſſet ex tranſactione. *Cruvet. conſil. 317.*

Cap. V. Quæ, quibus acquiruntur.

Servitua venandi eſt diſcontinua, quia facta, ſeu actus hominis ſunt diſcontinui, ideo non præſcribitur, niſi tanto tempore, cujus initii memoria non extet in contrarium. *Gail. obſerv. 66. lib. 2.* ¶ Venandi jua acquirit quis præſcriptione, ſi prohibeat alios ire venatum, qui per tempus commodum ad præſcribendum dictæ prohibitioni acquieverit. *Natt. conſ. 522. & 523.* nam jus venandi inter ſervitutes prædiales cenſetur eſſe. *Hartm. c. 4. tit. de præſcriptionibus.* ¶ Mineræ ſunt ad exemplum theſauri, & inventoribua propterea acquiruntur. *Cruv. conſ. 209.* ¶ Metalla in loco privati inventa ſunt ipſius privati, niſi quoad decimam, quæ debetur Principi. *Afflict. dec. 321.* ¶ Licet prædium alterius ingredi non liceat invito domino, tamen metallarii de publico deputati, poſſunt ingredi alienum fundum, & data opera metalla quærere, etiam invito domino. *Hartm. c. 1. titul. de ſervitutib. lib. 2.* ¶ Servitus juris piſcandi, quid, & quomodo acquiritur. *Hartm. tit. de ſervitut. c. 4.*

Cap. VI. Quæ valeant.

Si Dominua faciat ſtatutum, quod nullua poſſit venari in aliquo loco, non valet tale ſtatutum, niſi interveniat conſenſus eorum, quorum intereſt. *Hartm. c. fin. tit. de ſervitutib. lib. 2. poſt Dec. conſil. 410. part. 5.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Jus venandi ſervitute conſtitutum inter ſervitutes reales numeratur; ideo tranſit ad hæredea, ſed quomodo probetur hæc ſervitus, *vide And. Gail. obſer. 66. lib. 2.* ¶ Rex an poſſit dare licentiam quærendi metalla in fundo alieno invito domino, *vide Afflict. deciſio. 321. numer. 6.* ¶ De jure venandi, & de ſylva venatoria, & an dominis ſylvæ ſervitutem venandi deteriorem facere poſſit, *Gail. obſerv. 67. lib. 2. ejuſdem.*

TITULUS DLXXII.

De viis, & itineribus publicis, & privatis.

Generalia.

DE ſervitutibua itinerum, & viarum, *vide ſupra tit. de ſervit. ruſtic. prædio.* ¶ De refectione viarum, *vide infra tit. prox.*

Cap. I. Via, quæ dicatur.

Via publica numeratur inter regalia: ideo claudens illam poteſt puniri. *Marc. q. 672. part. 2.* ſed quæ dicatur via puclica: quæ privata, & de materia, *vide in tit. ff. ne quid in loco publico.* ¶ Illa dicitur via publica, quæ à publico incipit, & ad publicum definit. *Vincent. de Franc. deciſion. 142. num. 3.* ¶ Via publica militans, vel regalis dicitur, & viæ publicæ inter regalia annumerantur. *Marc. quaſt. 336. num. 17. & 18.*

Cap. II. Qualis ſit.

Via publica privatorum eſt, licet proprietaa ſit publica. *Marc. qu. 593.* ¶ Inter iter publicum, & privatum illa eſt differentia, quia iter publicum non habet exitum, neque clauditur; ſecus in privato. *Marc. q. 661. part. 2.* ¶ Viæ publicæ uſus communia eſt, & via publica eſt impræſcriptibilis. *Marc. q. 385.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Viæ an ſint publicæ, & qualiter intelligãtur, & an poſſint auctoritate ſuperioris tolli, *vide Bart. in §. littorum, inſtit. de rerum diviſio.* ¶ Verbum, iter, appellatione ſtratæ, ſeu viæ comprehenditur. *Vincent. de Franc. d. 142. num. 5.*

Cap. IV. Quæ requiruntur.

Via publica ad hoc, ut mutari poſſit, quæ requirantur. *Marc. q. 592.* ¶ Quid requiratur ad hoc, ut quis dicatur in quaſi poſſesſione ſervitutis itineris, ut obtineat in poſſeſſorio. *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque privato.*

Cap. V. Quæ probentur, præſumantur.

Ad probandam viam eſſe publicam non ſufficit probari per teſtes, quod publice itum fuerit per omnes, & per longum tempus. *Math. Matheſ. ſing. 92.* ¶ Viam publicam conſtruendi facultatem, qui dare poſſint, & via publica, ut probetur non ſufficit probare, quod publice eatur, niſi & ſolum publicum eſſe probetur. *Marc. q. 593.*

Quæ præſumantur.

Ne agatur, vel eatur per fundum privati, dominua in dubio ſemper vetare præſumitur. *Marc. q. 336. numer. 10.*

Cap. VI. Quando prohiberi non poſſit.

Tranſitus innoxius nunquam denegandus, etiamſi quis velit tranſire cum axercitu; alias poteſt vis adhiberi, & bellum indici ut habeatur, quando juſta & neceſſaria cauſa ſubeſt, *Nat. conſ. 642. num. fi.* ¶ Via publica omnibus eſt libera, & nemini prohibita: ideo nemo poteſt prohibere, ne quis vadat ad diſtrictum alterius. *Hartm. c. 5. tit. de præſcriptio. lib. 2.*

Cap. VII. Quando mutari poſſit, vel non.

Viæ, & itineris locum ex cauſa mutari poſſe, ſcribit *Marc. qu. 596.*

Vel non.

Viæ publicæ non niſi cum Principia conſenſu alterari debent. *Marc. q. 336. n. 19.* ¶ Via publica neque mutari, neque claudi ſine Principis, vel alterius (cui debetur) poteſt. *Marc. ib. n. 15. & q. 595.*

Cap. VIII. Qui, & quæ facere poſſit.

An pro commutatione viæ publicæ in alium locum prædiorum privati, debeat fieri recompenſa de publico, ſeu à Principe. *Marc. q. 339.* ¶ Cloacam facere, qua via publica deterior fiat memini licet, neque in eam aliquid fœtidum, aut turpe emittere. *Franc. Marc. qu. 497. n. 12.* ¶ Via publica uti communis non poteſt præſcribi. *Franc. Marc. q. 216. n. 5.* ¶ Via publica occupata, per vicini fundum tranſire licet. *Marc. q. 336.* ¶ Via privata, an ſit menſuranda in locatione, *Ioan. Pet. Surd. deciſ. 42.*

Vel non.

Non licet alicui ſuper via publica de domo ſua in aliam domum ſuam facere pontem, ſine Principis auctoritate.

Digitized by Google

ritate. *Henric. Boer. in ſuis ſingularibus tit. auctoritas, n. 10.* ¶ Scalam, aut gradus ſuper vicum, aut carreriam facere etiam in ſuo (ſi viæ publicæ noceret) nemini licet. *Marc. q. 593.* ¶ Urinam, immundiciaa, & vinum putridum in viam projicere, prohibitum eſt. *Marc. q. 483. part. 2.* ¶ Etiam per Principis reſcriptum non licet occupare locum publicum ædificando contra decorem faciei Civitatis, nec allegari poteſt præſcriptio. *l. 5. C. de oper. publ.* ¶ Quis non poteſt uſurpare portum, vel porticum publicum ſine Principia licentia. *l. 19. C. de oper. publ.* ¶ Pontis partem in alieno territorio extendere, ſive manumittere inconſulto territorii Domino, nulli licet. *Marc. q. 582. part. 2.*

Cap. IX. Ad quæ teneatur.

Si vendo tibi fundum, non videor vendere acceſſum ad illum, nec cogor tibi pretio vendere. *Capic. deciſ. 187. num. 10.* ¶ Vicinua cogitur vendere juſto pretio vicino viam ad fundum ipſius, ſi non poteſt alibi illam habere: ſecus ſi alibi poſſet habere, licet ſit ſibi prolixior, & remotior. *Boer. deciſ. 322. vide tamen ibid. & Joan. Pap. lib. 14. titul. 1. arreſt. 3.* ¶ Viam publ. fluminis impetu, aut ruina deperditam vicini præſtare tenentur: idem in foſſatis Civitatis, nec tunc ſolvitur pretium à fiſco, ſecus tamen eſt via privata, quia tunc debet ſolvi ab illo, qui petit ſervitutem. *Franc. Marc. quaſt. 596.*

Cap. X. Actio quando detur, vel non.

Ne quid fiat, immittaturve in via publica, aut itinere, quo deterior fiat datur interdictum, de quo per *Joan. Criſp. in tract. termino. Actio. n. 45. poſt volumen Jaſ. de actio.* ¶ Itam competit interdictum de itinere actuve privato illi, qui per fundum alteriua ad fundum ſuum habet iter, vel actum cumiverit, ſaltem per 30. dies in anno. *ib. num. 69.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Via publica deſtructa ſuccurritur, Reipub. quia Judex præcipit fieri viam per fundum vicini. *Guid. Pap. q. 444. num. fin. & Boer. deciſ. 322. num. 9. Franc. Marc. qu. 336.* ¶ Viæ vicinales ſunt privatorum perſonarum: ideo jus congrui non impeditur, ubi eſt via vicinalis, in medio duarum terrarum. *Afflict. deciſ. 62.* ¶ Via privata ſi fiat in fundo vicino à prætereuntibus pretium ſolvendum eſt, ut quando fit in agro proximiori propter neceſſitatem. *Marc. quaſt. 336. num. 3. & 9.* ¶ Paſſagium ſi debeatur alicui ponti, qui fuerit deſtructus, & poſtea mutatus, ac revocatus, an idem paſſagium debeatur novo ponti tanquam loco primi ſurrogato. *Jaſ. de actio. in §. fuerat. num. 10.*

TITULUS DLXXIII.

De via, & itinere publico, privatove reficiendo.

Cap. I. Quando, & à quibus reficienda.

MUnitio viarum, & aggerum debet fieri expenſis poſſeſſorum pro quantitate patrimonii. *l. fi. C. de immunita.* nemini concedenda. *lib. 10. Aut. Corſ. in ſuis ſingularibus litera. M. ſing. munitio.* ¶ Via publica, vel privata, per quos fieri, vel refici debeat, *vide Bart. in l. 2. C. de immunita. nemini concedenda.* ¶ Vicini poſſunt collectam indicere pro puteo reparando, aut via reficiendo. *Guid. Pap. q. 444.* ¶ Via publica deſtructa refici debet à dominis domorum juxta viam ſitarum, non à Republica, & ſi tales domini non ſunt ſolvendo, tale onus ſpectat non ad Rempub. ſed incumbit aliia vicinis. *Ludov. Rom. ſing. 817. vide tamen l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publico.* ¶ Refectio viarum pertinet ad uſufructuarum. *leg. 34. §. ſi quid. ff. de uſufruct. & quemadmodum quis uta.* & locator, & non conductor debet conferre pro via reficienda. *Guid. pap. q. 444.* ¶ Quilibet debet munire ante domum ſuam; non autem debet fieri munitio de publico. *Bartol. l. 2. C. de immunitate nemini.*

Cap. II. Qui teneatur ad refectionem.

An immunes teneantur ad viarum, pontium refectiones, & eorum inſtructionem. *Roland. conſil. 2. tom. 4.* ¶ Eccleſia tenetur conferre pro refectione pontium, & viarum. *l. 7. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* nam Eccleſia habet immunitatem à ſordidis, & extraordinariis muneribus, exceptis his, quæ pertinent ad refectionem itinerum, viarum, & ſimilium. *§. ad hac Authen. de Eccleſiaſt. tit.* ¶ Ad murorum reparationes, an Clerici, & quando teneantur. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſent. proviſio. art. 3. gl. 7.* ¶ Illi, qui habent prædia prope vias, debent illaa reparare. *Fran. Marc. q. 593. num. 6.* ¶ Ad quos pertineat reparatio viarum publicarum, & privatarum, habemus in hac patria decretum, de quo *in antiq. conſtitutio. Sabaudia titul. de reparatio. & manutentio. viarum lib. 2. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des juſtices Rubr. 1. gloſſ. 2. fol. 59. Marc. de Mant. ſing. 162.* ¶ Ad constructionem aquæductus, vel portus, ſeu murorum refectionem quilibet conferre tenetur, non obſtante dignitatis privilegio. *l. 6. C. de oper. publ.* ¶ Qui vias publicaa munit ad privatam utilitatem ſatiſdare tenetur de damno infecto; ſecus ſi ad publicam. *leg. 31. ff. de dam. infect.* ¶ Inſtructio viæ publiaæ, pontium, & ſtratarum inter ſordida munera non numerantur, & ideo nemo excuſatur ab ea. *l. 4. C. de privilegiis dom. Aug. lib. 10. Azo. in ſumma tit. C. de oper. publ.*

Cap. III. Miſcellanea.

Viarum munitiones non perſonæ, ſed locorum munera ſunt. *l. 14. §. viarum. ff. de muner. & hono.* ¶ Ut liceat reficere viam publicam, vel iter publicum datur interdictum, de quo per *Jo. Criſp. de Mont. in ſuo tr. termino. act. poſt volumen Jaſon. de actio. num. 51.* ¶ Legatum incertum ad viæ refectionem factum valet, de quo *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 188.* ¶ Sententia lata, ut pona, vel iter reficiatur, executioni mandatur non obſtante appellatione, quia in his regulariter periculum eſt in mora, *Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitut. Reg. tract. de ſentent. proviſio. artic. 3. gloſſ. 7.* ¶ Via ubi penitus eſt extincta, de agro vicino fit via publica, & quando eſt ad tempus inacceſſibilis, poteſt per fundum vicinum iri etiam invito domino, & prohibente. *Natt. conſ. 642.* ¶ Si vi fluminis via publica amiſſa ſit, vicinua proximua viam præſtat, ſoluto pretio fundi. *Rot. Avenio. deciſ. 127. num. 4. in deciſ. diverſ. Tom. 3. fol. 121.* ¶ Vide de materia, *ſupra tit. prox.*

TITULUS DLXXIV.

De fluminibus, & aqua.

Generalia.

DE fluminibus, & aquæductu, *vide per Marc. q. 111. par. 2.*

Cap. I. Quæ dicantur.

Flumina publica quæ dicantur, & quæ privata. *Mar. q. 344. part. 2.* ¶ Rivus appellatur para fluminis, & eſt juris publici, & non procedens à flumine, ſed à fontibus, vel aliis venis, quando ſit publici, & quando privati juris. *Bart. in tract. de inſula §. & alia.* ¶ Flumina privata dicuntur, quando non currunt ſemper. *Mar. q. 416. num. 9.*

Cap. II. Qualia ſint.

Aquæductus publici, ſi tranſeunt ad locum privatum, debent habere latitudinem 15. pedum, ſi per publicum decem. *Bartol. in l. 1. C. de aquæductibus libr. 10.* ¶ Poſtquam aqua ingreditur territorium alicujus Domini loci eſt privata, & publica, vel communis, quia per

privata

privata territoria, vel locum diſcutrit. *Boer, decif. 552. num. 5.* ¶ Quando rivus non eſt perpetuus, nec continue fluvit, tunc non dicitur publicus; ſed privati juris, & ejus dominium ad eos pertinet, qui ab utraque parte ipſius rivi prædia poſſident. *Cravet. conſ. 204. n. 3. & 17.* ¶ Principem aquam habere venalem execrabile, quia aquæ publicæ uſus omnibus eſt communis. *Marc. q. 560.* ¶ Torrentia, ſeu foſſata agrorum, cur privata ſint. *Bartol. in tract. de flum. num. 3.* ¶ Foſſata poſita in confinio duorum prædiorum communia ſunt. *Bartol. ibid. num. 3.* ¶ Fluminum publicorum communis eſt uſus; ſicuti viarum publicarum, & litorum: ideo in his licet cuilibet ædificare, & deſtruere, dum tamen hoc ſine incommodo cujuſque fiat. *l. 24. ff. de dam. infect.* ¶ Portus, & flumina ſunt publica, ideo in illis jus eſt omnibus piſcandi. *§. flumina, inſt. 1. de acq. rerum domin.*

Cap. III. Quæ attendantur.

In ductu aquarum non ſolum inſpicimus principium aquæ, ſed etiam loca unde decurrit, & meatus unde tranſit, & ſecundum vetuſtiſſimum aquæ decurſum, & ejus qualitatem judicare debemus. *Marc. quæſt. 560.* ¶ In aquæ conceſſione prima conſtitutio eſt ſpectanda, & antiquitati ſtandum in aquis, & aquarum commoditatibus. *Marc. q. 560. num. 4.* ¶ Flumine conceſſo, ripa fluminis non continetur. *Menoch. conſ. 395. num. 28. lib. 2.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Flumina in conceſſione caſtri, & territorii veniunt. *Marc. ibid.* & pertinent (ſi ſunt publica) ad Dominos habentes merum & mixtum Imperium. *Boer. conſ. 24. num. 13.* ¶ Aqua univerſitatis conducta per rugias, & foſſata præſumitur ex oneribus perſonalibus, & non realibus conducta, & acquiſita: ideo ad omnes ſpectat. *Borg. Cavol. decif. 22. part. 2.* ¶ Flumen curſum habens inter duo territoria in dubio commune præſumitur, & utrique Domino territoriorum competit juriſdictio. *Marc. qu. 271. & q. 345. part. 2. vide Boer. conſ. 24. num. 15. Dec. conſ. 244. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des Foreſtz Rub. 13. §. 2. gloſſ. 1. num. 21.* ¶ Poſſeſſio aquarum non præſumitur per rugam, cavamentum, & butellum factum, niſi probetur etiam curſus aquarum. *Borg. decif. 23. num. 116.*

Cap. V. Actio cui, & contra quem detur.

In fundo ſuo ſi quis aliquod opus faciat, propter quod aqua pluvialis nocere poſſit fundo vicini, datur contra eum actio aquæ pluviæ arcendæ. *Boer. conſ. 24. num. 34. vide Caſſa. in conſue. Burg. tit. des Foreſtz §. 1. gloſſ. 2.* ¶ Si quis me impediat piſcari in flumine publico, poſſum experiri contra eum actione injuriarum, ſed ipſe poterit obtinere inhibitionem, ne ingrediar ejus fundum. *l. 13. §. ſi quis. ff. de injuriis*, ſecus tamen eſt in lacu privato, & ſi jus piſcandi fuit conceſſum à Principe. *§. fin. d. l. 13. cum ſeq.* ¶ Quando timetur damnum propter opus manu factum per vicinum, propter quod aqua pluvialis poteſt mihi damnum prædio meo afferre, poſſum contra eum agere actione, de aqua pluvia arcenda, de qua *vide per tot. tit. ff. de aqua plu. arc.* & tunc cogitur opus faciens illud deſtruere, *vide Petr. de Raven. ſing. 864. & 865.* ¶ SI per publicum locum rivus aquæductus privato noceat, datur actio ipſi privato. *l. 5. ff. ne quid in loco publico.* ¶ Ne quid fiat, immunitaturve in flumine, ripave ejus, quo navigatio deterior fiat, datur interdictum, de quo per *Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. terminu act. poſt volum Jaſ. de actio. num. 48.* ¶ Ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo aqua aliter fluat, quam priori æſtate fluebat, datur aliud interdictum. *ib. n. 53.* ¶ Pro aqua quotidiana competit interdictum illi, qui per fundum alterius ſaltem uno die vel nocte in anno retro aquam duxit ad fundum ſuum, tunc ſi impediatur, datur hoc interdictum, *ibid. num. 71.* ¶ Interdictum, de aqua æſtiva pertinet ad eum, qui per fundum alterius uno die, vel nocte in æſtate retrodusit aquam in fundum ſuum, ut non poſſit prohiberi. *ibid. n. 72.* ¶ Item, de aqua ex caſtello ducendo competit ei, qui habet jus ducendi aquam ex caſtello, id eſt, loco ubi in publico aqua recipitur, vel rivo, vel alio loco, *ibid. num. 71.* ¶ Item pro rivis purgandis competit aliud interdictum *n. 74.* item, ut liceat uti fonte *n. 75.* & pro fonte reficiendo, *n. 76. ibid.*

Cap. VI. Quis, & quæ facere poſſit, vel non.

Clauſula molendini per agrum alterius habens, poteſt ibi terram & lapides capere ad clauſam recuperandam, *Marc. de Mant ſing. 481.* ¶ An ſuper rivo, qui ſit alterius jure ſervitutis, vel dominii, liceat alteri facere arcam, vel pontem cauſa aquæ ducendæ ad ſuum molendinum. *Auguſt. Ber. q. 65.* ¶ Qui ex conſuetudine, vel privilegio habet poteſtatem conſtruendi ſtagnum, debet hoc facere citra præjudicium prædiorum vicinorum. *Boer. conſ. 24.* ¶ Rivus non navigabilis, nec alium faciens navigabilem non dicitur de regalibus; ideo licitum eſt unicuique ex tali rivo aquam ducere ad prædia ſua, *Crav. conſ. 124. n. 5.* vel ad aliud opus *Crav. conſ. 204. & Dec. conſ. 244.* ¶ Navigandi jus in flumine publico omnibus permiſſum eſt, nec prohiberi poteſt, tamen privatus in ejus territorio navigationem, & piſcationem prohibere poteſt, attenditur nihilominus ſuper jure navigandi, & piſcandi conſuetudo. *Marc. q. 38. p. 2.* ¶ Navigare, & piſcari in flumine publico omnibus licet *Marc. ibid.* ¶ Manuteneri quis debet in quaſi poſſeſſione aquæductus, licet ſolum ſemel in anno fuerit uſus: Idem in aqua fontis. *Marc. q. 588.* ¶ Aqua ingreſſa territorium alicujus, ei licet de ea facere pro libito. *Dec. conſ. 244.* ¶ Idem ſi ſit ingreſſa prædium meum, nam poſſum irrigando meum eſiccare prædium vicini, *Joan. Anton. Trigo. ſing. 34. Periluſt. D. P. Theſſaur. decif. 245.*

Vel non.

Immunditiæ in fluminis ſummitate lavari non debent, in præjudicium inferiorum vicinorum. *Marc. q. 563.* ¶ Aggeres in proprio fundo ſtruere non licet, quibus aqua pluvia non ſolum à ſoluto curſu avertitur, ſed etiam in fundum inferiorem cum magno illius fundi detrimento, immittitur. *Menoch. conſ. 393. n. 28. l. 4.* ¶ Quando aliquid in fluminibus, ut noceat alteri, quid juris. *Bartol. in l. quo minus. ff. de fluminibus*, ubi etiam de aqua molendinorum, de quibus etiam *vide infra tit. de molendinis.* ¶ Naturalem curſum fluminis mutare non licet, niſi muniendo ripam ſi quis prædio ſuo conſulat, ſine magno incommodo vicinorum. *l. 1. Cod. de alluvionibus.* ¶ Pontem ſuper flumine facere inconſulto Superiore non licet. *Marc. qu. 347.* neque illum manumittere ad aliam partem inconſulto Domino. *ibid. q. 482.* ¶ Arcus aquæ ducendæ cauſa ſuper loco, in quo alteri ſervitus itineris debetur, illo invito jure non fit. *Auguſt. Bero. d. q. 65.* ¶ In rivo non poteſt ædificari ſine licentia univerſitatis habentis juriſdictionem. *Crav. conſ. 204.* ¶ Si quis in fluminis publici diverticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit alterum eodem jure uti prohibet. *l. 7. ff. de diverſ. & tempo. præſc.*

Cap. VII. Quæ cujus ſint.

Agri inundati alvei mutatione, ad priores dominos revertuntur. *Marc. qu. 270. part. 2.* quia flumina Cenſitorum vim habet, *ibid.* ¶ Pedagium, quod ſolvitur pro tranſitu pontis, cujus ſit, *q. 350. ibid.* ¶ Aquarum decurſus ſunt Domini loci, & poſſunt albergari tanquam de regal. quod eſt verum, quando tales rapinæ portant ædificia, ut pro molendinis batitoriis, vel aliis ſimilibus; alias ſecus. *Marc. q. 562. part. 1. qu. 500. ejuſdem part. 2.* ¶ Flumina in particulari ſunt earum Civitatum, per quarum territorium tranſeunt. *Mar. qu. 345. part. 2.*

¶ Pons

Digitized by Google

¶ Pons poteſt eſſe unius, & flumen aquarum alterius, *Joan. Pap. lib. 6. tit. 10. arreſt. fin.* ¶ Littora fluminum publicorum quoad proprietatem illorum ſunt, quorum prædiis adhærent, licet uſus communis ſit. *Marc. q. 591. num. fin.* ¶ Aqua videtur eſſe illius, cujus eſt locus. *Dec. conſ. 373. volum. 2.* ¶ Flumina ſunt Principis quoad proprietatem, ſecus quoad uſum. *Franc. Marc. q. 385. & ſeq.* ideo fluminum publicorom uſus primo occupanti conceditur, in parte tantum occupata. *idem Marc. quaeſt. 416. & qu. 38. part. 2.* ¶ Flumina Regni ſunt Regis, flumen tamen licet perenne, privatum eſſe poteſt, *Afflict. d. deciſ. 388. & Vinc. de Franc. deciſ. 183.* ¶ Aquæ, & flumina publica non navigabilia exiſtentia, vel tranſientia in territoria alicujus Domini. *Boer. deciſ. 352.* quia dicuntur de regalibus Principis. *Marc. q. 40. & 386.* ¶ Flumen mutato alveo, ſi in priſtinum alveum redeat, an prior Dominus jus portus, vel pedagii recuperet. *Marc. q. 79.* ¶ Aqua pullulans, & otiens ex loco ſuperiori, & deſcendens ad locum inferiorem, dicitur eſſe domini loci ſuperioris, & poteſt illam divertere ubi vult, niſi inferior immiſerit in alveum, *Borgn. dec. 23. num. 13. Marc. q. 562. vide Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 245. facit. l. 22. ff. de aqua. pluv. arcen.*

Cap. VIII. Aqua quando concedi poſſit, vel non.

Quando pluribus jus hauriendi aquam conceditur ſimul, ille hauſtus debet dividi inter eos, pro modo, & arbitrio Judicis. *Anton. Corſ. in ſuis ſingularibus litera A. ſing. aqua. Bartol. in l. 5. C. de aquaeduct. lib. 11.* ¶ Alveus novus efficitur publicus, ſicut eſt ipſum flumen; vetus vero dominis fundorum propinquorum conceditur, idem de novo alveo, ſi flumen in antiquum redeat, ſed inundatio fluminis non mutat dominium fundi. *§. quod ſi naturali. inſtitut. de acquir. rer. domin.* ¶ Domini fundorum, ubi oriuntur fontes, poſſunt concedere aquam; tamen in hac conceſſione requiritur conſenſus illorum, qui exinde habent utilitatem, & ubi fontes eſſent in fundo privato, requiritur conſenſus univerſitatis, & pariter illorum, per quorum prædia ſit tranſitus aquæ, imo requiritur etiam conſenſus Domini loci propter tranſitum, *idem Marc. q. 561.* ¶ Servitutem aquæductus habens, an poſſit eam alii concedere, *gloſſ. l. 4. C. de ſerv. & aqua.* ¶ Aqua, quæ ingreditur fundum meum, poteſt à me concedi ad libitum alteri. *Dec. conſ. 373.* ¶ Aquæ fontium, quæ Reipub. uſui ſunt albergati, vel particulari concedi non poſſunt, niſi cum expreſſa & ſpeciali derogatione. *Marc. q. 561.*

Cap. IX. Quando duci.

Aqua ex flumine publico debet duci ſervata antiquitate, & nihil in præjudicium poſſeſſorum antiquorum eſt innovandum. *Bartol. in l. 11. C. de ſerv. & aqua.* ¶ Aquam certo modo ſuper alieno ſolo ducendi jus habens, cauſa majoris utilitatis ſine præjudicio domini, poteſt illam alio modo ducere. *Bartol. qu. 65. numer. 2.* ¶ Aquam in novum molendinum ſupernum duci quando poſſit non obſtante prohibitione domini molendini inferioris, & quando non, *Afflict. deciſ. 388. n. 11. Vinc. de Franc. deciſ. 183. & Bartol. in l. 1. §. & ſi vicinus. ff. de aqua pluv. arc.* ¶ Molendina conſtruere, & aquam ex flumine publico ducere, an, quomodo, & quando liceat, *vide Franc. Marc. q. 40. num. fin. part. 1. & q. 384. & inf. tit. de molendinis.*

Vel non.

Ex fundo alieno non poteſt duci aqua, niſi domino volente. *l. 4. & 6. C. de ſerv. & aqua.* ¶ Sine permiſſione ejus, cui ſervitus prius fuit conceſſa (quando hæc ſecunda conceſſio priori foret nociva) non poteſt de eodem fonte aqua duci, *ibid. d. l. 4.*

Cap. X. Quando diverti poſſit, vel non.

Alveus propter enorme damnum diverti poteſt, *Marc. q. 544. p. 2. nu. 5.* ¶ Licet divertere aquam pluvialem una cum aqua quotidiana per aquæductum conceſſum à Principe, maxime ſi ita ſe habeat conſuetudo. *Menoch. conſil. 43. vol. 1.* ¶ Fontem ex alterius fundo avertere venas aquæ in ſuo incidendo, unicuique licet. *Aud. Gail. obſerv. 69. libr. 2. n. 12.* ¶ Aquam diſcurrentem de publico per agrum meum, an poſſim contra veterem conſuetudinem divertere, *Dec. conſil. 244.*

Vel non.

Aquam neceſſariam quis non debet alteri auferre. *Marc. q. 588.* ideo ex quo aliqui conſueverunt uti aqua aliquorum fontium pro eorum uſu, debet ſervari conſuetudo, & noo debet diverti curſus aquæ ſecundum quod erat in æſtate præcedenti. *Marc. qu. 588. num. 14. vide q. 589.* ¶ Aqua per ſe defluens non inducit conſuetudinem, aut poſſeſſionem, & natura agri eſt ſervanda, ut ſemper inferior ager ſuperiori ſerviat, & qui recipit aquæ in commodum, recipere etiam debet commodum aquæ fluentis, quæ non poteſt à ſuperiori retineri. *idem Marc. q. 589.* ¶ Aquæ curſus immutari non debet in præjudicium alterius. *Cruv. conſ. 124. numer. 8.* ¶ Fluminis curſum naturalem ad alium divertere locum opere manu facto, eſt prohibitum. *Guliel. Caſſad. deciſ. 1. de acqui. & rer. dom. Franc. Marc. q. 559. & 589. & 597.* tamen flumen ne inundet munitiones, & aggeres facere licet. *Marc. q. 112. part. 2. infr. tit. ſeq.*

Cap. XI. Quando uti poſſit.

Quis poteſt aqua ſui molendini poſt ejus uſum ad libitum uti, licet alteri noceat. *Dec. conſ. 244.* ¶ Aquam fluentem à molendino unius, non poteſt alius eam excipere eo invito. *Dec. conſ. 244. nu. 6. vide tamen Joan. Ant. Trigo. ſing. 35.* ¶ Quando Civitas, vel municipium ex flumine publico utitur aqua ad molendinum, nunquid particulares ipſius Civitatis, vel municipii poſſunt divertere aquam ex d. flumine, ad irrigandum eorum prata, *Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des foreſts. rub. 13. §. 2. gloſſ. 1. num. 5.* & flumen privatum, quid ſit, *num. 8.*

Cap. XII. Quando hauriri poſſit.

Quando habentes molendinum, vel prædia in loco ſuperiori divertunt aquam in præjudicium eorum, qui habent molendina in loco inferiori, quid juris; *Caſſad. ibid. num. 8.* ¶ Hauriri aquam in fonte vicini, non niſi cum ipſius voluntate licere habetur. *Marc. qu. 562. num. fin.*

Cap. XIII. Qua, quibus acquiratur, vel non.

Servitus ducendæ acquiritur ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, & concurrentibus ſcientia, & patientia illius, contra quem acquiritur ſervitus, *Cravet. conſ. 204. num. 3.* ¶ Qualiter acquiratur jus ducendi aquam per prædium alienum, & poſt jus quæſitum qualiter dominus prædii ſervientis debeat pati, ut illi, qui habet talem ſervitutem illa utatur. *Papon. lib. 14. titulo primo arreſt. 8. & 9.* ¶ Servitus aquæ ducendæ quanto tempore quæratur, *vide Marc. q. 559. & ſupra tit. de ſerv. ruſtic. prædio.* ¶ Jus aquæ ducendæ conſuetudine quæri poteſt, & ſufficit allegare titulum, ut tale jus præſcribatur. *Marc. q. 559.* ¶ Servitus aquæ ductus acquiritur, ſi ex publico ducatur per ſpacium tempus, cujus initii memoria hominis non extet in contrarium, ſi ex privato flumine, quando eſt aqua quotidiana, acquiritur per decennium. *Franciſc. Marc. q. 590.* & requiritur, ut quis credat ſe uti bona fide, & vetuſtas habet vim legis. *Marc. ibid.* nam bonam fidem, & uſum in aquæ ductus ſervitute probare neceſſarium eſt. *Marc. q. 591.* recurritur etiam ſcientia, & patientia adverſarii. *ibid.* ¶ Poſſeſſio faciendi cluſas in rivo non perditur ex eo, quod cluſæ perierunt, quia aliæ fieri poſſunt, & ſi quis fuerit ſpoliatus hoc caſu ſua poſſeſſione

ſione, quam habuit per paucos dies, reintegrari debet. *Cravet. conſil. 124.* & poſſeſſio ſervitutis aquæ acquiritur ex eo, quod ſemel quis aqua ſit uſus. *Cravet. ibid. num. 7.* ¶ Aqua ſcaturiens in fundo meo, licet fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquiſitum jus vicino, ut non poſſim ſibi impedire curſum dictæ aquæ. *Roland. conſil. 53. volum. 2. num. 26.* ¶ Poſſidens aquam vivam in ſuo, vel aliam ibid. conductam, non dicitur perdere poſſeſſionem, licet eam ad inferiora loca diſcurrere permittat, nec inferior dicitur acquirere aliquam poſſeſſionem. *Borg. deciſ. 13. num. 113. part. 3.* ratio, quia poſſidens aquam in inferiori loco deſcendentem à loco ſuperiori, dicitur poſſidere jure familiaritatis, & facultatis; & non ſervitutis, & dominii. *ibid. Borg.*

Cap. XIV. Qui effectus producant.

Flumen quando alveum mutat, acceſſio nova dicitur, *Marc. quæſtion. 112. n. 5.* ¶ Aquarum inundatione perditur dominium, & poſſeſſio. *Franc. Marc. quæſt. 79.* ¶ Flumen privatum nihil tribuit per alluvionem; adjicere tamen poteſt ſupponendo. *Bart. in tract. de fluminibus.*

Cap. XV. Quæ non valeant.

Non valet conceſſio ducendæ aquæ in præjudicium alterius, quando ex tali conceſſione quis privatur ſolito uſu aquæ. *Marc. d. quæſt. 559.* ¶ Jus dicendi aquam ad ſuum molendinum habens, an illud perdat, alveo mutato, *vide Bartol. in l. 3. §. ſi aquam. ff. de aqua quot. & æſtiva.*

Cap. XVI. Quando dividatur.

Aqua ex flumine publico ad irrigandum agros ſecundum menſuram agrorum dividitur, niſi alicui aliter eſſet conceſſum. *l. 17. ff. de ſervitut. ruſtic. prædio.* ¶ Diviſio aquæ fit ad menſuram prædii dominantis, non inſpecta partium bonitate, vel neceſſitate. *l. 25. ff. de ſervit. ruſt. prædio.* tamen major utilitas præfertur minori in diviſione aquarum. *Excell. P. Teſſa. deciſion. 245. num. 8.*

Cap. XVII. Miſcellanea.

Remedia quæ competant ratione aquæductus, vel hauriendæ, vel pecorum appulſus, *vide per Marc. quæſt. 560. & 562.* ¶ Præſcriptio non habet locum in his, quæ ſunt meræ facultatis, *vide Excell. P. Teſſa. deciſ. 245. num. 4.* ¶ Aquæ ducendæ ſervitus non præſcribitur, niſi ſpatio, & tempore centum annorum, ſecundum *Vinc. de Franc. deciſ. 183. num. 13. vide Bartol. l. 4. & 9. C. de aquædu. lib. 10.* ¶ Præſes debet cognoſcere de novis rivis in Civitate factis. *l. 2. ff. de var. & extraord. cognit.* ¶ Præſcriptio aquæ ducendæ interrumpitur per obturationem foraminum, ex quibus aqua ducebatur. *Crav. conſil. 134. num. 19.*

TITULUS DLXXV.

De ripa munienda.

Cap. I. Quæ dicatur.

Ripa fluminis non eſt de flumine. *Marc. quæſt. 340. part. 2.*

Cap. II. Quando detur actio, vel non.

Ut liceat ripam fluminis reficere, vel munire datur interdictum, de quo per *Joan. Criſp. de Mont. tract. termino. actio numer. 55. poſt volumen. Jaſ. de actio.* ¶ Edictum, ne quid in flumine publico, ripave fiat, non pertinet ad eum, qui ripæ ſuæ muniendæ cauſa aliquid facit in ripa publica, quod tamen relinquitur arbitrio judicis. *l. 1. §. ſunt autem. ff. ne quid in flum. publ.*

Cap. III. Quæ fieri poſſit.

Flumen ne inundet munitiones, & aggeres facere licitum eſt. *Marc. quæſt. 112. part. 2.* ¶ Licitum eſt in ripa fluminis ſe defendere, & facere reparationes, & defenſiones, dum tamen nihil ædificetur intra alveum fluminis, nec per hoc impediatur fluminis curſus, qui accipitur in medio, ſeu magis profundo, *idem Marc. qu. 270. part. 2.* ¶ Licitum eſt avertere braſſerias æquæ pro reducendo ad matrem fluminis. *ibid. num. 2.* tamen non eſt licitum divertere aquam à ſuo ſolo. *ibid. num. 4.* ¶ Quando quis patitur anorme damnum aggeres muniendo facere defenſiones poteſt, & divertere alveum, etiam alibi, quam aqua fluebat præcedenti æſtate. *Marc. qu. 344. n. 5. part. 2.* ¶ Ripæ fluminum, & ſi publici juris ſint reſpectu uſus, illarum tamen proprietas illorum eſt, quorum prædiis adhærent *Marc. quæſt. 340. & quæſt. 346. part. 2.*

Vel non.

Naturalem curſum mutare non licet, niſi muniendo ripam quis prædio ſuo conſultat, ſine magno incommodo vicinorum. *l. 1. Cod. de alluvio & palud.* ¶ Non eſt licitum ſe appodiare in ripa alterius ibi ponendo aliquid, & ſi hoc fiat, domini (quorum prædiis adhæreret) poſſunt illud evellere propria auctoritate, & ſi ſunt in poſſeſſione, *Marc. qu. 340. & q. 346. part. 2. q. 347. part. 2.* ¶ Opus per quod aquæ curſus deterioratur in flumine publico navigabili, vel non navigabili probibetur. *idem Marc. q. 348. vide ſupra tit. prox.*

Cap. IV. Miſcellanea.

Clauſulæ factæ in flumina publico ſunt dominorum, qui eas fecerunt & in ripa vicini quis non poteſt immittere trabem, pro cluſa facienda ipſo invito. *Bartol. in l. 24. ff. de dam. infect.* ¶ Jus ducendi aquam, an perdatur alveo mutato, *vide Bartol. in l. 3. ſi aquam. ff. de aqua quot. & æſtiva.*

TITULUS DLXXVI.

De molendinis & aliis ædificiis.

Generalia.

De ædificiis privatis, & quando illa liceat demoliri, vel ædificare, & quale ſpatium debeat eſſe de uno ad aliud, *vide tot. tit. C. de ædific. privat. & tit. de oper. pub. ff. & Azo. in ſumma. d. tit. de ædific. privat.* ¶ De ædificiis publicis, *vide tot. tit. C. de ope. pub.*

Cap. I. Quæ requirantur.

Ædificia ſi fiant, vel arbores plantentur juxta domum vel prædium alienum, ſpatium quale relinquendum ſit, *vide quæſtion. 500. ejuſdem Marc.* quid in parietibus, & foveis, *vide ibidem.* ¶ In præſcriptione circa molendina requiritur titulus. *Afflict. d. deciſ. 388. num. 6.* ſed an præſcriptione poſſit quæri tale jus, *vide Natt. conſil. 206. Tom. 1.* quando fuit inhibitum, & inhibitioni non fuit oppoſitum, *vide Boer. deciſion. 125. num. 5. Marc. qu. 123. & qu. 584. part. 2. Rol. conſil. 28. vol. 2. & conſ. 80. vol. 3.*

Cap. II. Qui, & quæ facere poſſit.

Stillicidium habenti, an, & quando liceat in inferioris muri parte oſtium facere, *vide Marc. qu. 499. num. 11.* ¶ Canale ad viam publicam facere ſitne licitum, & ſub gronda, quando juſta privati domum ædificatur ipſo ſciente; & non contradicente, licet muri lineam excedant, deſtrui non debent. *Marc. quæſt. 487. num. 7. & 26.* ¶ In re propria, & multo magis communi admittitur id, quod mihi non nocet, & alteri prodeſt. *Auſt. Bero. quæſt. 26.* ¶ Privato licitum non eſt in domo ſua artem exercere, per quam vicini malo odore circumveniantur. *Marc. quæſt. 433. part. 2.* ¶ Oſtium in muro proprio ſuper ſolo vicini, tantum quantum ſtillicidium protenditur, facere licet. *Marc. quæſt. 24.* & in via publica, dummodo non fiat ad æmulationem, *vide ibid.*

Cap. III. Quando conſtitui poſſit molendinum: furnus.

Subditus poteſt conſtituere furnum, & molendinum in ſolo proprio, licet dominus habeat furnum in loco; niſi eſſet præſcriptum, quæ tamen præſcriptio non incipit currere niſi à die, quo prohibitus quis fuiſſet ab ædificando, & illi inhibitioni acquieviſſet. *Natt. conſil. 227. Tom. 1.* ¶ Licet ob conſtructionem alicujus molendini alteri molendino præjudicium afferatur; tamen hæc non eſt juſta cauſa impediendi molendinum conſtruendum. *Ozaſ. deciſ. Pedem. 17. num. 3. vide Boer. deciſion. 125.* ¶ Molendina ſuper aqua publica conſtruere omnibus licere regulare eſt, modo navigatio non impediatur, & per ſuperiorem prohibitum non ſit. *Marc. d. quaſt. 106. num. 4. vide Fel. conſ. 28. num. 13. Bald. & Alexand. in rub. de rer. diviſ.* qui ſcribunt pro negativa, tamen an licitum ſit in flumine publico, vel ripa molendinum conſtruere Principe inconſulto, *vide eundem quaſt. 386. 316. part. 1. & qu. 348. part. 2.* & ab eo flumine aquam ducere. *quaſt. 500. part. 2.* dummodo aqua revertatur in ipſo flumine, licere ſcribit *Roland. conſilio 79. vol. 3.* ¶ Furnum conſtruere in fundo proprio quilibet poteſt, licet alteri noceat, dum tamen animo nocendi non faciat, & hoc verum, niſi jus prohibendi domino, vel villæ fuiſſet quæſitum auctoritate Principis. *Guid. Papon. quaſt. 298. Boer. deciſ. 125.* tamen tale jus habendi furnum in privato præſcribi poteſt. *Guid. dict. quaſt. 298.* ¶ An in flumine publico, quilibet poſſit ſine conſenſu domini directe molendinum facere. *Rol. à Valle. conſ. 97. Tom. 3.*

Vel non.

Opus inceptum in alio loco debet demoliri, quia cenſetur novum molendinum, & non comprehenditur ſub albergamento antiqui molendini, & quando mutatur clauſa molendini cenſetur novum, & eſt opus nova proviſione, ex quo mutatur locus. *Franc. Marc. quaſt. 567.* ¶ Furnorum, & molendinorum conſtructionem Vaſallus ſubditis ſuis prohibere regulariter non poteſt, Reg. ſcribitur cum ampliationibus, & limitationibus. *per Excell. P. Teſſ. deciſ. 16.*

Cap. IV. ædificari.

Stillicidium habens, ſi ſolum ſubtus ſtillicidium poſſideat, in eo ædificare poteſt, quatenus ſtillicidum protenditur; ſecus ſi non poſſideat. *Marc. quaſt. 499.* ſed vicinus volens prope communem parietem ædificare, an teneatur ſervare formam, & relinquere ſpatium de quo *in l. fin. ff. fin. regun. vide ibid* ¶ Ædificare in publico permittit Princeps, vel conſuetudo. *Boer. deciſion. 320.* ¶ Murum ædificare prope communem licet, modo ſeparari poſſit, *Marc. quaſt. 22.* ¶ Molendinum illicite conſtructum habens, non poteſt prohibere alium ædificantem. *Bart. in l. 1. §. idem. ff. ne quid in loco publico.* ¶ De molendinis ædificandis, vel non, vide plene per *Bartol. in l. quo minus. ff. de fluminib. & Jaſ. ibid.* ¶ In re propria ædificare, & ædificia inſtaurare, & fatta tecta, omnia reddere unicuique pro libito licet. modo id ad alterius æmulationem non fiat. *Franc. Marc. quaſt. 498.* ¶ Molendinum in flumine communi cum altero Domino, an ædificare liceat, *vide And. Gail. obſerv. 69. lib. 2. num. 27.* ¶ Emens ſolum eo pacto, quod ibi non ædificet, ſi ille iterum vendat, an ille tertius ædificare poſſit, *Boer. d. deciſ. 320. num. 7. Franc. Marc. quaſt. 22.* ſed an pactum de non ædificando ſit perſonale, vel reale, *vide quaſt. 482. part. 2.* ¶ Regulariter ædificare quilibet poteſt in ſuo uſque ad Cœlum. *And. Gail. obſerv. 69. libr. 2. Cravet. conſil. 94. Dec. conſ. 21 Hippol. ſing. 154 l. 7. C. de relig. & ſumpt. funer. l. fin. ff. de ſervit. & l 13 ff. de ſervit. urb. prædio.* ¶ Reg. limitatur primo, ſi jure ſervitutis non liceat ædificare in ſuo, vel domum ſuam altius tollere, & acquiritur hæc ſervitus altius non tollendi ſola prohibitione cum lapſu temporis decem annorum. *Andr. Gail. obſerv. 69. num. 13.* ¶ Secundo fallit reg. ſi ſtatuto, vel conſuetudine loci, certus ædificandi modus præſcriptus ſit. *And. Gail. d. obſerv. 69.* ſed qualem originem habere debeat talis conſuetudo, *Boer. deciſ. 125.* ¶ Tertio non procedit Reg. quando ædificatur ad æmulationem, invidiam, & injuriam alterius; ſed quando dicatur quis ædificare ad æmulationem, *Gail. d. obſervat. 69. num. 18. Cravet. conſ. 94. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 156. gl. 1. in l. 3. ff. de oper. publ. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 156.* æmulatio, quando impediat quem ædificare, *vide Boer. deciſ. 320. num. 8. 10. & 13.* verum in dubio præſumitur, quis ædificare ad ſuam utilitatem, & non ad æmulationem, ideo æmulationem alleganti incumbit onus probandi. *Gail. ibid. d. obſerv. 69. num. 30.* nam alter alteri nocere nunquam à jure præſumitur. *Ozaſ. deciſ. 7. num. 7.* ¶ Quarto ædificare non licet in damnum vicini ad occupandum ſolem, ventum & aerem, *vide Magon. deciſ. 6. Rot. Floren.* nam ventum areæ non poteſt vicinus impedire ædificando. *Boer. deciſ. 322. facit. l. fin. C. de ſervit. & aqua.* tamen licitum eſt pro arbitrio ædes tollere, etiamſi ædificans officiat luminibus vicini, & contra ipſam facultatem altius tollendi, & officiendi luminibus vicini præſcriptio non currit, ante diem prohibitionis, etiamſi mille anni tranſierint. *Gomez. Leo. deciſion. 7. in deciſ. diverſ. Tom. 2. facit. l. 26. ff. de dam. infect.* verum licet jure communi feneſtram facere liceat, etiam ſi in domum vicini ex ea habeatur proſpectus, tamen ſtatuto Hiſpalenſi hoc prohibetur in regione illa. *idem Gom. deciſ. 54.* ¶ Quinto ædificare quis non poteſt in ſolo ſuo, quando per tale ædificium via publica deterior fieret. *Cravet. conſ. 94.* ſed in dubio præſtita cautione de damno infecto, quid juris, *vide Cravet. ibidem d. conſil. 94.* ¶ Sexto & ultimo, quis non poteſt ædificare emittendo aliquid in locum vicini, citra jus ſervitutis. *Cravet. d. conſil. 94. de ipſa Reg. cum limitationibus, vide per Hippol. ſingul. 154.* ¶ Eccleſia, vel Monaſterium, an poſſit ædificare, ſi principaliter ædificet, ut aliis noceat, *vide Bartol. in auth. de oper. novi nunc.* ¶ Licet in prædio ſerviente ædificare, ut commode quis poſſit uti ſervitute. *l. 10. ff. de ſervit.* ¶ Si ſocius nomine communi domum refecerit, adſumptus pro rata agere poterit; ſecus ſi nomine proprio ædificaverit. *l. 4. & 5. C. de ædific. privat.* ¶ Sociorum, ſi unus vellet ædificare, an alii compellantur, *vide l. 8. Cod. eod.* ¶ Furnum juxta murum domus vicini ædificare, an liceat, vel facere furnellum in pariete communi, *vide Franc. Marc. quaſt. 22. & 482. part. 2.* ¶ Cuilibet licet ædificare columbarium, ubi columbæ morantur, etiam Domino, & vicino contradicentibus. *Joan. Papon. lib. 3. tit. arreſt. 32.* & plenius *lib. 14. titul. 1. arreſt. 11. & libr. 18. titul. 9. arreſt. 2.* ¶ Creditor, quando poſſit perficere ædificium per debitorem inceptum in re pignorata, *Bartol. in l. 25. ff. de pign. act.* ¶ Ad curatorem Reipubl. ſpectat, ut dirutæ domus à dominis reædificentur. *leg. 46. ff. de dam. infect.* ¶ Furnum poteſt quis ſibi ædificare in ſuo, licet eſſet ſolitus alio ire ad coquendum panem, nec ob id communitas poterit illum privare ſua parte redituum furni communitatis. *Natt. conſ. 325.* ¶ Frater in re communi ædificare non poteſt, & ædificans in re communi cum minore, non poteſt repetere expenſas. *Boer. deciſ. 320. n. 11. & 12.* quid liceat facere in re communi, *vide ſupra titul. communi dividundo.* ¶ Ædificare in ſuo, etiam conſtruendo molendinum nulli prohibitum eſt, niſi obſtet privilegium vel conſuetudo. *Afflict. deciſ. 388.* ſed qualem originem tunc habere debeat conſuetudo, *vide Boer. deciſ. 125.* ¶ Licentia ædificandi molendina in flumine publico, & navigabili pertinet ad Principem, niſi eſſet conceſſum conſuetudine, memoriam hominis excedente. *Marc. quaſt. 417.* ¶ Ædificanti molendinum de

novo

novo in ripæ, opus novum poteſt nunciari ab eo, qui ab antiquo, & ex Principis privilegio molendinum ſub annuo cenſu habet. *Marc. quaſt. 106. part. 2.* ſed quando quis poſſit ædificare molendinum non obſtante privilegio alteri conceſſo, *vide Dec. conſil. 373. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des foreſtz. rub. 13. §. 9. gloſſ. 1.* ¶ Molendinum commune tranſit in reficientem, ſi alius ſocius interpellatus, reficere non curaverit. *Franc. Crem. ſingul. 98.* ¶ In loco publico auctoritate Principis, quis poteſt libere ædificare, ſi ſine alterius damno ædificet. *l. 24. ff. de damn. infect. vide l. 1. & 2. ff. ne quid in loco publico.* ¶ An refectio murorum molendini ſpectet ad dominum an vero ad conductorem. *Roland. à Valle. conſil. 83. Tom. 4.* ¶ An ædificatio in muro communi fieri poſſit, & quando. *Corn. conſil. 78. lib. 4.* ¶ An univerſitas poſſit novum furnum ædificare, & ædificato demoliendus cogatur, & poſſit. *Surd. conſilio 154. libr. 2.*

Vel non.

Quilibet in ſuo facere poteſt, quod vult, dummodo principaliter fiat, ut ſibi proſit, licet vicino lucrum auferat. *Ozaſ. d. decis. 17. num. 4.* ſed ædificare in ſuo quando non liceat, *vide Boer. deciſion. 320. numero 6. 14. 15. & 16.* & non licet, quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita: tunc enim videtur alienata domus cum ea ſervitute, ne luminibus officiatur. *vide Excel. P. Theſſa. deciſ. 216.* ¶ Animo nocendi alteri non licet aliquid facere, etiam in ſuo, *Ozaſ. d. deciſion. 17. numer. 11.* quia detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo, ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors. *Ozaſc. ibid. num. 12.* ¶ Si cœpi facere molendinum, & alius poſt me incipiat, & citius perfecerit, poterit me prohibere, *Barto. in l. 5. §. illud. ff. de acquir. rer. domin.* ¶ Volens facere molendinum in flumine publico, non poteſt immittere tignum in ripam viæ publicæ, niſi requiſito eo, qui habet fundum ibi prope. *Bart. in l. 38. ff. eodem.* ¶ Molendino meo deſtructo, ſi alter vult facere molendinum, quod noceret meo, ſi reficerem, an poſſim prohibere. *Bartol. in l. 45. ff. de uſucapio.* ¶ In alieno territorio non eſt licitum ſe appodiare pro ponte faciendo, vel extendendo. *Marc. quaſt. 120.* ratio, quia aliquid facere in fundo alieno domino invito eſt prohibitum, *ibidem* vel in pariete. *Gomez. Leo. deciſion. 42. in deciſ. diverſo.* ¶ Regulariter eſt prohibitum opus facere in flumine publico, vel loco publico, per quod fiat præjudicium Reipublicæ. *Marc. pare. 416.* ¶ Stillicidium, aut tectum in ſolo publico porrigere: licitum non eſt, *Marc. quaſt. 408. num. 4.* ¶ Dominus ſoli ſtillicidio ſervientis, ſub ſtillicidio ædificare in ſtillicidii præjudicium non poteſt, imo ultra ſpatium ſtillicidii, debet dimittere ſpatium unius, vel duorum pedum, *Marc. quaſt. 409. num. 5. & 11.* ¶ Privilegium per Principem conceſſum privato, & ſuis hæredibus ſuper ædificatione publicam utilitatem concernente, in ſingularem ſucceſſorem non tranſit, ad reædificandum ædificio ſemel diruto, & alteri per ſucceſſorem conceſſo. *vide Afflict. deciſ. 392.* ¶ Ædificatio molendini in rivo non eſt licita, niſi de licentia univerſitatis, quando ipſa univerſitas habet juriſdictionem, ſed ſi ædificatum ſit molendinum, & acquiſita ſervitus ducendi aquam, per longum tempus, non debet deſtrui. *Cravet. conſ. 204.*

Cap. V. Quando demoliri poſſint, vel non.

An qui deponit ædificium facere videatur contra ſervitutem, ne luminibus officiat. *Cuiac. libr. 23. obſerv. cap. 20.* ¶ An poſſit quis, quod in ſuo ædificatur, ſine prætoris auctoritate deſtruere. *Vaud. variar. quaſtio libro 29. 30.* ¶ An liceat columbarium in territorio domini ſuperioris contra illius voluntatem extruere. *Ant. Guid. quaſt. 17.* ¶ Parva domuncula ruſtica poteſt deſtrui. *l. 45. §. Marcellus. de leg. 1.* ¶ Quando quis ædificat juxta meum, ſi poſtea timeo, ne damnum patiar ob tale ædificium, quid juris, *vide Bart. in l. 13. §. ſi quis ff. de damn. infect.* ¶ Si quis in proprio fundo nobili, in quo tamen nullam habebat juriſdictionem ædificaverit fortalitium cum archetiis & canoneriis perforatis ſine permiſſu Domini ſuperioris, juriſdictionem in loco habentis, an poſſit compelli per ipſum Dominum illud demoliri, *vide Boer. deciſ. 320. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des foreſtz. Rub. 13. §. 9. gloſſ. 1.* ¶ Ea, quæ illicite ædificata ſunt, poſſunt per quemcunque deſtrui ſine pœna. *arg. l. 2. & ibid. gloſſ. Cod. ut nem. privat. tit.* ¶ Ædificium ſuper alieno pariete conſtructum an ſit demoliendum, *Joan. Pet. Surd. deciſ. 168.*

Vel non.

Domus non ſolventium condemnationes, vel collectas non deſtruuntur, & tegulæ domus, vel oſtia non poſſunt accipi, & vendi pro debito publico. *Bartol. in l. 43. ff. de lega. 1.* contrarium tamen videtur tenere, *Boer. deciſion. 230.* ubi plene de materia. ¶ Domus non poteſt demoliri cauſa negotiandi. *l. final. ff. de dam. infect.* ¶ Permiſſa de jure, ſi principaliter fiant in alterius injuriam, & alteri noceant, fieri non poſſunt. *Bartol. in Auth. de oper. nov. nuncia.*

Cap. VI. Quæ cedant ſolo.

Ædificium factum ex materia aliena, quando cedat ſolo, & qualiter provideatur domino, *vide Bart. in §. cum in ſolo, inſtit. de rer. diviſio.* ¶ Qui ædificat in aliena ex cauſa conductionis, transfert dominium ædificii in ſoli dominium. *l. 40. ff. de rei vendica. vide tamen l. 59. ibid.* nam ædificium factum in ſolo alieno, ſolo cedit, niſi ſit factum de pecunia Eccleſiæ. *Lud. Rom. ſingul. 827.* ¶ Quod adjicitur domo cauſa refectionis, illi cedit, ideo ſi quid de novo affigitur, ad domum jure pertinet. *l. 61. ff. de rei vendica.* ¶ Ædificans in ſuo bona fide ex aliena materia efficitur dominus ædificii, ſed ex diverſo ædificans in alieno ſolo ex ſua materia videtur illam donare, ſi ſcienter ædificat, ſecus ſi ignoranter. *l. 7. §. cum in ſuo. ff. de acquir. rer. dom. vide §. ex diverſo, inſtitut. de rer. diviſio.* ¶ Quæ ædificantur in area legata, cedunt legato. *l. 4. de leg. 2.* ¶ Materia ædificii cedit ſolo, duplum tamen ſolvitur per ædificantem, neque vindicatur, niſi diruto ædificio. *§. cum in ſuo. inſtitut. de rer. diviſio.*

Cap. VII. Aqua quando duci poſſit.

Aqua in novum molendinum ſupernum duci quando poſſit, non obſtante prohibitione facta inſtante domino inferioris molendini, & quando non, *vide Afflict. deciſ. 388. numer. 11. Boer. deciſ. 125. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des foreſtz. rub. 13. §. 2. gloſſ. 1. num. 8. & ſupra titul. de fluminib.* quod non valeat prohibitio, ſcribit *Dec. conſ. 373. volum. 2.* ¶ Quando quis poſſit ducere aquam ad molendinum ex flumine publico per loca privata, *vide Franc. Marc. quaſtion. 401.*

Cap. VIII. Qui teneatur molere: ire ad molendinum, vel non.

Dominus quando habet jus cogendi ſubditos ad accedendum ad ejus molendinum, tenetur intra horas 24. molere granum; alias poſt illas, ſubditi poſſunt recedere. *Papon. libr. 13. titul. 8. arreſt. 1. & 2.* ¶ Dominus an poſſit cogere ſubditos ſuos ad molendum in ſuis molendinis, *vide Jul. Clar. pract. in tractat. de feudis §. feudum. quaſt. 70. fol. 108. Natt. conſilio 106. Tom. 1. Rebuff. in ſuis comment. ſuper conſtitutio. Reg. tractat. de remed.*

remed. poſſe. in præfat. num. 130. fol. 767. pro parte negativa ſcribit *Roland. conſil. 22. volum. 2.* ¶ Subditos teneri coquere panem, vel molere in ſurno, aut molendino Domini non eſt ſervitus prædialis, ſed obligatio perſonalis *Cabal. milleloqu. 402.* ¶ Socius molendini communis, cui fuit conceſſa facultas ducendi aquam de aquæductu communi ad prædia ſua ſine damno dicti molendini, poteſt in ſuo conſtruere novum molendinum, ſi aqua utrique ſufficiat. *Gaſp. Cabal. milleloq. 189.* ¶ Si ex tribus habentibus molendinum duo velint locare, alius non, tertius tenetur ſtare locationi duorum, tamen ſi ipſe veliribi molere pro ſua tertia parte poterit. *idem Guid. ſingul. 639.* ¶ Domino, & familiæ molere, vel coquere obligatus, ad quid teneatur, *vide Boer. deciſ. 213.* ¶ Quando quis habet jus, quod omnes de loco teneantur ire ad ſuum molendinum, quod acquiritur prohibitione præcedente, & diuturnitate temporis, cujus initii memoria non extet, molendino deſtructo per paucos annos, ſi poſtea illud reædificaverit, an poſſit denuo cogere ad molendum in dicto ſuo molendino reædificato, *vide Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des foreſtz. rub. 13. §. 2. gl. 1. num. 17.* ¶ An civis unius civitatis qui habitat in aliena civitate teneatur ire ad molendinum illius civitatis in qua habitat. *Rol. conſil. 81. num. 38. Tom. 2.*

Vel non.

Si quis teneatur molere bladum alicui certa penſione, & debens penſionem moriatur relictis pluribus hæredibus, non tenetur amplius molere. *Guid. Papon. ſingul. 406.* ¶ Conſuetudo continuandi non inducitur, etiamſi per 40. annos quis acceſſerit ad molendinum alienum. *Afflict. deciſ. 388. num. 4. Marc. quæſt. 123.* imo per mille annos, niſi inhibitio præceſſerit, *Boer. deciſ. 125. num. 5.* vel conventio. *Marc. q 123.* aut conſuetudo, vel privilegium. *Marc. ib. & qu. 584. part. 2.*

Cap. IX. Quæ valeant.

An valeat pactum, ut omnes de loco debeant accedere ad molendinum communitaris, *Jaſ. & Rip. in leg. quo minus. ff. de fluminibus.* ¶ An valeat ordinatio facta per Dominum, vel communitatem, quod omnes de loco teneantur accedere ad molendinum Domini, vel communitatis. *Boer. d. deciſ. 125.* quod talis ordinatio ſeu ſtatutum non valeat, ſcribunt *Roland. conſil. 22. num. 19. vol. 2. Natt. conſil. 106. tom. 1.* ¶ Statutum factum cum Regio decreto, quod nemo accedat ad molendum in aliis molendinis, quam ipſius univerſitatis, an valeat etiam in præjudicium Eccleſiæ, *Vinc. de Franc. deciſ. 380. part. 2.* ¶ Privilegium conceſſum alicui, quod poſſit ædificare in loco publico in cujuſcunque præjudicium ſine enormitate, an valeat, *Bart. in §. 1. inſtit. de exhæred. libero.*

Cap. X. Miſcellanea.

Res poteſt ab ædificio ſeparari, quando priſtina facies ædificii per ejus ſeparationem non mutatur. *Bartol. in l. 33. §. interpoſito. ff. de adminiſt. & peric. tut.* ¶ Actio de aqua pluvia arcenda non habet locum, quando opere manu facto non infertur damnum, licet auferatur lucrum. *l. 1. §. denique, & §. ſicut. ff. de aqua pluv. arcend.* ¶ Ædificans in ſolo publico debet ſolvere debitam penſionem pro ædificio, ſi expediat Reipublicæ; alias ſolum cum ædificio vendicatur. *l. 1. C. de diverſis prædiis lib. 11.* ¶ In molendinis, & ipſorum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati. *gloſſ. in verbo ſicut. c. 2. de pac. conſtant. in uſib. feudo.* ¶ Quando ædificium fit in publico, & timetur damnum qualiter pro damno futuro judex adeatur, *Bart. in l. 24. ff. de damn. infect.* ¶ Qui ædificium cœpit in ſuo ad mei utilitatem, non permittens perficere, actione de dolo tenetur. *l. 35 ff. de dol. malo.*

TITULUS DLXXVII.

De cloacis.

Cloacam facere, qua via publica deterior redditur nemini licet. *Franc. Marc. quæſt. 479. num. 12.* ¶ Interdictum de cloacis purgandis competit illi, qui haber cloacam juxta fundum alterius, vel alium locum, per quam immunditiæ demittebantur dato caſu, quod vellet eam purgare, vel reficere, tunc ſi prohibetur, habet hoc interdictum. *Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termin. act. num. 77. poſt volumen Jaſ. de actio.* ¶ Item datur aliud interdictum, ne quid in cloaca fiat; immittaturve. *ibid. num. 78.* ¶ Item, ſi aliquid fuit immiſſum, ut tollatur, *num. 79.*

TITULUS DLXXVIII.

De arboribus.

De umbra arborum nociva tollenda, *Magon. deciſ. 6. Rot. Flor.* ¶ Quando quis habet uſumfructum in arboribus, qualiter illis uti debeat, *vide Joan. Papon. libr. 14.* & quid quando alio jure quis habet jus in nemoribus, *vide ibidem de uſu, & ſup. titul. de uſufr.* ¶ Pendente lite poteſt inhiberi inciſio nemorum. *Papon. ibidem arreſt. 8. & 9.* ¶ Interdictum de arboribus cædendis habet duo capita, alterum in arboribus, quæ ſunt prope prædia urbana, alterum in arboribus exiſtentibus in prædiis ruſticis: primum caput competit illi, in cujus ædes rami arboris alterius pendent, & nocent ædificio: ſecundum pertinet ad illum, in cujus fundum rami arboris alterius pendent, & extenduntur. *Joan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. numer. 81. poſt. volumen. Jaſ. de actio. Marc. quæſtion. 500.* ¶ Ne radices arborum officiant, poteſt agi utili actione decedente ex hoc edicto, & quando quis poſſit deſtruere illud, quod requieſcit, vel protendit in ſuo, *vide Bart. in l. 1. C. de interdict.* ¶ Arbor præſumitur mittere radices per vinginti quinque pedes. *Bartol. in leg. prima, Cod. de aquæductibus. lib. 11.* ¶ Si arbores plantentur juxta prædium alienum, ſpacium quale ſit relinquendum, *Franc. Marc. quæſt. 500.* quid, ſi arboris radices tantum excreverint, ut fundamentis ædificii noceant, *vide ibidem n. 3.* ¶ Interdicta, ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant. *l. 1. C. de interdictis.* ¶ Arbor nata in confinibus duorum, in dubio præſumitur eſſe illius, cui magis adhæret, & in cujus territorio habet plantam, ſed quando in uno loco eſt nata, & in alio extendit majorem partem radicum, erit communis ad ratam pro indiviſo. *Borg. Caval. deciſ. 32. part. 2. num. 41.* ¶ Actio furtim cæſarum competit adverſus eum, qui furtive animo lucrandi, vel aliter incidit arbores alicujus, quia domino dictarum arborum datur ipſa actio ad duplum. *Joan. Criſp. tract. termino actio. num. 167.* ¶ Fructus cadentes ex arbore meo in alieno terreno, poſſunt per me colligi, etiam invito vicino. *Borg. deciſion. 32. part. 2. numer. 46.* ¶ Incidens arbores fructiferas non ſolum à fundo poteſt expelli, ſed etiam contra eum agi poteſt actione legis aquiliæ, etiamſi eſſet maritus id faciens in fundo dotali. *Marc. de Mant. ſingul. 237.* ¶ Arbor, ſi vendatur, & excidatur, & poſtea pullulet, an illæ pullulationes ſint emptoris, *Bartol. in l. damni. §. ſi is, qui vicinas. ff. de dam. infect.* ¶ Arbor, quæ in vicini fundum radices porrexit, cujus intelligatur. *Hotom. lib. 5. obſ. cap. 14.*

TITU-

TITULUS DLXXIX.

De glande legenda.

GLans ex arbore tua in fundum meum decidit, ego eam immiſſo pecore depaſco, qua actione poſſim conveniri, *vide l. 9. §. glans. ff. ad exhibendum.* ¶ Actio de paſcuis pecorum non habet locum, quando fructus mei, qui cadunt in alieno depaſcuntur, ſed ad actionem in factum recurritur, *l. 15. §. fin. ff. de praeſcript. verb.* ¶ Interdictum de glande legenda competit ei qui habet arbores, quæ pendent in fundum alienum, vel aream, in quam cadunt fructus, quia ſi prohibeatur recolligere dictos fructus, haberet hoc interdictum, *Joan. Griſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. numer. 82. poſt volumen. Jaſ. de actio. vide ſupra titul. proxim.*

TITULUS DLXXX.

De honoribus, dignitatibus, & nobilitate.

Generalia.

DE armis, & inſigniis *vide infra tit. prox.* ¶ Vide de dignitatibus, & aliis pertinentibus ad hunc etiam titulum *per Bartol. in l. 7. C. de dignitat. lib. 12.* ¶ De excellentia, & dignitate Marchionum, & quod ſint digni titulo, excellentiſſimi, *Menoch. conſ. 302. lib. 4.* ¶ De auctoritate, & dignitate Conſiliariorum, Senatorum, & aliorum Officialium Principis, *vide per Boer. in tract. de auct. magni concilii, impreſſa poſt ejus conſilia.* ¶ De dignitatibus Cardinalium, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, & quis ſit his dignior, *vide Boer. in tractatu auctorit. magni concilii impreſſo poſt ejus conſilia.* ¶ De dignitatibus perſonarum Eccleſiaſticarum, & de materia, *vide tot. tit. ext. de majorita. & ibidem.*

Cap. I. Honor, dignitas, quæ dicatur.

Doctor, qui per viginti annos legit, Comes appellari poteſt. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 68. numer. 43.* ¶ Doctoratus eſt dignitas, & quando quis habet etiam aliam dignitatem, debet præferri propter duplicatam dignitatem. *Dec. conſ. 161.* ¶ Archidiaconatus dignitas eſt prima poſt Pontificalem. *Grammat. deciſion. 64. Boer. deciſ. 286.* ¶ Salarium, aut debetur ſolum ratione laboris, aut ejus cauſa non eſt labor, ſed dignitas, aut induſtria. *Capic. deciſ. 27. num. 21.*

Vel non.

Militia non eſt dignitas, ſed an nobilitet homines, *vide Caſſa. des droicts. rub. 4. §. 10. gloſſ. 2. num. 11. & Lud. Rom. ſingul. 411. & ibidem in additio.* ¶ Comes ſolo nomine, & ſine Comitatu Comes proprie non eſt: ideo filii Comitum, & Baronum nomine non intelliguntur incluſi in reſervatione privilegii legitimandi conceſſi comitibus Palatinis. *Sol. de nomina. gloſſ. 2. ibidem num. 10. & 11.*

Cap. II. Qualis ſit: quæ attendantur, vel non.

Infidelis ſapiens deterioris conditionis eſt, quam inſipiens fidelis. *Bart. in proœm. inſtit.* ¶ In honoribus & muneribus gerendis perſonarum qualitas conſideranda eſt. *Andr. Gail. obſerv. 52. lib. 2.* ¶ Seniores ſunt in moribus digniores. *Jaſ. in l. cum quid num. 7. ff. ſi cert. pet.* ¶ Marchionatus dignitas, & ſimiles ſine adminiſtratione dicuntur. *Vincent. de Franc. deciſ. 62. numer. 8.* ¶ Dignitas originis conditionem mutat. *Afflict. deciſ. 384. num. 13.* ¶ Baro eſt major nobili, & nobilitas matris reſpectu filii non attenditur, *Sol. gloſſ. 3. deciſ. ut ſtatutum numer. 5.* & nobilis quis ſit, *vide* eundem ibidem *gloſſ. 1. ſuper decreto, nullus præſumat, titul. de banneretis, fol. 87. & Menoch. de arbitr. libr. 2. cent. 1. caſ. 67.* ¶ Major dignitas, quæ aliunde dependet, & competit, non attenditur in loco congregationis, in qua antiquior præfertur. *Dec. conſil. 161.* ¶ Nobilitas ſine facultatibus ludibrio eſt, & conſervari non poteſt, & eſt tanquam fides ſine operibus. *D. Sola. in ſuis comment. gloſſ. 2. ſuper decreto, ut ſtatutarum tit. de nominationibus.* ¶ In dignitatibus acquirendis tria tempora conſiderantur, ſi tamen ſint dignitates, quæ habeant annexam adminiſtrationem, ſecus in aliis dignitatibus, in quib. ſolum inſpicitur tempus datæ literarum: ideo in pari dignitate ille debet præcedere, qui prius datam obtinuit, licet alter prius exequutus fuerit literas poſtea obtentas. *Vinc. de Franc. deciſ. 62.* ¶ Ordo temporis, quando attendatur, ut inducat prælationem in tempore, *vide Bartol. in l. 2. §. prius. ff. de vulgari.*

Tepati Compend. Pars III.

Cap. III. Quæ requirantur, probentur.

Requiſita ad hoc, ut quis dicatur nobilis, & quibus modis ita reputetur, *vide per Cabal. milleloq. 541.* ¶ Ad hoc, ut quis dicatur nobilis, tria requiruntur, nempe, quod ſit nobilis natalibus, honorum luce conſpicuus, & dives in patrimonio. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des draicts. Rub. 4. §. 19. gloſſ. 2. num. 4.*

Quæ probentur.

Probatio nobilitatis poteſt fieri per famam, ſecundum Bald. *vide Guid. qu. 169. & 389. num. fin.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Diſpenſare ſuper defectu perſonæ electi, quando quis præſumatur, *vide Bartol. l. 2. Cod. ſi ſervus liber. lib. 10.* ¶ Multum præſumitur pro nobilitate; ideo nobilem magnum, & notæ fidei eſſe fugitivum non eſſe præſumendum, & arcem ſibi commiſſam eſſe proditurum, non credendum ſcribit *Petr. Gerard. ſingul. 30.*

Cap. V. Quis dicatur dignior.

Archidiaconus ſedendo prope Epiſcopum, dicitur ſedere in altiori loco, & digniori, quo caſu dignior apparet. *Gramm. ibid. num. 20.*

Cap. VI. Qui ſit in dignitate.

Conſiliarius, ſeu Senator motus, & privatus officio per Principem, retinet priſtinam dignitatem, & immunitatem, quam habebat ante privationem. *Guid. Papon. quæſt. 377.* idem in eorum uxoribus viduis. *Guid. quæſt. 379.* ¶ Spurius poteſt eſſe decurio, ſi non habeat naturam, & legitimum agnatum. *Capic. ibid. num. 11.* ¶ Archidiaconus, & Archipresbyter ponuntur in dignitate, & illis duobus ſolis poſt Epiſcopum competit præeminentia juriſdictionis. *Gramm. d. deciſion. 64. num. 4. & Boer. ibid.*

Vel non.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis de jure ſtricto non dicitur eſſe in dignitate: tamen ſub larga ſignificatione, de jure venit ſub nomine dignitatis. *Verald. deciſ. 237.* ¶ Vidua ignobilis relicta à viro nobili, retinet dignitatem mariti. *Guid. quæſt. 349.* ¶ Baſtardus non retinet nobilitatem generis, ideo non poteſt eſſe Conſiliarius Principis, nec portare arma agnationis. *Guid. Papon. quæſt. 580.* niſi per conſuetudinem aliter ſervetur. *Boer. deciſ. 127. num. 21.*

Cap. VII. Qui habere poſſit, vel non.

Mulier non poteſt habere dignitatem cum adminiſtratione, ſecus ſine. *Bartol. in l. 44. Cod. de Decuria. libr. 12.* ¶ Uxor manens in viduitate, videtur manere in matrimonio, & habet eandem dignitatem, quam habebat vivente viro. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 137. Jo. Pap. lib. 6. tit. 9. arreſt. 1. Cap. deciſ. 129. n. 8.* ¶ Principis Officiarii (etiam coqui) habent dignitatem, *Boer. deciſ. 201. n. 12.* ¶ Quando

officium notariatus habeat dignitatem, *vide Guid. Papon. quaſt. 40. in addit. & Boer. deciſ. 222. Bartol. in l. 2. C. ſi ſervus, aut libertus libr. 10.* ¶ Tutor pupilli illuſtris poteſt exercere munera, dignitates, & libertatem ſecundum qualitatem dignitatis pupilli. *Fel. conſil. 26. num. 18.*

Cap. VIII. Nobilis quis dicatur, vel non.

Doctor dicitur nobilis, imo dicitur magis nobilis, quam ille, qui eſt nobilis genere, quia Doctoratus eſt dignitas. *Gaſp. Cabal. milleloq. 540. part. 2. Jacob. Put. deciſ. 126. lib. 1. vide Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. num. 240. in deciſ. diverſ. Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 19. gloſſ. 2.* & Advocatus nobilis auget ſuam dignitatem. *idem Papon. arreſt. 215. lib. 5. titul. 11.* Doctor quoque præfertur nobili ſimpliciter. *Put. deciſ. 126. libr. 1.* ¶ Doctores debent cenſeri nobiles, nobiliter viventes, triplici ratione, *vide Guid. Papon. quaſt 88.* ubi plene ſcribit de prærogativis, nobilitate, & immunitate Doctorum, *vide etiam. q. 388.* ¶ Nobiles præhonorantur, & tribus modis poteſt dici quis nobilis, & nobilitate, & dignitate inferior poteſt à judice cogi cedere majori locum in ſedendo, & aliis reverentialibus, ſed an propter hoc agi poſſit actione injuriarum, *Gerard. ſing. 33.* ¶ Mulier popularis, nupta in domo nobilis, dicitur nobilis (etiam effecta vidua,) ſed popularis, ſi acceperit uxorem nobilem, non efficitur nobilis. *Bart. in l. 5. C. de verb. & rer. ſign.* ¶ Natus ex filio adoptivo ſequitur originem patris naturalis, *vide l. 17. §. in adoptiva. ff. ad municipales.* ¶ Filius ſequitur conditionem patris, nec per ſtatutum, vel conſuetudinem poteſt induci, quod filius ſit nobiles ex progenia materna. *Petr. de Rav. ſingul. 825. Bartol. in l. 36. C. de Decur. libr. 10.* ¶ Ille dicitur nobilis, qui ſecundum conſuetudinem loci nobilis reputatur, & qui ex genere nobili deſcendit. *Caſſ. des droicts. d. §. 19. gl. 2. n. 12.* tamen vera nobilitas eſt, quæ ex virtute alicujus provenit, & illa ſola eſt, quæ animum moribus ornat: quare diſputare de nobilitate generis, eſt diſputare de nobilitate ſtercoris, ſed quæ ſint prærogativæ nobilium, *vide ibidem num. 20. & §. 20. gl. 3.* ¶ Nobilis etiam dicitur, qui ex privilegio, vel alias habet juriſdictionem meri, & mixti Imperii, & denique nobilitas cauſatur ex novem traditis. *Caſſ. des droicts §. 19. Rub. 4. gloſſ. 2. num. 25.* ¶ Nobilis ſum, ſi pater meus nobiliter vixit, licet avus ruſticus fuerit. *Barth. de Cap. ſing. 72.* ¶ Illuſtres perſonæ quæ ſint, *vide per Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 68.* quo loci ſcribuntur omnes Officiales Principis, qui poſſint eſſe Illuſtres. ¶ Perſonæ egregiæ interdum ad Judicem ire non coguntur, ſed quæ perſonæ egregiæ dicantur; *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 70.* ¶ Magnus nobilis titulum eundem ſibi non prohibetur attribuere, ſi alia concurrant, ſed quis dicatur magnus nobilis, *gl. ut infra.* ¶ Nobilis à ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur, *vide tamen Cravet. conſilio 195.* an reſpectu habitationis in Civitate quis dici poſſit nobilis, *vide per Jaſ. de actio. in §. item ſerviana n. 26.* ¶ Nobilitas ex privilegio inducta ſufficit, etiamſi ex ſtatuto requiratur, quod quis ſit vere, & natus nobilis. *Jo. Mobed. dec. 34.* ¶ Nobiles dicuntur in nobilitate conſtituti, cum nobilitas ſit dignitas. *Ozaſ. dec. 100. n. 47.* ¶ Nobilior quiſque eſt, quando nobiliores habet ſubditos. *Capic. deciſ. 27. n. 21.* ¶ Retrofeudatarii quando dicantur nobiles, & nobilitati non præjudicat agricultura, *D. Sol. decret. de ſtatut. de nominat. gloſſ. 2. n. 6.* ¶ Doctor dicitur illuſtris, & legens per 20. ann. efficitur Comes, & qui eſt juſſus recipere inveſtituram, videtur conſequi dignitatem, & electione ſola quando quis conſequatur dignitatem, *vide per Bartol. in l. ex eo tempore, ff. milit. teſtam.*

Vel non.

Burgenſes non ſunt nobiles, tamen quod ſtatuitur in nobilibus, videtur ſtatutum in aliis popularibus divitibus & honeſtioribus. *Boer. deciſion. 260.* ¶ Præmiſſa locum non habent in Doctoribus gradum recipientibus per reſcriptum, vel bullam. *Guid. dd. qq. 88. & 398. num. fin.* ¶ Nobiles exercentes officium procuratoris, vel tabellionatus, non vivunt nobiliter: quia officium procuratoris eſt vile, & facit amittere totaliter nobilitatem, & alias exempti à contributione munerum, propter tale officium tenentur contribuere. *Guid. Papon. quaſt. 89. 90. & 399.* propterea infamis reputatur Doctor, qui exercet procuratoris officium. *ibid. d. q. 89.*

Cap. IX. Qui gaudeat dignitatis privilegio.

Mulier nobilis, quæ amiſerat nobilitatem nubendo ignobili, illo mortuo, nubendo poſtea nobili recuperat nobilitatem, quam antea amiſerat, & tunc debet gaudere privilegio nobilium. *idem Papon. libr. 3. tit. 11. arreſt. 26. Guid. Papon. q. 349. & qu. 380.* ¶ Filii nati ante dignitatem, & poſt ſortiuntur æquale privilegium cum parentibus: ideo filii gaudent privilegio, & prærogativis parentibus conceſſis. *Guid. Papon. q. 9.* ¶ Medici gaudent quoque dignitate, & immunitate, qua gaudent Doctores legum. *Guid. Pap. q. 394.* tamen quod ſtatus Medicorum non ſit dignitas, cum æquiparentur obſtetricibus, ſcribit *Boer. deciſ. 222. num. 11.*

Vel non.

Miles parum diſtans à pagano, & ab indocto Doctor, privilegio carent. *Pet. Roy. deciſ. 4. Litua. n. 256. in deciſ. diverſo.* ¶ Doctores in actibus militaribus non gaudent privilegio Doctorum. *Capic. deciſion. 27. numer. 26.* ¶ Infames à dignitatibus repelluntur. *Capic. deciſ. 32. num. 8.*

Cap. X. Qui honorari debeat, vel non.

Epiſcopus in ſua Diœceſi debet honorari ab Archiepiſcopo, imo à Cardinale illi debetur reverentia. *Capic. deciſ. 27. num. 24.* ¶ Idem honor, qui debetur principali Officiali, etiam debetur Viceſgerenti, ſeu Vicario, quando creatur à Principe. *Marc. quaſt. 406. numer. fin.* ¶ Homines inferioris gradus, tenentur exhibere reverentiam hominibus ſuperioris gradus. *Petr. de Rav. ſing. 863.* ¶ Popularis unius nobilis Civitatis plus debet honorari, quam magnus civis mediocris Civitatis. *Bart. in l. unica. C. de Alexand. primat. lib. 11.* ¶ Sedens à manu dextera Superioris, dicitur magis honorari ſedente à ſiniſtra. *Gram. deciſ. 64. num. 24.*

Cap. XI. Quæ nobilitent, vel non.

Divitiæ nobilitant hominem, quia per divitias vilitas perſonæ tegitur. *Caſſ. des droicts. §. 19. rub. 4. gl. 2. num. 36.* ¶ Feudum de ſui natura nobilitat poſſeſſorem. *Guid. Pap. 385.*

Cap. XII. Quis obtineri poſſit, vel non.

Ex eo, quod portio portionarii reperitur gravata aliqua annua penſione, non ob id portionarius ſit inhabilis ad obtinendum Canonicatum delatum ex forma ſtatuti antiquiori portionario: quia tale ſtatutum tantum reſpicit, ut quis ſit anterior. *Put. deciſ. 155. lib. 3.* ¶ Idem, ſi portionarius aſcenderit ad dignitatem. *Put. deciſ. 217. & 219. libr. 3.*

Vel non.

Cui interdicitur minus officium, talis non poteſt accedere ad majus, ſecus econtra. *l. 7 §. ſolet, ff. de interdictis, & releg.* ¶ Cauſa proxima, & immediata inſpici debet: ideo ſi pater amiſerit dignitatem, nepos non poterit eam habere ex perſona avi. *Cravet. d. conſ. 163.* quia tranſmiſſio fieri non poteſt, ubi perſona media, per quam fieri debet, eſt inhabilis ad tranſmittandum; medium enim inhabile impedit extrema conjungi. *Cravet. ibid.*

Cap. XIII.

Cap. XIII. Qui efficiatur nobilis, vel non.

Mulier nubens nobili efficitur nobilis, quia conſequitur viri dignitatem. *Capic. deciſ. 129. num. 8.* nubens vero ignobili perdit nobilitatem. *Cabal. milleloq. 366. Joan. Pap. lib. 5, tit. 11. arreſt. 25. vide arreſt. 27. ab. Caſſ. in conſuetud. Burg. tit. des mains mortes Rub. 9. §. 7.* ¶ Accuſatus de crimine, pendente accuſatione ad honores non admittitur, ſi propter ſolam accuſationem, accuſatus apud bonos, & graves viros eſt infamis. *Lud. Rom. ſing. 445.* nam accuſatus de crimine non poteſt habere honores. *Bart. ſing. 54.*

Vel non.

Accuſatus de crimine famoſo, pendente judicio eſt infamis de facto, nec admittitur ad dignitates. *Bartol. in l. 13. §. ſi quis, ff. de teſtamentis.* ¶ Filius plebei non efficitur nobilis, ſi pater ejus efficiatur miles poſt ejus nativitatem. *Bart. in l. 2. §. in filiis ff. de Decurionib.*

Cap. XIV. Nobilitas quando procedat.

Nobilitas procedit ex patre nulla habita conſideratione materni generis. *Joan. Papon. lib. 5. titul. 4. arreſt. fin.*

Cap. XV. Quando acquirat, vel non.

Qualiter honores, & dignitates conſequantur, *vide per tot. tit. Auth. ut Judices ſine quoquo ſuffragio.* ¶ Nobilitas acquiritur per inveſtituram feudi habentis Vaſſallos, & annexam juriſdictionem; alias ſecus. *Capic. deciſ. 32. num. 9. & 11.* ¶ Quis poſſit ſibi aſſumere nomen Baronis, *vide decretum antiq. Sabaudiæ titul. de nominationibus Domino, & D. Sola. in ſuis comment. ibidem. gloſſ. 2. fol. 84. & 85.* ¶ Baronis titulum ſibi adſcribere poſſunt, qui Marchionibus, aut Comitibus, per lineam maſculinam originem trahunt, concurrentibus aliis requiſitis. *idem D. Sola gloſſ. 3. ſuper d. decreto, ut ſtatutum.*

Cap XVI. Quando concedi non poſſit.

Uni plures dignitates concedi non debent. *cap. 3. ext. de clericis non reſident.* & dignitas accipitur pluribus modis, *de quib. vide per gloſſ. ibidem.* ¶ Dignitatem petere quando quis poſſit, & pro ea pecunia promittere, *vide per Bartol. in l. 3. ff. de offic. præt.*

Cap. XVII. Quæ fieri poſſint, vel non.

Succeſſor in dignitate gravari non poteſt per ſuum prædeceſſorem in rebus propriis, niſi conſentiat, ſed in rebus dignitatis ſic, ad ipſam dignitatibus, non autem deſcendere. *Bartol. in l. 10. C. de numerariis lib. 12.*

Vel non.

Dignitates non poſſunt dividi, neque permutari. *c. 8. ext. de præb. & dignit.*

Cap. XVIII. Qui conſtitui poſſint, vel non.

In dignitate eccleſiaſtica, quod quis ſit conſtitutus, ex tribus demonſtrari poteſt. *Gram. deciſ. 64.*

Cap. XIX. Quis præferatur, vel non.

Homines ſunt honorandi ſecundum virtutes. & Doctores juvenes virtute præditi, præferuntur Doctoribus antiquioribus. *Bartol. in §. ordinationem, Auth. de Monachis.* ¶ Doctor antiquior juniori præferendus, quod procedit, etiamſi poſterior ſit ditior, & antiquior dicitur non ætate, ſed gradu, & dignitate. *Anton. Trigon. ſing. 117.* fallit, quando junior eſſet creatus Doctor ab Imperatore, & antiquior à Collegio. *ibid.* ¶ Dignitate majori fultus in ceſſionibus, & honoribus, cæteris præfertur, niſi ex conſuetudine antiquior familia præferatur. *Natt. conſil. 577.* ¶ In quæſtione illa, utrum Duces Ferrariæ ſint præferendi Ducibus Florentiæ, concluditur in favorem Ducum Ferrariæ, & quando eſſet contentio inter Principes, & Duces de præcedentia, quis præcedere debeat, *vide per Natt. conſil. 637.* ¶ Quid, quando eſſet contentio inter Legatos Principum, vel Ducum de præcedentia, *vide eundem Natt. conſil. 638.* ¶ Honeſtas boni hominis, mores fama, atque exiſtimatio, nobilitati præferri debent. *Marc. de Mant. ſingul. 383.* ¶ Inter Doctores, quando tractatur de præcedentia, quis debeat præferri, *Boer. in tract. de auctoritate magni concilii poſt ejus conſ. num. 88.* ¶ Doctores, an debeant præcedere milites, *vide ibid. num. 92.* ¶ Eques Venetus præfertur equiti Cæſaris, etiam antiquiori in dignitate, ſi ſimul ſit Doctor, & habeat feudum & hoc ratione triplicis dignitatis, alias datis pluribus terminis eques Cæſaris eſſet præferendus. *Menoch. conſil. 126. lib. 2.* ¶ Nobilis propter ſcientiam præfertur in proceſſionibus, & nobilis ſcientia præfertur nobili generis. *Rom. ſingul. 650.* ¶ Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcedere debet. *cap. nobiliſſimis. 1. quæſt. 1.* ¶ Comes creatus Dux cum alio Barone non titulato eodem tempore ipſum præcedit, & per conſequens creati Duces eodem tempore, in eis attenduntur aliæ præcedentes, qualitates. *Vinc. de Franc. deciſ. 365. part. 2.* Index civilis, vel criminalis, an præcedere debeat, *Vincent. de Franc. deciſ. 388. part. 2.* ¶ Antiquiores Clerici, & Doctores debent habere primum locum. *Afflict. deciſ. 1. num. fin.* ¶ Prior Eccleſiæ in concilio præcedit Epiſcopum. *Put. 105. lib. 3.* ¶ Archidiaconus præcedere debet Vicarium Epiſcopi tam ſedendo, quam alibi: quia majori dignitate fultus eſt. *Menoch. conſil. 51. num. 52. vol. 1.* ¶ Decanus, vel ille, qui Canonicorum eſt, primus, qualis eſt Archipresbyter, vel Archidiaconus, Vicario Epiſcopi in Eccleſia præponitur. *Menoch. conſil. 257. lib. 3.* ¶ Eccleſiæ judex utrum præcedere debeat judicem alterius Domini, ex quo ipſa Eccleſia eſt dignior domino. *Capic. deciſ. 27. num. 28* ¶ Ex ordine ſcripturæ nominationis confertur titulus prælationis, quia honorari magis dicitur ille, qui primo loco nominatur. *Gram. d. deciſ. 64. num. 28. & 29. Vincent. de Franc. deciſ. 138.* ¶ Comes, & Baro præcedit Comitem ſimplicem. *Sol. decret. ut ſtatut. de nom. gloſſ. 2. num. fin.* ¶ Advocatus fiſci debet præcedere omnes judices ejuſdem dignitatis, quando agit cauſas Regis. *Vincent. de Franc. deciſ. 158.* ¶ Præcedere quis debeat, ſi pluribus eadem dignitas. eodemque tempore eſt collata, *vide eundem Vincent. deciſ. 144.* ¶ Qui præcedit alium dignitate, debet etiam præcedere in aliis. *arg. cap. denique 4. diſt. & ibidem gloſſ.* ¶ Dignior eſt præferendus inferiori. *l. fin. ff. de albo ſcribendo.* ¶ Rector gymnaſii præcedit Epiſcopum exiſtentem in ſtudio, cum ſcholaſticus eſt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 68. num. 23.* ¶ Patriarcha ſubeſſe debet Archidiacono, in territorio ipſius Archidiaconi. *cap. 27. n. 25.* ¶ Epiſcopus, idemq; canonicus in aliqua Eccleſia, debet ſedere, ut Canonicus non ut Epiſcopus. *Capit. deciſ. 27. num. 27.* idem in Canonico Epiſcopi Vicario, *vide ibid.* nam Epiſcopus, ut Canonicus, non præcedit Canonicum, ut Epiſcopus. *Vincent. de Franc. deciſ. 138.* ¶ De modo prælationis circa Doctores, & Medicos, *vide per Marc. quæſt. 810. Boer. in tract. de auctoritate magni concil. num. 89. impreſſo poſt ejus conſilia.* ¶ Secretarii, ſive notarii Principis, an præcedant in honoribus Judices ordinarios ipſius Principis, *Boer. deciſ. 222.* ¶ Theologus præfertur Canoniſtæ, Canoniſta grammatico, & Philoſopho. *Boer. deciſ. 225.* ¶ In ordine dignitatis debet præferri ille, qui eſt prior in ordine. *Franc. Marc. quæſt. 806.* tamen iſtud fallit, quando Princeps debet præferre poſteriorem in ordine, ex cauſa majoris meriti, vel laboris. *Marc. d. quæſt. 806.* nam Princeps eſt ſuper omnem dignitatis gradum, ideo poſteriorem priori præferre poteſt. *ibid. num. 6.* alias in materia honoris attenditur antiquior gradus Doctoratus utriusque juris, ſecus in Doctore Eccleſiaſtico tantum. *Marc. d. quæſt. 806. num. 9.* ¶ Habens liberos legitimos præfertur in honoribus illi, qui non habet li-

beros. *ibid. num. 10.* ideo ſi duo ſint cives, unus babens liberos, alter non, debet præferri habens filios. *Petr. de Raven. ſing. 819.*

Vel non.

Conſiliarios Principis cum Senatoribus à pari procedere *ſcribit idem Menoch. de Arbitrar. libr. 2. caſ. 6. 8. num. 42.* ¶ Electus Senator, qui tempore electionis erat in alio officio, & deinde poſt multos menſes juravit, non debet præcedere alterum, qui medio tempore ingreſſus eſt dictum ordinem. *Natt. conſil. 351.* ¶ Conſiliarii in Collegio Doctorum tanquam collegiati ſedentes, antiquiores Doctores non præcedunt, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 68. num. 25.* ¶ Epiſcopus ſedens in capitulo tanquam Canonicus, antiquiores Canonicos præcedere non debet. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 68. n. 25. & Dec. conſil. 161.*

Cap. XX. Qui effectus producantur.

Aſſumens ſibi nobilitatem per ſe, debet puniri, ſed qua pœna puniatur, *Guid. Pap quæſt. 59. num. fin.* ¶ Doctor non poteſt capi perſonaliter, nec aliquo modo vexari. *Bartol. in l. 6. C. de Profeſſoribus, & Medic. libr. 10.* ¶ Domus dividi debet in tres partes, quando miles in ea hoſpitatur, quarum primam eliget dominus, ſecundam miles, & tertia relinquitur etiam domino, niſi miles ſit illuſtris perſona, quia tunc datur ei dimidia, *Rol. conſ. 66. vol. 1.* ¶ Conſiliariorum æqualis retributio, ſeu æquale ſtipendium, ſive ſint noviſſimi, ſive primi, & hoc etiam procedit ratione honoris, qui eſt in honorato. *Marc. d. quæſt. 806. n. 11.* ¶ Præferendus eſt in Collegio prius receptus quamvis junior, niſi poſterior receptus ſit major ordine, vel dignitate. *Ven. deciſ. 357. part. 2.* ¶ Vocem primam habens in capitulo, demonſtratur eſſe in maximo ſigno honoris. *Gram. d. deciſ. 64. num. 32.* Et dignior cæteris primum votum dare debet, *ibid. num. 33.* ¶ Communitas ſi patitur aliquem eſſe ſemel de prioribus, vel tanquam conſiliarium in conſilio proponere, ex tali actu inducitur quaſi poſſeſſio. *Bartol. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itiner, actuque privat.* ¶ Imperator quando dat dignitatem, videtur diſpenſare de omni infamia, *Bartol. in l. 23. §. præſenti. C. de nupt.* ¶ Honorem ſuum, majorumque ſuorum qui tuetur, ſummopere eſt laudandus, per rationes traditas à *Menoch. conſil. 302. lib. 4.* ¶ Abbas præponitur Canonico jure communi *Dec. conſil. 161.* ¶ Uſurpans Principis, vel alterius dignitatem punitur. *caſ. 321.* ¶ Clericatus, vel alia dignitas ſuperveniens poſt delictum non excuſat: quia cenſetur facta præventio. *Franc. Marc. quæſt. 626. num. 5. part. 2.*

Cap. XXI. Dignitas quibus modis amittatur.

Mulier ſecundo nubens amittit dignitatem primi viri, niſi ſpecialiter à Principe impetraret contrarium. *Bart. in §. non tamen Auth. de nuptiis.* ¶ Infamia quibus in caſibus repellat à dignitate. *per Bart. conſ. 174. vol. 2.* ¶ Perjurium manifeſtum repellit hominem à dignitate. *cap. 34. ext. de electio.* ¶ Aleator publicus, & uſurarius repellitur à dignitatibus, & perſonis vilibus & indignis dignitates non ſunt concedendæ. *cap. 11. ext. de exceſſib. prælat.* ¶ Propter delictum amittitur nomen dignitatis. *arg. cap. 1. ext. de purg. Canon.* ¶ Nobilis exercens mercalem artem perdit nobilitatem, ſed ſi exercitium artis deſerat, ipſo jure illam reaſſumit, & filii poſſunt ſe dicere nobiles, licet nati eſſent ex nobili exercente negotiationem. *Cabal. milleloq. 794. Joan. Pap. lib. 5. tit. 11. arreſt. 21. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercat. minut vend. num. 21. fol. 458. & Guid. Pap. quæſt. 196. & 391.* ¶ Officium, artem, ſcientiam intra quod tempus quis dicatur amiſiſſe, *Menoch. lib. 2. caſ. 467.* ¶ Quomodo, & quibus caſibus quis amittat nobilitatem, *Caſſa in conſuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 19. gloſſ. 2. num. 29.* ¶ Civilitas uni conceſſa per privilegium tranſit ad hæredes, ſi eſt invariabilis, alias ſecus. *Rom. ſing. 79.* ¶ Nobilitas perditur per notariatum: item per artem tabernariam, & mechanicam, quod fallit in eo, qui ſolum vendit vinum, & granum proprium, etiam minutim. *Cravet. conſil. 163.* ¶ Decurio exercens artem notariatus perdit nobilitatem Decurionatus. *Pap. quæſt. 90.* ¶ Nobilis utrum per ingreſſum Religionis perdat nobilitatem, *Ludov. Rom. ſing. 37.*

Vel non.

Agricolæ laborantes in propriis poſſeſſionibus non perdunt nobilitatem. *Cabal. milleloq. 795. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de merc. minut. vende. Tom. 2. num. 21. fol. 458. Guid. Pap. quæſt. 41. 197. & 392. Vincent. de Franc. 138.* ¶ Quando mercatura nobilitati deroget, *per Mynſing. obſerv. 54. cent. 6.*

Cap. XXII. Officiarii, quæ facere poſſint.

Conſuetudo ſervatur in honorantiis, ſed an nobiles loci, vel ſyndici, & deputati Civitatis, deferant haſtas pallii in diebus feſtivis, vel alias, *per Vincent. de Franc. deciſ. 253. part. 2.*

Cap. XXIII. Qui: quæ retinere poſſit.

Conſiliarius, qui remiſerat officium ſuum, & deinceps illud reaſſumpſit, retinet ſuum primum locum. *Pap. lib. 5. tit. 2. arreſt. 28.* ¶ Vocem primam habere in Concilio debet ille, qui habet majorem dignitatem, & qui eſt dignior. *Manut. in ſuo Specul. de ordine jud. proœmio. num. 8.*

Cap. XXIV. Miſcellanea.

Conſiliarius Regis ſi intervenerit ex diſpenſatione uti Advocatus in cauſa alicujus particularis, in noviſſimo loco in ordine tamen Conſiliariorum ſedere debet. *Vincent. de Franc. dec. 138.* ¶ Uxores nobilium pretioſioribus veſtibus induci poſſunt, & nobilis, qui ob inopiam trita, aut vili veſte indutus domo egredi præ verecundia non audet, dignus eſt reſtitutione in Integrum adverſus temporis lapſum. *idem D. Sola gloſſ. 1. fol. 84. & 85.* ¶ Nobilitas uxori, & deſcendentibus communicatur, non autem aliis. *Boer. in tract. de auct. magni concilii, impreſſo poſt ejus conſilia. num. 5.*

TITULUS DLXXXI.

De armis, inſigniis, & ſignis, ſeu marchis.

Generalia.

DE armis, & inſigniis, quæ homines ſibi aſſumunt veluti propria, & quando liceat aſſumere aliena arma, & an quis poſſit uti alterius marcha ad ſignandum metalla, & quid in notariis, an alteri liceat uti ſigno alieno, *per Bartol. in ſuo tractat. de inſigniis, & armis.*

Cap. I. Quæ probentur, vel non.

Quam fidem faciat ſigillum, & an recognoſcendum ſit, *Franc. Marc. quæſt. 989. & ſeq. Henric. Boer. in ſuis ſing. tit. ſigillum, & protocollum.* ¶ Nobilitas generis poteſt probari per famam. *Marc. quæſt. 805. part. 3.*

Cap. II. Quæ præſumantur.

Quia ex ſignis, & ſignaculis res cognoſcuntur, balliæ mercatorum præſumuntur eſſe eorum, quorum ſunt ſignacula. *Boer. deciſ. 105. Rot. Genuenſ. deciſ. 201. Borg. Caval. deciſ. 7. de contract. part. 2. Rot. Avenio. deciſ. 30. in deciſ. diverſ. tom. 3.* ¶ Res eorum eſſe præſumuntur, quorum ſunt ſingnacula, & ſignatum ex ſigno cognoſcitur. *Ozaſ. deciſ. 40*

Cap. III. Apud quem remanere debeant.

Arma, & inſignia armorum nobilitatis penes primogenitum remanere debent, & jus armorum, & nobilitas eſt

eſt indiviſibilis: ideo ad omnes de agnatione tranſit. *Franc. Marc. quæſt. 1138.* ¶ Inſignia, ſeu arma domus apud primogenitum remanere debent, & inſignia, quibus aliquid adjunctum eſt, eadem adhuc eſſe dicuntur. D. *Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabaudiæ, gloſſ. 3. ſuper decreto, ut ſtatutorum num. 6. tit. de nominationibus fol. 86.*

Cap. IV. Quando aſſumi poſſint, vel non.

An liceat alicui mercatori, alterius ſignum ſibi aſſumere. *Rot. Genuenſ. deciſ. 210.* pro parte negativa, *ſcribunt Gaſp. Cabal. milleloq. 796. Rebuff. in ſuis comment. tractat. de mercatorib. minut. vendend. tom. 2. num. 26.* ¶ Licet publico conſenſu, & communi jure gentium inductum ſit, ut nomina, & inſignia liceat aſſumere, tamen non licet nomina ſaltem gentilia, & inſignia alterius generis vel artificii ſibi aſſumere, nam non licet artifici, alterius artificis inſigniis uti. *Gomez. Leo. deciſ. 65. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* imo mercator ſignum marchæ alterius aſſumens punitur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 318. num. 28.*

Cap. V. Quando deferri poſſint, vel non.

Baſtardi ſi deferant arma domus, debent in illis habere barram tranſverſam incipientem à ſiniſtra parte alterius, & deſcendentem ad dexteram. *Rebuff. in ſuis comment. gloſſ. 5. proœmii. num. 111. vide Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions des baſtards. Rub. 8. §. 3. gloſſ. 1. num. 17.* ¶ Hæres inſtitutus, ut deferat nomen, & arma teſtatoris, quid facere debeat *Guid. Pap. quæſt. 251.* ¶ Arma, & cognomen deferre alicujus, an quis gravari poſſit, & gravatus, quæ facere debeat pro implemento hujus conditionis. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 257. & deciſ. 270.* ubi plene tractatur de armis, inſigniis, & cimeriis. ¶ Filii legitimi baſtardorum nobilium, non debent deferre cognomen, & arma ipſorum nobilium, niſi de licentia capitis illius generis, ita cavetur in hac patria *per decretum antiq. Sabaudiæ titul. de banneretis.* ¶ Baſtardus non poteſt portare arma agnationis. *Guid. Pap. quæſt. 580.* niſi contrarium ſervetur, ex conſuetudine, *vide Boer. deciſ. 127. num. 21. Marc. quæſt. 1138. part. 1. & quæſt. 62. part. 2.* ¶ Filii naturales, ſeu illegitimi non dicuntur de domo, ſeu agnatione parentum, minuſque illis licet deferre arma, ſeu inſignia domus nobilium. *D. Sola ibi ſuper decreto, filii naturales eod. tit.* de materia armorum, & inſignium, *vide ibidem, & alibi in dd. comment. fol. 83.*

Cap. VI. Quando mutari, præſcribi poſſint.

Mutatio nominis, cognominis, & inſignium eſt licita, dummodo non fiat in fraudem alterius. *obſerv. 81. Senat. Thol. in deciſ. diverſ. fol. 271.* ¶ Nunquid uſus inſigniorum, quæ competunt ratione ſuperioris dignitatis, poſſit præſcribi, per habentem dignitatem minorem, vel hoc poſſit præſcriptione, vel conſuetudine induci, *vide Ludov. Rom. ſing. 293.* ¶ Arma eorum, qui propter ſeditionem expulſi ſunt de Civitate, debent deleri, ſed non ob id poſſunt Clerici delere ipſorum proditorum arma in Eccleſia poſita, *vide eundem ſingul. 480. & ſingul. 573.* ¶ Sigillans literas ſigillo alieno ſine atteſtatione, in falſi pœnam incidit. *Marc. quæſt. 992.*

TITULUS DLXXXII.

De armorum uſu.

QUando armorum uſus interdictus ſit, & quibus liceat deferre arma, & quando. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 394.* ¶ Arma deferre eſt prohibitum, & de pœna deferentis arma, *vide per Ludov. Rom. ſing. 267.* ¶ Arma portans contra vetitum, ſi per Officialem non fuerit repertus, an incidat in pœnam ſtatuti, *vide Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus litera A. ſingul. Ambaſiator. 2.* ¶ Tempore pacis ſi eſſet ſtatutum juratum prohibeos portare arma, ſuperveniens bellum, vel partialitas in Civitate, Poteſtas poterit venire contra talem ſtatutum juratum, & permittere, quod homines portent arma, *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera I. ſing. juramentum.*

TITULUS DLXXXIII.

Ad municipales, & de incolis, & quibus modis quis efficiatur civis.

Cap. I. Civis. Quis dicatur, vel non.

SI ſtatuto caveatur, quod forenſis, qui vult effici civis, debeat creari in concilio communitatis, ſicut ipſi concilio placuerit: ita tamen quod ille talis creatus civis, intra terminum, qui ſibi per dictum concilium ordinabitur, teneatur facere fieri de novo unam domum in Civitate, quæ ſit obligata pro oneribus, licet talis creatus civis non ædificaverit domum nullo tempore ſibi ſtatuto à concilio, nullaque facta monitione, ſeu interpellatione de ædificando, non deſinit eſſe civis, minus interim poteſt privari privilegiis originariis competentibus, niſi facta interpellatione de ædificando eſſet in mora. *Menoch. conſil. 131. vol. 1.* ratio, quia receptio in civem dicitur quidam contractus, vel quaſi, qui non reſcindi poteſt ex capite implementi non ſequuti, niſi accedente vera mora. *idem conſil. 132.* ¶ Natus in territorio, an dicatur civis originarius. *Bartol. in repet. l. placet. num. 47. & 48.* ¶ Habentes domum conductam dicuntur etiam habitantes. *Caſſan. in conſuet. Burgund. ext. des foreſtz. Rub. 13. §. 5. gloſſ. 1.* ¶ Civium appellatione comprehenduntur Clerici, *vide ibid.* ¶ Cives dicuntur illi, qui naſcuntur in Civitate, & in ea habitant, ſed qui in ea non habitant, non gaudent privilegiis ipſius. *Joſeph. Lud. deciſ. 3. Peruſ. num. 17.* ¶ Domicilium triplex eſt. *Gail. obſerv. 36. num. 2.* & domicium originis eſt immutabile, & eo ipſo, quod quis mutat domicilium perdit privilegia, & jura Civitatis. *Gail. obſerv. 36.* ¶ Qui natus eſt in quodam pago, vel villa ſubjecta alicui Civitati ſitæ in propinquo, dicitur ſuam patriam habere in illa Civitate. *Hartm. cap. 14. titul. de verb. ſignif. lib. 2.* ¶ Incola quis ſit, & ad quæ munera teneatur, *vide Capic. deciſ. 162. num. 17.* ¶ Civitas non poteſt facere, ut quis habeatur pro non cive, niſi in pertinentibus ad ipſam Civitatem. *Abb. conſil. 61. num. 9.* ¶ Cives dicuntur in caſtris, & villis Civitati ſubjectis habitantes, tamen civium appellatione proprie comitatenſes non venire *ſcribit Menoch. de arbitr. quæſt. 99. num. 22. & 28.* & vicos moderari legibus Civitatis. *ibid. num. 24.* ¶ Incola eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit. *l. 239. §. incola. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Cives novitii dicuntur, qui annum in civitate non compleverunt, & an tales excuſentur contravenientes ſtatutis Civitatis propter eorum præſumptam ignorantiam. *Boer. deciſ. 260.* ¶ Burgenſes, qui dicantur, & non ſunt nobiles: & civis urbis propinquæ, an ſe facere poſſit homo alicujus Baronis. *Boer. ibid. num. 4. 7. 14.* ¶ Doctor eſt civis loci, in quo legit. *Boer. deciſ. 260. num. 19.* & quid in eo, qui in Civitate habet beneficium, ſeu officium, *vide ibidem.* & civis quis efficitur per confœderationem. *ibid. num. 26.* civis tamen quis eſſet deſinit eo ipſo, quod Civitatem deſerit. *ibid. num. 34.* ¶ Uxor ejus Civitatis eſt civis, cujus eſt vir. *gloſſ. Bart. Bal. & Angel. in l. cives. C. de agric. lib. 10. idem Bart. in l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. de municipal. Ang. in §. in poteſtate, inſtit. de patr. poteſt* & dicitur eſſe ejuſdem originis, *gloſſ. in l. origine. Cod. de municip. & orig. lib. 10. Bald. in l. voluntas. C. de fide com. Bart. in l. placet. num. 39. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. vide*

Excell.

Excell. P. Theſſaur. deciſ. 123. & prædicta procedunt etiam in vidua, *idem Bald. in d. l. voluntas. C. de fideicom.* faciunt nota per *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 379.* ¶ Civis dicitur, qui in civem recipitur. *Afflict. deciſ. 384. num. 14.* & quæ requirantur, ut civis quis dicatur. *Boer. deciſ. 272.* ¶ Habens uxorem & domum in loco, civis eſt illius loci. *Gram. deciſ. 103. num. 111.*

Vel non.

Natus in Civitate ex parentibus, qui non conſtituerant ibi domicilium, ſed erant tranſeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram, non dicitur vere civis, nec gaudere debet privilegiis ipſius Civitatis, quæ habent alii cives: ratio, quia ad hoc, ut quis acquirat civilitatem, requiritur, quod parentes ibidem conſtituerint domicilium. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des foreſtz. rub. 3. § 7. gloſſ. fin. num. 22.* ¶ Civis dici quis non poteſt, niſi origine, adoptione, electione, vel manumiſſione. *Capic. deciſ. 162. num. 16.*

Cap. II. Quis efficiatur civis.

Qualiter & quibus modis quis efficiatur civis vere & proprie, & non ficte. *Bart. conſ. 62. vol. 1.*

Cap. III. Quæ attendantur, vel non.

Origo & domicilium, an & in quo æquiparentur. *Afflict. deciſ. 384 num. 13.* & dignitas originis conditionem mutat. ¶ In origine filiorum domicilium parentum, non fortuitum naſcendi locum ſpectari, crebrior ſententia eſt, ut multis auctoritatibus & rationibus comprobatur per *Petr. Roy. deciſ. 3. Litua. num 99. & ſeqq. in deciſ. diverſ.* ¶ In tantum attenditur civilitas originis, quod quis ei renunciare non poſſit, nec poteſt ſua voluntate ſe ab ea liberare. *Gramm. vot. 10. num. 16.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Regnicola intelligitur, cujus pater, aut avus in Regno natus eſt. *Boer. deciſ. 13. num. 46. vide num. 17.* ¶ Municipes intelligendi ſunt & hi, qui in eodem municipio nati ſunt. *l. 228. ff. de verb. & rer. ſign.* ¶ Civis intelligitur, qui forte matre abſente alibi natus eſt. *Boer. deciſ. 13. num. 52.* ſed natus in loco, in quo non erat menſura, an ſit civis, *vide ibid. num. 53.*

Cap. V. Quæ comprehendantur.

Statutum tribuens immunitatem novis incolis, an illos comprehendat, qui olim fuerunt cives. *Boer. dec. 13. num. 43.* ¶ Appellatione civis in materia ſtatuti, vel conſuetudinis, & in ſtricta materia non comprehenditur, niſi civis originarius. *Boer. deciſ. 13. numer. 24.* licet ſtatutum poſſit facere de cive, non civem, *ibid. num. 25.* ¶ Statutum, quod nullus efficiatur civis, niſi habitaverit in loco per certum tempus, non comprehendit illum, qui habitavit intra illud tempus. *Bartol. in l. 3. C. ne Sanct. Bapt. reit.*

Cap. VI. Quæ requirantur.

Civis, ſi ex ſtatuti diſpoſitione ille efficiatur, qui per decem annos ſteterit in Civitate, an requiratur continua manſio, vel ſufficiat, quod pro majori parte illius temporis ſteterit, *vide Ludov. Rom. ſingul. 676. & etiam Bartol. in leg. 18. §. Sabinus. ff. de fundo inſtructo legat.* ¶ Quæ requirantur ad hoc, ut quis dicatur civis, *l. 32. ff. de jure fiſc.*

Cap. VII. Quæ probentur.

Origo quomodo probetur, & filius natus extra Regnum, an cenſeatur alienigena, *vide Boer. deciſ. 13. num. 16. & 17.* ¶ Qui vult admitti ut civis, debet probare ſe civem. parte etiam citata. *Bartol. in l. 9. C. qui accuſ. non poſſ. vide eundem conſ. 2. vol. 2.*

Cap. VIII. Quando ſequatur, minuatur, vel non.

Licet mulier per matrimonium efficiatur civis illius Civitatis, cujus eſt vir, & dicatur ejuſdem originis, ut ſupra dixi, tamen in aliquibus retinet originem paternam, ut non privetur beneficiis ſtatutorum originis. *Bartol. in l. fin. §. reſcripſerunt. ff. ad municipales. Angel. §. in poteſtate, inſtit. de patr. poteſt. num. 11. Cravet. conſil. 27. Auguſt. Beron. quæſt. 109.* ¶ An filia nupta in alieno territorio retineat originem paternam, *vide per Cravet. conſil. 871.* quod retineat ipſam originem, quamvis per matrimonium tranſeat in familiam viri, & ſequatur ejus conditionem, tradit *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaud. gloſſ. 1. ſuper decreto, Tolant. tit. de feudis, fol. 54.* ¶ Natus in villa, vel vico ſortitur originem ex illa Civitate, cui villa, vel vicus ſubeſt. *Bartol. in l. 3. C. de natural. liber.* ¶ Filii ſequuntur originem patris: idem de nepotibus, & qui naſcuntur in territorio Civitatis, in ipſa urbe naſci cenſentur: ideo neq; naſci neq; habitare in Civitate, requiritur: ad hoc, ut quis natus in Civitate dicatur, *vide Gom. Leo. deciſ. 20. in dec. diverſ. Tom. 2.* nam qui naſcuntur in municipio, vico ſubdito alicui Civitati, cives cenſendi ſunt. *idem Gom. dec. 26.* ¶ Ortus in aliqua Civitate, in qua ejus parentes non degebant, non ex hoc acquirit civilitatem in ea, ſed ſequitur parentum originem. *Gramm. voc. 10. num. 11.* ſed contra, *ibid. num. 14.* ¶ Civitatem paternam retinet filius dato, quod alibi ſit natus, quam in patria patris. *Gram. dict. deciſ. 103. num. 113.*

Cap. IX. Quando quis efficiatur civis.

Forenſis habens beneficium in loco, an efficiatur civis illius loci, & matrimonium carnale mutat originem, quoad quid. *Bartol. in repet. l. placet. num. 38. & 39. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Quis efficitur incola, ubi habet majorem partem fortunarum ſuarum: item ubi conſtituit ſedem ſuam, & ſi quis aliquid habeat in aliqua Civitate, præſumitur ibi habere majorem partem fortunarum ſuarum, niſi probetur contrarium. *Petr. de Raven. ſing. 829.* ¶ Filius licet natus extra locum originis paternæ, ultra civitatem, quam habet ex perſona patris, efficitur civis loci originis propriæ. *Fel. in c. Rudolphus. num. 14. extr. de reſcript.* ¶ Civitas licet ſit ſub Domino, nihilominus poteſt ex contractu facere civem, qui alias non eſſet. *Abb. conſil. 61.*

Cap. X. Quando acquiratur.

Licet de iure incolatus tempore decennii acquiratur, tamen etiam incontinenti acquiritur, quando quis re & facto animum manendi declarat, & verus incola dicitur, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit: poteſt autem quilibet propria auctoritate incolatui & domicilio renunciare, quod fit eo ipſo, quando ſe & bona ſua in alium locum transfert. *Gail. obſervat. 35. lib. 2.*

Cap. XI. Qui admittatur ad collegium.

Statutum, ut non admittantur in collegium, vel ad publica officia, niſi cives originarii, non excludit cives tantummodo ex privilegio, & ſimilibus cauſis. *idem Gom. d. deciſ. 26.* ¶ Quid in dicto caſu ſtatuti dicendum in eo, qui habitavit & domicilium habuit in Civitate per annos quadraginta, *vide ibid.*

Cap. XII. Qui gaudere poſſint privilegio.

Illi, qui ſunt in ſuburbio, videntur gaudere eo privilegio, quo gaudent cives, qui in ipſa Civitate morantur, *Hartman. cap. 33. tit. miſcellaneorum ex jure civili. libr. 2.* ¶ Quæ requirantur ad hoc, ut forenſis gaudeat privilegiis loci, ubi inhabitat, *per Joan. Papon. lib. 5. titul. 11. arreſt. 32.* ¶ Quando aliqui recipiuntur pro civibus, vel incolis in aliqua Civitate, vel villa propinqua exempta à ſolutione gabellarum & pedagiorum, an gaudeant privilegio exemptionis, & quid, ſi dicatur hoc factum in fraudem, *Franc. Marc. quæſt. 528. num. 6. 7.* ¶ Domicilii ratione quis ſtatutis & libertatibus patriæ active & paſſive gaudet. *idem Marc. quæſt. 920. part. 2.* ¶ Ad hoc, ut

ut quis gaudere poſſit privilegiis, juribus & immunitatibus alicujus Civitatis, an requiratur, quod in ea fuerit natus, aut prius domum habuerit, vel literas à civibus, quibus fuerit receptus in civem, an vero ſufficiat, quod in dicta Civitate domum emerit, & in ea habitaverit per viginti annos cum tota ſua familia, onera veris & originariis civibus incumbentia ſolvendo, ac excubias faciendo, abſque tamen literis burgentiæ ab ipſis civibus obtentis, *per Boer. deciſ. 260.* ¶ Cives ex privilegio effecti, omnibus commodis, favoribusque potiuntur, quibus & ipſi cives originarii. *Boer. d. deciſ. 13. num. 20.* & dicuntur proprie cives, *idem deciſ. 260. num. 23. vide Mag. deciſ. 60. num. 4. Rot. Flor.* ¶ Natum an ſufficiat eſſe in Civitate, ut quis illius dicatur, & gaudeat privilegiis civium, *vide Afflict. deciſ. 384.*

Vel non.

Habitantes in aliquo loco, non poſſunt eſſe participes prædiorum dicti loci, quæ dividi ſolent inter antiquos & originarios cives, ſeu municipes deſcendentes à primis antiquis acquirentibus. *Menoch. conſil. 360. libr. 4.* ¶ Non obſtante origine paterna, ſi filius natus alibi ſit, & habeat domicilium, habetur pro forenſi in loco paternæ originis, & non gaudet privilegiis originariis conceſſis. *Dec. conſil. 72.* ¶ Licet quis poſſideat plura bona in aliquo loco & ibi teneat domum apertam, non tamen debet judicari, quod ſit de dicto loco, cum ibi non habeat originem, neque domicilium, & per conſequens dicitur forenſis, qui eſt alterius fori, & non eſt de corpore loci, & propterea talis non debet gaudere beneficiis dicti loci. *Dec. conſil. 661. num. 5. & conſ. 550.* ¶ Statutum, quod bona non poſſint in forenſem alienari, valet, & quis dicatur forenſis. *Dec. conſil. 661.* ¶ Originis privilegio non gaudet, qui ibi non ſubit munera. *Boer. deciſ. 13. numer. 45.* ¶ Immunitas conceſſa civibus virtute ſententiæ arbitramentalis, non competit civi effecto ex privilegio. *Rol. conſil. 79. volum. 3.* ¶ Cives habitantes extra territorium Civitatis, non debent gaudere immunitate competente civibus dictæ Civitatis, *Rol. d. conſil. 79. num. 29.*

Cap. XIII. Domicilium quis habere poſſit, vel non.

Domicilium acquiritur per decem annos. *Gom. Leo. deciſ. 26. in deciſ. diverſ. Azo. in ſumma tit. de jurid. omn. jud.* ¶ Domicilium pluribus locis, quando quis habere poſſit, & domicilii appellatione, quis locus veniat, & natus Lugduni, Lugdunenſis dicitur, & non civis. *Afflict. deciſ. 384. num. 4. 5. 7. 8. & 15.* ¶ In illo loco habitare quis dicitur, ubi pro majori parte anni habitat. *Afflict. deciſ. 384. num. 12.* ¶ Domicilium variis modis acquiritur, puta origine, habitatione, beneficio, lectura, adoptione, & aliis modis, *de quibus per Andr. Gail. obſerv. 35. n. 10. lib. 2.* & ad conſtituendum domicilium, quæ requirantur, *vide Pet. Roy. deciſ. 3. Latua. in deciſ. diverſo. num. 104. Tom. 2.* ¶ Duo domicilia quis habere poſſit, originis propriæ & paternæ, & originis ſuæ domicilium, nec per mille annorum abſentiam quis mutare, nec illi renunciare poteſt: quia naturalia mutari non poſſunt. *Boer. d. deciſ. 13.* ¶ Civis non cenſetur, qui in Civitate natus eſt ex ruſtico, in diſtrictu Civitatis agente. *Boer. deciſ. 13. num. 49.* & civis non eſt, qui in tranſeundo natus eſt. *ibid. num. 55.*

Vel non.

Quando ſtatutum prohibet forenſes poſſe acquirere bona in Civitate, ut non ſit locus prohibitioni, ſufficit quem fuiſſe factum civem ex privilegio, etiam poſt delatam hæreditatem, *vide Menoch. conſil. 165. lib. 2.*

Cap. XIV. Quando remitti poſſit, vel non.

Vidua retinet domicilium & originem mariti defuncti. *Gom. Leo. deciſ. 90. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Quotuplex ſit domicilium, *per Rebuff. in ſuis comment Tom. 3 tractat. de domicilii electione in præfat.* quot modis domicilium quæratur. *ibid. num. 9.* quis effectus reſultet ex illo, *num. 20.* & quot modis amittatur, *ibid. num. 34. etiam Bartol. in l. unica. C. ubi petun. tut. vel curat.* ¶ Contractum eſſe domicilium in loco ex quibus cognoſcatur, *Menoch. de Arbitrar. libr. 2. caſ. 86.* ¶ Incolatus per habitationem decem annorum contrahitur. *Paul. Æmil. deciſ. 80. part. 2.*

Cap. XV. Quando renunciari poſſit, vel non.

Adoptione non mutatur domicilium, & paternæ originis domicilium non poteſt filius mutare, & etiam originem avi quis retinet, non proavi. *Boer. d. deciſ. 13.*

Cap. XVI. Quæ transferri poſſit.

Privilegium, ut ducens in uxorem filiam civis originarii, efficiatur civis, ad hæredes tranſit & ſucceſſores. *Gom. Leo. deciſ. 89. in deciſ. diverſo. Tom. 2.* ¶ Domicilium dicitur transferri dolo ad locum, quando quis recedit cum familia; alias ſecus. *Bartol. in l. 27. §. aſſin. ff. de fundo inſtruct. legat.*

Cap. XVII. Qui præferatur.

An locus originis, vel domicilii ſit præferendus, *Gaſp. Cabal. milleloq. 571.* ¶ Origo paterna cum domicilio filii, præfertur origini filii. *Boer. deciſ. 13. num. 36.* & hoſpitali expoſitus dicitur civis illius loci. *num. 42.*

Cap. XVIII. Qui, ad quæ teneatur.

Incola ſubjectus eſt legibus & conſuetudinibus loci, ubi incola eſt: quia appellatione civium incolæ continentur; item appellatione ſubditorum venire incolam certum eſt, quia proprie ſubditus dicitur quis ratione domicilii, atque domicilium facit incolas, diſpoſitum igitur in cive & ſubdito, habet etiam locum in incola. *And. Gail. obſerv. 35. lib. 2.*

Cap. XIX Qui ſint effectus.

Lata ſententia in contradictorio judicio, quod aliquis eſſet civis alicujus Civitatis, talis ſententia facit ius, quoad omnes. *Petr. de Raven. ſingul. 826.* & ſententia facit forenſem civem. *Bart. in repet. l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ. num. 47.* ¶ Civis non originarius ſi non poſſit admitti ad collegium virtute ſtatuti dictantis, quod non admittatur, niſi ſit juratus in Civitate, vel ſit civis originarius, tamen natus alibi à caſu poteſt eſſe de collegio. *Gram. deciſ. 103 n. 11.* ¶ Quando pater forenſis creatur civis cum ſuis filiis, & deſcendentibus, tale privilegium civilitatis non prodeſt filiis abſentibus & ignorantibus, *vide Dec. conſil. 661. num. 7.*

Cap. XX. Quæ valeant, vel non.

Quando civilitas fuit acquiſita cum aliqua qualitate, ſi qualitas non fuerit verificata, non valet acquiſitio. *Dec. conſil. 661. num. 12.* ¶ Mutatio domicilii, an eximat civem à juriſdictione Civitatis originariæ, *Gail. obſerv. 36. lib. 2.*

Cap. XXI. Miſcellanea.

Civilitas originis eſt immutabilis, quia eſt naturalis. *Afflict. deciſ. 384.* & originem matris filius, an & quando ſequatur, *vide ibid. num. 4.*

TITULUS DLXXXIV.

De muneribus & oneribus in genere.

Generalia.

De materia munerum, *vide per Bartol. in l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. unica. C. de muneribus. in quo loco. lib. 10.* ¶ De variis muneribus, ad quæ Eccleſia tenetur, *vide per eundem Hartm. cap. 10. lib. 3. tit. miſcellaneorum ex jure Canonico.* ¶ De ſententia plane notanda

in

in materia diſtributionis onerum. *Raud. tractat. de Anal. cap. 40. num. 109.*

Cap. I. Munus ordinarium, quod dicatur.

Impoſita à Principe, vel à lege, ſunt munera ordinaria; idem in collectis, quæ imponuntur à lege municipali, *Bartol. in l. 2. num. 5. ff. de jure immunit.*

Cap. II. Extraordinarium quod dicatur.

Onera, quæ ordinaria, quæ extraordinaria dicantur, *vide Ozaſ. deciſ 95. num. 43. Raud. tractat. de Analog. cap. 40. num. 37. Fel conſil. 46. num. 7. 8.* ¶ Munus ordinariam eſt, quod à lege imponitur. *Bartol. in l. 4. Cod. de annon. tribut. lib. 10.* ¶ Munera extraordinaria dicuntur, quæ non inducuntur lege, vel Senatusconſulto, aut conſtitutione Principum. *Bartol. in l. 1. C. de agricol. & cenſit. l. 11.* ¶ Onera extraordinaria, quæ pro utilitate neceſſitate publica inducuntur, ordinariis & mere realibus æquiparantur. *Ozaſ. deciſ. 95. num. 44.* ¶ Munerum publicorum appellatione comprehenduntur perſonalia. *Ozaſ. deciſ. 95. num. 45.*

Cap. III. Quæ attendantur.

In honoribus & muneribus gerendis perſonarum qualitas conſideranda eſt, & de materia munerum *vide per Andr. Gail. obſerv. 5a. lib.* 2. ¶ Mobilium & immobilium an habeatur conſideratio per æquatores reſpectu onerum ſolvendorum, *vide per eundem ibid. num. 8. & quæſt. 305.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

Tria reperiuntur tempora, quibus homines tenebantur, & tenentur ad onera, *vide fuſe per Capic. deciſ. 168.*

Cap. V. Quæ probentur, vel non.

Regiſtrum quid, & qualem fidem faciat. *Guid. Pap. quæſt. 381. in fin. Tho. Minad. deciſ. Neapol. 43. Inno. in cap. 1. ext. de proc. Franc. Marc. quæſt. 424. 600. & 605. Borg. Caval. deciſ. 18. num. 8. de jndic.* ¶ Æſtimi liber quamvis probet inter commune, & deſcriptum in æſtimo, ut appareat, quid & quantum ſolvi debeat nomine functionum. tamen non probat inter deſcriptum, & tertiam perſonam ſingularem. *Capic. deciſ. 107. num. 12.*

Cap. VI. Quæ præſumantur.

Univerſitas in dubio præſumitur libera à præſtatione collectæ, quæ à Rege tantum imponitur, & in caſu magnæ neceſſitatis. *Vincent. de Franc. deciſ. 56.* ¶ Electus ad munera ab initio, præſumitur electus propter inimicitiam. *Bartol. in l. unica, C. ſi propter inimicitias creatio fiat. lib. 10.*

Cap. VII. Cui quod ſuccedat privilegiato.

Si privilegiatus ſuccedat non privilegiato, non gaudet ſuo pro oneribus impoſitis ex cauſa de præterito, *Papon. lib. 5. titul. 11. arreſt. 3.* ¶ Ratione oneris majoris, non poteſt unus contra alium ejusdem loci agere cauſa ſe exonerandi, *vide eundem ibid. arreſt. 40.*

Cap. VIII. Quæ augeri minui poſſint.

Onus diminui debet bonis diminutis, & econtra augeri debet, bonis auctis. *Cravet. conſil. 195. n. 5.* ¶ Onus, ubi imponitur habito reſpectu ad reditus, tunc limitari & regulari debet, habita ratione ipſorum redituum, *vide quoddam conſ. impreſſum inter deciſiones Ozaſ. fol. 110. num. 16.* ¶ Ob territorium diminutiones exactiones triburorum quoque merentur diminutionem, *Mynſing. obſerv. 34. cent. 3.*

Cap. IX. Quando imponi poſſit, vel non.

Principes tempore neceſſitatis belli, poſſunt imponere ſubditis ſubſidium charitativum. *Hartm. cap. 6. lib. 2. titul. de cenſib.* de charitativo ſubſidio, ſeu dono Principi ob novum adventum faciendo, *vide Marc. quæſt. 1023.* ¶ Quando aliquod onus habetur ratione domicilii, ſeu fogagii, an facta diviſione & ſeparatione habitantium, & bonorum multiplicetur onus, & quid econtra, *Papon. lib. 13. titul. 5. arreſt. 3.* ¶ Taleam, an poſſit Imperator, vel alius Dominus imponere ſubditis pro filia maritanda, *Boer. deciſ. 126.* ¶ Taleam pro ſui redemptione imponere poteſt Princeps, etiam ſuper Eccleſiis. *Boer. deciſ. 125. n. 8. 9.* ¶ In Regno Franciæ ſolus Rex poteſt imponere onera. *Jonn. Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 1.*

Vel non.

Dos non onerat maritum, quoad ſubeunda munera, licet ſit dominus dotis. *§. 5. d. l. 21.* ¶ Munera non debent alicui imponi in pluribus locis pro eadem re. *Natt. conſil. 106. tom. 1.*

Cap. X. Quando debeatur, vel non.

Si aliquis de univerſitate ſit adeo pauper, quod non poſſit ſolvere ſuam quotam, alii de univerſitate debent ſolvere pro illo. *Guid. quæſt. 87. Franc. Marc. quæſt. 490.* ¶ De careagiis, & ſimilibus, quæ debentur domino per ſubditos. *Papon. arreſt. 3. lib. 13. tit. 6.*

Cap. XI. Ad quem pertineant.

Onera realia, quæ præſtantur à re, vel occaſione rei, ad fructuarium pertinent. *l. 34. §. ſi quid. ff. de uſufructu, & quemadmodum. Afflict. deciſ. 252. num. 4.* ¶ Tales jus collectandi poteſt pertinere ad dominum directum non habentem imperium. *Papon. libr. 13. titul. 3. arreſt. 6.*

Cap. XII. Qui gaudeant privilegio, vel non.

Duo domicilia quis habere poteſt, alterum originis propriæ, & alterum paternæ: & commoda poſſunt præſcribi, non ipſa origo; ſed originis privilegio non gaudent, qui ibi non ſubit munera *Boer. deciſ. 13. in princip. num. 35. & 45. vide ſupra tit. prox.* ¶ Immunes ſi bona ſua in regiſtro communitatis inſcribi paſſi fuerint, & multo magis ſi collectæ ab eis exactæ ſint, omni immunitate privantur, *Ozaſ. deciſ. 91. num 5. & 19. vide quando. num. 22. & Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 149. num. 4.* nam deſcriptio in æſtimo præjudicat immuni, niſi appellet intra decem dies. *Raud. tractat. de Analog. cap. 4. num. 17.*

Cap. XIII. Qui, quibus renunciari poſſit, vel non.

Collectis allibratus renunciare non poteſt, niſi præſtet alterum æque idoneum. *Ozaſ. deciſ. 95.* ¶ Incola jam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renunciare non poteſt. *l. 34. ff. ad municipales.*

Cap. XIV. Qui teneatur ad onera.

Qui nominat aliquem ad munera, ut eum redimere faciat, criminaliter punitur, qui vero nominat, ut lite fatigetur, ad expenſas ei reſtituendas civiliter tenetur. *l. 14. C. de excuſ. tut. vel curat.* ¶ Pater videtur conſentire nominationi filii ad munus, ſi præſens fuerit, & non contradixerit electioni: ideo pro filio obligatur. *l. 4. ff. ad municipa. & inco.* ¶ Filiusfamilias poteſt eligi ad munus invito patre, quod ſi non gerat, tenebitur factus ſui juris, ſi quid Reipubl. per hoc damni contingat. *l. 21. ff. ad municipales.* ¶ Prætextu libri cataſtri, ſeu regiſtri, ubi deſcribontur omnes poſſeſſiones territorii alicujus loci, & extimantur, ipſæ poſſeſſiones efficiuntur tributariæ pro oneribus, & omnes tenentur etiam nobiles, & talia onera dicuntur realia: ideo tranſeunt ad quoſcunque poſſeſſores. *Franc. Marc. quæſt. 224.* ¶ De jure ſi onus impoſitum reſpiciat ſervitium Principis, etiam forenſes & habitatores tenentur ratione bonorum, quæ ibidem poſſident, ſecus ſi reſpiciat ſervitium loci. *idem Papon. lib 5 arreſt. 2. vide arreſt. 5. & ſeqq. eod. tit.* ¶ An contribuere debeant fortalitium reparandum habitantes extra illud, *vide Jo. Gal. q. 130. Pap. lib. 5. tit. 11. arreſt. 2.* quod habitantes in ſuburbio teneantur contribuere, *ſcribunt idem Gal. q. 338. Guid. Pap. quæſt. 57. & 372.* ¶ An pro reparatione caſtri, citadellæ civitatis, qui eſt

caput

caput patriæ, teneatur caſtra, vel alia loca inferiora contribuere pro expenſis talis reparationis, *Marc. quæſt. 459.* qui concludit pro parte negativa. ¶ In quatuor caſibus ex præſcriptione, vel conventione ſubditi poſſunt collectari à dominis, nempe propter matrimonium filiarum, iter faciendum ultra mare, novam cavalcatam, propter captivitatem domini factam in bello, *de quibus vide per Joan. Papon. lib. 13. tit. 3. arreſt. 1. & ſeqq.* comptohenditur etiam matrimonium filiæ naturalis, ſed quo, *vide ibid. arreſt. 2.* ſed quid de matrimonio ſororis. *arreſt. 3.* vel ſi dominus acquiſiverit aliquem locum. *ibid. arreſt. 4.* ſed in omnibus his caſibus, de qua ratione debeat imponi collecta, *Papon. arreſt. 5. eod. lib.* ubi tradit debere duplicari onera ordinaria unius anni. ¶ Ubi penſio non eſt libera, ſed impoſita ſuper fructibus, & onus aliquod imponitur ſuper ipſis fructibus, tunc penſionarius tenetur ad tale onus pro rata ſuæ penſionis. *Jacob. Put. deciſ. 5. lib. 1.* ¶ Artifices tenentur ad collectas pro bonis mobilibus, ſeu ratione lucri eorum artis, niſi eſſent pauperes, vel quando non poſſunt lucrari ex eorum arte ultra alimenta. *Marc. quæſt. 458.* ¶ Vaſalli filii ſi ſeparatim habitent, an quilibet teneatur Domino ad operas, vel omnes ſimul tantum teneantur ad id, ad quod tenebatur eorum pater, vel ipſi, ſi una habitaſſent. *Boer. deciſ. 213. num. 15.* ¶ Comitatenſes non eſſe quoad realia, plus gravandos civibus, licet majores fructus percipiant hæredes. *Raud. tractat. de Analog. cap. 40. numer. 109. 110.* & bona emphyteutica Eccleſiæ ſunt cenſenda, *num. 124. ibidem.* ¶ Ex pacto, & longa conſuetudine poteſt induci, ut homines alicujus loci teneantur contribuere in collectis, & oneribus alterius loci. *Dec. conſil. 638.* ¶ Habitantes in aliquo loco, ſeu territorio, ibi tenentur facere reparationes mæniorum. *Guid. Pap. ſingul. 379.* ¶ Forenſes, qui bona in loco, ubi non habitant, poſſident, ad quæ munera, ſeu onera teneantur, *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 149.* ¶ Forenſes ad munera patrimonialia & realia tenentur, nam munera patrimonialia & realia in loco, in quo res ſunt ſitæ præſtantur. *Marc. quæſt 458. num. 5. & 7.* ¶ Pro impoſitione facta per univerſitatem ad ſuſtinendam litem, reſpicientem utilitatem aliquorum bonorum, omnes tenentur; licet de præſenti non poſſideant de dictis bonis, quia ſat eſt, quod in futurum poſſent poſſidere. *Papon. lib. 7. titul. 2. arreſt. 3.* ¶ Fogagia quando numerantur per domos, excubias agere etiam Clerici tenentur. *Boer. deciſ. 212. num. 4. & 6.* ſed qui teneantur facere excubias, *vide plene ibid.* ¶ Cuſtodes murorum, vel caſtri non debent ab illo loco advocari, & caſtro, cui excubiæ debebantur dirupto, an ſubrogato, debeantur, *Boer. dict. deciſ. 212. num. 11. 14.* ¶ Domini prædiorum, non autem coloni, & conductores tenentur munera ſubire, & collectas ſolvere. *Ozaſ. deciſ. 83. Vincent. de Franc. deciſ. 107.* ¶ An filius cogatur ſubire onera ratione ſuæ & patris originis, *gl. in verb. non domicilium. l. 6. §. filius ff. ad municipales.* ¶ Incola licet pro majori parte anni reſideat in loco originis, & ibi ſubeat munera perſonalia & realia, tamen adhuc poteſt cogi alibi munera ſubire ratione bonorum, in quibus aliquo tempore anni reſidebat, *vide deciſ. 140. Rot. Aoen. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Munera, quæ inducuntur perſonis pro rebus, quis ſubire tenetur in loco propriæ originis, vel dominii, licet alibi bona ſint ſita. *Nate. conſ. 106. Tom. 1.*

Vel non.

Domini non poſſunt cogere ſubditos ad cuſtodiam nocturnam; tamen cuſtodire turrim, quando debeat dominus, & quando communitas, *per Boer. deciſ. 212.* ¶ Licet pater vellet filium ſuum infantem eſſe Decurionem, non ob id aſtringitur ad aliqua munera, ſeu onera. *C. fin. ff. ad municipales.* ¶ Onus cuſtodiæ Civitatis, quod eſt perſonale, forenſibus indici non poteſt ratione bonorum, quæ poſſident in territorio. *Natt. conſil. 447.* ¶ Onus recipiendi milites in domo eſt reale, & indicitur ipſi rei, propter ipſam rem *Roland. conſil. 66. volum. 1. num. 3.* tamen hoſpites in caſu præmiſſo, non tenentur tradere militibus culcitras, lectos, ligna, oleum, & alia ad victum neceſſaria, *idem dict. conſil. 66.* ¶ Minus tenentur præſtare utenſilia, niſi quando ignavia incolarum non poſſint reperiri; ſed cum emendatione damni, *ibid. numer. 6.* ¶ Advocatis nullum munus perſonale debet injungi, niſi neceſſitas conſulendi, arbitrandi & judicandi. *l. 6. C. de Advoc. diverſ. jud.* ¶ Excubias loci facere obligati non tenentur eas facere alibi, jubente Domino, *Boer. deciſ. 212. num. 10. 19.*

Cap. XV. Excuſari poſſit, vel non.

Oneribus perſonalibus (præſertim annexum honorem habentibus) omnes ſubjacent, & ab illis nemo excuſatur, *Ozaſ. deciſ. 95. num. 49.* ¶ Natus in Civitate matre tranſeunte, an ſubeat munera Civitatis, *Afflict. deciſ. 384. num. 4.* ¶ Habitantes perpetuo, lege Civitatis obligantur. *ibid. num. 12.* ¶ Onera realia evitantur ab eo, qui vult rem dimittere, ſecus in onere perſonali. *l. 68. ff. de uſufruct.* ¶ Dominus onera realia non poteſt recuſare, licet res poſſit ab eo auferri. *l. 36. ff. de noxal. actio.*

Cap. XVI. Qui excuſari poſſit, vel non.

Numerus duodecim liberorum liberat patrem à publicis muneribus. *l. ſi quis Decurio. C. de Decurionibus.* ¶ Quando una communitas petit pro tributis ſe relevare alia, quid juris, *vide Cravet. conſil. 265. & 266.* ¶ Exemptionem ſi concedat Princeps uni de loco, an ejus onus alii accreſcat, vel decreſcat Principi, *vide Boer. deciſ. 213. Franc. Marc. quæſt. 491.* ¶ Si quis vocetur ad munera in loco originis, & domicilii, præfertur locus originis. *Gom. Leo. deciſ. 20. in deciſ. diverſ.*

Vel non.

Adoptio non liberat à muneribus, quæ imponuntur ratione originis, imo plus aſtringit, ſed ſi filius adoptivus emancipetur, non amplius erit civis illius Civitatis, ex qua eſt pater adoptivus. *l. 15. §. fin. ff. eod. ad municipales.* ¶ Natus ex filio adoptivo, ſequitur originem patris naturalis, & non ſolum adoptivi, & quoad munera ſubeunda. *l. 1. §. in adoptiva. ff. ad municipales.*

Cap. XVII. Qui effectus producantur.

Onerum ſolutio facta cum proteſtatione non præjudicat, nec unica ſolutio ſine proteſtatione. *Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 40. num. 15.* ¶ Onerum ſolutio ubi non ſunt lapſi anni 30. præjudicat tantum, quoad ſoluta; non quoad ſolvenda. *Rand. ibid. num. 16.* ¶ Uniformis ſolutio ſingulorum annorum efficit extraordinarium. *Raud. ibid. 180. ſed contra num. 50.* ¶ Bona in regiſtro univerſitatis poſita, debentur pro oneribus & collectis hypothecata. *Ozaſ. deciſ. 91.*

Cap. XVIII. Officiales, ad quæ teneantur.

Appellare debent electi ad munera publica, & ſuam appellationem juſtam oſtendere, alias videntur conſentire. *Bart. in l. 7. C. de appellat.* ¶ Regentes Civitates providere debent, quod munera & onera æqualiter dividantur, & gravati exonerentur. *Roland. conſil. 66. num. 53. vol. 1.* ¶ Dominus, an poſſit ſuos taleare & cottiſare, & taleæ jus qualiter acquirant Domini in ſubditos. *Boer. deciſ. 126.*

Cap. XIX. Miſcellanea.

Poſſidens bona in territorio alicujus loci, illa de jure profiteri & conſignare debet. *Ozaſ. ſol. 110. num. 17. in loco*

ſupra citato. ¶ Æſtimata res ſi pervenerit ad Eccleſiam, debet inſtante Prælato à cataſtro deponi, *ibid. num. 24.* ¶ Munera, & alia ſunt perſonalia, alia patrimonialia, & alia mixta, de quibus omnibus fuſe per *Andr. Gail. obſerv. 25. libr. 2.* ¶ Pactum de non ſolvendo onera, eſt validum, quoad paciſcentes. *Marc. quæſt. 471. num. 13.* ¶ Exiſtens in poſſeſſione exigendi collectas per annos 70. in ipſa poſſeſſione, ſeu quaſi debet manuteneri. *Vincent. de Franc. deciſ. 56.* ¶ Conſules & Syndici nullum ſalarium petere poſſunt, præter expenſas ſumptuum, niſi aliter ſe habeat conſuetudo. *Guid. Pap. quæſt. 68.* ¶ Onera belli dicuntur onera patrimonialia, & debent ſupportari per unumquemque pro viribus patrimonii. *Natt. conſil. 433.* ¶ Reductio ad æqualitatem inter plures parochias fieri poteſt, licet multo tempore fuerit facta uno modo oneris diſtributi ſolutio. *Excell. P. Theſſ. deciſ. 239.*

TITULUS DLXXXV.

De tributis & collectis.

Generalia.

VIde de materia tributorum & onerum *ſupra titul. prox.* ¶ Vide de materia hujus tituli, *in tot. tit. C. de collatorib. lib. 10. in titul. de annonis, & tribut. C. eod. libr. & in tit. de ſuſceptoribus ibid.* De materia collectarum *vide Bartol. in l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in tit. C. de ann. tribut. lib. 10.*

Cap. I. Tributum, collecta: quæ dicatur, qualis ſit.

Collectæ, quæ proprie dicantur, *vide Ozaſ. deciſ. 95. num. 4.* ¶ Collectæ naturaliter dicuntur onera rerum, formaliter onera perſonarum, *Ozaſ. ibid. num. 46.* ¶ Collectæ dicuntur, quæ non habent certam regulam, & arbitrio Superioris imponuntur. *Fel. conſil. 46.* ¶ In ſolutione collectarum inſpicitur tempus obligationis contractæ, non collectæ impoſitæ & denunciatæ: ideo vendens prædium poſt obligationem contractam, tenetur ad collectam virtute dictæ obligationis impoſitam, & non emptor, qui tempore impoſitionis & denunciationis dictæ collectæ poſſidebat. *Natt. conſil. 71. Tom. 1.*

Cap. II. Quæ, & quibus modis intelligantur, & quæ requirantur.

De tranſactione facta per aliquam communitatem cum aliquibus hominibus alterius communitatis pro prædiis ſuis ibi, ut non teneantur pro omnibus oneribus ſolvere, niſi certum quid annuum, & an talis tranſactio facta etiam verbis univerſalibus negativis extendi debeat ad onera, quæ imponuntur ex cauſa urgentis neceſſitatis, puta belli, aut famis, *Cravet. conſ. 294.* ¶ Si ex tranſactione fuerit conventum, ne communitas gravaretur, præter de contentis in tranſactione, & in ipſa tranſactione ſint numerata aliqua gravamina, & deinde adjiciatur illa dictio, ne gravari poſſit pro alio quovis gravamine nullo modo, tunc cenſentur comprehenſa omnia gravamina. *Cravet. conſil. 309.* ¶ An tranſactio facta ſuper ſolutione collectarum, ad rationem trium cum dimidio, pro quolibet centenario, extendatur ad onera militaria, ut pro eis præter ſummam promiſſam teneatur poſſeſſor, *vide per Ozaſ. deciſ. 91.* ¶ Quando collectæ imponuntur ſecundum æſtimum, non attenditur poſſeſſio bonorum, ſed ſolum æſtimum, quod attendi debet uti cauſa finalis: ideo quicunque habet æſtimum, in communi gravari poteſt; ſecus qui non habet. *Rol. conſ. 32. num. 14. vol. 1.* tamen alienatio bonorum, facta ob non ſolutam collectam non ſervatis ſervandis, redditur nulla. *Rol. ibid.* ¶ Domini habentes juriſdictionem, quanto tempore præſcribant immunitatem, & quæ ad hoc requirantur, & generaliter quando ipſi Domini teneantur ad onera. *Natt. conſil. 328. numer. 12. 13.* ¶ Quando fit æſtimum generale totius territorii, non eſt neceſſe, quod vocentur ſinguli domini ipſorum prædiorum. *Natt. conſil. 433.*

Cap. III. Quæ probentur, vel non.

Quem non ſolviſſe collectam probatur, ſi in libro ſolventium non reperitur. *Bartol. in l. 2. Cod. de reb. credit.* & ſolutio collectarum non poteſt probari per teſtes. *Bart. in l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10.* ¶ Æſtimum commune contra communitatem, & omnes qui ſciverunt æſtimum fieri, probat dominium & poſſeſſionem. *Borg. deciſ. 18. num. 8. de jud. vide ſupra tit. prox.* ¶ Solutione tributi an probetur ſubjectio, & ſolutione cenſus inducitur obligatio. *Franc. Marc. quæſt. 352.* ¶ Qui rem ſuam deſcribit in æſtimo alterius, tunc ex tali deſcriptione in ejus præjudicium probatur dominium in favorem alterius. *Cravet. conſ. 261.* ¶ Quando aliquis in æſtimo communitatis conſignat bona nomine ſuo & alterius, acquiritur jus ei, cujus nomine fit conſignatio, in odium & præjudicium conſignantis. *Cravet. conſil. 217. num. 8.* tamen ex recognitione per aliquem facta, non probatur poſſeſſio, nec proprietas acquiritur illi, ad cujus opus fuit facta ipſa regiſtratio. *Franc. de Caleſia. ſingul. 478.* ¶ Regiſtrum, ſeu æſtimum non probat, niſi inter regiſtrantem & regiſtratum. *Menoch. conſil. 14. volum. 1. vide ſupra tit. prox.* ¶ Conſenſus omnium non requiritur in indicendis collectis. *Guid. quæſt. 424.* ſed ſufficit conſenſus majoris partis. *idem quæſt. 489.*

Cap. IV. Qui collectare, collectari, imponi collecta poſſit.

Si communitas alicujus loci non habeat burſam communem, poterit imponere collectam, & ſolvere illis, quibus tenetur, & ſi ipſa nolet, judex poterit imponere, ipſa prius vocata. *Guid. quæſt. 87. Joſeph. Lud. deciſ. 43. Peruſ. & Franc. Marc. quæſt. 803.* ¶ Princeps feudatariorum ſubditos publica utilitate, & neceſſitate urgente, collectare poteſt. *Natt. conſil. 437. Roland. conſil. 1. vol. 1. vide Menoch. conſil. 32. num. 34. volum. 1.* alias de jure communi Princeps poteſt imponere collectas. *Cravet. conſil. 309.* ¶ Quod ex generali conſuetudine poſſint collectari, *ſcribunt Mago. deciſ. 65. Rot. Flor. Natt. conſil. 218. Tom. 1.* non poſſunt tamen perſonaliter capi, ſed in bonis debet fieri executio. *Mago. deciſ. 66. num. 9.* ¶ Innocentes ex natura criminis læſæ Majeſtatis, collectari poſſunt. *Ozaſ. deciſ. 90.*

Vel non.

Nobiles non poſſunt indicere collectas ſuis ſubditis, niſi ex conſuetudine, vel pacto: nam collectæ ſunt de regalibus. *Menoch. conſil. 32. num. 63. lib. 1. vide ſupra tit. prox.* & ſolus Princeps ob utilitatem publicam poteſt collectam imponere. *l. unica. Cod. de ſuperindict. libr. 10.* ¶ Forenſis poſſidens bona in territorio alieno, non debet pro talibus bonis in loco domicilii, vel originis collectari. *Dec. conſil. 394.* ¶ Adhærentes dicuntur eſſe liberi, & non ſubditi juriſdictioni ejus, cui adhærent: & ideo ab eo collectari non poſſunt. *Natt. conſ. 301.*

Cap. V. Quando imponi poſſit collecta, vel non.

Collecta imponi debet, ut omnes peræquentur pro culcitris, lectis, & utenſilibus, quæ præſtantur militibus ex ordine Superiorum, ne quis graveatur plus, quam ſuæ patiuntur facultates. *Roland. conſ. 66. volum. 1.* ¶ Collecta imponenda eſt ſecundum quantitatem patrimonii, quando imponitur pro onere matrimoniali, vel mixto, aut quando non apparet pro quo onere

fuerit

fuerit impoſita. *ibid. numer. 13.* ¶ Collectas imponere poteſt Civitas pro bonis ſitis extra territorium. *Natt. conſil. 5. Tom. 1. num. 8.* ¶ Collectam, qui imponant, quibus imponi poſſit, qualiter imponatur, & an civis pro bonis alibi ſitis teneatur in propria Civitate ſolvere collectas, & alia de materia, *vide l. unicam. Cod. de muneribus, & in quo loco. libr. 10.* ¶ Univerſitate condemnata imponitur collecta pro viribus patrimonii, quod in dubio præſumitur, quando non liquet, propter quod univerſitas ſit condemnata. *Bartol. in l. 4. §. actor. ff. de re judic.* ¶ Unaquæque univerſitas pro neceſſitate ſibi imponere poteſt collectam, & impoſita pro neceſſitatibus univerſitatis, dicitur munus extraordinarium. *Bartol. conſil. 180. volum. 1.* ¶ An univerſitas poſſit imponere collectam ſine auctoritate Superioris. *Guid. Papon. quæſt. 87. num. 9. & quæſt. 631. num. 5. Joſeph. Ludov. deciſ. 43. Franc. Marc. quæſt. 894. Natt. conſil. 150.* quod circa ipſam impoſitionem conſuetudo ſit attendenda, *ſcribit Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 33.* ¶ Tributorum exactor facultatem habet boni viri arbitrio, vel tributum dimittere, vel diminuere ei, cujus patrimonium ſurente fortuna collapſum eſt, *Hippol. ſingul. 619.* ¶ Collectæ imponi debent citatis citandis, & debent aſſe æquales, ne unus plus altero gravetur, *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 43.* deinceps impoſitiones publicari. *Borg. deciſ. 22. de contract. part. 2.* ¶ Tributum eſt onus mere reale, an poſſit Princeps de jure imponere tributa. *Felin. conſil. 16.* ubi concludit pro parte affirmativa. ¶ Collectæ impoſitæ ratione expenſarum militarium, præſertim ad propulſandas hoſtium injurias, multa egent diligentia, nullamque recipiunt dilationem. *Ozaſ. deciſ. 86. num. 6.* ¶ Collecta pro onere reali non debet imponi ſuper onere perſonali, nec econtra. *Borg. deciſ. 82. part. 2. num. 7.* ¶ Collecta, quæ imponitur pro oneribus patrimonialibus & mixtis, debet imponi ad æs & libram *Ozaſ. deciſ. 68. num. 18.* ſed an collectæ, aut tributa debeant peræquari pro ſolido & libra, vel per capita, *Guid. Pap. quæſt. 87.* ¶ Collecta imponi poteſt per univerſitatem pro modo facultatum cujuscunque per æs & libram, ſecus per villam, ſeu caſtrum, niſi hoc haberet ex conſuetudine, *Cravet. conſ. 195.* ¶ Collecta pro ſalario poteſtatis, medici, magiſtri ſcholarium, & nunciorum publicorum, eſt imponenda per æs & libram: idem in collecta impoſita pro inſtrumento murorum. *Natt. conſ. 183. Tom. 1.*

Vel non.

Collectarum ſolutio in uno loco tantum pro ejusdem bonis eſt facienda. *Vincent. de Franc. deciſ. 22. numer. 3.* ¶ Villa non poteſt imponere munera mixta Civitati, cui alias erat ſubdita, & poſtea ab ea ſuperata ſit, & villæ, quæ ſunt in Comitatu Aſtenſis, non poſſunt collectare cives Aſtenſes pro bonis, quæ poſſident in territorio dictarum villarum, & ex forma privilegii & ſtatuti antiqui. *Natt. conſil. 160.* ¶ Cuſtodia expeditur labore corporis, & ſolicitudine animi, & munus dicitur perſonale, ideo homines alicujus loci pro ipſius cuſtodia non poſſunt imponere collectam, qua gravarentur Forenſes bona poſſidentes in territorio dicti loci. *Natt. conſil. 157. & 158. Tom. 1. & conſil. 447.* propterea ſtatutum, vel conſuetudo, per quod, vel quam perſona forenſis ligatur, non valet, ut collectæ pro muneribus mere perſonalibus imponantur. *Natt. d. conſil. 157. num. 11.* ¶ Univerſitati quando ratione alicujus delicti commiſſi imponitur pœna pecuniaria, pro qua ſolvenda imponenda eſſet collecta, innocentes contribuere non tenentur. *Ozaſ. deciſ. 90. num. 9. Gaſp. Cabal. milleloq. ſin. Bartol. in l. 26. §. nonnunquam. ff. de pœnis.* ¶ Collecta ob publicam neceſſitatem imponitur, cenſus dicitur æſtimatio rerum & bonorum, ſive deſcriptio jugerum & capitum, & cenſitores, aut cenſores dicuntur, qui cenſus agunt, & habent jus collectandi. *Andr. Gail. obſerv. 52. libr. 2.* ¶ Collecta, quæ perſonis pro rebus imponitur, ſecundum æs & libram eſt facienda. *Franc. Marc. quæſt. 458. num. 4.* ſed an poſſit fieri per capita, *vide quæſt. 803. ibid.* ¶ Collecta imponi debet pro modo facultatem, & ideo collectatur quis, etiam pro pecunia, ære fœneratio rebus mobilibus & mercibus. *Natt. conſil. 48. Tom. 1. & conſil. 433. Menoch. conſil. 9. volum. 1. vide tamen eundem Natt. conſil. 418. Roland. conſ. 66. vol. 1. & ſupra tit. prox.*

Cap. VI. Quando augeri, minui poſſit.

Æſtimum alicujus ſi eſt diminutum, poteſt per Superiorem augeri, nemo enim poteſt æſtimum ſuum minuere. *Bart. in l. unica. C. de collat.* ¶ Propter decrementum per alluvionem proveniens, debent tributa minui pro rata decrementi, & econtra propter crementum debent augeri. *l. 1. C. de alluvion. & pallud.* ¶ An propter ſterilitatem tributa minuantur, *vide gloſſ. in §. ſi vera quis, Authent. de alienat. & emphyt.* ¶ Sin in confectione novi cataſtri, ſeu regiſtri aliquis gravetur per æſtimatores in rerum æſtimatione, poteſt intra annum à die ſcientiæ, de hoc conqueri, & obtinere deſalcationem. *l. qui gravatos. C. de cenſib. & cenſito. & peræquator. lib. 11.* ¶ Collecta impoſita, & æſtimum factum, non poſſunt amplius augeri, donec æſtimum in genere de novo fiat. *Borg. deciſ. 22. num. 9.* ¶ Tributorum exactor facultatem habet boni viri arbitrio, vel tributum dimittere, vel diminuere ei, cujus patrimonium ſurente fortuna collapſum eſt. *Hippol. ſing. 619.*

Cap. VII. Ad quem pertineat onus.

Prædiis à fiſco diſtractis, præteriti temporis tributi ipſorum prædiorum onus ad emptorem ſpectare placuit. *l. 36. ff. de jure fiſci.* ¶ Onus ſolvendi tributum, ſpectat ad poſſeſſorem, non obſtante pacto in contrarium, quod procedit etiam pro tributis præteritis. *Abb. conſil. 30. lib. 2.* ¶ Onus tributi & vectigalis ſpectant ad hæredem pro tempore præterito. *l. 41. §. hæres de legat. 1.* ¶ Onus talearum pertinet pendente conditione fideicommiſſi ad hæredem gravatum percipientem fructus. *Cravet. conſil. 293.* ſed, ad quem ſpectet collectam ſolvere, & de materia *vide per Dec. conſil. 286.*

Cap. VIII. Qui, & ad quæ teneantur, ut ſolvere, &c. vel non.

Poſſeſſores prædiorum pro modo eorum tenentur ad collectas. *Ozaſ. deciſ. 68. num. 17.* & uniuscujusque pro rata patrimonii. *idem deciſ. 95. num. 32. Natt. conſil. 418.* ¶ Qui fœnus exercent, tenentur ad onera patrimonialia, licet non habeant poſſeſſiones. *l. 22. §. fin. ff. ad municipales.* ¶ Eccleſia tenetur conferre pro refectione pontium & viarum. *l. 7. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Clerici pro prædiis propriis tenentur ad fiſcalia onera, alias patiuntur translationem. *l. 3. C. de Epiſcop. & Cleric.* ¶ Eccleſia, quæ regulariter non tenetur ad collectas, an teneatur, quando privatorum prædia aliquo titulo in eam ſunt translata. *Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 234.* ¶ Uſufructuarius ad collectas tenetur. *Ozaſ. deciſ. 83. num. 4. Menoch. conſil. 330. libr. 4. l. 8. & l. 34. §. ſi quid. ff. de uſufruct.* limita, quando alicui ſunt relicti certi fructus, ſeu corpora fructuum, & non uſusfructus, ſed quando hoc dicatur fieri. *Menoch. dict. conſil. 300.* ¶ Limita ſecundo, quando tanta eſſet ſolutio collectarum, quod æquipolleret perceptioni fructuum, tunc enim tenetur proprietarius ad collectas. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des droicts. Rub. 4. §. 6. gloſſ. 11. num. 5. Natt. conſil. 414.* ¶ Si res laici, quæ ſolvebat tributum, pervenerit ad Eccleſiam, an Eccleſia teneatur ad tributum, *vide Fel. conſil. 46.* ¶ Officiales & Conſiliarii Civitatis, quas

colle-

collectas ſolvere teneantur. *Bartol. in l. 1. C. de immunit. nomi. conced. libr. 10.* ¶ Collectam pro emendo grano tempore cariſtiæ tenentur ſolvere divites & pauperes. *Bartol. in leg. unica. Cod. ut nemini liceat in emptione. lib. 10.* ¶ Exactor talearum, an teneatur exigere ab eo, qui eſt in quinterneto illi remiſſo per communitatem, vel à poſſeſſore, *Perilluſtr. P. Theſſaur. decıſ. 164.* ¶ Deſcriptus in æſtimo poteſt præciſe compelli ad ſolutionem collectarum & onerum, nec (ut ea non lubeat) poteſt æſtimo renunciare. *Ozaſ. deciſ. 86. num. 5.* ¶ Clericus, qui utitur beneficio laicorum, tenetur onus illi beneficio annexum ſubire, & Clerici compelli poſſunt, ad ſubeundum onus, propter quod communis utilitas paratur. *Natt. conſil. 311.* ¶ Eccleſia tenetur ſolvere onera realia pro rebus tributariis, quas emit, ſed ad collectam, quæ imponitur perſonis pro rebus, non tenetur, *Bart. in l. fin. C. de exact. tribut. lib. 10.* ¶ Laici collectas imponentes Clericis, vel Eccleſiis, ſi moniti non deſiſtant, ſunt excommunicandi, poteſt tamen Epiſcopus cum Clero eis in neceſſitate præbere ſubſidia. *cap. 4. ext. de immunit. Eccleſ.* ¶ Si venditor aſſerit minus tributum deberi, quam debebatur, tenebitur emptori ignoranti ad intereſſe, ſcienti autem non. *l. 9. C. de act. empt.* ¶ Nunquid ſingularis litigans contra univerſitatem teneatur contribuere in expenſis ipſius univerſitatis, pro illa cauſa factis, *vide Guid. Papon. ſing. 795.* ¶ Effodiens venam, & cætera metalla, debet ſolvere tributum. *tot. tit. C. de metall. lib. 11.* ¶ Veterani onera vectigalia & patrimonialia debent ſuſtinere, neque à collectis ſunt immunes. *l. 2. & pen. ff. de privileg. veteran.* ¶ Collectæ debent ſolvi uniformiter quolibet anno, ſed ſolutio debet variari ſecundum neceſſitatem occurrentem, & prius bona communia ſunt expendenda, quam fiat indictio, *vide ibid. Natt. conſil. 150. Tom. 1.* & onera æqualiter diſtribui debent, ne pauperes aggraventur plus, quam divites. *Cravet. conſil. 195. num. 8.* ¶ Si imponatur onus patrimoniale ratione rerum, ad illud tenentur etiam nobiles, ſaltem in allodialibus, *Caſſand. titul. des mains. Rubric. 9. §. 18. gloſſ. 3. numer. 11.* nam collectæ ratione poſſeſſionis & perceptionis fructuum imponuntur. *Ozaſ. deciſ. 83.* ¶ Prædia forenſium licet collectari ſolum debeant, ubi ſita ſunt, tamen ex pacto, & contraria conſuetudine contrarium ſtatui, atque ordinari poteſt, & per conſequens alibi hoc caſu regiſtrari. *Menoch. d. conſil. 14. vide conſil. 21. eod. lib.* ¶ Collectas, ſeu onera ſubire ſub certa forma, vel modo pacto, aut tranſactione oneroſa, quis ſe aſtringere poteſt. *Ozaſ. deciſ. 91. num. 8. & 11.* ¶ Poteſtas non poteſt exactoribus tributorum committere exactionem, & qui tenetur facere exactionem infra certum tempus, ſi illam non fecerit, cogitur ſolvere de ſuo. *Bartol. in l. 7. Cod. de exactio. tributor. 10.* ¶ Univerſitas debet in primis de burſa ſua, & bonis ſuis ſolvere debita ſua, de reſiduo per ſolidum, & libram, & non per capita, collectam imponere, ſalvis expenſis. *Borg. deciſ. 22. num. 3. 4. 12. & 21. de contract. part. 2. Natt. conſil. 418.* ¶ Tenementarii tenentur pro reliquis & tributis præteritis. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. Sabaud. ſuper decreto, Rempubl. gloſſ. 1. tit. de jure emphyt.* ¶ Ille, qui poſſidet fundum, debet pro eo ſolvere collectam, licet ſibi non ſit adſcriptus in cataſtro, ſed ſit adſcriptus alteri. *Bartol. in l. 3. C. quando liceat empt. diſ.* ¶ Collecta impoſita per Civitatem pro ſolvendo debito civi, ille civis contribuit, & econtra, *Bartol. in l. 107. §. ſi à Titio. de legat. 1.* ¶ Emens fundum ea lege, ne ſolvat tributum, tali pacto non excuſatur, quin ſolvere compellatur (etiam pro præterito tempore) licet repetat à venditore *l. 2. & fin. ubique gloſſ. C. ſine cenſu, vel reliquis, & l. fin. C. ſi propter publicas penſitationes.* ¶ Municeps, qui poſt collectam impoſitam eſt effectus converſus

alicujus monaſterii, adhuc tenetur ad ipſam collecta
idem in tranſeunte de una villa ad aliam. *Bart. l. 34.*
de præſ. ¶ Plures poſſeſſiones in diverſis locis habe
tes, in quolibet territorio collectam ſolvere tenent
Marc. quæſt. 458. num. 10. ¶ Collectæ tamen, quæ p
ſonis pro rebus imponuntur, niſi in loco originis,
dominii ſolvuntur, & ſi in pluribus territoriis bo
ſunt ſita, *Marc. quæſt. 458. numer. fin. Natt. conſil*
Tom. 1. imo collectæ, quæ perſonis imponuntur rat
ne rerum, foreoſibus etiam imponi poſſunt, ſecus
his, quæ imponuntur perſonæ ratione perſonæ. *Na*
conſil. 158. Tom. 1. vide Menoch. conſil 75. lib. 1. & Na
conſil. 211. ¶ Ex pacto & longa conſuetudine poteſt
duci, ut homines alicujus loci teneantur contribu
in collectis & oneribus, quæ occurrunt & imponun
per communitatem alterius loci. *Dec. conſ. 638.* ¶ E
ptor ſi ſolverit collectas pro re empta, ad quas ven
tor tenebatur, repetet. *Natt. conſil. 71. num. 3.* ¶ Ve
ditor, qui vendidit Eccleſiæ, tenetur ad collectas,
cet non poſſideat, & prædia non tolluntur de ejus
giſtro, maxime ita diſponente ſtatuto. *Natt. conſil.*
licet dictum etiam procedat ſine ſtatuto, *idem conſ.*
¶ Collecta habet veterem & novum poſſeſſorem ob
gatum, electione data communitati, quem velit co
venire, ideo valet alienatio rei propter ſolution
collectæ facta, citato ſolum eo, qui habet rem in
æſtimo, licet alius alleget habere jus in dicta re al
nata. *Natt. conſil. 611.* ¶ Forenſes tenentur ad collec
impoſitas pro extructione murorum, pontium, port
viarum, & earum refectione. *Natt. conſil. 215. Tom*
tamen non tenentur ad onera perſonalia, cum rati
ne originis, vel domicili competat. *ibid. num. 3.* nec
collectas, quæ imponuntur pro debito univerſitat
& pro impenſa utili, & non neceſſaria: *Natt. ibid. nu*
mer. 6. ¶ Dominus onera realia non poteſt recuſar
licet res poſſit ab eo auferri. *l. 36. ff. de noxal. act.*
¶ Collecta in qua Civitate ſit potius ſolvenda, qua
do quis à duabus Civitatibus ad collectas vocatur.
Natt. conſil. 169. num. 2. ¶ Civis poteſt compelli
ſolvendum collectam in eo vico, in quo habitaba
quando collecta fuit impoſita, non habita conſider
tione mutationis domicilii. *Fran. de Cæleſta ſing. 2.* ¶ Co
lectam impoſitam pro liberatione loci ab infeudati
ne, etiam forenſes alibi habitantes ſolvere tenentur.
ſed quibus ſolemnitatibus collecta imponi poſſit, *E*
cell. P. Theſſaur. deciſ. 257. ¶ Dominus exiſtentis in du
rum territoriorum confinio tributa, collectæ in territ
rio, in quo frequentius dominus habitat, debent ſo
vi, alias eſt in electione ſolventia. *Franc. Marc. quæ*
353. part. 2. ¶ Civis, an poſſit compelli pro re qua
libet etiam alibi ſita, ad contribuendum pro collec
impoſita in civitate, in qua habitat. *vide Guid. Pap. quæ*
5. & quid in habitantibus, qui habent bona alibi, *vi*
quæſt. 396. ejuſdem. ¶ Utrum forenſes, qui habitan
poſſint compelli ad ſolvendum collectas pro bonis
tis in loco, & territorio ipſarum collectarum, *vi*
Guid. quæſt. 87. & Mynſinger. obſervat. 22. cent. 5. Me
noch. conſil. 75. libr. 1. ¶ Creditor poſſidens prædiu
pignoratitium tenetur ſolvere tributa. *Bartol. in l. 4*
ff. de pact. ¶ Vir tenetur ſolvere pro fundo dotali
onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, *Barto*
in l. neque ff. de impenſ. in rebus dot. fact. ¶ Pro tri
buto Principis compelluntur ad ſolvendum tertii po
ſeſſores, etiam pro tempore præterito, tamen ſi qui
convenerit & promiſerit ſolvere annis ſingulis, in
ſuper bonis ſuis aliquid, puta pro guardia, tun
ipſo defuncto relicto hærede, agitur contra alium,
& nullo hærede apparente, in ſubſidium agitur, etiam
contra tertios poſſeſſores. *Guid. quæſt. 9.* ¶ Coloni
ita demum ad collectas etiam contribuere tenentur

ſi de-

ſi deducta impenſa aliqui fructus ſuperſunt, *Ozaſ. deciſ. 83. num. 8.* verum poſſunt collectari in loco habitationis. *Papon. libr. 5. titul. 11. arreſt. 35.* ¶ Regulariter, qui percipit fructus, ſubit onus collectarum, *Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des droicts. Rubr. 4. §. 6. gloſſ. 11.* quod procedit, etiamſi dominus proprietarius fuiſſet exemptus ratione privilegii, vel alia cauſa. *ibid. num. 6. facit l. neque, ff. de impenſ. in rebus dot. fact. & l. 13. ibid.* ¶ Emphyteuta tenetur ſolvere collectas, etiamſi ſolvat magnum canonem, vel magnam penſionem, *Natt. conſil. 114. 194. & 312. Tom. 1.* ¶ Colonus tenetur ſulvere gabellam & onera realia, quæ imponuntur fructibus, non tamen alia, quæ imponuntur perſonis ratione rerum. *Natt. conſil. 409.* ¶ Domini, & non coloni pro eorum prædiis ſolvere tributa tenentur, niſi aliter ſit conventum, vel aliter ſe habeat conſuetudo, *leg. 4. & 9. Cod. de argricol. & cenſit. libr. 1.* ¶ Collectas ſolvere gravatus poteſt dicere officiali, oſtende mihi ſi ſum in quinternetto, ſine quo non teneretur, *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus. litera C. ſingul. collecta, & Bartol. in l. 1. Cod. de exact. tribut.* ¶ Taleas ex privilegio non ſolvens, an aucta poſtea familia ſolvat, *per Boer. deciſ. 213. numer. 17.* ¶ Verba univerſalia in reſcripto poſita, nempe, quod omnes teneantur ad collectas, ad eos tantum extenduntur & comprehendunt, qui de jure tenentur, non autem ad privilegiatos & exemptos, *Ozaſ. deciſ. 90. num. 12.* ¶ Eccleſiaſticæ perſonæ, an teneantur collectas ſolvere, *vide Ozaſch. deciſ. 68. Guid. Pap. quæſt. 79. 381. & 382. Dec. conſil. 694. Bartol. in l. 5. Cod. de Epiſcop. & Cleric. & Bartol. conſil. 180. libr. 1.* ¶ Eccleſia tenetur conferre aliquid pro reparatione mœniorum Civitatis. *Guid. Pap quæſt. 78.* & pro purgandis foſſatis, fontibus, pontibus, & aquæductibus, *Roland. conſil. 2. volum. 2.* ¶ An creditor prædiorum teneatur ſolvere alterius prædium ann. dominus ultra fictum in iis locis, in quibus reperiuntur prædia, *Roland. conſil. 79. Tom. 4.*

Vel non.

Si uſus ex his, quibus collecta eſt impoſita, ſolvere non poteſt, alii de univerſitate ſolvunt per æs & libram. *Bartol. in l. 4. §. actor. de re judic. num. 8.* nam propter non ſolventes tributa cæteri gravantur. *Bartol. in l. 3. C. de exacto. tribut. libr. 10. Bartol. in l. 2. C. de apo. pub. eod. libr.* ¶ Si venientibus ad habitandum in loco concedatur immunitas, cum pacto ſolvendi certam quantitatem, ad alia munera & collectas non tenentur. *Bartol. conſil. 59. volum. 1.* ¶ Italia tributa non ſolvit, *gloſſ. in verb. agricolas. §. ſed; & etiam, Authent. de mandat. Princip.* ¶ Forenſes non tenentur ad collectas, quæ imponuntur pro rebus, quarum utilitate ipſi non fruuntur, in qua quæſtione plura referuntur exempla, *de quibus Theſſaur. deciſ. 149.* ſed ad quæ onera teneantur, *vide & deciſ. 149. ibid.* ¶ Coloni Eccleſiæ, an ſint immunes à collectis ratione partis colonicæ fructuum, adeo quod pro illa parte, & non aliter, poſſint cogi ad ſolutionem, *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 116.* ¶ Collegium noviter ingreſſus, non tenetur pro debito antea contracto, idem in cive noviter facto, & ſucceſſore, *Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus. litera C. ſingul. collecta. 2. Bartol. in l. 23. Cod. de Decurionibus. libr. 10.* ¶ Collecta ſi officiali ſolvatur, qui poſtea aufugit, non imputatur ſolventi. *idem Corſet. litera C. ſingul. collecta. 3. l. 4. C. de naufragiis. libr. 11.* ¶ Habens privilegium pro poſſeſſionibus ſuis, non tenetur ad collectam impoſitam pro remuneratione legatorum. *Bartol. in l. 13. C. de excuſat. muner. libr. 10.* ¶ Si fiat collecta pro ſolido & libra, quis non tenetur pro re, quam tenetur reſtituere, *Guid. Pap. ſingul. 248.* ¶ Ille, qui recipit penſionem, non tenetur ad collectas, ad quas tenetur ille, qui percipit fructus *Petr. de Raven. ſing. fin.* ¶ Ille, cui aſſignatur prædium patrimoniale Principis ſterile, habet biennii vacationem à tributis, ſi fiſcale habet triennium. *Bartol. in l. 7. C. de omni agro deſerto. libr. 11.* ¶ Doctor non tenetur ſolvere collectas, *Bartol. in l. Cod. de dignitatibus. num. 22.* ¶ A collectarum ſolutione, an quis liberetur cedendo fundum, *vide Bartol. in l. 7. ff. de acquir. pluv. arcen.* ¶ Incola non tenetur ad collectam pro debito contracto in communione, antequam ibi contraheret domicilium, *Bart. in l. 34. ff. de pœnis.* ¶ Collectæ ſi imponantur ratione onerum præteritorum, non compellitur quis ad ſolutionem, ſi legitime vellet ſe defendere, cum non immineat damnum publicum, *Ozaſ. deciſ. 86.* ſecus ſi ratione onerum futurorum. ¶ Licet maritus lucratus ſit dotem, non tamen tenetur ad ſolutionem tributorum aliarum rerum uxoris ſuæ; ſed tenentur poſſeſſores ſeu ſucceſſores. *l. 27. C. de jur. dot.* ¶ Colonus non tenetur ſolvere collectas, niſi faciat fructus ſuos præſtando omni anno certum, quid domino, & creditor pignoris debet præſtare & ſolvere, licet contrarium conventum fuerit. *Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des droicts. Rubr. 4. §. 6. gloſſ. 11. num. 8.* verum conductorem ſimplicem non teneri ad ſolutionem collectarum, ſed h c onus ſpectare ad locatorem, ſcripſit *Roland. conſil. 79. volum. 4. vide Anton. Corſet. in ſuis ſingularibus. Litera L. ſingul. locatio.* quod fallit in conductore ad longum tempus. *Natt. conſil. 36. Tom. 1.* ¶ Eccleſia ſub prætextu privilegii ſibi conceſſi, non debet privatos à muneribus defendere. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. 8.* ¶ Clerici extraordinaria munera non ſubeunt, & hoſpitem recipere non tenentur: & nulla communitas poteſt imponere collectas Eccleſiis, vel Clericis. *l. 1. 2. 3. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ¶ Pauperes, qui ſibi victum induſtria ſua quærunt, non debent conferre ad onus impoſitæ collectæ: idem in his, qui ſunt lapſi facultatibus. *Petr. Gem. ſingul. 73.* ¶ Clericorum bona ſunt immunia ab omnibus ordinariis, & extraordinariis muneribus, ſed quid, ſi eorum prædia ſint deſcripta in æſtimo, *vide Natt. conſil. 203.* ¶ Eccleſia nullum onus agnoſcit, niſi ordinarium, & propter ſubitum adventum Principis. *l. placet. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Vaſallus cedere bonis an poſſit, ut evitet collectas, & debita fiſcalia, *vide Afflict. deciſ. 265. num. 10.* ¶ Collectam quis ſolvere non tenetur pro re, quam reſtituere tenetur. *Guid. d. quæſt. 87. num. fin. & quæſt. 384. in fin.* ¶ Nobiles nobiliter viventes non tenentur ad tributa, licet res acquiſitæ per eos eſſent regiſtratæ, niſi ipſi reperirentur in regiſtris obligati: quia tunc virtute obligationis tenerentur. *Guid. quæſt. 384.* idem in Advocatis & eorum filiis. *ibid. quæſt. 388. & ſeq. vide ſupra titul. prox.* ¶ Collectas ſolvere non tenentur poſſeſſores feudi redacti à natura feudali, in burgenſaticum, *Vincent. de Franc. deciſ. 138. n. 18.* ¶ Poſſeſſio libertatis non ſolvendi taleas, qualiter acquiratur, & quæ requirantur, ut inducatur talis præſcriptio, ſeu poſſeſſio libertatis non ſolvendi, *vide per Cravet. conſ. 111. & conſil. 132. num. 10.* ¶ Collectam ſolvere non tenetur, qui pro bonis ſuis certum quid annuatim univerſitati ſolvit. *Cravet. dict. conſil. 111. num. 7.* ¶ Quod dicitur bona feudalia non teneri ad ſolutionem collectarum, intelligitur, quando feudum eſt proprium; ſecus ſi ſit improprium. *Cravet. conſ. 293.*

Cap. IX. Qui gaudeant privilegio, vel non.

Qui ſe, & ſua bona dedicarunt Religioni, gaudent etiam in bonis, quæ tenent nomine monaſterii, omnibus privilegiis illius Religionis, nec tenentur ad onera collectarum, & aliorum, pro quibus ante tenebantur, niſi eſſent onera certa, & perpetuo ipſis rebus annexa.

Digitized by Google

annexa. *Abb. conſil. 53. lib. 1.* ¶ Æſtimo generali confecto, debet æſtimatio præſentari Rectori Provinciæ. *Natt. conſil. 433. num. 3.*

Cap. X. Quæ fieri poſſint, vel non.

Propter tributa, & collectas bona minorum poſſunt alienari, *l. fin. C. de præd. & aliis reb. min. ſine decr.* ¶ Exactor tributorum ſcripturam de ſuſcepto claram facere debet, alias punitur & rerum ceſſantium in ſolutione tributorum venditio fieri debet, periculo venditoris. *§. coges. Authent. de mand. Princip.* ¶ In exigendis collectis antiquitas dat juriſdictionem, merum, & mixtum Imperium. *Gail. obſerv. 52. libr. 2. num. 25.* & in exactione collectarum conſuetudo Provinciæ ſervari debet. *Vincent. de Franc. deciſ. 56. num. 8.* ¶ Si exactores non eſſent ſolvendo, aut alias theſaurarius non poſſet ab eis exigere, an poſſit juridice compelli facere duos, aut tres de aliis hominibus creditoribus talis univerſitatis, *Guid. d. quæſt. 87.* concludit pro parte negativa. ¶ Tributorum, & collectarum exactio, inter ſordida munera non reputatur. *Mago. deciſ. 66. Rot. Flor.* ¶ In ſolutione tributorum, ſeu collectarum exactione, proceditur ordine non ſervato. *Mago. ibid. num. fin.* ¶ Collectarum executio etiam pendente cognitione fieri debet, & in eis procedi de plano cogendo, & exigendo. *Ozaſ. d. deciſ. 86. num. 4.* ¶ Collectæ exactio fit executive: ideo ſi quis collectam recuſet ſolvere, auferuntur ab eo fructus. *Cravet. conſil. 111.* ¶ Executio tributorum non debet fieri incontinenti. *Bartol. in l. unica. Cod. de ſuperexactoribus libr. 10. vide tamen §. cogemus, Authent. de mand. Princip.* ¶ Inter plures locos unitos non debet fieri ſeparatio collectarum, & impoſitionum ſine magna cauſa, *Papon. libr. 5. titul. 11. areſt. 38.*

Cap. XI. Regiſtratio, quando fiat, & qui teneatur regiſtrare, &c.

Prædia ſunt regiſtranda, & cenſenda eo in loco, in cujus territorio ſunt ſita, niſi aliter per tranſactionem fuerit conventum. *Menoch. conſil. 14. volum. 1.* ¶ In regiſtro faciendo, æſtimari plus debent prædia propinqua oppido, quam ea, quæ ſunt de longinquo. *Natt. conſil. 265. & 433.* ubi plene, quomodo ſit facienda æſtimatio bonorum. ¶ Ager qui accrevit per alluvionem, debet regiſtrari in loco, ubi erat regiſtratum prædium, cui accrevit, & non ſeparatim. *Natt. conſil. 186.* & regiſtri cauſa finalis eſt ſolutio onerum. *ibidem.* ¶ Regiſtratio fit reſpectu onerum ſolvendorum, ſed quæ defenſiones poſſint adduci per contumaces contra præceptum pœnale de regiſtrando bona, quæ poſtea non fuerunt regiſtrata, *vide Natt. conſil. 358. & ſeq.* ¶ Æſtimum de novo eſt faciendum propter prædia effecta ſterilia, vel quæ caſmate, aut aliter ſunt perempta, & propter defectus facultatum omne territorium cenſeri debet, & æſtimatio renovari. *Natt. d. conſil. 433. num. 4.* ¶ Quis regiſtrare non tenetur bona ſua immunia, etiamſi fuerit juſſus ab officialibus ad id deputatis. *Natt. d. conſil. 338. num. 8.*

Cap. XII. Qui effectus producantur.

Solutio collectarum facta ab eo, qui non eſt dominus rei, non tribuit dominium. *l. 4. Cod. de donatio. & l. 7. C. de actio. empt.* ¶ Pars major congregatorum ad collectæ impoſitionem, an liget minorem, *Guid. Pap. quæſt. 631.* ¶ Domus non ſolventis collectas non deſtruitur. *Bartol. in l. 43. §. hoc de legat. 1.* ¶ Collectæ impoſitæ ab univerſitate, an habeant paratam executionem, *vide per Ozaſch. deciſ. 86. & Doct. in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ¶ Adſcriptio facta in regiſtra non obligat, niſi perſonam regiſtrantem. *Natt. conſil. 328.* ¶ Impinguatio terræ, vel melioramentum culturæ, non facit tributa creſcere. *l. 3. C. de alluvio. & palud.* ¶ Caducitate rei emphyteuticæ non præjudicatur regiſtro, & anteriori conſignamento quocunque res committatur: ideo res commiſſæ, quæ prius erant allodiales priſtinam reaſſumunt naturam, & per conſequens ſi prius erant immunia ab oneribus communitatis immunia præſervantur, alias ſecus, *vide D. Sol. in ſuis comment. gloſſ. 2. ſuper 3. part. decreti. licet, titul. de jure emphyteut. Natt. conſil. 328.* ¶ Si paciſcatur inter debitorem dantem pignus creditori, & ipſum creditorem poſſeſſorem, ut ipſe poſſeſſor non teneatur ad onera, vel tributa, tale pactum nullius eſt momenti in præjudicium juris publici; ſed inter contrahentes eſt ſervandum. *l. inter debitorem. & ibid. gloſſ. ff. de pact. & l. 53. pactum eod.* ¶ Si res, quæ debet aſſignari in cataſtro ſub pœna amiſſionis ipſius, ſi aſſignetur, an tunc quia ea privetur ipſo jure, *vide Bartol. in l. 18. §. ſed an. ff. famil. erciſc.* ¶ Cataſtrum patris prodeſt filio etiam emancipato; non autem aliis. *Bartol. in l. 1. §. domini l. 2. ff. de Senatuſconſult. Syll.*

Cap. XIII. Quæ valeant.

Venditio ſolemniter facta ob tributa non ſoluta non revocatur, licet à debitore, vel ejus hærede tributum poſtea offeratur: ſecus ſi ſolemniter, & potior eſt cauſa tributorum omnibus creditoribus, *tot. tit. C. ſi propter publicas penſitatio. vend. fuerit celebr. facie. l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. anno.* ¶ Res vendita non debet removeri de cataſtro venditoris, niſi ipſe profiteatur, quod venditor eſt idoneus ad ſolvendum onera fiſcalia, etſi non reperiretur idoneus, quod ipſe ſolveret. *Petr. de Raven. ſing. 845. & Petr. Gerard. ſing. 10.* ¶ Communitas, ſi ab incola mutuo centum acceperit, pacto adjecto, quod donec ei ſatisfecerit, nihil ſolveret pro collectis, an valeat talis contractus, *Ozaſ. d. deciſ. 95.* ¶ Venditio non reſcinditur ex eo, quod emptor non ſolverit tributum Reipubl. juxta conventionem: ſed emptor tenetur venditori ad intereſſe. *l. 14. C. de reſc. vend.*

Cap. XIV. Qui, & quæ facere poſſit, vel non.

Lex, vel ſtatutum poteſt facere, quod collecta ſit munus reale, licet imponatur perſonæ pro rebus. *Bartol. in l. 1. C. de indictionibus libr. 10.* ¶ Civitas in ſui præjudicium poteſt immunitatem concedere civilibus, & incolis, ac pro eis ſolvere collectas. *Ozaſ. deciſ. 95. num. 12. & 23.* ¶ Civitas ratam portionem onerum ſibi à Principe aſſignatorum, poteſt diſtribuere etiam inter artifices, *Alexand. Raud. tractat. de Analog. cap. 40. numer. 93.* ¶ Emptor, vel alius poſſeſſor tenetur levari facere rem de æſtimo venditoris, vel alterius alienantis. *Marc. de Mant ſingul. 329.* ¶ Venditor ſolvens collectas pro emptore poſt traditionem, illas repetit ab ipſo emptore. *Marc. de Mant. ſingul. 440.* ¶ Univerſitas alicujus loci poteſt conficere nova regiſtra, & compellere homines ad regiſtrandum. *Cravet. conſil. 195.* ¶ Debitor ex cauſa collectarum non poteſt compenſare cum alio ſibi debito, & exactor tributorum debet dare apocham de ſoluto. *Bartol. in §. 1. Auth. de collectoribus.*

Cap. XV. Ad quæ teneatur, vel non.

Factores dominorum poſſunt cogi pro exactione tributorum. *Bartol. in leg. 7. Cod. de execution. tribut. lib. 10.* ¶ Diſcuſſores facta æſtimatione facultatum uniuſcujuſque, ſi taxaverint aliquem in collecta ultra vires propriæ facultatis, privantur honore, & compelli debent ad ſolvendum totum id, quod ſua iniqua ſententia ipſi debitori adſcripſerunt. *Roland. dict. conſil. 66. numer. 56. Guid. Papon. ſingul. 746.*

¶ Em-

¶ Emphyteuta fundi patrimonialis debet pro parte (qua fundum poſſidet) munera ordinaria agnoſcere. *l. 1. C. de collatio fundi lib. 11.* non autem extraordinaria. *l. 2. eodem.* ¶ Exactores deputati ad exigendam taleam poſſunt capi, & conveniri lapſo termino eis dato ad exigendum & ſolvendum. *Franc. Marc. queſt. 803. num. 3.* & ipſi exactores poterunt exigere ab aliis de univerſitate. ¶ Domino, & ſubditis de re prædiali decertantibus ſubditorum, quemlibet litis ſumptibus conferre teneri deſumitur ex libris placitorum curiæ. *libr. 11. titul. 3. queſt. 1. in deciſ. diverſo.* quod procedit etiamſi talis conferens nihil habeat ſoli: jam enim ſatis ſua intereſt, quod fieri poteſt, ut haberet. *Joan. Papon. libr. 5. libr. 11. arreſt. 4.* ¶ Exactor tributorum debet debitores tributorum in ſubſidium exigere. *§. eos. Authent. de collectoribus.* ¶ Univerſitate pro debito condemnata, quis capi poteſt ſolum pro parte; ſed ſi onus exigendæ collectæ quibuſdam ſit impoſitum, poterunt ipſi lapſo certo tempore conveniri, & inſolidum capi, *Bartol. in l. 4. §. actor. ff. de re judi. num. 7.* ¶ Fiſco contra non ſolventem collectas, quomodo ſubveniatur, *Afflict. deciſ. 252. n. 4.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Emptor re non tradita non efficitur dominus, etiamſi geſſerit ſe pro domino ſolvendo tributa, vel collectas pro ipſa re. *l. 8. C. de act. empt.* ¶ Gravatus, dicendo de nullitate gravaminis, dicitur actor, & creditor defendendo gravamen, dicitur reus *Borg. Cavalc. deciſ. 5. de judi.* ¶ Liber æſtimi, & collectarum debet oſtendi, & edi cuilibet petenti pro ſuo intereſſe. *Borg. deciſ. 22. num. 8. de contractibus part. 2.* ¶ Regiſtro producto, communitas habet ſuam intentionem fundatam ad continuandum onera, niſi dominus rerum poſſeſſor edoceat res ad eum perveniſſe titulo alio, quam voluntario, *D. Sol. in ſuis comment. gloſſ. 2. ſuper 3. part. decreti, licet, tit. de jure emphyt. num. 21.*

TITULUS DLXXXVI.

De excuſationibus munerum.

Generalia.

DE excuſationibus munerum, *vide per tot. tit. ff. de munerib. & bon. in tit. de jure immuni. in tit. C. de munerib. patrimo. & in tit. C. de Decurio. ibid.* ¶ Vide de materia, *infra tit. prox. ſeq.*

Cap. I. Qui ſolvere teneantur, vel non.

Officiales, & Conſiliarii Civitatis, quas collectas ſolvere teneantur, & à quibus habeant excuſationem, *vide Bartol. in l. 1. C. de immunit. nem. conced. lib. 10.*

Vel non.

Univerſitas cives cogere non poteſt, ad ſolutionem onerum militarium, extante privilegio, ſeu tranſactione cum illis inita, & verbis generalibus concepta, quod ab omnibus muneris immunes. *Ocaſcus deciſion. 39.* ¶ Officiales, qui perſonaliter habent ſervire officio, non coguntur ire ad exercitium, nec cuſtodiam facere. *Bartol. in l. 3. C. de Canon. largitio. tit. lib. 10. & in l. 1. Cod. de immunit. nem. conced. eod. lib.* ¶ Propter ſolam poſſeſſionem quis non vocatur ad munera perſonalia, ſecus in patrimonialibus. *l. 4. C. de incolis libr. 10.* ¶ Doctor non ſubit munera perſonalia, & gaudet privilegio immunitatis, & ideo non tenetur ſolvere gabellas. *Bart. in l. 1. C. de dignitatibus. lib 12. n. 12. 15. & 16. neg. collectas. ibid. n 21.* ¶ Scholaris ſtudens non tenetur ad munera in propria Patria. *Bart. ibid. n. 25.* ¶ Sic mentibus ad habitandum in loco, concedit immunitas cum pacto ſolvendi certam quantitatem, quoad alia munera collectas, non tenentur. *Bartol. conſ. 59. vol. 1.*

Cap. II. Qui excuſentur, vel non.

Doctores legum debent excuſari ab omni munere reali, & perſonali. *Guid. Papon. queſt. 88.* ideo excuſantur à munere recipiendi milites, & ab aliis oneribus. *Roland. conſ. 66. lib. 1.* ¶ Pauperes quorum induſtria ad victum, & alimenta omnino eſt neceſſaria, à tributorum, & collectarum ſolutione excuſantur, *Marc. deciſ. 490. cap. 4. ext. de cenſib.* idem in cœco. *ibidem.* ¶ Conſuetudo non ſolvendi excuſat à muneribus. *Natt. conſil. 301.* ¶ Tutor unius magni patrimonii, vel poſitus in magna adminiſtratione excuſatur, ſi negotio præponat aliquem factorem ſufficientem. *Bartol. in l. 2. C. de cond. in public. horre. lib. 10.* ¶ Frater propter fratrem non habet vacationem, ſed propter alios idoneos nondum gravatos, recte excuſator. *l. fin. C. de munerib. & honor.* ¶ Electus, qui habet excuſationem recuperat ſumptus, quos fecit in lite, ab eo, qui eum nominavit. *l. unica. Cod. de ſumpt. recupe. lib. 10.* ¶ Habentes duodecim liberos de jure ſunt immunes, & excuſantur à ſolutione munerum. *Guid. Papon. queſt. 401. Natt. conſ. 539. Rol. conſ. 66 vol. 1. n. 35. & conſ. 52. vol. 2. Excell. P. Theſſaur. deciſ. 267* quo loci ampliat, & limitat regulam. ¶ Numerus quinque liberorum excuſationem tribuit à munere perſonali: idem in num. quinque nepotum natorum ex quinque filiis, fallit in munere perſonali, cui eſt honor annexus. *Vincent. de Franc. deciſion. 65. Natt. conſil. 539.* ¶ Regula, quæ habet numerum duodecim liberorum excuſare à moneribus, ampliatur procedere, ſive ſint mares, ſive fœminæ, etiam nuptæ, ſive in poteſtate ſint patris, ſive non, nec refert, quod aliquis ſit ingreſſus Religionem. *Roland. conſil. 52 volum 2.* & nepotes ſolum repræſentant perſonam patris, & de rationibus hujus immunitatis *vide ibidem.* ¶ Secundo ampliatur procedere, etiam in munere patrimoniali ordinario, ſaltem de conſuetudine, ſecus de jure. *Roland. d. conſ. 52. num. 18.* ¶ Tertio ampliat reg. quod locum habeat etiam in muneribus, quæ imponuntur ratione belli, *ibid. num. 20.* ſed declaratur hæc tertia ampliatio, ut locum non habeat, quando imminet publica neceſſitas, cui per Superiorem non poſſet provideri, niſi etiam exemptis tale onus imponeretur, *vide num. 17. ibidem.* ¶ Quarto ampliatur procedere, etiamſi poſt immunitatem obtentam unus, vel plures ex dictis filiis moriantur. *Roland. d. conſil. 52. volum. 2. num. 46. Hippol. ſingul. 657. vide infra tit. ſeq.* ¶ Numerus 5. vel 6. aut 12. liberorum à quibus muneribus excuſet, *per Bart. in l. 5. ff. de jure immunit.* ¶ De excuſatione munerum ratione officii, ſeu dignitatis, *Franc. Marc. queſt. 457.*

Vel non.

Reſpubl. ſi habet granum ad vendendum omnes tenentur emere, nec aliquis excuſatur, licet ei neceſſarium non ſit, & munus impoſitum à communitate, quod quis vendere cogatur granum, eſt munus patrimoniale. *Bart. in l. unica. C. ut nemine lice. in empt. libr. 10.* ¶ Tempore magnæ neceſſitatis non debet aliquis excuſari à murorum, ſeu Civitatis cuſtodia. *cap. 2. ex. de immunit. Eccleſ.* ¶ A munerum patrimonialium præſtatione nullus excuſandus eſt, nec nobiles, & Eccleſia excuſantur. *Franc. Marc quæſtion. 458. numer. 6.* idem in mixtis. *Bartol. in l. 10. ff. de muneribus & honor. & in l. 18. §. patrimonium. ibidem.* ¶ Indictio munus ordinarium eſt, & ideo ab hac immunitate non excuſatur, qui à muneribus excuſationem habet. *l. 1. C. de indict. lib. 10.* ¶ Cum Princeps præcipit, ut granum ematur, ab hoc onere nemo excuſatur *l. unic. C. ut nemini licet.* ¶ Munus ſemel agnoſcens videtur ſuo privilegio renunciare. *Bartol. in l. 13. §. fin. ff. de vaca. & excuſ. mune.*

TITULUS DLXXXVII.

De jure immunitatis.

Generalia.

DE immunitate, quæ conceditur à lege, *vide in tit. de excuſat. muner.* ¶ Vide de materia *in titul. ff. de vacar. & excuſ. muner. in titul. Cod. de Decurio. libr. 10. in tit. de privileg. eorum, qui in ſacro, & in tit. de metatis. C. lib. 12.*

Cap. I. Immunitas: Qua dicatur privilegium, vel non.

An, & quando facta eſt ſimplex conceſſio caſtri à principe ſit conceſſio feudalis, an vero donatio. *Roland. conſ. 85. 1. 4. conſil. 80. Tom. 3.* ¶ Militum privilegia circa litis expenſas quæ ſint. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 274.* ¶ Privilegium immunitatis alicui conceſſum videtur acceptatum, quam primum ad notitiam illius pervenerit, cui conceſſum fuit. *Natt. conſil. 242. num. 7.* ¶ Licet cui immunitas munerum publicorum ſimpliciter ſit conceſſa, tamen per hoc non eſt immunis à muneribus Patrimonialibus, ut eſt onus ſuſcipiendi hoſpites, nempe milites, niſi iſtud eſſet ſpecialiter indultum. *Hartm. cap. 7. tit. de cenſibus.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur: extendatur: porrigatur: trahatur: vel non.

Licentia conceſſa ad tempus, an extendatur ultra tempus, *Joan. Petr. Surd. deciſ. 203.* ¶ Immunitas conceſſa pro omnibus oneribus, exceptis bellicis, an comprehendat onera, quæ imponuntur cauſa peſtis. *D. Gaſp. Teſſ. qu. For. quæſt. 13. lib. 1.* ¶ Immunitas ſimpliciter conceſſa ab alibus oneribus, extenditur etiam ad novam oneris impoſitionem ſupervenientum poſt conceſſionem immunitatis. *Natt. conſil. 279. num. 9.* ¶ Immunitas à muneribus quomodo, & quando extendatur, *vide Bartol. in l. placet. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. numer. 60.* ¶ Conceſſio immunitatis facta tibi, & hæredibus tuis, intelligitur ordine ſucceſſivo, ſecus ſi fiat disjunctive tibi, vel hæredibus tuis: nam tunc copulative omnes admittuntur. *Roma ſingul. 67.* ¶ Immunitas ſimpliciter conceſſa, trahitur etiam ad bona poſtea quæſita. *Natt. conſilio 328. num. final. Ozaſ. deciſion. 136.* ¶ Immunitas ſtrictam recipit interpretationem. *Menoch. conſil. 297. lib. 3.* ¶ Immunitas conceſſa patriſam. extenditur ad totam domum. & ejus ſamiliam. *idem Papon. arreſt. 33. lib. 5. tit.* ¶ Immunitas ad bona poſt immunitatem obtentam alibrata extenditur, ſecus in his, quæ ante jam erant alibrata. *Ozaſ. deciſion. 136.* ¶ Statutum, & conceſſio ſimpliciter loquens de privilegio, & immunitate aliqua in dubio intelligitur de perſonali; & non reali, niſi ſit conceſſum loco, rei, dignitati, cauſæ, actioni, Eccleſiæ, aut Civitati. *Borg. Caval. deciſ. 5. de judic.* ¶ Immunitatem à collectis futuris emens dicitur emere quendam incertum, & dubium eventum, *Ozaſ. deciſ. 95. numer. 4.* ¶ Immunitas conceſſa per viam contractus, extenditur ad onera bellica, præterquam ad onera belli Divini. *Joſeph. Lud. deciſ. 3. Peruſ. num. 10.* ¶ An immunitas conceſſa verbis generalibus trahatur ad onera quæ imponuntur ex cauſa urgentis neceſſitatis, puta belli, aut famis, *vide Cravet. conſil. 294.* ¶ Immunitas conceſſa alicui, extenditur ad bona poſtea quæſita, & conceſſa à Decurionibus interveniente aliquo facto eorum, quibus conceditur, tranſit in contractum irrevocabilem. *Natt. conſil. 66. num 10. & 13.* ¶ Exemptionem ſi concedat Princeps alicui, onus univerſitati non accreſcit, ſed Principi decreſcit, & ab ea tanto minus exigere debebit. *Ozaſc. deciſ. 90. num. 8. vide Capel. Thol. quæſt. 349. in additio.* *& Boer. deciſ. 213. Marc. quæſt. 457. numer. 8. & quæſt. 491.* ¶ Exemptorum exgravatio cedere debet in incommodo immunitatem concedentis, & non aliorum, ſi portio exemptorum ſolvenda erat concedenti exemptionem, ſecus ſi alteri eſſet ſolvenda. *Roland. conſil. 76.* ¶ Conſtitutiones, loquentes de oneribus extraordinariis, non includunt habentes duodecim liberos, etiam ſi pater petierit hanc immunitatem, poſt mortem aliquorum filiorum. *Raud. de Analog. cap. 22. numer. 137.* ¶ Amplia, etiamſi pater paſſus fuerit bona deſcribi in æſtimo. *ibid. num. 141.* vel ſolverit unam, vel plures collectas. *num. 144. vide tamen num. 145. & ſupra tit. proxim.* ¶ An immunitas competens virtute ſententiæ extendatur etiam ad onera bellica, *vide Natt. conſ. 525.* ¶ Privilegium conceſſum per Principem alicui villæ de exemptione pedagii per terram ejuſdem Principis, extenditur ad terras poſtea quæſitas. *Guid. Papon. quæſtion. 489.* ¶ Sicut immunitas conceſſa ex contractu trahitur ad onera bellica, ita & conceſſa ex cauſa remunerationis. *Roland. conſil. 376. num. 7. & conſ. 13. volum. 3.* ¶ Immunitas tanquam odioſa, & exorbitans à regulis juris, ſtricte eſt intelligenda. *Bald. in quodam ſuo conſil. impreſſo in deciſ. Pede. Ozaſ. fol. 110. num. 19.* & reſcripta Superioris immunitatem concedentia, non valent. *Ozaſc. deciſ. 95. num. 10.* niſi motus proprius clauſula inſerta ſit. *Franc. Marc. quæſt. 457.* ¶ Pro immunitate in dubio judicandum eſt, *Ozaſc. deciſion. 95. num. 20.* ¶ Habens jus immunitatis virtute ſententiæ, dicitur habere ſuam intentionem fundatam, quando ſententia tranſivit in judicatum. *vide Natt. conſ. 524.* ſed an talis immunitas extendatur etiam ad onera impoſita propter bellum, vide eundem *Natt. conſil. 525.*

Vel non.

Privilegium mihi conceſſum, quod pro bonis meis, ad ſolutioem collectarum non tenear, non extenditur ad prædium meum, ab alio bona fide poſſeſſum, licet ad me poſtea revertatur. *Roma. ſingul. 603.* ¶ Conceſſa immunitate filiis, talis conceſſio non extenditur ad nepotes. *Boer. deciſ. 241. num. 8.* ¶ Quando homines alicujus loci habent immunitatem pro victualibus quæ ducunt extra dictum locum, talis immunitas non extenditur ad victualia alibi empta, & inde conducta ad dictum locum, & poſtea abducta negotiandi cauſa, *vide Natt. conſ. 139. Tom. 1.* quia immunitas à pedagii ſolutione conceſſa hominibus alicujus loci, non videtur conceſſa hominibus negotiatoribus illius loci. *Natt. ibidem.* ¶ Privilegium immunitatis non extenditur, ad homines loci originarios, qui domicilium alio tranſtulerunt nec in loco originis onera ſuſtinent. *Natt. conſilio 139. num. 14.* ¶ Privilegium immunitatis, non porrigitur, ad munus ordinarium. *Bartol. in l. 1. C. de indictionibus libr. 10.* ¶ Immunitas à muneribus conceſſa, non porrigitur ad munera habentia dignitatem annexam. *Bart. in l. unica n. 13. C. de muneribus,* & in quo loco, *libr. 10.* ¶ Immunitas conceſſa ab oneribus ordinariis, & extraordinariis, non trahitur, ad onera imponenda ratione belli inſoliti ſupervenientis cum de hujuſmodi bello non præſumatur cogitatum. *Ozaſcus deciſ. 91.* ¶ Privilegium perſonale immunitatis non ſolvendi pedagium competens ſocio, non porrigitur ad alterum ſocium pro re communi. *Papon. lib. 15. titul. 6. arreſt. 19.* ¶ Immunitas conceſſa domino non extenditur ad colonos. *Ozaſ. d. 39. num. 19.* & conceſſa per contractum, non poteſt à concedente revocari. *idem deciſ. 91. num. 12.* ¶ Ille, qui ex privilegio eſt exemptus & habet immunitatem à collectis, non intelligitur exemptus à collectis, quæ imponuntur civibus, propter neceſſitatem inſtantem, veluti propter bellum. *Hartm. cap. 6. libr. 2. titul. de cenſibus.* ¶ Immunitas conceſſa

ceſſa alicui à collectis, non extenditur ad collectam novam impoſitam propter bellum ſupervenions, fallit, ſi privilegium ſit conceptum per verba univerſalia, & prægnantia. *Natt. conſ. 63. 274. 275. 310. 397. & 406. vol. 1. & Rol. conſil. 5.*

Cap. III. Quæ comprehendat, vel non.

Privilegium immunitatis à ſolutione decimarum conceſſum monialibus, comprehendit etiam colonos partiarioa, quando eſt reale, ſecus ſi perſonale, ſed quando dicatur reale, *Menoch. conſ. 176. lib. 3.* ¶ Immunitas conceſſa pro aliquorum juribus & rebua, comprehendit etiam bona futura. *Bart. conſilio 59. num. fin.* ¶ Immunitas generalis comprehendit etiam onera belli, ubicunque de his ſaltem in genere cogitatum eſt. *Ozaſ. deciſ. 91. num. 12.* ¶ Immunitas conceſſa à lege comprehendit etiam collectas, quæ ob caſum ſupervenientis belli imponuntur, niſi magna neceſſitas urgeret *Natt. conſil. 66.* ¶ Privilegium immunitatis à Principe conceſſum comprehendit etiam bona futura, & in præjudicium tertii, quando fuit conceſſum motu proprio, & ex certa ſcientia, *idem conſil. 340.* ¶ Privilegium conceſſum alicui, ejus filiis, & deſcendentibus, an comprehendat omnes deſcendentes in infinitum, *vide Natt. conſil. 64.*

Vel non.

Immunitaa conceſſa ab oneribus (etiam realibus) non comprehendit ſolutionem laudemii, in caſu alienationis rei, propter quam fuit conceſſa immunitas. *Menoch. conſil. 297. libr. 3.* ¶ Privilegium immunitatis conceſſum deſcendentibus, non comprehendit deſcendentes ex fœminis. *Vinc. de Franc. deciſ. 207. numer. 6.* ſed contrarium tradit *And. Gail. obſervat. 2. numer. 16. libr. 2.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

In præſcriptione adverſua ſolutionem onerum, quæ requirantur, *vide Natt. conſil. 405.* quod ſufficiat decennalis præſcriptio, ſcribit *idem conſil. 431.* de hac præſcriptione *vide eundem conſil. 446. & Roland. conſil 5.* ¶ Cautus eſſe debet ille, cui immunitas conceditur, in conceſſione dicatur, ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis. *Rol. ibid. n. 13.*

Cap. V. Quæ præſumantur.

Immunitas præſumitur per annoa quadraginta, & aliquando per annos 10. & etiam per decem cum titulo, & bona fide. *Rand. tract. de Analog. cap. 40. num. 7.* ¶ Bona permutata ita debent eſſe immunia, ſicut erant alia bona eorum loco tradita, quia in dubio immunitatis conceſſio præſumitur perſonalis, quare comprehendit etiam futura bona, *Menoch. conſil. 70. volum. 1.* ¶ Antiquitas non facit præſumi immunitatem, ſeu privilegium, quo inſpecto non continetur in eo, licet longiſſimum tempus præceſſerit. *Gramm. deciſ. 100. num. 7.* ¶ In privilegio immunitatis, quantumvis generali, Princeps non præſumitur caſum belli inſolitum, & neceſſariam defenſionem ſtatus concernentem, comprehendiſſe. *Ozaſ. deciſ. 39. num. 14. vide tamen num. 20. & Franc. Marc. qu. 457.*

Cap. VI. Qui gaudeant privilegio immunitatis.

Vidua, an gaudeat poſt mortem mariti immunitate, & privilegio, quo vir fruebatur bonorum reſpectu, & quid in feudalibus, *D. Gaſp. Teſſaur. quæſt. Foren. quæſt. 90. libr. 1.* ¶ An cives habitantes extra territorium regium potiantur immunitate civitatis. *Roland. conſil. 79. num. 20. Tom. 3.* ¶ An civis ex privilegio creatus frui poſſit immunitatibus civitatis, & privilegiis. *Roland. conſ. 79. Tom. 3.* ¶ Officium habens cum dignitate præbente immunitatem, eadem gaudet immunitate etiam finito officio, niſi illud habuerit cum ſuffragio, *vide Roland. conſil. 66. volum. 1. num. 47.* ¶ Statuto ſtante, quod quis perfecto officio gaudeat aliqua immunitate, ſi quis propter infirmitatem illud non valeat perficere, & ad aliud officium levius tranſeat, nihilominus ipſa immunitate gaudere debet, quaſi primum officium perfeciſſet. *Ludovic. Roma. ſingul. 66.* ¶ Colonus gaudet immunitate domini, quando privilegium eſt reale. *Rot. Avenio. deciſ. 77. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* ¶ Veterani gaudent privilegiis, & ſunt immunes à muneribus extraordinariis. *vide l. 1. & tot. titul. C. de veterа. lib. 12.* ¶ Fratres cum fratre ab oneribus immuni habitantes, jure immunitatis gaudere quoque debent. *Hippol. ſing. 180.*

Vel non.

Fœminæ ordinariæ alibi nuptæ non gaudent privilegio conceſſo hominibus loci originis, pro bonis, per ipſas, vel maritoa ibi poſſeſſis. *Natt. d. conſ. 139.* ¶ Cives, qui non habitanr in Civitate, non gaudent privilegiis ipſius. *Lud. deciſ. 3. num. 18.* ¶ Immunes conceſſa alicui, ex quo exercet aliquam artem, illa non gaudet, ſi majorem partem ejus ſubſtantiæ in ea non ponat. *Vincent. de Franc. deciſion. 175.* ¶ Doctores ſolo nomine, immunitate Doctoribua conceſſa non fruuntur, *Menoch. ibidem num. 22.* quid de licentiato, *vide ibidem.* ¶ Cives habitantes extra territorium Civitatis, & qui alibi contraxerunt domicilium, non debent gaudere immunitate competenti civibus reſidentibus in dicta Civitat. *Roland. conſil. 79. numer. 29.* ¶ Laicus, qui emit, vel arrendavit fructus alicujus Eccleſiæ, non gaudet privilegio circa tales reditus, ſicut Eccleſia ad hoc, ut non teneatur ſolvere collectam, vel vectigal, *Guid. Papon. ſing. 273.*

Cap. VII. Quibus competat, vel non.

Subſtantiæ Senatorum habent immunitatem, à muneribus ſordidis & extraordinariis. *l. 4. C. de dignitatib. lib. 12.* ¶ Immunitate conceſſa patri, & filiis, & an filii illam habeant patre vivente, *vide Bartol. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis, & poſthu.* ¶ An pupilli habeant immunitatem ab oneribus realibus, *vide arreſt. 34. Papon. lib. 5. tit. 11.* ¶ Ille, cui aſſignatur prædium ſterile patrimoniale Principis, habet biennii vacationem à tributis, ſi Fiſcale, habet triennium. *Bartol. in l. 7. C. de omni agro deſert. libr. 11.* ¶ Immunitas competens civibus alicujus Civitatis virtute ſententiæ arbitramentalis, non competit civili effecto ex privilegio. *Rol. conſ. 79. vol. 3.*

Vel non.

Recipiens dignitatem ad poſtulationem & procurationem, non habet immunitatem à muneribus, ſecus ſi à liberalitate. *Bartol. in l. 3. C. de legationibus lib. 10. & Petr. de Raven. ſing. 334.* ¶ Nobilitas etiam juncta juriſdictioni non tribuit immunitatem. *Sol. deciſ. licet. part. 3. gloſſ. 2. de jur. emphyt. num. 15.* ¶ Paupertas dat immunitatem, *Rand. de Analog. cap. 40. n. 23.* ſed declarat, *ut in n. 25.* & immunitatis conceſſio facta abſque importunitate valet. *ibid. num. 38.* ¶ Vacationem à muneribus propter dignitatem non habent, qui dignitatem ambiverunt: fallit in Legato propter legationem *Bartol. ſing. 430.*

Cap. VIII. Quando teneatur ad onera, vel non.

Immunes an cuſtodiæ onus ſolvant. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 275.* ¶ Vidua nobilis relicta à plebejo, tenetur contribuere; quia permanet, & retinet conditionem mariti. *Guid. Pap. quæſt. 380.* & econtra vidua plebeja relicta à Nobili, retinet immunitatem quondam mariti. *ibidem num. fin.* ¶ Colonus Eccleſiæ non tenetur ad munera mixta, quæ imponuntur perſonæ pro rebus,

veluti

veluti pro impoſitis ratione belli. *Natt. conſil. 409.* ratio, quia regulariter colonus non tenetur ſolvere publicas functiones, ſed dominus cujus eſt prædium, & ſi ſolv.:t repetit à domino. *Natt. ibidem num. 5.* tamen colonus tenetur ſolvere onera realia, & gabellam, & alia onera, quæ imponuntur fructibus. *Natt. ibidem num. 6.* ¶ Familiæ coquere obligatus an teneatur, ſi ea ſit nimis aucta. *Boer. d. 213. num. 9.* & reales ex privilegio non ſolvens, an aucta familia ſolvat, *vide num. 17. ibid.* ¶ Collectari, quando poſſint nobiles à communi, & pro quibus oneribus, *Natt. conſil. 555.* ¶ Immunitatem habens à muneribus ordinariis & extraordinariis, caſu inſolito ſuperveniente, collectatur. *Gail. obſerv. 52. num. 26. libr. 2.* ¶ Eccleſia tenetur ad taxum pro bonis in eam tranſlatis poſt taxus impoſitionem, & illius ſuſceptam obligationem, *Sol. gloſſ. 2. decr. licet part. 3. de jur. emphyteu. num. 21. & ſeq.* ¶ Immunis tenetur pro oneribus inſolitis, fallit ſi immunitas ſit conceſſa à lege. *Rol. conſil. 5. lib. 1. n. 4.*

Vel non.

Notarii cameræ non gravantur muneribus, quæ perſonæ laborem injungunt, & qui illos gravaverint, puniuntur. *vide l. 3. C. de canon. largit.* ¶ Tempore, quo agricola inſiſtit ſationi, vel meſſi aut vindemiæ, non vacat ad munera extraordinaria. *l. 1. C. de agricolis. libr. 11.* ¶ Immunis à muneribus ſi aliqua ſponte ſolverit, non ob id obligatur ad munera alterius generis *Bartol. in l. 1. C. de agric. & cenſit. libr. 11.* ¶ Adhærentes dicuntur eſſe liberi, & non ſobditi juriſdictioni ejus, cui adhærent, ideo ab eo collectati non poſſunt. *Natt. conſil. 301.* ¶ Res non obligata oneri ſi alienetur, & inde revertatur, ad eundem immunem, pariter non tenetur ad oneris ſolutionem, licet medio tempore fuerit deſcripta in regiſtro, *Natt. conſilio 328.* ¶ Clerici non tenentur ad ſubſidia, etiam pro rebus regiſtratis, quas ipſi acquirunt, reprobata opinione. *Bartol. Guid. quæſt. 381.* idem in bonis habitis per ſucceſſionem. *ibid. quæſt. 382.* quæ procedunt etiam in Clericis primæ tonſuræ ſtudentibus. *idem quæſtion. 382.* ¶ Clerici non poſſunt collectari ſine conſenſu Papæ, quia ſunt immunes. *Joan. Papon. libr. 5. titul. 11. arreſt. 11.* ſed quibus in caſibus teneantur contribuere, *vide ibidem arreſt. 15. & ſeq.* ¶ Onus cuſtodiæ Civitatis, quod eſt perſonale non poteſt indici forenſibus ratione bonorum, quæ poſſident in territorio dictæ Civitatis. *Natt. conſ. 447.* ¶ Poſſeſſio militantis in ſacris ſcriniis ſolum tributum canonicæ indictionis præſtat, à cæteris vero muneribus non vexatur *l. 4. C. de proxim. ſacro. ſerin. lib. 12.* ¶ Advocati non poſſunt cogi, ad munera perſonalia, præter in conſulendo, & judicando. *Barto. in l. 6. C. de Advoc. diverſ. judic.* ¶ Feudum nobile tenens, quando non ſolvat taleas. *Boer. deciſ. 246.* ¶ Ruſticus ſolvens ordinaria munera, ad aliud obſequium non evocatur. *l. 1. C. ne ruſtici ad ullum. libr. 11.* ¶ Privilegiatus acquirens bona ruralia, etiam pro illis bonis acquiſitis, non tenetur ad onera, quæ ante ſolvebat antiquus poſſeſſor non privilegiatus. *Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 23.* Sed ipſa bona poſtea alienata non privilegiato, reaſſumunt eorum primam naturam. *ibidem arreſt. 23.* ¶ Obligatus generaliter ad ſubeundum omnia onera, non tenetur ad ea, quæ culpa, & multo magis partis dolo, evenerunt. *Ozaſc. deciſion. 91. num. fin.*

Cap. IX. Quibus concedi poſſit immunitas.

Immunitas concedi poteſt à Principe non recognoſcente Superiorem, nec tunc expedit, quod fiat mentio de præjudicio tertii. *Natt. conſil. 310.* ¶ Duces, Comites, & Marchiones habentes perpetuam dignitatem tranſitoriam ad hæredes, immunitatem concedere poſſunt. *Roland. conſil. 76. volum. 2.* ¶ Princeps po-
teſtatem habet concedenti exemptiones à quibuſcu-
que à muneribus. *Ozaſc. deciſion. 18.* ¶ Prince
non poteſt revocere immunitatem ob merita conc
ſam, niſi ſuperveniente aliquâ juſta cauſa, puta
gratitudinis, *Raud. de Anal. cap. 40. numer. 70. &*
Natt. conſil. 252. Roland. conſil. 13. volum. 3. quia tu
immunitas dicitur tranſire in contractum. ¶ Imm
nitas ſimpliciter conceſſa, cenſetur regulariter conc
ſa à perſonalibus, non autem patrimonialibus one
bus. *Ozaſc. d. 95. numer. 30.* & in dubio privilegiu
immunitatis præſumitur perſonale. *Natt. conſ. 218. n*
mer. 9. ¶ Immunitas perſonis gravibus, & in dig
tate conſtitutis concedi poteſt, per ſolos Decurion
ibidem numero 15. ¶ Immunitas à gabellis conce
venditori cenſetur etiam conceſſa emptori, quia pr
prium eſt immunitatis realis, ut res tranſeat in que
cunque libere. *Menoch. conſilio 336. libr. 2. vide tan*
Roland. conſil. 61. volum. 4. ¶ Immunitas ab ordi
Civitatis Doctoribus, & Medicis concedi poteſt.
zaſc. deciſion. 39. num. 15. ¶ Solus Papa in ſpiritua
bus, & Imperator in temporalibus poſſunt immu
tatem, & exemptionem in præjudicium aliorum co
cedere, alii vero inferiores, qui non habent jura I
perialia, non poſſunt concedere, niſi præjudicium
pſorum. *Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des mains m*
tor. Rub. 9. §. 18. gloſſ. 3. num. 17. ¶ Qui poſſint con
dere immunitatem, *vide plene per Natt. conſil. 160. T*
1. ¶ Immunitas regulariter à Civitate concedi n
poteſt, niſi ſit Civitas non recognoſcens Superiore
ipſius Civitatis, *vide Natt. conſil. 304. 406. 436. Rola*
conſil. 5. volum. 1. quod valeat, ſcribit *Ozaſ. deciſ. 95. n*
¶ Ex conſuetudine unius, non poteſt acquiri immu
tas non ſolvendi onera. *Rol. conſ. 5. n. 74. vol. 1.*

Cap. X. Quando tranſeat, vel non.

Immunitas ob duodecim liberos, an ad filios tra
ſeat, *Joan. Petr. Surd. deciſion. 123.* ¶ Privilegium i
munitatis alicui conceſſum pro bonis non tranſit
ſingularem ſucceſſorem, in quem bona transferun
& privilegium extinguitur mutata perſona, ubi pe
na eſt cauſa privilegii. *Natt. conſil. 311.* ¶ Immuni
conceſſa territorio, vel rei, eſt realis, & tranſit ad quo
cunque poſſeſſorem. *Natt. d. conſil. 627 num. 12. & c*
649. ¶ Privilegium immunitatis conceſſum gene
& poſteris, tranſit etiam ad deſcendentes ex fœmin
And. Gail. obſerv. 2. lib. 2. n. 16. ¶ Privilegium imm
nitatis à tributis, & publicis penſitationibus alicui c
ceſſum, nulla facta mentione hæredum, non tranſi
hæredes, ſi fuerit ex gratia conceſſum, ſecus ſi ex c
tractu. *And. Gail. obſerv. 2. num. 13.* & in dubio perſon
cenſetur, *num. 14.*

Vel non.

Gabella eſt ſolvenda, ubi res de perſona privilegia
ad non privilegiatam tranſit. *Natt. conſ. 139. n. 19.* ¶ I
munitas conceſſa alicui regulariter non tranſit ad fili
tamen conceſſa patri, & filiis, competit ipſis filiis j
proprio. *Natt. conſ. 242.*

Cap. XI. Quando præſcribatur,
vel non.

Immunitas qualiter vaſallis pro bonis competat
an præſcriptione acquiratur, & utrum ad onera be
ca, & à bello dependentia extendatur. *D. Gaſp. Th*
quæſt. For. quæſt. 8. lib. 1. ¶ Domini habentes juriſdi
onem quanto tempore præſcribant immunitatem, & q
requirantur ad præſcribendum, *vide D. Solam gloſſ*
in ſuis comment. in antiq. conſtitu. Sabaudiæ ſuper
creto licet, part. 3. n. 12. tit. de jure emphyt. fol. 42. ſed
communitas adverſus præſcriptionem debeat reſtitui
n. 17. ¶ Immunitas non ſolvendi onera (ſicut qualit
alia) ſpatio 30. annorum præſcribitur, & allegans h

imm

immunitatem, non tenetur probare negativam, ſed ſufficit, quod non probetur contrarium. *Natt. conſil. 627. & conſil. 649.* ¶ Cives omnes ſi ſolverint gabellam excepto uno, qui non ſolverit per 40. annos, erit in hoc caſu illi præſcripta immunitas. *Gammat. deciſ. 100. num. 25.* ¶ Si Civitas conceſſerit immunitatem oneris realis, vel perſonalis aliquibus alterius villæ ſubjectæ ipſi Civitati, an ipſi impetrantes poſſint præſcribere immunitatem obtentam contra alios ipſius villæ, qui poſtea pariter impetrarunt eandem immunitatem. *Joſeph. Lud. deciſ. 3. Peruſ.* ¶ Ad hoc, ut quis poſſit ſe tueri præſcriptione in materia collectarum, & ſimilium impoſitionum, eſt neceſſe, quod fuerit requiſitus, & contradixerit, & deinde per 30. ann. non ſolverit. *Lud. deciſ. 3. Peruſ. n. 3.*

Cap. XII. Qui ſint effectus.

Securitas conceſſa debitori, an ei ſervanda ſit, ſi fugam patat. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 307.* ¶ Securitas debitori conceſſa, an ejus bona jam ſequeſtrata vendi poſſint. *ibid. deciſ. 301.* ¶ An quando conceſſio feudi facta à principe alicui per ſe, & hæredibus utrinque, ſecus an ſimul cum fratre admittatur ſoror. *Roland. conſil. 84. t. 4.* ¶ Collectarum ſolutio ubi jam eſſet præſcripta, earum poſtea ſolutio ſolventi præjudicat, niſi per annos quadraginta ſit ſecuta. *Natt. d. deciſ. 627. num. 18* ¶ Conventio inter Principem, & communitatem, qua diſponitur nobiles teneri ſolvere pro bonis allodialibus, non derogat immunitati conceſſæ tranſactione, aut quæſitæ præſcriptione. *D. Sol. gloſſ. 2. in ſuis comment. in antiq. conſtit. Sabau. ſuper decret. licet part. 2.* ¶ Obſervantia generalis immunitatem confirmat, & omnem dubitationem removet. *Ozaſc. deciſ. 136. num. fin.* ¶ Deſcriptio in æſtimo præjudicat immuni, niſi appellet intra decem dies. *Raud. de Analog. cap. 40. num. 17.* ¶ Immunitas uni fratrum conceſſa, alteri prodeſt: ideo frater immunis ob numerum duodecim liberorum immunem reddit alterum ejus fratrem. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 179. num. 8. & 9 Natt. conſ. 1.* ¶ Immunitas conceſſa contra mentem Principis, etiam curſu longiſſimi temporis, non præjudicat aliis. *Ludov. deciſion. 3. Peruſ. num. 12.* ¶ Habens privilegium generale immunitatis à muneribus publicis, ſi ſponte munus aliquod acceptaverit, non præjudicat ſibi in aliis, neque etiam in illo, quod acceptavit, ſi denuo ad illud eligatur, quod limita in decurionatus munere: nam ſponte illud ſuſcipiens ſibi præjudicat etiam in aliis muneribus perſonalibus niſi ab initio proteſtatus fuerit, *Gail. obſerv. 60. num. 11. libr. 2.* ¶ Qui falſum inſtrumentum immunitatis conſcripſit, debet igne comburi. *Ant. Corſet. in ſuis ſingula. litera F. ſingul. falſum.* ¶ Juri immunitatis ante obtento, non præjudicat tranſactio medio tempore facta circa certas perſonas ſolummodo, & certum tempus, mortuis dictis perſonis, & finito tempore. *Natt. conſil. 78. Tom. 1.* ¶ Immunitas ſpecialiter alicui conceſſa non tollitur ex eo, quod poſtea generaliter onera imponantur. *Natt. conſilio 274.*

Cap. XIII. Quæ valeant, vel non.

Immunitatem revocandi facultas, non tranſit ad concedentis ſucceſſorem. *Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 40. num. 60.* & in dubio immunitas non cenſetur revocata. *ibidem num. 65.* ¶ Immunitas conceſſa quoad munitionem viarum valet, & comprehenditur ſub verbis univerſalibus & generalibus, maxime ſi ſit conceſſa per viam contractus. *Roland. conſilio 2. volum. 4.* ¶ Sublato fundamento exemptionis neceſſe eſt, ut exemtio corruat. *Cravet. conſilio 290.* ¶ Pactum quod mutuanti pecunias Civitati, collectæ non imponantur, non valet, & dicitur ſapere uſuram propter depravatam intentionem mutuantis. *Ozaſ. d. deciſ. 95. num. 30.*

Cap. XIV. Quando revocari poſſit, vel non.

An conceſſio immunitatis à principe facta revocari poſſit ex cauſa remunerationis. *Roland. conſilio 13. tom. 3.* ¶ Ubi immunitas ſucceſſiva incipit continere enormem læſionem, debet revocari, quod intelligendum eſt, quando fuit conceſſa per modum privilegii, ſecus ſi ex cauſa contractus: tunc enim nullo modo debet alterari immunitas. *Menoch. conſ. 156. lib. 2. num. 34.* ¶ Beneficium immunitatis cum clauſula, uſque ad beneplacitum, quomodo & quando revocetur, *Raud. tract. de Analog. cap. 40.* ¶ Immunitati per Civitatem conceſſæ, non poteſt ipſa Civitas contravenire. *ibidem num. 84.* & conceſſa pacto vel conventione, non poteſt revocari, *Ozaſ. deciſ. 95. num. 11.*

Cap. XV. Qui ſint immunes, vel non.

Conſules debent eſſe immunes à ſubſidiis. *Guid. Papon. quæſt. 398.* idem in habente duodecim liberos, *ibidem quæſt. 410. vide tit. prox. præced.* ¶ Doctores legum ſunt immunes, (& eorum bona) ab omni functione, & ab omnibus muneribus civilibus, vel publicis: idem in filiis, & eorum mulieribus. *Guid. Papon. quæſt. 88.* in Doctoribus gradum recipientibus ex reſcripto, vel bulla. *ibidem.* ¶ Advocati, & eorum filii debent eſſe immunes à ſolutione tributorum. *Guid. Papon. quæſt. 388. & ſeqq.* ¶ Senatores in quacunque Provincia ſint, ſunt immunes à muneribus publicis. *l. 14. C. de dignitatibus. lib. 12.* ¶ Nobiles ſunt immunes à ſolutione tributorum, etiam pro rebus quæſitis à plebeis: quia ex mutatione perſonæ, mutatur conditio rei. *Guid. quæſtion. 384.* ¶ Legum Profeſſores, Medici, & Grammatici ſunt immunes à muneribus: idem in Advocatis, eorum uxoribus, & fratribus, & eos perturbantes puniuntur Judicis arbitrio. *Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 379. Natt. conſil. 486. lib. 1.* ¶ Bona feudalia ſolent eſſe immunia à ſolutione collectarum, ſed quando bona ruſticalia præſumantur feudalia, de hac immunitate per *Natt. conſ. 446.* ¶ Conſiliarii Parlamenti immunes à ſubſidiis, etiamſi aliquis ipſorum eſſet remotus ab ipſo officio, & dignitate per Principem. *Guid. Papon. quæſtio. 376. & 377.* quæ procedunt etiam in eorum uxoribus in viduitate permanentibus & caſte viventibus. *Guid. Papon. quæſt. 379.* ¶ Judices inferiores deberent eſſe immunes à ſubſidiis, ſed conſuetudine ſervatur contrarium. *Guid. quæſt. 378.* an Officiales ſint immunes, *vide Boer. deciſ. 246.* ¶ Qui ſunt immunes reſpectu officii, vel dignitatis, an ſint immunes à muneribus realibus, *Franc. Marc. quæſt. 457.* ¶ Præſides, & Conſiliarii ſunt immunes, *Papon. libr. 5. titul. 11. arreſt. 12. & ſeq.* ¶ Nobiles in Francia paſcici ſunt immunes. *Papon. libr. 5. tit. 11. arreſt. 21. & ſeq. arreſt. 39.* ¶ Quando ignobilis poſſidens feudum, ratione ipſius feudi ſit immunis à collectis, *vide eundem arreſt. 28. & 29. ibid.* ¶ Studentes in Patria propria ſunt immunes à muneribus patrimonialibus, & à cuſtodia Civitatis, uſque ad 25. ann. *Guid. Papon. ſingul. 674.*

Vel non.

Nullus eſt immunis à ſolutione vectigalium etiamſi ſuper jure immunitatis proferat Principis reſcriptum. *l. 6. C. de vectig. & commiſ.* ¶ Immunitates regulariter ſine Principis auctoritate conceſſæ non valent, & ut valeant, tria neceſſario requiruntur. *Ozaſc. deciſ. 95. num. 20. & 21.* ſed quando valeant conceſſæ à communitatibus, *num. 25. & Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 3. num. 8.* ubi ſcribit immunitatem concedere, ſpectare ad ſupremum

mum Principem. *num. 6.* ¶ Non poteſt quis ſe exemptare à refectione murorum civitatis, vel villæ, etiam allegans præſcriptionem immemorabilem. *Joan. Gal. quaſt. 40.* ¶ Lex Medicos. *C. de Profeſſor. libr. 10.* non vendicat ſibi locum, quando Doctores, ſive Medici non ſunt actu legentes; licet habeat locum in Doctoribus Advocatis. *Joſeph. Lud. deciſion. 6. Luc.*

Cap. XVI. Quando extinguatur, vel non.

Privilegium conceſſum rebus propter perſonam, mutatione perſonæ extinguitur: ideo emptor rei Eccleſiaſticæ tenetur ad collectas, licet ipſa Eccleſia non teneretur. *Nott. conſil. 218. Tom. 1.* ¶ Pacto an fieri poſſit, ne immunitas à lege conceſſa officio, quando duret etiam etiam finito, *Bartol. l. 3. C. de legat. libr. 10.* & immunitas conceſſa officio, quando duret, etiam finito officio. *ibid.*

Cap. XVII. Quando tollatur, amittatur, vel non.

Immunes à ſolutione gabellarum, alios excuſare non debent, alias privilegium amittunt. *Anton. Corſet. in ſuis ſingul. litera G. ſingul. 1.* ¶ Immunitatis privilegium non tollitur per ſolutionem factam minore ſpatio, quam trigirita ann. *Ozaſ. deciſ. 91. num. 22.* ¶ Privilegium immunitatis à ſolutione vectigalium alicui conceſſum non amittitur, etſi poſtea per tres annos vectigalia ab eo fuerint ſoluta: quia ille actus recipit iterationem, unde requiritur ſpatium 30. vel 40. ann. *Corſet. litera. P ſing. Privilegium 3.* ¶ Immunitas non poteſt amitti per ſolutionem, ubi adeſt inhibitio, ne exigatur. *Rand. de Analog. cap. 40. num. 30.* ¶ Quis non amittit privilegium immunitatis, licet aliquod munus ſuſceperit, *l. 2. ff. de privil. veter.* ſed ſi tunc patiatur ſe eligi, cogitur ſuſcipere onus. *l. fin. eod.*

Cap. XVIII. Qui excuſentur, vel non.

Nulla immunitas excuſat, quando imminet publica neceſſitas, cui non poſſit provideri, niſi exemptis collecta imponatur. *Roland. conſ. 5. num. 53. volum. 1.* ¶ Immunitas à collectis non excuſat ab his, quæ ob publicam neceſſitatem imponuntur, quod procedit quando immunitas ſimpliciter, & generaliter eſt conceſſa; ſecus ſi in ſpecie. *Mynſing. obſerva. 70. cent. 4.* ¶ Privilegiatus de non hoſpitando milite in domo, non excuſatur à ſolutione penſionis tertiæ partis domus excuſatæ. *Roland. conſil. 66. vola.* ¶ Exemptus non poteſt ſe excuſare à ſolutione talearum in præjudicium aliorum habitantium. *Guid. Pap. ſing. 282.*

Cap. XIX. Miſcellanea.

Immunitas ſi bona in regiſtro communitatis inſcribi paſſi fuerint, multo magis ſi ab eis collectæ exactæ ſint, omni immunitate privantur. *Ozaſ. deciſ. 91. num. 319. vide num. 22.* ¶ Si aliquis habens immunitatem à collectis deſcribatur in libro ſolventium collectas, ſtatim debet appellare infra decem dies, alias cenſetur conſentire, & ſuo privilegio renunciare. *Marant. in ſuo Specul. de ordine judic. part. 6. capit.* & quandoque appellatur. *num. 325.*

TITULUS DLXXXVIII.

De teſtamentis in genere.

Cap. I. Ultima voluntas, teſtamentum. Quod dicatur.

Legitima voluntas dicitur, quæ non refragatur legibus. *Bart. in §. 1. Authent. de hæred. & Falcid. in 6. vide etiam in §. bis ibid.* ¶ Teſtamentum, ſeu facultas teſtandi eſt de jure gentium quoad ejus ſubſtantiam, licet quoad ſolemnitates ſit de jure civili. *Ozaſ. deciſ. 100. num. 38. Marc. de Mant. ſing. 62.* ¶ Commemoratio donationis inter vivos facta in teſtamento, ſi non appareat de donatione inter vivos, habet vim teſtamenti. *l. 5. C. de donatio.* ¶ Teſtamentum continetur appellatione contractus, ſed lex prohibens contractum ſine conſenſu alicujus, an extendatur ad teſtamentum, & ultimam voluntatem. *Afflict. deciſ. 260. num. 5.* ¶ Teſtamentum etiam ſolemniter factum, non eſt publica ſcriptura. *l. 2. & ibid. gloſſ. quemadmod. teſtam. aper.* ¶ Verba enunciativa etiam ad alium finem prolata, favore piæ cauſæ inducunt diſpoſitionem. *Afflict. deciſion. 337. num. 7.*

Vel non.

Teſtamentum non eſt, nec dici poteſt teſtamentum ante mortem teſtatoris. *Rand. tracta. de Analog. cap. 27.* nam ultima voluntas confirmatur morte. *cap. 6. ext. de celeb. Miſſa.* & ſumit vires à morte teſtatoris. *Abb. conſ. 4. libr. 2.* ¶ Teſtamentum publici juris eſt: ideo ejus forma privatorum pacto alterari non poteſt, & per conſequens partes non poſſunt facere, ut teſtamentum inſolemne habeat vim teſtamenti. *Dec. conſil. 488. 494. & conſil. 612.*

Cap. II. Quale ſit.

In quo differat teſtamentum nuncupativum in ſcriptis redactum per Notarium, à teſtamento in ſcriptis facto adhibitis ſolemnitatibus requiſitis, & an eadem ſit probatio amborum, *vide gloſſ. in l. fin. C. de fideicom.* ¶ Voluntas ſi eſt certa non curatur de ordine. *Bartol. in Authent. hoc amplius. C. de fideicom.* hæres non implens voluntatem defuncti intra certum tempus punitur. ibid. nam voluntas defuncti debet per omnia adimpleri. *cap. 4. & 15. ext. de teſtamentis.* ¶ Ultimarum voluntatum octo ſunt ſpecies, quæ traduntur per *Guid. Papon. quaſt. 543.* & quot teſtes requirantur, *vide ibid.* ¶ Teſtamentum non debet pendere ex alieno arbitrio. *idem Cabal. Milleloq. 491.* ¶ Teſtamentum factum in loco domicilii, debet illius jure regulari, & non ſecundum locum originis. *Boer. deciſ. 13. num. 23.* nam locus teſtamenti (in ſolemnitatibus) inſpicitur, in quo teſtamentum factum eſt. *Bartol. in l. 2. C. quemadmod. teſtam. aperia.* ¶ Voluntas teſtatoris expreſſe, & directo non debet pendere ex alieno arbitrio. *l. captatorias. ff. de hæred. inſtitut. & l. 32. eod.* ¶ Voluntas teſtatoris non attenditur, niſi determinare diſponat: ideo verba futuri temporis non inducunt diſpoſitionem. *Dec. conſil 59.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Clauſulæ conſuetæ apponi in teſtamento per Notarios, ſemper haberi debent pro expreſſis & appoſitis, etiamſi fuerint penitus omiſſæ. *Gramm. deciſ. 62. num. 22. Minad. deciſion. fin.* ¶ Licet facultas teſtandi in his, de quibus teſtari non licet, ſit ſtricte interpretanda: tamen illa regula communiter intelligitur, & limitatur, ut non procedat quando effectus diſpoſitionis minime conſumitur & completur in primo actu ſecundum mentem diſponentis, etiam in materia ſtricta. *Thol. Minad. deciſ. 43. num. 10.* ¶ Verba teſtamenti debent interpretari, ne contradicant. *Dec. conſil. 317.* ¶ In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur. *Regu. in teſtament.* ¶ Verbum, relinquo, quando alius non eſt hæres inſtitutus, trahitur ad inſtitutionem. *Bartol. in l. 48 ff. de hæred. inſt. tit.* ¶ Ambiguitas in teſtamenta benignè interpretari debet ſecundum id, quod credibile cogitatum fuerit. *l. 25. ff. de reb. dub.* ¶ In his, quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono, & æquo interpretationem capere; ea vero, quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundum ſcripti juris rationem expediri. *l. 16. ff. de conditio. & demonſtr.* ¶ Conceſſio teſtandi liberè, intelligitur

ligitur legitimè juris ſolemnitate ſervata. *l. 35. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Interpretatio ultimæ voluntatis ſpectat ad Judicem. *l. 7. C. de fideicomm.* ¶ Verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam diſpoſitio confertur. *l. 12. §. equitii. ff. de uſu. & habita.* ¶ Teſtamentum coram Principe factum, & publicatum, omnem ſolemnitatem habere cenſetur. *Guliel. Caſſad. decif. 22. numer. 5.* ¶ Verba à teſtatore prolata debent intelligi, ut aliquid operentur, ne alias diſpoſitio reddatur inutilis. *l. 32. §. filios. ff. de uſu, & uſufr. lega.* ¶ Clauſulæ teſtamentorum an intelligantur ſcriptæ de voluntate teſtatoris, vel de ſtylo tabellionum, *Menoch. de conject. ult. volun. lib. 3. tit. 14.* ¶ De conjectura, quæ ſumitur ex teſtamento imperfecto. *Maut. lib. 3. titul. 20.* ¶ Id quod ex noſtra voluntate dependet intelligimur facere omni jure, quo melius facere poſſumus, ad hoc ut actus valeat. *l. 3. ff. de mil. teſta.* ¶ Teſtamentum invalidum ad cauſam inteſtati non trahitur, niſi adſit clauſula codicillaris, vel æquipollens ut juramentum. *l. 11. C. de teſta. mil.*

Cap. IV. Quæ requiruntur.

Intervenientes ad ſucceſſionem ab inteſtato, ſufficit quoquo judicio diſponere. *Bartol. in l. 37. §. veteranus. ff. de milit.* ¶ Locus, & tempus in teſtamento debent apponi. *Boer. decif. 33. num. 17.* ſed ſi locus loci omittatur, intelligitur de loco, ubi teſtator domicilium habet. *l. 39. §. fin. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Solemnitates ſunt adhibendæ in teſtamento ad evitandum falſitates: ideo dubitari contingit, an teſtes teſtamentarii debeant eſſe in eodem loco, ubi teſtator conficit teſtamentum, & quando dicantur eſſe in eodem loco, relinquitur arbitrio Judicis. *Menoch de arbitr. libr. 2. caſ. 486.* ¶ Solemnitates teſtamenti, licet non poſſint per teſtatorem remitti, tamen poſſunt per conſuetodinem, cui circa ſolemnia teſtementorum ſtantum eſt. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 1.* ¶ Quæ ſolemnitates requirantur in teſtamento cæci, *Clar. in §. teſtamentum. quæſtio. 17. Rolan. conſil. 82. volum. 2.* ¶ Hodie tantum ſunt genera teſtamentorum, nempe teſtamentum in ſcriptis, & ſine ſcriptis, ſed quæ requirantur ad hoc, ut valeat utrunque teſtamentum, *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 4. gloſſ. fin.* ¶ Hæredis nomen quando eſt ſingulare non eſt neceſſe quod aliter exprimatur. *Bartol. in l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* ¶ In teſtamentis ad pias cauſas non ſunt neceſſariæ ſolemnitates juris Civilis, dummodo conſtet de voluntate teſtatoris. *Boer. conſ. 48.* ſed quando valet diſpoſitio ad pias cauſas, *Dec. conſ. 159. & conſ. 488. Clar. in §. teſtamentum. q. 5. 6 7. & 55.* ¶ In relictis ad pias cauſas, non attenduntur ſolemnitates requiſitæ in teſtamento ex diſpoſitione ſtatuti. *Dec. conſ. 504.* ¶ Teſtes in teſtamento debent eſſe præſentes. *Afflict. decif. 166. num. 5.* & rogati. *Gramm. decif. 106. num. 26.* & rogitus debet articula, & probari, debet quoque fieri præſente teſtatore. *Joſeph. Ludov. decif. Luc. 53. num. 37.* & non præſumitur, niſi de illo appareat ex teſtamento. *Gramm. decif. 62. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 2. titul. 10. & 11. Bart. in l. 7. §. quid, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* ¶ Teſtamentum quando petitur publicari, eſt neceſſaria examinatio teſtium, & teſtes debent daponere de tenore teſtamenti, & circumſtantiis, & eſt neceſſarium, ut deponant formalitatem verborum teſtatoris. *Joſeph. Lud. decif. 53. Luc. n. 26.* ¶ Speciale eſt in teſtamentis, ut requiratur, quod teſtes videant teſtatorem, & audiant ipſum loquentem. *Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 59. Dec. conſil. 454. Matheſ. ſingul. 224.* an legatarius poſſit eſſe teſtis. *Clar. quæſtio. 57.* ¶ In omnibus teſtamentis regulariter requiruntur ſeptem teſtes, vel octo: fallit, Primo in teſtamento militis: Secundo in teſtamento coram Imperatore facto, vel etiam coram quocunque Judice condito, in quo non requiruntur teſtes, *Mynſing. obſerv. 29. cent. 6.* Tertio fallit in teſtamento inter liberos, in quo duo ſufficiunt: Quarto in teſtamento ad pias cauſas, & in teſtamento ruſtici ruri condito, *Boer. decif. 228. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 55. & ſeqq.* ¶ Septem teſtes requiruntur ad probandum teſtamentum, & voluntatem defuncti: dictum limitatur tribus in caſibus, de quibus *per Marc. de Mant. ſingul. 63.* ¶ Teſtamenti ſcriptura ſufficit, ut legatur coram teſtatore, licet coram eo non fuerit ſcripta. *Mago. decif. 33 Luc. num. 52.* ¶ In teſtamento in ſcriptis, ſive nuncupativo, & etiam verbali facto, teſtes debent eſſe rogati. *Marc. quæſtio. 193.* ¶ Ad hoc ut teſtamentum valeat, requiritur quod teſtator habuerit duobus temporibus teſtamenti factionem, alias teſtamentum erit nullum, neque reconvaleſcet ſublato impedimento, ſed incapacitas medii temporis, non nocet. *l. 1. §. exigit ff. ad Carbonia.* ¶ Teſtamenti factio requirit perſonam integram, & quæ non eſt in alterius poteſtate, *Afflict. decif. 260. n. 5.*

Vel non.

Teſtes non requiruntur ad ſubſtantiam teſtamenti Principis, *Raven. tr. de Analog. n. 34.* in quo teſtamento non requiruntur ſolemnitates ad ejus validitatem, & ita judicavit Senatus Mediol. ut teſtatur *idem Raud. eod. tract. c. 28. Menoch. conſil. 351. num. 8. lib. 4.* ¶ In ultima voluntate non requiritur præſentia gravati, vel onerati, nec etiam conjunctorum. *l. 4. C. de codicil.*

Cap. V. Quando probet, vel non.

Teſtamentum licet nullum, & invalidum, tamen teſtatoris voluntatem probat. *Bart. q. 10. num. 3.* ¶ Verba enunciativa in ultimis voluntatibus diſpoſitionem inducunt, *l. 16. ff. de dona.* & probationem eorum, quæ in teſtamento ſunt geſta. *l. 66. de leg. 2.* ſecus ſi conditionaliter fuerint prolata, *l. 19. ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Confeſſio debiti facta à teſtatore non probat debitum, ſed fideicommiſſi petitionem inducit. *l. 90. §. quiſquis, de lega. 2.* ¶ Teſtamentum, in quo fit mentio de alio inſtrumento, probat contra teſtatorem, vel ejus hæredem. *Bart. in l. 35. §. codicillis, de lega. 3.* ¶ Teſtamentum ſcriptum per Notarium, ſi negetur, & teſtes ſint demortui, an fidem faciat, *vide per Bartol. in §. ſed cum aliquis, inſtitut. de teſta. ordina.* quod fidem faciat, ſcribit *idem Bart. conſil. 62. vol. 2.* ¶ Schedula teſtamenti reperta in libro notarii, quod non apparet, quod fuerit lecta, an probet, *vide Bart. in l. 9. §. quoties, de lega. 3.*

Vel non.

Teſtamentum minus ſolemne non probat. *Afflict. decif. 53.* ¶ Verbis teſtatoris enunciativis non ſtatur, nec creditur, ſi contrarium appareat. *l. 10. C. commun. utriuſque judi.*

Cap. VI. Quæ probentur, vel non.

Teſtator ſi declaraverit, illum vel eſſe hæredem, quem ſcripſit in ſchedula (relicta apud guardianum. S. Franciſci) illa declaratio duobus teſtibus poteſt probari. *Menoch. conſil. 176. lib. 2.* ¶ Teſtatorem perſeverare velle in eadem voluntate, probatur per indicia. *Bartol. in l. 9. §. ſi rem. de leg. 3.* ¶ Teſtamentum poteſt probari per inſtrumentum. *Guid. Pap. quæſt. 351.* ¶ Error adjectus in teſtamento per quot teſtes probetur. *Guid. Pap. quæſt. 504.* ¶ Probare per teſtes, vel per hæredis confeſſionem voluntatem teſtatoris, idem eſt quoad ejus præjudicium. *Afflict. decif. 337. n. 8.* ¶ Teſtamento deperdito, ejus amiſſio poteſt probari per duos teſtes, & ſufficit. *Pet. de Raven. ſing. 750. Hippol. ſing. 156.*

Marc. de Mant. ſingul. 63. & tunc probata amiſſione, valebit probatio facta per duos teſtes de contentis in teſtamento, *Ant. Trig. ſingul. 85.* ¶ Teſtamentum fuiſſe factum probatur duobus teſtibus, licet ad probandum ſolemniter illud fuiſſe factum, aut ad probandum teſtatoris ſeptem requirantur. *Crav. conſ. 65. vide Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 4. gloſſ. fin. Bartol. in l. 2. C. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul.* ¶ Teſtamentum eſſe factum coram ſeptem teſtibus quando probetur per duos teſtes, *vide per Afflict. deciſ. 166.* tamen ſolemnitas voluntatis debet probari per tot teſtes, per quot ipſum teſtamentum probatur. *Thom. Minad. deciſion. 41.* ¶ Teſtatorem mente ſanum ſi Notarius in teſtamento ſcribat, aut econtra, qualis probatio ex hoc reſultet. *Boer. deciſ. 23. num. 73.* ¶ Teſtium atteſtationes ſuper teſtamento verbali vim inſtrumenti nuncupativi habent, quid, ſi ſint deperditæ, an teſtea denuo examinari poſſint etiam poſt publicationem, & an Notarius teneatur ad intereſſe, cujus culpa amittuntur, *vide Marc. quæſt. 193. part. 2.* ¶ Teſtamentum ruſtici debet probari per quinque teſtes, & coram Judice, ſi non ſit ſcriptum manu publici Notarii; ſed an ſcriptura in teſtamento ruſtici neceſſario requiratur, *vide Bart. l. 8. §. codicill. de jur. codicill.* ¶ Per quos teſtes inſtitutio poſſit probari, & quid, quando quis probare vellet aliquid omiſſum in teſtamento per errorem. *Dec. conſ. 105.* ¶ Teſtamentum debet probari per ſeptem teſtes, adeo quod, ſi unus deficiat, non ſit locus juramento ſuppletivo. *Cravet. conſ. 25. numer. 14. Natt. conſil. 413.* ¶ Teſtatorem potuiſſe teſtari qualiter probetur. *Bartol. in l. is poteſt. numer. 22. ff. de acqu. hæred.* ¶ Probari poteſt teſtes, quod fuit dictum à teſtatore, & à Notario prætermiſſum, & quomodo per teſtes probetur declaratio voluntatis, *vide Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. titul. 16.* ¶ Sententia Senatus Mediolani in materia probationis teſtamenti oretenus facti, ſcribitur *per Rand. tract. de Analog. cap. 31. n. fin.* ¶ Quando teſtamentum probatur per teſtes, debent ipſi deponere per eundem præmeditatum ſermonem, & per eadem verba. *Franc. Marc. quæſt. 898. part. 1. & quæſt. 193. part. 2.* ¶ Teſtamentum quando quis vult probare per teſtes in minori numero, quam de jure communi requiritur, debet articulare, & probare illos teſtes omni exceptione majores. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 53. num. 33.* ¶ Quatuor ſunt perſectiones teſtamenti, *de quib. Joſeph. deciſ. Luc. 53. numer. 6.* ¶ Legatum, & hæredis inſtitutio, ſine ſcriptura per teſtes probari poſſunt. *Gom. Leo. deciſ. 13. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Quot modis interpretetur, & probetur voluntas teſtatoris, *vide per Bartol. in l. 2. de vulgari. & Alex. conſil. 81. volum. 4.* ¶ Error omiſſæ ſolemnitatis in teſtamento, quomodo probetur, & quot teſtes in illo probando requirantur, *Mynſing. obſerv. 98. cent. 4.* ¶ Quomodo probetur teſtatorem eſſe mente captum. *Dec. conſ. 448.*

Vel non.

Teſtamenti pars non poteſt probari per ſeptem teſtes dicentes ſe illam ſcire, ne quicquam plus, & alia pars per alios ſeptem: fallit quando ex dicto teſtis apparet ipſum fuiſſe præſentem toti teſtamento, licet dicat ſe non recordari de omnibus in eo contentis. *Anto. Trig. ſing. 69.*

Cap. VII. Quando probetur. Quæ præſumatur, vel non.

Ex productione teſtamenti non arguitur (ſecundum veram opinionem) teſtatorem fuiſſe mortuum. *Ioſeph. Ludov. deciſ. Luc. 40.* ſed hæc opinio non caret contradictoribus. ¶ Teſtamentum in dubio præſumitur factum à perſona ſanæ mentis: ideo allegans contrarium illud probare debet, *vide Menoch. conſil. 311. lib. 4.* ſed quid, ſi probetur ante teſtamentum fuiſſe furioſum. *Mantic. de conjectu. ult. volunt. lib. 2. tit. 5.* ¶ Teſtator præſumitur furioſus ex ſermonibus appoſitis in teſtamento. *Bart. in l. 41. §. conſtat. de legat. 1.* ¶ Conditio, quæ continet inhumanitatem reſpuitur, & ex ſermonibus incongruis, præſumitur quis non ſanæ mentis, niſi probetur contrarium, & tunc teſtamentum dicitur nullum. *l. 27. ff. de condi. inſtitut.* ¶ Teſtatorem ſanæ mentis teſtando non eſſe quæ faciant apparere, *vide Afflict. deciſ 143.* & infirmitas intellectus, & mentis teſtatoris ex multis apparere poteſt. *Gramm. deciſ. 73. n. 5.* alias mentis ſanæ quilibet præſumitur eſſe de jure. *Gramm. deciſ. 73. numer. 12. Franc. Marc. quæſt. 186.* ideo teſtibus de ſana mente teſtatoris deponentibus magis creditur, quam cæteris contrarium deponentibus. *Gramm. deciſ. 73. numer. 22. Boer. deciſ. 23. numer. 72. 83. 87. & 93.* & teſtes deponentes teſtatorem tempore teſtamenti inſanum, non probant concludenter. *ibid. Gramm. numer. 27. & Boer. deciſ. 23. num. 96.* ¶ Hæres voluntarius, & non neceſſarius poſt aditam hæreditatem, præſumitur habuiſſe notitiam teſtamenti, ſed poteſt probabiliter ignorare legata in codicillis relicta. *Bar. in l. 25. ff. de liberat. legat.* ¶ Dicto unius teſtis ſtatur ex voluntate, & diſpoſitione defuncti, cujus ſolius diſpoſitioni ſtaretur. *l. 15. ff. de dot. præleg.* ¶ Teſtis ſe ſubſcribens in teſtamento, videtur deponere, *Capic. deciſ. 192. numer. 6.* ¶ Teſtes, quot ſufficiant ad probandum judicium novæ voluntatis. *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. numer. 7. de legat. 3.* & teſtamentum invalidum, quando reconvaleſcat, & quando non, *ibid.* ¶ Teſtes ſi dicant, quod teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium cenſentur ambo inſtituti. *Bartol. in l. 7. num. 10. ff. ſolut. matrim.* ¶ Si teſtamentum ſine ſolemnitatibus factum ſit ab eo, qui in loco conditi teſtamenti habet merum & mixtum imperium, præſumitur à ſe ipſo inſinuatum, & ideo valeat. *Mant. lib. 2 titul. 8.* ¶ Teſtamentum, an ſolemne præſumatur, pro affirmativa ſcribit *Bald. ſing. 128.* niſi contrarium probetur, *Bal. in l. 4. C. de juris & fact. ign. Dec conſ. 11.* & an teſtes teſtamentarii præſumantur idonei. *Mant. ibid. tit. 9. 10. 11. & 12.* ¶ Teſtamentum non ſolemne præſumitur falſum quoad pœnam Notarii, ſecus quoad alios effectus, *vide eundem. lib. 2. tit. 13. & Bart. in l. 4. C. de juris. & fact. ignor.* & quibus ex cauſis teſtamentum reddatur ſuſpectum de falſo, *vide per Cravet. conſil. 28. Menoch. 313. num. 40. lib. 4.* & tunc ſuſpicio falſitatis, pro falſitate habetur in civilibus. *Menoch. ibid.* & inſtrumento non adhibetur fides. *Crav. ibid. num. 39. conſil. 313.* ¶ Teſtamentum præſumitur publicatum ſi Notarius ſcripſerit, actum coram me, & teſtibus. *ibid. numer. fin.* ¶ Teſtes non habentes conteſtes, licet ſingulares cenſeantur, ac proinde non probent, ſi tamen teſtes ſeptem de teſtamento deponant, & conteſtes ſint, licet de præſentia ipſorum interrogati dicant ſe non recordari, ob id ſingulares videantur, nihilominus plenam probationem faciunt. *Hippol. ſingul. 401.* ¶ Voluntas teſtantis ea præſumitur, quæ de jure eſſe debet. *l. 92. de legat. 1.* ¶ Tabellioni aſſerenti ad ruſtici teſtamentum adhibita diligentia non plures, quam quinque teſtes repertos, fides adhibetur. *Pet. Roy. deciſ. Luc. numer. 30. in deciſio. diverſo.* ¶ Quando teſtes teſtamentarii deponunt primo teſtamentum fuiſſe factum ſub certa die deſcripta teſtamento, in quo Notarius erravit circa appoſitionem diei, ſi ipſi teſtes poſtea repetiti dicant fuiſſe rogatum ſub alia die, non dicuntur perjuri, neque varii, ideo probant. *Cravet. conſ. 65.* ¶ Teſtes inhabiles, ſcilicet affines, & conſanguineæ

guinei hæredis, an ſint idonei. *Cravet. conſil. 72.* ¶ Teſtibus eſſe fidem adhibendam Judex pronunciare poteſt ſimpliciter, quando dubitat, an probent teſtamentum. *Joſeph. Ludov. Luc. deciſ. 53. num. 21.* & teſtamentum an teneat ubi eſt dubium, pro ejus validitate Judex pronunciare debet. *Grammat. deciſ. 103. num 145. faciunt l. 11. C. de probatio. & l. 10. ff. de inoffic. teſtamento.* ¶ Teſtes ſuper viribus teſtamenti poſſunt examinari ante litem conteſtatam. *Bartol. in Authen. ſed ſi quis, n. 5. C. de teſt.* ¶ Teſtamentum unum, & ultimum eſſe præſumitur, niſi aliud, & poſterius oſtendatur. *Marc. q. 193 n. 8. vide Mant. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 2.*

Vel non.

Niſi teſtes deponant de toto tempore teſtamenti, non probant: ideo ſi aliqui deponant plus, aliqui minus, non probant etiam in eo, quod ſunt concordes. *Petr. de Raven. ſing. 705.* ¶ Teſtamentum factum eſſe non præſumitur, quare alleganti aliquem teſtatum deceſſiſſe, incumbit onus probandi; non autem negandi, *vide Mant. libr. 2. titul. 1.* ¶ Teſtes teſtamentarii, niſi de toto teſtamento deponant, non probant, *Marc. q. 305. num. 8.* ¶ Teſtes dicentes audiviſſe Titium inſtituiſſe Sæjum in hæredem, non probant, niſi dicant ſe adhibitos, & rogatos. *Bart. in l. 25. ff. de milit. teſta.*

Cap. VIII. Quis eſſe poſſit, vel non.

Religioſi, & Fratres mendicantes poſſunt adhiberi teſtes in teſtamentis, codicillis. *Guid. Pap. quæſt. 517.* ¶ Licet legatarius poſſit eſſe teſtis in teſtamento, tamen ſi quæſtio ſit ſuper re legata, non poterit in èa cauſa ferre teſtimonium. *Hartm. c. 10. lib. 2. tit. de teſtam.* minus quando teſtamentum poteſt probari per duos teſtes. *Bart. in l. 9. C. de teſtibus.* ¶ Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſſit, qualitas ſexus incaleſcentis oſtendit. *l. 1. 5. §. fin. ff. de teſtib.* ¶ Plures de una domo non prohibentur eſſe teſtes in teſtamento alieno. *l. 17. ff. eo.*

Vel non.

Apoſtatæ non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, nec illud facere, minus ex illo capere. *l. 3. C. de apoſt.* ¶ Apoſtata active & paſſive inteſtabilis eſt, & à teſtimonio repellitur, etiam ſi eum pœnituerit. *Marc. de Mant. ſing. 154.* ¶ Notarius in numero teſtium non ſcribitur, ſi per Judicem prius non examinetur. *Afflict. deciſ. 25. numer. 4.*

Cap. IX. Quando fieri poſſit teſtamentum.

Teſtamentum habens dilucida intervalla, quando tempore furoris, vel ſanæ mentis cenſeatur factum, *vide Boer. deciſ. 23. num. 84. Bartol. in ſuo tract. teſtimoniorum. n. 95.* ¶ Ex quibus conjecturis colligatur aliquem voluiſſe facere teſtamentum, vel codicillos, *Manti. de conject. ult. volunt. libr. 2. tit. 3. Bart. in l. 1. ff. de jure codicill.* ſi teſtator fecerit hæredis inſtitutionem, in dubio videtur voluiſſe teſtari. *l. 13. §. tractari. ff. de jur. codicill.* ¶ De conjecturis, quæ reſpiciunt ſubſtantiam teſtamenti, *Mantic. ibid. tit. 4.* ¶ Rogitus teſtium teſtamenti ſatis eſt, quod fiat à Notario; rogitus autem Notarii fieri debet à teſtatore. *Curv. conſil. 117.* ¶ Teſtamentum patris, & filii impuberis habetur pro uno, & ſufficit una ſolemnitas, ſi conficiatur unico contextu, & unum poteſt confici in ſcriptis & aliud nuncupative. *l. 20. ff. de vulgari.* ¶ Teſtamenta poſſunt condi nocturno tempore luminibus tamen accenſis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 116.* ſine quibus non valent. *Mantic. de conjectu. ultim. volunt. lib. 2. titul. 8. num. fin.* ¶ Teſtamenti publicatio vivente teſtatore fieri poteſt. *Mant. ibid. tit. 8.* ¶ Teſtamentum factum in rure, vel villa, ſit minori ſolemnitate. *Gomez. deciſ. 55.* ¶ Teſtamentum quod ſit ad conſilium Sapientis, quando fieri poſſit, & quod poſſit tunc Sapiens addere vel declare, & facere, *Bart. in l. illa inſtitutio. 32. ff. de hæred. inſtituen.*

Vel non.

Teſtamentum non dicitur factum ab infame, infamis juris, ſi de ſententia condemnatoria non appareat per ſcripturam. *Gail. deciſ. 259. part. 3.* ¶ Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione fieri non poteſt, nec valet, *Jo. de Peruſ. ſingul. 1.* & de certa demonſtratione debet demonſtrari. *Bart. in l. 12. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. vide gloſſ. in l. 15. ff. de milit. teſtamen.* ideo hæredis inſtitutio argumentum eſt, quod quis voluerit teſtari, & teſtamentum ſeptem teſtes rogatos requirit. *Franc. Mantic. tract. de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. titul. 6.* & de ipſa hæredis inſtitutione, *vide eundem ibid. lib. 4. titul. 1.* cujus expreſſio ſufficit, ſi fiat à Notatio, & valebit teſtamentum. *Bart. in l. hæredes palam ff. de teſtamentis.*

Cap. X. Qui teſtari poſſit, vel non.

Meretrix non tantum de bonis, quæ ſibi aliunde obvenerunt, ſed etiam de quæſitis ex corporis ſui quæſtu, teſtari poteſt. *Natt. conſil. 560.* tamen mulier honeſtæ conditionis de bonis quæſitis ex ſtupro, & adulterio teſtari non poteſt, ſed fiſcus illa aufert. *Natt. ibidem num. fin. vide l. 15. & ibi. gloſſ. ff. de curatore furio. vel aliis.* ¶ Judæi poſſunt teſtari & valent eorum teſtamenta facta coram duobus teſtibus, aut tribus. *Natt. conſil. 621.* ¶ Ex quibus conjecturis colligatur quem voluiſſe teſtari in ſcriptis, vel per nuncupationem. *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. titul. 7.* ¶ Adultus ſine curatore teſtari poteſt, non autem impubes. *Hartman. cap. 2. lib. 2. titul. de teſtamen.* ¶ Clericus teſtari poteſt de bonis, quæ paternæ ſucceſſionis, vel agnationis intuitu, vel ex artificio lucratur. *Capic. deciſ. 98.* ¶ Poteſtas teſtandi tributa eſt à lege 12. tabularum, *l. 120. ff. de verb. & rer. ſignific.* quo jure introducta ſint teſtamenta, & quot genera ſint, *Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 1. & ſeqq. ibique de materia.* ¶ Dubius de ſtatu ſuo per errorem facti, vel juris non poteſt teſtari. *l. 1. de leg. 3.*

Vel non.

Quæ ſint perſonæ, quæ non poſſint teſtari. *Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 19. & ſeq.* & quid de perſonis Religioſis. *ibid. & Caſſan. in conſuetu. Burg. tract. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 3. gloſſ. 1.* ¶ Ingredientes Monaſteria ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicant Deo, nec poſtea de illis teſtantur. *Authent. ingreſſ. C. de Sacroſanct. Eccleſ. ſed vide Authent. ſi qua, ibidem.* ¶ Manifeſtus uſurarius poteſt teſtari. *Abb. conſil. 22. lib. 1. conſ. 1. lib. 2.* ſed quomodo probetur manifeſtus uſurarius, *vide eundem. ibid. conſ. 2.* ¶ Poſt monaſterii ingreſſum nulli relinquitur licentia teſtandi, *c. quia ingredientibus. 19. quæſt. 3.*

Cap. XI. Quis facere poſſit teſtamentum vel non.

Conjuges ſimul poſſunt teſtamentum facere, & tunc cenſentur duo teſtamenta. *Mynſing. obſervat. 8. cent. 1. Andr. Gail. obſerv. 117. lib. 2.* & valet diſpoſitio mariti, ſcripta in diſpoſitione uxoris, quam fecit ſolam executricem. *Joan. Gal. quæſt. 65.* ¶ Epiſcopi, & cæteri Adminiſtratores Eccleſiarum de quæſitis antequam habuerint adminiſtrationem, poſſunt facere teſtamentum; ſed de poſtea quæſitis non poſſunt, niſi ſint quæſita non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ, puta ex teſtamento conjunctorum. *Authent. licentiam. C. de Epiſc. & Cler.* ¶ Bannitus noſtri temporis poteſt facere teſtamentum, & hæredem inſtituere. *Bartol. quæſt. 1. numer. 26. & 27.* ¶ Teſtamentum facere quilibet poteſt, qui non reperitur expreſſe prohibitus, & quando quæſtio eſt, an valeat teſtamentum, quæ ſint conſideranda.

Hartm. c.1. tit. de teſtamen. lib.2. ¶ Carceratus facit teſtamentum, dummodo inſtituat alios, quam illum detinentem, damnatus vero non. *Bartol. in l. 22. ff. de eo, quod met. cauſ.* ¶ Bannitus quando poſſit facere teſtamentum. *Bartol. in l.5. ff. de cap. diminut.* ¶ Adultus, licet habeat curatorem poteſt, facere teſtamentum. *Bart. in l. 21. §. Cajus. ff. de liber. legat.*

Vel non.

Civis exiſtens in villa non poteſt facere teſtamentum coram quinque teſtibus, ſed ruſticus indiſtincte poteſt: ſi plures haberi non poſſunt, ſed qualiter hoc probetur, *vide Bart. in l. conficiuntur. §. codicill. ff. de jur. codicill.* ¶ Teſtamentum facere non poteſt ad perpetuos carceres damnatus. *Hipp. ſing. 565.*

Cap. XII. Quando reaſſumi, publicari poſſit.

Teſtamentum clarum in quo ſubſcripſerunt Judex Notarius, & teſtes in numero neceſſario, ex quibus unus dicat non audiviſſe Notarium ſtipulantem, poteſt hoc non obſtante reaſſumi in publicam formam. *Capic. deciſ. 192.* ¶ Teſtamentum vivo teſtatore minime publicandum, niſi ipſe aliter diſpoſuerit. *D. Sol. in ſuis comment. conſtit. Sabaudia gloſſ. ſuper decreto, ut defuncti tit. de Tabellio. fol. 141.* ¶ Quomodo publicetur, vel inſinuetur teſtamentum, *vide l. repetita. C. de Epiſc. & Cler.* ¶ De publicatione teſtamenti, & qualiter poſſit probari, *Joſeph. Lud. deciſ. 35. Luc.*

Cap. XIII. Quando impugnari non poſſit.

Teſtamentum non poteſt pro parte compleri, & pro parte impugnari. *l. 7 ff. de bonis liber. vide l. 15. §. filius. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Hæres ſi ſemel approbaverit teſtamentum, non poteſt amplius ipſum impugnare. *Gramm. deciſ. 103. num. 147.*

Cap. XIV. Quando approbari poſſit, vel non.

Per contractum ab exhæredato cum hærede factum videtur teſtamentum approbari. *l. 23. §. pen. ff. de inoffic. teſt.* ¶ Qui eſt advocatus, vel procurator pro hærede, videtur approbare teſtamentum, nec amplius poterit illud impugnare. *l. fin. ff. de inof. teſt.* ¶ Qui eſt hæres legatarii, vel legatum petit, videtur teſtamentum approbare. *l. ſi §. ſi. ff. eod.* ¶ Qui ſe teſtamento ſubſcribit ut teſtis, non videtur approbare, quæ in teſtamento apponuntur. *l. 39. ff. de pigno. actio.*

Cap. XV. Quæ relinqui, & fieri poſſint in teſtamento, vel non.

Hæreditas pacto dari non poteſt. *Gaſp. Cabal. milleloq. 479.* ¶ Hærrditas extraneis teſtamento tantum datur. *l. 5. C. de pact. convent.* ¶ Executio teſtamentorum per modum proviſionis fit pendente lite; ſed quomodo, & quando. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. num. 69.* ¶ Teſtamenti viam aggreſſus, ut hæres, non poteſt poſtea agere jure codicillorum, aut fideicommiſſi. *Boer. deciſ. 93.* ¶ Voluntas diſtributoria alteri committitur in teſtamentis, non diſpoſitoria. *Gramm. deciſ. 58.* ¶ Etiam contractus poſſunt fieri in teſtamento, ſed non econtra. *Caſſan. tit. des ſucceſſions. §. 5 gl. 2. fol. 241.*

Vel non.

In metallum damnatis nihil poteſt relinqui in teſtamento; his vero, qui Civitatem amittunt, auferuntur ea, quæ ſunt juris Civilis, ut teſtari, ſed non ea, quæ ſunt juris gentium, ut emere, vel vendere. *l. 19. ff. de pœnis.*

Cap. XVI. Fieri poſſint.

Aliqua permittuntur in ultima voluntate, quæ non permittuntur inter vivos. *§. 2. inſtit. quib. ex cau. man. non licet.* ¶ In paganico teſtamento quis non poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere. *l. 7. ff. de reg. jur.* ¶ Teſtamentum mortui debet exhiberi cuilibet petenti, & ejus habenti intereſſe. *l. 1. ff. de tabul. exhib.* ¶ Si vult aliquis facere teſtamentum, & venientes ab inteſtato non patiantur Notarium venire, tunc Judex ire debet, vel mittere Notarium, ut poſſit teſtari. *l. 22. de teſtib.* ¶ Ex duobus teſtamentis factis eodem die, utrum præferatur, ſi unum habeat horam, *vide Jacob. Put. deciſ. 321. lib. 1.*

Cap. XVII. Qui effectus producantur.

Solvens partem legati relicti in minus ſolemni voluntate, poteſt compelli ad ſolvendum aliam partem, ſecus ſi legata ſint pura, niſi concurrat præſtatio triennalis, & favor alimentorum. *Mathesil. ſing. 122.* ¶ Sententia annullans teſtamentum lata contra legatarium, vel fideicommiſſarium non. *Bart. in l. 55. §. actiones. ff. ad Trebellia.* ¶ Teſtamentum celans, vel inſtrumentum pœna falſi tenetur, *Rebuff. tract. de ſententia proviſionali Tom. 2. tract. de benefic. caduc. gloſſ. num. 9. Tom. 1.* ¶ Voluntas teſtatoris tollit omnem ſuſpicionem fraudis, *Bartol. in Authent. minoris, Cod. qui dare tutores.* ¶ Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni quoad animam juſte retinet hæreditatem: tamen conventus in judicio condemnatur ad reſtitutionem, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes, *per Capic. d. deciſ. 89.* ¶ Non debet doli exceptio nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. *l. 20. §. non ſol. ff. eod.* ¶ Defuncti judicio non in parte, ſed in toto parendum eſt. *l. 15. & ibi. gloſſ. ff. de alim. &ciba. legat.* ¶ Opinio etiam unius ſingularis Doctoris eſt tenenda, non obſtantibus aliis opinionibus, quando defendit teſtamentum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 59. num. 85.* ¶ In ultimis voluntatibus voluntas diſponentis pro lege ſervatur, ſi legibus non repugnat. §. *diſponat. Authen. de nup.* ¶ Accuſans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens perdit ea, quæ ſibi per illud teſtamentum ſunt relicta. *Bart. in l. 2. C. de his, quibus, ut indig. hæred. aufe.* ſed quid de eo, qui dicicit teſtamentum nullum, vel non jure factum, *ibid. num. 7.* & an, & quando quis petere poſſit aliquid ex teſtamento, quod viſus fuit impugnare, *Dec. conſil. 317.* ¶ Teſtamentum verbale publicatum, vocatis quorum intereſt, fidem facit, etiam ſi originale deperditum ſit. *Mantic. de conjectu. ultim. volunt. lib. 2. tit. 2. num. 13.* ¶ Qui teſtamentum delevit, tenetur legatario, & hæredi de dolo. *l 36. ff. de dol. mal.* ¶ Quid operetur illa clauſula ſolita apponi in teſtamento, quod, ſi non valet jure teſtamenti, valeat jure codicillorum, &c. & omni meliori modo. *Gramm. deciſ. 62. num. 19. & Tho. Minad. deciſ. fin. num. 12.* ¶ De uſitata Notariorum clauſula, qua teſtatorem ægro corpore ſanaque eſſe mente aſſeritur, & quid operetur, *vide Pet. Roy. deciſ. 2. litna. in deciſ. diverſ. fol. 375.* ¶ Teſtis teſtamentarius an ſibi præjudicet in his, quæ continentur in teſtamento, *vide Papon. lib. 2. titul. 1. arreſt. 20.* ¶ Teſtandi licentia uxori data, non præjudicat viro, *Boer. deciſ. 244.*

Cap. XIIX. Quando valeant, vel non.

Statutum, quod non poſſit mater teſtari, ſine filii præſentia, vel alterius, valet, & ſi non fuerit ſervata forma; teſtamentum erit nullum. *Dec. conſ. 355.* idem in uxore. *conſ. 612.* ¶ Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initium ſine vitio cœperint. *l. 201. ff. de reg. jur.* ¶ Teſtamentum filiæfam an valeat, *Afflict. deciſ. 69.* & Notarii auctoritas præſumi facit pro teſtamento. *ibid.* ¶ Statutum diſponens, quod mulier non poſſit teſtari ſine viri conſenſu,

Digitized by Google

conſenſu, an valeat, *vide per Afflict. deciſ. 260.* ¶ Legata, & alia geſta in ultimo vitæ ſpiritu facta, valent. *Rot. Aven. deciſ. 32. in deciſ. diverſ. Tom. 2. fol. 33. vide Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 0. titul. 6. fol. 18.* ¶ Dictantibus teſtamentum nihil obſtat, quo minus ex eo ipſi poſſint capere, imo ſi hæres ſcripſerit teſtamentū, & Tabellio juſſu teſtatoris illud ſignaverit coram teſtibus, valebit. *Gomez. Leo. dec. 57. in dec. diverſ.* ¶ Quod teſtator dictavit, & teſtamentum ſuum eſſe declaravit, valebit, etiam ſi antequam Tabellio ſcriberet, mortuus ſit, *Gomez. deciſ. 58. vide tamen Gulielm. de Ludov. ſing. 148. & l. 11. de legat. 3.* ¶ An teſtamentum prodigi valeat. *DD. Rot. deciſ. 8. tit. de teſtamen. antiq.* ¶ Impugnans teſtamentum ex defectu numeri teſtium, peccat mortaliter: *Boer. deciſ. 240. num. 19. Hieron. Mago. deciſion. 33. Rot. Flor. num. 44.* quia teſtamentum, quod non habet juris ſolemnitatem, in foro conſcientiæ debet obſervari. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 14.* ¶ Publicatio teſtamenti manu privatæ perſonæ ſcripti, fit coram Judice vocatis ſuccedentibus ab inteſtato, examinatis teſtibus teſtamentariis, & ſi in tali teſtamento non intervenerint ſolum quinque teſtes, & in eo non fuerit facta hæredis inſtitutio, valebit in vim codicillorum, licet fuerit petitum publicari, uti teſtamentum. *Hieron. Mag. deciſ. Luc. 32. de publicatione teſtamenti. Franc Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 1. tit. 6.* ¶ Licet teſtamentum, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, ſit ipſo jure nullum, tamen ſi filius non vult illud impugnare, reconvaleſcit utiliter de æquitate. *gloſſ. in l. 2. ff. de except. rei judic.* ¶ In terris Eccleſiæ teſtamentum factum coram duobus teſtibus valet: ſed in terris Imperii ſervandum eſt tale teſtamentum in foro conſcientiæ. *Guid. Pap. ſingul. 728.* ¶ Teſtamentum ſecundum conſuetudinem loci factum ubique valet extra territorium, quod procedit etiam in forenſis teſtamento, ut valeat quoad bona ubicunque ſita. *Andr. Gail. obſerv. 123. lib. 2.* ¶ Ultima voluntas minus ſolemnis, in qua conjunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, ſicut ſi eſſet ſolemnis, quod procedit in legatis, ſeu fideicommiſſis, ſecus in hæredis inſtitutione. *Math. Matheſ. ſing. 41.* ¶ An valeat teſtamentum ejus, qui juſſit cadaver debere tumulari cum cantu, & alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, *Boer. conſ. 48. num. 9.* de validitate teſtamenti ejus, qui fatuam, vel turpem conditionem adſcripſerit in ipſo teſtamento. *Petr. Roy. deciſ. 1. Lucua. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Voluntas teſtatoris probata poteſt authenticari. *Ludov. deciſ. Luc. 53. numer. 12. & 20.* ¶ Teſtamentum validum pro hærede debet eſſe validū pro legatariis; ideo valet legatum factum ſpurio, in teſtamento facto coram duobus teſtibus, in quo erant inſtituti venientes ab inteſtato. *Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 27.* ¶ Legatū metu reverentiali marito factū per importunitatem, & in alterius damnum, reſcinditur, & in reliquis teſtamentum valet. *Afflict. deciſ. 60.* & ſic teſtamentum valere pro parte, & pro parte non, ex poſt facto poteſt, & hoc verum Judicis ſententia interveniente. *Afflict. ibid. num. 9.* ſed mulier quando poſſit decedere pro parte inteſtata, *vide per Bartol. in l. 1. C. de ſecund. nupt.* ¶ Teſtamentum ad pias cauſas factum coram curato, & duobus teſtibus tenet, duobus concurrentibus: Primo, quod teſtator ſit ægrotus: Secundo, quod decedat ex ea infirmitate. *vide Guid. deciſ. 543. Boer. deciſion. 93. & 228.* de hoc teſtamento ad pias cauſas *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. Bartol. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* in quo ſolemnitates juris ceſſant. *Abb. conſil. 11.* ¶ Teſtamentum, an valeat, in quo hæres inſtituitur ad interrogationem alterius, *vide per Cravet. conſ. 117.* non valere ſcripſit, *conſil. 143.* contrarium tamen tenet *Decius, conſil. 489. vide Menoch. conſ. 45. volum. 1.* ¶ Conſuetudo conficiendi teſtamenta coram quinque, aut paucioribus teſtibus, valet. *Boer. deciſ. 228. numero 5.* ¶ Teſtamentum factum coram duobus teſtibus, & Parochiano Presbytero videtur validum, ſed quando, *vide Boer. d. 228. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. Hier Mago. deciſ. 33. Luc. num. 5. 11. & 58.* imo quod non valeat, habetur *in deciſ. 71. Rot. Avenio. in deciſ. diverſ.* ¶ Schedula facta manu teſtatoris abſque teſtibus, & clauſula denotante perfectionem, & finem diſpoſitionis, in qua reperitur inſtitutio in certis bonis ad pias cauſas, valet, etiam quoad alia bona, de quibus teſtator non diſpoſuit. *vide Menoch. conſil. 224. libr. 3.* ¶ Valet teſtamentum conditum ad pias cauſas per verba enunciativa, etiam propter aliud prolata. *cap. fin. ex. de ſucceſſio. ab inteſt.* ¶ Stultus, vel furioſus ubi faceret actum, quem quilibet ſanæ mentis feciſſet, talis diſpoſitio tenet. *Grammac. deciſion. 73. num. fin.* ideo teſtamentum furioſi Romæ fuit approbatum, quia rite, & rectè diſpoſuerit. *ibid. numer. 37. Afflict. deciſ. 143. Anton. Corſec. in ſuis ſingularib. litera T. ſingul. teſtamentum. Hippol. ſingul. 380. vide tamen Boer. deciſion. 23. numer. 47.* qui tenet contrarium. ¶ Teſtamentum ſcriptum per Notarium, in quo pater ipſius erat hæres inſtitutus, an valeat, *Bartol. conſil. 61. libr. 1.* ¶ Actus factus vicino tempore furoris, non includit nullitatem. *Boer. deciſ. 23. numer. 89.* de validitate teſtamenti, quod allegabatur factum à furioſo, & de probatione furoris, *vide per Joſeph. Ludov. deciſ. 53. Rot. Floren.* ¶ Teſtamentum per manus publici Notarii in præſentia ſeptem teſtium deſcriptum, cum ſubſcriptione trium teſtium ſumptum, an valeat, & in quibus caſibus. *Afflict. deciſ. 166.* ¶ Teſtamentum conditum in loco exempto (veluti in monaſterio ſito intra territorium ſtatuentium) ſtatuti ſolemnitate non ſervata, ſuſtinetur, maxime ſi fuerit factum à forenſe. *Natt. conſ. 643. & Roland. conſil. 33. volum. 3.* ¶ Statuto induci poteſt, ut teſtamentum coram duobus teſtibus factum valeat, & tale teſtamentum ſortitur ſuum effectum, etiam quoad bona extra territorium ſtatuentium ſita. *Mynſinger. obſerv. 20. cent. 5. vide Andr. Gail. obſerv. 123. lib. 2.* ¶ Quemadmodum teſtamentum debeat ſuſtineri, & ex quibus, *vide Mantic. lib. 3. titul. 15.* probatur tamen falſum ex ſuſpicionibus, ſed ex quibus ſecundum teſtamentum poſſit argui de falſo, *vide Nattan. conſil. 124.* ¶ Si in teſtamento ponatur clauſula, quod valeat jure contractus, erit irrevocabile: quia contractus in eo celebratus revocari non poteſt. *vide gloſſ. in §. 1. inſtitut. quibus ex cau. manumit. non liceat.* ¶ Valent codicilli facti medio tempore, quo quis erat inteſtabilis, ſi tempore teſtamenti, & mortis erat teſtabilis. *l. 8. §. ſi poſt. ff. de jure codicill.* ¶ Si legatum non valeat ab initio, confirmatur ex poſt facto impedimento ex ultima voluntate teſtatoris ſublato, *d. l. 8. ſi ei ſervo.* ¶ Voluntas invalida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus declaratur. *Bart. in l. 1. C. de codicill.* ¶ Conſuetudo detrahens formæ teſtamenti in modo probandi, valet. *Aegid. Bellam. concluſ. 645.* ¶ Si teſtator teſtamentum ruptum coram quinque teſtibus confirmet, illud jure codicillorum valere facit. *L. 1. C. de codicillis.*

Vel non.

Defuncti voluntas non ſemper ſervatur. *L. 13. & ibi gl. ff. de pollicitat.* ¶ Teſtamentum in favorem adminiſtratorum factum, non valet. *Rebuff. in ſuis commenc.*

tmct. de donat. & aliis diſpoſ. gloſſ. 6. fol. 555. ¶ Principale non poteſt confirmari ab acceſſorio: ideo teſtamentum non confirmatur à codicillo, ſed codicillus à teſtamento. *l. quod per manus. ff. de jure codicil.* ¶ Diſpoſitio reſpiciens ſolam auctoritatem defuncti, non commodum alterius, non jure actionis, ſed per officium Judicis effectui demandatur. *l. 7. ff. de annuis legat.* ¶ Teſtamentum in quo maſculus fuit hæres inſtitutus, & filiæ relicta fuerunt centum, non valet. *Bart. in l. 48. de hæred. inſtit.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtantis, ex nova voluntate non convaleſcit, impedimento ceſſante, ſecus in codicillis. *d. l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.* ¶ Non valent diſpoſita in teſtamento, niſi adeatur hæreditas, ſaltem per unum ex hæredibus. *l. 9. ff. de teſtamen. tutel.* ¶ Quid juris, quando teſtator aliquid confitetur in teſtamento, vel alter quid egerit. *Authent. de jurejur. à morien. praſt.* ¶ Si aliquis eſt inſtitutus in tabulis ſcriptis per notas, quæ non ſunt literæ, id eſt, per abbreviaturas inuſitatas, & confuſas, tunc non valebit teſtamentum. *l. 6. §. notis. ff. de bonor. poſſeſſio.* ¶ Si nomen hæredis ſit deiatum, ut penitus legi non poſſit non valet teſtamentum quod procedit, ſi hoc contingat ante mortem teſtatoris, ſecus ſi poſt. *l. unica ff. ſi tabul. teſta. extra.* ¶ Teſtamentum factum, ſeu codicillus ad alterius interrogationem, non tenet, *Gmm. decif. 73. vide tamen ibid. numer. 34 & 36.* ¶ Teſtes deponentes, quod verba teſtatoris clare non exprimebantur, nec percipiebantur, ſed videbantur extorta ad nimiam alterius importunitatem interrogantis faciunt, ut relicta in tali diſpoſitione non teneant. *Gmmm. decif. 73. num. 2.* ¶ Licet teſtamentum non valeat, in quo filio aliquid relinquitur abſque titulo inſtitutionis, tamen ex illa clauſula, ut teſtamentum valeat omni meliori jure, cenſetur inſtitutus, & hoc caſu unus titulus tranſmutatur in alium per quem teſtamentum ſuſtinetur. *Tho. Minad. decif. 43 num 13.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo, *Minad. decif. 43. num. 14.* quia diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſumitur per actum invalidum. *ibid. num. 15.* ¶ Teſtamentum non ſuſtinetur, ut nuncupativum, ſi teſtator in ſcriptis teſtari voluerit, & de hoc proteſtatus fuerit, ſed quid, ſi fuerit appoſita clauſula, quod valeat omni meliori modo, *vide Vera. decif. 260. part. 3.* ¶ Teſtamentum uxoris ad mortem damnatæ non valet, etiam ſi factum fuerit ante ſententiam damnationis ad mortem. *Natt. conſ. 178.* tamen Princeps poteſt diſpenſare, ut teſtamentum damnati ad mortem valeat, & idem poteſt conſuetudo. *Natt. ibid. Marc. de Mant. ſing. 144.* ¶ Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio temporis tractu convaleſcere non poteſt. *Reg. penul. de reg. jur.* ¶ Teſtandi facultas Cardinali conceſſa, non validat teſtamentum antea factum: quia facultas reſpicit actum faciendi & non factum. *Paul. Aemil. decif. 258. part. 3.* ¶ Ineptæ voluntates defunctorum non ſunt ſervandæ. *l. 116. §. fin. de legat. 1.* ¶ Qualitas hæredis non facit convaleſcere teſtamentum. *l. 5. C. de teſtamentum. manumiſ.* ¶ Quæ in teſtamento ſcripta ſunt, ut intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent. *l. 74. ff. de regul. juris.* ¶ Ubi repugnantia inter ſe, in teſtamento invenitur, neutrum ratum eſt. *Reg. 149. de reg. jur.* ¶ Inſtrumentum teſtamenti an vacillet, quando unus, vel plures teſtes illi contradicunt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 105. n. 16. & ſupra lib. 1. tit de probat. prælatia.*

Cap. XIX. Teſtamentum quibus modis rumpatur, corruat, vel non.

Tres teſtes diſcordantes non rumpunt teſtamentum. *Gram. decif. 203. num. 146. vide Franc. Marc. qu. 320.* ¶ Teſtamenta duo eadem die facta corruunt, ſi de eorum prioritate non appareat. *Afflict. decif 387. Joſeph. Lud decif. Luc. 53. num. 32. vide Boer. decif. 31. Bart. in l. 1. §. non autem, ff. de bono. poſſeſ. ſecund. tabul. & Joſeph. Ludov. decif. 53. Luc. num. 20.* ¶ Teſtamentum non vitiatur propter furorem ſupervenientem, *Boer. decif. 23. numer. 78.*

Cap. XX. Quando ſit nullum: irritum: vitiatur.

Teſtamentum an ſit nullum, ſi teſtes non ſunt rogati, & an debeant rogari à teſtatore, *vide Cravet. conſ. 117. Boer. decif. 34.* & quid, ſi Notarius ſcribat præſentes fuiſſe, non adjiciendo rogatos, *vide ibidem.* ¶ Ex cauſa exhæredationis, vel privationis irritum eſt teſtamentum quantum, ad inſtitutiones, ſed cætera firma temanent. *Authent. ex cauſa. C. de liberis, & poſthum.*

Vel non.

Teſtamentum factum non ſervata forma ſtatuti ob aliquam neceſſitatem, non vitiatur, licet alias forma ſtatutaria non ſervata, non valeret. *Rolan. conſil. 30. vol. 3* ¶ Si per ſtatutum circa confeſſionem teſtamenti aliquid fuerit diſpoſitum, quid juris, *vide per Bart. in l. 1. C. de ſumma Trinitate.* ¶ Teſtamentum nullum redditur per compulſionem teſtium, vel Notarii. *Ludov. Rom. ſing. 26.*

Cap. XXI. Notarius: Qualis eſſe debeat.

Notarius, an debeat eſſe rogatus, & quando præſumatur rogatus, *Boer. decif. 35. Mantic. de conjectu. ultima. volunt. lib. 2. tit. 11. & 12.*

Cap. XXII. Qui facere poſſit. vel non.

Notarius poteſt ſcribere teſtamentum proprium. *Bart. in l. 78. §. fundum. ff. de contrahend. emptio.* & publicare. *idem Bart. in l. 2. ff. de ſtipulat. ſervo.* ¶ De jure communi filius emancipatus Notarius recipiens teſtamentum, poteſt patri vel ſorori adſcribere legatum in ipſo teſtamento; ſed quid juris, ſtatuto prohibente, *vide per Magon. decif. 53. Rot. Florent.* ¶ Teſtamenti tabulas Prætor non permittit inſpici, ſi teſtator vivat, quod procedit in teſtamento in ſcriptis, ſed quid in teſtamento nuncupativo, & an notarius poſſit illud tradere hæredi de vivo teſtatore, *Joſeph. Lud. decif. Luc. 49. num. 85.*

Cap. XXIII. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Voluntas alterius fāvore piæ cauſæ ſecrete committitur, & teſtator poteſt diponere, quod credatur uni teſti. *Afflict. decif. 371.* ¶ Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere, ideo ſi teſtator dicat nolle revocare teſtamentum, hoc non obſtante poterit illud revocare, ſi expreſſe dicat eum pœnitere prioris diſpoſitionis, & voluntatis. *leg. 6. §. licet. ff. de jur. codic.* ¶ Teſtator poteſt prohibere, ne alicui acquiratur ex legis diſpoſitione, & illi legem imponere. *Bartol. queſt. 12. num. 12.* ¶ Favendum eſt ultimis voluntatibus, & quilibet de rebus ſuis poteſt diſponere. *l. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* ¶ Teſtator quando poſſit facere, quod leges non habent locum in ſuo teſtamento, *vide Bartol. conſil. 156. vol. 1.*

Cap. XXIV. Ad quæ teneatur.

Teſtator dum loqui non poteſt propter morbum, ſeu aliter, ſi tamen cognoſcitur ejus voluntas per ſigna, debet eo caſu Notarius ſcribere, quod cum interrogatus propter morbum non poſſet loqui aſſenſit humeris, & annuit capite. *Grımm. decif. 73. n. 31.*

Cap. XXV. Miſcellanea.

Adultus, qui fecit teſtamentum, non reſtituitur in integrum adverſus illud. *Bartol. in l. 1. §. fuit ad Trebell.* ¶ In certis caſibus pro injuria, quæ fit ſcriptura, vel voce, lex facientem injuriam inteſtabilem eſſe jubet.

Azo.

Azo. num. 5. in ſumma tit. C. de injuriis. ¶ Perſona valde dilecta teſtatori facit, ut ratio ſanguinis fuerit cauſa finalis relicti. *Grum. deciſ. 73.* ¶ Cum agitur de declaranda mente conjecturata teſtatoris, quod ita, vel ita ſenſerit, creditur, ſtaturque teſtimonio Notarii, qui teſtamentum conſcripſit. *Menoch. conſil. 195. lib. 2. num. 27.* ¶ Vide infra *tit. ſeq. in additionib. de teſt. in genere.*

TITULUS DLXXXIX.

De teſtamento in ſcriptis.

Generalia.

DE teſtamentis in genere, *vide additiones infra.* ¶ Teſtamentum manu teſtatoria ſcriptum quibus modis fiat, & legi in præſentia teſtium quando non oporteat, & facere teſtamentum ſecrete, quæ utilitas, *per Boer. deciſ. 13 num. 11. 16. & 17.* ¶ De teſtamento in ſcriptis quando reddatur nullum, de materia, & ſolemnitatibus ipſius, *vide Grumm. deciſ. 62.*

Cap. I. Quale ſit, & quæ dicantur repetita.

Quando differant teſtamentum in ſcriptis, & nuncupativum, *vide Jul. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 4.* ¶ Maſculinitatia qualitas, quando in teſtamento repetita cenſeatur, & quid in diverſa diſpoſitione dicendum, an de conjecturis circa hanc rem? *D. Gaſpar. Theſſ. q. For. Quæſt 64. lib 2.*

Cap. II. Quæ requiruntur.

An teſtes qui in teſtamento requiruntur, ſubſtantiæ, vel probationis cauſa ſint introducti. *Alciat. libr 1. paradoxorum. c. 17.* ¶ Teſtamentum in ſcriptia, quæ requirat, *Afflict. deciſ. 143.* quibus deficientibus erit nullum, & invalidum declarari debet *ibid.* ¶ Subſcriptio, & ſignum Tabellionis in teſtamento in ſcriptis, an ſufficiat, ut apponantur per Notarium poſt mortem teſtatoris, in publicatione dicti teſtamenti. *vide Gomez. Leo deciſ. 32. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Quando teſtamentum fit ſecrete in ſcriptis, & quæritur de publicatione poſt mortem teſtatoris, quæ debeant obſervari in ipſa publicatione, *vide Menoch. conſil. 180. lib 2. num. 20.* ubi ſcribit ſeptem requiſita, *& titul. C. quemadm. teſtamen. aperia.* ¶ Quando teſtamentum in ſcriptia aperitur, teſtea adhiberi debent, ſi haberi poſſint, & tale teſtamentum quam fidem faciat, ſi teſtea ſint mortui, vel aliter haberi non poſſint, *vide per Bart. in l 2. C quemadm. teſtam. aperia.* ¶ Solennitas à jure civili requiſita in teſtamentis non poteſt per teſtatorem remitti: ideo teſtator non poteſt mandare teſtamentum in ſcriptis poſſe aperiri par Notarium, non ſervatis ſolennitatibus à jure requiſitis, ſi vult teſtamentum valere. *Vincent. de Franc. deciſ. 429. part. 2.* ¶ Teſtamentum ſuum ubi quia ſcripſerit ſolemne, debet illud ſignare ſuo ſigno, & curare, ut ſignetur ſigillis teſtium adhibitorum. *Boer. conſil. 48.* ¶ De ſolemnitatibus requiſitis in teſtamento in ſcriptis qualiter tale teſtamentum aperiatur, publicetur, & ſuſtineatur, licet deceſſerit aliquis ex teſtibus, *vide per Rol. conſil. 36. vol. 1.*

Cap. III. Quando probetur.

Teſtamenti deperditi tenor qualiter probari poſſit, & an ſit neceſſaria eo caſu probatio caſus fortuiti. *D. Gaſp. Theſſ. q. Foren. Quæſt. 94. lib. 2.*

Cap. IV. Qui teſtari poſſit, vel non.

An filiusfam. teſtari poſſit de his rebus, quarum uſuſfructus parenti non acquiritur. *Andr. Fach. libr. 5. contr. cap. 94.* ¶ Navarchi, regimes, milites, nautæ, cuſtodes de acquiſitis in mari teſtari poſſint. *l. un. ff de bon. poſſ. ex teſtamento. milit. Conſ. l. frater a fratre. num. 99. ff. de cond. indeb. Surdus quæ. 11. num. 6. tit. 4. de alment.* ¶ An filiusfamil. teſtari poſſit de iis rebus, quarum uſufruct. patri non acquiritur. *Fach. lib. 5. contr. cap. 94. Vaud. var. q. lib. 1. q. 1.*

Cap. V. Qui facere poſſit teſtamentum.

Inteſtatus, an dicatur pupillus decedere, vel aliis, qui teſtamentum concedere non poteſt ad materiam interpretationis ſtatuti, excludentis fœminas, & admittentis agnatos aliquo inteſtato moriente. *Dom Gaſp. Theſſaur. q. For. Quæſt. 18.* ¶ An filia nupta in poteſtate patris poſſit facere teſtamentum, ut ſit validum ſtante ſtatuto, quod maritata eximatur à patria poteſtate, & quid juris ſit. *Rol. conſil 68. Tom. 4.* ait non poſſe.

Cap. VI. Quando impugnari poſſit, & qui ſint effectus.

An frater teſtamentum fratris tanquam inofficioſum impugnare poſſit, ſi in eo ſpurium inſtituerit *And. Fach. lib. 4. contr. cap. 93.* ¶ An ſententia prætextu teſtamenti noviter reperti retractari poſſit. *And. Fach. lib. 1. cont. c. 52.*

Cap. VII. Quando valeat.

Teſtamentum, quod per clauſulam codicillarem poſthumo ſcienter præterito convalidatur, an ſuſtineatur, quando per multos annos ſupervixit teſtator poſt natum filium, & quid ſi maſculis fratribus inſtitutis ſupervenerint filiæ fœminæ, an illæ inſtitutos excludant? *Dom. Gaſpar. Theſſ. qu. Foren. Quæſt. 70. lib. 2.* ¶ Teſtamentum nutu factum. & ad interrogationem qualiter ſubſiſtat, plene diſcutitur, & examinatur. *D. Gaſp. Theſſ. q. For. Quæſt. 99. libr. 2.* ¶ An quando quis fecit duo teſtamenta in quorum primo filiam primogenitam inſtituit, ſecundæ dotem dedit in ſecundo teſtamento, ſecundam filiam inſtituit, & primam exhæredavit, & caſu quo exhæredatio non valeret, eam inſtituit in uno ſcuto, & in pecuniis per eam ablatis, etiamſi ad bonam vitam redeat, ei reliquit 100. ſingulis annia, an primum, vel ſecundum valeat. *Rolan. conſ. 33. Tom. 3.* ¶ An teſtamentum ruptum nativitate poſthumi ignoranter præteriti poſſit ſuſtineri jure codicillorum. *Roland. conſ. 7. volum 4.* ¶ Stante ſtatuto, quod teſtamentum debeat fieri in civitate, vel coram teſtibus, qui ſint de juriſdictione communitas Taurini, & extra civitatem, & tamen fiat coram teſtibus Caſalenſibus in ea civitate valeat. *Rolan. conſil. 30. Tom 3.* ¶ An valeat teſtamentum in quo filius non directo, ſed poſt inſtituti mortem fuit inſtitutus, eique per fideicommiſſum ſubſtitutus, *Hotom. lib. 4. obſerv. cap. 24.* ¶ Teſtamentum ab incipiente mori factum, & ſigillatum in abſentia teſtatoris, an validum ſit, *vide Afflict. deciſ. 69.*

Vel non.

Non publicatum, an dicatur imperfectum ratione voluntatis. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 292.* ¶ Teſtamentum ſuppoſitum invalidum eſt, & Notarius in teſtamento recipiendo in ſcriptis, debet eſſe rogatus, & de tali rogatione conſtara debet. *Affl. dec. 69* ¶ Teſtari in ſcriptis, quando apparet teſtatorem voluiſſe, non valet tale teſtamentum uti nuncupativum. *Affl. dec. 143. n. 6.* quod limita, quando adeſſet clauſula, omni meliori modo, via, &c. *vide d. deciſ. 143. & ſeq. Veral. deciſ 260 part. 3. Cabal. milleloq. 359. Franc. Man. de conjectu. ultim. volunt. lib. 1. tit. 7. Clar. in § teſtamentum quæſt. 4. & Menoch. conſil. 311 lib. 4.* ¶ Teſtamentum in ſcriptis, in quo nullus teſtis dicit ſe ſubſcripſiſſe loco teſtatoris imperiti, qui neſciebat ſcribere, non eſt validum. *Afflict. deciſ. 144.*

Cap. VIII. Quando revocari poſſit.

An primum teſtamentum revocetur per ſecundum, ſi teſtator juraverit, ſe illud non revocaturum. *Andr. Fachin.*

Andr. Fachin. libr. 4. contr. cap. 8. ¶ Monachus, an poſt ingreſſum religionis poſſit revocare teſtamentum ante ingreſſum factum, & an valeat renunciatio filiæ tempore ingreſſus Monaſterii facta ad declarationem tex. Concilii Tridentini? *ſeſſ. 25. ca. 16. D. Gaſpar. Theſſaur. q. For. Quæſt. 46. lib. 2.*

Cap. IX. Quando ſit nullum, &c.

Matris, an ſit nullum, ſi filio tanquam extraneo reliquit. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 293.* ¶ Teſtator poteſt diſponere, quod filii reſtituant fructus perceptos ultra quantitatem legitimæ. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 21.*

TITULUS DXC.

De teſtamento nuncupativo.

Cap. I. Quod dicatur, vel non.

TEſtamentum conditum à Sejo licet ſignetur à teſtibus, tamen erit nuncupativum, & hæredis nomen, quando eſt ſingulare non eſt neceſſe, quod aliter exprimatur. *Bartol. in l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.* ¶ Quando conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari in ſcriptis licet in præfationibus nominaverit teſtamentum nuncupativum, tamen non dicitur eſſe teſtamentum nuncupativum, dato, quod defectu aliquarum ſolemnitatum, ut teſtamentum in ſcriptis non poſſit ſuſtineri. *Menoch. conſil. 313. lib. 4.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Teſtamentum debet legi in præſentia teſtatoris, & de ipſius communione, præſentibus teſtibus. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. num. 35.* ¶ Teſtamentum nuncupativum expreſſionem nominis hæredis coram teſtibus requirit explicite, vel implicite per relationem ad aliam ſcripturam. *Afflict. deciſ. 143.* ¶ Teſtamentum nuncupativum de jure communi, eſt contentum deſcriptione ſeptem teſtium, ſine ſubſcriptione, & tunc publico teſtamento ſubſcripto per Notarium ſtatur, & creditur. *Afflict. deciſ. 166. num. 2. Bartol. in l. 32. C. de fideicom.* de hoc teſtamento *vide per Gram. deciſ. 62.*

Cap. III. Quando probetur.

Teſtamentum nuncupativum probari debet per ſeptem teſtes, licet illud fuiſſe confectum ſolemniter coram ſeptem teſtibus, per duos teſtes poſſit probari. *Afflict. deciſ. 14. num. 5. vide ſupra titul. de teſtamentis in genere.* ¶ Legatum, cohæredis inſtitutio ſine ſcriptura per teſtes probari poſſunt, *Gomez. Leo. deciſ. 13. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* quia in teſtamento nuncupativo non requiritur Tabellio, dummodo aliter legitime probetur. *idem deciſ. 55.*

Cap. IV. Quando reaſſumi non poſſit.

Scriptura Notarii continens hæredis inſtitutionem, & legata, ſi non apparet teſtatorem plus ſcribere voluiſſe, vel non, puta per ſubſcriptionem Notarii, etiam quod fuerit reperta inter notas, ſeu abbreviaturas ipſius, non poterit reaſſumi. *Gramm. deciſ. 103. n. 35.*

Cap. V. Quando valeat, vel non.

Teſtamentum nuncupativum ad interrogationem Notarii conditum eſt validum, ſecus in teſtamento in ſcriptis, *vide Afflict. deciſ. 144. & ſupra tit. de teſtamentis in genere.* ¶ Teſtamentum nuncupativum, quod notarius non fuit ſtipulatus non valet. *Afflict. d. 25. num. 4. tit. de teſtam. in genere*, etiam ſi jam ſcripſerat imbreviaturam. *Gram. deciſ. 62.* ¶ Teſtari in ſcriptis, quando apparet teſtatorem voluiſſe, non valebit tale teſtamentum uti nuncupativum, vide tamen *ſup. titul. prox. præced.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Notariorum conſuetudo in teſtamentis nuncupativis, qualis ſit, *vide Afflict. deciſ. 166. num. 9.* ¶ Pœna falſi, quæ imponitur illis, qui ſibi adſcribunt in teſtamento, non habet locum in teſtamento nuncupativo. *Guid. Pap. ſing. 136.*

TITULUS DXCI.

De teſtamentis inter liberos, & parentes.

Cap. I. Quod dicatur.

DIviſio bonorum facta à patre inter filios, pro hæredis inſtitutione habetur, & pactum, vel contractus inter patrem, & filium de ſuccedendo, vim teſtamenti habet. *Menoch. conſil. 317. numer. 20. lib. 4.*

Cap. II. Quando valeat, vel non.

Omne teſtamentum omiſſis ſolemnitatibus juris inter liberos factum valet: ideo in illo non requiruntur ſeptem teſtes, ſed ſufficiunt duo etiam non rogati, maſculi, vel fœminæ: in hoc enim teſtamento omnes ſolemnitates juris ſunt omnino remiſſæ, & redactæ ad ſolemnitates juris gentium, quo dipoſitum eſt in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum. *Boer. deciſ. 240. Clar. in ſua pract. §. teſtamentum. quæſt. 8.* ¶ Teſtamentum paternum imperfectum, puta coram duobus teſtibus factum, inter liberos valet. *Andr. Gail. obſerv. 112. lib. 2. Guid. Pap. quæſt 542. num. 10. Boer. deciſ. 14 num. 14. Bart. conſil. 61. volum. 2. l. 16. 21. & fin. C. famil. erciſc.* ¶ Quod ampliatur primo, ut non ſolum procedat in teſtamento ſolemni, & in ſcriptis facto; verum etiam in teſtamento nuncupativo. *Gail. d. obſerv. 112. lib. 2. num. 4.* ¶ Secundo amplia, ſive teſtes adhibiti ſint rogati, & vocati, ſive non. *ibid. num. 5.* ¶ Tertio amplia, quod licet mulieres utroque jure teſtes in teſtamento eſſe nequeant, tamen hoc non obtinet in teſtamento inter liberos, in quo admittuntur perinde fœminæ, atque maſculi. *Gail. obſerv. 112. num. 5. Boer. d. deciſ. 240. Bartol. in §. quod ſæpe, Authen. de trien. & ſemiſſ. Hartm. c. 5. lib. 1. tit. de teſtam. vide tamen Natt. conſ. 124. Tom. 1.* ¶ Quarto amplia, quod hujuſmodi teſtamentum paternum valeat, quomodocunque factum ſit, etiam nuda ſcriptura ſine ſolemnitate, & teſtibus, *vide tamen ibidem n. 7.* nam cedula à patre ſcripta continens ejus voluntatem, valet inter liberos in vim teſtamenti. *Clar. in §. teſtamentum quæſt. 14.* ſed an ſchedula reperta in archa teſtatoris, probet teſtamentum etiam ſine teſtibus, *Caſſan. in conſuet. Burg. tr. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 4. gloſſ. fin. n. 13. & Menoch. conſil. 267. libr 3.* ¶ Quinta amplia, quod hoc teſtamentum factum coram duobus teſtibus, habeat effectum teſtamenti, & non codicillorum. *Andr. Gail. deciſion. 112. n. 13.* ¶ Sexto amplia, quod ipſum teſtamentum non tollatur ipſo jure, vel etiam ope exceptionis per inciſionem ſeu inductionem, & lituram teſtamenti, ſed requiratur expreſſa revocatio, per ſecundum teſtamentum ſolemne, cum clauſula derogatoria. *ibid. num. 13.* ¶ Septimo amplia (ſecundum veriorem opinionem,) ſive pater inter liberos ſervaverit æqualitatem, ſive non, dummodo non gravet in legitima. *Gail. d. obſerv. 112. numer. 23. Natt. conſil. 622. Boer. deciſ. 240. numer. 8. Gaſpar. Cabal. milleloq. 139.* ¶ Limita tamen concluſionem Primo, ut procedat, quando ſolemnitatis ratione tale teſtamentum ſolum eſſet imperfectum, ſecus ſi voluntatis ſit defectus. *Gail. obſerv. 112. num. 14. Boer. deciſ. 240. num. 4. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 9. Bartol. in §. ſæpe, Authent. de trienn. & ſemiſ. Hartman. c. 3. lib. 2. titul. de teſtam. vide etiam c. 4. 5. ibid.* ¶ Secundo limita in filio naturali, quia beneficium, *§ ex imper-*

imperfecto, non habet locum in filio naturali, ſecus ſi eſſet legitimatus. *Gail. d. obſervat. 112. numer. 18. Boer. d. deciſ. 240. num. 12. Vincent. de Franc. deciſ. 399. part. 2. Clar. in §. teſtamentum. quaſt. 12. Petr. de Raven. ſingul. 703. Bartol. in §. ſæpe, Authent. de trien. & ſemiſ.* ¶ Tertio limita, in minus ſolemni teſtamento liberorum, quando aſcendentes inſtituunt. *Gail. d. obſerv. num. 22. & Amanel. de Clariſaq. ſingul. 108.* ubi tenet contrarium. ¶ Teſtamentum inter liberos factum, in quo nec diea appoſita, nec menſis deſcriptus fuit, quibus confectum eſt, in quo ſolemnitas à ſtatuto requiſita ſervata non fuit, valet. *Angnſt. Bero. quaſt. 36.* ¶ Intervenientea ab inteſtato ſufficit, quoquo judicio diſponere, & ſi producatur teſtamentum inter liberos corroſum taliter, ut non appareant, niſi duo teſtes, adhuc valebit. *Bartol. in l. 37. § veteranus. ff. de milit. teſtam.* ¶ Teſtamentum imperfectum ratione præteritionis, an habeat locum inter liberos. *Bartol. in l. 12. §. ſi prius. ff. de bono. poſſeſſ. cont. tab.* ¶ Quod dicitur teſtamentum imperfectum inter liberos valere, quomodo intelligatur, *Abb. conſil. 98. libr. 2. & conſil. 105.* & de materia per *Bartol. in Authent. de teſtam. imperfect.* ¶ Teſtamentum imperfectum inter liberos an ſuſtineatur, etiam favore extraneorum, *vide Clar. in §. teſtamentum. quaſtion. 19.* quod tale teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitatis valeat, quoad liberos tantum, ſcribunt *Bartol. ſingul. 181. Boer. deciſ. 240. & ſequen.* quid, ſi fuerit ſubſtitutus extraneus, *vide Boer. ibidem.* ¶ Teſtamentum inter liberoa, in quo interuerunt duo teſtes, ſuſtinetur, non modo inter filios, ſed etiam inter nepotes, & neptes ex filio, vel filia ipſis inſtitutis univerſaliter, filio excluſo excepta legitima. *Natt. conſil. 423. Boer. deciſ. 241.* ¶ Cæci teſtamentum inter liberos, quam ſolemnitatem requirat, *Boer. deciſ. 240. num. 20. Joſeph. Ludeo. deciſ. Peruſ. 2. num. 34. Natt. conſil. 210. libr. 1. Rolan. conſil. 82. num. 10.* ¶ In §. nos igitur, *Authent. de teſtam. imperfect.* habetur valere teſtamentum inter liberos abſque ſolitis ſolemnitatibus, dummodo pater ſciebat diem, & nomen hæredis, quod extenditur, ſi alius ſcribat, & ipſe pater ſubſcribat. *Jac. Put. deciſ. 235. libr. 1.* ¶ Teſtamentum, cui non Parochianua, ſed tres tantum teſtes intervenerunt, inter liberos eſt vslidum, niſi magna otiatur inæqualitas. *idem deciſ. 431. lib. 1.*

Vel non.

Teſtamentum manu propria teſtatoria ſcriptum, non publicatum coram teſtibus, & Notario, non valet, etiam inter libetos. *Put. deciſ. 97. libr. 3. vide Creſcen. deciſio. 3. alias 164. titul. de donatio.* imo licet teſtamentum tatione voluntatis imperfectum, nec quoad pias cauſaa, neque inter liberos valeat, tamen hoc limitatur, qusndo teſtamentum eſſet ſcriptum pet teſtatorem, vel alium in ſchedula teſtamentaria, dato, quod non eſſet ipſa ſcriptura publicata coram teſtibus, nam hoc caſu valebit tale teſtamentum inter libetos, & ad pias cauſas. *Mynſinger. obſerv. 28. & cent. 1. Guid. Pap. quaſt. 517.* ſufficit enim, quomodocunque patris judicium declaratum ſit, ut diſpoſuiſſe, & teſtatus inter liberos dicatur. *Menoch. conſil. 317. num. 10. lib. 4.*

Cap. III. Miſcellanea.

Legatum ex minus ſolemni voluntate relictum liberis, vel piæ cauſæ debetut, ſed quomodo hoc intelligatur, *Rot. Aven. deciſ. 87. in deciſ. diverſ.* ¶ De conjecturis, quæ habent locum in teſtamento inter liberos, *vide per Franc. Mant. de conjectu. ultim. volunt. libr. 6. titul. 2.*

TITULUS DXCII.

De teſtamento facto tempore peſtis.

TEſtamentum coram quinque teſtibus conditum tempore peſtis, an valeat, *vide per Afflict. deciſ. 25.* pro affirmativa ſcribit *Dec. conſil. 285. vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 180.* ſed an codicilli poſſint fieri coram minori numero, *vide eundem D. P. ibid.* ¶ Teſtamentum jure factum coram quinque teſtibus non à ruſtico, vel tempore peſtis, eſt nullum. *Afflict. ibid.* ¶ Licet teſtsmentum tempore peſtis factum ſine ſolemnitate requiſita non valeat in vim teſtamenti, valebit tamen jure codicillorum in legatis, ſi fuit actum virtute codicillorum, ſecus ſi ageretur virtute teſtamenti non ſolemnis, quia tunc actor non poteſt variare, & dicere ſe agere virtute codicillorum niſi per modum exceptionis, exciperet. *Afflict. deciſ. 134.* ¶ Teſtamentum tempore peſtis factum coram quinque teſtibus valet, ſi peſtis erat magna, & ſæva, alias ſecus. *Boer. deciſio. 228.* quo loci adducuntur diverſæ opiniones, quæ ita conciliantur, & hæc ſunt vera, ſi teſtator erat infirmus, alias ſecus. *Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 1.* ¶ Teſtamentum tempore peſtis poteſt confici cum minore numero ſeptem teſtium. *Jac. Put. deciſio. 372. libr. 1.* ſed debent interveniri ad minus quinque. *idem deciſio. 382. eod. libr.* imo, quod valeat factum coram duobus teſtibus, ſcribunt *Andr. Gail. obſerv. 118. num. 18. libr. 2. Mynſinger. obſerv. 95. centur. 1. vide Boer. deciſ. 228.* ¶ Teſtamentum conditum tempore peſtis coram quinque teſtibus valet, non obſtante, quod teſtator ſupervixerit, periculum peſtis evaſerit, & teſtamentum non refecerit. *Rolan. conſil. 81. volum. 1. & Boer. deciſ. 228. num. fin.*

TITULUS DXCIII.

De teſtamentis filiifam. & militis.

Cap. I. Quomodo intelligatur.

PLura ſunt militum privilegia in condendis teſtamentis, de quibus *vide per Clar. in §. teſtamentum quaſt. 15.* & militem poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, quomodo intelligatur, *vide ibid. quaſt. 16. facit l. pen. §. filiusfam. ff. de caſtren. pecul.* ¶ Facultas teſtandi conceſſa militibus, intelligitur libera ab omni ſolemnitate juris Civilis, non autem geſtum. *l. 14. ff. de milit. teſtamen. & ibi in additio.*

Cap. II. Quæ requirantur.

Teſtamentum militare non requirit, niſi duos teſtes, modo in conflictu fiat. *Guid. Pap. quaſt. 543. numer. 9.* ¶ Miles, qui teſtamentum fecit extra, tenetur in eo ſervare ſolemnitates juris communis, quia non gaudet privilegio militari, niſi quando eſt in expeditione. *Andr. Gail. obſerv. 118. libr. 2.*

Cap. III. Qui teſtari poſſint.

Salarium, & lucrum filiifam. Notarii, cenſetur quaſi caſtrenſe, ideo de illo poteſt ipſe filiusfam. teſtari. *Capel. Thol. quaſt. 18.* idem in Advocato. *ibid. Clar. in §. teſtamentum. q. 18.* ¶ Ad pias cauſas unuſquiſque teſtari poteſt, & quid ſi alias ſit inhabilis de jure communi, ut eſt filiusfam. vel alius non habens teſtamenti factionem, *Clar. in §. teſtamentum, quaſt. 5.* quod filiusfam. in morte pro anima diſponere poſſit & teſtari, ſcribit *Afflict. Guid. Pap. ſing. 930.* ¶ Clerici filiifam. poſſunt de eorum peculio teſtari, tanquam de quaſi caſtrenſi liberis, & parentibus legitima portione ſervata. *l. 32. & Authent. Presbyteros, C. de Epiſc. & Cler.* ¶ Sicut in caſtrenſi, ità in quaſi caſtrenſi peculio, filiusfam. habet duplex privilegium, quia poteſt teſtari, & ejus teſta-

teſtamentum non ſubjacet querelæ. *l. fin. C. de ineffic. teſtament.* ¶ Milites & privati exiſtentes in acie belli, poſſunt teſtari quoquo modo voluerint, tam in terra, quam in mari. *leg. unica. ff. bono. poſſeſſio. ex teſtament. milit.* ¶ Filiusfam. poteſt teſtari in caſtrenſi peculio. *l. 9. ff. de caſtren. pecul.*

Vel non.

Filiusfam. de feudis regulariter teſtari non poteſt, fallit in feudis Regalibus & donationibus Imperialibus. *Vinc. de Franc. deciſ. 4. numer. 15.* ¶ Filiusfamilias etiam in his, in quibus patri non quæritur uſusfructus, non teſtatur. *Bartol. in l. 50. ff. ad Trebell. Hartm. cap. 17. lib. 1. tit. de teſtament.*

Cap. IV. Qui facere poſſint teſtamentum, vel non.

Filiusfamilias de bonis caſtrenſibus poteſt teſtamentum facere. *Afflict. deciſ. 183.* ¶ Regulariter filiusfamilias non poteſt condere taſtamentum etiam cum conſenſu patris. *Clar. in §. teſtamentum. q. 18.* idem in filiafam. de dote. *ibid. in addit.* ¶ Quod filiafam. nupta exiſtens in patria poteſtate, etiam cum conſenſu patris teſtari non poſſit, neque codicillos facere, qui etiam non poſſunt valere in vim donationis cauſa mortis, ſi non acceſſerit patris conſenſus, ſcribunt *Excell. P. Theſſ. deciſ. 150. Rol. conſ. 68. vol. 4.* ſed quid, ſi ſtatuto caveatur, quod filiafam. nupta liberetur à patria poteſtate, *vide ibid. Rol.*

Cap. V. Quando valeat teſtamentum, vel non.

Scholaris ſe aſcribi faciens in militem, & exiſtens in expeditione, habet privilegium militare: ideo valet ejus teſtamentum ſibi factum coram duobus teſtibus. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 7.* ¶ Quando teſtamentum cenſeatur militare, & quando non. *Papon. arreſt. fin. ibid.* ¶ Communis erat opinio, quod pater Titii erat mortuus, & ita probatum fuit, ſi fecerit Titius teſtamentum, non valebit, ſi pater vivat. *Petr. de Raven. ſing. 734.* ¶ Teſtamentum filii patre reſtituto, non tamen reverſo, non valet. *Bartol. in l. 13. C. de ſenten. paſſ.*

Cap. VI. Miſcellanea.

De conjecturis, quæ habent locum in teſtamento militis, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 1.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt. *l. 40. §. mulier. ff. eod.*

TITULUS DXCIV.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit.

Dolus, vel metus non præſumitur teſtatori adhibitus, quod ampliatur & limitatur *per Franc. Mant. tract. de conject. ult. volunt. libr. 2. tit. 7.* ¶ Teſtatorum voluntates liberas eſſe debere, & ideo teſtatoris liberam voluntatem impedientem puniri commodo hæreditatis, ſcribit *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 395.* ſed quomodo, & quibus tunc hæreditas deferatur, *vide ibid.*

TITULUS DXCV.

Quibus modis teſtamenta, & codicilli infirmentur, & de eorum revocatione.

Cap. I. Teſtamentum quod dicatur, vel non.

Teſtamentum probatur eſſe ultimum eo ipſo, quod non detegitur aliud eſſe factum. *Bartol. in l. 19. C. de teſtam.* ¶ Teſtamentum non eſt, nec dici poteſt teſtamentum ante mortem teſtatoris. *Raud. tract. de Analog. c. 27.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, extendatur, vel non.

Si teſtator ante teſtamentum vendiderit hæredi aliqua bona ſibi uſufructu reſervato, & poſt mortem ſuam uxori, & deinceps in teſtamento revocaverit etiam omnes donationes, talis revocatio non extenditur ad uſumfructum reſervatum. *Cravet. conſ. 25. numer. 16.* ¶ Confirmatio generalis non trahitur ad illud, quod eſt ſpecialiter caſſatum. *Bartol. in l. 29. ff. ad Trebell.* ¶ Teſtator mandans in ſecundo teſtamento omnia in primo deſcripta valere, ea deſcripſiſſe, in ſecundo cenſetur, ita ut per fideicommiſſum debeantur. *Natt. conſil. 483.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Derogatio quæ, & qualis requiratur, quando præceſſit diſpoſitio habens clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones, *Cravet. conſ. 126.* ¶ Quando teſtator non facit teſtamentum ſecundum, ſed tantum revocat primum, ad talem revocationem ſufficit minor ſolemnitas. *Gom. Leo. deciſ. 5. in deciſ. diverſo.* ¶ Clauſula, caſſans & irritans omne aliud teſtamentum, non videtur neceſſaria, vide tamen eundem *Mant. lib. 3. tit. 14. num. 9.* imo quid operentur, *vide per Dec. conſil. 475.* ¶ Verba derogatoria primo teſtamento adjecta, qua forma poſſint valide exprimi, *vide per Guid. Pap. quæſt. 127.* & cujus effectus poſſint eſſe, *vide Bartol. in conſil. 83. vol. 2.* ¶ Verba derogatoria deſcripta in ſecundo teſtamento ad tollenda deſcripta in primo, & irritandum ipſum teſtamentum primum, qualiter debeant deſcribi, *Bartol. conſil. 83. volum. 2.* ¶ Revocatio teſtamenti regulariter requirit eandem ſolemnitatem, quam ipſum teſtamentum: ideo probari debet revocatio teſtamenti per ſeptem teſtes, adeo quod ſi unus ſolum deficeret, non daretur juramentum ſuppletivum parti utenti revocatione. *Cravet. conſil. 25. num. 14. Bartol. in l. in fraudem. §. ſicut. ff. de milit. teſtam.* ¶ Clauſula derogatoria, ideo, requiritur in ſecundo teſtamento, ut appareat de voluntate teſtatoris, nec dici poteſt ſubornatus, quæ ratio ceſſat in teſtamento inter liberos, *ibid. num. 35.*

Cap. IV. Quæ probentur, & præſumantur.

Teſtamentum irritum probat voluntatem teſtatoris. *l. fin. C. de bonis eorum, qui ſub tutela.* ¶ Voluntatis mutatio præſumitur propter morum mutationem, & ſi taſtator habens multos filios fecerit plura legata, propter ſupervenientiam liberorum præſumitur ab illis receſſiſſe. *Bartol. in l. in confirmando. ff. de confirmat. tutor.* ¶ Pœnitentia, & voluntatis mutatio non præſumuntur. *Ozaſ. deciſ. 118.*

Cap. V. Teſtamentum quando tollatur, vel non.

Teſtamentum primum perfectum tollitur per poſterius perfectum, ſecus per imperfectum regulariter limitatur dictum, quando in poſteriori teſtamento imperfecto eſſent inſtituti venientes ab inteſtato, quod procedit, quando ſecundum teſtamentum eſſet imperfectum ratione ſolemnitatis, & non voluntatis. *Franc. Marc. quæſt. 319.* ¶ Si extranei in primo teſtamento ſint inſtituti, in ſecundo venientes ab inteſtato, hoc ſecundum tollit primum, non obſtante clauſula derogatoria in primo ſcripta. *Bartol. conſil. 76. volum. 2.* ¶ Primum teſtamentum (in quo adſit clauſula derogatoria) an tollatur per ſecundum, diſtinguuntur nonnulli caſus, de quibus *vide per Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. quæſt. 99.* ubi plene de hac quæſtione. ¶ Teſtamentum ſecundum (in quo non eſt hæres inſtitutus) tollit primum, quoad ſola legata, *vide Boer. deciſ. 38.*

¶ Quan-

¶ Quando primum teſtamentum præceſſit cum clauſula derogatoria, an ſapiens poſſit addere ſecundo, quæ ſunt neceſſaria ad tollendam ipſam clauſulam derogatoriam, *vide Bartol. in l. 32 ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Teſtes deponentes ad revocationem teſtamenti, debent coram teſtatoris judice deponere, & teſtamentum ſecundum imperfectum ratione præteritionis, quando tollat primum, *Bartol. in Authen. hoc inter liberos. §. ſi quis. C. de teſtam.* ¶ Per teſtamentum poſterius tollitur primum, ſi ex poſteriori poteſt adiri hæreditas. *Marc. quæſt. 305. part. 2.* alias ſecus, *Bartol. in l. 16. §. ſi ſuo ff. de vulgari. facit l. 54. ff. de hæred. inſtitut.* tamen ſecundum teſtamentum rumpit primum, licet in ſecundo aliquis hæres non ſit, vel eſſe noluerit. *DD. de Rot. deciſ. 20. de procurat. in novis. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. quæſt. 96. vide Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 1. num. 39. & 43.* ¶ Teſtamentum primum tollitur per ſecundum, niſi ſecundum poſtea incidatur, ut primum confirmetur, quo caſu valebit primum, quoad excipiendum tantum. *l. pen. §. teſtamentum. ff. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabul.* ¶ Teſtamentum tollitur ipſo jure capitis diminutione. *Bart. in l. 11. §. teſtamento. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Teſtamentum ſecundum an tollat primum ipſo jure, *vide gloſſ. in l. 27. C. de teſtam.* ¶ Quando teſtamentum ſolemne tollatur per ſecundam voluntatem non ſolemnem, *vide Papon. lib. 20. tit. 1 arreſt. 3.*

Vel non.

Teſtamentum primum tollitur per ultimum, ſi propter falſam cauſam teſtator ſecundum fecerit teſtamentum, licet legata in hoc ſecundo relicta debeantur. *l. fin. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Teſtamentum patris inter liberos non tollitur ipſo jure, vel etiam ope exceptionis per inciſionem, ſeu inductionem & lituram teſtamenti, ſed requiritur expreſſa revocatio per ſecundum teſtamentum ſolemne, cum clauſula derogatoria, *Andr. Gail. obſerv. 112. num. 13. lib. 2. vide tamen Gam. Lea. deciſ. 5. in deciſ. diverſo. Tom. 1.* ubi tenet contrarium, *& Authentic hac inter. C. de teſtament.* ¶ Teſtamentum primum ubi continet clauſulam derogatoriam, non tollitur per ſecundum, niſi in ſpecie fiat derogatio & mentio illius primi teſtamenti. *Menoch. conſil. 174. libr. 2. & Ant. Trigo. ſingul. 107.* ¶ Teſtamentum primum per ultimum, quod præteritionis ratione nullum eſt, non tollitur. *Marc. q. 305. num. 9.* ¶ Teſtamentum in ſcriptis ſolemniter conditum, non tollitur per ſequens (etiam ſolemne) ſine ſcriptis conditum. *l. 20. C. de teſtament.* ¶ Licet primum teſtamentum factum inter liberos, non tollatur per ſecundum (niſi ſit factum ſolemniter) hoc tamen intelligitur, quando in ſecundo ſunt inſtituti extranei; ſecus ſi liberi eſſent inſtituti: quia tunc ſecundum tollit primum, licet non ſit ſolemne. *Dec. conſil. 631. vide Bartol. in l. militis. §. codicillis. ff. de milit. teſtament.* ¶ Teſtamentum primum, in quo frater teſtatoris erat inſtitutus, non tollitur per ſecundum, in quo erant inſtitutæ filiæ, & factum ad interrogationem alterius; ſed quando hoc procedat, *vide Menoch. conſil. 45. vol. 1.* ¶ Primum teſtamentum per codicillos non tollitur. *Marc. quæſt. 319.* ſed quid, ſi in codicillis fuerint inſtituti liberi, *vide eundem q. 305. num. 7. part. 2.* ¶ Secundum teſtamentum non tollit primum, quando recte factum non eſt, niſi ſecundum ſuſtineretur aliquo jure ſpeciali. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 32. num. 31.* ¶ Per teſtamentum imperfectum non tollitur primum in pagano, ſecus in milite. *l. 35. 36. & 37. ff. de milit. teſtam.* ¶ Teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas dicitur habere clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, quare non tollitur per aliud teſtamentum ſequens, niſi primo in ſpecie derogetur. *Cravet. conſil. 25. num. 10. & conſil. 143.* ſed quid, ſi in ſecundo teſtamento ſint etiam inſtituti liberi, *vide eundem dict. conſil. 143. conſil. 152. num. fin. & conſil. 160.* quid, ſi fuerit derogatum in genere, *vide ibid.*

Cap. VI. Quando rumpatur, vel non.

Nativitate poſthumi præteriti rumpitur teſtamentum, ſed quid, ſi poſthumus moriatur vivo teſtatore, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 45. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 491.* ¶ Legitimatione filii naturalis, vel ſpurii, an teſtamentum rumpatur, *vide ibidem qu. 84.* pro parte affirmativa ſcribit *Abb. conſil. 86. lib. 1.* ¶ Poſthumi nativitate rumpitur teſtamentum, quod reconvaleſcit, ſi vivo teſtatore civiliter & naturaliter moriatur poſthumus; ſecus ſi teſtator naturaliter tantum vivat, ſed civiliter mortuus ſit. *Lud. Rom. ſing. 14.* ¶ Per nativitatem poſthumi rumpitur teſtamentum, quod procedit in teſtamentis maſculorum, non autem in teſtamento fœminarum. *Petr. de Raven. ſingul. 388. & Guliel. de Ludov. ſingul. 67.* ¶ Teſtamentum primum rumpitur, ſi teſtator ſecundum facere inceperit, & impeditus per primos hæredes non perfecerit. *l. 29. ff. de his, quibus ut indig. legat. aufer.* ¶ Natus in ſexto, vel octavo menſe, qui vivere non poteſt, an habeatur pro non nato ad rumpendum teſtamentum, *vide Boer. deciſ. 220. Clar. in ſua Pract. in §. teſtamentum. q. 45. Dec. conſil. 623.* quod tunc non irritetur primum teſtamentum, ſcribunt *Menoch. conſil. 284. libr. 3. Bartal. in l. 3. Cod. de poſthum. hæred. inſtituen. in addit. faciunt l. 2. & 3. C. eod.* ¶ Puer ab utero matris cæſus, ſi vivus ſit, patri vel matri ſuccedit, & præteritus teſtamentum rumpit, licet vocem non emittat, & illico extinguatur, niſi mater in puerperio decedat, & non potuerit mutare teſtamentum: quia tunc ſuccederet æqualiter cum aliis, & cenſetur inſtitutus. *Marc. quæſt. 168. part. 2. l. 34. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Per ſecundum teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſi in illo ſint ſcripti venientes ab inteſtato, rumpitur primum. *l. ſi duobus. §. ſi prius. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Nepos, qui poſt mortem patris incipit tenere primum locum in ſuitate, ſi reperiatur præteritus, rumpit teſtamentum. *l. 2. C. de liberis præteritis.* ¶ Teſtamentum rumpitur, ſi ex intervallo hæres, ſeu alius inſtitutus ſub conditione in teſtamento vivo teſtatore moriatur. *Frant. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 2.* ¶ Etiam eo, cujus non intereſt, agente, teſtamentum rumpitur. *l. 25. §. fin. ff. de inoffic. teſta.* ¶ Rupto uno gradu, rumpitur quod ex eo dependit. *gloſſ. l. 14. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Rupto teſtamento paterno, rumpitur pupillare, & econtra remanente paterno, remanet pupillare. *l. 16. §. ſi ſub teſtamenta. ff. de vulgari.* ¶ Per ſecundum teſtamentum rumpitur primum, etiamſi hæres in eo ſit inſtitutus tantum in re certa, niſi teſtator voluiſſet etiam valere primum. *l. ſi quis. ff. ad Senatusconſult. Trebellia.* ¶ Filius jam natus rumpit ſpem ejus gradus, à quo præteritus eſt incontinenti, poſthumus vero ſtatim cum naſcitur. *l. 8. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Si tempore nativitatis filia non reperiatur inſtituta, teſtamentum rumpitur. *l. 24. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Si teſtamentum rumpatur pro parte, prælegata pro illa parte non debentur, ſicut nec legata extraneis. *l. 78. de legat. 2.* ¶ Seminatus vivens, & poſtea mortuus, an rumpat teſtamentum, *vide Bartol. in l. ſecunda, ff. de liber. & poſthum.* ¶ Filius poſthumus ſi eſt præteritus in ſecundo teſtamento & natus vivo teſtatore deceſſerit, an rumpat primum teſtamentum, *vide Bartol. in l. 16. §. ſi ſuo. ff. de vulgari.* ¶ Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius, qui non ſperabatur, nec erat tempore teſtamenti, ſed ex ſecundo matrimonio poſtea natus eſt an per nativitatem hujuſmodi filii rumpatur, *vide Bartal. in conſil. 56. volum. 2.* ¶ Per nativitatem poſthumi præteriti teſtamentum rumpitur, & legata non debentur. *l. 1. C.*

de poſthum. hæred. inſtituen. vel exhæred. & etiam codicilli ab eo dependentes. *l. 1. C. de codicill.* ¶ Licet nativitate poſthumi præteriti rumpatur teſtamentum, tamen ſi teſtator teſtamentum confirmaverit coram quinque teſtibus, valebit jure codicillorum. *l. 1. C. de codicill.* ¶ Nativitate poſthumorum naturalium, vel civilium, in quatuor caſibus rumpitur teſtamentum, de quibus *vide in l. 28. §. filiusfamilias. ff. de liber. & poſthum.*

Vel non.

Donatio cauſa mortis per ſtipulationem hæredis univerſalem, non cenſetur revocata, dato etiam, quod adſit clauſula derogatoria, caſſans & irritans, &c. *Ozaſc. deciſ. 18. num. fin.* ¶ Interdictio facta bonis à judice, impedit teſtameotum fieri, ſed jam factum non rumpit. *l. 8. ff. de teſtamentis.* ¶ Teſtamentum militis filiifamiliaa, non rumpitur mioima, vel media capitis diminutione. *l. 23. ff. de milit. teſtament.* ¶ Notarii, aut partis ſtipulatione, & acceptationa intercedente, jus acquiſitum irrevocabile dicitur. *Ozaſ. deciſ. 85. num. 9.* tamen quælibet diſpoſitio (etiam pia) in teſtamento facto, poteſt revocari. *§. ſervus, inſtit. de hæred. inſtitut.* ¶ Confeſſio teſtatoris ex intervallo, non poteſt rumpere teſtamentum perfectum. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 7.* ¶ Nativitate poſthumi non rumpitur patris militis filiifamilias teſtamentum, *vide l. 34. ff. de milit. teſta.* ¶ Nativitate poſthumi præteriti, & nati ex filio exhæredato, non rumpitur teſtamentum avi. *Marc. de Mant. ſing. 561.* ¶ Quando Notarius de mandato teſiatoris coram ſeptem teſtibus cancellavit ſimpliciter teſtamentum, per ipſam cancellationem irritatur dictum teſtamentum. *Cravet. conſil. 228.* ſed quid, ſi teſtator dixerit, volo valere meum teſtamentum ſimpliciter, vel addiderit clauſulam, quia volo decedere inteſtatus, vel quia hæredes, quos ibi feceram, ſunt indigni, *vide ibid. & Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 92. & Bartol. in l. 18. de leg. 3.*

Cap. VII. Quando revocari poſſit, vel non.

Teſtamentum, qua ſolemnitate, ſine factura alterius teſtamenti, revocari poſſit, & de quadam ab infirmo extorta voluntate, an viribus ſubſiſtat. *D. Gaſpar. Theſſ. q. For. q. 56. lib. 1.* ¶ Teſtamentum ſecundum inter liberos factum, etiam coram duobus teſtibus, & omnus ſolemniter, revocat primum, in quo extranei ſunt inſtituti. *Borg. Caval. deciſ. 27. de judic. vide Gom. Leo. deciſ. 5. in deciſ. diverſo. Tom. 2. l. 21. §. ſi quis. C. de teſtament. & Natt. conſil. 124. Tom. 1.* ¶ Teſtamentum contraria voluntate teſtatoris ſolemni revocatur, & etiam non ſolemni concurrente ſpacio decem annorum. *l. 27. C. de teſtamentis. Clar. in §. teſtamentum. q. 91. Bartol. ſingul. 182. Petr. de Raven. ſingul. 704. vide Abb. conſil. 11. libr. 1. & 18. eod.* & etiam alio caſu per teſtamentum minus ſolemne, cenſetur prius ſolemne revocatum, *vide ibid. Clar. qu. 97.* ¶ Clauſola, caſſans & annulans omne aliud teſtamentum, &c. ſcripta in ſecundo teſtamento invalido ex aliqua juſta cauſa, non revocat primum teſtamentum validum. *Joan. de Arnon. ſingul. 55. vide Bartol. in l. 18. num. 4. de legat. 3.* ¶ Ad revocandum teſtamentum ſufficit dicere coram ſeptem teſtibus, nolo teſtamentum meum valere, *vide Guid. Pap. quaſt. 200.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta extraneis in teſtamento, revocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato, *Bartol. in Authen. hoc inter liberos. §. ſi quis. C. de teſtamentis.* ¶ Pactum de futura ſucceſſione reciprocum inter fratres, licet valeat, eſt tamen revocabile. *Boer. deciſ. 204.* ¶ Codicillos quis poteſt mutare, etiamſi oppoſitum promiſerit, & juramentum poteſt revocare, qui conſenſit pacto futuræ ſucceſſionis. *Boer. deciſ. 204. numer. 19.* nam juramentum de non revocando teſtamento non tenet. *Bartol. in l. 5. §. idem reſpondent. ff. pro ſocio, vide Abb. conſil. 18. & 85. libr. 1. & conſil. 48. libr. 2.* ¶ Subſtitutio facta in teſtamento, revocatur per ſubſtitutionem factam in codicillis, etiam ſi fuerit facta de eadem perſona, *Cravet. conſil. 80.* ¶ Teſtamentum inter liberos, intelligitur habere clauſulam interrogatoriam, ut per illud revocetur primum (in quo extraneus erat inſtitutus) nulla facta mentione de ipſo primo, ſecus ſi in primo teſtamento erant inſtituti liberi: tunc enim primum non tollitur per ſecundum, niſi in ſecundo fiat mentio primi, illud nominatim revocando. *Boer. deciſ. 240. num. 6. vide Vicent. de Franc. deciſ. 399. part. 2. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 98.* ¶ Teſtamenti revocatio, ipſius teſtamenti approbatione non impeditur. *Franc. Marc. quaſt. 824.* ¶ Per ſequens teſtamentum revocantur codicilli, niſi aliquo judicio confirmentur. *l. 5. ff. de jure codicill.* ¶ Qui confirmat codicillos poſteriores, videtur reprobare priores. *l. 8. §. fin. ff. eod.* ¶ Regulariter primum teſtamentum revocatur per ſecundum, *Dec. conſil. 489. & Clar. in §. teſtamentum. q. 94.* ſed quid, ſi in primo teſtamento appoſitum fuerit juramentum, *Clar. ibid. dict. quaſt. 94.* quod tale juramentum non obſtet, ſcribit *Bartol. in l. ſi quis in principio de legat. 3.* ¶ Revocatio teſtamenti jam conditi altero de duobus modis fit, expreſſa ſcilicet teſtatoris voluntate, vel tacita: expreſſa, quando teſtator expreſſe in ſecundo teſtamento revocavit primum: tacita, quando ſimpliciter fecit ſecundum teſtamentum, ſed de differentia harum revocationum, *vide per Menoch. dict. conſil. 176.* nam ultima voluntas poteſt mutari tacite, vel expreſſe, & ultima prævalet etiam ſine ſcriptura. *l. 5. C. famil. erciſc. & l. 19. C. de fideicommiſſ.* ¶ Marito blanditiis uxorem ad ſe hæredem inſtituendum inducere licet, niſi tamen alius teſtamento præcedente inſtitutus eſſet, nam tunc licet teſtamentum ſecundum valeat, tamen primus inſtitutus poterit petere illius revocationem per actionem de dolo. *Hippol. ſing. 527.* ¶ Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria uſque ad mortem, fallit in jure primogenituræ. *Ægid. Bellam. concluſ. 717.* & ipſa morte ultima voluntas confirmatur. *c. 6. ext. de celebrat. Miſſ.* ab illaque aſſumit vires & conſummationem. *Abb. conſ. 4. libr. 2.* ¶ Si conjuges ſimul faciant teſtamentum, ut utriuſque proximiores hæredes dimidiam hæreditatis accipiant, uno ex conjugibus mortuo, ſuperſtes revocare poteſt teſtamentum, quoad medietatem. *Mynſing. obſerv. 8. cent. 1.* ¶ Hærede inſtituto mortuo vivo teſtatore, teſtamentum redditur caducum, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. *Dec. conſil. 242. vide l. 22. §. fin. ff. de captivis.* ¶ Ex quibus conjecturis teſtator videatur receſſiſſe à priori voluntate, vide plene eundem *Mant. libr. 2. titul. 1.* ¶ Teſtamento revocato, omnia in eo ſcripta intelliguntur revocata, niſi ſint in poſteriore expreſſe repetita, *vide ibid. num. 36. & 38.* ¶ Ex quibus conjecturis defunctus videatur receſſiſſe à diſpoſitione derogatoria poſterioris voluntatis, *vide eundem eodem libro, titul. 8.* ¶ Teſtamentum revocatur, quando quis coram quinque teſtibus dixit, quod volebat decedere inteſtatus: idem, quando dixit velle habere ſuos hæredes venientes ab inteſtato. *Vincent. de Franc. deciſ. 287.* ¶ Teſtator ſi coram ſeptem teſtibus dixerit, nolo teſtamentum à me prius factum valere: quia volo inteſtatus decedere, venientes ab inteſtato inſtituere videtur, & revocare teſtamentum. *Dec. conſil. 581. & Menoch. conſil. 317. numer. 21. libr. 4.* ¶ Contractus etiam validus factus in teſtamento, ſicut ſemper poteſt revocari teſtamentum, ita & contractus ipſe. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 2. gloſſ. 7. vide tamen gloſſ. in addit. in §. 1. inſtit.*

Digitized by Google

ſit. quib. ex cauſ. manumitt. non liceat. & ſupra hoc tit. ¶ Nominatim & ſpecialiter dicitur teſtatorem prioris teſtamenti pœnituiſſe, cum revocat omne aliud teſtamentum per eum factum. *Bartol. in l. 2. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Poteſt quis teſtamentum pro parte reſcindere, alia firma remanente. *l. 14. §. filius qui. ff. de inoffic. teſta.* ¶ Ratio diverſitatis, cur legitimatus præteritus, vel non juſta ex cauſa exhæredatus, teſtamentum rumpat, non autem donationem cauſa mortis revocet, explicatur per eundem *Ozaſ. deciſ. 121. numer. 8.* ¶ Adoptione & arrogatione filii rumpitur teſtamentum, veluti agnitione ſui hæredis, donatio autem adoptione, ſive arrogatione non revocatur, *ibidem num. fin.* ¶ Voluntas teſtatoris tacita à contratio ſenſu ſumpta, per aliam tacitam voluntatem revocatur. *l. 92. de legat. 2.* ¶ Teſtator, ſi dicat velle ſuum teſtamentum valere, nec unquam per aliud poſſe revocari, & juret, poteſt tamen pœnitere, & ſecundum primi derogatorium conficere. *Guliel. de Lud. ſing. 77.* nec joramentum confirmat pactum, quo aufertur libera teſtandi facultas. *Bartol. in l. 57. num. 6. ff. de fidejuſſorib.* ¶ Quando teſtamentum perfectum revocetur per minus perfectum, *vide Guid. Pap. qu. 200.* ¶ Per ſecundum teſtamentum primum annulatum & irritum factum revocatur, licet in primo teſtamento adeſſet clauſola derogatoria ſecundo, ita ut non valeret ſecundum, niſi in ipſo eſſent talia verba expreſſe, & in ſecundo teſtamento adeſſet ſolum clauſula derogatoria primæ clauſulæ in genere, dummodo teſtator dicat ſe non recordari de verbis derogatoriis poſitis in primo teſtamento, alias ſecus, *vide Gued. Pap. q. 127.* nam onus illud ſpecificandi clauſulas derogatorias, ſolummodo imponitur ſcienti, & non immemori, vel non recordanti, *vide ibid.* & derogatio etiam ſpecialis dicitur, quando de mente conſtat, quod quis voluerit derogare diſpoſitioni præcedenti, ſed quando dicatur conſtare de mente, *vide per Cravet. conſil. 126.* ¶ Juramentum in ſecundo teſtamento adjectum, habet vim verborum derogatoriorum: ideo ſupplet defectum clauſulæ derogatoriæ, non appoſitæ in teſtamento, adeo quod primum (in quo erat clauſula derogatoria) revocetur. *Guid. q. 108. Ant. Trigo. ſing. 107. & Papon. lib. 9. tit. 6. arreſt. 19.*

Vel non.

In poteſtate inſtituti eſſe non debet, voluntatem teſtatoris irritam reddere. *Ozaſ. deciſ. 126. num. 15.* ¶ Si teſtator interrogatus à Notario, ſi intendebat teſtari, renuerit reſpondendo jam feciſſe teſtamentum, prout fecerat, & reliquerat multa Eccleſiæ pretioſa cauſa mortis, ſi deinde reperiretur iterum diſpoſuiſſe, ſecunda diſpoſitio ſic brevi tempore facta, non videtur ſufficere ad revocationem alterius diſpoſitionis ita deliberate factæ, *Gramm. deciſ. 73.* ¶ Revocato teſtamento, non videtur revocatum fideicommiſſum tacite junctum. *l. 48. ff. de jure fiſci.* ¶ Teſtamentum non revocatur propter reconvaleſcentiam teſtatoris, vel lapſum temporis decem annorum. *Ant. Trigo. ſing. 68.* ſed quomodo revocetur, *vide Bartol. in §. ex eo autem, inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* ¶ Primum teſtamentum reformatum in aliquibus, per ſecundum non cenſetur revocatum in totum, *vide Natt. conſil. 527.* imo ſi de teſtamento aliquid adimatur, in reliquis firmum remanet. *Ozaſch. deciſ. 52. num. fin.* ¶ Hæreditas directe dari, nec adimi poteſt in codicillis, ideo ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus in re certa pro ſua legitima, talis inſtitutio non poterit revocari in codicillis. *Hippol. ſing. 49.* ¶ Teſtamento ſimpliciter revocato, non cenſentur revocata legata ad pias cauſas. *Guid. Pap. qu. 200.* ¶ Inſtitutio facta in teſtamento, revocari non poteſt in codicillis, ſecus in fideicommiſſo, *vide Dec. conſil. 361.* ¶ Teſtamentum non revocatur per ſimplicem revocationem, niſi concurrat decennium. *Vincent. de Franc. deciſ. 287. part. 2. vide Papon. libr. 29. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ Clauſula derogatoria appoſita in codicillis operatur, ut illi non revocentur per ſequentes codicillos, non facta mentione illius clauſulæ derogatoriæ, imo non revocantur etiam per ſequens teſtamentum, niſi revocetur illa derogatoria. *Cravet. conſil. 90.*

Cap. VIII. Quando irritetur, & ſic nullum, vel non.

Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus, ſi teſtator ex illa infirmitate deceſſerit, irritatur teſtatore reconvaleſcente. *Bartol. in l. 56. ff. de hared. inſtit.* ¶ Teſtamenta & codicilli hæreticorum irritantur. *l. 4. C. de hareticis.* ¶ Filia præterita non poteſt dicere teſtamentum patris nullum, ſi ſit excluſa à ſucceſſione per ſtatutum extantibus maſculis. *Vincent. de Franc. deciſ. 149. num. 7.* ¶ Teſtamentum ejus, qui ſe dedit ad arrogandum irritatur, niſi, poſtquam factus fuerit ſui juris, nova voluntate approbetur. *l. pen. §. teſtamento ff. de bono. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Quando teſtamentum fiat irritum, vel propter capitis diminutionem, vel ſtatus mutationem in meliorem conditionem, aut propter delicta, *vide in l. 1. §. exigit. ff. de bon. poſſ. contr. tab.* ¶ Teſtamentum factum per hæreticum, vel per eum, qui inciderit in crimen læſæ Majeſtatis, ante delictum irritetur. *Bartol. in l. 18. ff. de teſtamentis.* ¶ Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, eſt ipſo jure nullum. *l. 30. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Licet teſtator ſe ipſum interficiat, teſtamentum ejus non irritatur, ſi tempore, quo teſtatus eſt, erat ſanæ mentis, niſi ſe interfecerit metu futuræ pœnæ alicujus delicti per eum commiſſi. *l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. facit. l. 35. ff. de milit. teſtam.*

Cap. IX. Quando infirmari poſſit, vel non.

Proteſtatio præcedens poteſt infirmare proteſtationem ſubſequentem, *vide Put. deciſ. 421. libr. 3.* quando verba derogatoria habeant impedire diſpoſitionem inde factam, *vide Bartol. in conſil. 83. volum. 2.* ¶ Codicilli facti ab inteſtato, non infirmantur agnitione poſthumi, ſecus ſi ſint facti ex teſtamento. *l. 36. ff. eod. vide de codicill. infra tit. prox.*

Cap. X. Quando annulletur, vel non.

Si teſtator teſtamentum à ſe conditum incidat, vel cancellet, annullatur hujuſmodi teſtamentum, quod ſine difficultate procedit in teſtamento in ſcriptis, ſed quid in teſtamento nuncupativo, *vide eund. Clar. q. 93.* ¶ Ultima (max. in ultimis voluntatibus) prioribus derogant, unde ſi quis à principio teſtamentum ſolemne fecerit, deinde Religionem ingreſſus aliud teſtamentum fecerit, coram duobus teſtibus tantum poſterius teſtamentum prius violat. *Hippol. ſing. 566.* nam teſtamentum factum ab eo, qui ingreſſus eſt Religionem, poteſt per eum revocari, niſi ſit de ordine Fratrum Minorum. *Bartol. in l. 14. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ſed an per ingreſſum Religionis teſtamentum irritetur, *vide gloſſ. in c. ſi qua mulier 19. quaeſt. 3. & in Authen. ſi qua. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Teſtamentum cauſa præteritionis, vel exhæredationis quomodo irritetur, *vide Bartol. in Authen. ex cauſa. C. de liber. praterit. vel exharedat. infra. tit. de exhared. & prater. liber.* ¶ Teſtamentum damnati ad mortem, ante factum irritatur, ſed quare, *vide Natt. conſil. 178. & Bartol. in l. 29. ff. de pœnis.* ¶ Qui perdit in actione falſi, non prohibetur dicere teſtamentum nullum. *l. 50. ff. de petit. hared.* ¶ Si exhæredatio facta in conditionis defectum non poſſit confirmari aditione, teſtamentum eſt nullum. *l. 28. ff. de liber. & poſthum.*

¶ Inſtitutio filii, qui poſtmodum deportatur, irrita eſt. *Boer. conſ. 1. num. 12.*

Cap. XI. Quando vitietur, vel non.

Inimicitiæ ſupervenientes, & teſtamentum imperfectum, hæredis inſtitutionem non vitiant, ſed legatum ſic. *l. 22. ff. de adimen. legat. Bartol. conſ. 38. vol. 1.* ¶ Teſtamentum filii illius, qui erat captus ab hoſtibus, an extinguatur, ſi filius deceſſerit antequam pater revertatur, *vide Bartol. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.*

Cap. XII. Quæ præſumuntur.

Teſtamentum ſecundum prævalet, & teſtamenta duo, quando continent unum, & idem non valet. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. num. 19.* idem in teſtamentis eodem die confectis, *ibid. num. 32.* & teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſimpliciter factum, *Abb. conſil. 41. libr. 2.* ¶ Ultimum teſtamentum prævalet, non obſtante clauſula derogatoria, & confirmatione præcedentis teſtamenti, facta per filios promittentes acquieſcere præcedenti animo ita conſentiente teſtatore. *Dec. conſil. 475.* ¶ Clauſula ſpecialis derogatoria appoſita in primo teſtamento, non tollitur per alteram generalem oppoſitam in ſecundo: ideo hoc caſu prævalet primum teſtamentum. *Put. deciſ. 81. Rot. Aven. in deciſ. diverſo. Tom. 3. & Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 4.* tamen clauſola derogatoria ex teſtamento appoſita, non tollit vires ultimi teſtamenti, *vide eundem Rotam dict. deciſ. 18.* ¶ Quando apparent duo teſtamenta eadem die confecta, nec conſtat de prioritate, quid juris. *Bart. in l. 9. tit. de teſtamen. in genere.* ¶ Teſtamentum factum cum proteſtatione, quod non tollatur per aliud teſtamentum, niſi in illo ſit forma quædam verborum, prævalet ſecundo, ubi ſecundum illam non continere intellige, & amplia ut per *Natt. conſ. 639. vide Bartol. in l. ſi quis in principio de leg. 3. in Auten. de teſtamentis imperfect. in conſ. 21. vol. 1. in conſ. 76. & 83. vol. 2. Jaſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.*

Cap. XIII. Quæ fieri poſſint, vel non.

Hæreditas data teſtamento, etiam per vulgarem ſubſtitutionem in codicillis adimi non poteſt, maxime concurrente falſa cauſa, ex qua teſtator fuit motus ad revocandum dictum teſtamentum. *Mago. deciſ. 4. Rot. Flor.* ¶ Hæreditas licet dari non poſſit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari unum ex hæredibus indignum eſſe. *Dec. conſ. 361. num. 5.* ¶ Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initum ſine vitio cœperint. *Reg. 201. de reg. jur.* ¶ Quomodo & quando legata adimantur, *vide infra tit. de adimendis legatis.* ¶ Hæreditas, an ſemel data, ipſo jure poſſit adimi per deletionem. *Bartol. lib. 1. §. & hæreditatis. ff. de his, quæ in teſtament. delent.* ¶ Exhæredatio filii juſte facta videtur adempta, ſi pater ſe reconciliavit cum filio. *Bartol. in l. 3. §. non ſolum. ff. de adimend. legat.* ¶ Si inſtitutus, cui fuerat datus ſubſtitutus in primo teſtamento, deceſſerit vivo teſtatore, qui dictum teſtamentum revocaverat, & ſecundum ſine ſubſtitutione fecerat, ſubſtitutus in primo teſtamento admittetur. *Bartol. in conſ. 38. vol. 1.* ¶ Licet teſtamentum ultimum non valeat, quia in eo ſiot inſtituti non capaces, tamen à ſcriptis in primo teſtamento hæredibus aufertur hæreditas, non autem prælegata, niſi aliter teſtatorem voluiſſe appareat. *l. 12. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.*

Vel non.

Teſtator ſi legaverit uxori omne frumentum, quod in domo habebat, & illud conſumat, ſi tantundem reponat, non cedit uxoris lucro, niſi idipſum repoſitum ſit per modum ſubrogationis. *Marc. de Mant. ſing. 650.* ¶ Voluntas teſtatoris, quando eſt dubia, ſuper ea fundamentum fieri non poteſt. *Cravett. conſ. 143. num. fin.* ¶ Hæreditas in codicillis directo adimi non poteſt, ſed ſi in illis hæredes reputentur indigni, aufertur eis hæreditas, & applicatur fiſco. *l. 4. C. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.*

Cap. XIV. Quæ debeantur, vel non.

Rupto teſtamento per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, adhuc debentur legata relicta liberis & parentibus, ſeu aliis conjunctis perſonis in edicto Prætoris expreſſis. *l. 1. C. de bono poſſeſſ. contr. tabul.* ¶ Quando ſecundum teſtamentum propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, non valet, legata ex hoc ſecundo relicta, non debentur virtute clauſulæ codicillaris. *Menoc. d. conſil. 170. num. fin.*

Cap. XV. Qui effectus producantur.

Hæres ex teſtamento revocato per ſecundum, in quo eſt alius hæres, ſi debitores hæreditarios exegerat, inſtitutus in ſecundo non poteſt ab eo petere, quod exegit. *Barth. de Cap. ſing. 44.* ¶ Clauſula codicillaris habet locum, etiamſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris, nempe ut venientes ab inteſtato cenſeantur rogati de reſtituenda hæreditate. *Dec. conſ. 369. num. fin.* ¶ Quid operetur clauſula, & hanc dixit eſſe ſuam ultimam voluntatem, quam præferre vult omnibus aliis, *vide per Dec. conſ. 475. num. 12.* ¶ Neque pollicitatio, neque ſtipulatio, neque tranſactio aliquem obligant faciendi alterum hæredem, ſed hæ diſpoſitiones nullius ſunt momenti. *Bartol. in l. 4. C. de tranſact.* quia quia non poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere. *Abb. conſ. 48. lib. 2.* ¶ Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. *l. 35. §. Lucius de legat. 2.* & econtra diſpoſitio generalis ſequens derogat ſpeciali præcedenti, quando cadit inter gravatos. *l. 68. §. eum, qui de leg. 2.* ¶ Clauſula, omni meliori modo, habet vim clauſulæ derogatoriæ ad primum teſtamentum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 177. num. 7.*

Cap. XVI. Quæ valeant, vel non.

Revocatio teſtamenti, facta coram tribus teſtibus & Notario, valet, quando tendit in favorem liberorum, & inducit æqualitatem inter eos, *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 21.* ¶ Si teſtamentum aliqua cauſa rumpatur, amota ipſa cauſa, qua rumpebatur, convaleſcit teſtamentum. *Bald. ſing. 99.* ¶ Approbatio hæredis approbantis teſtamentum non ſolemne, facit ipſum ad præſtationem relictorum teneri. *l. 16. C. de teſtam.* ¶ Poſthumus præteritus ſi naſcatur, & moriatur vivo teſtatore, teſtamentum, quod ejus præteritione erat ruptum, reconvaleſcit de jure Prætorio, quoad hæredis inſtitutionem, & legata in eo relicta, ſecus ſi decedat poſt mortem teſtatoris. *Marc. de Mant. ſing. 80. & 169.* quando poſthumus præteritus rumpat teſtamentum. *Bartol. in l. 2. C. de poſthum. hæred. inſtituen.* ¶ Favore liberorum adhoc, ut ſecundum teſtamentum ſubſiſtat, cenſetur appoſita clauſula derogatoria ad præcedentia & ſequentia teſtamenta. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 2.* ¶ Teſtamentum inter liberos valet, conditum coram duobus teſtibus, ad ejus tamen revocationem ſeptem requiruntur. *Natt. conſ. 442. n. 3. & 7. facit §. & ſi quidem, Authen. de teſtam. imperfect.* ¶ Pater facto teſtamento inſtituit filium, & mandavit, ſi vita functus filius filia nupta (quæ renunciaverat bonis patris) conquereretur, quod ultra dotem numeratam haberet, puta centum: vivente teſtatore moritur filius hæres, rogatus pluries teſtator, an vellet aliter teſtari, quam olim teſtatus fuerat, reſpondit nolle, tunc licet teſtamentum efficiatur caducum, tamen frater teſtatoris excludit filiam, quæ renunciaverat, *Menoch. conſ. 6. vol. 1.* ¶ Quando primum teſtamentum fuit irritatum per ſecundum jure perfectum, ſi poſtea ſecundum fuerit annulatum, primum reconvaleſcit de æquitate prætoria, ſed quando, *vide Menoch. conſil. 176. libr. 2.* ¶ Teſtamentum ruptum per ſecundum, poteſt ex poſtfacto convalidari, quando appare-

apparerет de voluntate teſtatoris, & hoc ſaltem ope exceptionis, quod procedit, quando teſtator incidit ſupremas tabulas, ut priores validaret, ſecus qoando in ultima voluntate confirmat primum teſtamentum: quia tunc non poteſt convalidari, niſi in vim fideicommiſſi. *Marc. quaſt. 305. num. 9.* ¶ Filius præteritus tacendo videtur approbare teſtamentum, quod tunc reconvaleſcit. *gloſſ. in l. 2. ff. de except. rei judic. & Bartol. in l. 2. C. de poſthum. hered. inſtituen.* ¶ Teſtamentum patris, in quo filius eſt præteritus & nepos, vel alii venientes ab inteſtato inſtituti, ſi filius præteritus mortuus eſt in vita patris, confirmatur. *Bartol. in l. 5. ff. de regul. Catonia.* ¶ Teſtamentum, in quo eſt præteritus filius jam natus, an reconvaleſcat, ſi is moriatur vivo teſtatore. *Bartol. in l. 36. §. Lucius Titius. ff. de donat.* ¶ Teſtamentum non habens juris ſolemnitates, in foro conſcientiæ debet obſervari. *Mant. de conject. ult. volunt. libr. 2. tit. 14.* ¶ Donatio facta in pœnam mutationis teſtamenti, an valeat, & quid, ſi hæres promittat legatariis aliquid dare. *Clar. §. teſtamentum. q. 95.* ¶ Teſtamentum filii, cujus pater fuerat deportatus, & poſtea reſtitutus, an valeat, *vide gloſſ. in §. minores in verbo, nota l. fin. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.* ¶ Quando filius eſt inſtitutus inſolidum, vel pro parte in primo gradu, poteſt præteriri à ſequenti gradu, & valebit teſtamentum. *l. 14. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Valet teſtamentum decedentis, appellatione cauſæ criminalis pendente. *l. 13. § fin ff de teſtam.* ¶ Diviſio jurata facta à patre reſervata ſibi teſtandi facultate (ſaltem de bonis quærendis) inter filios valet, ſi ſit in vim contractus, nec poſtea poterit revocari per patrem, etiam obtenta abſolutione à juramento, ſecus ſi eſſet facta in vim ultimæ voluntatis. *Ozaſ. decif. 125.* ¶ Teſtamentum in dubio non videtur habere aliquam clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, etiam ſi apponantur illa verba, & voluit teſtator hoc ultimum teſtamentum etiam in vim donationis, & omni meliori modo, valere. *Cravet. conſ. 25.* ¶ Poſthumus poſt teſtamentum natus, in eoque præteritus, an ea clauſula codicillari, ſi non valet, ſeu valebit, &c. ſit fideicommiſſo gravatus. *Rol. conſ. 7. vol. 4. And. Gail. obſerv. 114. libr. 2. Jac. Put. decif. 234. lib. 2.* & primum teſtamentum valeat jure fideicommiſſi. *Mant. tract. de conject. ult. volun. lib. 12. tit. 1. n. 14.*

Vel non.

Quando teſtator dixit in primo teſtamento, quod ſi contingat aliquod aliud teſtamentum fieri, voluit non valere, & eo caſu voluit intelligi & haberi, ac ſi mortuus fuiſſet ab inteſtato, tunc ſecundum teſtamentum non valebit, primo firmo remanente. *Menach. conſ. 107 lib. 2.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit ceſſante impedimento, ſecus in codicillis. *l. 1. §. ſed & filiusfam. & ibid. gloſſ. de leg. 3. vide l. 19. ff. de teſtam.* nam, quæ inutilis ab initio fuit inſtitutio, temporis tractu convaleſcere non poteſt. *Reg. pen. ff. de reg. jur.* ¶ Subſtitutio facta in legato, vel hæreditate cauſa certæ infirmitatis, ſi teſtator liberetur ex illa, & moriatur ex altera, evaneſcit. *Bartol. in l. 30. §. cum poſt. ff. de adimen. legat.* ¶ Donatio facta de omnibus bonis in pœna mutationis teſtamenti non valet, ſecus ſi fiat de re legata in particulari. *Dec. conſ. 294.* ¶ Teſtamenti revocatio ſine hæredis inſtitutióne, non valet. *Marc. q. 305. numer. 11.* ¶ Secundum teſtamentum, quo primum per fraudem & ſubornationem revocatur, non valet. *Franc. Marc. q. 129. part. 2.* nam teſtamentum dolo conditum, aut nullum eſt, aut reſcindi debet Principis reſcripto. *Cravet. conſ. 143. num. 8.* ¶ Nepos ex filio hæretico, neceſſario ab avo eſt inſtituendus; alias non valet teſtamentum. *Gomez. Leo. deciſion. 81. in decif. diverſo.*

¶ Notarius debet ſervare teſtamentum cancellatum, juſſu teſtatoris. *Cravet. conſ. 228.* ¶ Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. *l. 129. ff. de verb. & rer. ſignif.*

TITULUS DXCVI.

De codicillis, & jure codicillorum.

Generalia.

Clauſula codicillaris quando locum habeat, & de ejus vi & effectu. *Guid. Pap. q. 513. Bart. in Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis, & in l. filio præterito, ff. de injuſto rupto.* ¶ De conjecturis, quæ habent locum in codicillis, *Mant. lib. 6. tit. 4.* ¶ De intellectu legis fin. C. de codicill. *vide Bart. in conſ. 67. volum. 2.*

Cap. I. Clauſula codicillaris, codicilli, qui dicantur.

Codicillus etiam in ſingulari numero reperitur, *in l. generali. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Juramentum teſtatoris habet vim clauſulæ codicillaris. *Gail. obſerv. 114. num. 14.* ſed quando, *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 9. Hippol. ſing. 504. facit l. 79. §. filius de leg. 2.* ¶ Clauſulæ habentes vim clauſulæ codicillaris, quæ ſint. *Boer. decif. 33. num. 10. & 11.* ¶ Codicillus nihil aliud eſt, quam juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit abſque hæredis inſtitutione. *Franciſc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 8.* ¶ Invalidum teſtamentum vim codicillorum non habet. *l. 29. C. de fideicomm.* niſi addita clauſula codicillari. *l. 11. C. de teſtam. manumiſſ.*

Cap. II. Quales ſint.

De epiſtola fideicomiſſaria, & quando differat à codicillis. *Mant. lib. 1. tit. 11.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An in teſtamento inter liberos clauſula codicillaris non adſcriptæ intelligenda ſit. *Vaud. var. quaeſt. libr. 1. q. 27.* ¶ Id, quod ex animo noſtro pendet, intelligimur facere omni jure, quo melius facere poſſimus, ad hoc ut actus valeat. *l. 3. ff. de milit. teſtam.* & voluntas diſponentis, quæ legibus non repugnat, pro lege ſervatur, *§. diſponat, Auth. de nupt.* ¶ Clauſula, ſi non valet jure teſtamenti, &c. an trahatur ad hæredis inſtitutionem. *Bart. in l. 12. §. ſi paganus. ff. de injuſto rupto.* ¶ Si teſtator jubet in codicillis aliquem eſſe contentum certa re pro his, quæ in teſtamento reliquerat, intelligitur de relictis pure, non ſub conditione. *l. 67. §. Pompon. de leg. 3.*

Vel non.

Clauſula codicillaris intelligi non poteſt, niſi dicatur. *Boer. decif. 33. nu. 8. Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 9.* ¶ Fallit in teſtamento inter liberos. *Boer. decif. 240. nu. 6. Cravet. conſ. 34. Ant. Trigo. ſing. 104. Clar. in §. teſtamentum q. 8.* quod limita. *Marc. de Mant. ſing. 216.* ſed in quibus aliis caſibus debeat intelligi. *Mant. ibid. libr. 1. tit. 9.* ideo alias teſtamentum ratione ſolemnitatis imperfectum, non valebit (ex aliqua juris interpretatione) jure codicillorum. *Boer. decif. 33. num. 9.* ¶ Tranſactio non porrigitur ad codicillos poſtea repertos. *l. 3. §. cum, & l. 12. ff. de tranſact.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

Ad confirmationem codicillorum, an requiratur, quod ſit adita hæreditas. *Bart. in l. 2. C. de teſtam. manumiſſ.* & an relicta in codicillis, requirant confirmationem per ipſam aditionem ab inteſtato. *Bart. in l. 78. §. ſervus. ff. de hæred. inſtit.* ¶ In omni ultima voluntate (teſtamento excepto) ſufficiunt quinque teſtes, vel rogati,

aut fortuiti, etiam ſi duæ ex illis fœminæ exiſtant. *Guid. q. 538.* nam mulier poteſt eſſe teſtis in codicillis. *Bartol. in l. 9. ff. de ſtatu hom. & in l. 20. §. cum. ff. qui teſtamen. fac. poſſ.* ¶ Teſtamentum quando non valet, ut valeat jure codicilli, quæ requirantur. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint in codicillis.

Hæreditas, licet dari non poſſit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari unum ex hæredibus indignum eſſe. *Dec. conſil. 361. volum. 2.* & tunc hæreditas applicatur fiſco. *l. 4. ff. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* & codicilli videntur annullati, annulato teſtamento, *ibid.* an revocentur rupto teſtamento, *Bartol. in l. 38. §. ſervus ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento extraneis, revocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato. *Bartol. in Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis autem. C. de teſtam. Bartol. in l. 37. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Hæreditas directe dari, nec adimi poteſt in codicillis: ideo ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus, non poterit revocari inſtitutio per codicillos. *Hippol. ſing. 49. Bartol. in l. 19. C. de pact.* ¶ Codicillis non poteſt apponi conditio hærede pure teſtamento inſtituto: quia ipſis codicillis hæreditas directo dari, neque adimi poteſt. *l. 27. §. fin. ff. de condit. inſtitut. quod procedit in pagano,* ſecus in milite. *l. 37. ff. de milit. teſtam.* ¶ Conditionem, modum, qualitatem, & ſimilia adjecta in teſtamento, cenſeri repetita in codicillis, tradit *Menoch. conſil. 333. lib. 4. num. 6.*

Cap. VI. Qui codicillari, & facere poſſit, vel non.

Codicillari & legare quis nutu poteſt, dummodo ſtet in recto ſenſu, ſed an hoc procedat præcedente interrogatione alterius. *Gram. deciſ. 73. num. 6. 34. & 35.* ideo codicilli ſolo nutu teſtatoris tenent capite annuendo abſque aliqua expreſſione verborum, dum tamen memoria læſa non ſit. *ibid. num. 35.* ¶ Codicillos poteſt quis facere ſine teſtamento, ſed quando tunc poſſint confirmari, diſtingue, aut apparet de teſtamento, & hoc caſu capiunt vires ex teſtamento, aut non conſtat, vel dicitur nullum, & tunc venientes ab inteſtato, videntur rogati reſtituere hæreditatem per modum fideicommiſſi, & ſecundum formam codicillorum, & capitur hæreditas à venientibus ab inteſtato, ac ſi per fideicommiſſum eſſet relicta. *Guid. Pap. quæſt. 323. vide Franciſ. Marc. quæſt. 319.* quid, quando teſtator dixit, quod valeat teſtamentum jure cujuſlibet ultimæ voluntatis, *vide Guid. quæſt. 323.*

Vel non.

Qui inſtituit hæredem, vel filium exhæredat, cenſetur voluiſſe teſtari, & non codicillari: ideo ſi talis diſpoſitio non valeat ut teſtamentum, non valebit etiam ut codicillus. *l. 14. C. de teſtamen.* nam inſtitutiones & exhæredationes non fiunt in codicillis. *gloſſ. ibidem.* ¶ Filiusfamilias etiam hodie non facit codicillos, & codicilli facilius confirmantur, quam teſtamentum. *Bartol. in l. 2. de legat. 1.* ¶ Qui elegit viam teſtamenti inſolemnis, non poteſt deinceps variare, & agere virtute codicillorum, *per l. fin. C. de codicill. Afflict. deciſ. 134. Boer deciſ. 33. n. 13. vide Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53.* quæ procedunt, quando agitur per viam actionis; ſecus quando proceditur per viam exceptionis: quia tunc admittitur variatio. *Afflict. deciſ. 134.* & codicillus large dicitur teſtamentum, *ibid.* ¶ Agenti vigore codicillorum, non competit petitio hæreditatis directa, ſed actio ex teſtamento. *Guid. Pap. qu. 323. num. fin.* item non competit remedium *l. fin. C. de edict. divi Adr. toll.* ¶ Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo teſtamenta. *l. fin. C. quemad. teſt. aper.*

Cap. VII. Quæ debeantur, vel non.

Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaria, an legata debeantur ab inteſtato. *Bartol. num. 22. in Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* ¶ Licet hæreditas non ſit adita, legata tamen debentur propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. *Dec. conſ. 652. num. 12.* dicta clauſula etiam operatur, quod videantur rogati in teſtamento ſcripti hæredes, ut ſi teſtamenti in eo contenta. *Afflict. deciſ. 69. num. 3.* ¶ Legata ab uno nominatim in codicillis relicta, quando debeantur à venientibus ab inteſtato, *vide per Bartol. in conſ. 205. vol. 1. num. fin.* ¶ In legatis eorum, quæ in codicillis relicta ſunt, perinde dies cedit, atque teſtamento relictorum. *l. quod pure. ff. quando dies legat. ced.* ¶ Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum: ideo legata relicta in teſtamento approbato, & diminuta per codicillos, ſolum debentur juxta codicillorum tenorem *Crav. conſ. 257.* ¶ Quando ſecundum teſtamentum non valet propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, legata ex eo ſecundo teſtamento relicta non debentur, etiam virtute clauſulæ codicillaris. *Menoch. conſ. 170. lib. 2.* quid operetur dicta clauſula appoſita teſtamento ſecundo invalido, *vide Bartol. in l. 18. de leg. 3.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus codicillorum & clauſulæ codicillaris.

Clauſula codicillaris non operatur, niſi concipiatur per verba futuri temporis, ſecundum *Cravet. conſil. 34. vide Bartol. in l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat.* quid, quando concipitur per verba præſentis temporis ſubjunctivi modi, *vide eundem Cravet. conſil. 69.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur contra voluntatem teſtatoris: ideo ſubſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſariam ex clauſula codicillari, quando repugnant verba & mens teſtatoris. *Cravet. conſil. 210.* tamen *vide ibid. & Dec. conſil. 203. & 292.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, ut legata peti poſſint, licet teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis. *Dec. conſil. 240.* & tunc relicta debentur à venientibus ab inteſtato, *idem conſil. 301.* nam dicta clauſula operatur legati repetitionem à venientibus ab inteſtato. *Vicent. de Franc. deciſ. 1. num. 12. Bartol. in l. 6. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonam ſorore præterita, non operatur, ut ſoror videatur gravata de reſtituendo hæreditatem per fideicommiſſum illi turpi perſonæ hæredi inſtitutæ. *Franc. Cremen. ſingul. 91.* an tunc ſuſtineatur teſtamentum virtute dictæ clauſulæ, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Perilluſtr. D. Præſ. Theſaur. deciſ. 128.* ¶ Clauſula codicillaria conſervat legata facta in teſtamento, in quo poſthumus fuit præteritus. *Bartol. conſil. 204. volum. 1.* quid ſi ignoranter fuiſſet præteritus, *vide eundem conſil. 210. eod. volum.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt queſtio voluntatis. *idem Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. numer. 58. Dec. conſil. 394. numer. 9.* ¶ Clauſula codicillaris etiam concepta per verba futuri temporis, an operetur poſthumo præterito, *vide Jacob. Put. deciſ. 234. libr. 2. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 1. numer. 14. Bartol. in l. 8. ff. de auro & argento. lega. & in l. 2. de legat. 3. in conſil. 6. & 20.*

lib. 1.

lib. 1. an tunc poſthumus detracta legitima cenſeatur gravatus de hæreditate reſtituenda hæredi ſcripto, *vide Andr. Gail. obſervat. 114. lib. 2. Fmnt. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1.* pro affirmativa ſcribunt *Roland. conſil. 7. volum. 4. & Petr. de Raven. ſingul. 740.* ¶ Quod clauſula codicillaris expreſſa concepta per verba futuri temporis, faciat valere teſtamentum, in quo poſthumus fuit etiam ignoranter præteritus (ſecus in tacita) ſcribit *Cravet. conſil. 34. vide tamen Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. qu. 46. vide etiam Excoll. Praſ. Theſſaur. deciſ. 141.* quo loci traditur Reg. cum ampliationibus, limitationibus, ſed an tunc poſthumus detrahat duas quartas, *d. deciſ. 141. num. fin.* ¶ Dicta concluſio max. procedit, ſi teſtator longo tempore poſt nativitatam poſthumi ſupervixerit. *Rol. conſ. 7. num. 30. vol. 4.* ¶ Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos, non exiſtentibus maſculis, ſi fuerit præterita, dicit teſtamentum nullum, ſed vigore clauſulæ codicillaris reſtituit hæreditatem hæredi ſcripto, retenta legitima. *Bartol. conſ. 44. vol. 1.* ¶ In caſu teſtamenti invalidi venientes ab inteſtato, virtute clauſulæ codicillaris cenſentur gravati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto detracta quarta trebellianica, quæ inſtituto pio loco non debetur. *Vinc. de Franc. deciſ. 63. num. 4. Afflict. deciſ. 125. Guid. Pap. q. 343. Dec. conſ. 369.* & hi ſint filii detracta legitima. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 8.* & præmiſſa procedunt teſtamento rupto. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 53.* ¶ Clauſula condicillaris operatur, quod caducata inſtitutione per mortem inſtituti, habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 156.* nam eſt locus dictæ clauſulæ, etiamſi inſtitutus moriatur vivo teſtatore. *Dec. conſil. 369. Hippol. ſing. 544.* ¶ Clauſula codiciliaris hodie ex quadam conſuetudine Notariorum apponitur: ideo non debet ſemper operari, nec debet extendi ad non veriſimilia. *Andr. Gail. obſerv. 114. libr. 2. nu. 9. Mant. de conject. ult. volun. libr. 1. tit. 10.* ¶ An & quando admittatur declaratio contentorum in teſtamento, à codicillis ſumenda, *Magon. deciſ. 4. Rot. Flor.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, quod verba, quiſquis mihi hæres erit, in teſtamento appoſita, faciat legatum conditionale. *Bart. in l. 3. de leg. 1.* ¶ Subſtitutio facta in codicillis, revocat inſtitutionem factam in teſtamento prius facto, etiamſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diverſa tamen conditione. *Cravet. conſ. 80.* ¶ Clauſula derogatoria appoſita in codicillis operatur, quod illi non revocentur per ſequentes codicillos, non facientes mentionem illius clauſulæ derogatoriæ, imo non revucantur per ſequens teſtamentum, niſi revocetur illa clauſula. *Cravet. conſil. 90. num. fin.* ¶ Confirmatio codicillorum futurorum facta tempore inhabili, non impedit libertatem poſtea in eis præſtari tempore congruo. *l. 1. C. de teſtam. manumiſſ.* ¶ Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, quoad animam retinet hæreditatem, tamen conventus in judicio condemnatur ad reſtitutionem, niſi adſit clauſula codicillaria probata per duos teſtes. *Capic. deciſ. 89.* ¶ Quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, & adeſt clauſula codicillaris, proximiores cenſentur eſſe rogati de reſtituendo hæreditatem hæredi ſcripto, & tunc filius detrahit ſolummodo legitimam. *Guid. Pap. quæſt 52. in fin. Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* non etiam trebellianicam, ex quo gravamen eſt purum. *Cravet. conſil. 242. & conſil. 245. Dec. conſil. 311. Roland. conſil. 71. numer. 67. volum. 2. & Bartol. in l. 8. §. meminiſſe. ff. de teſtam.* ¶ Clauſula codicillaris facit, quod ſubſtitutio directa trahatur ad fideicommiſſariam. *Franc. Marc. q. 172. num. fin. part. 2. Cravett. conſil. 305. Dec. conſil. 205. & Math. Matheſ. ſingul. 40.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

An codicilli valeant, ſi teſtamentum nullius fuerit momenti. *Vau. lib. 1. q. 19.* ¶ An ſcripta in codicillis jure directo valeant, ſi ſpecialiter teſtamento codicilli confirmati non ſint. *Cujac. lib. 28. obſerv. cap. 7.* ¶ An hæreditas directo codicillis relicta retineri poſſit jure directo, an obliquo, nempe per fideicommiſſarium. *Vaud. var. q. libr. 2. q. 12.* ¶ An teſtamentum injuſtum ad defectum ſolemnitatum ſuſtineri poſſit in vim codicilli, ſi teſtator dixerit ſe nolle juris ſolemnitatem ſervare. *Vaud. var. q. libr. 1. q. 20.* ¶ Teſtes non oportet eſſe rogatos in codicillis, ideo teſtamentum, in quo adeſt clauſula codicillaris, valebit, etiamſi in eo teſtes non eſſent rogati. *Boer. deciſ. 33.* ¶ Subſtitutio facta à pagano poſt pubertatem, ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, quando adeſt clauſula codicillaris. *Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* ¶ Valet inſtitutio facta codicillis teſtamento confirmatis, quia licet codicillis hæreditas dari non poſſit, tamen ex teſtamento hoc caſu data videtur. *l. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. 10. ff. de condi. inſtitut.* ¶ Si in teſtamento non intervenerunt, niſi quinque teſtes, & nulla adſit hæredis inſtitutio, tale teſtamentum valebit in vim codicillorum, licet fuerit productum in judicio uti teſtamentum. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 32.* ¶ Quando in teſtamento eſt appoſita clauſula, omni meliori modo, valebit teſtamentum eo modo, quo fieri poterat recte, licet aliter ſit ſcriptum. *Thom. Minad. deciſ. 43. num. 12. vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 118. Vinc. de Franc. deciſ. 156.* quid operetur hæc clauſula, *Cravet. conſil. 142. 305. & 362. n. 15. Dec. conſil. 77. Hippol. ſing. 36.* ſed hæc clauſula non facit, ut valeat jure codicillorum, ſi hoc non fuerit dictum. *Boer. deciſ. 33. num. 8.* ¶ Codicilli facti in captivitate valent, captivo reverſo, ſi ante captivitatem fuerant teſtamento confirmati. *l. 12. §. codicilli. ff. de captivis.*

Vel non.

Si teſtamentum jure non valeat, ea ſcriptura, quam teſtator teſtamentum eſſe voluit, codicillos non facit, niſi hoc dictum ſit, vel niſi inter liberos. *l. 41. §. quod ſi hæredem, verſ. quæ ita. ff de vulgari. & ibid. gloſſ. vide l. 11. de legat. 3.* nam quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valet jure teſtamenti, non poteſt valere jure codicillorum. *Pur. deciſ. 79. lib. 1.* ¶ Clauſula codicillaria ſi ſit adjecta in teſtamento, illud non valebit jure codicillorum, facto ſecundo teſtamento, niſi in ſecundo fiat mentio de primo, *Guid. Pap. quæſt. 323. num. 3.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit impedimento ceſſante: ſecus in codicillis, quibus relinquebatur fideicommiſſum. *l. 1. §. ſed ſi filius de legat. 3.*

TITULUS DXCVII.

De inutilibus diſpoſitionibus circa ultimas voluntates.

Cap. I. Quæ attendantur.

VEriſimilitudo attenditur in erronea teſtatoris diſpoſitione. *Vincent. de Franc. deciſ. 1. n. 11.* ¶ Conditiones plures à jure rejiciuntur, quando publicæ utilitati adverſantur, & turpitudinem in ſe continent. *Ozaſc. deciſ. 126.* ſed quando fatuæ mentes teſtatorum non debeant attendi. *Boer. deciſ. 23. num. 65. & 66.* alias teſtatoris mens adeo attendi debet, ut licet diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea non ſit recedendum, *idem Ozaſ. d. deciſ. 126. num. 25.* ¶ In inſtitutione conditionali

non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 25. n. 48.*

Cap. II. Quæ intelligantur.

Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à jure dicitur continere impoſſibile de jure, *Bartol. lib. 1. minori. c. 3. n. 5.* ¶ Quod dicitur utile per inutile non vitiari, quomodo intelligatur, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 246.* ¶ Legatum factum filiæ, an intelligatur habere vim relicti, titulo inſtitutionis, *Bart. conſ. 151. & conſ. 153.*

Cap III. Quæ requirantur.

Jus ubi exigit aliquid ſub certa forma, ſeu qualitate, tunc non ſufficit factum ſine forma & qualitate adimpleri. *Abb. conſil. 1. libr. 2.* ¶ Liberatio quando fit in ultima voluntate, non requirit partis præſentiam. *Bart. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de liberat. lega.* nam præſentia perſonæ non requiritur in his, quæ fiunt in ultima voluntate. *Bart. q. 13.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Furioſus ſemel an ſemper talis præſumatur, & quando illa præſumptio tollatur, *vide Boer. deciſ. 23. num. 80.* ¶ Actus facti ab habente dilucida intervalla, quando in furore, & quando in ſua mente præſumantur facti, *Bartol. in tract. teſtimonio. num 95.*

Cap. V. Quæ fieri, dari poſſint, vel non.

Hæreditas, ſeu ſucceſſio in univerſo, pacto dari non poteſt. *Ozaſcb. deciſ. 100. num. 17. & deciſ. 125. vide Boer. deciſ. 555.* ¶ Pactis hæreditatem dari non poſſe pro regula traditur, nec talia pacta firmantur juramento, vel conſuetudine, aut ſtatuto: fallit in pacto reciproco de ſuccedendo, quod valet. *Andr. Gail. obſerv. 126. libr. 2. Hippol. ſingul. 333.* an tale pactum firmetur juramento, *Papon. lib. 20. titul. 2. arreſt. 1.* ¶ Fallit ſecundo in pacto ſucceſſionis inter Principes, & illuſtres perſonas. *Andr. Gail. obſerv. 127. Nor. 2.* ¶ Tertio poteſt quis fieri hæres in contractu duobus in caſibus, ſocietatis ſcilicet, & matrimonii. *Caſſ. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions §. 12. gloſſ. 1.* ¶ Formalibus, ſeu ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat. *Marc. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 2. num. 42. fol. 12.*

Cap. VI. Quæ dicantur impoſſibilia, vel non.

Impoſſibile reputatur, quod unius facto ſolum explicari poteſt. *Abb. conſil. 45. libr. 2.* ¶ Quæ contra bonos mores ſunt, habentur in ultimis voluntatibus pro non ſcriptis. *Abb. conſil. 99. libr. 2.* ¶ Impoſſibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. *Bartol. in leg. 41. §. conſtat de leg. 1.* ¶ Impoſſibile de jure dicitur, quod eſt contra bonos mores. *leg. 1. ff. de cond. inſtitut. Bartol. num. 5.* ¶ Captatoria diſpoſitio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona honorata alienæ voluntati eligenda, & nominanda commiſſa ſit, modo inſtitutionis ſubſtantia ex alterius voluntatis arbitrio non dependeat. *Mohed. deciſ. 358.*

Cap. VII. Qui, quæ facere poſſit.

Mulier adultera non poteſt inſtituere ſuum adulterum; nec illi teſtamento aliquid relinquere. *Papon. libr. 22. titul. 9. arreſt. 11.* ¶ Relictum ſub conditione neceſſaria habente præcedentem conditionem turpem, non debetur. *Bartol. in leg. 1. ff. de conditio. inſtitutio.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Cajo promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtituturum, præter ipſum, an per hanc promiſſionem Cajus hæres cenſendus ſit. *Marc. quæſt. 838.* ¶ Conditio turpis, vel impoſſibilis quando vitiet relictum. *DD. de Rot. deciſ. 10. de teſtament. in antiquis. num. 3. & Petr. de Roy. deciſ. 1. Litua.* ¶ Impoſſibilitas ſi eſt adjecta gravato, an vitietur diſpoſitio. *Bartol. in l. 12. §. ſi quis de legat. 1.* ¶ Modus, vel conditio impoſſibilis ſi apponatur legato, quando reddat legatum nullum. *Bartol. in l. 16. ff. de uſufruct. legato.* ¶ Conditio impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem, ſed in ultimis voluntatibus vitiatur. *Bartol. in l. 8. Codi. de legat.* ¶ Impoſſibilium quatuor ſunt ſpecies, alia enim impoſſibilitas eſt juris, alia naturæ, alia perplexitatis, & alia facti, ſed quando hæ impoſſibilitates vitient diſpoſitionem. *Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtitut.* ¶ Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, vitiat contractum, & ultimam voluntatem. *Bartol quæſt. 12.* ¶ Voluntas teſtatoris (de qua conſtat) licet invalida ſit, propter defectum numeri teſtium, aut alterius ſolemnitatis juris, operatur tamen probationem talis voluntatis. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 502.* ¶ Si quis ante teſtamentum proteſtetur, quod per quamcunque diſpoſitionem per eum in favorem alicujus faciendam, non intendebat recedere à quadam donatione; tunc per teſtamentum inde factum, non præjudicatur donationi. *Put. deciſ. 421. lib 3.* ¶ Affirmatio tabellionis teſtatorem mentis ſanæ non eſſe ſcribentis, viribus teſtamenti nihil detrahit, *vide Petr. Roy. deciſ. 2. Litua. numer. 16. in deciſ. diverſo.* tamen quando quis allegat teſtatorem fuiſſe furioſum, & non ſanæ mentis, quid probare debeat, *vide ibid.* & quomodo tunc ſint formandi articuli, *vide per Bartol. in l. 5. C. de codic.* ¶ Verba enunciativa emiſſa principaliter propter ſe, inducunt diſpoſitionem; emiſſa propter aliud non, niſi in teſtamento militis. *Bartol. in l. 7. C. de teſtam. milit.* alias non diſponunt in præjudicium ejus, qui gravari non poteſt. *Bartol. in leg. 6. C. de teſtament.* ¶ Per conſequentem contractum inutilem à primo utili non receditur, ſecus in ultimis voluntatibus. *Bartol. in l. 20. ff de adimend. legat.* ¶ Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, *vide Hippol. ſingul. 206.* ¶ Teſtamentum occulti excommunicati valet, publici non, & quid de teſtamento uſurarii, *per Bartol. conſil. 238. vol. 1.* quod non valeat, ſcribit *Abb. conſ. 22. libr. 1.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Utrum valeat pactum initum in contractu matrimonii, ut primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, *vide Boer. deciſ. 204.* ¶ Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio. *Boer. ibidem num. 5.* ¶ Licet pactum de futura ſucceſſione ſit prohibitum, tamen pactum de hæreditate conſervanda eſt permiſſum. *Franc. Marc. qu. 136.* ¶ Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filiis deceſſerit, an valeat, *vide Jac. Put. deciſ. 112. & ſeq lib. 2. & Alex. Raud. tracta. de Analog. 25.* ¶ Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obvenerunt, ut quoque ad filium paciſcentis deveniant, an valeat, *vide Put. deciſ. 113. libr. 2.* ¶ An valeat teſtamentum ejus, qui juſſit cadaver ſuum debere tumulari cum cantu, alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, *vide Franciſc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 2. titul. 5. numer. 9.* ¶ Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitandum, nunquid valeat ex hoc, quod ſapiat ſimoniam. *Natt. conſil. 618.* ¶ Pactum de ſuccedendo alicui valet, facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit. *Dec. conſil. 516. numero 17.* ¶ Fideicommiſſum conventionale quando valeat, *per Raud. tract. de Analog. cap. 25.* ¶ Relictis centum filiæ, ſi nupſerit, ſi vero Religionem intraverit quinquaginta, nihilominus ſi inierit Religionem, habebit centum: quia illa conditio (tanquam turpis) quæ eſt directo impeditiva vitæ contemplativæ rejicitur. *Boer. dec. 3. n. 14.* an valeat conditio appoſita per teſtatorem, per quam impediatur vita contemplativa. *Dec. conſil. 400.*

quod

quod habeatur pro non adjecta, ſcribit idem *Bartol. conſil. 104. libr. 2. ibidem quæſt. 5.* ¶ Diſpoſitio, quæ tenet de jure ſpeciali inter filios, in qua adeſt inæqualitas ex parte filiarum, an teneat, *Put. deciſion. 253. lib. 2.* ¶ An diſpoſitio ſtulti, vel furioſi valeat, vide ſupra de teſtament. in genere. *Mynſing. obſerv. 41. cent. 2. Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. in deciſio. diverſo, Tom. 2.* ¶ Imperitia Notarii errantis circa verba teſtamenti, ſcribendo verbum unum pro alio, non reddit invalidum teſtamentum, quando ſecundum ſenſum poteſt ſuſtineri *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 3. gloſſ. 11. numer. 6.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris pro lege eſt ſervanda, niſi eſſet humunitati contraria, vel deriſoria, aut repugnaret diſpoſitioni legis. *Marc. de Mant. ſing. 123.* ¶ An teſtamentum ad interrogationem alterius valeat, *Gram. deciſio. 73. & ſupra titul. de teſtam. in genere Cla. in ſua pract. §. teſtament. quæſt. 37.* ¶ Si non valeat quod ago, quando valeat, ut valere poteſt, dantur multæ diſtinctiones, quæ poſſunt redigi ad unam, nempe, quod ſi actus non valeat, ut agitur, ut valere poteſt, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia exiſtente, non valeat. *Cabal. milleloq. 237. & 310. Math. Matheſ. ſingul. 139.* ¶ Actus, qui fit ex duplici cauſa, licet ex una ſuſtineri non poſſit, ſuſtinetur tamen ex alia, & ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt, ubi eſt clauſula, omni meliori modo. *Crav. conſ. 142.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. *Tho. Minad. deciſ. 43. numero. 4.* ¶ Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſummatur per actum invalidum. *Minad. deciſio. 43. numero 15.* ¶ Voluntas invalida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus declaratur. *Bartol. in l. 1. Cod. de codicill.* ¶ Teſtator, ſi dixerit, inſtituo Titium hæredem ſub conditionibus infraſcriptis, ſi poſtea nullam conditionem expreſſerit, valebit hæredis inſtitutio, ac ſi pure facta fuiſſet. *Abb. conſil. 80. libr. 2.* ¶ Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Excell. P. Theſſau. deciſio. 126.* ¶ Ultima volontas minus ſolemnis, in qua conjunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, quod in legatis & fideicommiſſis procedit, ſecus in hæredis inſtitutione. *Mat. Matheſ. ſing. 41.*

Vel non.

Quibus modis hæredis inſtitutio fiat inutilis, & quemadmodum debeat reſtringi, *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. libr. 4. titul. 4.* ¶ Teſtamentum factum per minorem inſtituentem filium ſui tutoris, vel curatoris, non valet, & debet irritari. *Papon. libr. 15. titul. 5. arreſt. 9.* minus teſtamentum in favorem adminiſtratorum factum. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de donation. gloſſ. 6. Tom. 2.* ¶ Teſtamentum, quod ægroto ignorante, & alio dictante fuit ordinatum, non valet, quamvis poſtea eo præſente, & coram teſtibus lectum fuerit, & cum eſſet interrogatus, an talis diſpoſitio ei placeret, reſponderit ſic, *vide tamen Man. de conject. ult. volunt. libr. 2. titul. 6. numer. 10.* ¶ Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, non valet. *Bartol. conſil. 177. vol. 1. eundem conſil. 81. volum. 2.* ¶ Inſtituto ventre uxoris poſthumo non nato, teſtamentum redditur nullum. *Bart. d. conſil. 177.* ¶ Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus. *Bart. leg. 1. minor. fol. 109.* ¶ Falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem, ideo hæreditas auſertur ab eo, quem teſtator errans in conjunctione perſonæ inſtituerat, & transfertur ad venientes ab inteſtato. *Vin. de Fran. deciſ. 1. numero 7.* ſed falſa cauſa quando vitiet inſtitutionem. *per Bartol. in l. fi. ff. de hered. inſtit.* & de caſibus in quibus legata valeant vitiata inſtitutione, *ibid.* ¶ Repugnantia, vel proxilitas ſi colligatur in teſtamentis, nulla erunt teſtamenta. *Bart. d. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 82.* ¶ Pactum factum per filiam patri, de non ſuccedendo matri, vel fratribus, ipſis matre, vel fratribus abſentibus non valet. *Roland. conſil. 81. vol. 4.* ¶ Donatio, vel legatum factum ab Advocato, vel clerico concubinæ non valet. *Bartol. in leg. 6. ff. de re jud.* ¶ Forma quando inducitur à lege, illa debet ſervari per gerentem actum, alias non valet actus. *Bartol. conſ. 133.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, cum tamen inæqualitas inducitur tolli, & annullari debet, etiam poſt factam diviſionem. *Menoch. conſil. 364.* ¶ Relictum filio ut filio, ſi non eſt filius, non valet. *Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 4. C. de hered. inſtituen. & in l. 17. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Quando falſa cauſa in ultima voluntate vitiet diſpoſitionem, *Hart. cap. 22. titul. de teſtamentis libr. 2. & infra titul. de falſa cauſa. aut demonſtratione, &c.* ¶ Pactum factum inter fratres, quod altero moriente ſine filiis, omnia bona vadant ad ſuperſtitem non valet, ſecus ſi eſſet factum de parte bonorum. *Crav. conſ. 225.* ¶ Voluntas captatoria non valet, & dicitur captatoria quando in alterius voluntatem committitur. *Dec. conſ. 494.* & actus geſtus contra legem non valet. *ibidem.* ¶ Diſpoſitio captatoria non vitiatur in relictis ad pias cauſas. *Bartol. conſil. 5. vol. 1. conſil. 100.* ¶ Relictum, vel inſtitutio collata in voluntatem alterius, jure Civili non valet, jure Canonico ſic. *Bartol. in ſuo tract. de differen. int. jus Civil. & Canonic.* ¶ Quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valeat jure teſtamenti, non poterit valere jure codicillorum. *Jac. Put. deciſ. 79. libr. 1.* ¶ Subſtitutio ſecunda ſequens primam non militat, ubi non habet locum prima: nam inutilis diſpoſitio non poteſt facere utilem. *Raud. tractat. de analog. cap. 37. numer. 111. & 113.* ¶ Donatio de hæreditate viventis ſine ejus conſenſu invalida eſt, quod procedit, quando eſt facta donatio hæreditatis viventis, & certæ perſonæ, ſecus incertæ. *Vinc. de Fran. deciſ. 89.* ¶ Voluntas illa teſtatoris non ſervatur. *Bartol. in l. 44. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Inſtitutio cum à principio fuerit nulla ex aliqua cauſa, poſtea non convaleſcit, remota cauſa impedimenti, *Dec. conſ. 661. numero 14.* teſtamentum invalidum, quando convaleſcat, & quando non, *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.* ¶ Actus nullus propter omiſſionem ſolemnitatis reſpicientis favorem publicum, non poteſt poſtea confirmari regulariter; ſed quibus caſibus confirmetur, *Bartol. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.*

Cap. X. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator quando facere poſſit, quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento, per *Bartol. conſil. 117. & conſil. 81. vol. 2.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem introductam favore hæredis, ipſe tamen hæres poteſt, & etiam teſtator non poteſt facere, ut leges non habeant locum in ſuo teſtamento. *Bart. in l. 1. C. de uſufruct.* teſtamentum enim publici juris eſt, nec poteſt quis facere, quod ejus privata ſcriptura valeat pro teſtamento. *Dec. conſ 494.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri. *Bart. in l. 47. ff. de pact.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, niſi minæ, ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, quod ex pluribus argui poteſt, ex adductis

ductis per *Vinc. de Fran. deciſ. 180.* ¶ Defunctorum actus non poſſunt eſſe in pendenti, ſicut actus viventium. *Bart. in l. receptum. ff. commu. prædio.* ¶ Temporis anguſtia ſubducitur de ultimis voluntatibus. *Bart. in l. 1. C. de his, quæ pœna nomine.* ¶ Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum. *Bart. in l. 1. ff. de iis, quæ pro non ſcript.*

TITULUS DXCVIII.

De incapace.

INcapax quando capit ob defectum teſtatoris; ad quem hæreditas deveniat, & quid quando ob defectum ſui, *Bartol. in l. 4. C. de his quib. ut indig. hæred. auſer.* vel ob defectum teſtamenti, *ibid.* ¶ Si eſt inſtitutus hæres, qui non eſt capax, & rogatus reſtituere, an cogatur adire, & ſi non cogeretur, an ille, apud quem remanet hæreditas, illam habeat cum onere iſtius fideicommiſſi, *vide Bart. in l. 14. C. de fideicommiſſ.* ¶ Relictum incapacibus, quando deferatur in fiſcum, & qui ſint incapaces, vel indigni, & an relictum ſpurio palam deferatur fiſco, vel remaneat apud hæredem, *vide Bart. in l. 1. C. de delatoribus lib. 10.* & de materia infra, *titul. de his, quibus, ut indign. hæred. auſe.* ¶ Relictum palam non capaci non applicatur fiſco, & promittens per inſtrumentum publicum teſtatori de reſtituendo incapaci, dicitur palam facere. *Bartol. in l. 106. de lega. 1.* & tale relictum habetur pro non ſcripto. *Abb. conſil. 63. lib. 2.* ¶ Legatum factum penitus incapaci non quæritur fiſco, & quilibet eſt capax legati alimentorum. *Bartol. in l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Capacitas in hærede, vel legatario, quando requiratur, *vide per Bart. in d. l. 1. de delatorib.* & inſpiciatur, *vide eundem in l. 48. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Legatarius ſufficit, quod ſit incapax tempore mortis. *Bartol. in l. 3. §. quando. ff. de jure fiſc.* ¶ Hæres non capax ſe deferens præmiatur, ſed ad teneatur ſe deferre ſtatim. *Bartol. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10.* ¶ Hæres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua in d. lege, quid, quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicommiſſario, *Bartol. in d. l. 1.* ¶ Relictum palam filio ſpurio, non revocatur per hæredem extraneum. *Bartol. in l. 126. de lega. 1.* ¶ Si teſtator dixerit, lego Titio centum, vel mille, & volo, quod dentur illi, quem ſibi dixi tale legatum, non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de rebus dubiis.* ¶ Pater naturalis pro illa portione ſuccedit filio, in qua filius ipſi patri ſuccederet. *Bartol. in §. ſi quibus igitur, Aut. quib. mod. naturales eff. ſui vide de materia ſup. t. de naturalibus liberis.* ¶ Filius naturalis natus ex unica concubina, an habeat jus ſuccedendi ſuo fratri legitimo, *Bart. ibi.*

TITULUS DXCIX.

De ingratitudine.

PActum, ut ingratitudo futura non obſit, non valet. *Bartol. in l. fin. C. de pact. numer. 3.* ¶ Qui impedit alium teſtari, juſtam cauſam exhæreditationis committit. *l. 23. C. de injur.* ¶ Cauſæ ingratitudinis an repellant fratrem à ſucceſſione ab inteſtato, *Bartol. in l. 27. C. de inoſ. teſtam. & ingratitudine, Ant. de nup.* ¶ Ingratus poteſt privari beneficio, quod habuit ab eo, contra quem ingratus eſt. *c. 3. ex. de poſtul.*

TITULUS DC.

De his, quibus ut indignis hæreditates auferuntur.

Cap. I. Hæreditas, ſucceſſio: quæ quibus modis intelligantur, & requirantur.

DIctio, mox, poſita, *in l. tutores. C. ad Tert.* quomodo intelligatur, *& tex. in l. 2. §. confeſtim. ff. eod.* declaratur, *ibid. Ozaſ. num. 24. & 28.* ¶ Matri, minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à jure ſtatutum, ſecus ſi fuerit major. *Ozaſ. deciſ. 57. numer. 5.* tempore mortis filii, licet eſſet minor tempore mortis mariti. *Crav. conſil. 325. Lud. Rom. ſing. 224.* ſed quid, ſi minor ætas fuerit retractata per conſtitutionem Principis, an ſit attendenda ætas limitata per conſtitutionem Principis, *Vincen. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Monitio bina requiritur, ut aliquis privetur hæreditate, gravatus à teſtatore, ut aliquid faceret. *Capit. deciſ. 205. Raud. tract. de anal. c. 37. numer. 104.* hæres tamen gravatus à defuncto, ut aliquid ſolvat, ſi moneatur à Judice per decretum, ut impleat, ſi ſteterit per annum, & non impleverit, punitur commodo proveniente ex teſtamento. *Capit. deciſ. ibid. n. 5. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Cap. II. Quando amittatur, auferatur.

Teſtatorem cogens ad alium inſtituendum, inſtituto hæreditatem non tribuit. *Menoch. de arbit. caſ. 395. n. 11.* & impediens teſtari, ſi proximior eſt, hæreditatem perdit. *ibid. num. 13.* ¶ Hæres jure Civili non implens defuncti voluntatem, perdit hæreditatem excepta legitima, ſed jure Canonico perdit totum. *Bart. in ſuo tr. de differ. int. jus Cano. & Civil. n. 67.* ¶ Privatus hæreditate ſi non ſolverit legata, verſicatur diſpoſitio poſt mortem ejus. *Bart. conſ. 29. vol. 1.* ¶ Mater non petens filio tutorem intra annum perdit jus ſuccedendi, & hoc habet locum in multis aliis perſonis, de quibus & quando regula procedat, cum ſuis limitationibus, *per Maran. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. in lib. ſui Spec. fol. 627. Caſſa. in conſ. Bur. tit. des ſucceſſions. vide glo. 4. n. 7. Lud. Rom. ſing. 105. Bartol. in l. 2. ff. qui peta. tuto. & in l. 2 §. confeſtim. ff. ad Senatuſconſ. Tertul. l. 10. C. de legi. hæred. & Vin. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Mater, quæ eſt data in teſtamento tutrix, quæ non fecit inventarium, nec fecit ſibi adminiſtrationem decernere, nec alias tutorem petiit, perdit hæreditatem filiorum decedentium in pupillari ætate. *Guid. Pap. quæſt. 403. Bart. conſ. 18. vol. 1. & conſ. 215. eod.* ſed utrum matre excluſa excludatur avia, quæ ſimiliter peteret tutorem lapſo anno, *vide Guid. d. q. 403. & Bart. d. conſ. 18.* ubi tenet pro parte negativa.

Auferatur.

Hæreditas quando aufertur ab hærede ſcripto ut indigno, ille ad quem vadit hæreditas, tenetur legatariis, & creditoribus. *Bartol. in l. 14. num. 10. ff. de tranſact.* ¶ Quod aufertur ab indigno abſque ejus delicto, non applicatur fiſco. *Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtit.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere. *Bart. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcrip.*

Cap. III. Qui privetur ſucceſſione hæreditatis.

Qui in ſe tacitam fidem aſſumpſit de reſtituendo non capaci, privatur commoditate legis falcidiæ, & quarta ipſius legis eo in caſu applicatur fiſco. *l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si hæreditas ob hæredis culpam confiſcatur, fiſcus partem hæredis retinet, & reſiduum fideicommiſſario reſtituit. *l. Marcellus. §. ſi is. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* ¶ Hæres accommodans fidem tacite de

reſtitu-

reſtituendo non capaci, privatur omni commodo hæreditario fiſco applicando, qui tenetur ad legata, & falcidiam detrahit, ſicut hæres facere poterst. *l. 3. Cod. ad leg. Falcid.* ¶ Si cogam te, ut me inſtitueres, incido in edictum, & hæreditas applicstur fiſco, ſed an hoc caſu præjudicem venientibus ad inteſtato, & quomodo illis ſuccurratur, *per Bart. in l. 3. ff. ſi quis teſtam. prohib.* ¶ Ille qui aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit, privatur ejus hæreditate, *vide in tit. ff. ſi quis aliquem*, & ulterius punitur. *l. 1. C. eod. ſi quis aliquem.* ¶ Non vindicans mortem teſtatoris defuncti, privatur ejus hæreditate. *Capel. Thol. q. 41.* ſed quando excuſetur. *ibid. in addito.* ¶ Hæres monitus, ſi deſiſtat parere diſpoſitioni defuncti quando extraneus, vel fiſcus admittatur, *Bart. §. inordinatum. Authen. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres non ſervans juramentum defuncti, quando privetur hæreditate ipſo jure, *Bart. in Auth. de juramento à morte præſtito.* ¶ Rebus relictis ad pias cauſas, ſi perſona deſignata ſemel, & ſecundo monita adimplere diſtulerit, omni lucro privatur, *§. ſi autem, Authen. de Eccleſiaſt. titul.* ¶ Occidens teſtatorem tanquam indignus hæreditate privatur, & fiſco applicatur, ſed quid in occidente filium teſtatoris, ſeu ejus, cui alter ſuccedere poteſt, *Lud. Roman. ſing. 667.* ¶ Etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum avi, *l. 26 ff. ad leg. Conel. de falſ.* ¶ Mulier intra annum luctus nubens, an privetur hæreditate à primo viro ſibi relicta, *vide per Boer. deciſ. 186.* pro affirmativa ſcribit *Papo. lib. 15. t. 1. arreſt. 12. tit. 4. arreſt. fi. vide tamen arreſt. 20. lib. 16. tit. 3.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris implere, privatur ejus hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, quod, ſi teſtator diſpoſuerit hæredem privari bonis, ſi ſuam voluntatem non impleverit, *Cabal. milleloq. 679. Bart. in §. & hæc omnia, auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleverit, an poſſit privari hæreditate, *Gravet. conſil. 59.* ¶ Hæres non implens voluntatem defuncti graviter peccat, & aliquando periclitatur in ejus vita, & ad hoc ſcribuntur duo mirabilia exempla per *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. in præfat. numer. 85. & ſeqq.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris, implere privatur hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, ſi vero ageretur de breviori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur. *Rebuff. ibid. numer. 88.* ſed quomodo, & quando hoc caſu puniatur, & cogatur hæres, *vide ibid. num. 89.* ¶ Admonitio cum curſu temporis anni facit quem inobedientem, & capiens commodum, quo inobediens privatur, debet ſuſtinere onus cautionis, & commoditas, qua quis privatur, ſi reſpiciat commodum certæ perſonæ, illi applicatur. *Bart. in §. ſi quis. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Mater ultima tantum die anni petens tutorem dari filio, ejus ſucceſſione privari non debet, ſi poſtea caſus acciderit, *Marc. de Mant. ſingul. 540.* ¶ Mater negligens petere curatorem ventri, an privatur hæreditate, *vide per Bartol. in conſil. 63. vol. 2.* ¶ Si filio furioſo, vel inſano mater curatorem non petierit, an privetur ſucceſſione, *vide Vinc. de Franc. deciſion. 167.* ¶ Quando relinquitur incapaci, clam accommodata fide de reſtituenda hæreditate ipſi incapaci, bona applicantur fiſco, ſed quando inſtitutio fit palã, ſeu ſubſtitutio, tunc applicantur venientib⁹ ab inteſtato. *Fr. Marc. qu. 256. vide Gomez. Leon. deciſ. 68. in deciſ. diverſ. Tom. 2. & Bart. conſ. 29. volum. 1.* ¶ Hæres (marito defuncto) violans ejus viduam, facit ſe indignum ejus hæreditate: ideo ab eo aufertur, & applicatur fiſco. *Cabal. milleloq. 137.* ¶ Mater, vel alius proximior, qui venit ad ſucceſſionem pupilli, debet petere tutorem ipſi pupillo, alioqui privatur ſucceſſione, maxime ſi intra annum à morte teſtatoris non petierit, & mortuus ſit in pupillari ætate pupillus. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art. 3. gloſſ. 2. num. 11. vide Natt. conſil. 656. Hart. cap. 4. tit. de ſucceſſio. lib. 1. Vinc. de Franc. deciſ. 16. num. 7.* ſed ubi quis allegat filium mortuum intra annum, hoc probare debet. *Natt. conſil. 656.* ¶ Mater ſi tutelam legitime non adminiſtraverit, vel inventarium non confecerit, etiam privatur ſucceſſione filiorum. *Natt. conſ. 663.* & ſi non ſuſceperit tutelam intra annum, poſt illum non poterit impedimentum allegare. *Natt. ibidem numero. 14.* ¶ Hæres indignus hæreditate privatur, & applicatur fiſco Civitatis originariæ teſtatoris. *Rom. ſingul. 579.* ¶ Si hæres non redimat teſtatorem à carceribus, & ibi moriatur, privatur ejus ſucceſſione, & devolvitur ad Eccleſiam, *Authen. ſi captivi. Cod. de epiſcop. & cler.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curam, à ſucceſſione ipſorum privantur, licet hæredes ſint ſcripti. *Authen. liberi. Codic. de Epiſcop. audient.* ¶ De bonis auferendis ab hærede, qui mortem defuncti non vindicavit, non poteſt agi, niſi convictis reis, vel defunctis. *l. 1. C. ubi cauſæ fiſcales.* ¶ Paciſcens de hæreditate viventis ignorantis, privatur ipſa hæreditate, & applicatur fiſco. *DD. in l. final. Cod. de pact.* ¶ Hæres non ſepeliens defunctum privatur hæreditate. *Boer. deciſ. 287. Rebuff. in ſuis comment. tract. de benefic. cad. cuſtod. gloſſ. 4. num. 14. Tom. 2. fol. 534.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 24. §. mulier. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio; non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex diſpoſitione patris. *Marc. de Mant. ſing. 549.* ¶ Filius, cujus pater occidit teſtatorem, non privatur hæreditate propter factum patris occiſoris. *Boer. d. deciſ. 25. num. 12.* nec ipſe filius tunc tenebitur vindicare necem defuncti contra proprium patrem. *ibid. num. 13. nec econtra num. 14.* ¶ Si ſe excuſat à tutela teſtamentaria, non repellitur à ſucceſſione pupilli. *Guid. Pap. ſing. 518.* ¶ Minor hæreditate paterna non privatur, licet patris mortem non ulciſcatur. *leg. 1. C. in quibus cauſ. reſti. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Curſus anni non inducit privationem hæreditatis ſtante ſtatuto, quod non implens voluntatem defuncti intra annum incurrat pœnas legales, & curſus anni habeatur pro legitima monitione. *Bartol. conſ. 137. volum. 1.*

Cap. IV. Quando quis dicatur, fiat indignus.

Vir reputatur indignus ſi probetur, quod ante teſtamentum verberaverit uxorem. *Bartol. in l. 3. ff. de damn. numero 16.* ¶ Frater occidens fratrem ei ſuccedit, ſed ab eo, ut ab indigno aufertur hæreditas, & datur fiſco: idem in filiis ſuis; ſecus ſi eſſet alius agnatus, qui eſſet in eodem gradu cum interfectore, quia tunc ille præferretur fiſco, præmiſſa etiam procedunt, ſi alius agnatus, vel cognatus occidiſſet agnatum, cui ſuccedere debuerat. *Boer. deciſ. 25.* ¶ Hæres, qui eſt cauſa mortis defuncti, eſt indignus ejus hæreditate. *l. fin. §. fin. ff. de bonis damnat.* ¶ Non adimplens voluntatem teſtatoris reputatur indignus ſua hæreditate, & tunc præjudicat ſibi, & liberis vocatis. *Raud. tr. de analog. cap. 37. vide cap. 6. & ibidem gloſſ. ex. de teſtam. & in cap. 9. ex. de voto.* quia hæres non implens voluntatem teſtatoris, dicitur contravenire ejus teſtamento, & illud impugnare. *Cravet. conſ. 1. num. 3* & teſtamentum non opitulatur agenti ex eo, niſi impleta teſtatoris voluntate. *idem conſ. 80.* ¶ Mater renuncians tutelæ filiorum non petito tutore, efficitur indigna hæreditatis eorum. *Magon. deciſ. 43. Rot. Floren.* ¶ Limita non procedere, quando ſtatim facta renunciatione ſuſcepit avia tutelam, ita quod pupillus nullo tempore remanſerit indefenſus. *ibid. numero 3.* ¶ Secundo limita, quando extant conſanguinei, quibus tutela defertur, *ibid. numero 4.* vel alii tutores. *Dec. conſ. 246.* ¶ Tertio limita,

mita, quando filii moriuntur intra annum. *ibidem num. 5. Rot. Avenio. deciſ. 80. in deciſ. diverſ.* ¶ Quando, quando mater mala valetudine fuiſſet affecta. *Magon. deciſ. 43. numero 6.* ¶ Quinto limita, quando filius haberet multos creditores, & propter hoc mater noluerit petere tutorem, ot filius remaneret indefenſus, ne poſſet condemnari *Hippol. ſing. 302.* ¶ Indignus hæres dicitur, qui infirmo teſtatori medicum non adhibuit, vel malum, aut aliter illius curam non habuerit, & tunc hæreditas auſertur, & fiſco applicatur. *Rot. Aven. deciſ. 21. in deciſ. diverſ. Pet. de Raven. ſingul. 321. & Nate. conſil. 462.* ¶ Qui donat bona viventis, ejus hæreditate eſt indignus. *l. 51. ff. de donatio.* ¶ Qui contra mandatum Principum, vel Senatuſcon. uxorem duxerit, indignus eſt omni commodo ex ejus teſtamento, & illud applicatur fiſco, ſecus in uxore ducta, quia ipſa poteſt capere ex teſtamento viri, *l. 2. ff. de his quib. ut indig. lega. auſe. vide ibid. per tot. tit. de materia & in tit. ff. de jur. fiſci.*

Cap. V. Qui excludatur.

Adulter, ſi à marito adulteræ hæres inſtituatur, tanquam indignus ab hæreditate repellitur, & fiſco applicatur. *Gulıel. de Lud. ſing. 90.* ¶ Mater tutelam filiorum gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inventario, tutore filiis non petito, nullaque ratione adminiſtratorum reddita, filii defuncti ſucceſſione excluditur, & frater defuncti admittitur inſolidum. *Ozaſ. deciſ. 58. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium. Dec. conſ. 246. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des ſucceſſions. §. 6. gloſſ. 4 numer. 7. l. 9. C. ad Tertullianum,* quod procedit etiam in matre ruſtica. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 194. num. 26.* ¶ In ſucceſſione furioſi, dementis, aut mente capti, quicunque etiam proximior excluditur per extraneum, qui illum in vita rexit, curavit, & aluit in negligentia prædictorum, & jure ſangvinis, vel alias ſuccedere debentium. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. tit. des ſucceſſions. §. 1. gloſſ. pen. in fin. vide §. ſi quis de prædictis Ant. ut cum de appellatio. cognoſ.* ¶ Ingratitudo excludit qoem à ſucceſſione ab inteſtato, *Anton. Corſet. in ſuis ſingular. littera I. ſing. ingratitudo,* tamen pro negativa ſcribunt *Gulıel. de Lud. ſing. 3. Amand. de Clariſaquis ſing. 247.*

Cap. VI. Qui non ſuccedat.

Homicida, ut indignus, & ejus deſcendentes non ſuccedunt defuncto occiſo, dato quod eſſent proximiores. *Papon. lib. 12. tit. 1. arreſt. 2.* ſed talis ſucceſſio ſpectat ad alios legitimos ſucceſſores proximiores, *idem Papon. eodem lib. titul. 4. arreſt. 1. vide in ſua Pract. crim. §. homicidium verſ. privatur etiam fol. 25. Bart. in l. 3. num. 10. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohibue.* ¶ Maritus occidens uxorem non poteſt ei ſuccedere, etiam deficientibus agnatis, & frater ſubſtitutus occidens fratrem gravatum, illi non ſuccedit. *Boer. d. deciſ. 25. numer. 4. & 11. Dec. conſil. 525.* ¶ Qui eſt in poteſtate alterius excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *leg. ſi tacitum, ff. ad legem Falcid.*

Cap. VII. Qui incidat in pœnam.

Indignior reſtituens hæreditatem tacita accommodata fide, incidit in pœnam. *l. unica. C. de his, qui ſe defer. lib. 10.* obi habetur, quod tacita fide gravatus de reſtituendo incapaci, ſi ſe non deferat exutus omni patrimonio (à fiſco vendicato) in inſulam deportatur, ſed an hoc procedat in filio hoc modo gravato. *Hieron. Laure. deciſ. 1. Rot. Avenio. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Si hæres intra certum tempus voluntatem defuncti non impleverit, qua pœna puniatur, *vide per Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* ¶ Si intra annum à die monitionis non fiat executio teſtamenti per debentem exequi, devolvitur executio ad Epiſcopum. *c. 3. ext. de teſtamen.* ¶ Si teſtator jubet aliquid fieri ſub pœna privationis hæreditatis, ſi hæres non faciat, punitur, & applicatur ejus pars cohæredi. *Bart. in l. 39. §. hæres de leg. 3.* Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, *Dec. conſ. 583. numero 10. vide infra tit. de his, quæ pœnæ nomine.* ¶ Quando habeat locum pœna contra hæredem non vendicantem mortem defuncti. *Ant. Corſ. in ſuis ſingularib. littera P. ſing. pœna 7.* ¶ Hæres non incidit in pœnam, ſi non implet voluntatem defuncti, quando in teſtamento ſunt dati executores. *Bar. d. conſ. 137.* fallit in uno caſu, de quo *ibid. n. 4.*

Cap. VIII. Qui facere poſſit, vel non.

Quis admittatur ad viodicandam necem defuncti occiſi, & quis potior ſit in agendo pro injuria, & intereſſe. *Boer. deciſ. 120. & ſupra lib. 1. titul. de intereſſe,* quod debetur parti læſæ. ¶ Agens ad privationem hæreditatis ob legatum non ſolutum, non ſufficit oſtendere legatum factum; ſed debet probare non eſſe ſolutum. *Bartol. conſil. 137. num. 3. vol. 1.* ¶ Hæres indignus uſucapit. *Bart. in l. 4. ff. pro hærede.* ¶ Teſtatoris voluntatem quis adimplera debet, ſi vult beneficium conſequi ex illius teſtamento. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 64. n. 37.* ¶ Indignationis exceptio non poteſt à conſanguineis opponi, antequam agente fiſco ſit judicatum. *Boer. deciſ. 25. num. fin.* ¶ Hæres indignus cohæredi indigno eo, quod non vendicat necem defuncti, non poteſt de hoc opponere, nec impedire judicium diviſorium motum, *l. 18. §. ſed an ff. famil. erciſc.*

Cap. IX. Ad quæ teneatur, vel non.

De jore communi hæres tenetur accuſare occiſorem defuncti anteceſſoris, quod non obſervatur in Regno Franciæ. *Pap. lib. 24. tit. 2. arreſt. 1.* imo ubique ex conſuetudine fuit derogatum hac in re juri communi, *vide Clar. in ſua Pract. crimin. q. 79. verſicul. quando hæres fol. 199. & D. Sola ſuper antiq. conſt. Sabaud. gloſſ. ſuper decreto, cum nullus tit. ut nemo invitus. fol. 171.* ¶ Hæres, qui mortem defuncti vindicare tenetur, à calumnia excuſatur, ſi accuſationem non probaverit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 31. num. 23.* ¶ Qui agit ad privationem hæreditatia ob non impletam voluntatem defuncti, debet cavere de illa implenda, ut obtineat. *Bart. conſil. 137. n. 3. vol. 1.* ¶ Hæres occiſi tenetur ad expenſas faciendas in capiendo, & puniendo occiſorem. *Boer. deciſ. 303. n. 10. Capel. Thol. q. 41.*

Cap. X. Qui effectus producantur, & quæ valeant.

Quando homicidæ factum uxori, & liberis in hæreditate noceat. *Boer. deciſ. 25. num. 15. & ſeq.* ¶ Frater occidens fratrem nocet omnibus ſequentibus in gradu; ſed exiſtentibus in eodem cum eo, vel proximiori non. *Bart. in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohib. in leg. 7. §. præterea. ff. de bonis damna. & in l. 3. ff. de inter. & releg.* ¶ Maritus ſi prohibeat uxorem teſtari, an noceat filiis, qui ſucceſſuri erant ab inteſtato. *Bartol. in §. ſi dominus d. l. 1.* ¶ Dolus alterius, quando eſt cauſa immediata acquiſitionis meæ, mihi nocet. *Bartol. in l. 3. ff. de bonis damna. n. 7.* ¶ Frater igitur occidens fratrem præjudicat ſibi, & filiis ſuis, quoad portionem ſibi ſpectantem, non autem aliis fratribus, quoad ſuas portiones. *Boer. deciſ. 25. num. 3. & 10.* ¶ Statutum valet, quo filius propter patris delictum matris ſucceſſione privetur. *Dec. conſ. 525. n. 3.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Executori annus non currit, niſi à die monitionis faciendæ per Epiſcopum. *Abb. conſ. 21. lib. 2.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres fiſco tanquam indignus, *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

TITU-

TITULUS DCI.

De his, quibus ut indignis legata auferuntur.

Cap. I. Qui, quæ amittat.

DEefuncti voluntati, quando contraveniſſe cenſeatur legatarius, ut à legato cadat, *Jac. Put. deciſ. 406. eod. libr. & Aemil. d. deciſ. 233.* ¶ Accuſans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens perdit ea, quæ ſibi per teſtatorem ſunt relicta. *Bartol. in l. 2. C. de his, quib. ut indig. hæred. auſer.* quid juris in illo, qui dicit, teſtamentum nullum, vel non jure factum. *ibid. num. 7.* ¶ Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, omnia ſibi in teſtamento relicta perdit. *Mynſing. obſ. 87. cent. 6.* ¶ Tutori in teſtamento relicto ſi quid legetur, illud amittit tutor, ſi tutelam ſubire recuſet, quod procedit, ſi legatum fuerit factum ea contemplatione, ut tutelam ſubeat, ſed ex quibus hoc apparere poſſit, *per Bart. ſing. 68. Petr. de Raven. ſing. 169. & ſeq. ff. de excuſat. tutor.* ¶ Onus pro parte recuſatum, facit legatum perdere totum, exemplum datur in tutore, qui obtinuerat excuſationem à bonis unius Provinciæ tantum, *l. 114. de leg. 1.*

Vel non.

Legata non perdit mulier nubens intra annum luctus, ſi non extant liberi. *Boer. deciſ. 186.* idem, ſi commiſerit adulterium. *Franc. Marc. q. 513. num. 27.* ¶ Cauſa probabilis veniendi contra teſtamentum, quomodo excuſet legatarium, ne legatum ſuum amittat, *Jac. Put. deciſion. 401. libr. 3. & Paul. Aemil. deciſ. 253. part. 1.*

Cap. II. Hæreditas, quando auferatur, vel non.

Indigno quod aufertur, fiſco aplicatur, & indignitatem non poteſt alius opponere, quam fiſcus, ſed indignus, quando legatarius intelligatur, ita ut legatum fiſco debeat applicari, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 5. numer. 14.* ¶ Hæreditas ſi ab indigno auferatur, an etiam auferatur prælegata. *Boer. deciſ. 280.* ¶ Legata debentur etiam ubi indigno hæredi hæreditas aufertur, dato, quod legatarius infirmo teſtatori medicum non adhibuerit. *Rot. Avenio. deciſio. 21. num. 7. in deciſio. diverſo. Tom. 5.* imo legatum ademptum videtur ſi legatarius fuerit negligens in curando teſtatore infirmo, quod debet intelligi ſi fuerit in culpa lata, vel levi, ſecus ſi in leviſſima. *Franc. de Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 10.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere ſuo. *Bartol. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Legatum relictum palam incapaci non applicatur fiſco, ſecus ſi eſt relictum indigno. *Bartol. in l. 1. ff. de jure fiſci.*

Cap. III. Qui privetur.

Legatarius legato privatur ipſo jure, ob adulterium cum uxore teſtatoris commiſſum, idem, ſi ſtuprum teſtatore mortuo commiſerit. *Ozaſ. deciſ. 77.* ¶ Si legatarius egerit querela inofficioſi, & ſuccubuerit, privatur legato, & fiſco applicatur. *l. 8. §. meminiſſe ff. de teſtam.* tamen qui egerit nomine alterius de inofficioſo, non eſt indignus legato, *l. 30. §. 1. ff. eodem.* ¶ Infirmum negligens, & non adhibens curam, & mortem evadat, an, & quando privetur legato, ut quocunque emolumento, quod ſperat ex ejus morte, *vide Natt. conſil. 461.*

Vel non.

Licet mater non perierit tutorem dari filio, non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Marc. Mant. ſing. 549.* ¶ Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, ideo licet legatarius contra voluntatem teſtatoris moleſtaverit hæredem, non ob id debet privari legato, niſi hoc expreſſe dictum ſit à teſtatore. *Dec. conſ. 583.* ¶ Ille per quem non ſtat, quo minus tutor ſit, non privatur legato. *l. 78. §. non jure de leg. 2.*

Cap. IV. Qui ſit indignus re.

Qui factum hæredis impugnat, non teſtamentum, non eſt indignus legato. *l. 90. §. legato. de legat. 2.* ¶ Legatarius ſurripiens teſtamentum, tanquam indignus legato excluditur, *Mant. lib. 12. tit. 5. numer. fin.*

Cap. V. Qui excuſentur, vel non.

Qui eſt in poteſtate alterius, excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *l. tacitum, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Maritus excuſatur, ſi non inveniat medicum pro uxore curanda. *Bart. in l. 16. ff. pro ſocio.*

Cap. VI. Qui legare poſſit, vel non.

An Clericus poſſit legare concubinæ per ſe, vel media perſona alterius, *Gomez. Leo. deciſ. 45. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* & mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis non capit, *l. 14. §. mulier, ff. de milit. teſtam.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres indignus fiſco. *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Si legatarius aliquid commiſiſſet, quod ſi teſtator ſciviſſet non ita legaſſet, quando repellatur exceptione: *per Bart. in l. 27. C. de fideicommiſ.* ¶ Offendenti non probanti ſequens meritum, legatum non debetur. *l. 9. §. Lucius Titius, de leg. 2.* ¶ Tabellioni, an poſſit aliquid legari in teſtamento per eum ſcripto, *vide Hart. capitul. 3. titul. de lega. lib. 1.* ¶ Si teſtator dixerit lego Titio centum, & volo dentur ei, quem ſibi dixi, tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de reb. dub.*

TITULUS DCII.

De his, quæ nomine pœnæ relinquuntur.

HÆre privato in aliquem eventum, non facta expreſſione, ad quem debeat pervenire hæreditas, illa intelligitur delata ab inteſtato. *Alexan. Raud. tract. de Anal. cap. 27. numer. 8.* ¶ Interpellandus eſt is, qui tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ad effectũ, ut pœnam privationis incurrat. *ibid. numer.* 104. ¶ Pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum favorem erat implendum. *Crav. conſil. 80. num. fin.* ¶ Teſtator poteſt privare hæredem hæreditate, ſi aliquid ſecerit, vel non fecerit. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 69.* ¶ Quando is, qui dare, vel facere aliquid tenetur teſtatoris voluntate, facere potuiſſe, & debuiſſe dicatur, ut pœnam incurrat, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 498.* ¶ Pœna privationis in uno caſu appoſita, non extenditur ad alium caſum. *Dec. conſil. 273.* ¶ Translatio legati in pœnam debet ſtricte interpretari, ideo ſi teſtator dixerit lego centum, & ſi ultra illa centum legatarius petierit tale prædium, quod talis Eccleſia debeat habere ipſa centum, tunc ad hoc, ut ſit locus legato facto Eccleſiæ requiritur, quod legatarius non ſolum petierit, & conſequutus fuerit prædicta centum. *Dec. conſil. 191.* ¶ Fideicommiſſum fieri poteſt in pœnam, & tali caſu debet ſtricte interpretari. *Dec. conſ. 336. volum. 2.* ¶ Quando uxor relicta fuit uſufructuaria, cum prohibitione, quod hæres non poſſit, neque valeat turbare, vel moleſtare ipſam uxorem, & caſu,

quo

de poſthum. bared. inſtituen. vel exbared. & etiam condicilli ab eo dependentes. *l. 1. C. de codicill.* ¶ Licet nativitate poſthumi præteriti rumpatur teſtamentum, tamen ſi teſtator teſtamentum confirmaverit coram quinque teſtibus, valebit jure codicillorum. *l. 1. C. de codicill.* ¶ Nativitate poſtbumorum naturalium, vel civilium, in quatuor caſibus rumpitur teſtamentum, de quibus *vide in l. 28. §. filiusfamilias. ff. de liber. & poſthum.*

Vel non.

Donatio cauſa mortis per ſtipulationem hæredis univerſalem, non cenſetur revocata, dato etiam, quod adſit clauſula derogatoria, caſſans & irritans, &c. *Ozaſc. deciſ. 18. num. fin.* ¶ Interdictio facta bonis à judice, impedit teſtamentum fieri, ſed jam factum non rumpit. *l. 8. ff. de teſtamentis.* ¶ Teſtamentum militis filiifamilias, non rumpitur minima, vel media capitis diminutione. *l. 23. ff. de milit. teſtament.* ¶ Notarii, aut partis ſtipulatione, & acceptationa intercedente, jus acquiſitum irrevocabile dicitur. *Ozaſ. deciſ. 85. num. 9.* tamen quælibet diſpoſitio (etiam pia) in teſtamento facto, poteſt revocari. *§. ſervus, inſtit. de bared. inſtitut.* ¶ Confeſſio teſtatoris ex intervallo, non poteſt rumpere teſtamentum perfectum. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 7.* ¶ Nativitate poſthumi non rumpitur patris militis filiifamilias teſtamentum, *vide l. 34. ff. de milit. teſta.* ¶ Nativitate poſthumi præteriti, & nati ex filio exhæredato, non rumpitur teſtamentum avi. *Marc. de Mant. ſing. 561.* ¶ Quando Notarius de mandato teſtatoris coram ſeptem teſtibus cancellavit ſimpliciter teſtamentum, per ipſam cancellationem irritatur dictum teſtamentum. *Cravet. conſil. 228.* ſed quid, ſi teſtator dixerit, volo valere meum teſtamentum ſimpliciter, vel addiderit clauſulam, quia volo decedere inteſtatus, vel quia hæredes, quos ibi feceram, ſunt indigni, *vide ibid. & Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 92. & Bartol. in l. 18. de leg. 3.*

Cap. VII. Quando revocari poſſit, vel non.

Teſtamentum, qua ſolemnitate, ſine factura alterius teſtamenti, revocari poſſit, & de quadam ab infirmo extorta voluntate, an viribus ſubſiſtat. *D. Gaſpar. Theſſ. q. For. q. 56. lib. 1.* ¶ Teſtamentum ſecundum inter liberos factum, etiam coram duobus teſtibus, & minus ſolemniter, revocat primum, in quo extranei ſunt inſtituti. *Borg. Caval. deciſ. 27. de judic. vide Gom. Leo. deciſ. 5. in deciſ. diverſo. Tom. 2. l. 21. §. ſi quis. C. de teſtament. & Natt. conſil. 124. Tom. 1.* ¶ Teſtamentum contraria voluntate teſtatoris ſolemni revocatur, & etiam non ſolemni concurrente ſpacio decem annorum. *l. 27. C. de teſtamentis. Clar. in §. teſtamentum. q. 91. Bartol. ſingul. 182. Petr. de Raven. ſingul. 704. vide Abb. conſil. 11. libr. 1. & 18. eod.* & etiam alio caſu per teſtamentum minus ſolemne, cenſetur prius ſolemne revocatum, *vide ibid. Clar. qu. 97.* ¶ Clauſula, caſſans & annulans omne aliud teſtamentum, &c. ſcripta in ſecundo teſtamento invalido ex aliqua juſta cauſa, non revocat primum teſtamentum validum. *Joan. de Arnon. ſingul. 55. vide Bartol. in l. 18. num. 4. de legat. 3.* ¶ Ad revocandum teſtamentum ſufficit dicere coram ſeptem teſtibus, nolo teſtamentum meum valere, *vide Guid. Pap. quaſt. 200.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta extraneis in teſtamento, revocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato, *Bartol. in Authen. hoc inter liberos. §. ſi quis. C. de teſtamentis.* ¶ Pactum de futura ſucceſſione reciprocum inter fratres, licet valeat, eſt tamen revocabile. *Boer. deciſ. 204.* ¶ Codicillos quis poteſt mutare, etiamſi oppoſitum promiſerit, & juramentum poteſt revocare, qui conſenſit pacto futuræ ſucceſſionis. *Boer. deciſ. 204. numer. 19.* nam juramentum de non revocando teſtamento non tenet. *Bartol. in l. 5. §. idem reſpondent. ff. pro ſocio, vide Abb. conſil. 18. & 85. libr. 1. & conſil. 48. libr. 2.* ¶ Subſtitutio facta in teſtamento, revocatur per ſubſtitutionem factam in codicillis, etiam ſi fuerit facta de eadem perſona, *Cravet. conſil. 80.* ¶ Teſtamentum inter liberos, intelligitur habere clauſulam interrogatoriam, ut per illud revocetur primum (in quo extraneus erat inſtitutus) nulla facta mentione de ipſo primo, ſecus ſi in primo teſtamento erant inſtituti liberi: tunc enim primum non tollitur per ſecundum, niſi in ſecundo fiat mentio primi, illud nominatim revocando. *Boer. deciſ. 240. num. 6. vide Vicent. de Franc. deciſ. 399. part. 2. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q 98.* ¶ Teſtamenti revocatio, ipſius teſtamenti approbatione non impeditur. *Franc. Marc. quaſt. 824.* ¶ Per ſequens teſtamentum revocantur codicilli, niſi aliquo judicio confirmentur. *l. 5. ff. de jure codicill.* ¶ Qui confirmat codicillos poſteriores, videtur reprobare priores. *l. 8. §. fin. ff. eod.* ¶ Regulariter primum teſtamentum revocatur per ſecundum, *Dec. conſil. 489. & Clar. in §. teſtamentum. q. 94.* ſed quid, ſi in primo teſtamento appoſitum fuerit juramentum, *Clar. ibid. dict. quaſt. 94.* quod tale juramentum non obſtet, ſcribit *Bartol. in l. ſi quis in principio de legat. 3.* ¶ Revocatio teſtamenti jam conditi altero de duobus modis fit, expreſſa ſcilicet teſtatoris voluntate, vel tacita: expreſſa, quando teſtator expreſſe in ſecundo teſtamento revocavit primum: tacita, quando ſimpliciter fecit ſecundum teſtamentum, ſed de differentia harum revocationum, *vide per Menoch. dict. conſil. 176.* nam ultima voluntas poteſt mutari tacite, vel expreſſe, & ultima prævalet etiam ſine ſcriptura. *l. 5. C. famil. erciſc. & l. 19. C. de fideicommiſſ.* ¶ Marito blanditiis uxorem ad ſe hæredem inſtituendum inducere licet, niſi tamen alius teſtamento præcedente inſtitutus eſſet, nam tunc licet teſtamentum ſecundum valeat, tamen primus inſtitutus poterit petere illius revocationem per actionem de dolo. *Hippol. ſing. 527.* ¶ Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria uſque ad mortem, fallit in jure primogenituræ. *Ægid. Bellam. concluſ. 717.* & ipſa morte ultima voluntas confirmatur. *c. 6. ext. de celebrat. Miſſ.* ab illaque aſſumit vires & conſummationem. *Abb. conſ. 4. libr. 2.* ¶ Si conjuges ſimul faciant teſtamentum, ut utriuſque proximiores hæredes dimidiam hæreditatis accipiant, uno ex conjugibus mortuo, ſuperſtes revocare poteſt teſtamentum, quoad medietatem. *Mynſing. obſerv. 8. cent. 1.* ¶ Hærede inſtituto mortuo vivo teſtatore, teſtamentum redditur caducum, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. *Dec. conſil. 242. vide l. 22. §. fin. ff. de captivis.* ¶ Ex quibus conjecturis teſtator videatur receſſiſſe à priori voluntate, vide plene eundem *Mant. libr. 2. titul. 1.* ¶ Teſtamento revocato, omnia in eo ſcripta intelliguntur revocata, niſi ſint in poſteriore expreſſe repetita, *vide ibid. num. 36. & 38.* ¶ Ex quibus conjecturis defunctus videatur receſſiſſe à diſpoſitione derogatoria poſterioris voluntatis, *vide eundem eodem libro, titul. 8.* ¶ Teſtamentum revocatur, quando quis coram quinque teſtibus dixit, quod volebat decedere inteſtatus: idem, quando dixit velle habere ſuos hæredes venientes ab inteſtato. *Vincent. de Franc. deciſ. 287.* ¶ Teſtator ſi coram ſeptem teſtibus dixerit, nolo teſtamentum à me prius factum valere: quia volo inteſtatus decedere, venientes ab inteſtato inſtituere videtur, & revocare teſtamentum. *Dec. conſil. 581. & Menoch. conſil. 317. numer. 21. libr. 4.* ¶ Contractus etiam validus factus in teſtamento, ſicut ſemper poteſt revocari teſtamentum, ita & contractus ipſe. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſione. Rub. 7. §. 2. gloſſ. 7. vide tamen gloſſ. in addit. in §. 1. inſtit,*

ſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non liceat. & ſupra hoc tit. ¶ Nominatim & ſpecialiter dicitur teſtatorem prioris teſtamenti pœnituiſſe, cum revocat omne aliud teſtamentum per eum factum. *Bartol. in l. 2. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Poteſt quis teſtamentum pro parte reſcindere, alia firma remanente. *l. 14. §. filius qui. ff. de inoffic. teſta.* ¶ Ratio diverſitatis, cur legitimatus præteritus, vel non juſta ex cauſa exhæredatus, teſtamentum rumpat, non autem donationem cauſa mortis revocet, explicatur per eundem *Ozaſ. deciſ. 121. numer. 8.* ¶ Adoptione & arrogatione filii rumpitur teſtamentum, veluti agnitione ſui hæredis, donatio autem adoptione, ſive arrogatione non revocatur, *ibidem num. fin.* ¶ Voluntas teſtatoris tacita à contrario ſenſu ſumpta, per aliam tacitam voluntatem revocatur. *l. 92. de legat. 2.* ¶ Teſtator, ſi dicat velle ſuum teſtamentum valere, nec unquam per aliud poſſe revocari, & juret, poteſt tamen pœnitere, & ſecundum primi derogatorium conficere. *Guliel. de Lud. ſing. 77.* nec juramentum confirmat pactum, quo aufertur libera teſtandi facultas. *Bartol. in l. 57. num. 6. ff. de fidejuſſorib.* ¶ Quando teſtamentum perfectum revocetur per minus perfectum, *vide Guid. Pap. qu. 200.* ¶ Per ſecundum teſtamentum primum annulatum & irritum factum revocatur, licet in primo teſtamento adeſſet clauſula derogatoria ſecundo, ita ut non valeret ſecundum, niſi in ipſo eſſent talia verba expreſſe, & in ſecundo teſtamento adeſſet ſolum clauſula derogatoria primæ clauſulæ in genere, dummodo teſtator dicat ſe non recordari de verbis derogatoriis poſitis in primo teſtamento, alias ſecus, *vide Guid. Pap. q. 127.* nam onus illud ſpecificandi clauſulas derogatorias, ſolummodo imponitur ſcienti, & non immemori, vel non recordanti, *vide ibid.* & derogatio etiam ſpecialis dicitur, quando de mente conſtat, quod quis voluerit derogare diſpoſitioni præcedenti, ſed quando dicatur conſtare de mente, *vide per Cravec. conſil. 126.* ¶ Juramentum in ſecundo teſtamento adjectum, habet vim verborum derogatoriorum: ideo ſupplet defectum clauſulæ derogatoriæ, non appoſitæ in teſtamento; adeo quod primum (in quo erat clauſula derogatoria) revocetur. *Guid. q. 128. Ant. Trigo. ſing. 107. & Papon. lib. 9. tit. 6. arreſt. 19.*

Vel non.

In poteſtate inſtituti eſſe non debet, voluntatem teſtatoris irritam reddere. *Ozaſ. deciſ. 126. num. 15.* ¶ Si teſtator interrogatus à Notario, ſi intendebat teſtari, renuerit reſpondendo jam feciſſe teſtamentum, prout fecerat, & reliquerat multa Eccleſiæ pretioſa cauſa mortis, ſi deinde reperiretur iterum diſpoſuiſſe, ſecunda diſpoſitio ſic brevi tempore facta, non videtur ſufficere ad revocationem alterius diſpoſitionis ita deliberate factæ, *Gramm. deciſ. 73.* ¶ Revocato teſtamento, non videtur revocatum fideicommiſſum tacite junctum. *l. 48. ff. de jure fiſci.* ¶ Teſtamentum non revocatur propter reconvaleſcentiam teſtatoris, vel lapſum temporis decem annorum. *Ant. Trigo. ſing. 68.* ſed quomodo revocetur, *vide Bartol. in §. ex eo autem, inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* ¶ Primum teſtamentum reformatum in aliquibus, per ſecundum non cenſetur revocatum in totum, *vide Natt. conſil. 527.* imo ſi de teſtamento aliquid adimatur, in reliquis firmum remanet. *Ozaſch. deciſ. 52. num. fin.* ¶ Hæreditas directe dari, nec adimi poteſt in codicillis, ideo ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus in re certa pro ſua legitima, talis inſtitutio non poterit revocari in codicillis. *Hippol. ſing. 49.* ¶ Teſtamento ſimpliciter revocato, non cenſentur revocata legata ad pias cauſas. *Guid. Pap. qu. 200.* ¶ Inſtitutio facta in teſtamento, revocari non poteſt in codicillis, ſecus in fideicommiſſo, *vide Dec. conſil. 361.* ¶ Teſtamentum non revocatur per ſimplicem revocationem, niſi concurrat decennium. *Vincent. de Franc. deciſ. 287. part. 2. vide Papon. libr. 29. tit. 1. arreſt. 3.* ¶ Clauſula derogatoria appoſita in codicillis operatur, ut illi non revocentur per ſequentes codicillos, non facta mentione illius clauſulæ derogatoriæ, imo non revocantur etiam per ſequens teſtamentum, niſi revocetur illa derogatoria. *Cravet. conſil. 90.*

Cap. VIII. Quando irritetur, & fit nullum, vel non.

Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus, ſi teſtator ex illa infirmitate deceſſerit, irritatur teſtatore reconvaleſcente. *Bartol. in l. 56. ff. de hared. inſtit.* ¶ Teſtamenta & codicilli hæreticorum irritantur. *l. 4. C. de hæreticis.* ¶ Filia præterita non poteſt dicere teſtamentum patris nullum, ſi ſit excluſa à ſucceſſione per ſtatutum extantibus maſculis. *Vincent. de Franc. deciſ. 149. num. 7.* ¶ Teſtamentum ejus, qui ſe dedit ad arrogandum irritatur, niſi, poſtquam factus fuerit ſui juris, nova voluntate approbetur. *l. pen. §. teſtamento ff. de bono. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Quando teſtamentum fiat irritum, vel propter capitis diminutionem, vel ſtatus mutationem in meliorem conditionem, aut propter delicta, *vide in l. 1. §. exigit. ff. de bon. poſſ. contr. tab.* ¶ Teſtamentum factum per hæreticum, vel per eum, qui inciderit in crimen læſæ Majeſtatis, ante delictum irritetur. *Bartol. in l. 18. ff. de teſtamentis.* ¶ Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, eſt ipſo jure nullum. *l. 30. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Licet teſtator ſe ipſum interficiat, teſtamentum ejus non irritatur, ſi tempore, quo teſtatus eſt, erat ſanæ mentis, niſi ſe interfecerit metu futuræ pœnæ alicujus delicti per eum commiſſi. *l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. facit. l. 35. ff. de milit. teſtam.*

Cap. IX. Quando infirmari poſſit, vel non.

Proteſtatio præcedens poteſt infirmare proteſtationem ſubſequentem, *vide Put. deciſ. 421. libr. 3.* quando verba derogatoria habeant impedire diſpoſitionem infactam, *vide Bartol. in conſil. 83. volum. 2.* ¶ Codicilli facti ab inteſtato, non infirmantur agnitione poſthumi, ſecus ſi ſint facti ex teſtamento. *l. 36. ff. eod. vide de codicill. infra tit. prox.*

Cap. X. Quando annulletur, vel non.

Si teſtator teſtamentum à ſe conditum incidat, vel cancellet, annullatur hujuſmodi teſtamentum, quod ſine difficultate procedit in teſtamento in ſcriptis, ſed quid in teſtamento nuncupativo, *vide eund. Clar. q. 93.* ¶ Ultima (max. in ultimis voluntatibus) prioribus derogant, unde ſi quis à principio teſtamentum ſolemne fecerit, deinde Religionem ingreſſus aliud teſtamentum fecerit, coram duobus teſtibus tantum poſterius teſtamentum prius violat. *Hippol. ſing. 566.* nam teſtamentum factum ab eo, qui ingreſſus eſt Religionem, poteſt per eum revocari, niſi ſit de ordine Fratrum Minorum. *Bartol. in l. 14. ff. de donat. inter vir. & uxor.* ſed an per ingreſſum Religionis teſtamentum irritetur, *vide gloſſ. in c. ſi qua mulier 19. quæſt. 3. & in Authen. ſi qua. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Teſtamentum cauſa præteritionis, vel exhæredationis quomodo irritetur, *vide Bartol. in Authen. ex cauſa. C. de liber. præterit. vel exharedat. infra. tit. de exhared. & prater. liber.* ¶ Teſtamentum damnati ad mortem, ante factum irritatur, ſed quare, *vide Natt. conſil. 178. & Bartol. in l. 29. ff. de pœnis.* ¶ Qui perdit in actione falſi, non prohibetur dicere teſtamentum nullum. *l. 50. ff. de petit. hared.* ¶ Si exhæredatio facta in conditionis defectum non poſſit confirmari aditione, teſtamentum eſt nullum. *l. 28. ff. de liber. & poſthum.*

¶ Inſtitutio filii, qui poſtmodum deportatur, irrita eſt. *Boer. conſ. 1. num. 12.*

Cap. XI. Quando vitietur, vel non.

Inimicitiæ ſupervenientes, & teſtamentum imperfectum, hæredis inſtitutionem non vitiant, ſed legatum ſic. *l. 22. ff. de adimen. legat. Bartol. conſ. 38. vol. 1.* ¶ Teſtamentum filii illius, qui erat captus ab hoſtibus, an extinguatur, ſi filius deceſſerit antequam pater revertatur, *vide Bartol. in l. 13. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.*

Cap. XII. Quæ præſemntur.

Teſtamentum ſecundum prævalet, & teſtamenta duo, quando continent unum, & idem non valet. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. num. 19.* idem in teſtamentis eodem die confectis, *ibid. num. 32.* & teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſimpliciter factum, *Abb. conſil. 41. libr. 2.* ¶ Ultimum teſtamentum prævalet, non obſtante clauſula derogatoria, & confirmatione præcedentis teſtamenti, facta per filios promittentes acquieſcere præcedenti animo ita conſentiente teſtatore. *Dec. conſil. 475.* ¶ Clauſula ſpecialis derogatoria appoſita in primo teſtamento, non tollitur per alteram generalem oppoſitam in ſecundo: ideo hoc caſu prævalet primum teſtamentum. *Put. deciſ. 81. Rot. Aven. in deciſ. diverſo. Tom. 3. & Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 4.* tamen clauſula derogatoria ex teſtamento appoſita, non tollit vires ultimi teſtamenti, *vide eundem Rotam dict. deciſ. 18.* ¶ Quando apparent duo teſtamenta eadem die confecta, nec conſtat de prioritate, quid juris. *Bart. in l. 9. tit. de teſtamen. in genere.* ¶ Teſtamentum factum cum proteſtatione, quod non tollatur per aliud teſtamentum, niſi in illo ſit forma quædam verborum, prævalet ſecundo, ubi ſecundum illam non continere intellige, & amplia ut per *Natt. conſ. 639. vide Bartol. in l. ſi quis in principio de leg. 3. in Auten. de teſtamentis imperfect. in conſ. 21. vol. 1. in conſ. 76. & 83. vol. 2. Jaſ. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.*

Cap. XIII. Quæ fieri poſſint, vel non.

Hæreditas data teſtamento, etiam per vulgarem ſubſtitutionem in codicillis adimi non poteſt, maxime concurrente falſa cauſa, ex qua teſtator fuit motus ad revocandum dictum teſtamentum. *Mago. deciſ. 4. Rot. Flor.* ¶ Hæreditas licet dari non poſſit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari unum ex hæredibus indignum eſſe. *Dec. conſ. 361. num. 5.* ¶ Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initum ſine vitio cœperint. *Reg. 201. de reg. jur.* ¶ Quomodo & quando legata adimantur, *vide infra tit. de adimendis legatis.* ¶ Hæreditas, an ſemel data, ipſo jure poſſit adimi per deletionem. *Bartol. lib. 1. §. & hæreditatis. ff. de his, quæ in teſtament. delent.* ¶ Exhæredatio filii juſte facta videtur adempta, ſi pater ſe reconciliavit cum filio. *Bartol. in l. 3. §. non ſolum. ff. de adimend. legat.* ¶ Si inſtitutus, cui fuerat datus ſubſtitutus in primo teſtamento, deceſſerit vivo teſtatore, qui dictum teſtamentum revocaverat, & ſecundum ſine ſubſtitutione fecerat, ſubſtitutus in primo teſtamento admittetur. *Bartol. in conſ. 38. vol. 1.* ¶ Licet teſtamentum ultimum non valeat, quia in eo ſint inſtituti non capaces, tamen à ſcriptis in primo teſtamento hæredibus aufertur hæreditas, non autem prælegata, niſi aliter teſtatorem voluiſſe appareat. *l. 12. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.*

Vel non.

Teſtator ſi legaverit uxori omne frumentum, quod in domo habebat, & illud conſumat, ſi tantundem reponat, non cedit uxoris lucro, niſi idipſum repoſitum ſit per modum ſubrogationis. *Marc. de Mant. ſing. 650.* ¶ Voluntas teſtatoris, quando eſt dubia, ſuper ea fundamentum fieri non poteſt. *Curvett. conſ. 143. num. fin.* ¶ Hæreditas in codicillis directo adimi non poteſt, ſed ſi in illis hæredes reputentur indigni, aufertur eis hæreditas, & applicatur fiſco. *l. 4. C. de his, quib. ut indig. hæred. auſer.*

Cap. XIV. Quæ debeantur, vel non.

Rupto teſtamento per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, adhuc debentur legata relicta liberis & parentibus, ſeu aliis conjunctis perſonis in edicto Prætoris expreſſis. *l. 1. C. de bono poſſeſſ. contr. tabul.* ¶ Quando ſecundum teſtamentum propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, non valet, legata ex hoc ſecundo relicta, non debentur virtute clauſulæ codicillaris. *Menoc. d. conſil. 170. num. fin.*

Cap. XV. Qui effectus producantur.

Hæres ex teſtamento revocato per ſecundum, in quo eſt alius hæres, ſi debitores hæreditarios exegerat, inſtitutus in ſecundo non poteſt ab eo petere, quod exegit. *Barth. de Cap. ſing. 44.* ¶ Clauſula codicillaris habet locum, etiamſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris, nempe ut venientes ab inteſtato cenſeantur rogati de reſtituenda hæreditate. *Dec. conſ. 369. num. fin.* ¶ Quid operetur clauſula, & hanc dixit eſſe ſuam ultimam voluntatem, quam præferre vult omnibus aliis, *vide per Dec. conſ. 475. num. 12.* ¶ Neque pollicitatio, neque ſtipulatio, neque tranſactio aliquem obligant faciendi alterum hæredem, ſed hæ diſpoſitiones nullius ſunt momenti. *Bartol. in l. 4. C. de tranſact.* quia quis non poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere. *Abb. conſ. 48. lib. 2.* ¶ Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. *l. 35. §. Lucius de legat. 2.* & econtra diſpoſitio generalis ſequens derogat ſpeciali præcedenti, quando cadit inter gravatos. *l. 68. §. cum, qui de leg. 2.* ¶ Clauſula, omni meliori modo, habet vim clauſulæ derogatoriæ ad primum teſtamentum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 177. num. 7.*

Cap. XVI. Quæ valeant, vel non.

Revocatio teſtamenti, facta coram tribus teſtibus & Notario, valet, quando tendit in favorem liberorum, & inducit æqualitatem inter eos, *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 21.* ¶ Si teſtamentum aliqua cauſa rumpatur, amota ipſa cauſa, qua rumpebatur, convaleſcit teſtamentum. *Bald. ſing. 99.* ¶ Approbatio hæredis approbantis teſtamentum non ſolemne, facit ipſum ad præſtationem relictorum teneri. *l. 16. C. de teſtam.* ¶ Poſthumus præteritus ſi naſcatur, & moriatur vivo reſtaiore, teſtamentum, quod ejus præteritione erat ruptum, reconvaleſcit de jure Prætorio, quoad hæredis inſtitutionem, & legata in eo relicta, ſecus ſi decedat poſt mortem teſtatoris. *Marc. de Mant. ſing. 80. & 169.* quando poſthumus præteritus rumpat teſtamentum. *Bartol. in l. 2. C. de poſthum. hæred. inſtituen.* ¶ Favore liberorum ad hoc, ut ſecundum teſtamentum ſubſiſtat, cenſetur appoſita clauſala derogatoria ad præcedentia & ſequentia teſtamenta. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 2.* ¶ Teſtamentum inter liberos valet, conditum coram duobus teſtibus, ad ejus tamen revocationem ſeptem requiruntur. *Natt. conſ. 442. n. 3. & 7. facit §. & ſi quidem, Authen. de teſtam. imperfect.* ¶ Pater facto teſtamento inſtituit filium, & mandavit, ſi vita functus filius filia nupta (quæ renunciaverat bonis patris) conquereretur, quod ultra dotem numeratam haberet, puta centum: vivente teſtatore moritur filius hæres, rogatus pluries teſtator, an vellet aliter teſtari, quam olim teſtatus fuerat, reſpondit nolle, tunc licet teſtamentum efficiatur caducum, tamen frater teſtatoris excludit filiam, quæ renunciaverat, *Menoch. conſ. 6. vol. 1.* ¶ Quando primum teſtamentum fuit irritatum per ſecundum jure perfectum, ſi poſtea ſecundum fuerit annulatum, primum reconvaleſcit de æquitate prætoria, ſed quando, *vide Menoch. conſil. 176. libr. 2.* ¶ Teſtamentum ruptum per ſecundum, poteſt ex poſtfacto convalidari, quando appare-

Digitized by Google

appareret de voluntate teſtatoris, & hoc ſaltem ope exceptionis, quod procedit, quando teſtator incidit ſupremas tabulas, ut priores validaret, ſecus qoando in ultima voluntate confirmat primum teſtamentum: quia tunc non poteſt convalidari, niſi in vim fideicommiſſi. *Marc. quaeſt. 305. num. 9.* ¶ Filius præteritus tacendo videtur approbare teſtamentum, quod tunc reconvaleſcit. *gloſſ. in l. 2. ff. de except. rei judic. & Bartol. in l. 2. C. de poſthum. hared. inſtituen.* ¶ Teſtamentum patris, in quo filius eſt prætetitus & nepos, vel alii venientes ab inteſtato inſtituti, ſi filius præteritus mortuus eſt in vita patris, confirmatur. *Bartol. in l. 5. ff. de regul. Catonia.* ¶ Teſtamentum, in quo eſt præteritus filius jam natus, an reconvaleſcat, ſi is moriatur vivo teſtatore. *Bartol. in l. 36. §. Lucius Titius. ff. de donat.* ¶ Teſtamentum non habens juris ſolemnitates, in foro conſcientiæ debet obſervari. *Mant. de conject. ult. volunt. libr. 2. tit. 14.* ¶ Donatio facta in pœnam mutationis teſtamenti, an valeat, & quid, ſi hæres promittat legatariis aliquid dare. *Clar. §. teſtamentum. q. 95.* ¶ Teſtamentum filii, cujus pater fuerat deportatus, & poſtea reſtitutus, an valeat, *vide gloſſ. in §. minores in verbo, nisi l. fin. C. de ſenten. paſſ. & reſtit.* ¶ Quando filius eſt inſtitutus inſolidum, vel pro parte in primo gradu, poteſt præteriri à ſequenti grado, & valebit teſtamentum. *l. 14. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Valet teſtamentum decedentis, appellatione cauſæ criminalis pendente. *l. 13. § fin ff. de teſtam.* ¶ Diviſio jurata facta à patre reſervata ſibi teſtandi facultate (ſaltem de bonis quærendis) inter filios valet, ſi ſit in vim contractus, nec poſtea poterit revocari per patrem, etiam obtenta abſolutione à juramento, ſecus ſi eſſet facta in vim ultimæ voluntatis. *Ozaſ. deciſ. 125.* ¶ Teſtamentum in dubio non videtur habere aliquam clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamenta, etiam ſi apponantur illa verba, & voluit teſtator hoc ultimum teſtamentum etiam in vim donationis, & omni meliori modo, valere. *Cravet. conſ. 25.* ¶ Poſthumus poſt teſtamentum natus, in eoque præteritus, an ex clauſula codicillari, ſi non valet, ſeu valebit, &c. ſit fideicommiſſo gravatus. *Rol. conſ. 7. vol. 4. And. Gail. obſerv. 114. libr. 2. Jac. Put. deciſ. 234. lib. 2.* & primum teſtamentum valeat jure fideicommiſſi. *Mant. tract. de conject. ult. volun. lib. 12. tit. 1. n. 14.*

Vel non.

Quando teſtator dixit in primo teſtamento, quod ſi contingat aliquod aliud teſtamentum fieri, voluit non valere, & eo caſu voluit intelligi & haberi, ac ſi mortuus fuiſſet ab inteſtato, tunc ſecundum teſtamentum non valebit, primo firmo remanente. *Menoch. conſ. 107. lib. 2.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit ceſſante impedimento, ſecus in codicillis. *l. 1. §. ſed & filiusfam. & ibid. gloſſ. de leg. 3. vide l. 19. ff. de teſtam.* nam, quæ inutilis ab initio fuit inſtitutio, temporis tractu convaleſcere non poteſt. *Reg. pen. ff. de reg. jur.* ¶ Subſtitutio facta in legato, vel hæreditate cauſa certæ infirmitatis, ſi teſtator liberetur ex illa, & moriatur ex altera, evaneſcit. *Bartol. in l. 30. §. cum poſt. ff. de adimen. legat.* ¶ Donatio facta de omnibus bonis in pœna mutationis teſtamenti non valet, ſecus ſi fiat de re legata in particulari. *Dec. conſ. 294.* ¶ Teſtamenti revocatio ſine hæredis inſtitutióne, non valet. *Marc. q. 305. numer. 11.* ¶ Secundum teſtamentum, quo primum per fraudem & ſobornationem revocatur, non valet. *Franc. Marc. q. 129. part. 2.* nam teſtamentum dolo conditum, aut nullum eſt, aut reſcindi debet Principis reſcripto. *Cravet. conſ. 143. num. 8.* ¶ Nepos ex filio hæretico, neceſſario ab avo eſt inſtituendus; alias non valet teſtamentum. *Gomez. Leo. deciſion. 81. in deciſ. diverſo.*

¶ Notarius debet ſervare teſtamentum cancellatum, juſſu teſtatoris. *Cravet. conſ. 228.* ¶ Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. *l. 129. ff. de verb. & rer. ſignif.*

TITULUS DXCVI.

De codicillis, & jure codicillorum.

Generalia.

Clauſula codicillaris quando locum habeat, & de ejus vi & effectu. *Guid. Pap. q. 513. Bart. in Auth. ex cauſa. C. de liberis prætericis, & in l. filio præterito, ff. de injuſto rupto.* ¶ De conjecturis, quæ habent locum in codicillis, *Mant. lib. 6. tit. 4.* ¶ De intellectu legis fin. C. de codicill. *vide Bart. in conſ. 67. volum. 2.*

Cap. I. Clauſula codicillaris, codicilli, qui dicantur.

Codicillus etiam in ſingulari numero reperitur, *in l. generali. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Juramentum teſtatoris habet vim clauſulæ codicillaris. *Gail. obſerv. 114. num. 14.* ſed quando, *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 9. Hippol. ſing. 504. facit l. 79. §. filius de leg. 2.* ¶ Clauſulæ habentes vim clauſulæ codicillaris, quæ ſint. *Boer. deciſ. 33. num. 10. & 11.* ¶ Codicillus nihil aliud eſt, quam juſta ſententis de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit abſque hæredis inſtitutione. *Franciſc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 8.* ¶ Invalidum teſtamentum vim codicillorum non habet. *l. 29. C. de fideicomm.* niſi addita clauſula codicillari. *l. 11. C. de teſtam. manumiſſ.*

Cap. II. Quales ſint.

De epiſtola fideicomiſſaria, & quando differat à codicillis. *Mant. lib. 1. tit. 11.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An in teſtamento inter liberos clauſula codicillaris non adſcriptæ intelligenda ſit. *Vand. var. quaeſt. libr. 1. q. 27.* ¶ Id, quod ex animo noſtro pendet, intelligimor facere omni jure, quo melius facere poſſimus, ad hoc ut actus valeat. *l. 3. ff. de milit. teſtam.* & voluntas diſponentis, quæ legibus non repugnat, pro lege ſervatur, *§. diſponat, Auth. de nupt.* ¶ Clauſula, ſi non valet jure teſtamenti, &c. an trahatur ad hæredis inſtitutionem. *Bart. in l. 12. §. ſi paganus. ff. de injuſto rupto.* ¶ Si teſtator jubet in codicillis aliquem eſſe contentum certa re pro his, quæ in teſtamento reliquerat, intelligitur de relictis pure, non ſub conditione. *l. 27. §. Pompon. de leg. 3.*

Vel non.

Clauſula codicillaris intelligi non poteſt, niſi dicatur. *Boer. deciſ. 33. nu. 8. Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 1. tit. 9.* ¶ Fallit in teſtamento inter liberos. *Boer. deciſ. 240. nu. 6. Cravet. conſ. 34. Ant. Trigo. ſing. 104. Clar. in §. teſtamentum q 8.* quod limita. *Marc. de Mant. ſing. 216.* ſed in quibus aliis caſibus debeat intelligi. *Mant. ibid. libr. 1. tit. 9.* ideo alias teſtamentum ratione ſolemnitatis imperfectum, non valebit (ex aliqua juris interpretatione) jure codicillorum. *Boer. deciſ. 33. num. 9.* ¶ Transactio non porrigitur ad codicillos poſtea repertos. *l. 3. §. cum, & l. 12. ff. de tranſact.*

Cap. IV. Quæ requirantur.

Ad confirmationem codicillorum, an requiratur, quod ſit adita hæreditas. *Bart. in l. 2. C. de teſtam. manumiſſ.* & an relicta in codicillis, requirant confirmationem per ipſam aditionem ab inteſtato. *Bart. in l. 18. §. ſervus. ff. de hæred. inſtit.* ¶ In omni ultima voluntate (teſtamento excepto) ſufficiunt quinque teſtes, vel rogati,

aut fortuiti, etiam ſi duæ ex illis fœminæ exiſtant. *Guid. q. 538.* nam mulier poteſt eſſe teſtis in codicillis. *Bartol. in l. 9. ff. de ſtatu hom. & in l. 20. §. cum. ff. qui teſtamen. fac. poſſ.* ¶ Teſtamentum quando non valet, ut valeat jure codicilli, quæ requirantur. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint in codicillis.

Hæreditas, licet dari non poſſit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari unum ex hæredibus indignum eſſe. *Dec. conſil. 361. volum. 2.* & tunc hæreditas applicatur fiſco. *l. 4. ff. de his. quib. ut indig. hæred. auſer.* & codicilli videntur annullati, annulato teſtamento, *ibid.* an revocentur rupto teſtamento, *Bartol. in l. 38. §. ſervus ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento extraneis, revocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato. *Bartol. in Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis autem. C. de teſtam. Bartol. in l. 37. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Hæreditas directe dari, nec adimi poteſt in codicillis: ideo ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus, non poterit revocari inſtitutio per codicillos. *Hippol. ſing. 49. Bartol. in l. 19. C. de pact.* ¶ Codicillis non poteſt apponi conditio hærede pure teſtamento inſtituto: quia ipſis codicillis hæreditas directo dari, neque adimi poteſt. *l. 27. §. fin. ff. de condit. inſtitut. quod procedit in pagano,* ſecus in milite. *l. 37. ff. de milit. teſtam.* ¶ Conditionem, modum, qualitatem, & ſimilia adjecta in teſtamento, cenſeri repetita in codicillis, tradit *Menoch. conſil. 333. lib. 4. num. 6.*

Cap. VI. Qui codicillari, & facere poſſit, vel non.

Codicillari & legare quis nutu poteſt, dummodo ſtet in recto ſenſu, ſed an hoc procedat præcedente interrogatione alterius. *Gram. deciſ. 73. num. 6. 34. & 35.* ideo codicilli ſolo nutu teſtatoris tenent capite annuendo abſque aliqua expreſſione verborum, dum tamen memoria læſa non ſit. *ibid. num. 35.* ¶ Codicillos poteſt quis facere ſine teſtamento, ſed quando tunc poſſint confirmari, diſtingue, aut apparet de teſtamento, & hoc caſu capiunt vires ex teſtamento, aut non conſtat, vel dicitur nullum, & tunc venientes ab inteſtato, videntur rogati reſtituere hæreditatem per modum fideicommiſſi, & ſecundum formam codicillorum, & capitur hæreditas à venientibus ab inteſtato, ac ſi per fideicommiſſum eſſet relicta. *Guid. Pap. quæſt. 323. vide Franciſ. Marc. quæſt. 319.* quid, quando teſtator dixit, quod valeat teſtamentum jure cujuslibet ultimæ voluntatis, *vide Guid. quæſt. 323.*

Vel non.

Qui inſtituit hæredem, vel filium exhæredat, cenſetur voluiſſe teſtari, & non codicillari: ideo ſi talis diſpoſitio non valeat ut teſtamentum, non valebit etiam ut codicillus. *l. 14. C. de teſtamen.* nam inſtitutiones & exhæredationes non fiunt in codicillis. *gloſſ. ibidem.* ¶ Filiusfamilias etiam hodie non facit codicillos, & codicilli facilius confirmantur, quam teſtamentum. *Bartol. in l. 2. de legat. 1.* ¶ Qui elegit viam teſtamenti inſolemnis, non poteſt deinceps variare, & agere virtute codicillorum, *per l. fin. C. de codicill. Afflict. deciſ. 134. Boer deciſ. 33. n. 13. vide Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53.* quæ procedunt, quando agitur per viam actionis; ſecus quando proceditur per viam exceptionis: quia tunc admittitur variatio. *Afflict. deciſ. 134.* & codicillus large dicitur teſtamentum, *ibid.* ¶ Agenti vigore codicillorum, non competit petitio hæreditatis directa, ſed actio ex teſtamento. *Guid. Pap. qu. 323. num. fin.* item non competit remedium *l. fin. C. de edict. divi Adr. toll.* ¶ Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo teſtamenta. *l. fin. C. quemad. teſt. aper.*

Cap. VII. Quæ debeantur, vel non.

Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaris, an legata debeantur ab inteſtato. *Bartol. num. 22. in Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* ¶ Licet hæreditas non ſit adita, legata tamen debentur propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. *Dec. conſ. 652. num. 12.* dicta clauſula etiam operatur, quod videantur rogati in teſtamento ſcripti hæredes, ut ſi teſtamenti in eo contenta. *Afflict. deciſ. 69. num. 3.* ¶ Legata ab uno nominatim in codicillis relicta, quando debeantur à venientibus ab inteſtato, *vide per Bartol. in conſ. 205. vol. 1. num. fin.* ¶ In legatis eorum, quæ in codicillis relicta ſunt, perinde dies cedit, atque teſtamento relictorum. *l. quod pure. ff. quando dies legat. ced.* ¶ Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum: ideo legata relicta in teſtamento approbato, & diminuta per codicillos, ſolum debentur juxta codicillorum tenorem *Crav. conſ. 257.* ¶ Quando ſecundum teſtamentum non valet propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, legata ex eo ſecundo teſtamento relicta non debentur, etiam virtute clauſulæ codicillaris. *Menoch. conſ. 170. lib. 2.* quid operetur dicta clauſula appoſita teſtamento ſecundo invalido, *vide Bartol. in l. 18. de leg. 3.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus codicillorum & clauſulæ codicillaris.

Clauſula codicillaris non operatur, niſi concipiatur per verba futuri temporis, ſecundum *Cravet. conſil. 34. vide Bartol. in l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat.* quid, quando concipitur per verba præſentis temporis ſubjunctivi modi, *vide eundem Cravet. conſil. 69.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur contra voluntatem teſtatoris: ideo ſubſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſariam ex clauſula codicillari, quando repugnant verba & mens teſtatoris. *Cravet. conſil. 210.* tamen *vide ibid. & Dec. conſil. 205. & 292.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, ut legata peti poſſint, licet teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis. *Dec. conſil. 240.* & tunc relicta debentur à venientibus ab inteſtato, *idem conſil. 321.* nam dicta clauſula operatur legati repetitionem à venientibus ab inteſtato. *Vicent. de Franc. deciſ. 1. num. 12. Bartol. in l. 6. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonam ſorore præterita, non operatur, ut ſoror videatur gravata de reſtituendo hæreditatem per fideicommiſſum illi turpi perſonæ hæredi inſtitutæ. *Franc. Cremen. ſingul. 91.* an tunc ſuſtineatur teſtamentum virtute dictæ clauſulæ, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Perilluſtr. D. Præſ. Theſ-ſaur. deciſ. 128.* ¶ Clauſula codicillaris conſervat legata facta in teſtamento, in quo poſthumus fuit præteritus. *Bartol. conſil. 204. volum. 1.* quid ſi ignoranter fuiſſet præteritus, *vide eundem conſil. 210. eod. volum.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt quæſtio voluntatis. *idem Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. numer. 58. Dec. conſil. 394. numer. 9.* ¶ Clauſula codicillaris etiam concepta per verba futuri temporis, an operetur poſthumo præterito, *vide Jacob. Put. deciſ. 234. libr. 2. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 1. numer. 14. Bartol. in l. 8. ff. de auro & argento. lega. & in l. 2. de legat. 3. in conſil. 6. & 20.*

lib.

lib. 1. an tunc poſthumus detracta legitima cenſeatur gravatus de hæreditate reſtituenda hæredi ſcripto, *vide Andr. Gail. obſervat. 114. lib. 2. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1.* pro affirmativa ſcribunt *Roland. conſil. 7. volum. 4. & Petr. de Raven. ſingul. 740.* ¶ Quod clauſula codicillaris expreſſa concepta per verba futuri temporis, faciat valere teſtamentum, in quo poſthumus fuit etiam ignoranter præteritus (ſecus in tacita) ſcribit *Cravet. conſil. 34. vide tamen Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. qu. 46. vide etiam Excell. Praſ. Theſſaur. deciſ. 141.* quo loci traditur Reg. cum ampliationibus, limitationibus, ſed an tunc poſthumus detrahat duas quartas, *d. deciſ. 141. num. fin.* ¶ Dicta concluſio max. procedit, ſi teſtator longo tempore poſt nativitatem poſthumi ſupervixerit. *Rol. conſ. 7. num. 30. vol. 4.* ¶ Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos, non exiſtentibus maſculis, ſi fuerit præterita, dicit teſtamentum nullum, ſed vigore clauſulæ codicillaris reſtituit hæreditatem hæredi ſcripto, retenta legitima. *Bartol. conſ. 44. vol. 1.* ¶ In caſu teſtamenti invalidi venientes ab inteſtato, virtute clauſulæ codicillaris cenſentur gravati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto detracta quarta trebellianica, quæ inſtituto pio loco non debetur. *Vinc. de Franc. deciſ. 63. num. 4. Afflict. deciſ. 125. Guid. Pap. q. 343. Dec. conſ. 369.* & hi ſint filii detracta legitima. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 8.* & præmiſſa procedunt teſtamento rupto. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 53.* ¶ Clauſula condicillaris operatur, quod caducata inſtitutione per mortem inſtituti, habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 156.* nam eſt locus dictæ clauſulæ, etiamſi inſtitutus moriatur vivo teſtatore. *Dec. conſil. 369. Hippol. ſing. 544.* ¶ Clauſula codiciliaris hodie ex quadam conſuetudine Notariorum apponitur: ideo non debet ſemper operari, nec debet extendi ad non veriſimilia. *Andr. Gail. obſerv. 114. libr. 2. nu. 9. Mant. de conject. ult. volun. libr. 1. tit. 10.* ¶ An & quando admittatur declaratio contentorum in teſtamento, à codicillis ſumenda, *Magon. deciſ. 4. Rot. Flor.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, quod verba, quiſquis mihi hæres erit, in teſtamento appoſita, faciat legatum conditionale. *Bart. in l. 3. de leg. 1.* ¶ Subſtitutio facta in codicillis, revocat inſtitutionem factam in teſtamento prius facto, etiamſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diverſa tamen conditione. *Cravet. conſ. 80.* ¶ Clauſula derogatoria appoſita in codicillis operatur, quod illi non revocentur per ſequentes codicillos, non facientes mentionem illius clauſulæ derogatoriæ, imo non revocantur per ſequens teſtamentum, niſi revocetur illa clauſula. *Cravet. conſil. 90. num. fin.* ¶ Confirmatio codicillorum futurorum facta tempore inhabili, non impedit libertatem poſtea in eis praſtari tempore congruo. *l. 1. C. de teſtam. manumiſſ.* ¶ Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, quoad animam retinet hæreditatem, tamen conventus in judicio condemnatur ad reſtitutionem, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. *Capic. deciſ. 89.* ¶ Quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, & adeſt clauſula codicillaris, proximiores cenſentur eſſe rogati de reſtituendo hæreditatem hæredi ſcripto, & tunc filius detrahit ſolummodo legitimam. *Guid. Pap. quæſt 52. in fin. Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* non etiam trebellianicam, ex quo gravamen eſt purum. *Cravet. conſil. 242. & conſil. 245. Dec. conſil. 311. Roland. conſil. 71. numer. 67. volum. 2. & Bartol. in l. 8. §. meminiſſe. ff. de teſtam.* ¶ Clauſula codicillaris facit, quod ſubſtitutio directa trahatur ad fideicommiſſariam. *Franc. Marc. q. 172. num. fin. part. 2. Cravett. conſil. 305. Dec. conſil. 205. & Math. Matheſ. ſingul. 40.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

An codicilli valeant, ſi teſtamentum nullius fuerit momenti. *Vau. lib. 1. q. 19.* ¶ An ſcripta in codicillis jure directo valeant, ſi ſpecialiter teſtamento codicilli confirmati non ſint. *Cujac. lib. 28. obſerv. cap. 7.* ¶ An hæreditas directo codicillis relicta retineri poſſit jure directo, an obliquo, nempe per fideicommiſſarium. *Vand. var. q. libr. 2. q. 12.* ¶ An teſtamentum injuſtum ad defectum ſolemnitatum ſuſtineri poſſit in vim codicilli, ſi teſtator dixerit ſe nolle juris ſolemnitatem ſervare. *Vand. var. q. libr. 1. q. 20.* ¶ Teſtes non oportet eſſe rogatos in codicillis, ideo teſtamentum, in quo adeſt clauſula codicillaris, valebit, etiamſi in eo teſtes non eſſent rogati. *Boer. deciſ. 33.* ¶ Subſtitutio facta à pagano poſt pubertatem, ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, quando adeſt clauſula codicillaris. *Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* ¶ Valet inſtitutio facta codicillis teſtamento confirmatis, quia licet codicillis hæreditas dari non poſſit, tamen ex teſtamento hoc caſu data videtur. *l. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. 10. ff. de condi. inſtitut.* ¶ Si in teſtamento non intervenerunt, niſi quinque teſtes, & nulla adſit hæredis inſtitutio, tale teſtamentum valebit in vim codicillorum, licet fuerit productum in judicio uti teſtamentum. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 32.* ¶ Quando in teſtamento eſt appoſita clauſula, omni meliori modo, valebit teſtamentum eo modo, quo fieri poterat recte, licet aliter ſit ſcriptum. *Thom. Minad. deciſ. 43. num. 12. vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 118. Vinc. de Franc. deciſ. 156.* quid operetur hæc clauſula, *Cravet. conſil. 142. 305. & 362. n. 15. Dec. conſil. 77. Hippol. ſing. 36.* ſed hæc clauſula non facit, ut valeat jure codicillorum, ſi hoc non fuerit dictum. *Boer. deciſ. 33. num. 8.* ¶ Codicilli facti in captivitate valent, captivo reverſo, ſi ante captivitatem fuerant teſtamento confirmati. *l. 12. §. codicilli. ff. de captivis.*

Vel non.

Si teſtamentum jure non valeat, ea ſcriptura, quam teſtator teſtamentum eſſe voluit, codicillos non facit, niſi hoc dictum ſit, vel niſi inter liberos. *l. 41. §. quod ſi hæredem, verſ. quaita. ff de vulgari. & ibid. gloſſ. vide l. 11. de legat. 3.* nam quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valet jure teſtamenti, non poteſt valere jure codicillorum. *Put. deciſ. 79. lib. 1.* ¶ Clauſula codicillaris ſi ſit adjecta in teſtamento, illud non valebit jure codicillorum, facto ſecundo teſtamento, niſi in ſecundo fiat mentio de primo, *Guid. Pap. quæſt. 323. num. 3.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit impedimento ceſſante: ſecus in codicillis, quibus relinquebatur fideicommiſſum. *l. 1. §. ſed ſi filius de legat. 3.*

TITULUS DXCVII.

De inutilibus diſpoſitionibus circa ultimas voluntates.

Cap. I. Quæ attendantur.

VEriſimilitudo attenditur in erronea teſtatoris diſpoſitiune. *Vincent. de Franc. deciſ. 1. n. 11.* ¶ Conditiones plures à jure rejiciuntur, quando publicæ utilitati adverſantur, & turpitudinem in ſe continent. *Ozaſc. deciſ. 126.* ſed quando fatuæ mentes teſtatorum non debeant attendi. *Boer. deciſ. 23. num. 65. & 66.* alias teſtatoris mens adeo attendi debet, ut licet diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea non ſit recedendum, *idem Ozaſ. d. deciſ. 126. num. 25.* ¶ In inſtitutione conditionali

non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. *Rand. tract. de Analog. c. 25. n. 48.*

Cap. II. Quæ intelligantur.

Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à jure dicitur continere impoſſibile de jure, *Bartol. lib. 1. minori. c. 3. n. 5.* ¶ Quod dicitur utile per inutile non vitiari, quomodo intelligatur, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 246.* ¶ Legatum factum filiæ, an intelligatur habere vim relicti, titulo inſtitutionis, *Bart. conſ. 151. & conſ. 153.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Jus ubi exigit aliquid ſub certa forma, ſeu qualitate, tunc non ſufficit factum ſine forma & qualitate adimpleri. *Abb. conſil. 1. libr. 2.* ¶ Liberatio quando fit in ultima voluntate, non requirit partis præſentiam. *Bart. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de liberat. lega.* nam præſentia perſonæ non requiritur in his, quæ fiunt in ultima voluntate. *Bart. q. 13.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Furioſus ſemel an ſemper talis præſumatur, & quando illa præſumptio tollatur, *vide Boer. deciſ. 23. num. 80.* ¶ Actus facti ab habente dilucida intervalla, quando in furore, & quando in ſua mente præſumantur facti, *Bartol. in tract. teſtimonio. num 95.*

Cap. V. Quæ fieri, dari poſſint, vel non.

Hæreditas, ſeu ſucceſſio in univerſo, pacto dari non poteſt. *Ozaſcb. deciſ. 100. num. 17. & deciſ. 125. vide Boer. deciſ. 555.* ¶ Pactis hæreditatem dari non poſſe pro regula traditur, nec talia pacta firmantur juramento, vel conſuetudine, aut ſtatuto: fallit in pacto reciproco de ſuccedendo, quod valet. *Andr. Gail. obſerv. 126. libr. 2. Hippol. ſingul. 333.* an tale pactum firmetur juramento, *Papon. lib. 20. titul. 2. arreſt. 1.* ¶ Fallit ſecundo in pacto ſucceſſionis inter Principes, & illuſtres perſonas. *Andr. Gail. obſerv. 127. libr. 2.* ¶ Tertio poteſt quis fieri hæres in contractu duobus in caſibus, ſocietatis ſcilicet, & matrimonii. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions §. 12. gloſſ. 42.* ¶ Formalibus, ſeu ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat. *Marc. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 2. num. 42. fol. 12.*

Cap. VI. Quæ dicantur impoſſibilia, vel non.

Impoſſibile reputatur, quod unius facto ſolum explicari poteſt. *Abb. conſil. 45. libr. 2.* ¶ Quæ contra bonos mores ſunt, habentur in ultimis voluntatibus pro non ſcriptis. *Abb. conſil. 99. libr. 2.* ¶ Impoſſibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. *Bartol. in leg. 41. §. conſtat de leg. 1.* ¶ Impoſſibile de jure dicitur, quod eſt contra bonos mores. *leg. 1. ff. de cond. inſtitut. Bartol. num. 5.* ¶ Captatoria diſpoſitio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona honorata alienæ voluntati eligenda, & nominanda commiſſa ſit, modo inſtitutionis ſubſtantia ex alterius voluntatis arbitrio non dependeat. *Mohed. deciſ. 358.*

Cap. VII. Qui, quæ facere poſſit.

Mulier adultera non poteſt inſtituere ſuum adulterum; nec illi teſtamento aliquid relinquere. *Papon. libr. 22. titul. 9. arreſt. 11.* ¶ Relictum ſub conditione neceſſaria habente præcedentem conditionem turpem, non debetur. *Bartol. in leg. 1. ff. de conditio. inſtitutio.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Cajo promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtituturum, præter ipſum, an per hanc promiſſionem Cajus hæres cenſendus ſit. *Marc. quæſt. 838.* ¶ Conditio turpis, vel impoſſibilis quando vitiet relictum. *DD. de Rot. deciſ. 10. de teſtament. in antiquu. num. 3. & Petr. de Roy. deciſ. 1. Litua.* ¶ Impoſſibilitas ſi eſt adjecta gravato, an vitietur diſpoſitio. *Bartol. in l. 12. §. ſi quis de legat. 1.* ¶ Modus, vel conditio impoſſibilis ſi apponatur legato, quando reddat legatum nullum. *Bartol. in l. 16. ff. de uſufruct. legato.* ¶ Conditio impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem, ſed in ultimis voluntatibus vitiatur. *Bartol. in l. 8. Codi. de legat.* ¶ Impoſſibilium quatuor ſunt ſpecies, alia enim impoſſibilitas eſt juris, alia naturæ, alia perplexitatis, & alia facti, ſed quando hæ impoſſibilitates vitient diſpoſitionem. *Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtitut.* ¶ Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, vitiat contractum, & ultimam voluntatem. *Bartol quæſt. 12.* ¶ Voluntas teſtatoris (de qua conſtat) licet invalida ſit, propter defectum numeri teſtium, aut alterius ſolemnitatis juris, operatur tamen probationem talis voluntatis. *Jaff. Lanfr. Balb. deciſ. 502.* ¶ Si quis ante teſtamentum proteſtetur, quod per quamcunque diſpoſitionem per eum in favorem alicujus faciendam, non intendebat recedere à quadam donatione; tunc per teſtamentum inde factum, non præjudicatur donationi. *Put. deciſ. 421. lib. 3.* ¶ Affirmatio tabellionis teſtatorem mentis ſanæ non eſſe ſcribentis, viribus teſtamenti nihil detrahit, *vide Petr. Roy. deciſ. 2. Litua. numer. 16. in deciſ. diverſo.* tamen quando quis allegat teſtatorem fuiſſe furioſum, & non ſanæ mentis, quid probare debeat, *vide ibid.* & quomodo tunc ſint formandi articuli, *vide per Bartol. in l. 5. C. de eodie.* ¶ Verba enunciativa emiſſa principaliter propter ſe, inducunt diſpoſitionem; emiſſa propter aliud non, niſi in teſtamento militis. *Bartol. in l. 7. C. de teſtam. milit.* alias non diſponunt in præjudicium ejus, qui gravari non poteſt. *Bartol. in leg. 6. C. de teſtament.* ¶ Per conſequentem contractum inutilem à primo utili non receditur, ſecus in ultimis voluntatibus. *Bartol. in l. 20. ff. de adimend. legat.* ¶ Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, *vide Hippol. ſingul. 206.* ¶ Teſtamentum occulti excommunicati valet, publici non, & quid de teſtamento uſurarii, *per Bartol. conſil. 238. vol. 1.* quod non valeat, ſcribit *Abb. conſ. 22. libr. 1.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Utrum valeat pactum initum in contractu matrimonii, ut primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, *vide Boer. deciſ. 204.* ¶ Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio. *Boer. ibidem num. 5.* ¶ Licet pactum de futura ſucceſſione ſit prohibitum, tamen pactum de hæreditate conſervanda eſt permiſſum. *Franc. Marc. qu. 136.* ¶ Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filiis deceſſerit, an valeat, *vide Jac. Put. deciſ. 112. & ſeq lib. 2. & Alex. Raud. tracta. de Analog. 25.* ¶ Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obvenerunt, ut quoque ad filium paciſcentis deveniant, an valeat, *vide Put. deciſ. 113. libr. 2.* ¶ An valeat teſtamentum ejus, qui juſſit cadaver ſuum debere tumulari cum cantu, alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, *vide Franciſc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 2. titul. 5. numer. 9.* ¶ Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitandum, nunquid valeat ex hoc, quod ſapiat ſimoniam. *Natt. conſil. 618.* ¶ Pactum de ſuccedendo alicui valet, facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit. *Dec. conſil. 516. numero 17.* ¶ Fideicommiſſum conventionale quando valeat, *per Raud. tract. de Analog. cap. 25.* ¶ Relictis centum filiæ, ſi nupſerit, ſi vero Religionem intraverit quinquaginta, nihilominus ſi inierit Religionem, habebit centum: quia illa conditio (tanquam turpis) quæ eſt directo impeditiva vitæ contemplativæ rejicitur. *Boer. dec. 3. n. 14.* an valeat conditio appoſita per teſtatorem, per quam impediatur vita contemplativa. *Dec. conſil. 410.*

quod

quod habeatur pro non adjecta, ſcribit idem *Bartol. conſil. 104. libr. 2. ibidem quæſt. 5.* ¶ Diſpoſitio, quæ tenet de jure ſpeciali inter filios, in qua adeſt inæqualitas ex parte filiarum, an teneat, *Put. deciſion. 253. lib. 2.* ¶ An diſpoſitio ſtulti, vel furioſi valeat, vide ſupra de teſtament. in genere. *Mynſing. obſerv. 41. cent. 2. Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. in deciſio. diverſo. Tom. 2.* ¶ Imperitia Notarii errantis circa verba teſtamenti, ſcribendo verbum unum pro alio, non reddit invalidum teſtamentum, quando ſecundum ſenſum poteſt ſuſtineri *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 3. gloſſ. 11. numer. 6.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris pro lege eſt ſervanda, niſi eſſet humunitati contraria, vel deriſoria, aut repugnaret diſpoſitioni legis. *Marc. de Mant. ſing. 123.* ¶ An teſtamentum ad interrogationem alterius valeat, *Gram. deciſio. 73. & ſupra titul. de teſtam. in genere Cla. in ſua pract. §. teſtament. quæſt. 37.* ¶ Si non valeat quod ago, quando valeat, ut valere poteſt, dantur multæ diſtinctiones, quæ poſſunt redigi ad unam, nempe, quod ſi actus non valeat, ut agitur, ut valere poteſt, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia exiſtente, non valeat. *Cabal. milleloq. 237. & 310. Math. Matheſ. ſingul. 139.* ¶ Actus, qui fit ex duplici cauſa, licet ex una ſuſtineri non poſſit, ſuſtinetur tamen ex alia, & ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt, ubi eſt clauſula, omni meliori modo. *Cruv. conſ. 142.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. *Tho. Minad. deciſ. 43. numero. 4.* ¶ Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſummatur per actum invalidum. *Minad. deciſio. 43. numero 15.* ¶ Voluntas invalida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus declaratur. *Bartol. in l. 1. Cod. de codicill.* ¶ Teſtator, ſi dixerit, inſtituo Titium hæredem ſub conditionibus infraſcriptis, ſi poſtea nullam conditionem expreſſerit, valebit hæredis inſtitutio, ac ſi pure facta fuiſſet. *Abb. conſil. 80. libr. 2.* ¶ Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Excell. P. Theſſau. deciſio. 126.* ¶ Ultima voluntas minus ſolemnis, in qua conjunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, quod in legatis & fideicommiſſis procedit, ſecus in hæredis inſtitutione. *Mat. Matheſ. ſing. 41.*

Vel non.

Quibus modis hæredis inſtitutio fiat inutilis, & quemadmodum debeat reſtringi, *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. libr. 4. titul. 4.* ¶ Teſtamentum factum per minorem inſtituentem filium ſui tutoris, vel curatoris, non valet, & debet irritari. *Papon. libr. 15. titul. 5. arreſt. 9.* minus teſtamentum in favorem adminiſtratorum factum. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de donation. gloſſ. 6. Tom. 2.* ¶ Teſtamentum, quod ægroto ignorante, & alio dictante fuit ordinatum, non valet, quamvis poſtea eo præſente, & coram teſtibus lectum fuerit, & cum eſſet interrogatus, an talis diſpoſitio ei placeret, reſponderit ſic, *vide tamen Man. de conject. ult. volunt. libr. 2. titul. 6. numer. 10.* ¶ Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, non valet. *Bartol. conſil. 177. vol. 1. eundem conſil. 81. volum. 2.* ¶ Inſtituto ventre uxoris poſthomo non nato, teſtamentum redditur nullum. *Bart. d. conſil. 177.* ¶ Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus. *Bart. leg. 1. minor. fol. 109.* ¶ Falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem, ideo hæreditas aufertur ab eo, quem teſtator errans in conjunctione perſonæ inſtituerat, & transfertur ad venientes ab inteſtato. *Vin. de Fran. deciſ. 1. numero 7.* ſed falſa cauſa quando vitiet inſtitutionem. *per Bartol. in l. fi. ff. de hæred. inſtit.* & de caſibus in quibus legata valeant vitiata inſtitutione, *ibid.* ¶ Repugnantia, vel proxilitas ſi colligatur in teſtamentis, nulla erunt teſtamenta. *Bart. d. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 82.* ¶ Pactum factum per filiam patri, de non ſuccedendo matri, vel fratribus, ipſis matre, vel fratribus abſentibus non valet. *Roland. conſil. 81. vol. 4.* ¶ Donatio, vel legatum factum ab Advocato, vel clerico concubinæ non valet. *Bartol. in leg. 6. ff. de re jud.* ¶ Forma quando inducitur à lege, illa debet ſervari per gerentem actum, alias non valet actus. *Bartol. conſ. 133.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, cum tamen inæqualitas inducitur tolli, & annullari debet, etiam poſt factam diviſionem. *Menoch. conſil. 364.* ¶ Relictum filio ut filio, ſi non eſt filius, non valet. *Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtituen. & in l. 17. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Quando falſa cauſa in ultima voluntate vitiet diſpoſitionem, *Hart. cap. 22. titul. de teſtamentis libr. 2. & infra titul. de falſa cauſa. aut demonſtratione, &c.* ¶ Pactum factum inter fratres, quod altero moriente ſine filiis, omnia bona vadant ad ſuperſtitem non valet, ſecus ſi eſſet factum de parte bonorum. *Cruv. conſ. 225.* ¶ Voluntas captatoria non valet, & dicitur captatoria quando in alterius voluntatem committitur. *Dec. conſ. 494* & actus geſtus contra legem non valet *ibidem.* ¶ Diſpoſitio captatoria non vitiatur in relictis ad pias cauſas. *Bartol. conſil 5. vol. 1. conſil. 400.* ¶ Relictum, vel inſtitutio collata in voluntatem alterius, jure Civili non valet, jure Canonico ſic. *Bartol. in ſuo tract. de differen. int. jus Civil. & Canonic.* ¶ Quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valeat jure teſtamenti, non poterit valere jure codicillorum. *Jac. Put. deciſ. 79. libr. 1.* ¶ Subſtitutio ſecunda ſequens primam non militat, ubi non habet lucum prima: nam inutilis diſpoſitio non poteſt facere utilem. *Raud. tractat. de analog. cap. 37. numer. 111. & 113.* ¶ Donatio de hæreditate viventis ſine ejus conſenſu invalida eſt, quod procedit, quando eſt facta donatio hæreditatis viventis, & certæ perſonæ, ſecus incertæ. *Vinc. de Fran. deciſ. 89.* ¶ Voluntas illa teſtatoris non ſervatur. *Bartol. in l. 44. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Inſtitutio cum à principio fuerit nulla ex aliqua cauſa, poſtea non convaleſcit, remota cauſa impedimenti, *Dec. conſ. 661. numero 14.* teſtamentum invalidum, quando convaleſcat, & quando non, *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.* ¶ Actus nullus propter omiſſionem ſolemnitatis reſpicientis favorem publicum, non poteſt poſtea confirmari regulariter; ſed quibus caſibus confirmetur, *Bartol. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.*

Cap. X. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator quando facere poſſit, quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento, per *Bartol. conſil 117. & conſil. 81. vol. 2.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem introductam favore hæredis, ipſe tamen hæres poteſt, & etiam teſtator non poteſt facere, ut leges non habeant locum in ſuo teſtamento. *Bart. in l. 1. C. de uſufruct.* teſtamentum enim publici juris eſt, nec poteſt quis facere, quod ejus privata ſcriptura valeat pro teſtamento. *Dec. conſ 494.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri. *Bart. in l. 47. ff. de pact.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, niſi minæ, ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, quod ex pluribus argui poteſt, ex adductis

ductis per *Vinc. de Fran. deciſ. 180.* ¶ Defunctorum actus non poſſunt eſſe in pendenti, ſicut actus viventium. *Bart. in l. receptum. ff. commu. prædio.* ¶ Temporis anguſtia ſubducitur de ultimis voluntatibus. *Bart. in l. 1. C. de his, quæ pœna nomine.* ¶ Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum. *Bart. in l. 1. ff. de iis, quæ pro non ſcript.*

TITULUS DXCVIII.

De incapace.

INcapax quando capit ob defectum teſtatoris, ad quem hæreditas deveniat, & quid quando ob defectum ſui, *Bartol. in l. 4. C. de his quib. ut indig. hæred. aufer.* vel ob defectum teſtamenti, *ibid.* ¶ Si eſt inſtitutus hæres, qui non eſt capax, & rogatus reſtituere, an cogatur adire, & ſi non cogeretur, an ille, apud quem remanet hæreditas, illam habeat cum onere iſtius fideicommiſſi, *vide Bart. in l. 14. C. de fideicommiſſ.* ¶ Relictum incapacibus, quando deferatur in fiſcum, & qui ſint incapaces, vel indigni, & an relictum ſpurio palam deferatur fiſco, vel remaneat apud hæredem, *vide Bart. in l. 1. C. de delatoribus lib. 10.* & de materia infra, *titul. de his, quibus, ut indign. hæred. aufe.* ¶ Relictum palam non capaci non applicatur fiſco, & promittens per inſtrumentum publicum teſtatori de reſtituendo incapaci, dicitur palam facere. *Bartol. in l. 106. de lega. 1.* & tale relictum habetur pro non ſcripto. *Abb. conſil. 63. lib. 2.* ¶ Legatum factum penitus incapaci non quæritur fiſco, & quilibet eſt capax legati alimentorum. *Bartol. in l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Capacitas in hærede, vel legatario, quando requiratur, *vide per Bart. in d. l. 1. de delatorib.* & inſpiciatur, *vide eundem in l. 48. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Legatarius ſufficit, quod ſit incapax tempore mortis. *Bartol. in l. 3. §. quando. ff. de jure fiſc.* ¶ Hæres non capax ſe deferens præmiatur, ſed ad teneatur ſe deferre ſtatim. *Bartol. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10.* ¶ Hæres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua in d. lege, quid, quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicommiſſario, *Bartol. in d. l. 1.* ¶ Relictum palam filio ſpurio, non revocatur per hæredem extraneum. *Bartol. in l. 126. de lega. 1.* ¶ Si teſtator dixerit, lego Titio centum, vel mille, & volo, quod dentur illi, quem ſibi dixi tale legatum, non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de rebus dubiis.* ¶ Pater naturalis pro illa portione ſuccedit filio, in qua filius ipſi patri ſuccederet. *Bartol. in §. ſi quibus igitur, Aut. quib. mod. naturales effi. ſui vide de materia ſup. t. de naturalibus liberis.* ¶ Filius naturalis natus ex unica concubina, an habeat jus ſuccedendi ſuo fratri legitimo, *Bart. ibi.*

TITULUS DXCIX.

De ingratitudine.

PActum, ut ingratitudo futura non obſit, non valet. *Bartol. in l. fin. C. de pact. numer. 3.* ¶ Qui impedit alium teſtari, juſtam cauſam exhæreditationis committit. *l. 23. C. de injur.* ¶ Cauſæ ingratitudinis an repellant fratrem à ſucceſſione ab inteſtato, *Bartol. in l. 27. C. de inof. teſtam. & ingratitudine, Aut. de nup.* ¶ Ingratus poteſt privari beneficio, quod habuit ab eo, contra quem ingratus eſt. *c. 3. ex. de poſtul.*

TITULUS DC.

De his, quibus ut indignis hæreditates auferuntur.

Cap. I. Hæreditas, ſucceſſio: quæ quibus modis intelligantur, & requirantur.

DIctio, mox, poſita, *in l. tutores. C. ad Tert.* quomodo intelligatur, & *tex. in l. 2. §. confeſtim. ff. eod.* declaratur, *ibid. Ozaſ. num. 24. & 28.* ¶ Matri, minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à jure ſtatutum, ſecus ſi fuerit major. *Ozaſ. deciſ. 87. numer. 5.* tempore mortis filii, licet eſſet minor tempore mortis mariti. *Cuv. conſil. 325. Lud. Rom. ſing. 224.* ſed quid, ſi minor ætas fuerit retractata per conſtitutionem Principis, an ſit attendenda ætas limitata per conſtitutionem Principis, *Vincen. de Fran. deciſ. 167.* § Monitio bina requiritur, ut aliquis privetur hæreditate, gravatus à teſtatore, ut aliquid faceret. *Capic. deciſ. 205. Raud. tract. de anal. c. 37. numer. 104.* hæres tamen gravatus à defuncto, ut aliquid ſolvat, ſi moneatur à Judice per decretum, ut impleat, ſi ſteterit per annum, & non impleverit, punitur commodo proveniente ex teſtamento. *Capic. deciſ. ibid. n. 5. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Cap. II. Quando amittatur, auferatur.

Teſtatorem cogens ad alium inſtituendum, inſtituto hæreditatem non tribuit. *Menoch. de arbit. caſ. 395. n. 11.* & impediens teſtari, ſi proximior eſt, hæreditatem perdit. *ibid. num. 13.* ¶ Hæres jure Civili non implens defuncti voluntatem, perdit hæreditatem excepta legitima, ſed jure Canonico perdit totum. *Bart. in ſuo tr. de differ. inc. jus Cano. & Civil. n. 67.* ¶ Privatus hæreditate ſi non ſolverit legata, verificatur diſpoſitio poſt mortem ejus. *Bart. conſ. 29. vol. 1.* ¶ Mater non petens filio tutorem intra annum perdit jus ſuccedendi, & hoc habet locum in multis aliis perſonis, de quibus & quando regula procedat, cum ſuis limitationibus, *per Maran. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. in lib. ſui Spec. fol. 627. Caſſa. in conſ. Bur. tit. des ſucceſſions. vide glo. 4. n. 7. Lud. Rom. ſing. 105. Bartol. in l. 2. ff. qui petu. tuto. & in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Senatuſconſ. Tertul. l. 10. C. de legi. hæred. & Vin. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Mater, quæ eſt data in teſtamento tutrix, quæ non fecit inventarium, nec fecit ſibi adminiſtrationem decernere, nec alias tutorem petiit, perdit hæreditatem filiorum decedentium in pupillari ætate. *Guid. Pap. quæſt. 403. Bart. conſ. 18. vol. 1. & conſ. 215. eod.* ſed utrum matre excluſa excludatur avia, quæ ſimiliter peteret tutorem lapſo anno, *vide Guid. d. q. 403. & Bart. d. conſ. 18.* ubi tenet pro parte negativa.

Auferatur.

Hæreditas quando aufertur ab hærede ſcripto ut indigno, ille ad quem vadit hæreditas, tenetur legatariis, & creditoribus. *Bartol. in l. 14. num. 10. ff. de tranſact.* ¶ Quod aufertur ab indigno abſque ejus delicto, non applicatur fiſco. *Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtit.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere. *Bart. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcrip.*

Cap. III. Qui privetur ſucceſſione hæreditatis.

Qui in ſe tacitam fidem aſſumpſit de reſtituendo non capaci, privatur commoditate legis falcidiæ, & quarta ipſius legis eo in caſu applicatur fiſco. *l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si hæreditas ob hæredis culpam confiſcatur, fiſcus partem hæredis retinet, & reſiduum fideicommiſſario reſtituit. *l. Marcellus. §. ſi is. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* ¶ Hæres accommodans fidem tacite de

reſtitu-

reſtituendo non capaci, privatur omni commodo hæreditario fiſco applicando, qui tenetur ad legata, & falcidiam detrahit, ſicut hæres facere poterat. *l. 3. Cod. ad leg. Falcid.* ¶ Si cogam te, ut me inſtitueres, incido in edictum, & hæreditas applicatur fiſco, ſed an hoc caſu præjudicem venientibus ad inteſtato, & quomodo illis ſuccurratur, *per Bart. in l. 3. ff. ſi quis teſtam. prohib.* ¶ Ille qui aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit, privatur ejus hæreditate, *vide in tit. ff. ſi quis aliquem*, & ulterius punitur. *l. 1. C. eod. ſi quis aliquem.* ¶ Non vindicans mortem teſtatoris defuncti, privatur ejus hæreditate. *Capel. Thol. q. 41.* ſed quando excuſetur, *ibid. in additio.* ¶ Hæres monitus, ſi deſiſtat parere diſpoſitioni defuncti quando extraneus, vel fiſcus admittatur, *Bart. §. inordinatum. Authen. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres non ſervans juramentum defuncti, quando privetur hæreditate ipſo jure, *Bart. in Auth. de juramento à morient. præſtita.* ¶ Rebus relictis ad pias cauſas, ſi perſona deſignata ſemel, & ſecundo monita adimplere diſtulerit, omni lucro privatur, *§. ſi autem, Authen. de Eccleſiaſt. titul.* ¶ Occidens teſtatorem tanquam indignus hæreditate privatur, & fiſco applicatur, ſed quid in occidente filium teſtatoris, ſeu ejus, cui alter ſuccedere poteſt, *Lud. Roman. ſing. 667.* ¶ Etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum avi, *l. 26 ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Mulier intra annum luctus nubens, an privetur hæreditate à primo viro ſibi relicta, *vide per Boer. deciſ. 186.* pro affirmativa ſcribit *Papo. lib. 15. t. 1. arreſt. 12. tit. 4. arreſt. fi. vide tamen arreſt. 20. lib. 16. tit. 3.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris implere, privatur ejus hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, quod, ſi teſtator diſpoſuerit hæredem privari bonis, ſi ſuam voluntatem non impleverit, *Cabal. milleloq. 679. Bart. in §. & hæc omnia, auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleverit, an poſſit privari hæreditate, *Cravet. conſil. 59.* ¶ Hæres non implens voluntatem defuncti graviter peccat, & aliquando periclitatur in ejus vita, & ad hoc ſcribuntur duo mirabilia exempla per *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. in præfat. numer. 85. & ſeqq.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris, implere privatur hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, ſi vero ageretur de breviori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur. *Rebuff. ibid. numer. 88.* ſed quomodo, & quando hoc caſu puniatur, & cogatur hæres, *vide ibid. num. 89.* ¶ Admonitio cum curſu temporis anni facit quem inobedientem, & capiens commodum, quo inobediens privatur, debet ſuſtinere onus cautionis, & commoditas, qua quis privatur, ſi reſpiciat commodum certæ perſonæ, illi applicatur. *Bart. in §. ſi quis. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Mater ultima tantum die anni petens tutorem dari filio, ejus ſucceſſione privari non debet, ſi poſtea caſus acciderit, *Marc. de Mant. ſingul. 54a.* ¶ Mater negligens petere curatorem ventri, an privetur hæreditate, *vide per Bartol. in conſil. 63. vol. 2.* ¶ Si filio furioſo, vel inſano mater curatorem non petierit, an privetur ſucceſſione, *vide Vinc. de Franc. deciſion. 167.* ¶ Quando relinquitur incapaci, clam accommodata fide de reſtituenda hæreditate ipſi incapaci, bona applicantur fiſco, ſed quando inſtitutio fit palã, ſeu ſubſtitutio, tunc applicantur venientib⁹ ab inteſtato. *Fr. Marc. qu. 256. vide Gomez. Leon. deciſ. 68. in deciſ. diverſ. Tom. 2. & Bart. conſ. 29. volum. 1.* ¶ Hæres (marito defuncto) violans ejus viduam, facit ſe indignum ejus hæreditate: ideo ab eo aufertur, & applicatur fiſco. *Cabal. milleloq. 137.* ¶ Mater, vel alius proximior, qui venit ad ſucceſſionem pupilli, debet petere tutorem ipſi pupillo, alioqui privatur ſucceſſione, maxime ſi intra annum à morte teſtatoris non petierit, & mortuus ſit in pupillari ætate pupillus. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art. 3. gloſſ. 2. num. 11. vide Natt. conſil. 656. Hart. cap. 4. tit. de ſucceſſio. lib. 1. Vinc. de Franc. deciſ. 16. num. 7.* ſed ubi quis allegat filium mortuum intra annum, hoc probare debet. *Natt. conſil. 656.* ¶ Mater ſi tutelam legitime non adminiſtraverit, vel inventarium non confecerit, etiam privatur ſucceſſione filiorum. *Natt. conſ. 663.* & ſi non ſuſceperit tutelam intra annum, poſt illum non poterit impedimentum allegare. *Natt. ibidem numero. 14.* ¶ Hæres indignus hæreditate privatur, & applicatur fiſco Civitatis originariæ teſtatoris. *Rom. ſingul. 579.* ¶ Si hæres non redimat teſtatorem à carceribus, & ibi moriatur, privatur ejus ſucceſſione, & devolvitur ad Eccleſiam, *Authen. ſi captivi. Cod. de epiſcop. & cler.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curam, a ſucceſſione ipſorum privantur, licet hæredes ſint ſcripti. *Authen. liberi. Codic. de Epiſcop. audient.* ¶ De bonis auferendis ab hærede, qui mortem defuncti non vindicavit, non poteſt agi, niſi convictis reis, vel defunctis. *l. 1. C. ubi cauſa fiſcales.* ¶ Paciſcens de hæreditate viventis ignorantis, privatur ipſa hæreditate, & applicatur fiſco. *DD. in l. final. Cod. de pact.* ¶ Hæres non ſepeliens defunctum privatur hæreditate. *Boer. deciſ. 287. Rebuff. in ſuis comment. tract. de benefic. cad. cuſtod. gloſſ. 4. num. 14. Tom. 2. fol. 534.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 24. §. mulier. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio; non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex diſpoſitione patris. *Marc. de Mant. ſing. 549.* ¶ Filius, cujus pater occidit teſtatorem, non privatur hæreditate propter factum patris occiſoris. *Boer. d. deciſ. 25. num. 12.* nec ipſe filius tunc tenebitur vindicare necem defuncti contra proprium patrem. *ibid. num. 13. nec econtra num. 14.* ¶ Si ſe excuſat à tutela teſtamentaria, non repellitur à ſucceſſione pupilli. *Guid. Pap. ſing. 518.* ¶ Minor hæreditate paterna non privatur, licet patris mortem non ulciſcatur. *leg. 1. C. in quibus cauſ. reſti. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Curſus anni non inducit privationem hæreditatis ſtante ſtatuto, quod non implens voluntatem defuncti intra annum incurrat pœnas legales, & curſus anni habeatur pro legitima monitione. *Bartol. conſ. 137. volum. 1.*

Cap. IV. Quando quis dicatur, fiat indignus.

Vir reputatur indignus ſi probetur, quod ante teſtamentum verberaverit uxorem. *Bartol. in l. 3. ff. de damn. numero 16.* ¶ Frater occidens fratrem ei ſuccedit, ſed ab eo, ut ab indigno aufertur hæreditas, & datur fiſco: idem in filiis ſuis; ſecus ſi eſſet alius agnatus, qui eſſet in eodem gradu cum interfectore, quia tunc ille præferretur fiſco, præmiſſa etiam procedunt, ſi alius agnatus, vel cognatus occidiſſet agnatum, cui ſuccedere debuerat. *Boer. deciſ. 25.* ¶ Hæres, qui eſt cauſa mortis defuncti, eſt indignus ejus hæreditate. *l. fin. §. fin. ff. de bonis damnat.* ¶ Non adimplens voluntatem teſtatoris reputatur indignus ſua hæreditate, & tunc præjudicat ſibi, & liberis vocatis. *Raud. tr. de analog. cap. 37. vide cap. 6. & ibidem gloſſ. ex. de teſtam. & in cap. 9. ex. de voto.* quia hæres non implens voluntatem teſtatoris, dicitur contravenire ejus teſtamento, & illud impugnare. *Cravet. conſ. 1. num. 3* & teſtamentum non opitulatur agenti ex eo, niſi impleta teſtatoris voluntate. *idem conſ. 80.* ¶ Mater renuncians tutelæ filiorum non petito tutore, efficitur indigna hæreditatis eorum. *Magon. deciſ. 43. Rot. Floren.* ¶ Limita non procedere, quando ſtatim facta renunciatione ſuſcepit avia tutelam, ita quod pupillus nullo tempore remanſarit indefenſus. *ibid. numero 3.* ¶ Secundo limita, quando extant conſanguinei, quibus tutela defertur, *ibid. numero 4.* vel alii tutores. *Dec. conſ. 246.* ¶ Tertio limita,

TITULUS DCI.

De his, quibus ut indignis legata auferuntur.

Cap. I. Qui, quæ amittat.

DEfuncti voluntati, quando contraveniſſe cenſeatur legatarius, ut à legato cadat, *Jac. Put. deciſ. 406. eod. libr. & Aemil. d. deciſ. 233.* ¶ Accuſans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens perdit ea, quæ ſibi per teſtatorem ſunt relicta. *Bartol. in l. 2. C. de his, quib. ut indig. hæred. auſer.* quid juris in illo, qui dicit, teſtamentum nullum, vel non jure factum. *ibid. num. 7.* ¶ Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, omnia ſibi in teſtamento relicta perdit. *Mynſing. obſ. 87. cent. 6.* ¶ Tutori in teſtamento relicto ſi quid legetur, illud amittit tutor, ſi tutelam ſubire recuſet, quod procedit, ſi legatum fuerit factum ea contemplatione, ut tutelam ſubeat, ſed ex quibus hoc apparere poſſit, *per Bart. ſing. 68. Petr. de Raven. ſing. 169. & ſeq. ff. de excuſat. tutor.* ¶ Onus pro parte recuſatum, facit legatum perdere totum, exemplum datur in tutore, qui obtinuerat excuſationem à bonis unius Provinciæ tantum, *l. 114. de leg. 1.*

Vel non.

Legata non perdit mulier nubens intra annum luctus, ſi non extant liberi. *Boer. deciſ. 186.* idem, ſi commiſerit adulterium. *Franc. Marc. q. 513. num. 27.* ¶ Cauſa probabilis veniendi contra teſtamentum, quomodo excuſet legatarium, ne legatum ſuum amittat, *Jac. Put. deciſion 401. libr. 3. & Paul. Aemil. deciſ. 253. part. 1.*

Cap. II. Hæreditas, quando auferatur, vel non.

Indigno quod aufertur, fiſco aplicatur, & indignitatem non poteſt alius opponere, quam fiſcus, ſed indignus, quando legatarius intelligatur, ita ut legatum fiſco debeat applicari, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 5. numer. 14.* ¶ Hæreditas ſi ab indigno auferatur, an etiam auferatur prælegata. *Boer. deciſ. 280.* ¶ Legata debentur etiam ubi indigno hæredi hæreditas aufertur, dato, quod legatarius infirmo teſtatori medicum non adhibuerit. *Rot. Avenio. deciſio. 21. num. 7. in deciſio. diverſo. Tom. 3.* imo legatum ademptum videtur ſi legatarius fuerit negligens in curando teſtatore infirmo, quod debet intelligi ſi fuerit in culpa lata, vel levi, ſecus ſi in leviſſima. *Franc. de Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 10.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere ſuo. *Bartol. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Legatum relictum palam incapaci non applicatur fiſco, ſecus ſi eſt relictum indigno. *Bartol. in l. 1. ff. de jure fiſci.*

Cap. III. Qui privetur.

Legatarius legato privatur ipſo jure, ob adulterium cum uxore teſtatoris commiſſum, idem, ſi ſtuprum teſtatore mortuo commiſerit. *Ozaſ. deciſ. 77.* ¶ Si legatarius egerit querela inofficioſi, & ſuccubuerit, privatur legato, & fiſco applicatur. *l. 8. §. meminiſſe ff. de teſtam.* tamen qui egerit nomine alterius de inofficioſo, non eſt indignus legato, *l. 30. §. 1. ff. eodem.* ¶ Infirmum negligens, & non adhibens curam, & mortem evadat, an, & quando privetur legato, ut quocunque emolumento, quod ſperat ex ejus morte, *vide Natt. conſil. 461.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio, non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Marc. Mant. ſing. 549.* ¶ Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, ideo licet legatarius contra voluntatem teſtatoris moleſtaverit hæredem, non ob id debet privari legato, niſi hoc expreſſe dictum ſit à teſtatore. *Dec. conſ. 583.* ¶ Ille per quem non ſtat, quo minus tutor ſit, non privatur legato. *l. 78. §. non jure de leg. 2.*

Cap. IV. Qui ſit indignus re.

Qui factum hæredis impugnat, non teſtamentum, non eſt indignus legato. *l. 90. §. legato. de legat. 2.* ¶ Legatarius ſurripiens teſtamentum, tanquam indignus legato excluditur, *Mant. lib. 12. tit. 5. numer. fin.*

Cap. V. Qui excuſentur, vel non.

Qui eſt in poteſtate alterius, excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *l. tacitum, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Maritus excuſatur, ſi non inveniat medicum pro uxore curanda. *Bart. in l. 16. ff. pro ſocio.*

Cap. VI. Qui legare poſſit, vel non.

An Clericus poſſit legare concubinæ per ſe, vel media perſona alterius, *Gomez. Leo. deciſ. 45. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* & mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis non capit, *l. 24. §. mulier, ff. de milit. teſtam.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres indignus fiſco. *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Si legatarius aliquid commiſiſſet, quod ſi teſtator ſciviſſet non ita legaſſet, quando repellatur exceptione: *per Bart. in l. 27. C. de fideicommiſ.* ¶ Offendenti non probanti ſequens meritum, legatum non debetur. *l. 9. §. Lucius Titius, de leg. 2.* ¶ Tabellioni, an poſſit aliquid legari in teſtamento per eum ſcripto, *vide Hart. capiend. 3. titul. de lega. lib. 1.* ¶ Si teſtator dixerit lego Titio centum, & volo dentur ei, quem ſibi dixi, tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de reb. dub.*

TITULUS DCII.

De his, quæ nomine pœnæ relinquuntur.

HÆre privato in aliquem eventum, non facta expreſſione, ad quem debeat pervenire hæreditas, illa intelligitur delata ab inteſtato. *Alexan. Raud. tract. de Anal. cap. 17. numer. 8.* ¶ Interpellandus eſt is, qui tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ad effectū, ut pœnam privationis incurrat. *ibid. numer. 104.* ¶ Pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum favorem erat implendum. *Cuv. conſil. 80. num. fin.* ¶ Teſtator poteſt privare hæredem hæreditate, ſi aliquid fecerit, vel non fecerit. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 69.* ¶ Quando is, qui dare, vel facere aliquid tenetur teſtatoris voluntate, facere potuiſſe, & debuiſſe dicatur, ut pœnam incurrat, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 498.* ¶ Pœna privationis in uno caſu appoſita, non extenditur ad alium caſum. *Dec. conſil. 273.* ¶ Translatio legati in pœnam debet ſtricte interpretari, ideo ſi teſtator dixerit lego centum, & ſi ultra illa centum legatarius petierit tale prædium, quod talis Eccleſia debeat habere ipſa centum, tunc ad hoc, ut ſit locus legato facto Eccleſiæ requiritur, quod legatarius non ſolum petierit, & conſequutus fuerit prædicta centum. *Dec. conſil. 191.* ¶ Fideicommiſſum fieri poteſt in pœnam, & tali caſu debet ſtricte interpretari. *Dec. conſ. 336. volum. 2.* ¶ Quando uxor relicta fuit uſufructuaris, cum prohibitione, quod hæres non poſſit, neque valeat turbare, vel moleſtare ipſam uxorem, & caſu,

quo eſſet moleſtata fuiſſet inſtituta hæres in omnib⁹ bonis, quid juris hoc caſu, ſi hæres moleſtaſſet uxorem, *vide per Dec. conſ. 613.* ¶ Teſtator in teſtamento poteſt apponere pœnam hæredi non ſolventi legatum. *Dec. conſ. 673.* ¶ Filia inſtituta adjecta conditione, ſi contigerit, quod teſtator fuiſſet occiſus à quocunque, eſſet privata ejus hæreditata applicanda hoſpitali, an talia diſpoſitio valeat, *per Menoch. conſil. 78. vol. 1.* ¶ Et ſi is, qui vult conſequi relictum ſub conditione debeat probare impletam fuiſſe conditionem, tamen quando aliquid eſt ademptum, & in alium translatum, ſi primus aliquid non feciſſet, ſecundus legatarius, qui vult primum privare commodo relicti ob id, quod non impleverat conditionem, probare debet tale non factum, ex quo allegat quodammodum delictum, *idem Menoch. conſ. 262. lib. 3.* ¶ Legatum relictum ſub pœna privationis caſu, quo legatarius non defenderit hæreditatem teſtatoria; hoc non obſtante, poterit legatarius in defendendo agnoſcere bonam fidem, non defendendo ipſam hæreditatem contra jus, & æquitatem, quia teſtator intellexit de defenſione legitima. *Menoch. conſil. 281. num. 29. lib. 3.* ¶ Teſtator ſi mandet ſub pœna hæredi Eccleſiam conſtrui in ejus domibus, ſi Epiſcopus conceſſerit quod alibi poſſit conſtrui, hæres non incidit in pœnam. *Ludo. Rom. ſing. 474.* ¶ Legatarius non tranſmittitur ad hæredem legatum cum adjectione pœnæ. *idem ſing. 497.* ¶ Teſtator non poteſt aliquem punire propter inobedientiam tertii. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera T. ſing. teſtator. 2.* nec poteſt hæredem ſuum hæreditate privare, ob alterius negligentiam. *Ludov. Roman. ſingul. 102.* ¶ In pœnis & mulctis, quæ relinquntur in teſtamento, non receditur à perſona, quantum ad commiſſionem pœnæ. *Bart. conſil. 7. vol. 1.* ¶ De diſpoſitione, ſeu clauſula pœnali in teſtamento appoſita, *per Franc. Marc. q. 843. & q. 845.*

TITULUS DCIII.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato, vel fideicommiſſo.

DEmonſtratio falſa adjecta rei, quæ non reperitur, vitiat legatum. *L. 11. §. qui quinque de leg. 1. & l. 116. §. pen. eod.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum. *l. 100. §. paterfa de leg. 3.* ¶ Falſa demonſtratio generis reſtringit, ſecus in legato certæ ſpeciei. *l. 11. ff. de aur. & argen. leg.* ¶ Falſa cauſa legato adjecta diſpoſitionem vitiat teſtatoris, qui alias relicturus non erat, *Menoch. conſil 346. lib. 4 num. 14. 15. Bart. ſingul. 77. & ſupra de materia in tit. de inutilibus diſpoſitionibus circa ultim. volunt.*

TITULUS DCIV.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato vel fideicommiſſo.

FAlſa cauſa non vitiat inſtitutionem, fallit, ſi probetur teſtatorem alias inſtituturum non eſſe. *Petr. de Rav. ſingul. 247.* quando vitiet, *vide Bartol. in l. final. ff. de hæred. inſtitutio.* ¶ Error cauſæ, quando vitiet legatum, *vide per Bart. in l. 72. de pact.* ¶ An falſa demonſtratio vitiet, vel non, *Bartol. in l. demonſtrat. ff. de con. & demonſtrat.* ¶ De falſa cauſa, & quando vitiet, *vide eundem Bart. in d. l. demonſtratio. §. quod autem,* quare vitiet inſtitutionem, & non legata, *vide eundem in d. l. fin. ff. de hæred. inſtit. & ipſam legem.* ¶ Falſa demonſtratio non nocet, neque falſa cauſa. *l. 78. §. ſi mihi, de leg. 1.* & non vitiat legatum. *§. huic proxima inſt. de legat.* ¶ Falſ. demonſtratio quantitatis expreſſæ, legatum non vitiat. *l. 21. de leg. 2.* ¶ Quia falſa cauſa non vitiat legatum, ſi maritus legaverit uxori centum, quæ dixerit ſe habuiſſe nomine dotis, & nihil habuerat, valebit legatum, ac ſi ea habuiſſet. *leg. 21. de verb. oblig.* ¶ Quod falſa cauſa non vitiet legatum, habetur *l. 13. ff. cond. & demonſt.* dummodo ſit certum, *ſed ſi uxori, inſtit. de leg.* fallit, quando conditionaliter apponitur. *leg. 17. quod autem, ff. de condit. & demon.* ¶ Cauſa aliquando pro quia profertur, *§. longe inſt. de legat.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ut ſi quia dicat Stichum lego, quem à Sejo emi, ſitque ab alio emptus, utile erit legatum, ſi de ſervo conſtet. *§. huic prox. inſt. de lega.*

TITULUS DCV.

De hæredibus extraneis inſtituendis.

Cap. I. Inſtitutio: Succeſſio. Capantoria inſtitutio, quæ dicatur, vel non.

HÆredis inſtitutio eſt caput, & fundamentum teſtamenti, quod propterea non valet, ſine hæredis inſtitutione. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 35.* Sed de conjecturis, quæ verſantur circa hæredis inſtitutionem, *per Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 4. tit. 1.* ¶ Aliquando inſtitutio dicitur ſubſtitutio, & econtra, *vide l. 20. §. ſi. ff. de cond. inſtit.* ¶ Relinquo, verbum, ad inſtitutionem adaptatur. *gloſſ. in §. ſi quis autem, Auth. de hæred. & Fale.* ¶ Verbum, lego, denotat inſtitutionem, ubi eſt materia favorabilis, & nullus eſt hæres univerſalis inſtitutus, puta quia agatur de validitate teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 18. n. 14. vide c. 37. num. 23. ibidem.* quid de verbo relinquo. *ibid. num. 21.*

Cap. II. Qualis ſit.

Majoratus inſtitutio differt à primogenitura, & quando per contraventionem privatus dicatur, inſtitutus majoratu, & quomodo fiat contraventio *D. Gaſp. Theſ. q. For. Quæſt. 20. lib. 2.* ¶ Inſtitutio hæredis debet eſſe certa, & quid, ſi veniat certificanda per aliam ſcripturam, *Clar. in ſua Pract. q. 36.* ¶ Inſtitutus cenſetur magis dilectus quam ſubſtitutus. *Ozaſ. deciſ. 110. n. 6.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An agnati generaliter ſubſtituti caſu, quo hæredes nollent, vel non poſſent eſſe hæredes, dicantur ita nominati, quod loquendo teſtator in alia parte teſtamenti, de hæredibus, infraſcriptis intelligi poſſit de prædictis agnatis ſic ut ſupra collective vocatis, & non de iis ſolus per nomina propria vocatis. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 338.* ¶ An ſi quis inſtituerit, vel ſubſtituerit hæredes fratrem ſuum, & ejus filios, cenſeatur ordine ſucceſſivo eos inſtituiſſe, vel ſubſtituiſſe. *Fachin. lib. 12. cap. 11. negat. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. ex duob. de legat. 1.* ¶ Maxime ſi uxor fuerit inſtituta in plena proprietate, donec vixerit, excepta legitima filii, qui poſt mortem uxoris inſtitutus, intelligitur hæres in perpetuum, ita ut illi debeat mater inſtituta per fideicommiſſum reſtituere, quod erit ſupra legitimam. *Mant. de conject. titul. 5. artic. 8.* ¶ Quid, ſi fuerit inſtituta in uſufructu omnium bonorum, & poſt ejus mortem extraneus ſit inſtitutus, *vide ibid. artic. 7. & 9.* ¶ Si quis inſtituerit Sacerdotem, & ejus hæredes, intelligitur de hæred. agnatis. *Boer. deciſ. 354.* ¶ Hæredis inſtitutio, quibus modis facta intelligatur, & quemadmodum poſſit extendi, *Mant. lib. 4. tit. 3.* & ex quibus partibus intelligatur facta hæredis inſtitutio, *vide eundem lib. 4. tit. 10.* ¶ Aliquem inſtituere contemplatione alterius, intelligatur dupliciter, *Bart. in l. Gallus. §. quod ſi is. ff. de li. & poſt.* ¶ Inſtitutio facta per militem in caſtrenſibus, non trahit ad ſe paganica & econtra, ſed inſtitutio ſimpliciter facta comprehendit omnia. *l. 1. & 2. ff. de milit. teſtamen.*

Cap.

Cap. IV. Quis dicatur inſtitutus, vel non.

Teſtes ſi dicant, quod teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium, cenſentur ambo inſtituti. *Bartol. in l.7.n.10.ff.ſol.mat.* ¶ Quando plures ordine ſucceſſivo intelligantur inſtituti, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr.4.titul.8.* ¶ Si teſtator dixerit, Titius cum filiis ſuis, & Sempronius hæredes ſunto: Titium una cum filiis in dimidia, & Sempronium pro alia inſtituiſſe videtur. *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ¶ Hæres ſolus in re certa inſtitutus, eſt hæres univerſalis. *Boer. deciſ. 33. num.6. vide Ægid. Bellam. concl. 749. Menoch. conſil. 124. lib.3.* ¶ Uxor hæres inſtituta in uſufructu, ſi poſt ejus mortem ſit alius inſtitutus, ſi in vita non habet hæredem, ipſa hæres univerſalis efficitur. *Dec. conſil. 478. vide Natc. conſil.570.* Ideo mortuo illo qui poſt mortem erat inſtitutus, vel ſubſtitutus, ſubſtitutio efficitur caduca, & uxor remanet omnino proprietaria, & domina. *Menoch. conſil.273.lib.3.* ¶ Uxore inſtituta in uſufructu, & poſt ejus mortem filiis, vel filiabus teſtatoris inſtitutis, appoſita clauſula codicillari quid juris, *vide Dec. conſil. 478.* quid hoc caſu ſi filii præmoriantur; *Menoch. conſ.272.lib.3.* ¶ In quæſtione præmiſſa conſiderantur plures caſus, quorum primus erit, quando hæres eſſet inſtituta nullo dato cohærede. 2. quando uxor in vita eſſet inſtituta, & poſt ejus mortem hoſpitale. 3. quando eſſet inſtituta in ejus vita tantum, & habuit cohæredem ſimpliciter, 4. quando hæres eſſet relicta domina, & uſufructuaria, & alter ſit hæres inſtitutus. *de quib. omnibus vide per Dec. conſil. 597. Natt. conſ. 570.*

Cap. V. Quibus modis fieri poſſit.

An ſi filius ſub conditione caſuali, vel mixta fuerit hæres inſtitutus, hodierno jure valeat teſtamentum, & in hoc ſit correcta. *l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſt. And. Fach. lib.5. cont. c.71.* ¶ Succeſſio, quæ defertur ex teſtamento, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus, *vide Magon. deciſion. 144. num. 20. Rot. Flor.*

Cap. VI. Qui poſſit, debeat inſtitui, vel non.

An nepotes ex filio nato, ex inceſtu, hæredes inſtitui poſſint ab avo, *Andr. Fach. lib.5. contr. c. 98.* ¶ Naſciturus poteſt hæres inſtitui, ſed interim erit diſpoſitio conditionalis. *Boer. deciſion.172.* ¶ Hæres poteſt inſtitui per relationem ad codicillos. *Thom. Faſt. deciſion. cano. 43.* ¶ Poſthumus alienus de jure Prætorio (etiam de jure antiquo) poterat hæres inſtitui. *l. pen. de legat. & fideicommiſſ. 1.* ¶ Hæres univerſalis debet à teſtatore palam nominari, & inſtitui nominatim, ſecus in particulari. *Guid. Papon. quæſt. 459.* quid, ſi fuerit nominatus à Notario, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 37.* ¶ In defectum inſtituti incapacis alius, qui capax ſit, inſtitui poteſt. *Dec. conſil. 462. n.15.* ¶ Qui non poſſunt hæredes inſtitui, *vide gloſſ. in §. legari, inſtitut. de legat.*

Cap. VII. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Inſtitutio ſi ſit facta nomine collectivo, ſucceditur in ſtirpes, ſecus ſi nomine proprio, *Afflict. dec. 309.* ¶ Facta inſtitutione de patre, & filiis hoc modo, fratrem meum Titium inſtituo, & ejus filios, ſecundum magis communem omnes ſuccedunt uno tempore, ſed pater habebit dimidiam, & filii omnes aliam dimidiam, ſcribunt Doctores *in l. Gallus. §. quidam recte ff. de libe. & poſthum. Dec. conſ. 296. 348. 291. 254. 320. & 382. Jaſ. de actio. in §. quidam num. 20. & 24. Ozaſ. deciſ. 81. Guid. Papon. quæſt. 531. Afflict. deciſion. 309. vide Boer. deciſ. 185.* ¶ Nepotes una cum patruo inſtituti, an in capita, vel in ſtirpes ſuccedant, *vide Afflict. deciſ. 309.*

Cap. VIII. Qui, quos inſtituere poſſit, debeat.

Diſponere qui poteſt ex pacto, an decedendo ſine teſtamento videatur diſpoſuiſſe. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 272.* ¶ Inſtitutus an poſſit inſtituentem hæredem relinquere. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 63.* ¶ An avus poſſit inſtituere nepotem ex filio ſpurio hæredem, *And. Fach. lib.5. conc. cap. 97.* ¶ Quis poteſt inſtituere duos hæredes, alterum in allodialibus, & alterum in feudalibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 1.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

An inſtitutus in re certa ſit in poſſeſſionem mittendus *ex leg. ult. C. de edict. divi. Adr. tollend. And. Fach. libr.4. conc. cap. 21.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 42. §. mulier. ff. de milit. teſtament.* ¶ Portio deficiens accreſcit pro portionibus hæreditariis, pro quibus facta eſt inſtitutio. *l. Lucius Titius. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia.* ¶ Qui ſemel eſt hæres per reſtitutionem non deſinit eſſe hæres directo, ſed utiliter. *l 8. § ſed quod. ff. de mino. 25. ann.* ¶ Inſtitutus in re certa habebit portionem cohæredis mortui, in reliquo inſtituti, quem teſtator putabat vivere. *Bartol. in l.58. ff. de condit. indeb.* ¶ Inſtitutio rei certæ cum prohibitione de ulterius non petendo, quid operetur, *vide Bart. in l. 19. ff. de injuſto rupto. conſ. 48. vol. 1. & conſ. 81. 82. volum. 2.* ¶ Uxori uſufructu omnium bonorum legato, ſi poſt ejus mortem pius locus ſit inſtitutus, an poſſit ſtatim mortuo teſtatore adire hæreditatem, & generaliter de inſtitutione facta poſt mortem uxoris uſufructuariæ relictæ, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr.4. titul.5.* ¶ Error in nomine, & qualitate hæredis, an officiat inſtitutioni, & quid, ſi error conſiſtat in corpore hæredis, *vide eundem lib. 4. titul. 6.* ¶ Si quis inſtituatur hæres in vita, ex hoc non cenſetur uſufructuarius. *Guid. Papon. ſing. 676.* ¶ Approbatio hæredis teſtamenti, quid operetur, *vide Marc. quæſt. 828.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Teſtamento ſublato, quo filius fatuus non fuerat inſtitutus, an codicillis poſtea factis inſtitutio cum exemplari ſubſtitutione ſuſtineatur, & codicillis, quando hæreditas dari poſſit? *D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. quæſt. 61. lib. 2.* ¶ Quæ dicatur captatoria voluntas ſub conditione, vel modo concepta, *Franc. Sarm. libr. 2. Select. interp. cap. 4. 5.* ¶ Diſpoſitio captatoria, an convaleſcat per approbationem. *Joan. Petr. Surd. dec. 53.* ¶ Quando dicatur. *ibidem deciſion. 68.* ¶ Inſtitutio captatoria an ſit, ſi dicatur, ſubſtituo fratris filium, ſi frater inſtituerit filium meum. *ibidem deciſ. 98.* ¶ An valeat aliqua ex his inſtitutionibus: inſtituo Titium hæredem, ſi me inſtituerit, *Fachin. libr. 12. cap. 44. affirmat rejecta conditione l. Ille autem, ff. de hæred. inſtituen.* ¶ An valeat inſtitutio hæredis collata in arbitrium tertii per verba importantia arbitrium boni viri, *ibidem cap. 25. negat. l. Illa inſtitutio. de hæred. inſtitut.* ¶ An captatoria inſtitutio ſtatuto, vel conſuetudine convalidari poſſit, ibidem *cap. 26. negat. l. ille ff. de hæredib. inſtitut. l. ſi majores C. de tranſact. §. manet. Inſtitut. de ſociet.* ¶ Præmiſſa tamen non procedunt, quando eſſent inſtituti deſcendentes, in quibus non ſolum adeſt affectio ordinata, ſed neceſſitas inſtituendi, tunc enim admittuntur, ordine ſucceſſivo: nempe primo pater, & ipſo mortuo, filii, *vide DD. in dict. l. Gallus §. quidam recte. Dec. conſilio 384. 465. 254. & 236.* ¶ Duæ inſtitutiones in eodem teſtamento factæ valent, ſed ultima accipitur pro ſubſtitutione. *Guid. Pap. quæſt. 531.* ¶ Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, & valebit inſtitutio, niſi minæ ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, qui arguitur ex pluribus, de quibus vide per eundem d.

aut fortuiti, etiam ſi duæ ex illis fœminæ exiſtant. *Guid. q.538.* nam mulier poteſt eſſe teſtis in codicillis. *Bartol. in l.9. ff. de ſtatu hom. & in l.20. §. eum. ff. qui teſtamen. fac. poſſ.* ¶ Teſtamentum quando non valet, ut valeat jure codicilli, quæ requirantur. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53.*

Cap. V. Quæ fieri poſſint in codicillis.

Hæreditas, licet dari non poſſit in codicillis, poteſt tamen in illis declarari unum ax hæredibus indignum eſſe. *Dec. conſil.361. volum. 2.* & tunc hæreditas applicatur fiſco. *l.4. ff de his. quib. ut indig. hæred. aufer.* & codicilli videntur annullati, annulato teſtamento, *ibid.* an revocentur rupto teſtamento, *Bartol. in l 38. §. ſervus ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento extraneis, revocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato. *Bartol. in Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis autem. C. de teſtam. Bartol. in l.37. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Hæreditas directe dari, nec adimi poteſt in codicillis: ideo ſi filius in teſtamento fuerit inſtitutus, non poterit revocari inſtitutio per codicillos. *Hippol. ſing. 49. Bartol. in l. 19. C. de pact.* ¶ Codicillis non poteſt apponi conditio hærede pure teſtamento inſtituto: quia ipſis codicillis hæreditas directo dari, neque adimi poteſt. *l.27. §. fin. ff. de condit. inſtitut. quod procedit in pagano,* ſecus in milite. *l.37. ff. de milit. teſtam.* ¶ Conditionem, modum, qualitatem, & ſimilia adjecta in teſtamento, cenſeri repetita in codicillis, tradit *Menoch. conſil.333. lib. 4. num. 6.*

Cap. VI. Qui codicillari, & facere poſſit, vel non.

Codicillari & legare quis nuto poteſt, dummodo ſtet in recto ſenſu, ſed an hoc procedat præcedente interrogatione alterius. *Gram. deciſ.73. num. 6.34. & 35.* ideo codicilli ſolo nutu teſtatoris tenent capite annuendo abſque aliqua expreſſione verborum, dum tamen memoria læſa non ſit. *ibid. num.35.* ¶ Codicillos poteſt quis facere ſine teſtamento, ſed quando tunc poſſit confirmari, diſtingue, aut apparet de teſtamento, & hoc caſu capiunt virea ex teſtamento, aut non conſtat, vel dicitur nullum, & tunc venientes ab inteſtato, videntur rogati reſtituere hæreditatem per modum fideicommiſſi, & ſecundum formam codicillorum, & capitur hæreditas à venientibus ab inteſtato, ac ſi per fideicommiſſum eſſet relicta. *Guid. Pap. quæſt. 323. vide Franciſ. Marc. quæſt. 319.* quid, quando teſtator dixit, quod valeat teſtamentum jure cujuslibet ultimæ voluntatis, *vide Guid. quæſt. 323.*

Vel non.

Qui inſtituit hæredem, vel filium exhæredat, cenſetur voluiſſe teſtari, & non codicillari: ideo ſi talis diſpoſitio non valeat ut teſtamentum, non valebit etiam ut codicillus. *l.14. C. de teſtamen.* nam inſtitutiones & exhæredationes non fiunt in codicillis. *gloſſ. ibidem.* ¶ Filiusfamilias etiam hodie non facit codicillos, & codicilli facilius confirmantur, quam teſtamentum. *Bartol. in l. 2. de legat. 1.* ¶ Qui elegit viam teſtamenti inſolemnis, non poteſt deincepa variare, & agere virtute codicillorum, *per l. fin. C. de codicill. Afflict. deciſ. 134. Boer deciſ.33. n. 13. vide Joſeph. Ludov. deciſ. Luc.53.* quæ procedunt, quando agitur per viam actionis; ſecus quando proceditur per viam exceptionis: quia tunc admittitur variatio. *Afflict. deciſ.134.* & codicillus large dicitur teſtamentum, *ibid.* ¶ Agenti vigore codicillorum, non competit petitio hæreditatis directa, ſed actio ex teſtamento. *Guid. Pap. qu. 323. num. fin.* item non competit remedium *l. fin. C. de edict. divi Adr. toll.* ¶ Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo teſtamenta. *l. fin. C. quemad. teſt. aper.*

Cap. VII. Qua debeantur, vel non.

Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaris, an legata debeantur ab inteſtato. *Bartol. num. 22. in Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* ¶ Licet hæreditas non ſit adita, legata tamen debentur propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. *Dec. conſ. 652. num. 12.* dicta clauſula etiam operatur, quod videantur rogati in teſtamento ſcripti hæredes, ut ſi teſtamenti in eo contenta. *Afflict. deciſ. 69. num. 3.* ¶ Legata ab uno nominatim in codicillis relicta, quando debeantur à venientibus ab inteſtato, *vide per Bartol. in conſ. 205. vol. 1. num. fin.* ¶ In legatis eorum, quæ in codicillis relicta ſunt, perinde dies cedit, atque teſtamento relictorum. *l. quod pure. ff. quando dies legat. ced.* ¶ Approbans teſtamentum, videtur illud approbare ſecundum formam codicillorum: ideo legata relicta in teſtamento approbato, & diminuta per codicillos, ſolum debentur juxta codicillorum tenorem *Crav. conſ. 257.* ¶ Quando ſecundum teſtamentum non valet propter clauſulam derogatoriam appoſitam in primo, legata ex eo ſecundo teſtamento relicta non debentur, etiam virtute clauſulæ codicillaris. *Menoch. conſ. 170. lib. 2.* quid operetur dicta clauſula appoſita teſtamento ſecundo invalido, *vide Bartol. in l. 18. de leg. 3.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus codicillorum & clauſulæ codicillaris.

Clauſula codicillaris non operatur, niſi concipiatur per verba futuri temporis, ſecundum *Cravet. conſil. 34. vide Bartol. in l. 76. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat.* quid, quando concipitur per verba præſentis temporis ſubjunctivi modi, *vide eundem Cravet. conſil. 69.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur contra voluntatem teſtatoris: ideo ſubſtitutio directa non trahitur ad fidaicommiſſariam ex clauſula codicillari, quando repugnant verba & mens teſtatoris. *Cravet. conſil. 212.* tamen *vide ibid. & Dec. conſil. 205. & 292.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, ut legata peti poſſint, licet teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis. *Dec. conſil. 240.* & tunc relicta debentur à venientibus ab inteſtato, *idem conſil. 321.* nam dicta clauſula operatur legati repetitionem à venientibus ab inteſtato. *Vicent. de Franc. deciſ. 1. num. 12. Bartol. in l.6. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonam ſorore præterita, non operatur, ut ſoror videatur gravata de reſtituendo hæreditatem per fideicommiſſum illi turpi perſonæ hæredi inſtitutæ. *Franc. Cremen. ſingul. 91.* an tunc ſuſtineatur teſtamentum virtute dictæ clauſulæ, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Periluſtr. D. Præſ. Theſſaur. deciſ. 128.* ¶ Clauſula codicillaris conſervat legata facta in teſtamento, in quo poſthumus fuit præteritus. *Bartol. conſil. 204. volum. 1.* quid ſi ignoranter fuiſſet præteritus, *vide eundem conſil. 210. eod. volum.* ¶ Clauſula codicillaris non operatur, quando eſt quæſtio voluntatis. *idem Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 53. numer. 58. Dec. conſil. 394. numer. 9.* ¶ Clauſula codicillaris etiam concepta per verba futuri temporis, an operetur poſthumo præterito, *vide Jacob. Put. deciſ. 234. libr. 2. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 1. numer. 14. Bartol. in l. 8. ff. de auro & argento. lega. & in l. 2. de legat. 3. in conſil. 6. & 20.*

lib, lai

lib. 1. an tunc poſthumus detracta legitima cenſeatur gravatus de hæreditate reſtituenda hæredi ſcripto, *vide Andr. Gail. obſervat. 114. lib. 2. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1.* pro affirmativa ſcribunt *Roland. conſil. 7. volum. 4. & Petr. de Raven. ſingul. 740.* ¶ Quod clauſula codicillaris expreſſa concepta per verba futuri temporis, faciat valere teſtamentum, in quo poſthumus fuit etiam ignoranter præteritus (ſecus in tacita) ſcribit *Cravet. conſil. 34. vide tamen Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. qu. 46. vide etiam Extell. Praſ. Theſſaur. deciſ. 141.* quo loci traditur Reg. cum ampliationibus, limitationibus, ſed an tunc poſthumus detrahat duas quartas, *d. deciſ. 141. num. fin.* ¶ Dicta concluſio max. procedit, ſi teſtator longo tempore poſt nativitatem poſthumi ſupervixerit. *Rol. conſ. 7. num. 30. vol. 4.* ¶ Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos, non exiſtentibus maſculis, ſi fuerit præterita, dicit teſtamentum nullum, ſed vigore clauſulæ codicillaris reſtituit hæreditatem hæredi ſcripto, retenta legitima. *Bartol. conſ. 44. vol. 1.* ¶ In caſu teſtamenti invalidi venientes ab inteſtato, virtute clauſulæ codicillaris cenſentur gravati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto detracta quarta trebellianica, quæ inſtituto pio loco non debetur. *Vinc. de Franc. deciſ. 63. num. 4. Afflict. deciſ. 125. Guid. Pap. q. 343. Dec. conſ. 369.* & hi ſint filii detracta legitima. *Joan. Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 8.* & præmiſſa procedunt teſtamento rupto. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 53.* ¶ Clauſula condicillaris operatur, quod caducata inſtitutione per mortem inſtituti, habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis deceſſerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 156.* nam eſt locus dictæ clauſulæ, etiamſi inſtitutus moriatur vivo teſtatore. *Dec. conſil. 369. Hippol. ſing. 544.* ¶ Clauſula codicillaris hodie ex quadam conſuetudine Notariorum apponitur: ideo non debet ſemper operari, nec debet extendi ad non veriſimilia. *Andr. Gail. obſerv. 114. libr. 2. nu. 9. Mant. de conject. ult. volun. libr. 1. tit. 10.* ¶ An & quando admittatur declaratio contentorum in teſtamento, à codicillis ſumenda, *Magon. deciſ. 4. Rot. Flor.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, quod verba, quiſquis mihi hæres erit, in teſtamento appoſita, faciat legatum conditionale. *Bart. in l. 3. de leg. 1.* ¶ Subſtitutio facta in codicillis, revocat inſtitutionem factam in teſtamento prius facto, etiamſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diverſa tamen conditione. *Cravet. conſ. 80.* ¶ Clauſula derogatoria appoſita in codicillis operatur, quod illi non revocentur per ſequentes codicillos, non facientes mentionem illius clauſulæ derogatoriæ, imo non revocantur per ſequens teſtamentum, niſi revocetur illa clauſula. *Cravet. conſil. 90. num. fin.* ¶ Confirmatio codicillorum futurorum facta tempore inhabili, non impedit libertatem poſtea in eis præſtari tempore congruo. *l. 1. C. de teſtam. manumiſſ.* ¶ Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, quoad animam retinet hæreditatem, tamen conventus in judicio condemnatur ad reſtitutionem, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. *Capic. deciſ. 89.* ¶ Quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis, & adeſt clauſula codicillaris, proximiores cenſentur eſſe rogati de reſtituendo hæreditatem hæredi ſcripto, & tunc filius detrahit ſolummodo legitimam. *Guid. Pap. quæſt 52. in fin. Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* non etiam trebellianicam, ex quo gravamen eſt purum. *Cravet. conſil. 242. & conſil. 245. Dec. conſil. 311. Roland. conſil. 71. numer. 67. volum. 2. & Bartol. in l. 8. §. meminiſſe. ff. de teſtam.* ¶ Clauſula codicillaris facit, quod ſubſtitutio directa trahatur ad fideicommiſſariam. *Franc. Marc. q. 172. num. fin. part. 2. Cravet. conſil. 305. Dec. conſil. 205. & Math. Matheſ. ſingul. 40.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

An codicilli valeant, ſi teſtamentum nullius fuerit momenti. *Van. lib. 1. q. 19.* ¶ An ſcripta in codicillis jure directo valeant, ſi ſpecialiter teſtamento codicilli confirmati non ſint. *Cujac. lib. 28. obſerv. cap. 7.* ¶ An hæreditas directo codicillis relicta retineri poſſit jure directo, an obliquo, nempe per fideicommiſſarium. *Vaud. var. q. libr. 2. q. 12.* ¶ An teſtamentum injuſtum ad defectum ſolemnitatum ſuſtineri poſſit in vim codicilli, ſi teſtator dixerit ſe nolle juris ſolemnitatem ſervare. *Vaud. var. q. libr. 1. q. 20.* ¶ Teſtes non oportet eſſe rogatos in codicillis, ideo teſtamentum, in quo adeſt clauſula codicillaris, valebit, etiamſi in eo teſtes non eſſent rogati. *Boer. deciſ. 33.* ¶ Subſtitutio facta à pagano poſt pubertatem, ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, quando adeſt clauſula codicillaris. *Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* ¶ Valet inſtitutio facta codicillis teſtamento confirmatis, quia licet codicillis hæreditas dari non poſſit, tamen ex teſtamento hoc caſu data videtur. *l. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. 10. ff. de condi. inſtitut.* ¶ Si in teſtamento non intervenerunt, niſi quinque teſtes, & nulla adſit hæredis inſtitutio, tale teſtamentum valebit in vim codicillorum, licet fuerit productum in judicio uti teſtamentum. *Hieron. Magon. deciſ. Luc. 32.* ¶ Quando in teſtamento eſt appoſita clauſula, omni meliori modo, valebit teſtamentum eo modo, quo fieri poterat recte, licet aliter ſit ſcriptum. *Thom. Minad. deciſ. 43. num. 12. vide Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 118. Vinc. de Franc. deciſ. 156.* quid operetur hæc clauſula, *Cravet. conſil. 142. 305. & 362. n. 15. Dec. conſil. 77. Hippol. ſing. 36.* ſed hæc clauſula non facit, ut valeat jure codicillorum, ſi hoc non fuerit dictum. *Boer. deciſ. 33. num. 8.* ¶ Codicilli facti in captivitate valent, captivo reverſo, ſi ante captivitatem fuerant teſtamento confirmati. *l. 12. §. codicilli. ff. de captivis.*

Vel non.

Si teſtamentum jure non valeat, ea ſcriptura, quam teſtator teſtamentum eſſe voluit, codicillos non facit, niſi hoc dictum ſit, vel niſi inter liberos. *l. 41. §. quod ſi hæredem, verſ. quæ ita. ff de vulgari. & ibid. gloſſ. vide l. 11. de legat. 3.* nam quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valet jure teſtamenti, non poteſt valere jure codicillorum. *Put. deciſ. 79. lib. 1.* ¶ Clauſula codicillaris ſi ſit adjecta in teſtamento, illud non valebit jure codicillorum, facto ſecundo teſtamento, niſi in ſecundo fiat mentio de primo, *Guid. Pap. quæſt. 323. num. 3.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex novâ voluntate non convaleſcit impedimento ceſſante: ſecus in codicillis, quibus relinquebatur fideicommiſſum. *l. 1. §. ſed ſi filius de legat. 3.*

TITULUS DXCVII.

De inutilibus diſpoſitionibus circa ultimas voluntates.

Cap. I. Quæ attendantur.

VEriſimilitudo attenditur in erronea teſtatoris diſpoſitione. *Vincent. de Franc. deciſ. 1. n. 11.* ¶ Conditiones plures à jure rejiciuntur, quando publicæ utilitati adverſantur, & turpitudinem in ſe continent. *Ozaſc. deciſ. 126.* ſed quando fatuæ mentes teſtatorum non debeant attendi. *Boer. deciſ. 23. num. 65. & 66.* alias teſtatoris mens adeo attendi debet, ut licet diſpoſitio reddatur inutilis, ab ea non ſit recedendum, *idem Ozaſc. d. deciſ. 126. num. 25.* ¶ In inſtitutione conditionali

non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 25. n. 48.*

Cap. II. Quæ intelligantur.

Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à jure dicitur continere impoſſibile de jure, *Bartol. lib. 1. minori. c. 3. n. 5.* ¶ Quod dicitur utile per inutile non vitiari, quomodo intelligatur, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 246.* ¶ Legatum factum filiæ, an intelligatur habere vim relicti, titulo inſtitutionis, *Bart. conſ. 151. & conſ. 153.*

Cap III. Quæ requirantur.

Jus ubi exigit aliquid ſub certa forma, ſeu qualitate, tunc non ſufficit factum ſine forma & qualitate adimpleri. *Abb. conſil. 1. libr. 2.* ¶ Liberatio quando fit in ultima voluntate, non requirit partis præſentiam. *Bart. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de libera. lega.* nam præſentia perſonæ non requiritur in his, quæ fiunt in ultima voluntate. *Bart. q. 13.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Furioſus ſemel an ſemper talis præſumatur, & quando illa præſumptio tollatur, *vide Boer. deciſ. 23. num. 80.* ¶ Actus facti ab habente dilucida intervalla, quando in furore, & quando in ſua mente præſumantur facti, *Bartol. in tract. teſtimonio. num 95.*

Cap. V. Quæ fieri, dari poſſint, vel non.

Hæreditas, ſeu ſucceſſio in univerſo, pacto dari non poteſt. *Ozaſch. deciſ. 100. num. 17. & deciſ. 125. vide Boer. deciſ. 555.* ¶ Pactis hæreditatem dari non poſſe pro regula traditur, nec talia pacta firmantur juramento, vel conſuetudine, aut ſtatuto: fallit in pacto reciproco de ſuccedendo, quod valet. *Andr. Gail. obſerv. 126. libr. 2. Hippol. ſingul. 333.* an tale pactum firmetur juramento, *Papon. lib. 20. titul. 2. arreſt. 1.* ¶ Fallit ſecundo in pacto ſucceſſionis inter Principes, & illuſtres perſonas. *Andr. Gail. obſerv. 127. libr. 2.* ¶ Tertio poteſt quis fieri hæres in contractu duobus in caſibus, ſocietatis ſcilicet, & matrimonii. *Caſa. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions §. 12. gloſſ. 12.* ¶ Formalibus, ſeu ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat. *Marc. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 2. num. 42. fol. 10.*

Cap. VI. Quæ dicantur impoſſibilia, vel non.

Impoſſibile reputatur, quod unius facto ſolum explicari poteſt. *Abb. conſil. 45. libr. 2.* ¶ Quæ contra bonos mores ſunt, habentur in ultimis voluntatibus pro non ſcriptis. *Abb. conſil. 99. libr. 2.* ¶ Impoſſibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. *Bartol. in leg. 41. §. conſtat de leg. 1.* ¶ Impoſſibile de jure dicitur, quod eſt contra bonos mores. *leg. 1. ff. de cond. inſtitut. Bartol. num. 5.* ¶ Captatoria diſpoſitio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona honorata alienæ voluntati eligenda, & nominanda commiſſa ſit, modo inſtitutionis ſubſtantia ex alterius voluntatis arbitrio non dependeat. *Mohed. deciſ. 358.*

Cap. VII. Qui, quæ facere poſſit.

Mulier adultera non poteſt inſtituere ſuum adulterum; nec illi teſtamento aliquid relinquere. *Papon. libr. 02. titul. 9. arreſt. 11.* ¶ Relictum ſub conditione neceſſaria habente præcedentem conditionem turpem, non debetur. *Bartol. in leg. 1. ff. de conditio. inſtitutio.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Cajo promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtituturum, præter ipſum, an per hanc promiſſionem Cajus hæres cenſendus ſit. *Marc. quæſt. 838.* ¶ Conditio turpis, vel impoſſibilis quando vitiet relictum. *DD. de Rot. deciſ. 10. de teſtament. in antiquis. num. 3. & Petr. de Roy. deciſ. 1. Litua.* ¶ Impoſſibilitas ſi eſt adjecta gravato, an vitietur diſpoſitio. *Bartol. in l. 12. §. ſi quis de legat. 1.* ¶ Modus, vel conditio impoſſibilis ſi apponatur legato, quando reddat legatum nullum. *Bartol. in l. 16. ff. de uſufruct. legato.* ¶ Conditio impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem, ſed in ultimis voluntatibus vitiatur. *Bartol. in l. 8. Codi. de legat.* ¶ Impoſſibilium quatuor ſunt ſpecies, alia enim impoſſibilitas eſt juris, alia naturæ, alia perplexitatis, & alia facti, ſed quando hæ impoſſibilitates vitient diſpoſitionem. *Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtitut.* ¶ Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, vitiat contractum, & ultimam voluntatem. *Bartol quæſt. 12.* ¶ Voluntas teſtatoris (de qua conſtat) licet invalida ſit, propter defectum numeri teſtium, aut alterius ſolemnitatis juris, operatur tamen probationem talis voluntatis. *Jaff. Lanfr. Balb deciſ. 501.* ¶ Si quis ante teſtamentum proteſtetur, quod per quamcunque diſpoſitionem per eum in favorem alicujus faciendam, non intendebat recedere à quadam donatione; tunc per teſtamentum inde factum, non præjudicatur donationi. *Put. deciſ. 421. lib. 3.* ¶ Affirmatio tabellionis teſtatorem mentis ſanæ non eſſe ſcribentis, viribus teſtamenti nihil detrahit, *vide Petr. Roy. deciſ. 2. Luno. numer. 16. in deciſ. diverſo.* tamen quando quis allegat teſtatorem fuiſſe furioſum, & non ſanæ mentis, quid probare debeat, *vide ibid.* & quomodo tunc ſint formandi articuli, *vide per Bartol. in l. 5. C. de codic.* ¶ Verba enunciativa emiſſa principaliter propter ſe, inducunt diſpoſitionem; emiſſa propter aliud non, niſi in teſtamento militis. *Bartol. in l. 7. C. de teſtam. milit.* alias non diſponunt in præjudicium ejus, qui gravari non poteſt. *Bartol. in leg. 6. C. de teſtament.* ¶ Per conſequentem contractum inutilem à primo utili non receditur, ſecus in ultimis voluntatibus. *Bartol. in l. 20. ff de adimend. legat.* ¶ Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, *vide Hippol. ſingul. 206.* ¶ Teſtamentum occulti excommunicati valet, publici non, & quid de teſtamento uſurarii, *per Bartol. conſil. 238. vol. 1.* quod non valeat, ſcribit *Abb conſ. 22. libr. 1.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Utrum valeat pactum initum in contractu matrimonii, ut primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, *vide Boer. deciſ. 004.* ¶ Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio. *Boer. ibidem num. 5.* ¶ Licet pactum de futura ſucceſſione ſit prohibitum, tamen pactum de hæreditate conſervanda eſt permiſſum. *Franc. Marc. qu. 136.* ¶ Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filiis deceſſerit, an valeat, *vide Jac. Put. deciſ. 112. & ſeq lib. 2. & Alex. Raud. tracta. de Analog. 25.* ¶ Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obvenerunt, ut quoque ad filium paciſcentis deveniant, an valeat, *vide Put. deciſ. 113. libr. 0.* ¶ An valeat teſtamentum ejus, qui juſſit cadaver ſuum debere tumulari cum cantu, alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, *vide Franciſc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 2. titul. 5. numer. 9.* ¶ Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitandum, nunquid valeat ex hoc, quod ſapiat ſimoniam. *Natt. conſil. 618.* ¶ Pactum de ſuccedendo alicui valet, facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit. *Dec. conſil. 516. numero 17.* ¶ Fideicommiſſum conventionale quando valeat, *per Raud. tract. de Analog. cap. 25.* ¶ Relictis centum filiæ, ſi nupſerit, ſi vero Religionem intraverit quinquaginta, nihilominus ſi inierit Religionem, habebit centum: quia illa conditio (tanquam turpis) quæ eſt directo impeditiva vitæ contemplativæ rejicitur. *Boer. dec. 3. n. 14.* an valeat conditio appoſita per teſtatorem, per quam impediatur vita contemplativa. *Dec. conſil. 410.*

quod

quod habeatur pro non adjecta, ſcribit idem *Bartol. conſil. 104. libr. 2. ibidem quæſt. 5.* ¶ Diſpoſitio, quæ tenet de jure ſpeciali inter filios, in qua adeſt inæqualitas ex parte filiarum, an teneat, *Put. deciſion. 253. lib. 2.* ¶ An diſpoſitio ſtulti, vel furioſi valeat, vide ſupra de teſtament. in genere. *Mynſing. obſerv. 41. cent. 2. Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. in deciſio. diverſo. Tom. 2.* ¶ Imperitia Notarii errantis circa verba teſtamenti, ſcribendo verbum unum pro alio, non reddit invalidum teſtamentum, quando ſecundum ſenſum poteſt ſuſtineri *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 3. gloſſ. numer. 6.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris pro lege eſt ſervanda, niſi eſſet humanitati contraria, vel deriſoria, aut repugnaret diſpoſitioni legis. *Marc. de Mant. ſing. 123.* ¶ An teſtamentum ad interrogationem alterius valeat, *Grum. deciſio. 73. & ſupra titul. de teſtam. in genere Cla. in ſua pract. §. teſtament. quæſt. 37.* ¶ Si non valeat quod ago, quando valeat, ut valere poteſt, dantur multæ diſtinctiones, quæ poſſunt redigi ad unam, nempe, quod ſi actus non valeat; ut agitur, ut valere poteſt, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia exiſtente, non valeat. *Cabal. milleloq. 237. & 310. Math. Matheſ. ſingul. 139.* ¶ Actus, qui fit ex duplici cauſa, licet ex una ſuſtineri non poſſit, ſuſtinetur tamen ex alia, & ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt, ubi eſt clauſula, omni meliori modo. *Crav. conſ. 142.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. *Tho. Minad. deciſ. 43. numero. 4.* ¶ Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſummatur per actum invalidum. *Minad. deciſio. 43. numero 15.* ¶ Voluntas invalida coram quinque teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus declaratur. *Bartol. in l. 1. Cod. de codicill.* ¶ Teſtator, ſi dixerit, inſtituo Titium hæredem ſub conditionibus intraſcriptis, ſi poſtea nullam conditionem expreſſerit, valebit hæredis inſtitutio, ac ſi pure facta fuiſſet. *Abb. conſil. 80. libr. 2.* ¶ Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Excell. P. Theſſau. deciſio. 126.* ¶ Ultima voluntas minus ſolemnis, in qua conjunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, quod in legatis & fideicommiſſis procedit, ſecus in hæredis inſtitutione. *Mat. Matheſ. ſing. 41.*

Vel non.

Quibus modis hæredis inſtitutio fiat inutilis, & quemadmodum debeat reſtringi, *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. libr. 4. titul. 4.* ¶ Teſtamentum factum per minorem inſtituentem filium ſui tutoris, vel curatoris, non valet, & debet irritari. *Papon. libr. 15. titul. 5. arreſt. 9.* minus teſtamentum in favorem adminiſtratorum factum. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de donation. gloſſ. 6. Tom. 2.* ¶ Teſtamentum, quod ægroto ignorante, & alio dictante fuit ordinatum, non valet, quamvis poſtea eo præſente, & coram teſtibus lectum fuerit, & cum eſſet interrogatus, an talis diſpoſitio ei placeret, reſponderit ſic, *vide tamen Man. de conject. ult. volunt. libr. 2. titul. 6. numer. 10.* ¶ Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, non valet. *Bartol. conſil. 177. vol. 1. eundem conſil. 81. volum. 2.* ¶ Inſtituto ventre uxoris poſthumo non nato, teſtamentum redditur nullum. *Bart. d. conſil. 177.* ¶ Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus. *Bart. leg. 1. minor. fol. 109.* ¶ Falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem, ideo hæreditas aufertur ab eo, quem teſtator errans in conjunctione perſonæ inſtituerat, & transfertur ad venientes ab inteſtato. *Vin. de Fran. deciſ. 1. numero 7.* ſed falſa cauſa quando vitiet inſtitutionem. *per Bartol. in l. fi. ff. de hered. inſtit.* & de caſibus in quibus legata valeant vitiata inſtitutione, *ibid.* ¶ Repugnantia, vel proxilitas ſi colligatur in teſtamentis, nulla erunt teſtamenta. *Bart. d. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 82.* ¶ Pactum factum per filiam patri, de non ſuccedendo matri, vel fratribus, ipſis matre, vel fratribus abſentibus non valet. *Roland. conſil. 81. vol. 4.* ¶ Donatio, vel legatum factum ab Advocato, vel clerico concubinæ non valet. *Bartol. in leg. 6. ff. de re jud.* ¶ Forma quando inducitur à lege, illa debet ſervari per gerentem actum, alias non valet actus. *Bartol. conſ. 133.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, cum tamen inæqualitas inducitur tolli, & annullari debet, etiam poſt factam diviſionem. *Menoch. conſil. 364.* ¶ Relictum filio ut filio, ſi non eſt filius, non valet. *Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 4. C. de hered. inſtituen. & in l. 17. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Quando falſa cauſa in ultima voluntate vitiet diſpoſitionem, *Hart. cap. 22. titul. de teſtamentis libr. 2. & infra titul. de falſa cauſa, aut demonſtratione, &c.* ¶ Pactum factum inter fratres, quod altero moriente ſine filiis, omnia bona vadant ad ſuperſtitem non valet, ſecus ſi eſſet factum de parte bonorum. *Crav. conſ. 225.* ¶ Voluntas captatoria non valet, & dicitur captatoria quando in alterius voluntatem committitur. *Dec. conſ. 494* & actus geſtus contra legem non valet. *ibidem.* ¶ Diſpoſitio captatoria non vitiatur in relictis ad pias cauſas. *Bartol. conſil 5. vol. 1. conſil. 400.* ¶ Relictum, vel inſtitutio collata in voluntatem alterius, jure Civili non valet, jure Canonico ſic. *Bartol. in ſuo tract. de differen. int. jus Civil. & Canonic.* ¶ Quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valeat jure teſtamenti, non poterit valere jure codicillorum. *Jac. Put. deciſ. 79. libr. 1.* ¶ Subſtitutio ſecunda ſequens primam non militat, ubi non habet locum prima: nam inutilis diſpoſitio non poteſt facere utilem. *Raud. tractat. de analog. cap. 37. numer. 111. & 113.* ¶ Donatio de hæreditate viventis ſine ejus conſenſu invalida eſt, quod procedit, quando eſt facta donatio hæreditatis viventis, & certæ perſonæ, ſecus incertæ. *Vinc. de Fran. deciſ. 89.* ¶ Voluntas illa teſtatoris non ſervatur. *Bartol. in l. 44. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Inſtitutio cum à principio fuerit nulla ex aliqua cauſa, poſtea non convaleſcit, remota cauſa impedimenti, *Dec. conſ. 661. numero 14.* teſtamentum invalidum, quando convaleſcat, & quando non, *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.* ¶ Actus nullus propter omiſſionem ſolemnitatis reſpicientis favorem publicum, non poteſt poſtea confirmari regulariter; ſed quibus caſibus confirmetur, *Bartol. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.*

Cap. X. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator quando facere poſſit, quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento, per *Bartol. conſil 117. & conſil. 81. vol. 2.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem introductam favore hæredis, ipſe tamen hæres poteſt, & etiam teſtator non poteſt facere, ut leges non habeant locum in ſuo teſtamento. *Bart. in l. 1. C. de uſufruct.* teſtamentum enim publici juris eſt, nec poteſt quis facere, quod ejus privata ſcriptura valeat pro teſtamento. *Dec. conſ 494.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri. *Bart. in l. 47. ff. de pact.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, niſi minæ, ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, quod ex pluribus argui poteſt, ex adductis

ductis per *Vinc. de Fran. deciſ. 180.* ¶ Defonctorum actus non poſſunt eſſe in pendenti, ſicut actus viventium. *Bart. in l. receptum. ff. commu. prædio.* ¶ Temporis anguſtia ſubducitur de ultimis voluntatibus. *Bart. in l. 1. C. de his, quæ pœna nomine.* ¶ Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum. *Bart. in l. 1. ff. de iis, quæ pro non ſcript.*

TITULUS DXCVIII.

De incapace.

INcapax quando capit ob defectum teſtatoris, ad quem hæreditas deveniat, & quid quando ob defectum ſui, *Bartol. in l. 4. C. de his quib. ut indig. hæred. auſer.* vel ob defectum teſtamenti, *ibid.* ¶ Si eſt inſtitutus hæres, qui non eſt capax, & rogatus reſtituere, an cogatur adire, & ſi non cogeretur, an ille, apud quem remanet hæreditas, illam habeat cum onere iſtius fideicommiſſi, *vide Bart. in l. 14. C. de fideicommiſſ.* ¶ Relictum incapacibus, quando deferatur in fiſcum, & qui ſint incapaces, vel indigni, & an relictum ſpurio palam deferatur fiſco, vel remaneat apud hæredem, *vide Bart. in l. 1. C. de delatoribus lib. 10.* & de materia infra, *titul. de his, quibus, ut indign. hæred. auſe.* ¶ Relictum palam non capaci non applicatur fiſco, & promittens per inſtrumentum publicum teſtatori de reſtituendo incapaci, dicitur palam facere. *Bartol. in l. 106. de lega. 1.* & tale relictum habetur pro non ſcripto. *Abb. conſil. 63. lib. 2.* ¶ Legatum factum penitus incapaci non quæritur fiſco, & quilibet eſt capax legati alimentorum. *Bartol. in l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Capacitaa in hærede, vel legatario, quando requiratur, *vide per Bart. in d. l. 1. de delatorib.* & inſpiciatur, *vide eundem in l. 48. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Legatarius ſufficit, quod ſit incapax tempore mortis. *Bartol. in l. 3. §. quando. ff. de jure fiſc.* ¶ Hæres non capax ſe deferens præmiatur, ſed ad teneatur ſe deferre ſtatim. *Bartol. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10.* ¶ Hæres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua in d. lege, quid, quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicommiſſario, *Bartol. in d. l. 1.* ¶ Relictum palam filio ſpurio, non revocatur per hæredem extraneum. *Bartol. in l. 126. de lega. 1.* ¶ Si teſtator dixerit, lego Titio centum, vel mille, & volo, quod dentur illi, quem ſibi dixi tale legatum, non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de rebus dubiis.* ¶ Pater naturalis pro illa portione ſuccedit filio, in qua filius ipſi patri ſuccederet. *Bartol. in §. ſi quibus igitur, Aut. quib. mod. naturales effi. ſui vide de materia ſup. t. de naturalibus liberis.* ¶ Filius naturalis natus ex unica concubina, an habeat jus ſuccedendi ſuo fratri legitimo, *Bart. ibi.*

TITULUS DXCIX.

De ingratitudine.

PActum, ut ingratitudo futura non obſit, non valet. *Bartol. in l. fin. C. de pact. numer. 3.* ¶ Qui impedit alium teſtari, juſtam cauſam exhæreditationis committit. *l. 23. C. de injur.* ¶ Cauſæ ingratitudinis an repellant fratrem à ſucceſſione ab inteſtato, *Bartol. in l. 27. C. de inof. teſtam. & ingratitudine, Aut. de nup.* ¶ Ingratus poteſt privari beneficio, quod habuit ab eo, contra quem ingratus eſt. *c. 3. ex. de poſtul.*

TITULUS DC.

De his, quibus ut indignis hæreditates auferuntur.

Cap. I. Hæreditas, ſucceſſio: quæ quibus modis intelligantur, & requirantur.

DIctio, mox, poſita, *in l. tutores. C. ad Tert.* quomodo intelligatur, *& cex. in l. 2. §. confeſtim. ff. eod.* declaratur, *ibid. Ozaſ. num. 24. & 28.* ¶ Matri, minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à jure ſtatutum, ſecus ſi fuerit major. *Ozaſ. deciſ. 87. numer. 5.* tempore mortis filii, licet eſſet minor tempore mortis mariti. *Cruv. conſil. 325. Lud. Rom. ſing. 224.* ſed quid, ſi minor ætas fuerit retractata per conſtitutionem Principis, an ſit attendenda ætas limitata per conſtitutionem Principis, *Vincen. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Monitio bina requiritur, ut aliquis privetur hæreditate, gravatus à teſtatore, ut aliquid faceret. *Capic. deciſ. 205. Raud. tract. de anal. c. 37. numer. 104.* hæres tamen gravatus à defuncto, ut aliquid ſolvat, ſi moneatur à Judice per decretum, ut impleat, ſi ſteterit per annum, & non impleverit, punitur commodo proveniente ex teſtamento. *Capic. deciſ. ibid. n. 5. Aut hæ hoc amplius. C. de fideicom.*

Cap. II. Quando amittatur, auferatur.

Teſtatorem cogens ad alium inſtituendum, inſtituto hæreditatem non tribuit. *Menoch. de arbit. caſ. 395. n. 11.* & impediens teſtari, ſi proximior eſt, hæreditatem perdit. *ibid. num. 13.* ¶ Hæres jure Civili non implens defuncti voluntatem, perdit hæreditatem excepta legitima, ſed jure Canonico perdit totum. *Bart. in ſuo tr. de differ. int. jus Cano. & Civil. n. 67.* ¶ Privatus hæreditate ſi non ſolverit legata, verficatur diſpoſitio poſt mortem ejus. *Bart. conſ. 29. vol. 1.* ¶ Mater non petens filio tutorem intra annum perdit jus ſuccedendi, & hoc habet locum in multis aliis perſonis, de quibus & quando regula procedat, cum ſuis limitationibus, *per Maran. in l. is pot eſt. ff. de acq. hære. in lib. ſui Spec. fol. 627. Caſſa. in conſ. Bur. tit. des ſucceſſions. vide glo. 4. n. 7. Lud. Rom. ſing. 105. Bartol. in l. 2. ff. qui petu. tuto. & in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Senatuſconſ. Tertul. l. 10. C. de legi. hæred. & Vin. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Mater, quæ eſt data in teſtamento tutrix, quæ non fecit inventarium, nec fecit ſibi adminiſtrationem decernere, nec alias tutorem petiit, perdit hæreditatem filiorum decedentium in pupillari ætate. *Guid. Pap. quæſt. 403. Bart. conſ. 18. vol. 1. & conſ. 25. eod.* ſed utrum matre excluſa excludatur avia, quæ ſimiliter peteret tutorem lapſo anno, *vide Guid. d. q. 403. & Bart. d. conſ. 18.* ubi tenet pro parte negativa.

Auferatur.

Hæreditas quando aufertur ab hærede ſcripto ut indigno, ille ad quem vadit hæreditas, tenetur legatariis, & creditoribus. *Bartol. in l. 14. num. 10. ff. de tranſact.* ¶ Quod aufertur ab indigno abſque ejus delicto, non applicatur fiſco. *Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtit.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere. *Bart. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcrip.*

Cap. III. Qui privetur ſucceſſione hæreditatis.

Qui in ſe tacitam fidem aſſumpſit de reſtituendo non capaci, privatur commoditate legis falcidiæ, & quarta ipſius legis eo in caſu applicatur fiſco. *l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si hæreditas ob hæredis culpam confiſcatur, fiſcus partem hæredis retinet, & reſiduum fideicommiſſario reſtituit. *l. Marcellus. §. ſi is. ff. ad Senatusconſult. Trebellia.* ¶ Hæres accommodans fidem tacite de

reſtitus

Google

reſtituendo non capaci, privatur omni commodo hæreditario fiſco applicando, qui tenetur ad legata, & falcidiam detrahit, ſicut hæres facere poterat. *l. 3. Cod. ad leg. Falcid.* ¶ Si cogam te, ut me inſtitueres, incido in edictum, & hæreditas applicatur fiſco, ſed an hoc caſu præjudicem venientibus ad inteſtato, & quomodo illis ſuccurratur, *per Bart. in l. 3. ff. ſi quis teſtam. prohib.* ¶ Ille qui aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit, privatur ejus hæreditate, *vide in tit. ff. ſi quis aliquem*, & ulterius punitur. *l. 1. C. eod. ſi quis aliquem.* ¶ Non vindicans mortem teſtatoris defuncti, privatur ejus hæreditate. *Capel. Thol. q. 41.* ſed quando excuſetur. *ibid. in additio.* ¶ Hæres monitus, ſi deſiſtat parere diſpoſitioni defuncti quando extraneus, vel fiſcus admittatur, *Bart. §. inordinatum. Authen. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres non ſervans juramentum defuncti, quando privetur hæreditate ipſo jure, *Bart. in Auth. de juramento à moriente præſtito.* ¶ Rebus relictis ad pias cauſas, ſi perſona deſignata ſemel, & ſecundo monita adimplere diſtulerit, omni lucro privatur, *§. ſi autem, Authen. de Eccleſiaſt. titul.* ¶ Occidens teſtatorem tanquam indignus hæreditate privatur, & fiſco applicatur, ſed quid in occidente filium teſtatoris, ſeu ejus, cui alter ſuccedere poteſt, *Lud. Roman. ſing. 667.* ¶ Etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum avi, *l. 26 ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Mulier intra annum luctus nubens, an privetur hæreditate à primo viro ſibi relicta, *vide per Boer. deciſ. 186.* pro affirmativa ſcribit *Papo. lib. 15. t. 1. arreſt. 12. tit. 4. arreſt. ſi. vide tamen arreſt. 20. lib. 16. tit. 3.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris implere, privatur ejus hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, quod, ſi teſtator diſpoſuerit hæredem privari bonis, ſi ſuam voluntatem non impleverit, *Cabal. milleloq. 679. Bart. in §. & hæc omnia, auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleverit, an poſſit privari hæreditate, *Cravet. conſil. 59.* ¶ Hæres non implens voluntatem defuncti graviter peccat, & aliquando periclitatur in ejus vita, & ad hoc ſcribuntur duo mirabilia exempla per *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. in præfat. numer. 85. & ſeqq.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris, implere privatur hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, ſi vero ageretur de breviori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur. *Rebuff. ibid. numer. 88.* ſed quomodo, & quando hoc caſu puniatur, & cogatur hæres, *vide ibid. num. 89.* ¶ Admonitio cum curſu temporis anni facit quem inobedientem, & capiens commodum, quo inobediens privatur, debet ſuſtinere onus cautionis, & commodita, qua quis privatur, ſi reſpiciat commodum certæ perſonæ, illi applicatur. *Bart. in §. ſi quis. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Mater ultima tantum die anni petens tutorem dari filio, ejus ſucceſſione privari non debet, ſi poſtea caſus acciderit, *Marc. de Mant. ſingul. 540.* ¶ Mater negligens petere curatorem ventri, an privetur hæreditate, *vide per Bartol. in conſil. 63. vol. 2.* ¶ Si filio furioſo, vel inſano mater curatorem non petierit, an privetur ſucceſſione, *vide Vinc. de Franc. deciſion. 167.* ¶ Quando relinquitur incapaci, clam accommodata fide de reſtituenda hæreditate ipſi incapaci, bona applicantur fiſco, ſed quando inſtitutio fit palã, ſeu ſubſtitutio, tunc applicantur venientib⁹ ab inteſtato. *Fr. Marc. qu. 256. vide Gomez. Leon. deciſ. 68. in deciſ. diverſ. Tom. 2. & Bart. conſ. 29. volum. 1.* ¶ Hæres (marito defuncto) violans ejus viduam, facit ſe indignum ejus hæreditate: ideo ab eo aufertur, & applicatur fiſco. *Cabal. milleloq. 137.* ¶ Mater, vel alius proximior, qui venit ad ſucceſſionem pupilli, debet petere tutorem ipſi pupillo, alioqui privatur ſucceſſione, maxime ſi intra annum à morte teſtatoris non petierit, & mortuus ſit in pupillari ætate pupillus. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art. 3. gloſſ. 2. num. 11. vide Natt. conſil. 656. Hart. cap. 4. tit. de ſucceſſio. lib. 1. Vinc. de Franc. deciſ. 16. num. 7.* ſed ubi quis allegat filium mortuum intra annum, hoc probare debet. *Natt. conſil. 656.* ¶ Mater ſi tutelam legitime non adminiſtraverit, vel inventarium non confecerit, etiam privatur ſucceſſione filiorum. *Natt. conſ. 663.* & ſi non ſuſceperit tutelam intra annum, poſt illum non poterit impedimentum allegare. *Natt. ibidem numero. 14.* ¶ Hæres indignus hæreditate privatur, & applicatur fiſco Civitatis originariæ teſtatoris. *Rom. ſingul. 579.* ¶ Si hæres non redimat teſtatorem à carceribus, & ibi moriatur, privatur ejus ſucceſſione, & devolvitur ad Eccleſiam, *Authen. ſi captivi. Cod. de epiſcop. & cler.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curam, a ſucceſſione ipſorum privantur, licet hæredes ſint ſcripti. *Authen. liberi. Codic. de Epiſcop. audient.* ¶ De bonis auferendis ab hærede, qui mortem defuncti non vindicavit, non poteſt agi, niſi convictis reis, vel defunctis. *l. 1. C. ubi cauſæ fiſcales.* ¶ Paciſcens de hæreditate viventis ignorantis, privatur ipſa hæreditate, & applicatur fiſco. *DD. in l. final. Cod. de pact.* ¶ Hæres non ſepeliens defunctum privatur hæreditate. *Boer. deciſ. 287. Rebuff. in ſuis comment. tract. de beneſic. cad. cuſtod. gloſſ. 4. num. 14. Tom. 2. fol. 534.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 24. §. mulier. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio; non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex diſpoſitione patris. *Marc. de Mant. ſing. 549.* ¶ Filius, cujus pater occidit teſtatorem, non privatur hæreditate propter factum patris occiſoris. *Boer. d. deciſ. 25. num. 12.* nec ipſe filius tunc tenebitur vindicare necem defuncti contra proprium patrem. *ibid. num. 13. nec econtra num. 14.* ¶ Si ſe excuſat à tutela teſtamentaria, non repellitur à ſucceſſione pupilli. *Guid. Pap. ſing. 528.* ¶ Minor hæreditate paterna non privatur, licet patris mortem non ulciſcatur. *leg. 1. C. in quibus cauſ. reſti. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Curſus anni non inducit privationem hæreditatis ſtante ſtatuto, quod non implens voluntatem defuncti intra annum incurrat pœnas legales, & curſus anni habeatur pro legitima monitione. *Bartol. conſ. 137. volum. 1.*

Cap. IV. Quando quis dicatur, fiat indignus.

Vir reputatur indignus ſi probetur, quod ante teſtamentum verberaverit uxorem. *Bartol. in l. 3. ff. de damn. numero 16.* ¶ Frater occidens fratrem ei ſuccedit, ſed ab eo, ut ab indigno aufertur hæreditas, & datur fiſco: idem in filiis ſuis; ſecus ſi eſſet alius agnatus, qui eſſet in eodem gradu cum interfectore, quia tunc ille præferretur fiſco, præmiſſa etiam procedunt, ſi alius agnatus, vel cognatus occidiſſet agnatum, cui ſuccedere debuerat. *Boer. deciſ. 25.* ¶ Hæres, qui eſt cauſa mortis defuncti, eſt indignus ejus hæreditate. *l. fin. §. fin. ff. de bonis damnat.* ¶ Non adimplens voluntatem teſtatoris reputatur indignus ſua hæreditate, & tunc præjudicat ſibi, & liberis vocatis. *Rand. tr. de analog. cap. 37. vide cap. 6. & ibidem gloſſ. ex. de teſtam. & in cap. 9. ex. de voto.* quia hæres non implens voluntatem teſtatoris, dicitur contravenire ejus teſtamento, & illud impugnare. *Cravet. conſ. 1. num. 3* & teſtamentum non opitulatur agenti ex eo, niſi impleta teſtatoris voluntate. *idem conſ. 80.* ¶ Mater renuncians tutelæ filiorum non petito tutore, efficitur indigna hæreditatis eorum. *Magon. deciſ. 43. Rot. Floren.* ¶ Limita non procedere, quando ſtatim facta renunciatione ſuſcepit avia tutelam, ita quod pupillus nullo tempore remanſerit indefenſus. *ibid. numero 3.* ¶ Secundo limita, quando extant conſanguinei, quibus tutela defertur, *ibid. numero 4.* vel alii tutores. *Dec. conſ. 246.* ¶ Tertio limita,

mita, quando filii moriuntur intra annum. *ibidem num. 5. Rot. Avenio. deciſ. 80. in deciſ. diverſ.* ¶ Quando, quando mater mala valetudine fuiſſet affecta. *Magon. deciſ. 43. numero 6.* ¶ Quinto limita, quando filius haberet multos creditores, & propter hoc mater noluerit petere tutorem, ut filius remaneret indefenſus, ne poſſet condemnari *Hippol. ſing. 322.* ¶ Indignus hæres dicitur, qui infirmo teſtatori medicum non adhibuit, vel malum, aut aliter illius curam non habuerit, & tunc hæreditas auſertur, & fiſco applicatur. *Rot. Aven. deciſ. 21. in deciſ. diverſ. Pet. de Raven. ſingul. 321. & Natt. conſil. 462.* ¶ Qui donat bona viventis, ejus hæreditate eſt indignus. *l. 51. ff. de donatio.* ¶ Qui contra mandatum Principum, vel Senatuſcon. uxorem duxerit, indignus eſt omni commodo ex ejus teſtamento, & illud applicatur fiſco, ſecus in uxore ducta, quia ipſa poteſt capere ex teſtamento viri, *l. 2. ff. de his quib. ut indig. lega. auſe. vide ibid. per tot. tit. de materia & in tit. ff. de jur. fiſci.*

Cap. V. Qui excludatur.

Adulter, ſi à marito adulteræ hæres inſtituatur, tanquam indignus ab hæreditate repellitur, & fiſco applicatur. *Guliel. de Lud. ſing. 90.* ¶ Mater tutelam filiorum gerens, ſi ad ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inventario, tutore filiis non petito, nullaque ratione adminiſtratorum reddita, filii defuncti ſucceſſione excluditur, & frater defuncti admittitur inſolidum. *Ozaſ. deciſ. 58. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium. Dec. conſ. 246. Caſſan. in conſuetud. Burgun. titul. des ſucceſſions. §. 6. gloſſ. 4 numer. 7. l. 9. C. ad Tertullianum,* quod procedit etiam in matre ruſtica. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 194. num. 26.* ¶ In ſucceſſione furioſi, dementia, aut mente capti, quicunque etiam proximior excluditur per extraneum, qui illum in vita rexit, curavit, & aluit in negligentia prædictorum, & jure ſangvinis, vel alias ſuccedere debentium. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. tit. des ſucceſſions. §. 1. gloſſ. pen. in fin. vide §. ſi quis de prædictis Ant. ut cum de appellatio. cognoſ.* ¶ Ingratitudo excludit quem à ſucceſſione ab inteſtato, *Antan. Corſet. in ſuis ſingular. littera I. ſing. ingratitudo*, tamen pro negativa ſcribunt *Guliel. de Lud. ſing. 3. Amanel. de Clariſaquis ſing. 247.*

Cap. VI. Qui non ſuccedat.

Homicida, ut indignus, & ejus deſcendentes non ſuccedunt defuncto occiſo, dato quod eſſent proximiores. *Papon. lib. 12. tit. 1. arreſt. 2.* ſed talis ſucceſſio ſpectat ad alios legitimos ſucceſſores proximiores, *idem Papon. eodem lib. titul. 4. arreſt. 1. vide in ſua Pract. crim. §. homicidium verſ. privatur etiam fol. 25. Bart. in l. 3. num. 10. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohibue.* ¶ Maritus occidens uxorem non poteſt ei ſuccedere, etiam deficientibus agnatis, & frater ſubſtitutus occidens fratrem gravatum, illi non ſuccedit. *Boer. d. deciſ. 25. numer. 4. & 11. Dec. conſil. 525.* ¶ Qui eſt in poteſtate alterius excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *leg. ſi tacitum, ff. ad legem Falcid.*

Cap. VII. Qui incidat in pœnam.

Indignior reſtituens hæreditatem tacita accommodata fide, incidit in pœnam. *l. unica. C. de his, qui ſe defer. lib. 10.* ubi habetur, quod tacita fide gravatus de reſtituendo incapaci, ſi ſe non deferat exutus omni patrimonio (à fiſco vendicato) in inſulam deportatur, ſed an hoc procedat in filio hoc modo gravato. *Hieron. Laure. deciſ. 1. Rot. Avenio. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Si hæres intra certum tempus voluntatem defuncti non impleverit, qua pœna puniatur, *vide per Bart. in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* ¶ Si intra annum à die monitionis non fiat executio teſtamenti per debentem exequi, devolvitur executio ad Epiſcopum. *c. 3. ext. de teſtamen.* ¶ Si teſtator jubet aliquid fieri ſub pœna privationis hæreditatis, ſi hæres non faciat, punitur, & applicatur ejus pars cohæredi. *Bart. in l. 39. §. hæres de leg. 3.* Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, *Dec. conſ. 583. numero 12. vide infra tit. de his, quæ pœnæ nomine.* ¶ Quando habeat locum pœna contra hæredem non vendicantem mortem defuncti. *Ant. Corſ. in ſuis ſingularib. littera P. ſing. pœna 7.* ¶ Hæres non incidit in pœnam, ſi non implet voluntatem defuncti, quando in teſtamento ſunt dati executores. *Bar. d. conſ. 137.* fallit in uno caſu, de quo *ibid. n. 4.*

Cap. VIII. Qui facere poſſit, vel non.

Quis admittatur ad vindicandam necem defuncti occiſi, & quis potior ſit in agendo pro injuria, & intereſſe. *Boer. deciſ. 120. & ſupra lib. 1. titul. de intereſſe*, quod debetur parti læſæ. ¶ Agens ad privationem hæreditatis ob legatum non ſolutum, non ſufficit oſtendere legatum factum; ſed debet probare non eſſe ſolutum. *Bartol. conſil. 137. num. 3. vol. 1.* ¶ Hæres indignus uſucapit. *Bart. in l. 4. ff. pro hærede.* ¶ Teſtatoris voluntatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi ex illius teſtamento. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 64. n. 37.* ¶ Indignationis exceptio non poteſt à conſanguineis opponi, antequam agente fiſco ſit judicatum. *Boer. deciſ. 25. num. fin.* ¶ Hæres indignus cohæredi indigno eo, quod non vendicat necem defuncti, non poteſt de hoc opponere, nec impedire judicium diviſorium motum, *l. 18. § ſed an ff. famil. erciſc.*

Cap. IX, Ad quæ teneatur, vel non.

De jure communi hæres tenetur accuſare occiſorem defuncti anteceſſoris, quod non obſervatur in Regno Franciæ. *Pap. lib. 24. tit. 2. arreſt. 1.* imo ubique ex conſuetudine fuit derogatum hac in re juri communi, *vide Clar. in ſua Pract. crimin. q. 79. verſicul. quando hæres fol. 199. & D. Sola ſuper antiq. conſt. Sabaud. gloſſ. ſuper decreto, cum nullus tit. ut nemo invitus. fol. 171.* ¶ Hæres, qui mortem defuncti vindicare tenetur, à calumnia excuſatur, ſi accuſationem non probaverit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 31. num. 23.* ¶ Qui agit ad privationem hæreditatis ob non impletam voluntatem defuncti, debet cavere de illa implenda, ut obtineat. *Bart. conſil. 137. n. 3. vol. 1.* ¶ Hæres occiſi tenetur ad expenſas faciendas in capiendo, & puniendo occiſorem. *Boer. deciſ. 303. n. 10. Capel. Thol. q. 41.*

Cap. X. Qui effectus producantur, & quæ valeant.

Quando homicidæ factum uxori, & liberis in hæreditate noceat. *Boer. deciſ. 25. num. 15. & ſeq.* ¶ Frater occidens fratrem nocet omnibus ſequentibus in gradu; ſed exiſtentibus in eodem cum eo, vel proximiori non. *Bart. in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohib. in leg. 7. §. præterea. ff. de bonis damna. & in l. 3. ff. de inter. & releg.* ¶ Maritus ſi prohibeat uxorem teſtari, an noceat filiis, qui ſucceſſuri erant ab inteſtato. *Bartol. in §. ſi dominus d. l. 1.* ¶ Dolus alterius, quando eſt cauſa immediata acquiſitionis meæ, mihi nocet. *Bartol. in l. 3. ff. de bonis damna. n. 7.* ¶ Frater igitur occidens fratrem præjudicat ſibi, & filiis ſuis, quoad portionem ſibi ſpectantem, non autem aliis fratribus, quoad ſuas portiones. *Boer. deciſ. 25. num. 3. & 10.* ¶ Statutum valet, quo filius propter patris delictum matris ſucceſſione privetur. *Dec. conſ. 525. n. 3.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Executori annus non currit, niſi à die monitionis faciendæ per Epiſcopum. *Abb. conſ. 21. lib. 2.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres fiſco tanquam indignus, *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

TITULUS DCI.

De his, quibus ut indignis legata auferuntur.

Cap. I. Qui, quæ amittat.

DEefuncti voluntati, quando contraveniſſe cenſeatur legatarius, ut à legato cadat, *Jac. Put. deciſ. 406. eod. libr. & Aemil. d. deciſ. 233.* ¶ Accuſans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens perdit ea, quæ ſibi per teſtatorem ſunt relicta. *Bartol. in l. 2. C. de his, quib. ut indig. hæred. auſer.* quid juris in illo, qui dicit, teſtamentum nullum, vel non jure factum. *ibid. num. 7.* ¶ Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, omnia ſibi in teſtamento relicta perdit. *Mynſing. obſ. 87. cent. 6.* ¶ Tutori in teſtamento relicto ſi quid legetur, illud amittit tutor, ſi tutelam ſubire recuſet, quod procedit, ſi legatum fuerit factum ea contemplatione, ut tutelam ſubeat, ſed ex quibus hoc apparere poſſit, *per Bart. ſing. 68. Petr. de Raven. ſing. 169. & ſeq. ff. de excuſat. tutor.* ¶ Onus pro parte recuſatum, facit legatum perdere totum, exemplum datur in tutore, qui obtinuerat excuſationem à bonis unius Provinciæ tantum, *l. 114. de leg. 1.*

Vel non.

Legata non perdit mulier nubens intra annum luctus, ſi non extant liberi. *Boer. deciſ. 186.* idem, ſi commiſerit adulterium. *Franc. Marc. q. 513. num. 27.* ¶ Cauſa probabilis veniendi contra teſtamentum, quomodo excuſet legatarium, ne legatum ſuum amittat, *Jac. Put. deciſion. 401. libr. 3. & Paul. Aemil. deciſ. 253. part. 1.*

Cap. II. Hæreditas, quando auferatur, vel non.

Indigno quod aufertur, fiſco aplicatur, & indignitatem non poteſt alius opponere, quam fiſcua, ſed indignus, quando legatarius intelligatur, ita ut legatum fiſco debeat applicari, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 5. numer. 14.* ¶ Hæreditas ſi ab indigno auferatur, an etiam auferatur prælegata. *Boer. deciſ. 280.* ¶ Legata debentur etiam ubi indigno hæredi hæreditas aufertur, dato, quod legatarius infirmo teſtatori medicum non adhibuerit. *Rot. Avenio. deciſio. 21. num. 7. in deciſio. diverſo. Tom. 3.* imo legatum ademptum videtur ſi legatarius fuerit negligens in curando teſtatore infirmo, quod debet intelligi ſi fuerit in culpa lata, vel levi, ſecus ſi in leviſſima. *Franc. de Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 10.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere ſuo. *Bartol. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Legatum relictum palam incapaci non applicatur fiſco, ſecus ſi eſt relictum indigno. *Bartol. in l. 1. ff. de jure fiſci.*

Cap. III. Qui privetur.

Legatarius legato privatur ipſo jure, ob adulterium cum uxore teſtatoris commiſſum, idem, ſi ſtuprum teſtatore mortuo commiſerit. *Ozaſ. deciſ. 77.* ¶ Si legatarius egerit querela inofficioſi, & ſuccubuerit, privatur legato, & fiſco applicatur. *l. 8. §. meminiſſe ff. de teſtam.* tamen qui egerit nomine alterius de inofficioſo, non eſt indignus legato, *l. 30. §. 1. ff. eodem.* ¶ Infirmum negligens, & non adhibens curam, & mortem evadat, an, & quando privetur legato, ut quocunque emolumento, quod ſperat ex ejus morte, *vide Natt. conſil. 461.*

Vel non.

Licet mater non perierit tutorem dari filio, non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Marc. Mant. ſing. 549.* ¶ Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, ideo licet legatarius contra voluntatem teſtatoris moleſtaverit hæredem, non ob id debet privari legato, niſi hoc expreſſe dictum ſit à teſtatore. *Dec. conſ. 583.* ¶ Ille per quem non ſtat, quo minus tutor ſit, non privatur legato. *l. 78. §. non jure de leg. 2.*

Cap. IV. Qui ſit indignus re.

Qui factum hæredis impugnat, non teſtamentum, non eſt indignus legato. *l. 90. §. legato. de legat. 2.* ¶ Legatarius ſurripiens teſtamentum, tanquam indignus legato excluditur, *Mant. lib. 12. tit. 5. numer. fin.*

Cap. V. Qui excuſentur, vel non.

Qui eſt in poteſtate alterius, excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *l. tacitum, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Maritus excuſatur, ſi non inveniat medicum pro uxore curanda. *Bart. in l. 16. ff. pro ſocio.*

Cap. VI. Qui legare poſſit, vel non.

An Clericus poſſit legare concubinæ per ſe, vel media perſona alterius, *Gomez. Leo. deciſ. 45. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* & mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis non capit, *l. 24. §. mulier, ff. de milit. teſtam.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres indignus fiſco. *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Si legatarius aliquid commiſiſſet, quod ſi teſtator ſciviſſet non ita legaſſet, quando repellatur exceptione: *per Bart. in l. 27. C. de fideicommiſ.* ¶ Offendenti non probanti ſequens meritum, legatum non debetur. *l. 9. §. Lucius Titius, de leg. 2.* ¶ Tabellioni, an poſſit aliquid legari in teſtamento per eum ſcripto, *vide Hart. capitul. 3. titul. de lega. lib. 1.* ¶ Si teſtator dixerit lego Titio centum, & volo dentur ei, quem ſibi dixi, tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de reb. dub.*

TITULUS DCII.

De his, quæ nomine pœnæ relinquuntur.

HÆre privato in aliquem eventum, non facta expreſſione, ad quem debeat pervenire hæreditas, illa intelligitur delata ab inteſtato. *Alexan. Raud. tract. de Anal. cap. 27. numer. 8.* ¶ Interpellandus eſt is, qui tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ad effectũ, ut pœnam privationis incurrat. *ibid. numer.* 104. ¶ Pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum favorem erat implendum. *Cruv. conſil. 80. num. fin.* ¶ Teſtator poteſt privare hæredem hæreditate, ſi aliquid fecerit, vel non fecerit. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 69.* ¶ Quando is, qui dare, vel facere aliquid tenetur teſtatoris voluntate, facere potuiſſe, & debuiſſe dicatur, ut pœnam incurrat, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 498.* ¶ Pœna privationis in uno caſu appoſita, non extenditur ad alium caſum. *Dec. conſil. 273.* ¶ Translatio legati in pœnam debet ſtricte interpretari, ideo ſi teſtator dixerit lego centum, & ſi ultra illa centum legatarius petierit tale prædium, quod talis Eccleſia debeat habere ipſa centum, tunc ad hoc, ut ſit locus legato facto Eccleſiæ requiritur, quod legatarius non ſolum petierit, & conſequutus fuerit prædicta centum. *Dec. conſil. 191.* ¶ Fideicommiſſum fieri poteſt in pœnam, & tali caſu debet ſtricte interpretari. *Dec. conſ. 336. volum. 2.* ¶ Quando uxor relicta fuit uſufructuaria, cum prohibitione, quod hæres non poſſit, neque valeat turbare, vel moleſtare ipſam uxorem, & caſu,

quo

quo eſſet moleſtata fuiſſet inſtituta hæres in omnib⁹ bonis, quid juris hoc caſu, ſi hæres moleſtaſſet uxorem, *vide per Dec. conſ. 613.* ¶ Teſtator in teſtamento poteſt apponere pœnam hæredi non ſolventi legatum. *Dec. conſ. 673.* ¶ Filia inſtituta adjecta conditione, ſi contigerit, quod teſtator fuiſſet occiſus à quocunque, eſſet privata ejus hæreditate applicanda hoſpitali, an talis diſpoſitio valeat, *per Menoch. conſil. 78. vol. 1.* ¶ Et ſi is, qui vult conſequi relictum ſub conditione debeat probare impletam fuiſſe conditionem, tamen quando aliquid eſt ademptum, & in alium translatum, ſi primus aliquid non feciſſet, ſecundus legatarius, qui vult primum privare commodo relicti ob id, quod non impleverat conditionem, probare debet tale non factum, ex quo allegat quodammodum delictum, *idem Menoch. conſ. 262. lib. 3.* ¶ Legatum relictum ſub pœna privationis caſu, quo legatarius non defenderit hæreditatem teſtatoris; hoc non obſtante, poterit legatarius in defendendo agnoſcere bonam fidem, non defendendo ipſam hæreditatem contra jus, & æquitatem, quia teſtator intellexit de defenſione legitima. *Menoch. conſil. 281. num. 29. lib. 3.* ¶ Teſtator ſi mandet ſub pœna hæredi Eccleſiam conſtrui in ejus domibus, ſi Epiſcopus conceſſerit quod alibi poſſit conſtrui, hæres non incidit in pœnam. *Ludo. Rom. ſing. 474.* ¶ Legatarius non tranſmittitur ad hæredem legatum cum adjectione pœnæ. *idem ſing. 497.* ¶ Teſtator non poteſt aliquem punire propter inobedientiam tertii. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera T. ſing. teſtator. 2.* nec poteſt hæredem ſuum hæreditate privare, ob alterius negligentiam. *Ludov. Roman. ſingul. 102.* ¶ In pœnis & mulctis, quæ relinquntur in teſtamento, non receditur à perſona, quantum ad commiſſionem pœnæ. *Bart. conſil. 7. vol. 1.* ¶ De diſpoſitione, ſeu clauſula pœnali in teſtamento appoſita, *per Franc. Marc. q. 843. & q. 845.*

TITULUS DCIII.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato, vel fideicommiſſo.

DEmonſtratio falſa adjecta rei, quæ non reperitur, vitiat legatum. *l. 111. §. qui quinque de leg. 1. & l. 116. §. pen. eod.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum. *l. 100. §. paterfa de leg. 3.* ¶ Falſa demonſtratio generis reſtringit, ſecus in legato certæ ſpeciei. *l. 11. ff. de aur. & argen. leg.* ¶ Falſa cauſa legato adjecta diſpoſitionem vitiat teſtatoris, qui alias relicturus non erat, *Menoch. conſil. 346. lib. 4. num. 14. 15. Bart. ſingul. 77. & ſupra de materia in tit. de inutilibus diſpoſitionibus circa ultim. volunt.*

TITULUS DCIV.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato vel fideicommiſſo.

FAlſa cauſa non vitiat inſtitutionem, fallit, ſi probetur teſtatorem alias inſtituturum non eſſe. *Petr. de Rav. ſingul. 247.* quando vitiet, *vide Bartol. in l. final. ff. de hæred. inſtitutio.* ¶ Error cauſæ, quando vitiet legatum, *vide per Bart. in l. 52. de pact.* ¶ An falſa demonſtratio vitiet, vel non, *Bartol. in l. demonſtrat. ff. de con. & demonſtrat.* ¶ De falſa cauſa, & quando vitiet, *vide eundem Bart. in d. l. demonſtratio. §. quod autem,* quare vitiet inſtitutionem, & non legata, *vide eundem in d. l. fin. ff. de hæred. inſtit. & ipſam legem.* ¶ Falſa demonſtratio non nocet, neque falſa cauſa. *l. 78. §. ſi mihi, de leg. 1.* & non vitiat legatum. *§. huic proxima inſt. de legat.* ¶ Falſa demonſtratio quantitatis expreſſæ, legatum non vitiat. *l. 21. de leg. 2.* ¶ Quia falſa cauſa non vitiat legatum; ſi maritus legaverit uxori centum, quæ dixerit ſe habuiſſe nomine dotis, & nihil habuerat, valebit legatum, ac ſi ea habuiſſet. *leg. 21. de verb. oblig.* ¶ Quod falſa cauſa non vitiet legatum, habetur *l. 13. ff. cond. & demonſt.* dummodo ſit certum, *ſed ſi uxori, inſtit. de leg.* fallit, quando conditionaliter apponitur. *leg. 17. quod autem. ff. de condit. & demon.* ¶ Cauſa aliquando pro quia profertur, *§. longe inſt. de legat.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ut ſi quis dicat Stichum lego, quem à Sejo emi, ſitque ab alio emptus, utile erit legatum, ſi de ſervo conſtet. *§. huic prox. inſt. de lega.*

TITULUS DCV.

De hæredibus extraneis inſtituendis.

Cap. I. Inſtitutio: Succeſſio. Captatoria inſtitutio, quæ dicatur, vel non.

HÆredis inſtitutio eſt caput, & fundamentum teſtamenti, quod propterea non valet, ſine hæredis inſtitutione. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 35.* Sed de conjecturis, quæ verſantur circa hæredis inſtitutionem, *per Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 4. tit. 1.* ¶ Aliquando inſtitutio dicitur ſubſtitutio, & econtra, *vide l. 20. §. fi. ff. de cond. inſtit.* ¶ Relinquo, verbum, ad inſtitutionem adaptatur. *gloſſ. in §. ſi quis autem, Auth. de hæred. & Falc.* ¶ Verbum, lego, denotat inſtitutionem, ubi eſt materia favorabilis, & nullus eſt hæres univerſalis inſtitutus, puta quia agatur de validitate teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 18. n. 14. vide c. 37. num. 23. ibidem.* quid de verbo relinquo. *ibid. num. 21.*

Cap. II. Qualis ſit.

Majoratus inſtitutio differt à primogenitura, & quando per contraventionem privatus dicatur, inſtitutus majoratu, & quomodo fiat contraventio *D. Gaſp. Theſ. q. For. Quæſt. 20. lib. 2.* ¶ Inſtitutio hæredis debet eſſe certa, & quid, ſi veniat certificanda per aliam ſcripturam, *Clar. in ſua Pract. q. 36.* ¶ Inſtitutus cenſetur magis dilectus quam ſubſtitutus. *Ozaſ. deciſ. 110. n. 6.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An agnati generaliter ſubſtituti caſu, quo hæredes nollent, vel non poſſent eſſe hæredes, dicantur ita nominati, quod loquendo teſtator in alia parte teſtamenti, de hæredibus, infraſcriptis intelligi poſſit de prædictis agnatis ſic ut ſupra collective vocatis, & non de iis ſolus per nomina propria vocatis. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 338.* ¶ An ſi quis inſtituerit, vel ſubſtituerit hæredes fratrem ſuum, & ejus filios, cenſeatur ordine ſucceſſivo eos inſtituiſſe, vel ſubſtituiſſe. *Fachin. lib. 12. cap. 11. negat. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. ex duob. de legat. 1.* ¶ Maxime ſi uxor fuerit inſtituta in plena proprietate, donec vixerit, excepta legitima filii, qui poſt mortem uxoris inſtitutus, intelligitur hæres in perpetuum, ita ut illi debeat mater inſtituta per fideicommiſſum reſtituere, quod erit ſupra legitimam. *Mant. de conject. titul. 5. artic. 8.* ¶ Quid, ſi fuerit inſtituta in uſufructu omnium bonorum, & poſt ejus mortem extraneus ſit inſtitutus, *vide ibid. artic. 7. & 9.* ¶ Si quis inſtituerit Sacerdotem, & ejus hæredes, intelligitur de hæred. agnatis. *Boer. deciſ. 354.* ¶ Hæredis inſtitutio, quibus modis facta intelligatur, & quemadmodum poſſit extendi, *Mant. lib. 4. tit. 3.* & ex quibus partibus intelligatur facta hæredis inſtitutio, *vide eundem lib. 4. tit. 10.* ¶ Aliquem inſtituere contemplatione alterius, intelligatur dupliciter, *Bart. in l. Gallus. §. quod ſi is. ff. de li. & poſt.* ¶ Inſtitutio facta per militem in caſtrenſibus, non trahit ad ſe paganica & econtra, ſed inſtitutio ſimpliciter facta comprehendit omnia. *l. 1. & 2. ff. de milit. teſtamen.*

Cap.

Cap. IV. Quis dicatur inſtitutus, vel non.

Teſtes ſi dicant, quod teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium, cenſentur ambo inſtituti. *Bartol. in l. 7. n. 10. ff. ſol. mat.* ¶ Quando plures ordine ſucceſſivo intelligantur inſtituti, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 4. titul. 8.* ¶ Si teſtator dixerit, Titius cum filiis ſuis, & Sempronius hæredes ſunto: Titium una cum filiis in dimidia, & Sempronium pro alia inſtituiſſe videtur. *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ¶ Hæres ſolus in re certa inſtitutus, eſt hæres univerſalis. *Botr. deciſ. 33. num. 6. vide Ægid. Bellam. conſl. 749. Menoch. conſil. 124. lib. 3.* ¶ Uxor hæres inſtituta in uſufructu, ſi poſt ejus mortem ſit alius inſtitutus, ſi in vita non habet hæredem, ipſa hæres univerſalis efficitur. *Dec. conſil. 478. vide Natt. conſil. 570.* Ideo mortuo illo qui poſt mortem erat inſtitutus, vel ſubſtitutus, ſubſtitutio efficitur caduca, & uxor remanet omnino proprietaria, & domina. *Menoch. conſil. 273. lib. 3.* ¶ Uxore inſtituta in uſufructu, & poſt ejus mortem filiis, vel filiabus teſtatoris inſtitutis, appoſita clauſula codicillari quid juris, *vide Dec. conſil. 478.* quid hoc caſu ſi filii præmoriantur; *Menoch. conſ. 272. lib. 3.* ¶ In quæſtione præmiſſa conſiderantur plures caſus, quorum primus erit, quando hæres eſſet inſtituta nullo dato cohærede. 2. quando uxor in vita eſſet inſtituta, & poſt ejus mortem hoſpitale. 3. quando eſſet inſtituta in ejus vita tantum, & habuit cohæredem ſimpliciter, 4. quando hæres eſſet relicta domina, & uſufructuaria, & alter ſit hæres inſtitutus. *de quib. omnibus vide per Dec. conſil. 597. Natt. conſ. 570.*

Cap. V. Quibus modis fieri poſſit.

An ſi filius ſub conditione caſuali, vel mixta fuerit hæres inſtitutus, hodierno jure valeat teſtamentum, & in hoc ſit correcta. *l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſt. And. Fach. lib. 5. cont. c. 71.* ¶ Succeſſio, quæ defertur ex teſtamento, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus, *vide Magon. deciſion. 144. num. 20. Rot. Flor.*

Cap. VI. Qui poſſit, debeat inſtitui, vel non.

An nepotes ex filio nato, ex inceſtu, hæredes inſtitui poſſint ab avo, *Andr. Fach. lib. 5. contr. c. 98.* ¶ Naſciturus poteſt hæres inſtitui, ſed interim erit diſpoſitio conditionalis. *Boer. deciſion. 172.* ¶ Hæres poteſt inſtitui per relationem ad codicillos. *Thom. Faſt. deciſion. cano. 43.* ¶ Poſthumus alienus de jure Prætorio (etiam de jure antiquo) poterat hæres inſtitui. *l. pen. de legat. & fideicommiſſ. 1.* ¶ Hæres univerſalis debet à teſtatore palam nominari, & inſtitui nominatim, ſecus in particulari. *Guid. Papon. quæſt. 459.* quid, ſi fuerit nominatus à Notario, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 37.* ¶ In defectum inſtituti incapacis alius, qui capax ſit, inſtitui poteſt. *Dec. conſil. 462. n. 15.* ¶ Qui non poſſunt hæredes inſtitui, *vide gloſſ. in §. legari, inſtitut. de legat.*

Cap. VII. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Inſtitutio ſi ſit facta nomine collectivo, ſucceditur in ſtirpes, ſecus ſi nomine proprio, *Afflict. dec. 309.* ¶ Facta inſtitutione de patre, & filiis hoc modo, fratrem meum Titium inſtituo, & ejus filios, ſecundum magis communem omnes ſuccedunt uno tempore, ſed pater habebit dimidiam, & filii omnes aliam dimidiam, ſcribunt Doctores *in l. Gallus. §. quidam recte ff. de libe. & poſthum. Dec. conſ. 296. 348. 291. 254. 320. & 382. Jaſ. de actio. in §. quidam num. 20. & 24. Ozaſ. deciſ. 81. Guid. Papon. quæſt. 531. Afflict. deciſion. 309. vide Boer. deciſ. 185.* ¶ Nepotes una cum patruo inſtituti, an in capita, vel in ſtirpes ſuccedant, *vide Afflict. deciſ. 309.*

Cap. VIII. Qui, quos inſtituere poſſit, debeat.

Diſponere qui poteſt ex pacto, an decedendo ſine teſtamento videatur diſpoſuiſſe. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 272.* ¶ Inſtitutus an poſſit inſtituentem hæredem relinquere. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 63.* ¶ An avus poſſit inſtituere nepotem ex filio ſpurio hæredem, *And. Fach. lib. 5. cont. cap. 97.* ¶ Quis poteſt inſtituere duos hæredes, alterum in allodialibus, & alterum in feudalibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 1.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

An inſtitutus in re certa ſit in poſſeſſionem mittendus ex leg. ult. C. de edict. divi. Adr. tollend. *And. Fach. libr. 4. cont. cap. 21.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 42. §. mulier. ff. de milit. teſtament.* ¶ Portio deficiens accreſcit pro portionibus hæreditariis, pro quibus facta eſt inſtitutio. *l. Lucius Titius. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia.* ¶ Qui ſemel eſt hæres per reſtitutionem non deſinit eſſe hæres directo, ſed utiliter. *l. 8. § ſed quod. ff. de mino. 25. ann.* ¶ Inſtitutus in re certa habebit portionem cohæredis mortui, in reliquo inſtituti, quem teſtator putabat vivere. *Bartol. in l. 58. ff. de condit. indeb.* ¶ Inſtitutio rei certæ cum prohibitione de ulterius non petendo, quid operetur, *vide Bart. in l. 19. ff. de injuſto rupto. conſ. 48. vol. 1. & conſ. 81. 82. volum. 2.* ¶ Uxori uſufructu omnium bonorum legato, ſi poſt ejus mortem pius locus ſit inſtitutus, an poſſit ſtatim mortuo teſtatore adire hæreditatem, & generaliter de inſtitutione facta poſt mortem uxoris uſufructuariæ relictæ, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 4. titul. 5.* ¶ Error in nomine, & qualitate hæredis, an officiat inſtitutioni, & quid, ſi error conſiſtat in corpore hæredis, *vide eundem lib. 4. titul. 6.* ¶ Si quis inſtituatur hæres in vita, ex hoc non cenſetur uſufructuarius. *Guid. Papon. ſing. 676.* ¶ Approbatio hæredis teſtamenti, quid operetur, *vide Marc. quæſt. 828.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Teſtamento ſublato, quo filius fatuus non fuerat inſtitutus, an codicillis poſtea factis inſtitutio cum exemplari ſubſtitutione ſuſtineatur, & codicillis, quando hæreditas dari poſſit? *D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. quæſt. 61. lib. 2.* ¶ Quæ dicatur captatoria voluntas ſub conditione, vel modo concepta, *Franc. Sarm. libr. 2. Select. interp. cap. 4. 5.* ¶ Diſpoſitio captatoria, an convaleſcat per approbationem. *Joan. Petr. Surd. dec. 53.* ¶ Quando dicatur. *ibidem deciſion. 68.* ¶ Inſtitutio captatoria an ſit, ſi dicatur, ſubſtituo fratris filium, ſi frater inſtituerit filium meum. *ibidem deciſ. 98.* ¶ An valeat aliqua ex his inſtitutionibus: inſtituo Titium hæredem, ſi me inſtituerit, *Fachin. libr. 12. cap. 44. affirmat rejecta conditione l. Ille autem, ff. de hæred. inſtituen.* ¶ An valeat inſtitutio hæredis collata in arbitrium tertii per verba importantia arbitrium boni viri, *ibidem cap. 25. negat. l. Illa inſtitutio. de hæred. inſtitut.* ¶ An captatoria inſtitutio ſtatuto, vel conſuetudine convalidari poſſit, ibidem *cap. 26. negat. l. ille ff. de hæredib. inſtitut. l. ſi majores C. de tranſact. §. manet. Inſtitut. de ſociet.* ¶ Præmiſſa tamen non procedunt, quando eſſent inſtituti deſcendentes, in quibus non ſolum adeſt affectio ordinata, ſed neceſſitas inſtituendi, tunc enim admittuntur, ordine ſucceſſivo: nempe primo pater, & ipſo mortuo, filii, *vide DD. in dict. l. Gallus §. quidam recte. Dec. conſilio 384. 465. 254. & 236.* ¶ Duæ inſtitutiones in eodem teſtamento factæ valent, ſed ultima accipitur pro ſubſtitutione. *Guid. Pap. quæſt. 531.* ¶ Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, & valebit inſtitutio, niſi minæ ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, qui arguitur ex pluribus, de quibus vide per eundem d.

Franc. deciſion. 180. ¶ Inſtiuutio facta in contractu juramento firmato tenet & valet. *Papon. l. 20. tit. 1. arreſt. 1.* ¶ Inſtituio ſacta de pauperibus aligendis per priorem alicujus fraternitatis valet. *Bartol. in l. C. de teſta. milit.* ¶ Inſtiuutio hæredis, ſi contineat perſonam incertam, quando valeat. *vide Bart. in l. 6. ff. de rebus dubiis.* ¶ Si captivi inſtituantur hæredes, vel pauperes, valet inſtitutio, & venit diſtribuenda ſine quartæ ſalcidiæ diminutione. *l. ſi quis. C. de Epiſ. & Cle.* ¶ Inſtitutio facta de extraneo firma manet, licet poſtea factus fuerit adoptivus teſtatoris. *l. 24. §. fi. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Si teſtator inſtituerit uxorem univerſalem in vita ſua, & nepotes in eodem teſtamento hæredes univerſales etiam inſtituerit, reſolvitur inſtitutio uxoris, ut videatur relicta uſufructuaria, & valebit inſtitutio nepotum in proprietate. *Dec. conſilio 279. vide Natt. conſil. 570.* ¶ Idem ſi teſtator reliquerit uxorem ſuam dominam, & alium hæredem univerſalem inſtituerit. *Dec. dict. conſil. 279.*

Vel non.

An ſit captoria voluntas cum duo puta conjuges ſimul teſtantur, unumque & eundem hæredem inſtituerint, ita, ut alteri liceat revocare, *Fachin. lib. 12. cap. 25.* affirmat. *l. captatorias, ff. de hæred. inſtituendis.* ¶ An ſit captatoria voluntas cum aliquis inſtituit, vel ſubſtituit perſonam ab alio eligendam. *Idem cap. 23. negat.* ¶ An ſit captatoria voluntas cum quis alium hæredem inſtituerit ab eo hæres inſtitutus, *ibid. cap. 22.* affirmat. ¶ Captatoria inſtitutio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona inſtituta committatur eligenda, & nominanda alteri, ut ſi dicat teſtator, inſtituo unum de mea agnatione, quem nominaverit mater mea, ſed ita demum dicitur captatoria, ſi ſubſtantia inſtitutionis ex alterius arbitrio dependeat. *Mobed. deciſ. 358.* ¶ Captatoria inſtitutio non valet etiam in militis teſtamento, ſed quænam ſit captatoria voluntas, *vide gl. in l. 11. C. de teſtam. milit.* ¶ Inſtitutio facta de aliquo uti filio, non valet, ſi poſtea appareat illum non fuiſſe filium. *l. 5. C. de teſta.* ¶ Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio temporis tractu convaleſcere non poteſt, *reg. pen. ff. de reg. iur.*

Cap. XI. Qui dicatur vocatus, vel non.

Teſtator ait, ſi Petrus ſine filiis maſculis moriatur, & ejus filiis maſculis deſcendentibus ſine filiis maſculis, aut deſcendentibus ex illis morientibus ſine filiis, & deſcendentibus maſculis ejus bona veniant ad Ludovicum, an Ludovicus expreſſe ſit vocatus ex teſt. *Roland. conſ. 51. Tom. 3.* ¶ An filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, *Fach. l. 4. c. 51. lib. 12. cap. 40.* affirmat. *l. Lucius 2. ff. de hær. inſtituen.* ¶ Vocatus an poſſet venire vivente patre ad fideicommiſſum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 242.* ¶ Filii ex legitimo matrimonio procreati, ſi poſiti ſunt in conditione, an intelligantur vocati. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 162.* ¶ Quando plures ſunt inſtituti ſimul, an cenſeantur vocati ſimul, & ſemel, an autem ordine ſucceſſivo unus poſt alium, *Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 80. & Matth. Matheſ. ſing. 156.* ¶ Quando plures ſunt inſtituti ſimul, & ſunt vocati ordine ſucceſſivo, an admittantur in vim vulgaris ſubſtitutionis ſolum, adeo, quod adita hæreditate per primum inſtitutum, alii amplius non admittuntur. *Dec. conſil. 253. & conſilio 292.* ¶ Si dictum ſit in teſtamento, quod bona deveniant ad Vlixem, & ad ejus filios nominatos, & Corradum nepotem d. Vlixis: idem Corradus cenſetur vocatus pro dimidia. *Dec. conſ. 382.* quia plures conjunctim inſtituti habent dimidiam, & unus disjunctim, aliam, *Hartm. cap. 16. tit. de teſtament. lib. 1.* ſecus quando teſtator inſtituiſſet fratrem & filios alterius fratris æquis portionibus. *Dec. conſil. 597.* ¶ Teſtator ſi inſtituerit ejus nepotes ſub nomine appellativo, quilibet ex dictis nepotibus æqualiter, & pro virili vocatus videtur. *Dec. conſ. 412.* ¶ Plures inſtituti cum adjectione nominis diſtributivi, quilibet vocatur in virilem. *Bartol. in l. 11. C. de impub. & aliis ſubſti.* ¶ Teſtator inſtituens uxorem in vita ſua tantum, ſi viduitatem ſervaverit, videtur vocaſſe, venientes ab inteſtato, ſi uxor moriatur, vel ad ſecunda vota tranſierit, ſed quid, ſi alium hæredem poſt illius mortem inſtituerit, *vide Paul. Æmil. deciſ. 262. part. 2.*

Cap. XII. Quæ tranſmittantur.

Jus optandi tranſmittitur ad hæredes. *Papon. libr. 15. tit. 4. arreſt. 12.*

Cap. XIII. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator de bonis hæredis diſponere poteſt. *Beninten. deciſ. 98. num. fin.* ¶ Teſtator providere dicitur venientibus ab inteſtato, quando inſtituit aliquem durante ejus vita, *vide Paul. Æmil. deciſ. 263. part. 3.* ¶ Hæres in re certa, quando ad onera teneatur, *Vincent. de Franc. deciſ. 1. num. 43.*

TITULUS DCVI.

De liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis.

Cap. I. Hypotheſis quæ dicatur.

QUis dicatur ſuus hæres, *vide tit. & DD. in l. 4. C. qui admitti, & infra tit. de ſuitate.*

Cap. II. Inſtitutio: Quibus modis intelligatur.

Inſtitutio filiorum ex conjectura voluntatis, porrigitur ad eum, quem teſtator ſe habere ignorabat. *Mant. conject. ult. vol. num. 17. lib. 4. tit. 1.* ¶ Hæredis inſtitutio quibus modis facta intelligatur, & quemadmodum poſſit extendi, *vide eundem eod. lib. tit. 3.* ¶ Inſtitutio facta de filio, nepote jam nato, an intelligatur, quod admittantur ordine ſucceſſivo, *vide per Bartol. in l. Gallus, §. quidam & ſupra tit. de hæred. extran. inſtituen.* ¶ Inſtitutio poſthumi, intelligitur de omni poſthumo, niſi ſit reſtricta, *vide Mant. de conjectu. ultim. volun. lib. 4. tit. 9.* ¶ Verbum, relinquo, quando trahatur ad inſtitutionem, *vide Bartol. in §. aliud quoque. auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Quod dicitur, qui naſci ſperatur pro ſuperſtite haberi, verum eſt cum de ipſius jure quæritur, aliis autem non prodeſt, niſi natus ſit. *l. 231. ff. verb. & rer. ſign.*

Cap. III. Inſtitutus, qui dicatur.

Teſtator quando inſtituit nominatim filios, & eorum filios in ſtirpes, filii filiorum proprie intelliguntur ſubſtituti eorum patribus. *Dec. conſilio 384.* ¶ Poſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamentum non habuit facultatem, videtur cum aliis viriliter inſtitutus, ſed ſi eſſent extranei inſtituti, querelam agere debent. *Bartol. ſingul. 152. Bald. ſing 63.* ¶ Filius an tacite videatur inſtitutus, ſi fiat ei ſubſtitutio ſecundum formulam Galli, & inſtitutio filii tacita, an ſufficiat ut teſtamentum valeat, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 1. num. 17.* ¶ Poſthumum inſtituens, an etiam alios poſtea natos cenſeatur inſtituiſſe. *Borr. deciſ. 148. & Gaſp. Cabal. milleloq. 414.* qui tenet affirmativam.

Cap. IV. Qui inſtitui poſſit, debeat, vel non.

Filius in poteſtate, an poſſit inſtitui ſub conditione, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, qu. 39.* ¶ Filius debet inſtitui in primo gradu, alias teſtamentum erit nullum. *vide Dec. conſil. 478.* ¶ Nepos ex filia ingreditur locum matris præmortuæ, ideo debet inſtitui ab avo materno. *Men. conſ. 286. lib. 3.* ¶ Pater debet aliquid relinquere filio jure inſtitutionis, alias ſi jure legati, teſtamentum

eſſet

Digitized by Google

eſſet nullum, ſed quomodo noc intelligatur, & limitetur, *vide per Math. Matheſ. ſingul. 163. Guid. Papon. ſing. 716. & ſing 776. Boer. deciſion. 267.* Sed quid ſi pater dixerit relinquo filiæ meæ centum pro ſua legitima, vel ſua falcidia, an tacite videatur relinquere, jure inſtitutionis, ut valeat teſtamentom, *vide eundem Matheſ. ſingul. 163.* ¶ Etiam parentes debent habere legitimam in bonis filiorum jure inſtitutionis. *Marc. de Mant. ſingul 509.* ¶ Nepotes orthodoxi ex filio hæretico neceſſario ab avo, ſunt inſtituendi. *Gomez. Leo. deciſ. diverſo.* ¶ An filius poſſit hæres inſtitui in uſufructu tantum. *Boer. deciſ. 147.* ¶ Nepos ex filio ſpurio poteſt inſtitui per avum, ſed quomodo ad hoc, ut teſtamentum valeat, *Bartol. in l. quid ſi n. ff. de liberis, & poſthumis.*

Vel non.

Non eſt neceſſe patrem inſtituere filiam, quæ quitavit bona ipſo vivente. *Cravet. conſ. 289.* nec poteſt tunc filia impugnare teſtamentum. *Cravet. ibid. Maran. in ſuo Spec. de ordin. judic. diſput. 10. num. 26. & infra tit. prox. ſeq.* ¶ Filius in poteſtate non poteſt hæres inſtitui à patre ſub conditione, quæ in ſua poteſtate non ſit, & ſi aliter fiat non valebit teſtamentum, & hæreditas ab inteſtato poteſt adiri. *l. 4. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* ¶ Poſthumus, qui non naſcitur, non facit partem, ſi vero plurea naſcantur, quilibet cum ſibi conjuncto admittitur in virilem. *l. 6. §. ſi & ſeqq. ff. de reb. dub.*

Cap. V. Qui, quos inſtituere teneatur, vel non.

Promittens aliquem tractare ut filium, tenetur illum emancipare de facto, vel inſtituere, aut exhæredare. *Math. Matheſ. ſingul. 175.* ¶ In ultimis voluntatibus poteſt relinqui naſcituris liberis *Marc. quaeſt. 305. Boer. deciſ. 172.* ¶ Pater poteſt exhæredare filium prodigum (illis ſolia alimentis relictis) & inſtituere nepotes ex eo, vel poteſt ei curatorem dare. *l. penul. ff. de curato. furio.* ¶ Pater, an teneatur filiis relinquere jure inſtitutionis, vel ſuſtineatur teſtamentum quoquo modo eia relinquatur, *vide Boer. deciſ. 267.* ubi concludit pro validitate teſtamenti, *& Joſeph. Ludov. dec. 53. Luc. num. 3. 4. & 42.*

Cap. VI. Qui dicatur vocatus.

Pluribus inſtitutis cum adjectione nominis diſtributivi, quilibet vocatur in virilem. *Bartol. in l. n. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Cap. VII. Qui, quibus excludantur, vel non.

Quando in defectum filiorum maſculorum, ex eorum filiorum ſunt inſtitutæ filiæ teſtatoris, tunc filiæ filiorum non excludunt ipſas filias inſtitutas, *Dec. conſil. 480.* ¶ Filia excluſa per ſtatutum à patris ſucceſſione, licet non inſtituatur, tamen non poteſt dicere teſtamentum nullum. *Dec. conſil. 505. vide infra tit. prox. ſeq.*

Vel non.

Statutum ſi excludat filiam dotatam ab hæreditate vivente filio, ipſa filia poteſt dicere teſtamentum nullum, mortuo fratre. *Bart. conſil. 11. volum. 1.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Clauſula, omni meliori modo, facit ut relictum filio cenſeatur relictum jure inſtitutionis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 117. num. 9. 2. part. Hippol. ſing. 26.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Filia inſtituta in ſola dote, dicitur legitime inſtituta, & valet teſtamentum. *Clar. in ſua pract. §. teſtamentum, qu. 44.* tamen ſecundum conſilium Bart. debet inſtitui in aliquo minimo, ultra dotem, *vide eundem Bart. in l. 3. §. ſed verum, ff. de mino. 25. anno.* ¶ Filio injuria facta dicitur, ſi careat honorabili titulo inſtit. *Mant. de conject. ult. vol. 4. tit. 1. n 2.* tamen legato facto, aliis filiis hæredibus inſtitutis, ſuſtinetur teſtamentum. *Papon lib. 20. tit. 1. arreſt. 10.* *vide Alex. Rand. tract. de analog. c. 18.* ¶ Si teſtator inſtituerit filium legitimatum, ſi legitimatio non valuerit, an inſtitutio ſuſtineatur, *vide Dec. conſilio 462.* ¶ Facta inſtitutione de filio, & nepotibus hoc modo: filium meum talem inſtituto, & nepotea, ex eo quod juris, *vide ſup. titul. de hared. extraneis inſtituendis.* ¶ Pater filios plures habens in poteſtate, ſingulos in certis rebus inſtituens, & jubens eos eſſe contentos, valet diſpoſitio etiam multis factis legatis. *DD. de Rot. deciſ. 1. de teſtib.* & quoad cætera bona non legata. *Ægid. Bell. conſil. 749.*

Vel non.

Si teſtator inſtituendo filium, in nomine, vel in cognomine erret, quid juris. *vide l. 8. §. ſi & cum. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Teſtamentum, in quo poſthumus eſt præteritus non tenet, quoad inſtitutionem, ſed quoad cætera ſic. *Bart. conſilio 52. vol. 1.* ¶ Teſtamentum an ſit nullum ex vitio præteritionis, ſi uxor in uſufructu eſt inſtituta, & poſt ejus mortem filius inſtitutus ſit hæres, *vide eundem Mant. lib. 4. tit. 5. art. 2.* ſi vero mater ſit inſtituta, & poſt ejus mortem filius, valet teſtamentum. *Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 20.* ¶ Inſtitutio filii, qui poſtmodum deportatur, irrita eſt. *Boer. conſil. 1. num. 12.* ¶ Pater ſi filium emancipatum inſtituerit, & nepotem ex eo in poteſtate retentum præteriit, an teſtamentum ſit nullum, *vide Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.* ¶ Teſtamentum, in quo maſculus fuit hæres inſtitutus, & filiæ relicta fuerunt centum, non valet *Bartol. in l. 48 ff. de hared. inſtituen.* ¶ Teſtamentum in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, inſtituto hærede univerſali ventre uxoris, eſt nullum, ſi uxor non fuerit prægnans. *Bartol. conſ. 156. vol. 1.* nec tunc inſtitutus in re certa erit hæres univerſalis. *Idem Bart. conſil. 81. & 82. volum. 2.* ¶ Hæres univerſalis debet declarari nominatim à teſtatore palam, ſecus in particulari. *Guid. Papon. quæſtion. 459.* ¶ Teſtamentum in totum reſcinditur, quoad inſtitutionem, ſi filii hodie non habeant trientem. *Bartol in §. cum igitur, Authen. de non eligendo, num. 10.* ¶ Si teſtator inſtituerit aliquem uti filium, non valebit inſtitutio, ſi poſtea apparuerit illum non eſſe filium. *arg. l. 5. C. de teſtamentis,* & tunc inſtitutio habetur pro non facta, & hæreditas remanet in cauſa inteſtati. *l. 4. & 7. C. de hared. inſtituen.*

Cap. X. Quæ debeantur.

Relicta à poſthumo inſtituto debentur à ſubſtituto, poſthumo non nato. *leg. 129. §. final. ff. de condition. inſtitut.*

Cap. XI. Remedium ſecundum tabulam cui competat.

Poſthumo præterito nato, & mortuo vivo teſtatore, neceſſario devenitur ad remedium ſecundum tabulas. *Bartol. in l. 16. §. ſi ſuo. ff. de vulgari.* ¶ Poſthumo inſtituto, licet habeat ſecundum tabulas remedium, poteſt etiam habere locum Carbonianum edict. *l. 3. ff. de Carbo. dict.*

Cap. XII. Pater, Quæ facere poſſit, ad quæ teneatur, vel non.

Pater, vel mater dummodo relinquat legitimam filiis, de cæteris bonis poteſt arbitrio ſuo diſponere. *Cravet. conſil. 42.* ¶ Si pater filio ſuo jure inſtitutionis pro ſua legitima aliqua bona (pro parte alienata) relinquat, alius filius hæres univerſalis relictus, tenetur redimere bona alienata, vel præſtare æſtimationem filio hæredi particulari, qui uti legatarius hoc caſu cenſetur. *Boer. conſil. 9.*

Cap. XIII. Poſthumus: natus: quis dicatur.

Poſthumus proprie dicitur, qui naſcitur poſt mortem patris, & natus poſt decem menſes, & duos dies, poſt mortem ipſius patris, dicitur legitimus. *Bartolus in l. Gallus, ff. de liber. & poſth.* ¶ Qui mortui naſcuntur,

neque nati, neque procreati, videntur. *l. 129. ff. de verbor. & rer. ſignif.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Si facto teſtamento, inſtitutoque poſthumo, altero quoque filio vivente, ſi dubitetur qualiter ſuccedant poſthumi (ſi plures naſcantur) vide pro deciſione caſus *l. 47. ff. de hared. inſtituend. & l. 81. eod.* ¶ Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquod jus prætendere, *Boer. deciſion. 147.* ¶ Si filius fuerit inſtitutus in minus legitima, quia pater circa illum multum in vita expenderit, & filius huic inſtitutioni conſenſerit, quid juris, *vide Boer. deciſ. 14.* ¶ Filius præteritus cæteris filiis inſtitutis ex diſparibus, quam portionem habeat. *vide Bart. in l. 5. C. de inoffic. teſtam.*

TITULUS DCVII.

De exhæredatione, & præteritione liberorum, & parentum.

Generalia.

DE præteritione fratris inſtituta turpi perſona, *vide per Clar. in ſua pract. §. teſtament. qu. 50.* ¶ De inofficioſo teſtamento, *vide infra tit. prox.* ¶ De materia hujus tit. *vide plene per Bart. in Authent. ex cauſa. C. de liberis præteritis. in l. filio præterito. ff. de injuſto rupto. & in §. ſive igitur. Auth. ut cum de appellatio. cognoſ.* ¶ De exhæredatione, & conjecturis, quæ verſantur circa illam, *vide Mant. de conject. ultima. volunt. libro 4. tit. 12.*

Cap. I. Exhæredatio, præteritio, quæ dicatur, & qui dicatur præteritus, exhæredatus.

Si filius non eſt inſtitutus, licet ſit facta mentio de illo in teſtamento, tamen dicitur præteritus. *Bart. in l. 31. C. de fideicom.* ¶ Præterito militis facta de filio, quem ſciebat habere, pro exhæredatione habetur favore militis, & validitate ſui teſtamenti, ſecus ſi filium habere ignorabat. *l. 9. & 10. C. de teſtament. milita.* ¶ Si mater ſit inſtituta, & poſt ejus mortem filius, tunc ille non poterit dici præteritus. *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 15.* ¶ Filius dicitur præteritus, licet aliquid fuerit ei relictum titulo legati. *Dec. conſilio 228.* ¶ Sicut præteritio filii facta à matre, vel materna linea habetur pro exhæredatione, ita etiam præteritio matris facta à filio. *Hartman. cap. 19. titul. de teſtam.* ¶ Filii, cui eſt relicta dos non poteſt dici præterita, licet non fuerit relicta jure inſtitutionis. *Hippol. ſing. 547.* ¶ Poſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamentum facultatem non habuit, videtur cum aliis viriliter inſtitutus, ſed ſi eſſent extranei inſtituti, querela agere debet. *Bartol. ſingul. 152. Petr. de Raven. ſingul. 388. facit. l. 3. C. de inofficio. teſtament.*

Vel non.

Si filius, qui eſt exhæredatus (ſcripto hærede deliberante) deceſſerit: licet quod interim non ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato, tamen hoc in caſu nepos ex filio exhæredato, admittitur ad ſucceſſionem uti legitimis. *l. 6. ff. ſi tabul. teſtament. non extant.* ¶ Præterita non dicitur avia in teſtamento nepotis ſtante clauſula teſtamenti, per quam quilibet jus, & actionem habere prætendens in bonis teſtatoris, inſtituitur in aliqua certa ſumma. *Cravet. conſil. 162. Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 11.* ¶ Filius non habetur pro præterito, ſi illi fuerit factum legatum, aliis filiis hæredibus inſtitutis. *Papon. arreſt. 10. d. libr. 20. tit. 1.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Lex filio præterito, ff. de injuſto rupto, etiam habet locum in filio præterito à linea materna. *Guid. quæſt. 426. & q. 566.* ¶ Dicta Authen. ex cauſa, non habet locum in tranſverſalibus, ut puta, ſi frater fratrem præterierit, inſtituta turpi perſona: quia tunc teſtamentum fra[...] num per querelam inofficioſi teſtamenti, ſimul cum [...] gatis corruit. *Gail. obſ. 113. num. 7. libr. 2.* ¶ Authent[...] cauſa habet locum in filio emancipato præterito. *Bart[...] Authen. de hær. & fal. in §. & hæc omnia.* ¶ Authent[...] cauſa habet locum in præteritione paterna, in præte[...] one poſthumi, & in præteritione illius, qui per leg[...] Vellejanam ſuccedit in locum primi defuncti. *Bart. c[...] 52. volu. & in l. 1. ff. de teſtam. tutel.*

Vel non.

Exhæredatio quando poſſit ſuſtineri, & Auth. ex [...] ſa non habet locum in teſtamento, in quo nulla eſt [...] inſtitutio. *Bart. in l. 1. §. ſubſtituere, ff. de vulgari.* ¶ [...] poſitio in Auth. ex cauſa, non habet locum in præ[...] tione poſthumi, & loquitur in paterna præteritione. [...] *tol. conſil. 13. vol. 1. num. 6. & 7.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Exhæredatio, ut valeat, debent concurrere ſep[...] requiſita, de quibus *Gaſp. Cabal. milleloq. 556.* imo [...] & eſt triplex. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſ[...] Rub. 7. §. 3. gl. 1.* ¶ Cauſa exhæredationis nominati[...] teſtamento inſeri debet, tamen unam ex pluribus i[...] & probari ſufficere, ſcribit *Bartol. in Auth. ut cum [...] appellatione cognoſcitur, §. ſive igitur.* ¶ Quæ requi[...] tur in hoc, ut exhæredatio valeat, *vide gl. in l. 3. §. [...] hæredes, & ibidem. DD. ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ [...] hæredatio nepotis, vel pronepotis, quando ſit nec[...] tia, *vide per Bartol. in l. Gal. §. in omnib. ff. de libe[...] poſthum.*

Cap. IV. Quando remitti poſſit.

Patri filium ſine cauſa incerta exhæredanti, an p[...] conſenſu filii illa ſolemnitas remitti. *Gramm. deciſ. 1[...]*

Cap. V. Quibus modis fieri poſſit.

Inſtitutio verbis generalibus fieri poteſt, ſecus i[...] hæredatione. *Cravet. conſil. 162. num. 5.* ¶ Exhære[...] debet fieri ab omnibus gradibus, & illa dicitur ver[...] hæredatio, quæ rite facta eſt. *l. non putavit. ff. de b[...] poſſ. cont. tabul.* ¶ Nepotes orthodoxi ex filio hæ[...] co, neceſſario ab avo ſunt inſtituendi. *Gomez. Leo. [...] 81. in deciſ. diverſo.* ¶ Exhæredatio ſub condition[...] ri non poteſt; quia certo judicio liberi à parentibus [...] ceſſione removendi ſunt. *l. ſub conditione, ff. de bono. [...] ſeſſ. contra tabul.*

Cap. VI. Pater, avus ad quæ teneatur, vel non.

Pater non tenetur relinquere aliquid filio natura[...] teſtamento, ad ejus validitatem. *Guid. Papon. quæſt. [...] & quæſt. 622. & Pet. de Raven. ſing. 967.* ¶ Avus ten[...] reſtituere filium ex filia, ut valeat teſtamentum. [...] *ibid. num. 5.*

Cap. VII. Qui quos exhæredare poſſit, vel non.

Adulterii crimen juſtam præbet exhæredandi cau[...] ſed quando. *Ozaſ. deciſion. 124. num. 14.* Ex quibus [...] ſis parentes poſſint exhæredare filios, & filii p[...] tes, & frater fratrem, vel ſororem. *Caſſan. in conſu[...] Burg. tit. des ſucceſſions Rub. 7. §. 2. gloſſ. 8. Petr. Ge[...] ſing. 1. & 2. Hippol. ſing. 78. gl. fin. in c. 23. ex. de jureju[...]* ¶ Imo pater poteſt filiam exhæredare, quæ non vul[...] bere digno, quem pater elegit. *Amanel. de Clariſaq. [...] 222.* alias filia non poteſt exhæredari, quoquo tem[...] nubat etiam patre contradicente. *Abb. conſil. 12. lib. [...]*

Vel non.

Parentibus non licet liberos præterire, vel exhær[...] re, niſi ingrati probentur, expreſſa ingratitudinis [...] ſa in teſtamento; quæ autem ſint cauſæ ipſius ingra[...] dinis, deſcribuntur in §. aliud quoque *Auth. ut cu[...] appellatio. cognoſc.* ¶ Mater etiam non poteſt præte[...] filium ſub pœna nullitatis teſtamenti. *Papon. lib. 20. [...] arreſt. 9.*

Cap.

Cap. VIII. Qui exhæredari poſſit, vel non.

Filia, quæ nubit indigno contra voluntatem patris, poteſt exhæredari. *Guliel. de Lud. ſing. 84.* idem in filio. *ibid. ſing. 155. Bart. in l. 3. C. de nupt. vide tamen eundem Bart. in l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bono. poſſ. contra tabul.* ¶ Quod dicitur quem non poſſe exhæredari ſine cauſa, limitatur pluribus modis ibidem traditis, *num. 9. & ſeqq. per Caſſan.* ¶ Quæ ſint cauſæ, ex quibus filius poſſit exhæredari, ultra deſcriptas in Auth. ut cum de appellat. cognoſc. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quæſt. 41.* ¶ Filia turpiter vivens poteſt à patre exhæredari, niſi exceſſerit ætatem 25. ann. *l. 19. cum Auth. ſeq. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Si quis ſua manu exhæredem ſe ſcripſerit, non ſuccedit contra tabulas, quia valet exhæredatio. *d. l. non putavit, §. quis,* & plene de exhæredatione, & præteritione filii emancipati. *vide ibidem per tot. legem.* ¶ Impuberi exhæredato poteſt pupillariter ſubſtitui, & impubes doli capax poteſt exhæredari. *Bartol. in l. 2. num. 19. ff. de vulgari.* ¶ Filius nolens alegere patrem poteſt exhæredari, & eſt juſta cauſa exhæredationis. *Bartol. in ſuo tract. de alimentis, numer. 11.* ¶ Licet mater meretrix non poſſet filiam propter meretricium exhæredare, tamen hoc fallit, quando talis materiam eſſet emendata, & ad honeſtam vitam redacta. *Gomez. Leo. deciſion. 45. in deciſion. diverſo. Tomo 2.* ¶ Idem de filia, quæ peccavit in corpus ſuum, ſi pœnitentiam agat, & de filio, qui cauſam ingratitudinis contra patrem commiſerat, propter quam poterat exhæredari, ſi poſtea eum pœniteat. *Gomez. Leo. d. 45. Ozaſc. deciſ. 124. num. 14.* imo filia, quæ in corpus ſuum peccavit, ſi ad patrem reverſa eſt, ab ipſo alenda, & dotanda venit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 464. num. 24.*

Vel non.

Si ſuus eſt exhæredatus, emancipatus, præteritus, & extraneus inſtitutus, ſive adeatur hæreditas, ſive non, uterque dimidiam advocabit, licet unus, ſcilicet emancipatus per contra tabulas, & alter ab teſtato ſuccedant. *l. filium, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ In Teſtamento filii non debet parens hodie exhæredari, niſi ex cauſa juſta in jure expreſſa, alias rumpitur teſtamentum, quoad inſtitutionem. *Auth. in teſtamento. C. ad Senatuſc. Tertul.* ¶ Filius abſque conſenſu patris matrimonium contrahere poteſt, nec ſtatutum in contrarium valet: ideo propter tale matrimonium exhæredari non poteſt. *Dec. conſil. 231. quid in filia, vide ibid. num. 5.* ¶ Is qui non poteſt juſtam cauſam exhæredationis committere, non poteſt exhæredari. *l. 33. §. legis, C. de inoffic. teſtam.* ¶ Quando cauſa ingratitudinis fuit aliquo modo per patrem remiſſa filius ex ea non poteſt amplius exhæredari. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 2. gl. 8. num. 20.*

Cap. IX. Qui præteriri poſſint, vel non.

Filia, quæ quitavit bona paterna cum juramento, non debet de neceſſitate inſtitui ad validitatem teſtamenti, imo impune poteſt præteriri. *Guid. Papon. quæſt. 192. & qu. 398. & ſing. 779. Cravet. conſil. 280. Maran. in ſuo Spec. de ordin. jud. diſput. 10. fol. 613.* ratio qua excluſus ab inteſtato non poteſt teſtamentum impugnare. *Crav. d. conſilio 289.* tamen bene facit pater, qui eam inſtituit ſaltem in dotem jam data, prout conſuetudine ſervatur: nam tunc valebit inſtitutio, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, qu. 44. Joſeph Ludov. deciſion. 21. Peruſ. & ſupra tit. prox. præced.* ¶ Idem in filio, qui in caſu præmiſſo quittationis non poteſt infringere teſtamentum ratione præteritionis. *Guid. Papon. q. 295. Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 9.* ¶ Idem in caſu ſtatuti excludentis filias dotatas. *Vinc. de Franc. deciſ. 149. Joſeph. Ludov. deciſ. 21. Peruſ. Myſing. obſ. 62. cent. 6. & Clar. in ſua Pract. §. teſtam. q. 42. Pet. de Rav. ſing. 659. Bartol. in l. 10. §. quando, ff. ad Senatuſconſ. Tertul. n. 5.* ſed in caſu quittationis, an filii ex filia poſſint dicere teſtamentum nullum, *Guid. Pap. q. 598.* ubi ſcribit pro parte negativa. ¶ Quid ſi ſtatutum prohibeat filiam ſuccedere exiſtente maſculo, ipſa filia præterita an poſſit dicere teſtamentum nullum mortuo fratre, *vide Bartol. conſil. 11. & 20. vol. 1.*

Cap. X. Teſtamentum, quando nullum ſit.

Teſtamentum filio in poteſtate præterito erit nullum ſi apponatur, alias ſecus. *Jaſ. de act. in §. in bonæ fidei. n. 79.* ¶ Teſtamentum, in quo eſt filius præteritus, eſt ipſo jure nullum, & quid in emancipato, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quæſt. 42.* ſed an ſit nullum antequam impugnetur à filio, & quid, ſi filius ipſi preteritioni conſentiat, *Clar. ibid. qu. 43.* ¶ Teſtamentum etiam annullatur præteritione filii poſthumi, ſed ſi poſthumus vivo teſtatore decedat, de jure Prætorio reconvaleſcit teſtamentum, ſed quid ſi naſcatur in ſexto, vel octavo menſe, *Clar. in d. §. teſtamentum, qu. 45. Menoch. conſil. 130. lib. 2. & ſupra tit. quib. modis teſtamenta infirm.* ¶ Teſtamentum in quo filius injuſte exhæredatur, an ſit nullum ipſo jure. *Bartol. in l. 1. de teſtamentis.*

Vel non.

Mater quæ ex forma ſtatuti exiſtentibus fratribus, vel filiis fratrum defuncti, non ſuccedebat ab inteſtato ſi eſt præterita à filio, & inſtituti extranei, non reddit teſtamentum nullum. *Bart. conſil. 205. vol. 1.*

Cap. XI. Teſtamentum, qui dicere nullum poſſit, vel non.

Filia dotata præterita, quæ non fecerat quittationem de bonis paternis, teſtamentum nullum dicere poteſt. *Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18.* ¶ Filia præterita in teſtamento patris reddit teſtamentum nullum, ſed quid, ſi hæres vellet probare per teſtes ipſam præteritam fuiſſe per errorem. *vide Dec. conſil. 105.* ¶ Præteriti ſine cauſa dicunt teſtamentum nullum. *Guid. Papon. quæſt. 403. num. 3.* ¶ Filius in caſu dictæ legis poteſt dicere teſtamentum nullum, uſque ad tringinta annos, ſed ſe interim antequam agat deceſſerit, teſtamentum confirmatur. *Guid. d. quæſt. 403. 426. & 597.* ¶ Nepos ex filia præmortua præteritus in teſtamento avi materni ſine juſta cauſa, poteſt dicere teſtamentum nullum. *Menoch. conſ. 285. lib. 3. Bart. conſ. 49.* ¶ Hodie etiam præteriti à matre habent jus dicendi nullum teſtamentum, ſicut præteriti à patre, & ille dicitur præteritus, qui non eſt inſtitutus, vel eſt inſtitutus, ſed non rite. *§. vadem, ibid. gloſſ. inſtitut. de hæred. quæ ab inteſta. defer.* ¶ Filius, cui relictum eſt fideicommiſſum univerſale dicit teſtamentum nullum, ſi non eſt inſtitutus. *Bartol. in §. inordinatum. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Filius, qui in vita patris habuit legitimam, ſi prætereatur, adhuc poteſt dicere teſtamentum nullum. *Mynſing. obſervat. 62. cent. 6.* contrarium tenet. *Dec. conſil. 86.* ¶ Filio emancipato præterito ſine cauſa, teſtamentum dicitur nullum; fallit quando filius eſſet bannitus, & per conſequens incapax ad ſuccedendum. *Magon. deciſ. Luc. 84. num. 10. Caſſa. de conſu. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 3. gloſſ. 7.* ¶ Filius emancipatus præteritus utrum dicat teſtamentum nullum, vel veniat per contra tabules, & exhæredatio emancipati facta ſine cauſa non valet. *Bartol. in l. Gallus, §. omnibus. ff. de liberis & poſthumis.* ¶ Fiſcus ſuccedens filio præterito ex delicto, ex perſona filii non poterit dicere teſtamentum patris nullum, *Franc. Crem. ſing. 12. & 90.*

Cap. XII. Quando rumpi poſſit, vel non.

Quod ampliatur procedere etiam in fideicommiſſo. *Gail. obſ. 134. lib. 2. Clar. in §. teſtamentum, q. 54. Dec. conſ. 86.*

non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 25. n. 48.*

Cap. II. Quæ intelligantur.

Diſpoſitio defuncti continens aliquid prohibitum à jure dicitur continere impoſſibile de jure, *Bartol. lib. 1. minori. c. 3. n. 5.* ¶ Quod dicitur utile per inutile non vitiari, quomodo intelligatur, *Gaſp. Cabal. Milleloq. 246.* ¶ Legatum factum filiæ, an intelligatur habere vim relicti, titulu inſtitutionis, *Bart. conſ. 151. & conſ. 153.*

Cap III. Quæ requirantur.

Jus ubi exigit aliquid ſub certa forma, ſeu qualitate, tunc non ſufficit factum ſine forma & qualitata adimpleri. *Abb. conſil. 1. libr. 2.* ¶ Liberatio quando fit in ultima voluntate, non requirit partis præſentiam. *Bart. in l. 9. §. ſi liberationis. ff. de libera. lega.* nam præſentia perſonæ non requiritur in his, quæ fiunt in ultima voluntate. *Bart. q. 13.*

Cap. IV. Quæ præſumantur.

Furioſua ſemel an ſemper talis præſumatur, & quando illa præſumptio tollatur, *vide Boer. deciſ. 23. num. 80.* ¶ Actus facti ab habente dilucida intervalla, quando in furore, & quando in ſua mente præſumantur facti, *Bartol. in tract. teſtimonio. num 95.*

Cap. V. Quæ fieri, dari poſſint, vel non.

Hæreditas, ſeu ſucceſſio in univerſo, pacto dari non poteſt. *Ozaſch. deciſ. 100. num. 17. & deciſ. 125. vide Boer. deciſ. 555.* ¶ Pactis hæreditatem dari non poſſe pro regula traditur, nec talia pacta firmantur juramento, vel conſuetudine, aut ſtatuto: fallit in pacto reciproco de ſuccedendo, quod valet. *Andr. Gail. obſerv. 126. libr. 2. Hippol. ſingul. 333.* an tale pactum firmetur juramento, *Papon. lib. 20. titul. 2. arreſt. 1.* ¶ Fallit ſecundo in pacto ſucceſſionia inter Principes, & illuſtres perſonas. *Andr. Gail. obſerv. 127. libr. 2.* ¶ Tertio poteſt quis fieri hæres in contractu duobus in caſibus, ſocietatis ſcilicet, & matrimonii. *Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions §. 12. gloſſ. 16.* ¶ Formalibus, ſeu ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & ultimis voluntatibus renunciare, ut actus valeat. *Marc. in ſuo Spec. de ord. jud. part. 2. num. 42. ſol. 12.*

Cap. VI. Quæ dicantur impoſſibilia, vel non.

Impoſſibile reputatur, quod unius facto ſolum explicari poteſt. *Abb. conſil. 45. libr. 2.* ¶ Quæ contra bonos mores ſunt, habentur in ultimis voluntatibus pro non ſcriptis. *Abb. conſil. 99. libr. 2.* ¶ Impoſſibile reputatur, quod non poteſt expediri ſine Principis licentia. *Bartol. in leg. 41. §. conſtat de leg. 1.* ¶ Impoſſibile de jure dicitur, quod eſt contra bonos mores. *leg. 1. ff. de cond. inſtitut. Bartol. num. 5.* ¶ Captatoria diſpoſitio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona honorata alienæ voluntati eligenda, & nominanda commiſſa ſit, modo inſtitutionis ſubſtantia ex alterius voluntatia arbitrio non dependeat. *Mohed. deciſ. 358.*

Cap. VII. Qui, quæ facere poſſit.

Mulier adultera non poteſt inſtituere ſuum adulterum; nec illi teſtamento aliquid relinquere. *Papon. libr. 22. titul. 9. arreſt. 11.* ¶ Relictum ſub conditione neceſſaria habente præcedentem conditionem turpem, non debetur. *Bartol. in leg. 1. ff. de conditio. inſtitutio.*

Cap. VIII. Qui effectus producantur.

Si quis ſeptem teſtibus præſentibus Cajo promiſerit, ſe nullum alium hæredem inſtituturum, præter ipſum, an per hanc promiſſionem Cajus hæres cenſendus ſit. *Marc. quæſt. 838.* ¶ Conditio turpia, vel impoſſibilis quando vitiet relictum. *DD. de Rot. deciſ. 10. de teſtament. in antiquis. num. 3. & Petr. de Roy. deciſ. 1. Litna.* ¶ Impoſſibilitas ſi eſt adjecta gravato, an vitietur diſpoſitio. *Bartol. in l. 12. §. ſi quis de legat. 1.* ¶ Modus, vel conditio impoſſibilis ſi apponatur legato, quando reddat legatum nullum. *Bartol. in l. 16. ff. de uſufruct. legato.* ¶ Conditio impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem, ſed in ultimis voluntatibus vitiatur. *Bartol. in l. 8. Codi. de legat.* ¶ Impoſſibilium quatuor ſunt ſpecies, alia enim impoſſibilitas eſt juris, alia naturæ, alia perplexitatis, & alia facti, ſed quando hæ impoſſibilitates vitient diſpoſitionem. *Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtitut.* ¶ Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis, vitiat contractum, & ultimam voluntatem. *Bartol quæſt. 12.* ¶ Voluntas teſtatoris (de qua conſtat) licet invalida ſit, propter defectum numeri teſtium, aut alterius ſolemnitatis juris, operatur tamen probationem talis voluntatis. *Jaff. Lanfr. Balb deciſ. 502.* ¶ Si quis ante teſtamentum proteſtetur, quod per quamcunque diſpoſitionem per eum in favorem alicujus faciendam, non intendebat recedere à quadam donatione; tunc per teſtamentum inde factum, non præjudicatur donationi. *Put. deciſ. 421. lib. 3.* ¶ Affirmatio tabellionis teſtatorem mentis ſanæ non eſſe ſcribentis, viribus teſtamenti nihil detrahit, *vide Petr. Roy. deciſ. 2. Litua. numer. 16. in deciſ. diverſo.* tamen quando quis allegat teſtatorem fuiſſe furioſum, & non ſanæ mentis, quid probare debeat, *vide ibid.* & quomodo tunc ſint formandi articuli, *vide per Bartol. in l. 5. C. de codic.* ¶ Verba enunciativa emiſſa principaliter propter ſe, inducunt diſpoſitionem; emiſſa propter aliud non, niſi in teſtamento militis. *Bartol. in l. 7. C. de teſtam. milit.* alias non diſponunt in præjudicium ejus, qui gravari non poteſt. *Bartol. in leg. 6. C. de teſtament.* ¶ Per conſequentem contractum inutilem à primo utili non receditur, ſecus in ultimis voluntatibus. *Bartol. in l. 20. ff. de adimend. legat.* ¶ Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, *vide Hippol. ſingul. 206.* ¶ Teſtamentum occulti excommunicati valet, publici non, & quid de teſtamento uſurarii, *per Bartol. conſil. 238. vol. 1.* quod non valeat, ſcribit *Abb conſ. 22. libr. 1.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Utrum valeat pactum initum in contractu matrimonii, ut primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, *vide Boer. deciſ. 204.* ¶ Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio. *Boer. ibidem num. 5.* ¶ Licet pactum de futura ſucceſſione ſit prohibitum, tamen pactum de hæreditate conſervanda eſt permiſſum. *Franc. Marc. qu. 136.* ¶ Pactum de ſuccedendo in re particulari, ſi quis ſine filiis deceſſerit, an valeat, *vide Jac. Put. deciſ. 112. & ſeq lib. 2. & Alex. Raud. tracta. de Analog. 25.* ¶ Pactum de ſuccedendo in bonis, quæ ab altero obvenerunt, ut quoque ad filium paciſcentis deveniant, an valeat, *vide Put. deciſ. 113. libr. 2.* ¶ An valeat teſtamentum ejus, qui juſſit cadaver ſuum debere tumulari cum cantu, alacritate, & rubeis veſtibus, & ex quibus ſignis præſumatur quis furioſus, *vide Franciſc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 2. titul. 5. numer. 9.* ¶ Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitandum, nunquid valeat ex hoc, quod ſapiat ſimoniam. *Natt. conſil. 618.* ¶ Pactum de ſuccedendo alicui valet, facta aliqua reſervatione, ut teſtari poſſit. *Dec. conſil. 516. numero 17.* ¶ Fideicommiſſum conventionale quando valeat, *per Rand. tract. de Analog. cap. 25.* ¶ Relictis centum filiæ, ſi nupſerit, ſi vero Religionem intraverit quinquaginta, nihilominus ſi inierit Religionem, habebit centum: quia illa conditio (tanquam turpis) quæ eſt directo impeditiva vitæ contemplativæ rejicitur. *Boer. dec. 3. n. 14.* an valeat conditio appoſita per teſtatorem, per quam impediatur vita contemplativa. *Dec. conſil. 410.*

quod

quod habeatur pro non adjecta, ſcribit idem *Bartol. conſil. 104. libr. 2. ibidem quæſt. 5.* ¶ Diſpoſitio, quæ tenet de jure ſpeciali inter filios, in qua adeſt inæqualitas ex parte filiarum, an teneat, *Put. deciſion. 253. lib. 2.* ¶ An diſpoſitio ſtulti, vel furioſi valeat, vide ſupra de teſtament. in genere. *Mynſing. obſerv. 41. cent. 2. Pet. Roy. deciſ. 1. Litua. in deciſio. diverſo. Tom. 2.* ¶ Imperitia Notarii errantis circa verba teſtamenti, ſcribendo verbum unum pro alio, non reddit invalidum teſtamentum, quando ſecundum ſenſum poteſt ſuſtineri. *Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rubr. 7. §. 3. gloſſ. 11. numer. 6.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris pro lege eſt ſervanda, niſi eſſet humunitati contraria, vel deriſoria, aut repugnaret diſpoſitioni legis. *Marc. de Mant. ſing. 123.* ¶ An teſtamentum ad interrogationem alterius valeat, *Gram. deciſio. 73. & ſupra titul. de teſtam. in genere Cla. in ſua pract. §. teſtament. quæſt. 37.* ¶ Si non valeat quod ago, quando valeat, ut valere poteſt, dantur multæ diſtinctiones, quæ poſſunt redigi ad unam, nempe, quod ſi actus non valeat, ut agitur, ut valere poteſt, concurrente voluntate, & ea deficiente, vel dubia exiſtente, non valeat. *Cabal. milleloq. 237. & 310. Math. Matheſ. ſingul. 139.* ¶ Actus, qui fit ex duplici cauſa, licet ex una ſuſtineri non poſſit, ſuſtinetur tamen ex alia, & ex capite, ex quo ſuſtineri poteſt, ubi eſt clauſula, omni meliori modo. *Cuev. conſ. 142.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit à ſecundo. *Tho. Minad. deciſ. 43. numero. 4.* ¶ Diſpoſitio de primo actu intellecta, non conſummatur per actum invalidum. *Minad. deciſio. 43. numero 15.* ¶ Voluntas invalida coram quinqua teſtibus confirmatur, voluntas obſcura coram duobus declaratur. *Bartol. in l. 1. Cod. de codicill.* ¶ Teſtator, ſi dixerit, inſtituto Titium hæredem ſub conditionibus intraſcriptis, ſi poſtea nullam conditionem expreſſerit, valebit hæredis inſtitutio, ac ſi purè facta fuiſſet. *Abb. conſil. 80. libr. 2.* ¶ Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur virtute clauſulæ codicillaris, ita ut ſubſtitutioni locus ſit, *Excell. P. Theſſau. deciſio. 126.* ¶ Ultima voluntas minus ſolemnis, in qua conjunctæ perſonæ, vel multum dilectæ relinquitur, valet, & actionem producit, quod in legatis & fideicommiſſis procedit, ſecus in hæredis inſtitutione. *Mat. Matheſ. ſing. 41.*

Vel non.

Quibus modis hæredis inſtitutio fiat inutilis, & quemadmodum debeat reſtringi, *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. libr. 4. titul. 4.* ¶ Teſtamentum factum per minorem inſtuentem filium ſui tutoris, vel curatoris, non valet, & debet irritari. *Papon. libr. 15. titul. 5. arreſt. 9.* minus teſtamentum in favorem adminiſtratorum factum. *Rebuff. in ſuis commentar. tractat. de donation. gloſſ. 6. Tom. 2.* ¶ Teſtamentum, quod ægroto ignorante, & alio dictante fuit ordinatum, non valet, quamvis poſtea eo præſente, & coram teſtibus lectum fuerit, & cum eſſet interrogatus, an talis diſpoſitio ei placeret, reſponderit ſic, *vide tamen Man. de conject. ult. volunt. libr. 2. titul. 6. numer. 10.* ¶ Teſtamentum, in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, non valet. *Bartol. conſil. 177. vol. 1. eundem conſil. 81. volum. 2.* ¶ Inſtituto ventre uxoris poſthumo non nato, teſtamentum redditur nullum. *Bart. d. conſil. 177.* ¶ Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus. *Bart. leg. 1. minor. fol. 109.* ¶ Falſa cauſa finalis vitiat inſtitutionem, ideo hæreditas aufertur ab eo, quem teſtator errans in conjunctione perſonæ inſtituerat, & transfertur ad venientes ab inteſtato. *Vin. de Fran. deciſ. 1. numero 7.* ſed falſa cauſa quando vitiet inſtitutionem. *per Bartol. in l. fi. ff. de hæred. inſtit.* & de caſibus in quibus legata valeant vitiata inſtitutione, *ibid.* ¶ Repugnantia, vel proxilitas ſi colligatur in teſtamentis, nulla erunt teſtamenta. *Bart. d. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 82.* ¶ Pactum factum per filiam patri, de non ſuccedendo matri, vel fratribus, ipſia matre, vel fratribus abſentibus non valet. *Roland. conſil. 81. vol. 4.* ¶ Donatio, vel legatum factum ab Advocato, vel clerico concubinæ non valet. *Bartol. in leg. 6. ff. de re jud.* ¶ Forma quando inducitur à lege, illa debet ſervari per gerentem actum, alias non valet actus. *Bartol. conſ. 133.* ¶ Diſpoſitio teſtatoris erronea, qua filios æquales eſſe voluit, cum tamen inæqualitas inducitur tolli, & annullari debet, etiam poſt factam diviſionem. *Menoch. conſil. 364.* ¶ Relictum filio ut filio, ſi non eſt filius, non valet. *Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quandu vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Falſa demonſtratio, quando vitiet diſpoſitionem, *per Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtituen. & in l. 17. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Quando falſa cauſa in ultima voluntate vitiet diſpoſitionem, *Hart. cap. 22. titul. de teſtamentis libr. 2. & infra titul. de falſa cauſa. aut demonſtratione, &c.* ¶ Pactum factum inter fratres, quod altero moriente ſine filiis, omnia bona vadant ad ſuperſtitem non valet. ſecus ſi eſſet factum de parte bonorum. *Cuev. conſ. 225.* ¶ Voluntas captatoria non valet, & dicitur captatoria quando in alterius voluntatem committitur. *Dec. conſ. 494* & actus geſtus contra legem non valet *ibidem.* ¶ Diſpoſitio captatoria non vitiatur in relictis ad pias cauſas. *Bartol. conſil 5. vol. 1. conſil. 100.* ¶ Relictum, vel inſtitutio collata in voluntatem alterius, jure Civili non valet, jure Canonico ſic. *Bartol. in ſuo tract. de differen. int. jus Civil. & Canonic.* ¶ Quando conſtat quem voluiſſe teſtari, ejus diſpoſitio, ſi non valeat jure teſtamenti, non poterit valere jure codicillorum. *Jac. Put. deciſ. 79. libr. 1.* ¶ Subſtitutio ſecunda ſequens primam non militat, ubi non habet locum prima: nam inutilis diſpoſitio non poteſt facere utilem. *Raud. tractat. de analog. cap. 37. numer. 111. & 113.* ¶ Donatio de hæreditate viventis ſine ejus conſenſu invalida eſt, quod procedit, quando eſt facta donatio hæreditatis viventis, & certæ perſonæ, ſecus incertæ. *Vinc. de Fran. deciſ. 89.* ¶ Voluntas illa teſtatoris non ſervatur. *Bartol. in l. 44. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Inſtitutio cum à principio fuerit nulla ex aliqua cauſa, poſtea non convaleſcit, remota cauſa impedimenti, *Dec. conſ. 661. numero 14.* teſtamentum invalidum, quando convaleſcat, & quando non, *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.* ¶ Actus nullus propter omiſſionem ſolemnitatis reſpicientis favorem publicum, non poteſt poſtea confirmari regulariter; ſed quibus caſibus confirmetur, *Bartol. in l. 1. §. ſed ſi filiusfam. de leg. 3.*

Cap. X. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator quando facere poſſit, quod leges non habeant locum in ſuo teſtamento, per *Bartol. conſil 117. & conſil. 81. vol. 2.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem introductam favore hæredis, ipſe tamen hæres poteſt, & etiam teſtator non poteſt facere, ut leges non habeant locum in ſuo teſtamento. *Bart. in l. 1. C. de uſufruct.* teſtamentum enim publici juris eſt, nec poteſt quis facere, quod ejus privata ſcriptura valeat pro teſtamento. *Dec. conſ 494.* ¶ Teſtator non poteſt remittere cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri. *Bart. in l. 47. ff. de pact.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, niſi minæ, ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, quod ex pluribus argui poteſt, ex adductis

ductis per *Vinc. de Fran. deciſ. 180.* ¶ Defunctorum actus non poſſunt eſſe in pendenti, ſicut actus viventium. *Bart. in l. receptum. ff. commu. prædio.* ¶ Temporis anguſtia ſubducitur de ultimis voluntatibus. *Bart. in l. 1. C. de his, quæ pœna nomine.* ¶ Lex quando imponit pœnam ſtatim annullat, & infringit actum. *Bart. in l. 1. ff. de tis, quæ pro non ſcript.*

TITULUS DXCVIII.

De incapace.

INcapax quando capit ob defectum teſtatoris, ad quem hæreditas deveniat, & quid quando ob defectum ſui, *Bartol. in l. 4. C. de his quib. ut indig. hæred. auſer.* vel ob defectum teſtamenti, *ibid.* ¶ Si eſt inſtitutus hæres, qui non eſt capax, & rogatus reſtituere, an cogatur adire, & ſi non cogeretur, an ille, apud quem remanet hæreditas, illam habeat cum onere iſtius fideicommiſſi, *vide Bart. in l. 14. C. de fideicommiſſ.* ¶ Relictum incapacibus, quando deferatur in fiſcum, & qui ſint incapaces, vel indigni, & an relictum ſpurio palam deferatur fiſco, vel remaneat apud hæredem, *vide Bart. in l. 1. C. de delatoribus lib. 10.* & de materia infra, *titul. de his, quibus, ut indign. hæred. auſe.* ¶ Relictum palam non capaci non applicatur fiſco, & promittens per inſtrumentum publicum teſtatori de reſtituendo incapaci, dicitur palam facere. *Bartol. in l. 106. de lega. 1.* & tale relictum habetur pro non ſcripto. *Abb. conſil. 63. lib. 2.* ¶ Legatum factum penitus incapaci non quæritur fiſco, & quilibet eſt capax legati alimentorum. *Bartol. in l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Capacitas in hærede, vel legatario, quando requiratur, *vide per Bart. in d. l. 1. de delatorib.* & inſpiciatur, *vide eundem in l. 48. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Legatarius ſufficit, quod ſit incapax tempore mortis. *Bartol. in l. 3. §. quando. ff. de jure fiſc.* ¶ Hæres non capax ſe deferens præmiatur, ſed ad teneatur ſe deferre ſtatim. *Bartol. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt lib. 10.* ¶ Hæres non capax inſtitutus punitur pœna, de qua in d. lege, quid, quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicommiſſario, *Bartol. in d. l. 1.* ¶ Relictum palam filio ſpurio, non revocatur per hæredem extraneum. *Bartol. in l. 126. de lega. 1.* ¶ Si teſtator dixerit, lego Titio centum, vel mille, & volo, quod dentur illi, quem ſibi dixi tale legatum, non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de rebus dubiis.* ¶ Pater naturalis pro illa portione ſuccedit filio, in qua filius ipſi patri ſuccederet. *Bartol. in §. ſi quibus igitur, Aut. quib. mod. naturales effi. ſui vide de materia ſup. t. de naturalibus liberis.* ¶ Filius naturalis natus ex unica concubina, an habeat jus ſuccedendi ſuo fratri legitimo, *Bart. ibi.*

TITULUS DXCIX.

De ingratitudine.

PActum, ut ingratitudo futura non obſit, non valet. *Bartol. in l. fin. C. de pact. numer. 3.* ¶ Qui impedit alium teſtari, juſtam cauſam exhæreditationis committit. *l. 23. C. de injur.* ¶ Cauſæ ingratitudinis an repellant fratrem à ſucceſſione ab inteſtato, *Bartol. in l. 27. C. de inoſ. teſtam. & ingratitudine, Aut. de nup.* ¶ Ingratus poteſt privari beneficio, quod habuit ab eo, contra quem ingratus eſt. *c. 3. ex. de poſtul.*

TITULUS DC.

De his, quibus ut indignis hæreditates auferuntur.

Cap. I. Hæreditas, ſucceſſio: quæ quibus modis intelligantur, & requirantur.

DIctio, mox, poſita, *in l. tutores. C. ad Tert.* quomodo intelligatur, *& tex. in l. 2. §. confeſtim. ff. eod.* declaratur, *ibid. Ozaſ. num. 24. & 28.* ¶ Matri, minori ſuccurritur, ſi non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à jure ſtatutum, ſecus ſi fuerit major. *Ozaſ. deciſ. 87. numer. 5.* tempore mortis filii, licet eſſet minor tempore mortis mariti. *Cuev. conſil. 325. Lud. Rom. ſing. 224.* ſed quid, ſi minor ætas fuerit retractata per conſtitutionem Principis, an ſit attendenda ætas limitata per conſtitutionem Principis, *Vincen. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Monitio bina requiritur, ut aliquis privetur hæreditate, gravatus à teſtatore, ut aliquid faceret. *Capic. deciſ. 205. Raud. tract. de anal. c. 37. numer. 104.* hæres tamen gravatus à defuncto, ut aliquid ſolvat, ſi moneatur à Judice per decretum, ut impleat, ſi ſteterit per annum, & non impleverit, punitur commodo proveniente ex teſtamento. *Capic. deciſ. ibid. n. 5. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.*

Cap. II. Quando amittatur, auferatur.

Teſtatorem cogens ad alium inſtituendum, inſtituto hæreditatem non tribuit. *Menoch. de arbit. caſ. 395. n. 11.* & impediens teſtari, ſi proximior eſt, hæreditatem perdit. *ibid. num. 13.* ¶ Hæres jure Civili non implens defuncti voluntatem, perdit hæreditatem excepta legitima, ſed jure Canonico perdit totum. *Bart. in ſuo tr. de differ. int. jus Cano. & Civil. n. 67.* ¶ Privatus hæreditate ſi non ſolverit legata, verficatur diſpoſitio poſt mortem ejus. *Bart. conſ. 29. vol. 1.* ¶ Mater non petens filio tutorem intra annum perdit jus ſuccedendi, & hoc habet locum in multis aliis perſonis, de quibus & quando regula procedat, cum ſuis limitationibus, *per Maran. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. in lib. ſui Spec. fol. 627. Caſſa. in conſ. Bur. tit. des ſucceſſions. vide glo. 4. n. 7. Lud. Rom. ſing. 105. Bartol. in l. 2. ff. qui peta. tuto. & in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Senatuſconſ. Tertul. l. 10. C. de legi. hæred. & Vin. de Fran. deciſ. 167.* ¶ Mater, quæ eſt data in teſtamento tutrix, quæ non fecit inventarium, nec fecit ſibi adminiſtrationem decernere, nec alium tutorem petiit, perdit hæreditatem filiorum decedentium in pupillari ætate. *Guid. Pap. quæſt. 403. Bart. conſ. 18. vol. 1. & conſ. 215. eod.* ſed utrum matre excluſa excludatur avia, quæ ſimiliter peteret tutorem lapſo anno, *vide Guid. d. q. 403. & Bart. d. conſ. 18.* ubi tenet pro parte negativa.

Auferatur.

Hæreditas quando aufertur ab hærede ſcripto ut indigno, ille ad quem vadit hæreditas, tenetur legatariis, & creditoribus. *Bartol. in l. 14. num. 10. ff. de transact.* ¶ Quod aufertur ab indigno abſque ejus delicto, non applicatur fiſco. *Bart. in l. 4. C. de hæred. inſtit.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere. *Bart. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcrip.*

Cap. III. Qui privetur ſucceſſione hæreditatis.

Qui in ſe tacitam fidem aſſumpſit de reſtituendo non capaci, privatur commoditate legis falcidiæ, & quarta ipſius legis eo in caſu applicatur fiſco. *l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si hæreditas ob hæredis culpam confiſcatur, fiſcus partem hæredis retinet, & reſiduum fideicommiſſario reſtituit. *l. Marcellus. §. fin. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* ¶ Hæres accommodans fidem tacite de reſtitu-

Google

reſtituendo non capaci, privatur omni commodo hæreditario fiſco applicando, qui tenetur ad legata, & falcidiam detrahit, ſicut hæres facere poterat. *l.3. Cod. ad leg. Falcid.* ¶ Si cogam te, ut me inſtitueres, incido in edictum, & hæreditas applicatur fiſco, ſed an hoc caſu præjudicem venientibus ad inteſtato, & quomodo illis ſuccurratur, *per Bart. in l.3. ff. ſi quis teſtam. prohib.* ¶ Ille qui aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit, privatur ejus hæreditate, *vide in tit. ff. ſi quis aliquem*, & ulterius punitur. *l.1. C. eod. ſi quis aliquem.* ¶ Non vindicans mortem teſtatoris defuncti, privatur ejus hæreditate. *Capel. Thol. q.41.* ſed quando excuſetur. *ibid. in addito.* ¶ Hæres monitus, ſi deſiſtat parere diſpoſitioni defuncti quando extraneus, vel fiſcus admittatur, *Bart. §. inordinatum. Authen. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres non ſervans juramentum defuncti, quando privetur hæreditate ipſo jure, *Bart. in auth. de juramento à moriente præſtito.* ¶ Rebus relictis ad pias cauſas, ſi perſona deſignata ſemel, & ſecundo monita adimplere diſtulerit, omni lucro privatur, *§. ſi autem, Authen. de Eccleſiaſt. titul.* ¶ Occidens teſtatorem tanquam indignus hæreditate privatur, & fiſco applicatur, ſed quid in occidente filium teſtatoris, ſeu ejus, cui alter ſuccedere poteſt, *Lud. Roman. ſing. 667.* ¶ Etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum avi, *l. 26 ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶ Mulier intra annum luctus nubens, an privetur hæreditate à primo viro ſibi relicta, *vide per Boer. deciſ 186.* pro affirmativa ſcribit *Papo. lib.15. t.1. arreſt.12. tit.4. arreſt.ſi. vide tamen arreſt.20. lib.16. tit.3.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris implere, privatur ejus hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, quod, ſi teſtator diſpoſuerit hæredem privari bonis, ſi ſuam voluntatem non impleverit, *Cabal. milleloq.679. Bart. in §. & hæc omnia, auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleverit, an poſſit privari hæreditate, *Cravet. conſil.59.* ¶ Hæres non implens voluntatem defuncti graviter peccat, & aliquando periclitatur in ejus vita, & ad hoc ſcribuntur duo mirabilia exempla per *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. in præfat. numer. 85. & ſeqq.* ¶ Hæres negligens voluntatem teſtatoris, implere privatur hæreditate, ſi ſteterit per annum, & monitus fuerit, ſi vero ageretur de breviori tempore anni, tunc duæ monitiones requiruntur. *Rebuff. ibid. numer. 88.* ſed quomodo, & quando hoc caſu puniatur, & cogatur hæres, *vide ibid. num.89.* ¶ Admonitio cum curſu temporis anni facit quem inobedientem, & capiens commodum, quo inobediens privatur, debet ſuſtinere onus cautionis, & commoditas, qua quis privatur, ſi reſpiciat commodum certæ perſonæ, illi applicatur. *Bart. in §. ſi quis. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Mater ultima tantum die anni petens tutorem dari filio, ejus ſucceſſione privari non debet, ſi poſtea caſus acciderit, *Marc. de Mant. ſingul. 540.* ¶ Mater negligens petere curatorem ventri, an privetur hæreditate, *vide per Bartol. in conſil. 63. vol. 2.* ¶ Si filio furioſo, vel inſano mater curatorem non petierit, an privetur ſucceſſione, *vide Vinc. de Franc. deciſion. 167.* ¶ Quando relinquitur incapaci, clam accommodata fide de reſtituenda hæreditate ipſi incapaci, bona applicantur fiſco, ſed quando inſtitutio fit palā, ſeu ſubſtitutio, tunc applicantur venientib⁹ ab inteſtato. *Fr. Marc. qu.256. vide Gomez. Leon. deciſ.68. in deciſ. diverſ. Tom.2. & Bart. conſ.29. volum.1.* ¶ Hæres (marito defuncto) violans ejus viduam, facit ſe indignum ejus hæreditate: ideo ab eo aufertur, & applicatur fiſco. *Cabal. milleloq. 137.* ¶ Mater, vel alius proximior, qui venit ad ſucceſſionem pupilli, debet petere tutorem ipſi pupillo, alioqui privatur ſucceſſione, maxime ſi intra annum à morte teſtatoris non petierit, & mortuus ſit in pupillari ætate pupillus. *Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſenten. proviſio. art.3. gloſſ.2. num.11. vide Natt. conſil.656. Hart. cap.4. tit. de ſucceſſio. lib.1. Vinc. de Franc. deciſ. 16. num. 7.* ſed ubi quis allegat filium mortuum intra annum, hoc probare debet. *Natt. conſil. 656.* ¶ Mater ſi tutelam legitime non adminiſtraverit, vel inventarium non confecerit, etiam privatur ſucceſſione filiorum. *Natt. conſ. 663.* & ſi non ſuſcepetit tutelam intra annum, poſt illum non poterit impedimentum allegare. *Natt. ibidem numero. 14.* ¶ Hæres indignus hæreditate privatur, & applicatur fiſco Civitatis originariæ teſtatoris. *Rom. ſingul.579.* ¶ Si hæres non redimat teſtatorem à carceribus, & ibi moriatur, privatur ejus ſucceſſione, & devolvitur ad Eccleſiam, *Authen. ſi captivi. Cod. de epiſcop. & cler.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curam, à ſucceſſione ipſorum privantur, licet hæredes ſint ſcripti. *Authen. liberi. Codic. de Epiſcop. audient.* ¶ De bonis auferendis ab hærede, qui mortem defuncti non vindicavit, non poteſt agi, niſi convictis reis, vel defunctis. *l.1. C. ubi cauſa fiſcales.* ¶ Paciſcens de hæreditate viventis ignorantis, privatur ipſa hæreditate, & applicatur fiſco. *DD. in l. final. Cod. de pact.* ¶ Hæres non ſepeliens defunctum privatur hæreditate. *Boer. deciſ.287. Rebuff. in ſuis comment. tract. de benefic. cad. cuſtod. gloſſ.4. num.14. Tom.2. fol.534.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l.24. §. mulier. ff. de milit. teſtam.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio; non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex diſpoſitione patris. *Marc. de Mant. ſing. 549.* ¶ Filius, cujus pater occidit teſtatorem, non privatur hæreditate propter factum patris occiſoris. *Boer. d. deciſ.25. num.12.* nec ipſe filius tunc tenebitur vindicare necem defuncti contra proprium patrem. *ibid. num. 13. nec econtra num. 14.* ¶ Si ſe excuſat à tutela teſtamentaria, non repellitur à ſucceſſione pupilli. *Guid. Pap. ſing.518.* ¶ Minor hæreditate paterna non privatur, licet patris mortem non ulciſcatur. *leg.1. C. in quibus cauſ. reſti. in integ. non ſit neceſſa.* ¶ Curſus anni non inducit privationem hæreditatis ſtante ſtatuto, quod non implens voluntatem defuncti intra annum incurrat pœnas legales, & curſus anni habeatur pro legitima monitione. *Bartol. conſ. 137. volum. 1.*

Cap. IV. Quando quis dicatur, fiat indignus.

Vir reputatur indignus ſi probetur, quod ante teſtamentum verberaverit uxorem. *Bartol. in l.3. ff. de damn. numero 16.* ¶ Frater occidens fratrem ei ſuccedit, ſed ab eo, ut ab indigno aufertur hæreditas, & datur fiſco; idem in filiis ſuis; ſecus ſi eſſet alius agnatus, qui eſſet in eodem gradu cum interfectore, quia tunc ille præferretur fiſco, præmiſſa etiam procedunt, ſi aliua agnatus, vel cognatus occidiſſet agnatum, cui ſuccedere debuerat. *Boer. deciſ. 25.* ¶ Hæres, qui eſt cauſa mortis defuncti, eſt indignus ejus hæreditate. *l. fin. §. fin. ff. de bonis damnat.* ¶ Non adimplens voluntatem teſtatoris reputatur indignus ſua hæreditate, & tunc præjudicat ſibi, & liberis vocatis. *Raud. tr. de analog. cap. 37. vide cap. 6. & ibidem gloſſ. ex. de teſtam. & in cap.9. ex. de voto.* quia hæres non implens voluntatem teſtatoris, dicitur contravenire ejus teſtamento, & illud impugnare. *Cravet. conſ.1. num.3* & teſtamentum non opitulatur agenti ex eo, niſi impleta teſtatoris voluntate. *idem conſ.80.* ¶ Mater renuncians tutelæ filiorum non petito tutore, efficitur indigna hæreditatis eorum. *Magon. deciſ. 43. Rot. Floren.* ¶ Limita non procedere, quando ſtatim facta renunciatione ſuſcepit avia tutelam, ita quod pupillus nullo tempore remanſerit indefenſus. *ibid. numero 3.* ¶ Secundo limita, quando extant conſanguinei, quibus tutela defertur, *ibid. numero 4.* vel alii tutores. *Dec. conſ. 246.* ¶ Tertio limita,

TITULUS DCI.

De his, quibus ut indignis legata auferuntur.

Cap. I. Qui, qua amittat.

DEefuncti voluntati, quando contraveniſſe cenſeatur legatarius, ut à legato cadat, *Jac. Put. deciſ. 406. eod. libr. & Aemil. d. deciſ. 233.* ¶ Accuſans teſtamentum de falſo, & ſuccumbens perdit ea, quæ ſibi per teſtatorem ſunt relicta. *Bartol. in l. 2. C. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* quid juris in illo, qui dicit, teſtamentum nullum, vel non jure factum. *ibid. num. 7.* ¶ Tutor teſtamentarius non aſſumens tutelam, omnia ſibi in teſtamento relicta perdit. *Mynſing. obſ. 87. cent. 6.* ¶ Tutori in teſtamento relicto ſi quid legetur, illud amittit tutor, ſi tutelam ſubire recuſet, quod procedit, ſi legatum fuerit factum ea contemplatione, ut tutelam ſubeat, ſed ex quibus hoc apparere poſſit, *per Bart. ſing. 68. Petr. de Raven. ſing. 169. & ſeq. ff. de excuſat. tutor.* ¶ Onus pro parte recuſatum, facit legatum perdere totum, exemplum datur in tutore, qui obtinuerat excuſationem à bonis unius Provinciæ tantum, *l. 114. de leg. 1.*

Vel non.

Legata non perdit mulier nubens intra annum luctus, ſi non extant liberi. *Boer. deciſ. 186.* idem, ſi commiſerit adulterium. *Franc. Marc. q. 513. num. 27.* ¶ Cauſa probabilis veniendi contra teſtamentum, quomodo excuſet legatarium, ne legatum ſuum amittat, *Jac. Put. deciſion. 401. libr. 3. & Paul. Aemil. deciſ. 253. part. 1.*

Cap. II. Hæreditas, quando aufertur, vel non.

Indigno quod aufertur, fiſco aplicatur, & indignitatem non poteſt alius opponere, quam fiſcus, ſed indignus, quando legatarius intelligatur, ita ut legatum fiſco debeat applicari, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 5. numer. 14.* ¶ Hæreditas ſi ab indigno auferatur, an etiam auferatur prælegata. *Boer. deciſ. 280.* ¶ Legata debentur etiam ubi indigno hæredi hæreditas aufertur, dato, quod legatarius infirmo teſtatori medicum non adhibuerit. *Rot. Avenio. deciſio. 21. num. 7. in deciſio. diverſo. Tom. 3.* imo legatum ademptum videtur ſi legatarius fuerit negligens in curando teſtatore infirmo, quod debet intelligi ſi fuerit in culpa lata, vel levi, ſecus ſi in leviſſima. *Franc. de Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 10.* ¶ Quod aufertur in pœnam alicujus, nunquam tranſit cum onere ſuo. *Bartol. in l. 5. ff. de his, quæ pro non ſcript.* ¶ Legatum relictum palam incapaci non applicatur fiſco, ſecus ſi eſt relictum indigno. *Bartol. in l. 1. ff. de jure fiſci.*

Cap. III. Qui privetur.

Legatarius legato privatur ipſo jure, ob adulterium cum uxore teſtatoris commiſſum, idem, ſi ſtuprum teſtatore mortuo commiſerit. *Ozaſ. deciſ. 77.* ¶ Si legatarius egerit querela inofficioſi, & ſuccubuerit, privatur legato, & fiſco applicatur. *l. 8. §. meminiſſe ff. de teſtam.* tamen qui egerit nomine alterius de inofficioſo, non eſt indignus legato, *l. 30. §. 1. ff. eodem.* ¶ Infirmum negligens, & non adhibens curam, & mortem evadat, an, & quando privetur legato, ut quocunque emolumento, quod ſperat ex ejus morte, *vide Natt. conſil. 461.*

Vel non.

Licet mater non petierit tutorem dari filio, non tamen privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Marc. Mant. ſing. 549.* ¶ Pœna privationis nunquam habet locum, niſi exprimatur, ideo licet legatarius contra voluntatem teſtatoris moleſtaverit hæredem, non ob id debet privari legato, niſi hoc expreſſe dictum ſit à teſtatore. *Dec. conſ. 583.* ¶ Ille per quem non ſtat, quo minus tutor ſit, non privatur legato. *l. 78. §. non jure de leg. 2.*

Cap. IV. Qui ſit indignus ve.

Qui factum hæredis impugnat, non teſtamentum, non eſt indignus legato. *l. 90. §. legato. de legat. 2.* ¶ Legatarius ſurripiens teſtamentum, tanquam indignus legato excluditur, *Mant. lib. 12. tit. 5. numer. fin.*

Cap. V. Qui excuſentur, vel non.

Qui eſt in poteſtate alterius, excuſatur, ſi ab eo tacitum fideicommiſſum ſuſceperit. *l. tacitum, ff. ad leg. Falcid.* ¶ Maritus excuſatur, ſi non inveniat medicum pro uxore curanda. *Bart. in l. 16. ff. pro ſocio.*

Cap. VI. Qui legare poſſit, vel non.

An Clericus poſſit legare concubinæ per ſe, vel media perſona alterius, *Gomez. Leo. deciſ. 45. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* & mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis non capit, *l. 24. §. mulier, ff. de milit. teſtam.* ¶ Prælegata non veniunt in reſtitutione, quam facit hæres indignus fiſco. *Petr. de Raven. ſingul. 533.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Si legatarius aliquid commiſiſſet, quod ſi teſtator ſciviſſet non ita legaſſet, quando repellatur exceptione: *per Bart. in l. 27. C. de fideicommiſ.* ¶ Offendenti non probanti ſequens meritum, legatum non debetur. *l. 9. §. Lucius Titius, de leg. 2.* ¶ Tabellioni, an poſſit aliquid legari in teſtamento per eum ſcripto, *vide Hart. capitul. 3. titul. de lega. lib. 1.* ¶ Si teſtator dixerit lego Titio centum, & volo dentur ei, quem ſibi dixi, tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum. *Bart. in l. 26. ff. de reb. dub.*

TITULUS DCII.

De his, quæ nomine pœnæ relinquuntur.

HÆre privato in aliquem eventum, non facta expreſſione, ad quem debeat pervenire hæreditas, illa intelligitur delata ab inteſtato. *Alexan. Raud. tract. de Anal. cap. 27. numer. 8.* ¶ Interpellandus eſt is, qui tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ad effectũ, ut pœnam privationis incurrat. *ibid. numer. 104.* ¶ Pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum favorem erat implendum. *Crav. conſil. 80. num. fin.* ¶ Teſtator poteſt privare hæredem hæreditate, ſi aliquid fecerit, vel non fecerit. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 69.* ¶ Quando is, qui dare, vel facere aliquid tenetur teſtatoris voluntate, facere potuiſſe, & debuiſſe dicatur, ut pœnam incurrat, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 498.* ¶ Pœna privationis in uno caſu appoſita, non extenditur ad alium caſum. *Dec. conſil. 273.* ¶ Translatio legati in pœnam debet ſtricte interpretari, ideo ſi teſtator dixerit lego centum, & ſi ultra illa centum legatarius petierit tale prædium, quod talis Eccleſia debeat habere ipſa centum, tunc ad hoc, ut ſit locus legato facto Eccleſiæ requiritur, quod legatarius non ſolum petierit, & conſequutus fuerit prædicta centum. *Dec. conſil. 191.* ¶ Fideicommiſſum fieri poteſt in pœnam, & tali caſu debet ſtricte interpretari. *Dec. conſ. 336. volum. 2.* ¶ Quando uxor relicta fuit uſufructuaria, cum prohibitione, quod hæres non poſſit, neque valeat turbare, vel moleſtare ipſam uxorem, & caſu, quo

quo eſſet moleſtata fuiſſet inſtituta hæres in omnib⁹ bonis, quid juris hoc caſu, ſi hæres moleſtaſſet uxorem, *vide per Dec. conſ. 613.* ¶ Teſtator in teſtamento poteſt apponere pœnam hæredi non ſolventi legatum. *Dec. conſ. 673.* ¶ Filia inſtituta adjecta conditione, ſi contigerit, quod teſtator fuiſſet occiſus à quocunque, eſſet privata ejus hæreditate applicanda hoſpitali, an talis diſpoſitio valeat, *per Menoch. conſil. 78. vol. 1.* ¶ Et ſi is, qui vult conſequi relictum ſub conditione debeat probare impletam fuiſſe conditionem, tamen quando aliquid eſt ademptum, & in alium translatum, ſi primus aliquid non feciſſet, ſecundus legatarius, qui vult primum privare commodo relicti ob id, quod non impleverat conditionem, probare debet tale non factum, ex quo allegat quodammodum delictum, *idem Menoch. conſ. 262. lib. 3.* ¶ Legatum relictum ſub pœna privationis caſu, quo legetarius non defenderit hæreditatem teſtatoris; hoc non obſtante, poterit legatarius in defendendo agnoſcere bonam fidem, non defendendo ipſam hæreditatem contra jus, & æquitatem, quia teſtator intellexit de defenſione legitima. *Menoch. conſil. 281. num. 29. lib. 3.* ¶ Teſtator ſi mandet ſub pœna hæredi Eccleſiam conſtrui in ejus domibus, ſi Epiſcopus conceſſerit quod alibi poſſit conſtrui, hæres non incidit in pœnam. *Ludo. Rom. ſing. 474.* ¶ Legatarius non tranſmittitur ad hæredem legatum cum adjectione pœnæ. *idem ſing. 497.* ¶ Teſtator non poteſt aliquem punire propter inobedientiam tertii. *Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus litera T. ſing. teſtator. 2.* nec poteſt hæredem ſuum hæreditate privare, ob alterius negligentiam. *Ludov. Roman. ſingul. 102.* ¶ In pœnis & mulctis, quæ relinquntur in teſtamento, non receditur à perſona, quantum ad commiſſionem pœnæ. *Bart. conſil. 7. vol. 1.* ¶ De diſpoſitione, ſeu clauſula pœnali in teſtamento appoſita, *per Franc. Marc. q. 843. & q. 845.*

TITULUS DCIII.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato, vel fideicommiſſo.

DEmonſtratio falſa adjecta rei, quæ non reperitur, vitiat legatum. *l. 11. §. qui quinque de leg. 1. & l. 116. §. pen. eod.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum. *l. 100. §. paterfa de leg. 3.* ¶ Falſa demonſtratio generis reſtringit, ſecus in legato certæ ſpeciei. *l. 11. ff. de anr. & argen. leg.* ¶ Falſa cauſa legato adjecta diſpoſitionem vitiat teſtatoris, qui alias relicturus non erat, *Menoch. conſil 346. lib. 4. num. 14. 15. Bart. ſingul. 77. & ſupra de materia in tit. de inutilibus diſpoſitionibus circa ultim. volunt.*

TITULUS DCIV.

De falſa cauſa, aut demonſtratione adjecta inſtitutioni, legato vel fideicommiſſo.

FAlſa cauſa non vitiat inſtitutionem, fallit, ſi probetur teſtatorem alias inſtituturum non eſſe. *Petr. de Rav. ſingul. 247.* quando vitiet, *vide Bartol. in l. final. ff. de hæred. inſtitutio.* ¶ Error cauſæ, quando vitiet legatum, *vide per Bart. in l. 52. de pact.* ¶ An falſa demonſtratio vitiet, vel non, *Bartol. in l. demonſtrat. ff. de con. & demonſtrat.* ¶ De falſa cauſa, & quando vitiet, *vide eundem Bart. in d. l. demonſtratio. §. quod autem,* quare vitiet inſtitutionem, & non legata, *vide eundem in d. l. fin. ff. de hæred. inſtit. & ipſam legem.* ¶ Falſa demonſtratio non nocet, neque falſa cauſa. *l. 78 §. ſi mihi, de leg. 1.* & non vitiat legatum. *§. huic proxima inſt. de legat.* ¶ Falſa demonſtratio quantitatis expreſſæ, legatum non vitiat. *l. 21. de leg. 2.* ¶ Quia falſa cauſa non vitiat legatum; ſi maritus legaverit uxori centum, quæ dixerit ſe habuiſſe nomine dotis, & nihil habuerat, valebit legatum, ac ſi ea habuiſſet. *leg. 21. de verb. oblig.* ¶ Quod falſa cauſa non vitiet legatum, habetur *l. 13. ff. cond. & demonſt.* dummodo ſit certum, *ſed ſi uxori, inſtit. de leg.* fallit, quando conditionaliter apponitur. *leg. 17. quod autem, ff. de condit. & demon.* ¶ Cauſa aliquando pro quia profertur, *§. longe inſt. de legat.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum, ut ſi quis dicat Stichum lego, quem à Sejo emi, ſitque ab alio emptus, utile erit legatum, ſi de ſervo conſtet. *§. huic prox. inſt. de lega.*

TITULUS DCV.

De hæredibus extraneis inſtituendis.

Cap. I. Inſtitutio: Succeſſio. Captatoria inſtitutio, quæ dicatur, vel non.

HÆredis inſtitutio eſt caput, & fundamentum teſtamenti, quod propterea non valet, ſine hæredis inſtitutione. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 35.* Sed de conjecturis, quæ verſantur circa hæredis inſtitutionem, *per Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 4. tit. 1.* ¶ Aliquando inſtitutio dicitur ſubſtitutio, & econtra, *vide l. 20. §. fi. ff. de cond. inſtit.* ¶ Relinquo, verbum, ad inſtitutionem adaptatur. *gloſſ. in §. ſi quis autem, Auth. de hæred. & Falc.* ¶ Verbum, lego, denotat inſtitutionem, ubi eſt materia favorabilis, & nullus eſt hæres univerſalis inſtitutus, puta quia agatur de validitate teſtamenti. *Raud. tract. de Analog. c. 18. n. 14. vide c. 37. num. 23. ibidem.* quid de verbo relinquo, *ibid. num. 21.*

Cap. II. Qualis ſit.

Majoratus inſtitutio differt à primogenitura, & quando per contraventionem privatus dicatur, inſtitutus majoratu, & quomodo fiat contraventio *D. Gaſp. Theſ. q. For. Quæſt. 20. lib. 2.* ¶ Inſtitutio hæredis debet eſſe certa, & quid, ſi veniat certificanda per aliam ſcripturam, *Clar. in ſua Pract. q. 36.* ¶ Inſtitutus cenſetur magis dilectus quam ſubſtitutus. *Ozaſ. deciſ. 110. n. 6.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

An agnati generaliter ſubſtituti caſu, quo hæredes nollent, vel non poſſent eſſe hæredes, dicantur ita nominati, quod loquendo teſtator in alia parte teſtamenti, de hæredibus, infraſcriptis intelligi poſſit de prædictis agnatis ſic ut ſupra collective vocatis, & non de iis ſolus per nomina propria vocatis. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 338.* ¶ An ſi quis inſtituerit, vel ſubſtituerit hæredes fratrem ſuum, & ejus filios, cenſeatur ordine ſucceſſivo eos inſtituiſſe, vel ſubſtituiſſe. *Fachin. lib. 12. cap. 11. negat. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. ex duob. de legat. 1.* ¶ Maxime ſi uxor fuerit inſtituta in plena proprietate, donec vixerit, excepta legitima filii, qui poſt mortem uxoris inſtitutus, intelligitur hæres in perpetuum, ita ut illi debeat mater inſtituta per fideicommiſſum reſtituere, quod erit ſupra legitimam. *Mant. de conject. titul. 5. artic. 8.* ¶ Quid, ſi fuerit inſtituta in uſufructu omnium bonorum, & poſt ejus mortem extraneus ſit inſtitutus, *vide ibid. artic. 7. & 9.* ¶ Si quis inſtituerit Sacerdotem, & ejus hæredes, intelligitur de hæred. agnatis. *Boer. deciſ. 354.* ¶ Hæredis inſtitutio, quibus modis facta intelligatur, & quemadmodum poſſit extendi, *Mant. lib. 4. tit. 3.* & ex quibus partibus intelligatur facta hæredis inſtitutio, *vide eundem lib. 4. tit. 10.* ¶ Aliquem inſtituere contemplatione alterius, intelligatur dupliciter, *Bart. in l. Gallus. §. quod ſi is. ff. de li. & poſt.* ¶ Inſtitutio facta per militem in caſtrenſibus, non trahit ad ſe paganica & econtra, ſed inſtitutio ſimpliciter facta comprehendit omnia. *l. 1. & 2. ff. de milit. teſtamen.*

Cap. IV. Quis dicatur inſtitutus, vel non.

Teſtes ſi dicant, quod teſtator inſtituit hæredem Titium, poſtea Sempronium, cenſentur ambo inſtituti. *Bartol. in l. 7. n. 10. ff. ſol. mat.* ¶ Quando plures ordine ſucceſſivo intelligantur inſtituti, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 4. titul. 8.* ¶ Si teſtator dixerit, Titius cum filiis ſuis, & Sempronius hæredes ſunto: Titium una cum filiis in dimidia, & Sempronium pro alia inſtituiſſe videtur. *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ¶ Hæres ſolus in re certa inſtitutus, eſt hæres univerſalis. *Boer. deciſ. 33. num. 6. vide Ægid. Bellam. concl. 749. Menoch. conſil. 224. lib. 3.* ¶ Uxor hæres inſtituta in uſufructu, ſi poſt ejus mortem ſit alius inſtitutus, ſi in vita non habet hæredem, ipſa hæres univerſalis efficitur. *Dec. conſil. 478. vide Natt. conſil. 570.* Ideo mortuo illo qui poſt mortem erat inſtitutus, vel ſubſtitutus, ſubſtitutio efficitur caduca, & uxor remanet omnino proprietaria, & domina. *Menoch. conſil. 273. lib. 3.* ¶ Uxore inſtituta in uſufructu, & poſt ejus mortem filiis, vel filiabus teſtatoris inſtitutis, appoſita clauſula codicillari quid juris, *vide Dec. conſil. 478.* quid hoc caſu ſi filii præmoriantur; *Menoch. conſ. 272. lib. 3.* ¶ In quæſtione præmiſſa conſiderantur plures caſus, quorum primus erit, quando hæres eſſet inſtituta nullo dato cohærede. 2. quando uxor in vita eſſet inſtituta, & poſt ejus mortem hoſpitale. 3. quando eſſet inſtituta in ejus vita tantum, & habuit cohæredem ſimpliciter, 4. quando hæres eſſet relicta domina, & uſufructuaria, & alter ſit hæres inſtitutus. *de quib. omnibus vide per Dec. conſil. 597. Natt. conſ. 570.*

Cap. V. Quibus modis fieri poſſit.

An ſi filius ſub conditione caſuali, vel mixta fuerit hæres inſtitutus, hodierno jure valeat teſtamentum, & in hoc ſit correcta. *l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſt. And. Fach. lib. 5. cont. c. 71.* ¶ Succeſſio, quæ defertur ex teſtamento, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus, *vide Magon. deciſion. 144. num. 20. Rot. Flor.*

Cap. VI. Qui poſſit, debeat inſtitui, vel non.

An nepotes ex filio nato, ex inceſtu, hæredes inſtitui poſſint ab avo, *Andr. Fach. lib. 5. contr. c. 98.* ¶ Naſciturus poteſt hæres inſtitui, ſed interim erit diſpoſitio conditionalis. *Boer. deciſion. 172.* ¶ Hæres poteſt inſtitui per relationem ad codicillos. *Thom. Faſt. deciſion. cano. 43.* ¶ Poſthumus alienus de jure Prætorio (etiam de jure antiquo) poterat hæres inſtitui. *l. pen. de legat. & fideicommiſſ. 1.* ¶ Hæres univerſalis debet à teſtatore palam nominari, & inſtitui nominatim, ſecus in particulari. *Guid. Papon. quæſt. 459.* quid, ſi fuerit nominatus à Notario, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 37.* ¶ In defectum inſtituti incapacis alius, qui capax ſit, inſtitui poteſt. *Dec. conſil. 462. n. 15.* ¶ Qui non poſſunt hæredes inſtitui, *vide gloſſ. in §. legari, inſtitut. de legat.*

Cap. VII. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Inſtitutio ſi ſit facta nomine collectivo, ſucceditur in ſtirpes, ſecus ſi nomine proprio, *Afflict. dec. 309.* ¶ Facta inſtitutione de patre, & filiis hoc modo, fratrem meum Titium inſtituo, & ejus filios, ſecundum magis communem omnes ſuccedunt uno tempore, ſed pater habebit dimidiam, & filii omnes aliam dimidiam, ſcribunt Doctores *in l. Gallus. §. quidam recte ff. de libe. & poſthum. Dec. conſ. 296. 348. 291. 254. 320. & 382. Jaſ. de actio. in §. quidam num. 20. & 24. Ozaſ. deciſ. 81. Guid. Papon. quæſt. 531. Afflict. deciſion. 309. vide Boer. deciſ. 185.* ¶ Nepotes una cum patruo inſtituti, an in capita, vel in ſtirpes ſuccedant, *vide Afflict. deciſ. 309.*

Cap. VIII. Qui, quos inſtituere poſſit, debeat.

Diſponere qui poteſt ex pacto, an decedendo ſine teſtamento videatur diſpoſuiſſe. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 272.* ¶ Inſtitutus an poſſit inſtituentem hæredem relinquere. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 63.* ¶ An avus poſſit inſtituere nepotem ex filio ſpurio hæredem, *And. Fach. lib. 5. cont. cap. 97.* ¶ Quis poteſt inſtituere duos hæredes, alterum in allodialibus, & alterum in feudalibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 1.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

An inſtitutus in re certa ſit in poſſeſſionem mittendus ex *leg. ult. C. de edict. divi. Adr. tollend. And. Fach. libr. 4. cont. cap. 21.* ¶ Mulier, in quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, ex teſtamento militis capere non poteſt. *l. 42. §. mulier. ff. de milit. teſtament.* ¶ Portio deficiens accreſcit pro portionibus hæreditariis, pro quibus facta eſt inſtitutio. *l. Lucius Titius. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia.* ¶ Qui ſemel eſt hæres per reſtitutionem non deſinit eſſe hæres directo, ſed utiliter. *l. 8. § ſed quod. ff. de mino. 25. ann.* ¶ Inſtitutus in re certa habebit portionem cohæredis mortui, in reliquo inſtituti, quem teſtator putabat vivere. *Bartol. in l. 58. ff. de condit. indeb.* ¶ Inſtitutio rei certæ cum prohibitione de ulterius non petendo, quid operetur, *vide Bart. in l. 19. ff. de injuſto rupto. conſ. 48. vol. 1. & conſ. 81. 82. volum. 2.* ¶ Uxori uſufructu omnium bonorum legato, ſi poſt ejus mortem pius locus ſit inſtitutus, an poſſit ſtatim mortuo teſtatore adire hæreditatem, & generaliter de inſtitutione facta poſt mortem uxoris uſufructuariæ relictæ, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 4. titul. 5.* ¶ Error in nomine, & qualitate hæredis, an officiat inſtitutioni, & quid, ſi error conſiſtat in corpore hæredis, *vide eundem lib. 4. titul. 6.* ¶ Si quis inſtituatur hæres in vita, ex hoc non cenſetur uſufructuarius. *Guid. Papon. ſing. 676.* ¶ Approbatio hæredis teſtamenti, quid operetur, *vide Marc. quæſt. 828.*

Cap. X. Quæ valeant, vel non.

Teſtamento ſublato, quo filius fatuus non fuerat inſtitutus, an codicillis poſtea factis inſtitutio cum exemplari ſubſtitutione ſuſtineatur, & codicillis, quando hæreditas dari poſſit? *D. Gaſp. Theſ. quæſt. For. quæſt. 61. lib. 2.* ¶ Quæ dicatur captatoria voluntas ſub conditione, vel modo concepta, *Franc. Sarm. libr. 2. Select. interp. cap. 4. 5.* ¶ Diſpoſitio captatoria, an convaleſcat per approbationem. *Joan. Petr. Surd. dec. 53.* ¶ Quando dicatur. *ibidem deciſion. 68.* ¶ Inſtitutio captatoria an ſit, ſi dicatur, ſubſtituo fratris filium, ſi frater inſtituerit filium meum. *ibidem deciſ. 98.* ¶ An valeat aliqua ex his inſtitutionibus: inſtituo Titium hæredem, ſi me inſtituerit, *Fachin. libr. 12. cap. 44. affirmat rejecta conditione l. Ille autem, ff. de hæred. inſtituen.* ¶ An valeat inſtitutio hæredis collata in arbitrium tertii per verba importantia arbitrium boni viri, *ibidem cap. 25. negat. l. Illa inſtitutio. de hæred. inſtitut.* ¶ An captatoria inſtitutio ſtatuto, vel conſuetudine convalidari poſſit, ibidem *cap. 26. negat. l. ille ff. de hæredib. inſtitut. l. ſi majores C. de tranſact. §. manet. Inſtitut. de ſocier.* ¶ Præmiſſa tamen non procedunt, quando eſſent inſtituti deſcendentes, in quibus non ſolum adeſt affectio ordinata, ſed neceſſitas inſtituendi, tunc enim admittuntur, ordine ſucceſſivo: nempe primo pater, & ipſo mortuo, filii, *vide DD. in dict. l. Gallus §. quidam recte. Dec. conſilio 384. 465. 254. & 236.* ¶ Duæ inſtitutiones in eodem teſtamento factæ valent, ſed ultima accipitur pro ſubſtitutione. *Guid. Pap. quæſt. 531.* ¶ Maritus poteſt inducere uxorem, ut ipſum hæredem inſtituat, & valebit inſtitutio, niſi minæ ac verbera præceſſerint, vel dolo verſatus fuerit, qui arguitur ex pluribus, de quibus vide per eundem d.

Franc. deciſion. 180. ¶ Inſtitutio facta in contractu juramento firmato tenet & valet. *Papon. l. 20. tit. 1. arreſt. 1.* ¶ Inſtitutio facta de pauperibus eligendis per priorem alicujus fraternitatis valet. *Bartol. in l. C. de teſta. milit.* ¶ Inſtitutio hæredis, ſi contineat perſonam incertam, quando valeat, *vide Bart. in l. 6. ff. de rebus dubiis.* ¶ Si captivi inſtituantur hæredes, vel pauperes, valet inſtitutio, & venit diſtribuenda ſine quartæ falcidiæ diminutione. *l. ſi quis. C. de Epiſ. & Cle.* ¶ Inſtitutio facta de extraneo firma manet, licet poſtea factus fuerit adoptivus teſtatoris. *l. 24. §. ſi. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Si teſtator inſtituerit uxorem univerſalem in vita ſua, & nepotes in eodem teſtamento hæredes univerſales etiam inſtituerit, reſolvitur inſtitutio uxoris, ut videatur relicta uſufructuaria, & valebit inſtitutio nepotum in proprietate. *Dec. conſilio 279. vide Natt. conſil. 570.* ¶ Idem ſi teſtator reliquerit uxorem ſuam dominam, & alium hæredem univerſalem inſtituerit. *Dec. dict. conſil. 279.*

Vel non.

An ſit captoria voluntas cum duo puta conjuges ſimul teſtantur, unumque & eundem hæredem inſtituerint, ita, ut alteri liceat revocare, *Fachin. lib. 12. cap. 25.* affirmat. *l. captatorias, ff. de hæred. inſtituendis.* ¶ An ſit captatoria voluntas cum aliquis inſtituit, vel ſubſtituit perſonam ab alio eligendam. *Idem cap. 23. negat.* ¶ An ſit captatoria voluntas cum quis alium hæredem inſtituerit ab eo hæres inſtitutus, *ibid. cap. 22.* affirmat. ¶ Captatoria inſtitutio ex eo ſolum non dicitur, quod perſona inſtituta committatur eligenda, & nominanda alteri, ut ſi dicat teſtator, inſtituo unum de mea agnatione, quem nominaverit mater mea, ſed ita demum dicitur captatoria, ſi ſubſtantia inſtitutionis ex alterius arbitrio dependeat. *Mohed. deciſ. 358.* ¶ Captatoria inſtitutio non valet etiam in militis teſtamento, ſed quænam ſit captatoria voluntas, *vide gl. in l. 11. C. de teſtam. milit.* ¶ Inſtitutio facta de aliquo uti filio, non valet, ſi poſtea appareat illum non fuiſſe filium. *l. 5. C. de teſta.* ¶ Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio temporis tractu convaleſcere non poteſt. *reg. pen. ff. de reg. iur.*

Cap. XI. Qui dicatur vocatus, vel non.

Teſtator ait, ſi Petrus ſine filiis maſculis moriatur, & ejus filiis maſculis deſcendentibus ſine filiis maſculis, aut deſcendentibus ex illis morientibus ſine filiis, & deſcendentibus maſculis ejus bona veniant ad Ludovicum, an Ludovicus expreſſe ſit vocatus ex teſt. *Roland. conſ. 51. Tom. 3.* ¶ An filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, *Fach. l. 4. c. 51. lib. 12. cap. 40.* affirmat. *l. Lucius 2. ff. de hær. inſtituen.* ¶ Vocatus an poſſet venire vivente patre ad fideicommiſſum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 242.* ¶ Filii ex legitimo matrimonio procreati, ſi poſiti ſunt in conditione, an intelligantur vocati. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 162.* ¶ Quando plures ſunt inſtituti ſimul, an cenſeantur vocati ſimul, & ſemel, an autem ordine ſucceſſivo unus poſt alium, *Clar. in §. teſtamentum, quaſt. 80. & Matth. Matheſ. ſing. 156.* ¶ Quando plures ſunt inſtituti ſimul, & ſunt vocati ordine ſucceſſivo, an admittantur in vim vulgaris ſubſtitutionis ſolum, adeo, quod adita hæreditate per primum inſtitutum, alii amplius non admittuntur. *Dec. conſil. 253. & conſilio 292.* ¶ Si dictum ſit in teſtamento, quod bona deveniant ad Vlixem, & ad ejus filios nominatos, & Corradum nepotem d. Vlixis: idem Corradus cenſetur vocatus pro dimidia. *Dec. conſ. 382.* quia plures conjunctim inſtituti habent dimidiam, & unus disjunctim, aliam, *Hartm. cap. 16. tit. de teſtament. lib. 1.* ſecus quando teſtator inſtituiſſet fratrem & filios alterius fratris æquis portionibus. *Dec. conſil. 597.* ¶ Teſtator ſi inſtituerit ejus nepotes ſub nomine appellativo, quilibet ex dictis nepotibus æqualiter, & pro virili vocatus videtur. *Dec. conſ. 412.* ¶ Plures inſtituti cum adjectione nominis diſtributivi, quilibet vocatur in virilem. *Bartol. in l. 11. C. de impub. & aliis ſubſti.* ¶ Teſtator inſtituens uxorem in vita ſua tantum, ſi viduitatem ſervaverit, videtur vocaſſe, venientes ab inteſtato, ſi uxor moriatur, vel ad ſecunda vota tranſierit, ſed quid, ſi alium hæredem poſt illius mortem inſtituerit, *vide Paul. Æmil. deciſ. 262. part. 2.*

Cap. XII. Quæ tranſmittuntur.

Jus optandi tranſmittitur ad hæredes. *Papon. libr. 15. tit. 4. arreſt. 12.*

Cap. XIII. Teſtator, quæ facere poſſit, vel non.

Teſtator de bonis hæredis diſponere poteſt. *Benincen. deciſ. 98. num. fin.* ¶ Teſtator providere dicitur venientibus ab inteſtato, quando inſtituit aliquem durante ejus vita, *vide Paul. Æmil. deciſ. 263. part. 3.* ¶ Hæres in re certa, quando ad onera teneatur, *Vincent. de Franc. deciſ. 1. num. 43.*

TITULUS DCVI.

De liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis.

Cap. I. Hypotheſis quæ dicatur.

Quis dicatur ſuus hæres, *vide tit. & DD. in l. 4. C. qui admitti, & infra tit. de ſuitate.*

Cap. II. Inſtitutio: Quibus modis intelligatur.

Inſtitutio filiorum ex conjectura voluntatis, porrigitur ad eum, quem teſtator ſe habere ignorabat. *Mant. conject. ult. vol. num. 17. lib. 4. tit. 1.* ¶ Hæredis inſtitutio quibus modis facta intelligatur, & quemadmodum poſſit extendi, *vide eundem eod. lib. tit. 3.* ¶ Inſtitutio facta de filio, nepote jam nato, an intelligatur, quod admittantur ordine ſucceſſivo, *vide per Bartol. in l. Gallus, §. quidam & ſupra tit. de hæred. extran. inſtituen.* ¶ Inſtitutio poſthumi, intelligitur de omni poſthumo, niſi ſit reſtricta, *vide Mant. de conjectu. ultim. volun. lib. 4. tit. 9.* ¶ Verbum, relinquo, quando trahatur ad inſtitutionem, *vide Bartol. in §. aliud quoque. auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Quod dicitur, qui naſci ſperatur pro ſuperſtite haberi, verum eſt cum de ipſius jure quæritur, aliis autem non prodeſt, niſi natus ſit. *l. 231. ff. verb. & rer. ſign.*

Cap. III. Inſtitutus, qui dicatur.

Teſtator quando inſtituit nominatim filios, & eorum filios in ſtirpes, filii filiorum proprie intelliguntur ſubſtituti eorum patribus. *Dec. conſilio 384.* ¶ Poſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamentum non habuit facultatem, videtur cum aliis viriliter inſtitutus, ſed ſi eſſent extranei inſtituti, querelam agere debent. *Bartol. ſingul. 152. Bald. ſing. 63.* ¶ Filius an tacite videatur inſtitutus, ſi fiat ei ſubſtitutio ſecundum formulam Galli, & inſtitutio filii tacita, an ſufficiat ut teſtamentum valeat, *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 1. num. 17.* ¶ Poſthumum inſtituens, an etiam alios poſtea natos cenſeatur inſtituiſſe. *Boer. deciſ. 148. & Gaſp. Cabal. milleloq. 414.* qui tenet affirmativam.

Cap. IV. Qui inſtitui poſſit, debeat, vel non.

Filius in poteſtate, an poſſit inſtitui ſub conditione, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, qu. 39.* ¶ Filius debet inſtitui in primo gradu, alias teſtamentum erit nullum. *vide Dec. conſil. 478.* ¶ Nepos ex filia ingreditur locum matris præmortuæ, ideo debet inſtitui ab avo materno. *Men. conſ. 286. lib. 3.* ¶ Pater debet aliquid relinquere filio jure inſtitutionis, alias ſi jure legati, teſtamentum

eſſet

eſſet nullum, ſed quomodo noc intelligatur, & limitetur, *vide per Math. Matheſ. ſingul. 163. Guid. Papon. ſing. 716. & ſing 776. Boer. deciſion. 267.* Sed quid ſi pater dixerit relinquo filiæ meæ centum pro ſua legitima, vel ſua falcidia, an tacite videatur relinquere, jure inſtitutionis, ut valeat teſtamentom, *vide eundem Matheſ. ſingul. 163.* ¶ Etiam parentes debent habere legitimam in bonis filiorum jure inſtitutionis. *Marc. de Mant. ſingul 509.* ¶ Nepotes orthodoxi ex filio hæretico neceſſario ab avo, ſunt inſtituendi. *Gomez. Leo. deciſ. de verſo.* ¶ An filius poſſit hæres inſtitui in uſufructu tantum. *Boer. deciſ. 147.* ¶ Nepos ex filio ſpurio poteſt inſtitui per avum, ſed quomodo ad hoc, ut teſtamentum valeat, *Bartol. in l. quid ſi n ff. de liberis, & poſthumis.*

Vel non.

Non eſt neceſſe patrem inſtituere filiam, quæ quitavit bona ipſo vivente. *Cravet. conſ. 289.* nec poteſt tunc filia impugnare teſtamentum. *Cravet. ibid. Maran. in ſuo Spec. de ordin. judic. diſput. 10. num. 26. & infra tit. prox. ſeq.* ¶ Filius in poteſtate non poteſt hæres inſtitui à patre ſub conditione, quæ in ſua poteſtate non ſit, & ſi aliter fiat non valebit teſtamentum, & hæreditas ab inteſtato poteſt adiri. *l. 4. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* ¶ Poſthumus, qui non naſcitur, non facit partem, ſi vero plures naſcantur, quilibet cum ſibi conjuncto admittitur in virilem. *l. 6. §. ſi & ſeqq. ff. de reb. dub.*

Cap. V. Qui, quos inſtituere teneatur, vel non.

Promittens aliquem tractare ut filium, tenetur illum emancipare de facto, vel inſtituere, aut exhæredare. *Math. Matheſ. ſingul. 175.* ¶ In ultimis voluntatibus poteſt relinqui naſcituris liberis *Marc. quæſt. 305. Boer. deciſ. 172.* ¶ Pater poteſt exhæredare filium prodigum (illis ſolis alimentis relictis) & inſtituere nepotes ex eo, vel poteſt ei curatorem dare. *l. penul. ff. de curato. furio.* ¶ Pater, an teneatur filiis relinquere jure inſtitutionis, vel ſuſtineatur teſtamentum quoquo modo eis relinquatur, *vide Boer. deciſ. 267.* ubi concludit pro validitate teſtamenti, *& Joſeph. Ludov. dec. 53. Luc. num. 3. 4. & 42.*

Cap. VI. Qui dicatur vocatus.

Pluribus inſtitutis cum adjectione nominis diſtributivi, quilibet vocatur in virilem. *Bartol. in l. 11. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Cap. VII. Qui, quibus excludantur, vel non.

Quando in defectum filiorum maſculorum, ex eorum filiorum ſunt inſtitutæ filiæ teſtatoris, tunc filiæ filiorum non excludunt ipſas filias inſtitutas, *Dec. conſil. 480.* ¶ Filia excluſa per ſtatutum à patris ſucceſſione, licet non inſtituatur, tamen non poteſt dicere teſtamentum nullum. *Dec. conſil. 505. vide infra tit. prox. ſeq.*

Vel non.

Statutum ſi excludat filiam dotatam ab hæreditate vivente filio, ipſa filia poteſt dicere teſtamentum nullum, mortuo fratre. *Bart. conſil. 11. volum. 1.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Clauſula, omni meliori modo, facit ut relictum filio cenſeatur relictum jure inſtitutionis. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 117. num. 9. 2. part. Hippol. ſing. 26.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Filia inſtituta in ſola dote, dicitur legitime inſtituta, & valet teſtamentum. *Clar. in ſua pract. §. teſtamentum, qu. 44.* tamen ſecundum conſilium Bart. debet inſtitui in aliquo minimo, ultra dotem, *vide eundem Bart. in l. 3. §. ſed verum, ff. de mino. 25. anno.* ¶ Filio injuria facta dicitur, ſi careat honorabili titulo inſtit. *Mant. de conject. ult. vol. 4. tit. 1. n. 22.* tamen legato facto, aliis filiis hæredibus inſtitutis, ſuſtinetur teſtamentum. *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 10.* *vide Alex. Raud. tract. de analog. c. 18.* ¶ Si teſtator inſtituerit filium legitimatum, ſi legitimatio non valuerit, an inſtitutio ſuſtineatur, *vide Dec. conſilio 462.* ¶ Facta inſtitutione de filio, & nepotibus hoc modo: filium meum talem inſtituto, & nepotes, ex eo quod juris, *vide ſup. titul. de hæred. extraneu inſtituendis.* ¶ Pater filios plures habens in poteſtate, ſingulos in certis rebus inſtituens, & jubens eos eſſe contentos, valet diſpoſitio etiam multis factis legatis. *DD. de Rot. deciſ. 1. de teſtib.* & quoad cætera bona non legata. *Ægid. Bell. conſil. 749.*

Vel non.

Si teſtator inſtituendo filium, in nomine, vel in cognomine erret, quid juris. *vide l. 8. §. ſi & cum. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Teſtamentum, in quo poſthumus eſt præteritus non tenet, quoad inſtitutionem, ſed quoad cætera ſic. *Bart. conſilio 52. vol. 1.* ¶ Teſtamentum an ſit nullum ex vitio præteritionis, ſi uxor in uſufructu eſt inſtituta, & poſt ejus mortem filius inſtitutus ſit hæres, *vide eundem Mant. lib. 4. tit. 5. art. 2.* ſi vero mater ſit inſtituta, & poſt ejus mortem filius, valet teſtamentum. *Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 20.* ¶ Inſtitutio filii, qui poſtmodum deportatur, irrita eſt, *Boer. conſil. 1. num. 12.* ¶ Pater ſi filium emancipatum inſtituerit, & nepotem ex eo in poteſtate retentum præterit, an teſtamentum ſit nullum, *vide Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.* ¶ Teſtamentum, in quo maſculus fuit hæres inſtitutus, & filiæ relicta fuerunt centum, non valet *Bartol. in l. 48. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Teſtamentum in quo quis eſt inſtitutus in re certa, & prohibitus, quod plus petere non poſſit, inſtituto hærede univerſali ventre uxoris, eſt nullum, ſi uxor non fuerit prægnans. *Bartol. conſ. 156. vol. 1.* nec tunc inſtitutus in re certa erit hæres univerſalis. *Idem Bart. conſil. 81. & 82. volum. 2.* ¶ Hæres univerſalis debet declarari nominatim à teſtatore palam, ſecus in particulari. *Guid. Papon. quæſtion. 459.* ¶ Teſtamentum in totum reſcinditur, quoad inſtitutionem, ſi filii hodie non habeant trientem. *Bartol. in §. cum igitur, Authen. de non eligendo, num. 10.* ¶ Si teſtator inſtituerit aliquem uti filium, non valebit inſtitutio, ſi poſtea apparuerit illum non eſſe filium. *arg. l. 5. C. de teſtamentis.* & tunc inſtitutio habetur pro non facta, & hæreditas remanet in cauſa inteſtati, *l. 4. & 7. C. de hæred. inſtituen.*

Cap. X. Quæ debeantur.

Relicta à poſthumo inſtituto debentur à ſubſtituto, poſthumo non nato. *leg. 129. §. final. ff. de condition. inſtitut.*

Cap. XI. Remedium ſecundum tabulam cui competat.

Poſthumo præterito nato, & mortuo vivo teſtatore, neceſſario devenitur ad remedium ſecundum tabulas. *Bartol. in l. 16. §. ſi ſuo. ff. de vulgari.* ¶ Poſthumo inſtituto, licet habeat ſecundum tabulas remedium, poteſt etiam habere locum Carbonianum edict. *l. 3. ff. de Carbo. dict.*

Cap. XII. Pater, Quæ facere poſſit, ad quæ teneatur, vel non.

Pater, vel mater dummodo relinquat legitimam filiis, de cæteris bonis poteſt arbitrio ſuo diſponere. *Cravet. conſil. 42.* ¶ Si pater filio ſuo jure inſtitutionis pro ſua legitima aliqua bona (pro parte alienata) relinquat, alius filius hæres univerſalis relictus, tenetur redimere bona alienata, vel præſtare æſtimationem filio hæredi particulari, qui uti legatarius hoc caſu cenſetur. *Boer. conſil. 9.*

Cap. XIII. Poſthumus: natus: quis dicatur.

Poſthumus proprie dicitur, qui naſcitur poſt mortem patris, & natus poſt decem menſes, & duos dies, poſt mortem ipſius patris, dicitur legitimus. *Bartolus in l. Gallus, ff. de liber. & poſth.* ¶ Qui mortoi naſcuntur,

neque nati, neque procreati, videntur. *l. 129. ff. de verbor. & ver. ſignif.*

Cap. XIV. Miſcellanea.

Si facto teſtamento, inſtitutoque poſthumo, altero quoque filio vivente, ſi dubitetur qualiter ſuccedant poſthumi (ſi plures naſcantur) vide pro deciſione caſus *l. 47. ff. de hared. inſtituend. & l. 81. eod.* ¶ Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquod jus prætendere, *Boer. deciſion. 147.* ¶ Si filius fuerit inſtitutus in minus legitima, quia pater circa illum multum in vita expenderit, & filius huic inſtitutioni conſenſerit, quid juris, *vide Boer. deciſ. 14.* ¶ Filius præteritus cæteris filiis inſtitutis ex diſparibus, quam portionem habeat. *vide Bart. in l. 5. C. de inoffic. teſtam.*

TITULUS DCVII.

De exhæredatione, & præteritione liberorum, & parentum.

Generalia.

DE præteritione fratris inſtituta turpi perſona, *vide per Clar. in ſua pract. §. teſtament. qu. 50.* ¶ De inofficioſo teſtamento, *vide infra tit. prox.* ¶ De materia hujus tit. *vide plene per Bart. in Authent. ex cauſa. C. de liberis præteritis. in l. filio præterito. ff. de injuſto rupto. & in §. ſive igitur. Auth. ut cum de appellatio. cognoſ.* ¶ De exhæredatione, & conjecturis, quæ verſantur circa illam, *vide Mant. de conject. ultima. volunt. libro 4. tit. 12.*

Cap. I. Exhæredatio, præteritio; quæ dicatur, & qui dicatur præteritus, exhæredatus.

Si filius non eſt inſtitutus, licet ſit facta mentio de illo in teſtamento, tamen dicitur præteritus. *Bart. in l. 31. C. de fideicom.* ¶ Præterito militis facta de filio, quem ſciebat habere, pro exhæredatione habetur favore militis, & validitate ſui teſtamenti, ſecus ſi filium habere ignorabat. *l. 9. & 10. C. de teſtament. milita.* ¶ Si mater ſit inſtituta, & poſt ejus mortem filius, tunc ille non poterit dici præteritus. *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 15.* ¶ Filius dicitur præteritus, licet aliquid fuerit ei relictum titulo legati. *Dec. conſilio 228.* ¶ Sicut præteritio filii facta à matre, vel materna linea habetur pro exhæredatione, ita etiam præteritio matris facta à filio. *Hartman. cap. 13. titul. de teſtam.* ¶ Filii, cui eſt relicta dos non poteſt dici præterita, licet non fuerit relicta jure inſtitutionis. *Hippol. ſing. 547.* ¶ Poſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamentum facultatem non habuit, videtur cum aliis viriliter inſtitutus, ſed ſi eſſent extranei inſtituti, querela agere debet. *Bartol. ſingul. 152. Petr. de Raven. ſingul. 388. facit. l. 3. C. de inofficio. teſtament.*

Vel non.

Si filius, qui eſt exhæredatus (ſcripto hærede deliberante) deceſſerit: licet quod interim non ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato, tamen hoc in caſu nepos ex filio exhæredato, admittitur ad ſucceſſionem uti legitimis. *l. 6. ff. ſi tabul. teſtament. non extant.* ¶ Præterita non dicitur avia in teſtamento nepotis ſtante clauſula teſtamenti, per quam quilibet jus, & actionem habere prætendens in bonis teſtatoris, inſtituitur in aliqua certa ſumma. *Cravet. conſil. 162. Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 11.* ¶ Filius non habetur pro præterito, ſi illi fuerit factum legatum, aliis filiis hæredibus inſtitutis. *Papon. arreſt. 20. d. libr. 20. tit. 1.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Lex filio præterito, ff de injuſto rupto, etiam habet locum in filio præterito à linea materna. *Guid. quæſt. 420. & q. 566.* ¶ Dicta Authen. ex cauſa, non habet locum in tranſverſalibus, ut puta, ſi frater fratrem præterierit, inſtituta turpi perſona: quia tunc teſtamentum fra[…] num per querelam inofficioſi teſtamenti, ſimul cum […]gatis corruit. *Gail. obſ. 113. num. 7. libr. 2.* ¶ Authent[…] cauſa habet locum in filio emancipato præterito. *Bar[…] Authen. de hær. & fal. in §. & hæc omnia.* ¶ Authent[…] cauſa habet locum in præteritione paterna, in præter[…]one poſthumi, & in præteritione illius, qui per leg[…] Vellejanam ſuccedit in locum primi defuncti. *Bart. […] 52. volu. & in l. 1. ff. de teſtam. tutel.*

Vel non.

Exhæredatio quando poſſit ſuſtineri, & Auth. ex […]ſa non habet locum in teſtamento, in quo nulla eſt f[…] inſtitutio. *Bart. in l. 1. §. ſubſtituere, ff. de vulgari.* ¶ […]poſitio in Auth. ex cauſa, non habet locum in præt[…]tione poſthumi, & loquitur in paterna præteritione. […]tol. conſil. 13. vol. 1. num. 6. & 7.*

Cap. III. Quæ requirantur.

Exhæredatio, ut valeat, debent concurrere ſep[…] requiſita, de quibus *Gaſp. Cabal. milleloq. 556.* imo c[…] & eſt triplex. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſ[…] Rub. 7. §. 3. gl. 1.* ¶ Cauſa exhæredationis nominati[…] teſtamento inſeri debet, tamen unam ex pluribus i[…] & probari ſufficere, ſcribit *Bartol. in Auth. ut cum […] appellatione cognoſcitur, §. ſive igitur.* ¶ Quæ requi[…]tur in hoc, ut exhæredatio valeat, *vide gl. in l. 3. §. […] hæredes, & ibidem. DD. ff. de liberis, & poſthumis.* ¶ […]hæredatio nepotis, vel pronepotis, quando ſit nec[…]tia, *vide per Bartol. in l. Gal. §. in omnib. ff. de libe[…] poſthum.*

Cap. IV. Quando remitti poſſit.

Patri filium ſine cauſa incerta exhæredanti, an p[…] conſenſu filii illa ſolemnitas remitti. *Gramm. deciſ. […]*

Cap. V. Quibus modis fieri poſſit.

Inſtitutio verbis generalibus fieri poteſt, ſecus i[…] hæredatione. *Cravet. conſil. 162. num. 5.* ¶ Exhæred[…] debet fieri ab omnibus gradibus, & illa dicitur vera[…] hæredatio, quæ rite facta eſt. *l. non putavit. ff. de b[…] poſſ. cont. tabul.* ¶ Nepotes orthodoxi ex filio hæ[…]co, neceſſario ab avo ſunt inſtituendi. *Gomez. Leo. […] 81. in deciſ. diverſo.* ¶ Exhæredatio ſub condition[…]ri non poteſt; quia certo judicio liberi à parentibus[…] ceſſione removendi ſunt. *l. ſub conditione, ff. de bono. […]ſeſſ. contra tabul.*

Cap. VI. Pater, avus ad quæ teneatur, vel non.

Pater non tenetur relinquere aliquid filio natura[…] teſtamento, ad ejus validitatem. *Guid. Papon. quæſt. […] & quæſt. 622. & Pet. de Raven. ſing. 967.* ¶ Avus ten[…] reſtituere filium ex filia, ut valeat teſtamentum. […] *ibid. num. 5.*

Cap. VII. Qui: quos exhæredare poſſit, vel non.

Adulterii crimen juſtam præbet exhæredandi cau[…] ſed quando. *Ozaſ. deciſion. 124. num. 14.* Ex quibus […]ſis parentes poſſint exhæredare filios, & filii pa[…]tes, & frater fratrem, vel ſororem. *Caſſan. in conſu[…] Burg. tit. des ſucceſſions Rub. 7. §. 2. gloſſ. 8. Petr. Ge[…] ſing. 1. & 2. Hippol. ſing. 78. gl. fin. in c. 23. ex. de jurejur[…]* ¶ Imo pater poteſt filiam exhæredare, quæ non vul[…]bere digno, quem pater elegit. *Amanel. de Clariſaq. […] 222.* alias filia non poteſt exhæredari quoquo temp[…] nubat etiam patre contradicente. *Abb. conſil. 12. lib. […]*

Vel non.

Parentibus non licet liberos præterire, vel exhær[…]re, niſi ingrati probentur, expreſſa ingratitudinis […]ſa in teſtamento; quæ autem ſint cauſæ ipſius ingra[…]dinis, deſcribuntur in *§. aliud quoque Auth. ut cu[…] appellatio. cognoſc.* ¶ Mater etiam non poteſt præte[…] filium ſub pœna nullitatis teſtamenti. *Papon. lib. 20. […] arreſt. 9.*

Cap. I[…]

Cap. VIII. Qui exhæredari poſſit, vel non.

Filia, quæ nubit indigno contra voluntatem pattis, poteſt exhæredari. *Guliel. de Lud. ſing. 84.* idem in filio. *ibid. ſing. 155. Bart. in l. 3. C. de nupt. vide tamen eundem Bart. in l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bono. poſſ. contra tabul.* ¶ Quod dicitur quem non poſſe exhæredari ſine cauſa, limitatur pluribus modis ibidem traditis, *num. 9. & ſeqq. per Caſſan.* ¶ Quæ ſint cauſæ, ex quibus filius poſſit exhæredari, ultra deſcriptas in Auth. ut cum de appellat. cognoſc. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quaſt. 41.* ¶ Filia turpiter vivens poteſt à patre exhæredari, niſi exceſſerit ætatem 25. ann. *l. 19. cum Auth. ſeq. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Si quis ſua manu exhæredem ſe ſcripſerit, non ſuccedit contra tabulas, quia valet exhæredatio. *d. l. non putavit, §. quis,* & plene de exhæredatione, & præteritione filii emancipati. *vide ibidem per tot. legem.* ¶ Impuberi exhæredato poteſt pupillariter ſubſtitui, & impubes doli capax poteſt exhæredari. *Bartol. in l. 2. num. 19. ff. de vulgari.* ¶ Filius nolens alegere patrem poteſt exhæredari, & eſt juſta cauſa exhæredationis. *Bartol. in ſuo tract. de alimentis, numer. 11.* ¶ Licet mater meretrix non poſſet filiam propter meretricium exhæredare, tamen hoc fallit, quando talis materiam eſſet emendata, & ad honeſtam vitam redacta. *Gomez. Leo. deciſion. 45. in deciſion. diverſo. Tomo 2.* ¶ Idem de filia, quæ peccavit in corpus ſuum, ſi pœnitentiam agat, & de filio, qui cauſam ingratitudinis contra patrem commiſerat, propter quam poterat exhæredari, ſi poſtea eum pœniteat. *Gomez. Leo. d. 45. Ozaſc. deciſ. 124. num. 14.* imo filia, quæ in corpus ſuum peccavit, ſi ad patrem reverſa eſt, ab ipſo alenda, & dotanda venit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 464. num. 24.*

Vel non.

Si ſuus eſt exhæredatus, emancipatus, præteritus, & extraneus inſtitutus, ſive adeatur hæreditas, ſive non, uterque dimidiam advocabit, licet unus, ſcilicet emancipatus per contra tabulas, & alter ab teſtato ſuccedant. *l. filium, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ In Teſtamento filii non debet parens hodie exhæredari, niſi ex cauſa juſta in jure expreſſa, alias rumpitur teſtamentum, quoad inſtitutionem. *Auth. in teſtamento. C. ad Senatuſc. Tertul.* ¶ Filius abſque conſenſu patris matrimonium contrahere poteſt, nec ſtatutum in contrarium valet: ideo propter tale matrimonium exhæredari non poteſt. *Dec. conſil. 231. quid in filia, vide ibid. num. 5.* ¶ Is qui non poteſt juſtam cauſam exhæredationis committere, non poteſt exhæredari. *l. 33. §. legis, C. de inoffic. teſtam.* ¶ Quando cauſa ingratitudinis fuit aliquo modo per patrem remiſſa filius ex ea non poteſt amplius exhæredari. *Caſſa. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 2. gl. 8. num. 20.*

Cap. IX. Qui præteriri poſſint, vel non.

Filia, quæ quitavit bona paterna cum juramento, non debet de neceſſitate inſtitui ad validitatem teſtamenti, imo impune poteſt præteriri. *Guid. Papon. quaſt. 192. & qu. 398. & ſing. 779. Cravet. conſil. 280. Maran. in ſuo Spec. de ordin. jud. diſput. 10. fol. 613.* ratio qua excluſus ab inteſtato non poteſt teſtamentum impugnare. *Crav. d. conſilio 289.* tamen bene facit pater, qui eam inſtituit ſaltem in dotem jam data, prout conſuetudine ſervatur: nam tunc valebit inſtitutio, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, qu. 44. Joſeph. Ludov. deciſion. 21. Peruſ. & ſupra tit. prox. præced.* ¶ Idem in filio, qui in caſu præmiſſo quittationis non poteſt infringere teſtamentum ratione præteritionis. *Guid. Papon. q. 295. Pap lib. 16. tit. 4. arreſt. 9.* ¶ Idem in caſu ſtatuti excludentis filias dotatas. *Vinc. de Franc. deciſ. 149. Joſeph. Ludov. deciſ. 21. Peruſ. Mynſing. obſ. 62. cent. 6. & Clar. in ſua Pract. §. teſtam. q. 42. Pet. de Rav. ſing. 659. Bartol. in l. 10. § quando, ff. ad Senatuſconſ. Tertul. n. 5.* ſed in caſu quittationis, an filii ex filia poſſint dicere teſtamentum nullum, *Guid. Pap. q. 598.* ubi ſcribit pro parte negativa. ¶ Quid ſi ſtatutum prohibeat filiam ſuccedere exiſtente maſculo, ipſa filia præterita an poſſit dicere teſtamentum nullum mortuo fratre, *vide Bartol. conſil. 11. & 20. vol. 1.*

Cap. X. Teſtamentum, quando nullum ſit.

Teſtamentum filio in poteſtate præterito erit nullum ſi apponatur, alias ſecus. *Jaſ. de act. in §. in bonæ fidei. n. 79.* ¶ Teſtamentum, in quo eſt filius præteritus, eſt ipſo jure nullum, & quid in emancipato, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quaſt. 42.* ſed an ſit nullum antequam impugnetur à filio, & quid, ſi filius ipſi præteritioni conſentiat, *Clar. ibid. qu. 43.* ¶ Teſtamentum etiam annullatur præteritione filii poſthumi, ſed ſi poſthumus vivo teſtatore decedat, de jure Prætorio reconvaleſcit teſtamentum, ſed quid ſi naſcatur in ſexto, vel octavo menſe, *Clar. in d. §. teſtamentum, qu. 45. Menoch. conſil 130. lib. 2. & ſupra tit. quib. modis teſtamenta infirm.* ¶ Teſtamentum in quo filius injuſte exhæredatur, an ſit nullum ipſo jure. *Bartol. in l. 1. de teſtamentis.*

Vel non.

Mater quæ ex forma ſtatuti exiſtentibus fratribus, vel filiis fratrum defuncti, non ſuccedebat ab inteſtato ſi eſt præterita à filio, & inſtituti extranei, non reddit teſtamentum nullum. *Bart. conſil. 205. vol. 1.*

Cap. XI. Teſtamentum, qui dicere nullum poſſit, vel non.

Filia dotata præterita, quæ non fecerat quittationem de bonis paternis, teſtamentum nullum dicere poteſt. *Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18.* ¶ Filia præterita in teſtamento patris reddit teſtamentum nullum, ſed quid, ſi hæres vellet probare per teſtes ipſam præteritam fuiſſe per errorem. *vide Dec. conſil. 105.* ¶ Præteriti ſine cauſa dicunt teſtamentum nullum. *Guid. Papon. quaſt. 403. num. 3.* ¶ Filius in caſu dictæ legis poteſt dicere teſtamentum nullum, uſque ad triginta annos, ſed ſe interim antequam agat deceſſerit, teſtamentum confirmatur. *Guid. d. quaſt. 403. 426. & 597.* ¶ Nepos ex filia præmortua præteritus in teſtamento avi materni ſine juſta cauſa, poteſt dicere teſtamentum nullum. *Menoch. conſ. 285. lib. 3. Bart. conſ. 49.* ¶ Hodie etiam præteriti à matre habent jus dicendi nullum teſtamentum, ſicut præteriti à patre, & ille dicitur præteritus, qui non eſt inſtitutus, vel eſt inſtitutus, ſed non rite. *§. eadem, ibid. gloſſ. inſtitut. de hæred. quæ ab inteſta. defer.* ¶ Filius, cui relictum eſt fideicommiſſum univerſale dicit teſtamentum nullum, ſi non eſt inſtitutus. *Bartol. in §. inordinatum. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Filius, qui in vita patris habuit legitimam, ſi prætereatur, adhuc poteſt dicere teſtamentum nullum. *Mynſing. obſervat. 62. cent. 6.* contrarium tenet. *Dec. conſil. 86.* ¶ Filio emancipato præterito ſine cauſa, teſtamentum dicitur nullum; fallit quando filius eſſet bannitus, & per conſequens incapax ad ſuccedendum. *Magon. deciſ. Luc. 84. num. 10. Caſſa. de conſu. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 3. gloſſ. 7.* ¶ Filius emancipatus præteritus utrum dicat teſtamentum nullum, vel veniat per contra tabulas, & exhæredatio emancipati facta ſine cauſa non valet. *Bartol. in l. Gallus, §. omnibus. ff. de liberis & poſthumis.* ¶ Fiſcus ſuccedens filio præterito ex delicto, ex perſona filii non poterit dicere teſtamentum patris nullum, *Franc. Crem. ſing. 12. & 90.*

Cap. XII. Quando rumpi poſſit, vel non.

Quod ampliatur procedere etiam in fideicommiſſo. *Gail. obſ. 134. lib. 2. Clar. in §. teſtamentum, q. 54. Dec. conſ. 86.*

¶ Limita concluſionem, ſi filius eſſet ignoranter præteritus à parte, imo ſi filius hoc modo præteritus confirmaret, vel ratum haberet teſtamentum patris adhuc non valeret; quia deficit ſubſtantia, nempe voluntas teſtatoris, *Gail. obſervat. 113. numer. 3.* quæ ampliatio declaratur, & limitatur. *ut ibidem num. 4. & 5. vide l. 9. Cod. de teſtament. mili. Bartol. in l. 18. ff. de jure codicil. & conſil. 146. volum. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 147.* ſed hæc limitatio non habet locum, quando teſtator appoſuit clauſulam codicillarem per verba futuri temporis, & apparet illum cogitaſſe de liberis, & ubi teſtator ſupervixit, & potuit mutare teſtamentum. *Dec. conſ. 490.* ¶ Neptes teſtamentum aviæ rumpere poſſunt, ſi ſine cauſa ab ea præteritæ ſint. *Ozaſ. deciſ. 81. n. 5. Guid. Pap. ſing. 403.* ¶ Ratione præteritionis filiæ non dotatæ excluſæ à ſtututo ſi fuiſſet dotata, teſtamentum rumpitur, ſed tunc portio alterius filiæ dotatæ, & excluſæ debet applicari ſolùm filio, cujus contemplatione fuit excluſa per ſtatutum, *Caſſa. in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 12. gloſſ. 10. num. 33.* ¶ Teſtamentum hodie ex cauſa præteritionis, & exhæredationis, ſolummodo quoad inſtitutionem hæredis rumpitur, aliis firmis remanentibus. *Aud. Gail. obſervat. 113. lib. 2. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quæſt. 52 Roland. conſil. 72. num. 56. volum. 2. Guid. Pap. ſing. 776.* ¶ Legis diſpoſitio, qua irritatur teſtamentum, in quo poſthumis fuit præteritus, habet locum etiam in teſtamento matris. *Menoch. conſil. 130. libr. 2.* tamen tale teſtamentum non rumpitur partu non vitali. *Roland. conſil. 284. lib. 3.* ¶ Etiam teſtamentum, in quo pauperes ſunt inſtituti, rumpitur præteritione, vel exhæredatione injuſta liberorum, vel parentum. *Bartol. in l. 8. §. ſi Imperator, ff. de inoffic. teſta.*

Vel non.

Partus præteritus non rumpit teſtamentum, ſi mater in puerperio deceſſerit. *Marc. quæſt. 168.* ¶ Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquod jus prætendere. *Boer. deciſ. 147. num. 18.*

Cap. XIII. Quando approbari, confirmari poſſit, vel non.

Teſtamentum patris, in quo filius præteritus, & nepos, vel alii venientes ab inteſtato inſtituti, ſi filius præteritus moriatur in vita patris, confirmatur. *Bartol. in l. 5. ff. de regul. Catonia.* ¶ Præteritus poteſt approbare teſtamentum, ita quod de æquitate valeat, & diſpoſitio, *Authen. ex cauſa.* quando habeat locum. *Bartol. in l. filio præterito, ff. de injuſto rupto.* ¶ Filius non poteſt teſtamentum approbare, in præjudicio aliorum fratrum. *Boer. deciſ. 96. num. 8.* mater tamen poteſt approbare teſtamentum filii in præjudicium aliorum filiorum. *ibid. num. fin.*

Vel non.

Nepos poteſt venire contra teſtamentum avi, non obſtante, quod filius emancipatus fuerit juſte exhæredatus, vel juſte potuerit exhæredari. *l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſolum confirmatur de jure Prætorio, ex taciturnitate præteriti. *Bart. conſilio 13. Fel. conſ. 1. num. 16.*

Cap. XIV. Jus dicendi nullum. Quandiu duret, tollatur, vel non.

Jus dicendi teſtamentum nullum ratione præteritionis, tollitur tacita approbatione filii tacentis per 30. annos. *Roland. conſil. 71. vol. 2. num. 52. Papon. lib. 12. tit. 3. arreſt. 6.* imo tacendo per annum, non poteſt poſt annum dicere teſtamentum nullum, *Bald. ſing. 159. vide Bartol. in l. 7. §. quæſitum, ff. de Carbonia. edict.* ¶ Jus competens filio dicendi teſtamentum nullum, qui præteritus eſt, quanto tempore duret, *vide Guid. Papon. q. 82.*

Cap. XV. Remedium contra tab. vel ſec. tab. cui competat.

Ventre præterito aditio hæreditatis ſtat in ſuſpenſo, tamen interim vocatus petere poterit bonorum poſſeſſionem, *vide Magon. deciſ. 139. Rot. Florent.* ¶ Avo, vel aviæ ab inteſtato morienti ſuccedunt nepotes ex filia cum avunculis, & materteris: & illis præteritis, vel exhæredatis, contra teſtamentum competit idem jus, quod parentibus eorum competeret, ſi viverent. *l. 9. C. de ſuis, & legit. hæred.* ¶ Exhæredatus an habeat contra tabulas beneficium præteriti. *Barto. in l. 35. num. 5. ff. eod.*

Cap. XVI. Querela cui detur, vel non.

Filius præteritus, cæteris filiis inſtitutis ex diſparibus partibus, quam portionem habeat, & filio præterito, an detur querela, quando in teſtamento ſunt inſtituti filii & extranei, *vide Bartol. in l. 3. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Filius emancipatus exhæredatus non venit contra tabulas, ſed poteſt experiri querela inofficioſi. *l. non putavit, ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul.*

Cap. XVII. Qui ſint effectus.

Præteritio filii etiam non conquerentis facit nullum teſtamentum, niſi ſe præteriri conſenſiſſet, *Boer. deciſ. 96.* imo teſtamenti approbatio tacita, vel expreſſa facit illud convalidari. *ibidem num. 5. & 6.* de tempore, quo quis excludatur ab agendo contra teſtamentum, *vide num. 6. Guhel. de Ludov. ſingul. 68. facit. l. 17. ff. de injuſto rupt.* ¶ Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonam fratre præterito, vel ſorore, non operatur, ut ſoror videatur gravata de reſtituenda hæreditate per fideicommiſſum illi turpi Perſonæ hæredi inſtitutæ. *Guid. Papon. ſing. 91.* ¶ Clauſula codicillaris non conſervat lagata in teſtamento rupto, præteritione poſthumi ignoranter præteriti, neque conſervantur per *Auth. ex cauſa. Bart. conſil. 210. volum. 2.* ¶ Clauſula codicillaris, ſi non valeat, vel valebit, &c. an operetur poſthumo præterito, *vide Jac. Put. deciſion. 234. & ſupra tit. de codicillis.* ¶ Clauſula codicillaris tacita non facit valere teſtamentum, in quo poſthumus fuit præteritus, ſed quid de expreſſa, *vide Cravet. conſil. 34. Roland. conſil. 7. vol. 4 Menoch. conſ. 130. volum. 2.* quod virtute clauſulæ codicillaris ſuſtineatur teſtamentum, non obſtante præteritione liberorum, ſcribit *Roland. conſilio 17. num. 57. volum. 2.* ¶ Præteritio reddit teſtamentum nullum, licet præteritus de nullitate nihil dicat, tamen virtute clauſulæ codicillaris liberi præteriti cenſentur rogati, de reſtituenda hæreditate hæredi ſcripto detracta legitima, & non trebellianica, ex quo gravamen eſt purum. *Curv. conſil. 242. num. 4. & conſ. 295.* vide tamen *Dec. conſil. 228. & conſ. 477. & ſupra tit. de codicillis.* ¶ Nepotes patre eorum exhæredato, ſi inſtituantur, non propterea efficiuntur ſui, exhæredatio enim in filio ſuitatem non tollit. *Marc. de Mant. ſingul. 188.* ¶ Vivo filio præterito, an alii fratres non præteriti poſſint ſtatim venire ab inteſtato, *vide Guid. Papon. quæſt. 775.* ¶ Filio exhæredato mortuo, ejus filii ſuccedunt avo, non obſtante illa exhæredatione. *Papon. lib. 20. titul. 1. arreſt. 6.* ¶ Pater ſi exhæredaverit juſte filium, & hæres inſtitutus non vult adire hæreditatem, cui nullus datus eſt ſubſtitutus, talis filius exhæredatus poterit adire ab inteſtato. *Boer. conſil. 13. num. fin. & Guid. Pap. ſing. 454.*

Cap. XVIII. Quæ valeant, vel non.

Exhæredatio facta expreſſa aliqua cauſa ſimili, vel graviore illis 14. cauſis, quibus exhæredatio fieri ſolet, valet. *Joan. Ant. Trigo. ſing. 46. Jaſ. & Alex. in Authen. non licet. C. de liber. Præterit. Fely. in cap. paſtoralis ext. de reſcript.* contrarium tamen tenet *Bartol. in conſil. 20.* ¶ Exhæredatio valet aliqua cauſa exiſtente vera, de expreſſis

in

in exhæredatione. *Mobed. deciſ. 241.* ¶ Si filius fuerit exhæredatus cum expreſſione cauſæ legitimæ, valebit teſtamentum. *Franc. Cremen. ſing. 738.* ¶ Hodie ad hoc, ut exhæredatio valeat, eſt neceſſaria expreſſio cauſæ, nec relevat probatio ipſius cauſæ ingratitudinis, poſt mortem teſtatoris, ſi ab eo in teſtamento non fuerit expreſſa. *Caſſa. des ſucceſſions, Rub. 7. gloſſ. 8. §. 2. num. 13.* ubi plene de materia, & quando valeat exhæredatio. ¶ Etiam ſi non relinquatur filio aliquid jure inſtitutionis, tamen valebit teſtamentum, ſi adſit illa clauſula, ut valeat omni meliori modo, quia tunc cenſetur inſtitutus. *Tho. Minad. deciſ. 43. num. 13. & fin. vide ſupra tit. prox. præced.* ¶ Teſtamentum, in quo mater eſt præterita nulla cauſa inſerta, & filius eſt hæres inſtitutus, valet: quia teſtator habebat filios, quos inſtituit, & quorum prima cauſa eſt in ſucceſſione, & non tenetur reſtituere aſcendentes. *Guid. Pap. ſing. quæſt. 426. num. 7. ſing. 403. Bart. conſ. 18. volum. 1. & conſ. 215.* alias ſecus. *Boer. deciſ. 96.* an liceat filio præterire parentes. *Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 48. & 49.* ¶ Si filius eſt præteritus à matre cum expreſſione cauſæ legitimæ, tenet teſtamentum: quia habetur pro exhæredato, & debet filius intentare querelam, *Guid. Pap. ſing. 737. Guliel. de Lud. ſing. 70. Bartol. in l. 3. C. de inoffic. teſtament. & in l. Gallus, §. in omnibus, de lib. & poſthum.* ¶ Filio à matre præterito, vel ab aſcendentibus per lineam maternam, an teſtamentum valeat, & videtur valere, ſi fuerit inſerta legitima cauſa exhæredationis. *Clar. in §. teſtamento. quæſt. 47.* ¶ Teſtamentum valet filio inſtituto ſub hac conditione, quandocunque deceſſarit hæres primo loco inſtitutus. *Guid. Pap. quæſt. 456.* ¶ Inſtitutio facta in re certa, an ſuſtineatur ex diſpoſitione. *Auth. ex cauſa. vide Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 53.* ¶ Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, ſi in eo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, valet de jure Civili. *Bartol. in l. 16. §. proinde, ff. de legatis præſtandis.* ¶ Authent. ex cauſa conſervat hodie legata, quando teſtamentum querelatur cauſa inſerta non vera. *Bart. in l. 1. num. 14. ff. de jure codicil.* ¶ Filio præterito approbante teſtamentum, ſubſtitutio pupillaris ei facta tenet. *Bart. ibid. num. 20.* ¶ Filius præteritus ſi decedat vivo exhæredante, an teſtamentum confirmetur. *Bartol. in l. 10. §. qui filium, ff. de teſta. tutel. eundem Bart. in l. 16. §. ſi ſuo, ff. de vulgari tenet pro negativa, vide etiam eundem in l. 35. ff. de donatio.*

Vel non.

Teſtamentum in totum reſcinditur quoad inſtitutionem, ſi filii hodie non habent trientem. *Bart. in §. cum igitur, Auth. de non eligendo ſecundo.* ¶ Pater ſi non inſtituatur, vel exhæredetur in teſtamento filii, valet teſtamentum: ſed impugnari poterit per querelam, vel contra tabulas. *Bart. in §. emancipatos. inſtitut. de hæred. liber.* ¶ Si teſtator inſtituerit uxorem in uſufructu, & poſt ejus mortem liberos filios, filii non dicuntur legitime inſtituti: ideo teſtamentum non valebit; ſed quid, ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris. *vide Decium conſil. 478.* ¶ Teſtamentum non valet, in quo filius non reperitur inſtitutus, etiamſi ſit ſubſtitutus per fideicommiſſum. *Guid. Pap. quæſt. 425.* ¶ Legata, & fideicommiſſa à præterito relicta, non confirmantur per *d. Auth. ex cauſa. Bart. ibid. num. 8.* nec debentur. *l. 13. C. de fideicom.* ¶ Exhæredatio non ſequuta aditione nihil valet. *Bart. in l. 20. de bon. poſſ. cont. tabul.* ¶ Legatum ipſi filio præterito, vel exhæredato impugnanti teſtamentum, non ſuſtinetur beneficio. *Auth. ex cauſa ibid. Gail. num. 6.*

Cap. XIX. Quando revocari poſſit.

Exhæredatio facta de filio, an cenſeatur revocata per reconciliationem ſubſequutam, nulla alia facta per patrem declaratione, late diſputat *Petr. Gerard. ſingul. 3.* ubi concludit pro parte negativa. *Bartol. in l. 3. §. non ſolum, ff. de adimen. legat.*

Cap. XX. Miſcellanea.

Filius reputatur ingratus, ſi non præſtiterit auxilium patri captivo, vel in carcere detento. *Papon. lib. 7. titul. 1. arreſt. 3.* ¶ A ſubſtituto filio exhæredato legari non poteſt. *l. 42. §. ſimiles, ff. de mil. teſta.* ¶ Non debet eccleſia ſuſcipere, quæ à filio exhæredato auferuntur. *cap. fin. quæſt. 4.* ¶ Filius exhæredatus etiam debet lugere parentes, quod tamen procedit ſecundum ſui animi motum, non enim cogitur. *l. fin. ff. de his, qui not. inf.*

TITULUS DCVIII.

De inofficioſo teſtamento, & querela ipſius.

Cap. I. Teſtamentum. Quando rumpatur, vel non.

TEſtamentum, in quo eſt inſtituta turpis perſona qualiter rumpatur, & in quibus. *Afflict. deciſ. 125.* ¶ Teſtamentum fratris inſtituentis uſuram, poteſt per querelam inofficioſi à fratre rumpi. *Matth. Matheſ. ſing. 49. & ſing. 169.* ¶ Teſtamentum quando rumpitur per querelam inofficioſi, non rumpitur ultra quam Judex voluerit. *Bartol. in l. 19. ff. de injuſto rupto.* ¶ Teſtamento per querelam rupto, rumpitur fideicommiſſum. *Dec. conſil. 561.*

Cap. II. Quando approbari, vel impugnari poſſit, vel non.

Filius exhæredatus recipiens, quod ſibi relictum eſt à patre in teſtamento, videtur teſtamentum approbare, & excluditur à querela. *Afflict. deciſ. 336. num. 6. Dec. conſ. 530. num. 10.* ¶ Fœmina excluſa à ſtatuto, an poſſit impugnare teſtamentum per querelam inofficioſi. *Dec. conſil. 530. & ſupra titul. prox. præced.* ¶ Monachus, an poſſit (virtute ceſſionis ſibi à monaſterio factæ) impugnare teſtamentum fratris, turpem perſonam inſtituentis. *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 129.* ¶ Teſtamentum fratris querelari poteſt inſtituto illo, qui habet uxorem, & tenet concubinam. *Dec. conſil. 530.* & tunc frater non tenetur reſtituere hæreditatem ex clauſula codicillari, *Dec. conſil. 561.* ¶ Soror, quæ fratris teſtamentum pro quarta parte dixit inofficioſum, non tenetur ad legata pro illa quarta parte. *Afflict. deciſ. 125.* ſed hæres tenetur. *ibid.* ¶ Teſtamentum impugnans non poteſt ex eo aliquid jus prætendere. *Boer. deciſ. 147.*

Vel non.

Soror, vel frater non poteſt teſtamentum fratris in totum expugnare, turpi perſona inſtituta, ſi aliquid eſt ſibi relictum, ſed ſolummodo poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, quæ eſt quarta omnium bonorum, vel ſemis. *Afflict. deciſ. 204. & deciſ. 105.* alias ſi nihil ei ſit relictum impugnat in totum, *Bart. in Auth. de hæredibus, & Falcid. §. 1. num. 16.* ¶ Querela inofficioſi, ubi eſt minus legitima relictum, non impugnat in totum teſtamentum, nec liberatur hæres, offerendo legitimam. *Dec. conſ. 530. num. 13.*

Cap. III. Querela. Quando competat, vel non.

Spurius præteritus, an contra teſtamentum matris habeat inofficioſi querelam, ad materiam. *l. ſi ſuſpecta. §. 1. de inoffic. teſtament. D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. quæſt. 26. libr. 2.* ¶ An quando teſtator, qui inſtituit filium ſpurium ejus fratrem omiſſo filio legitimo monacho, an hic monachus poſſit intentare querelam inofficioſi teſtamenti cum inſtituerit turpem perſonam. *Roland. conſ. 87. tom. 3.* ¶ Querela poteſt in modum replicationis proponi. *l. 89. §. Lucius Titius de legat. 2.* ¶ Etiam hodie filio emancipato exhæredato eſt neceſſaria bono-

rum poſſaſſio, gratia litis agnoſcendæ ad hoc, ut poſſit experiri querela inofficioſi. *DD. in §. 1. inſtitut. de inoffic. teſtament.* ¶ Querela comperit fratri contra turpem perſonam inſtitutam à fratre, ſed nepos ſpurius ex fratre non dicitur turpis perſona: ideo inſtitutio de illo facta per parvum valet, & contra teſtamentum fratri teſtatoris tunc non competit querela. *Rol. conſil. 87. volum. 3. Periliuſtr. D. P. Thiſſaur. deciſ. 126.* ¶ Legitima debetur fratri, vel ſorori facta inſtitutione de turpi perſona, ut ſi eſſet inſtitutus frater ſpurius, alias competit querela inofficioſi. *Afflict. deciſ. 125. & deciſ. 204. vide ſupra titul. prox. præced.* ¶ Frater quando poſſit agere querela inofficioſi, *per Bart. in §. 1. Authent. de hæred. & Falcid. num. 12.* filius tamen fratris non agit. *ibid. num. 14.* ¶ An hodie ſit locus querelæ inofficioſi teſtamenti, *gloſſ. 2. in Authent. ex cauſa, C. de liber. præter.* ¶ Querela competit ignoranti etiam poſt quinquennium. *Dec. conſil. 530. num. 8. Menoch. conſil. 207. num. 42. & num. 46.* ¶ Filius naturalis tantum, debet habere legitimam in bonis matris, alias debet querelam, ſecus in teſtamento patris, contra quod non habet querelam. *Franc. Marc. quæſt. 12. Bartol. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Nepotes præteriti habent querelam inofficioſi, contra teſtamentum avi ſupervenientis patri, *Papon. libr. 16. titul. 4. arreſt. 17.* ¶ Contra filios, & hæredes inſtituti querela competit. *Dec. conſil. 530. num. 7.* ¶ Filius exhæredatus non proponens querelam in vita, eam tranſmittit ad ſuum hæredem proximiorem. *Menoch. d. conſil. 207. num. 40.* ¶ Querela quando detur nepti præterito, *per Bartol. in l. 34. C. de inoffic. teſtam* ¶ Querela inofficioſi competit filio, ſicut actio injuriarum, & actio in factum, ſed emolumenti competit patri. *Bart. in l. 1. C. qui admitti.* ¶ Querela poteſt intentari, tam contra alium, quod contra ſcriptum hæredem, & querela ut quis poſſit agere, requiritur aditio, ſecus dum agitur contra tab. *Bart. in l. 20. ff. de bon. poſſ. contr. tab.* ¶ Filius qui eſt hæres patris, an poſſit agere querela inofficioſi teſtamenti, *Bartol. in l. §. patronorum, ff. ſi quid in fraudem patroni.* ¶ Teſtamentom factum ſuper caſtrenſi peculio, vel quaſi hodie ſubjacet querelæ. *Bart. in §. Presbyteri. Auth. de Sanctiſ. Epiſcop. vide l. 35. ff. de Epiſcop. & Cleric.* ¶ Querela an ſola intentetur, aut cum ea debeat intentari petitio hæreditatis, & quæ ſit practica, *Bart. in §. 1. inſtit. de inoffic. teſtam.* vide plene de materia, *& in Auth. noviſſima. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Querela inofficioſi teſtamenti quinquennio præſcribitur. *Bart. in l. ſi quis, 34. Cod. de inoffic. teſtam. & conſ. 205. volum. 1.* & de differentiis inter querelam & portionem ſupplementi legitimæ *vide Andr. Gail. obſerv. 120. lib. 2.*

Vel non.

Renunciari teſtamento inofficioſo, & ſuper illo tranſigi poteſt. *Boer. deciſ. 147.* & querela per tranſactionem ſopita non poteſt inſtaurari, etiam ob non obſervantiam promiſſorum l. cum mota. *C. de tranſact.* ¶ Meretrix conjuncta poteſt inſtitui, licet ſit turpis perſona, excluſo fratre, nec datur querela. *Matth. Matheſ. ſing. 49. & ſing. 168. in addition.* ¶ Si frater reſcindat teſtamentum fratris, turpi perſona inſtituta, non habet locum. *Auth. ex cauſa. Petr. de Raven. ſing. 741. vide ſupra titul. prox. præced.* ¶ Dos poteſt excludere querelam, & tunc filia ſolum agit ad ſuplementum legitimæ. *l. unica, § quo à vobis. C. de rei uxor. act.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Si teſtamentum rumpatur per querelam pro parte, & pro parte non ceſſat collatio. *pater, ff. de coll. dot.* ¶ Si quis non mala mente parentis exhæredatus fuerit, ſed alia ex cauſa, exhæredatio non nocebit. *l. 12. §. ſi quis, ff. de bonis liber.* ¶ Exhæredato non nocebit exhæredatio, ſi pronuncietur exhæredatum non eſſe: rebus enim judicatis ſtandum eſt. *d. l. 12. §. quo lo. 2.* ¶ Querela inofficioſi ſicut reſcindit legatum, ita reſtituit in integrum jus primum, quod erat à legato confuſum. *l. 64. ff. de uſufructu.* ¶ Rupto teſtamento per querelam non præſtantur legata, etiamſi ab inteſtato fuiſſent repetita. *l. 44. §. fin. de legat. 3.* & hoc verum ſecundum jus antiquum. ¶ Renunciatio querelæ inofficioſi expreſſa, vel tacita præjudicat majoribus non minoribus, & dicitur quis tacita renunciare, ſi agnoſcat inteſtato relictum. *l. 1. Cod. de in integr. reſtit. minor. 25. ann.* ¶ Querela ſimplex etiam coram vicinis propoſita, impedit ratificationem teſtamenti inofficioſi. *Petr. de Benint. deciſ. 9. in fin.* ¶ Exhæredatio, cauſa legitima non probata, non valet. *Menoch. conſil. 207. num. 34.* ¶ Tempus agendi querela inofficioſi teſtamenti, ipſo jure non currit minoribus. *l. 2. Cod. in quib. cauſ. reſtit. integ. non eſt neceſſa.*

TITULUS DCIX.

De jure deliberandi.

Tempus deliberandi hodie eſt unius anni, quoad effectum tranſmiſſionis, ſed quoad adeundam hæreditatem quantum ſit, *vide Franc. Marc. quæſt. 25.* ¶ Deliberandi tempus inſtante creditore, vel ſubſtituto, Judex arctare poteſt. *Idem quæſt. 26. vide quæſt. 486. part. 2.* ¶ Tempus quale detur hæredi ſuper adeunda, vel repudianda hæreditate, *vide eundem quæſt. 455. part. 2.* ¶ Hæredi non datur tempus ad deliberandum, ſi adverſarius offert ſe paratum probare ipſum hæredem jam adiviſſe, & eſſe hæredem ſimplicem. *Papon. libr. 21. titul. 9. arreſt. 1.* ¶ Temporis adeundi hæreditatem eſt continuum, ſed bonorum poſſeſſionem agnoſcendi eſt utile. *Manut. ad l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. poſt librum ſui Specul. de ordin. judic.* ¶ Tempus deliberandi ad adeundam hæreditatem, quod ſit, & an illud Judex prorogare, vel coarctare poſſit, quid inſtantibus creditoribus ad hoc, ut detur curator hæreditati, qui illis ſatisfiat, *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 1.* ¶ Quandoque bona defuncti nullum habent ſucceſſorem, & nullus ſperatur, & tunc ipſa bona non dicuntur dafuncti, nec dicitur hæreditas jacens, ſed bona vacantia: quandoque illa non habent ſucceſſorem de præſenti: ſed ſperatur ſucceſſor de proximis, & tunc Prætor ſtatuit tempus ad adeundum, quandoque dubitatur, quod hæreditas diu jacere non debeat, ſed tunc quid faciendum, *Dec. conſil. 509.* ¶ Pendente deliberandi tempore curator bonis dandus non eſt, ſed res debent eſſe apud hæredes. *Franc. Marc. quæſt. 487. part. 2. & quæſt. 2. part. 1. vide Papon. lib. 21. titul. 9. arreſt. 9.* ¶ Hæres, qui terminum ad deliberandum petiit, inventarii commodo privatur. *Marc. quæſt. 488. part. 2.* ¶ Pendente tempore daro ad deliberandum, vidua poteſt petere ſibi provideri in bonis mariti defuncti ratione ſuæ dotis. *Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 15.* ¶ Tempus datum hæredi ad adeundum currit à die aditæ hæreditatis, & non ante. *Dec. conſ. 633.* ¶ Scientia tutoris inducit pupillo jus deliberandi. *Bartol. in l. 5. C. de tut. & curat. qui non ſatiſd.* ¶ Hæres decedens intra annum, ſciens hæreditatem ſibi delatam, tranſmittit jus deliberandi ſuum, & ſi ejus hæres ignorans ſimpliciter intra annum deceſſerit, tertius hæres propter ſcientiam primi hæredis adire poteſt. *Bartol. in l. 16. §. in hæredem, ff. de eo, quod metus cauſ.* ¶ Quando jus deliberandi tranſmittatur ad hæredes, *vide eundem in l. 10. ff. de reb. dub.* ¶ De adeunda, & acquirenda hæreditate *vide ſupra tit. de acquir. hæred.*

TITULUS DCX.

De jure accreſcendi.

Generalia.

DE conjunctionibus & conjunctis *vide infra titul. prox.* ¶ Vide de materia juris accreſcendi, *per Bart. in d. l. unica §. ubi autem.*

Cap. I. Jus accreſcendi. Quid ſit.

Jus accreſcendi ita poteſt definiri, ut ſit jus conjunctionis, quo quis vacantem ſeu deficientem portionem conſequitur. *Mant. lib. 10. tit. 3. n. 14.* ¶ Jus non decreſcendi nihil aliud eſt, quam jus coniunctionis conſervans totum, quod alicui inſolidum eſt relictum ceſſante concurſu. *Mant. ibid. num 15.*

Cap. II. Quale ſit.

De differentiis, quæ verſantur circa jus accreſcendi inter conjunctos re, & conjunctos verbis, *vide num. 16. ibid.* ¶ Jus accreſcendi non alia de cauſa fuit introductum, niſi quia abſurdum aliquando videbatur, quod hæreditas, quæ eſt quid unum, & individuum pro parte adiretur, & pro parte repudiaretur. *Marc. de Mant. ſing. 59.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Hæres ſcriptus in parte, ſi cohæres conditiones non adimpleat, cenſetur ſcriptus inſolidum. *Alex. Raud. tractat. de analog. cap. 37. numer. 3.* ¶ Voluntas fingitur à lege ubi non eſt, vel etiam repugnat, ut in jure accreſcendi, ne hæreditas pro parte adeatur, & pro parte repudietur. *Marc. de Mant. ſing. 57.* ¶ Pro illa parte, pro qua quis hæres ſcriptus eſt, pro ea accipit bonorum poſſeſſionem. *leg. 2. §. pro qua, ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* ¶ Subſtitutio facta inſtitutis particulariter in rebus certis, an extendatur ad hæreditatem univerſalem eis accreſcentem. *vide DD. de Rot. deciſ. 6. de teſtament. in antiq. & l. 1. ff. ad Falcid. l. ſi pupillus. §. fin. & l. in ſingulis eo.*

Cap. IV. Quando veniat, inducatur, vel non.

Jus accreſcendi hæreditarium, an veniat ex conjectura voluntatis, & quando excludat ſubſtitutum, *vide Mant. libr. 4. tit. de conject. ultim. volunt.* ¶ In legato proprietatis conjunctio legalis non inducit jus accreſcendi, ut ſi fuerit factum legatum ſervo communi. *l. 20. de legat. 2.*

Cap. V. Quando detur, competat jus accreſcendi.

Inſtitutus in re certa habebit portionem cohæredis (in reliquo inſtituti) mortui, quem teſtator putabat vivere, *Bart. in l. 58. ff de condic. indebit.* & jus accreſcendi, & poſtea ſua auctoritate ingredi poſſeſſionem. *Idem Bartol. in l. 35. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Jus accreſcendi datur delata ſucceſſione, & non aliter. *Vincent. de Franc. deciſ. 149. num. 9.*

Vel non.

Admiſſus ad legatum de jure ſpeciali contra voluntatem defuncti, non habet jus accreſcendi. *Bart. ſingul. 90. & Petr. de Raven. ſingul. 77.* ¶ Qui vocantur ad uſumfructum ex verbis teſtatoris, jus accreſcendi non habent. *l. 2. 3. & 4 ff. de uſufruct. accreſc.* ¶ Qui admittitur ad legatum de jure ſpeciali contra voluntatem defuncti, non habet jus accreſcendi, exemplum datur in legato relicto virgini ſub conditione ſi non nupſerit..., quia tunc expleta conditione habet legatum de jure ſpeciali, cum conditio remittatur, non habebit ipſa virgo jus accreſcendi. ſi ſibi & alteri ſub tali conditione legetur. *l. 73. ff. de condit. & demonſtr. facit etiam l. 3. §. hoc autem. ff. de legat. præſtandis.*

Cap. VI. Quæ, quibus, & quando accreſcant.

Portio deficiens accreſcit etiam ignoranti eam delectam. *l. 31. ff. de acquir. & omit. hæred.* idem in eo, qui adivit partem. *l. 35. eodem.* ¶ Portio deficiens accreſcit conjuncto verbis, & conjuncto re tantum pro rata. *l. 42. de legat. 2.* ¶ Portio vacans accreſcit ſine nova petitione, *Bart. in l. 2. §. ſi duo, ff. de bonor. poſſeſſ.* ¶ Pars non diſtributa aliis accreſcit, ſicut amplius erogata decreſcit, *§. videamus. inſtit. de hæred. inſtitu.* ¶ Pars uſusfructus deficiens, dicitur accreſcere homini, & non portioni. *l. 14. §. qui cum partem, ff. de excep. rei judic.* ¶ In legatis portio deficiens accreſcit conjunctis cum onere ſuo, ſed ſi legatarii ſunt disjuncti verbis, & conjuncti re, & omnes acceptant, ſibi partes faciunt per concurſum, niſi teſtator aliud expreſſe diſpoſuerit, & ſi unius portio deficit, apud alios remanet per jus non decreſcendi. *Pet. Raven. ſing. 74.* & Portio hæreditatis pro non ſcripta, quando accreſcat cum onere, & quid in legato pro non ſcripto, *Bartol. in l. 39. ff. de condic. & demonſt.* ¶ Portio hæreditatis deficiens, quando accreſcit conjunctis cum onere, an procedat, ſive ſint conjuncti re tantum, ſive re, & verbis, *vide Bart. in l. 39. ff. de condic. & demonſt.* quod portio pro non ſcripta accreſcat cum onere cohæredi, ſimul cum deficiente gravato, probat *l. 12. §. hujus de legat. 1.* tamen portio cohæredis deficiens accreſcit ſine onere ipſi hæredi nominatim nomine proprio adjuncto. *l. 29. §. fin. de leg. 2. ſed vide gloſſ. ibid.* ¶ Portio hæreditatis deficiens accreſcit cum onere pro rata. *l. 50. §. fin. de legat. 2.* ¶ Portio deficiens accreſcit cum onere, etiam ſucceſſionibus ab inteſtato. *de leg. 2. l. 63. §. Julianus.* ¶ Pariter defertur à ſubſtitutis cum onere ſuo. *l. 99. §. cum pater de legat. 2.* ¶ Conjunctis re portio accreſcit ſine onere. *l. 30. ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Inſtitutis duobus hæredibus, altero gravato fideicommiſſo, & altero non, & portio non gravata accreſcat gravatæ, non ob id cenſetur gravata. *DD. de Rot. deciſ. 6. de teſtamentis in antiq.* ¶ Portio accreſcit portioni, non perſonæ, & qui perdit portionem, perdit & jus accreſcendi, licet nomen hæredis retineat ratio, quia jus accreſcendi eſt reale, & ſequitur rem, non perſonam. *l. 82. ff. de acquir. hæred.* ¶ Legatum factum aliquibus in eadem ratione conjunctim, uno eorum mortuo, ejus portio accreſcit collegatario viventi, & ad ipſum totom pertinet legatum. *Dec. conſ. 662.* ¶ Portio hæredis accreſcit cum onere, quando adjunctio eſt facta nominibus appellativis, ſecus ſi tantum nominetur ille, cujus portio deficit nomine proprio. *Bart. in l. 29. §. quod de legat. 2.* ¶ Legati portio amiſſa, an accreſcat collegatario, vel hæredi, mens teſtatoris eſt conſideranda. *Put. deciſ. 407. lib. 3. vide deciſ. 424. Vers. deciſ. 125. part. 2.* ¶ Quando onus impoſitum legato conſiſtit in dando, ita ut poſſit per alium adimpleri, tunc portio legati deficiens accreſcit cum onere ſuo *Put. deciſ 414. libr. 3.* ¶ Inſtitutis quibuſdam hæredibus in undecim unciis, & duobus ſine portionibus, iſti habebunt unicam, & ſi unus ex eis ſemiunciam repudiaverit, illa omnibus accreſcit. *l. 17. §. unde, ff. de hæred. inſtitu.* ¶ Portio deficiens ejus, qui nemini erat conjunctus, accreſcit omnibus. *l. 59. §. cum quis. ff. de inſtitucn.* ¶ Qui adit hæreditatem hæredis defuncti ex parte, ſi ſuam propriam inſtitutionem omittat, ejus portio pro parte ſibi accreſcit, ſi habeat cohæredem, alias inſolidom. *l. 59. §. ſi attilicius, ff. eod.* ¶ Portio conjuncti deficiens accreſcit conjunctis, disjuncti, omnibus. *l. 63. ff. eodem.* ¶ Quatenus relinquitur hæredi à ſe ipſo, non valet & accreſcit conjuncto. *l. 119. § 1. de legat. 1.* ¶ Portio hæreditatis deficiens aliis accreſcit, quod jus ad hæredes tranſmittitur. *§. fin. & ibid gloſſ. inſtit. ad Senatusconſult. Orfici.* ¶ Portio hæreditatis deficiens cauſa non impletæ voluntatis defuncti, accreſcit primo ſubſtitutis, ſed his deficientibus, cohæredibus, & cæteris, prout habetur in §. ſi quis autem, & ibid. gl. Auth. de hæred. & Falcid.

¶ Etiam

Google

¶ Etiam hæredi hæredis acquiritur pro parte portio in conditionis eventum. *l. 53. ff. de acquir. hared.* & portio deficiens accreſcit cohæredi invito. *d. l. 53. §. fin.* ¶ Legatum accreſcit collegatario cum onere ſuo. *Vent. deciſ. 126. part. 2.* ¶ In ſucceſſionibus non petentium partes, petentibus accreſcunt. *l. unica. C. quando non petentium.* ¶ Repudiatum accreſcit omnibus hæredibus, & quod fiat repudiatio in favorem unius hæredis tantum, ejus contemplatione: quia in jure accreſcendi portio accreſcit portioni, non habita ratione perſonarum. *Cravet. conſil. 288.* quibus non accreſcit, niſi ubi eſſet diverſa ratio. *Vincent. de Franc. deciſ. 149. num. 11. & 15.* ¶ Limita, quando repudiatur hæreditas mortui, quia tunc ſi fiat repudiatio contemplatione unius, alteri nihil accreſcit, nam ſic repudians tacite videtur prius adire, & deinde renunciare. *Cravet. conſil. 288.* ¶ Si ſunt plures hæredes ſcripti, & alter ipſorum repudiaverit, portio ipſius accreſcit aliis ſcriptis adeuntibus, ex teſtamento. *Cravet. conſil. 324.* ¶ Teſtator habens quatuor filios ex duabus uxoribus inſtituit illos duos ex prima uxore in certis bonis ibi expreſſis, & alios duos ex ſecunda in aliis pariter expreſſis, ita quod apparet duos illos filios ex prima uxore fuiſſe in portione eis aſſignata conjunctos, & duos alios filios ſecundæ uxoris fuiſſe etiam in portione ſibi aſſignata conjunctos, inde eos omnes filios hæredes invicem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum, vivente adhuc teſtatore deceſſit unus ex filiis ſecundæ uxoris, inde moritur teſtator nullo alio facto teſtamento dubitatur, an portio iſtius filii prædefuncti accreſcat omnibus fratribus, vel ſolum fratri utrinque conjuncto, *Menoch. conſil. 198. lib. 2.* reſpondit pro fratre ipſo utrinque conjuncto. ¶ Portio filii exhæredati accreſcit aliis. *Menoch. conſil. 207. num. 52.* ¶ Portio deficiens accreſcit pro portionibus hæreditariis, pro quibus facta fuit inſtitutio. *l. Lucius Titius, ff. ad Trebell.* ¶ Legatum pro non ſcripto, quando accreſcat conjuncto. *Bartol. in l. unica. C. de caduc. tollen.* ¶ Portio unius ex hæredibus deficiens quare accreſcat cohæredibus invitis, licet ſecus ſit in legatis. *Bartol. in l. unica, §. his ita. num. 3.* & qui ſint conjuncti verbis, & qui disjuncti, *vide ibid.* ¶ Legare conjunctim qualiter cognoſcatur, & qualiter disjunctim, & legatum deficiens quando accreſcat conjuncto, *vide Bartol. in §. hac ratione, inſtit. de legat.* ¶ An legatum accreſcat ſubſtituto, vel re conjuncto, *vide §. in primo, & §. pro ſecundo, & ibid. gloſſ. in l. 1. Cod. de caduc. tollen.* ¶ Portio abſtinentis ſe per reſtitutionem, non accreſcit cohæredi invito. *l. 61. ff. de acquir. hared.*

Cap. VII. Quando habeat locum jus accreſcendi, vel non.

Si legetur duobus ſervis, ita habet locum jus accreſcendi, ſicut ſi duobus liberis legaretur. *l. 41. de legat. 2.* ¶ Jus accreſcendi tunc habet locum, quando de portione deficiente non eſt à lege, vel à teſtatore proviſum. *Vincent. de Franc. deciſ. 63. numer. 8.* ¶ Jus accreſcendi an habeat locum in mortis cauſa capione, ſicut in donatione cauſa mortis, *vide Matth. Matheſ. ſingularib. 152. Franc. Mant. deject. ultim. volunt. libr. 1. titul. 14.* in qua donatione cauſa mortis locum habet tale jus. *Bartol. in l. 8. ff. de tranſact.* ¶ In bonorum poſſeſſionibus locum habet jus accreſcendi, & portio deficiens accreſcit ei, qui ſuam agnovit ſine nova agnitione, ſi eodem jure ſuccedebat, ſecus ſi diverſo. *l. 3. §. in bonor. poſſeſſ. & l. ſi duob. eodem.* ¶ Si portio minus gravata accedat portioni magis gravatæ ex ſubſtitutione pupillari, locus erit contributioni, ſecus ſi accedat vulgari. *l. qui fundum, §. cohæree. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Inter conjunctos eſt locus juri accreſcendi, non inter totaliter disjunctos, ſed qui dicantur conjuncti, *vide gloſſ. in l. 1. ff. de uſufruct. accreſc.* ¶ Accreſcendi jus inter conjunctos conjunctione legali habet locum in ſucceſſionibus univerſalibus; non in particularibus. *Bartol. in l. 3. §. in bonorum, ff. de bonor. poſſeſſ.* ¶ Jus accreſcendi in hoc, ut habeat locum oportet, ut teſtamentum ſit jure factum, & requirit, quod multi ſint inſtituti, & ſubſtitutio quomodo impediat tale jus, *vide per Bartol. in l. 6. Cod. de impuber. & aliis ſubſtitutio.* ¶ Jus accreſcendi quando habeat locum inter conjunctos conjunctione legali, *Bartol. in l. 14. in repetit. ff. de inoffic. teſtament. facit l. 66. ff. de acquirend. hæred.* in hac conjunctione ceſſat jus accreſcendi in rebus prorſus diverſis. *l. 86. §. quibus de legat. 1.* ¶ Si teſtator dixerit, relinquo filiis Titii centum ducatos pro quolibet, iſti non dicuntur aliter conjuncti verbis, quod habeat locum jus accreſcendi. *Matth. Matheſ. ſing. 154.* ¶ An in legatis ad pias cauſas ſit locus juri accreſcendi, *vide ibidem.* ¶ Juri accreſcendi inter uſufructuarios, ita demum locus eſt, cum conjunctim uſusfructus relictus eſt. *Menoch. conſil. 241. lib. 3. num. 6.* ¶ In contractu inter vivos eſt locus juri accreſcendi, quando promiſſoris intereſt. *l. 64. ff. de cont. empt.* ¶ Inter duos reos, quibus eſt relicta liberatio, eſt locus juri accreſcendi, ſi alter eorum erat legati incapax. *l. 30. ff. de liberat. legat.* ¶ Inter ſocios liberalitatis Imperialis, etiam inter vivos factæ, eſt locus juri accreſcendi. *l. unica, C. ſi liberalitatis Imperialis. libr. 10. & ibidem gloſſ.* ¶ Ex quibus conjecturis jus accreſcendi habeat locum in legatis, & fideicommiſſis. *Mant. libr. 10. titul. 3. de conject. ultim. volunt.* ¶ In fideicommiſſo univerſali tacite ſub conditione relicto, locum habet jus accreſcendi. *Bart. conſil. 53. volum. 1.* ¶ Inter inſtitutos, qui ad invicem ſint inſtituti, etiam locum habet jus accreſcendi. *l. 6. C. de impuberum, & aliis ſubſtitut.* ¶ In contractibus eſt locus juri non decreſcendi, *l. 5. C.* communia prædiorum, *vide in addit. ad l. 110. de verb. oblig.* ¶ Non ſolum conjunctivo modo quædam relinquuntur, ſed etiam disjunctivo, & in pari conjunctione, habet locum jus accreſcendi, cum ſuo onere, ſed ſi aliqui ſint conjuncti re, & verbis, & aliqui verbis disjuncti, ſi deficiat aliquis ex conjunctis, ejus portio accreſcit tantum collegæ, ſi ex disjunctis accreſcit omnibus. *d. l. unica, §. his itaque C. de caduc. tollend.* ¶ Inter legatarios, & fideicommiſſarios eſt locus juri accreſcendi ipſis voluntatibus, alias ſecus, & portio deficiens accreſcit cum ſuo onere, tamen quando ſunt verbis disjuncti, non dicitur proprie accreſcere, ſed non decreſcere, & tunc onus non tranſit, quod non eſt ad perſonam legatarii appoſitum, nec ſub legatum annexum. *d. l. unica, §. ubi autem.* ¶ Jus accreſcendi habet locum etiam ſi ille, cui accreſcit, ſit defunctus. *Bart. in l. unica, §. his ita. C. de caduc. tollen.* ¶ In querela inofficioſi eſt locus juri accreſcendi. *l. 23. §. fin. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Jus accreſcendi habet locum, quando pluribus feudum conceditur, & cuilibet inſolidum. *Raud tract. de analog. cap. 34. num. 62.* ¶ In feudis conceſſis à Principe habet locum jus accreſcendi, ſecus ſi concedatur ab inferiore à Principe. *Pet. de Raven. ſing. 236.* ¶ Jus accreſcendi habet locum in contractibus, in conjunctione legali. *Bart. in l. 7. §. interdum, ff. de ſtipu. ſervo.* ¶ Jus accreſcendi an habeat locum in pœnis, & ſalariis. *Ludov. Roman. ſingul. 524. Bartol. in l. 2. C. de legationibus. lib. 10.* ¶ Jus accreſcendi an habeat locum in diſpoſitione inter vivos, & ante emolumentum quæſitum, *Bart. in l. unica, C. ſi liberalit. imper. lib. 10. Alex. & Doctores in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. & eundum Bart. in l. jubemus. ff. de his, qui ſe deferunt, lib. 10. Mohed. deciſ. 188.* quod poſt emolumentum quæſitum in contractibus non habeat locum, *ſcribit Guid. Pap. quæſt. 204.* ¶ Nomina appellativa, ſive collectiva relata ad plures, conjunctionem verbalem inducunt, & inter eos eſt jus accreſcendi. *l. 15. §. fin. de leg. 1.*

Vel non.

Jus accreſcendi in omnibus diſpoſitionibus limitatis prohibitum. *Gaſp. Cabal. milleloq. 45. part. 1.* ¶ Item ceſſat jus accreſcendi inter illos, qui ab initio non fuerunt vocati ad patrem. *Vinc. de Franc. deciſ. 63. num. 12.* ¶ Jus accreſcendi ſimplex non habet locum in diverſis hæredibus, ſed quando eſt unitum cum pupillari ſubſtitutione ſic, quo caſu habet etiam locum poſt aditam hæreditatem. *Bart. in l. qui patri hæres, 59. ff. de acquir. hæred.* ¶ Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi in legatis (poſtquam illa agnita ſunt) locus non eſt maxime quando legatarius cadit à legato poſt agnitum legatum. *Ven. deciſ. 124. part. 2.* ¶ Juri accreſcendi non eſt locus inter eos, qui diverſo jure ſuccedunt. *Vincent. de Franc. deciſ. 63. num. 6. Bart. conſil. 8. num. fin. volum. 1.* & ex diverſis diſpoſitionibus. *Bart. in l. 14. in repetit. ff. inoffic. teſtam.* ¶ Item, quando ſucceditur ex privilegio. *Vincent. de Franc. deciſ. 146. num. 10.* ¶ Inter conjunctos re, & verbis non habet locum materia caduci, quia uno præmorient etiam ante conditionis eventum) portio præmorientis devenit ad alium ſibi conjunctum. *Guid. Pap. ſingul 778.* ¶ Jus accreſcendi non habet locum in contractibus, poſt acquiſitionem ſemel factam: ideo emphyteuſis duobus conceſſa mortuo uno ex comprehenſis inveſtitura ſine filiis, alteri non accreſcit. *Hieron. Magon. deciſ. 8. Luc.* ¶ Secus quando ab uno recepta emphyteuſis, & ab eodem veluti à fonte ad alios devoluta, inter eos fuit diviſa, quia tunc uno decedente ſine liberis, ejus pars accreſcit alteri, per jus accreſcendi, vel non decreſcendi. *Idem Magon. deciſ. 62. Rot. Flor.* ¶ Juri accreſcendi non eſt locus in contractibus, ideo ſi concedatur emphyteuſis pluribus fratribus pro virili, portio unius deficiens non accreſcit alteri. *Dec. conſ. 263.* ſecus ſi eſſet conceſſa patri. *ibid. & Auguſt. Beron. quæſt. 70.* ¶ Fallit, quando conceſſio facta fuit pluribus inſolidum quia tunc finita linea in perſona unius, portio ſua ad alios devolvitur. *Dec. conſil. 327.* ¶ Ex teſtamento diverſorum non eſt locus juri accreſcendi. *leg. 16. ff. quib. mod. uſusfruct. amit.* ¶ Tale jus non habet locum inter hæredes, & legatarios poſt emolumentum quæſitum niſi in uſufructu, & petita reſtitutione contra aditionem. *Bartol. in l. 6. de bonor. poſſeſſ. & in l. 44. ff. de re judic.* tamen jus accreſcendi non impeditur per exiſtentiam ſui hæredis. *Bart. ibidem.* ¶ Inſtitutus à milite ſpecifice in paganis, non habet jus accreſcendi in caſtrenſibus, nec econtra. *l. 1. C. de teſtam. milit.* ¶ Jus accreſcendi ceſſat in pupillari ſubſtitutione, & fideicommiſſo. *Bart. in l. 55. §. cum ita. ff. ad Trebellian.* ¶ Accreſcendi jus non habet locum in portione, quæ non deficit ipſo jure, ſed ope exceptionis. *Bartol. in l. 13. ff. de jurejur.* ¶ Tale jus non habet locum de hærede vel legatario, *Amanel. de Clariſaquis ſing. 41.* fallit in uno caſu, *de quo ibid.* item ceſſat jus accreſcendi in legato alimentorum. *ibid.* quare ſi pars ipſorum deficiat, remanet apud hæredem. *Abb. conſ. 78. in fine libr. 2.* ¶ Jus accreſcendi non habet locum inter legatarios poſt portionem jam quæſitam, ſi poſtea deficiat: ideo hoc caſu ſubſtitutus præfertur collegatario. *Natt. conſ. 306.* ¶ Jus accreſcendi ceſſat adita hæreditate. *Petr. de Raven. ſingul. 585.* niſi ille, qui adivit in integrum reſtitueretur. *Bart. ſing. 16.* vel niſi ſit unitum cum pupillari ſubſtitutione. *Alviſ. de Clariſaquis ſingul. 41.* limita etiam Reg. in uno alio caſu, *de quo ibid.* ¶ Jus accreſcendi locum non habet in contractibus ſtricti juris, ſecus in contractibus bonæ fidei. *l. fin. & ibid. gloſſ. C. de inutilib ſtipulat.* ¶ Si per eundem rivum aqua ad plura prædia ducatur plures ſervitutes ſunt, & poteſt una amitti altera remanente, cui amiſſa non accreſcit. *l. 19. ff. quemadm. ſervit. amit.* nam in ſervitutibus non habet locum jus accreſcendi, ſed jus non decreſcendi ſic. *Bartol. in l. juhemus, ff. de his, qui ſe deferunt. lib. 10.* ¶ Jus accreſcendi dividi non poteſt, cum non habeat locum, niſi portione omnino defecta. *Capic. deciſ. 158.*

Cap. VIII. Qui admittantur, & quando debeatur.

Conjunctus re, & conjunctus verbis pariter admittuntur. *Bart. in l. 42. §. quod de leg. 2.* ¶ Conjunctus re tantum, & conjunctus verbis tantum ad portionem vacantem pariter admittuntur. *l. 66. §. cum quis, ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Si pluribus relictum fuerit fideicommiſſum, & unus ſolus ſuperſtes eſt, illi ſoli debetur, qui tempore exiſtentis conditionis ſolus invenitur. *c. Rayna. ext. de teſtamentis.* ¶ Si portio non gravata accreſcat gravatæ, fit contributio, & legata ſolita præſtantur. *63. de leg. 2.*

Cap. IX. Quando tranſeat ad hæredes.

Jus accreſcendi ſequitur rem, ideo ad hæredes tranſit, ſed jus ſubſtitutionis reſpicit perſonam, propterea ad hæredes non tranſit *l. 9 ff. de ſuis, & legit. hæred. gloſſ. in §. his itaque. l. 1. de caduc. tollen. l. 16. §. fin. ff. de condit. & dem.* ¶ Jus accreſcendi tranſit ad hæredem, & ſi eſt junctum cum pupillari ſubſtitione, trahitur ad eam, ut habeat locum poſt aditam hæreditatem, & trahatur ad bona impuberis. *Petr. de Raven. ſingul. 15. & l. 59. ff. de acquir. hæred.* ¶ Jus accreſcendi tranſit ad illum, ad quem tranſit portio jure ſubſtitutionis. *l. 39. §. quidam, ff. de vulgari.*

Cap. X. Quæ tranſmittantur, vel non.

Si ſubſtitutus fuerit etiam inſtitutus, tunc jus ſubſtitutionis, & ſpes ipſius per jus accreſcendi tranſmittitur ad hæredes. *Boer. deciſ. 36. num. 2.* ¶ Idem quando conſtitutio conditionalis eſt unita cum jure accreſcendi. *Cravet. conſilio 258. numer. 15.*

Cap. XI. Qui præferantur, vel non.

De conjunctis re, & verbia, vel re tantum, aut verbis tantum, & quis eorum præferatur in jure accreſcendi, *vide l. 97. de legat. 3.* ¶ Jus ſubſtitutionis præfertur juri accreſcendi. *ff. de acq. hæred. num. 3.* ¶ Conjunctus conjunctione legali re, & verbis, præfertur cæteris conjunctis alio modo. *l. 1. §. item ait, & §. idem ff. de uſufruct. accreſc.*

Cap. XII. Ad quos ſpectet, vel non.

Si quis ex nepotibus retentis in poteſtate filio emancipato ſuam portionem omiſerit, talis portio non ad patrem, ſed magis ad fratrem pertinet, ſed ſi omnes nepotes omittant, patruo nihil accreſcit, ſed ſoli patri, quo omittente patruus admittitur, *vide leg. 1. §. ſi quis, ff. de conjungendis cum emancip. liber.* quod procedit in hæreditatibus, ſecus in legatis. ¶ Legatum tertio, & hæredi factum, quoad hæredem non valet, ideo jure accreſcendi ad tertium legatarium ſpectat, quod non procedit in legato uſusfructus. *Ludov. Roman. ſingul. 740.* ¶ Si teſtator reliquerit uxorem ſuam maſſariam, & uſufructuariam omnium bonorum cum Ludovica ejus filia quouſque dicta ejus filia ſtabit in domo ipſius teſtatoris cum dicta ejus uxore, tunc ſi filia ſtabit, totus uſusfructus debetur uxori. *Dec. conſil. 454.* ¶ Teſtator uxorem uſufructuariam, & in reliquis deducto uſufructu, inſtituit maſculos naſcituros ex Maria ejus filia, & ſi nulli filii ex ea naſcerentur, & interim inſtituit, & voluit eſſe ſuos hæredes Sempronium pro dimidia, & Titium pro alia, moritur teſtator, poſtea primo loco deceſſit Sempronius inſtituto ſuo hærede fratre, inde deceſſit uxor uſufructuaria, & demum Maria filia abſque filiis, oritur quæſtio inter d. Titium cohæredem & fratrem Sempronii hæredem ab ipſo inſtitutum, *Menoch. conſil. 105. vol. 1.* reſpondit per jus accreſcendi totam hæredem ſpectare ad hæredem Sempronii prædefuncti pendente conditione fideicommiſſi.

miſſi. ¶ Si una res ab eodem duobus legetur conjunctim, vel disjunctim, ſi ambo concurrunt ad legatum, medietas datur uni, & medietas alteri, ſed deficiente legato ex perſona unius, totum ad collegatarium pertinebit, *§. ſi eadem res, & ibid. gloſſ. inſtit. de legat.*

Cap. XIII. Qui ſint effectus.

Jus accreſcendi unitum cum pupillari ſubſtitutione, excludit matrem. *Jacob. Put. dec. 329. lib. 1.* ¶ Qui non eſt in rerum natura, nec eſſe ſperatur, nec facit partem, ſed totum debetur conjuncto. *l. 16. §. fin. de leg. 1.* ¶ Jus accreſcendi inter eos, qui ſunt in primo gradu, excludit eos, qui ſunt in ſequenti, & non patitur eos venire ad portionem deficientium. *Bartol. in l. unica, C. quando non petentium.* ¶ In portione hæreditaria imputatur, quod quis habet jure accreſcendi, & quod quis habet hoc jure, dicitur potius habere ex diſpoſitione legis, quam teſtatoris. *Bartol. in l. 5. ff. de vulgari.* ¶ Inſtituti duo, & invicem ſubſtituti an poſſint omittere jure reſtitutionis, & accipere jure accreſcendi. *Bartol. in l. Lucius 45. num. 22. ff. eod.* ¶ Frater hæres inſtitutus, ſi præmoriatur ante teſtatorem filiæ ejusdem teſtatoris incertis tantum rebus inſtitutæ, capiunt totum per jus accreſcendi. *DD. de Rota deciſ. 6. de teſtam. in antiq.* ¶ Jus accrendi fingit retro, ſicut aditio hæreditatis, etiam ſuper re perempta. *l. 35. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Quod venit ad aliquem jure accreſcendi, venit in fideicommiſſum. *Bart. in l. 3. quidam. ff. ad Trebell. l. Papinianus, ff. eodem.* ¶ Conjunctio quæ cadit inter orationes, non inducit conjunctionem realem. *Bartol. in l. 17. ff. de hæred. inſtituen.*

Cap. XIV. Quando tollatur.

Teſtator ſi legaverit uxori uſumfructum, & ſi hæres eam moleſtaverit perdat hæreditatem, data moleſtia per hæredem, ille perdit hæreditatem, quæ accreſcit hæredi, vel ſubſtituto, *Bartol. in l. 39. §. hæres de leg. 3.* ¶ Clauſula, quod nihil aliud petere poſſit, tollit jus accreſcendi, quod etiam tollitur per ſubſtitutionem etiam tacitam. *Rot. Aven. deciſ. 4. in deciſ. diverſ.*

Cap. XV. Quando prohiberi poſſit, vel non.

Teſtator, an poſſit prohibere jus accreſcendi, *Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 74.* quod poſſit tacite, vel expreſſe ſcribit *Bartol. in l. 19. ff. de injuſto rupto. & in conſil. 177.* Bartolum ſequitur *Ægid. Bellam. concluſ. 749.* ¶ Separatio & diſtinctio temporum habet vim diſtinctionis re & verbis, & impedit jus accreſcendi. *l. 2. ff. quib. mod. uſufr. amit.*

Cap. XVI. Miſcellanea.

Acquiſitione tamen partis non acquiritur alia eo jure, quo deficit, nec debet acquiri per alium, niſi nova aditione interveniente. *d. l. 35. §. fin.* ¶ Qui vult unam partem, videtur velle alteram accreſcentem. *l. 38. ff. eod.*

TITULUS DCXI.

De conjunctis.

Generalia.

De conjunctis vide plene per *Bart. & DD. in l. re conjuncti. 87. de leg. 3.*

Cap. I. Qui dicantur conjuncti, vel non.

Qui dicantur conjuncti re, & verbis, vel re tantum, aut verbis tantum, *vide leg. 87. & ibid. gloſſ. de leg. 3.* ¶ Conjuncti multipliciter dicuntur, ut habetur *in gloſſ. l. 1. §. fin. ff. de uſufruct. accreſcen.* ¶ Si uni legetur totum, alteri poſtea pars ejosdem totius, cenſetur illa pars de toto adempta, & econtra, & tunc legatarii dicuntur re conjuncti. *l. 23. C. de legat.* ¶ Disjuncta appoſita inter perſonas ponitur pro conjuncta, ſecus ſi inter res, quod procedit etiam in contractibus. *l. 4. C. de verborum & rerum ſignific.* ¶ Conjuncti nominatim loco unius ſunt. *gloſſ. in leg. unica. §. ubi autem, C. de caduc. tollen.* ideo conjuncti, ex re certa, habentur pro uno, quoad diviſionem hæreditatis faciendam, cum alio inſtituto. *l. 11. ff. de hæred. inſtituen. vide l. 26. ff. de uſu, & uſufruct. lega.* ¶ Illi dicuntur re conjuncti, quibus expreſſa teſtatoris diſpoſitione, tota res aſſignatur inſolidum. *Bart. ſing. 194.* ¶ Conjunctio dicitur inter legatarios ejusdem rei à pupillo, & ejus ſubſtituto. *Bartol. in l. 34. §. ſi conjunctim de leg. 1.* ¶ Conjuncti verbis dicuntur deſcripti in eadem oratione, ſecus ſi in diverſis ſine copula. *vide Bart. in l. 42. de legat. 2.*

Cap. II. Quæ, quibus modis intelligantur, vel non.

Dictio, cum, & dictio, &, pariſicantur in conjungendo, ſed in modo conjugendi differunt. *l. 5. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Conditio adjecta uni legatario refertur etiam ad collegatarium ſibi conjunctum. *Bartol. in l. 73. eodem & in l. ſi legatarius. la prima. de leg. 3.* ¶ Conditio appoſita in perſona unius, in perſona alterius ſibi conjuncti non videtur repetita. *l. 71. §. Seio, de leg. 2.* ¶ Triplici modo intelligi conjunctio poteſt, aut enim re per ſe conjunctio contigit, aut re, & verbis, aut verbis tantum. *vide leg. 142. ff. de verbor. & rer. ſignificat.*

Cap. III. Qui faciant partem, vel non.

Conjunctus in cujus perſona quoquo modo legatum conſiſtit, vel ſperatur conſiſtere, facit partem conjuncto, ſecus ſi non ſperatur conſiſtere. *l. 34. §. ſi conjunctim, de leg. 1.* ¶ Conjuncti re faciunt ſibi partem per concurſum. *l. 7. C. de legat.* ¶ Conjunctis re portio accreſcit ſine onere. *l. 30. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Plures nominationes de eodem uniformiter factæ, non faciunt ipſum ad majorem partem vocari, nempe quando una res bis, aut ter uni legatur, & poſtea alteri ſemel inſolidum legetur, tunc enim ambo legatarii admittuntur pro virili, tanquam re conjuncti. *Cod. de legat. 23. §. ſed, & aliam.*

Cap. IV. Quæ, quibus debeantur.

Duo conjuncti habent medietatem, unus disjunctus aliam. *l. 59. eod. vide l. 9. ff. de vulgari.* ¶ Si pluribus eadem res legetur conjunctim, cuilibet debetur pars, ſi disjunctim, partes ſibi faciunt per concurſum, niſi teſtator voluerit à primo adimere, vel cuique inſolidum concedere. *l. 33. de legat. 1.*

Cap. V. Qui admittantur, vocentur, vel non.

Ex voluntate defuncti plures conjuncti vocantur in virilem, reſpectu unius defuncti, ſed inter ſe in hæreditarias portiones. *l. 34. ff. de uſu, & uſufruct. legat.* ¶ Plures conjuncti admittuntur in viriles portiones, ſi res prohibeatur alienari extra familiam. *l. 90. §. Lucius Titius, de legat. 2.* ¶ Qui ratione conjunctionis non admittitur, ut ipſe, admitti tanquam alius prohibetur. *l. 92. §. quatuor, de legat. 2.* ¶ Si ſubſtitotus præfertur conjuncto, conditione ceſſante, conjunctus admittitur. *l. 2. §. ſi duo, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.*

Cap. VI. Qui præferantur.

Conjuncti ex voluntate defuncti, ſicut præferuntur ſubſtituto, ita etiam venientibus ab inteſtato. *Bart. in l. 30. ff. de vulgari.* ¶ Conjunctus conjunctione legali præfertur conjuncto, tantum, quantum ad jus accreſcendi in uſufructu. *l. 1. §. idem ait, ff. de uſuf. accreſc.* ¶ Conjunctus re, & verbis præfertur conjuncto re tantum. *Ibid.* ¶ Ex præſumpta voluntate defuncti, conjunctus præfertur ſubſtituto. *l. 30. de vulgari.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Virtus copulæ qualitatem præcedentis legati repetit in

in ſequenti, & qualitas adjecta uni, refertur ad omnes ſub eadem clauſula comprehenſas. *l. 20. §. Cajo. ff. de fundo inſtructo.* ¶ Dictio, cum, conjungit acceſſorie in his, quorum natura una eſt, & una res alteri accedit, in aliis conjungit principaliter. *l. 1. ff. de pecul. legat.* ¶ Dictio, cum, ſive proferatur à teſtatore, ſive à lege, conjunctionem inducit. *l. 124. de legat. 1.* ¶ Dictio, æque, facit, ut conjuncti cum disjunctis æqualiter admittantur. *l. 13. ff. de uſu, & uſufruct.* ¶ Subſtitutio breviloqua vocat prius in inſtitutione conjunctos, poſtea disjunctos. *l. 41. §. qui diſcretas, ff. de vulgari.* ¶ Copula poſita inter duas orationes, non inducit conjunctionem verborum. *Bartol. in l. 42. de leg. 2.* ¶ Conjunctio poſt aditionem nihil operatur, ſed ille ſolus præfertur, qui eſt magis dilectus à teſtatore, ſed ſola conjunctio (ubi non eſt major honor) circa quemcunq; non oſtendit majorem dilectionem: ergo conjuncti ſola ratione conjunctionis, non ſunt præferendi disjunctis, *Bart. in §. ſi quis, num. fin. Auth. de hared. & Falcid.*

TITULUS DCXII.

De his, qui ante apertas tabulas, & aditam hæreditatem illam, vel aliud jus tranſmittunt, vel non.

Generalia.

De tranſmiſſione hæreditatis, *DD. in l. 4. C. qui admitti.* ¶ De tranſmiſſione hæreditatis tam in ſuis, quam in extraneis hæredibus. *per Bartol. in l. 83. de acquir. hared.*

Cap. I. Quæ, ad quos tranſmittantur, vel non.

Mulier vidua, an tranſmittat jus eligendi totum augmentum, vel dimidiam, ad formam conſuetudinis patriæ, ad ſuos hæredes. *D. Gaſp. Theſſ. quaſt. For. quaſt. 49. lib. 0.* ¶ Spurio relictum à patre legatum, aut ab hæredibus ſolutum, an tranſmittatur ad Spurii hæredes. *D. Gaſp. Theſ. quaſt. For. quaſt. 25. lib. 1.* ¶ Captivus, qui ex l. Cor. beneficio fingitur mortuus hora præambula captivitatis, an tranſmittat ſuam ſucceſſionem ad proximiores exiſtentes tempore captivitatis, an vero ad eos, qui ſunt proximiores tempore mortis? *D. Gaſp. Theſſ. quaſt. For. qu. 50. libr. 2.* ¶ Filius ratione ſuitatis hæreditatem paternam non aditam, ad matrem tranſmittere poteſt. *Ozaſch. deciſ. 58. Bart. in l. 9. ff. de jure fiſci.* ſed an infans hæreditatem patris non aditam tranſmittat ad matrem, *vide Dec. 250. & 331.* ¶ Donatio facta primogenitæ patre præmortuo, ipſa poſtea decedente in pupillari ætate, tranſmittitur ad matrem ſuperſtitem ipſius pupillæ. *Rot. Aven. deciſ. 56. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Bonorum poſſeſſio, quæ defertur infanti, eſt juris, & tranſmittitur, ſed delata furioſo eſt facti, donec eſt in furore, ideo non tranſmittitur, niſi eſſet rogatus de reſtituendo, quia tunc eſſet juris, & de differentia inter infantem, & furioſum, quoad hunc caſum, *vide per Bartol. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. furio. infan.* ¶ Sui autem ignorantes tranſmittunt hæreditatem, extranei ita demum, ſi ſciverint eſſe hæredes, alias ſecus. *gloſſ. in l. 19. C. de jur. delib.* ¶ Hæreditas poteſt adire clauſis tabulis, & quoad adeundum cedit dies à morte teſtatoris, ſed quoad tranſmittendum jura vetera ſervantur, ut non cedat dies, niſi ab adita hæreditate: fallit in filiorum perſonis, & quoties jus deliberandi tranſmittitur. *l. unic. §. in noviſſimo. C. de cad. tollend.* ¶ Filius deliberans decedens, tranſmittit hæreditatem patris ad quoscunque, & jus adeundi, quando finiatur anno, & quando tranſmittatur, *Bartol. in l. 19. C. de jur. deliber. & in l. 10. ff. de reb. dub.* ¶ Hodie ſciens hæreditatem ſibi delatam jus deliberandi, & adeundi tranſmittit ad quoscunque hæredes ſi decedat infra annum a die ſcientiæ, ut poſſint adire infra reſiduum temporis, quo elapſo excluduntur hæredes à jure adeundi. *l. 19. Cod. de jure deliber.* ¶ Quod ad hæreditatem fratris, vel ſororis, aut aliorum attinet, pupillus, vel infans tranſmittit ad hæredes ſuos beneficium reſtitutionis in integrum, adverſus omiſſam aditionem hæreditatis: hæredes enim poſſunt petere reſtitutionem ad adeundam hæreditatem ex clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa. *Andr. Gail. obſerv. 131. num. 8. lib. 2. Bartol. in l. 1. C. de reſtit. mil. & in l. 17. C. de jure delib. num. 3. & 11.* idem in impedito quocunque impedimento. *Bart. in l. 10. num. 5. de reb. dub.* ¶ Pupillus tranſmittit hæreditatem ſibi delatam, ſi tutor tempore mortis pupilli ſciverit delatam. *Bartol. conſil. 178. 178. volum. 1. vide conſil. 75. vol. 2.* nam ſcientia tutoris tribuit pupillo jus deliberandi, quod tranſmittit ad ſuos. *idem Bartol. in l. 3. C. de tutor. & curat. qui ſatisd. non deben:, vide tamen in l. 17. de jure deliber.* ¶ Conſilium pro hærede pupilli non habentis tutorem & defuncti ante aditionem, ut habeat hæreditatem pupillo delatam, *vide per Bartol. d. conſil. 178. volum. 1.* ¶ De intellectu legis cum antiquioribus C. de jure deliberand. & quod ſcientia patris ſufficiat ad hoc, ut filius impubes tranſmittat hæreditatem, *vide per Bartol. conſ. 232. volum. 1.* ¶ Tranſmiſſio, quæ fit ex potentia ſuitatis, an habeat locum in matre, ita ut ſuperſtite avo paterno, hæreditatem infans non aditam obtineat, *Excell. P. Theſſ. deciſ. 88.* ¶ Impeditus adire, tranſmittit hæreditatem, & jus ſuum ad hæredes. *Mannt. ad l. is poteſt, num. 267. ff. de acquir. hæredit. poſt librum ſui Spec. de ordine judic.* ¶ Impeditus adire propter juſtam abſentiam, ſi decedat interim jus petendi reſtitutionem ad adeundam, vel petendam bonorum poſſeſſionem ſuo hæredi relinquit. *l. 85. ff. de acquirenda vel omittend. hæred.* ¶ Si hæreditas metu pœnæ multæ mortis defuncti non adeatur, ſi interim hæres decedat, tranſmittitur, ſecus ſi aliud impedimentum impediret aditionem. *l. 3. §. eleganter, ff. ad Senatusconſult. Sylla.* ¶ Regula, quod deſcendens non tranſmittat hæreditatem non aditam ad aſcendentes, non procedit in infante. *Cravet. conſil. 210.* ¶ Fideicommiſſum non agnitum, ſeu bona hæreditaria tranſmittuntur ad filios, etiamſi clauſula codicillaris ſit in teſtamento. *Capic. deciſ. 89. num. 5.* ¶ Quicunque hæres legitimus, an tranſmittat hæreditatem, *Guid. Papon. quaſt. 300. in addit.* & de intellectu legis, qui ſe patris. *Cod. unde liber.* ¶ Poſthumus, qui in continenti & illico moritur, ad quem hæreditatem tranſmittat, *Marc. quaſt. 169. part. 2.* ¶ Infans, ſi moriatur non adita hæreditate, illam tranſmittit, *vide ibidem.* ¶ Hæreditas patris non adita tranſmittitur ad deſcendentes, ſed in linea tranſverſali non datur tranſmiſſio de jure communi. *Guid. Pap. ſingul. 909.* quod contrarium ſervatur in Regno Franciæ ex generali conſuetudine. *Papon. libr. 21. tit. 1. arreſt. 3. & 4.* ¶ Filius præteritus licet moriatur non adita hæreditate patris, tranſmittit tamen portionem hæreditatis paternæ ſibi delatam (etiam non aditam) ad matrem, fratres, & ſorores æqualiter; nam illam tranſmittit ad quoscunque hæredes. *Guid. Pap. ſingul. 776.* ¶ Inſtitutus in re certa decedens, agnitione illam tranſmittitur, ſicut legatarius. *Bart. in l. 35. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Pupillaris ſubſtitutionis, ille eſt effectus, quod pater facit filium hæredem neceſſarium, quare talis exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis pupilli non aditæ. *Bart. in l. 2. num. 46. ff. de vulgari.* ¶ Hæreditas matris tranſmittitur ad ſuos, & ſi non ſunt ſui, tranſmittitur beneficio reſtitutionis in integrum, ſi non fuit adita. *Bartol. in l. 23. ff. de reb. dub.* ¶ Filius hæreditatem matris non aditam an tranſmittat, *Bartol. conſ. 63. vol. 2. num. 4.* & quid, ſi ſit infans,

vide ibidem conſil. 75. ¶ Hæreditas matris non adita per infantem, an tranſmittatur ad amitam paternam, & an tanquam non adita pertineat ad avunculum, *vide eundem conſil. 65. volum. 2.* ¶ Ex teſtamento non poteſt eſſe hæres, qui de illius viribus dubitat, niſi ſit ſuus, & qui in omnem eventum futurum ſe hæredem cognoſcit, interim decedens hæredem tranſmittit. *l. 83. ff. de acquir. vel omit. hæred.* ¶ Jus legitimæ, & ejus ſupplementum, & trebellianicæ, tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos, *Boer. decif. 250.* ¶ Dubitans de viribus teſtamenti, quia dicebatur falſum, ſi deceſſerit, interim tranſmittit hæreditatem non aditam. *Bartol. in l. 46. ff. de acquir. hæred.* ¶ Filius in poteſtate ſtatim mortuo patre efficitur hæres ipſo jure, & hæreditatem tranſmittit ad hæredes; etiamſi de immixtione aliter non appareat. *l. 3. de jure deliber.* ¶ Hæreditatis non aditæ per patrem, vel avum nomine infantis hæredis inſtituti, & in pupillari ætate conſtituti, fit tranſmiſſio ad proximiores ipſius infantis cui ſuccedunt, ac ſi hæreditas fuiſſet adita. *Guid. Pap. quæſt. 300.*

Vel non.

An in eccleſiam, & pias cauſas, ac civitates, quibus hæreditas per fideicommiſſum reſtituenda eſt, tranſeant jura abſque reali, vel verbali reſtitutione. *Fabin. lib. 8. cap. 38. negat. leg. omnibus, ff. ad S. C. Trebellian.* ¶ Hæreditas non tranſmittitur ab ignorante. *Bartol. conſil. 12. volum. 1.* ¶ Poſthumus non tranſmittit hæreditatem ſororis non aditam ad hæredes extraneos, ſed filius in poteſtate ſic. *Bart. conſ. 22.* ¶ Si filius moriatur antequam adeat, pater non poteſt adire. *Bartol. in l. 8. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Hæreditas avi materni non tranſmittitur non adita. *Bart. conſil. 49. vol. 1. & conſ. 72. vol. 2.* ¶ Hæreditas tranſcendentis non adita, non aditur per tranſcendentem ad ejus liberos, & aditio hæreditatis probari debet per aſcendentem. *Cravet. conſ. 37. numer. 4. Natt. conſil. 656. num. 4.* ¶ Pupillo mortuo ante aditam hæreditatem per ipſius tutorem, ipſa hæreditas non tranſmittitur, ſecus in infante, cui eſt delata hæreditas patre vivente. *l. 18. C. de jure deliberand.* ¶ Frater hæreditatem ſororis non agnitam, non tranſmittit. *Guid. Pap. ſing. 481. & l. 7. C. de jure deliber.* ¶ Eſt magis communis opinio, quod hodie emancipatus non tranſmittat hæreditatem non aditam; quia in hoc non reperitur ſublata differentia. *Petr. de Raven. ſingul. 735.* ¶ Pater decedens ante aditam hæreditatem infantis, illam non tranſmittit, quia capit, ut hæres filii. *Bartol. in l. 17. de jure deliber.* ¶ Hæres hæreditatem non aditam regulariter non tranſmittit ad ſuos hæredes. *Andr. Gail. obſerv. 130. lib. 2.* ¶ Fallit in hæreditate aſcendentium: quia pater hæreditatem non aditam tranſmittit in filium. *Gail. ibid. num. 5. Cravet. conſil. 22. Marc. de Mant. ſingul. 402. & Bart. ſing. 195.* ¶ Secundo fallit in ſuis hæredibus, qui pariter hæreditatem non aditam tranſmittunt. *ibid. Gail. num. 6. in quoscunque, Dec. conſil. 331. Bartol. in l. 3. Cod. unde liberi, conſ. 30. vol. 1. & 23. ibid.* ¶ Tertio fallit in Monacho, qui tranſmittit hæreditatem aſcendentium ad Monaſterium. *d. obſerv. num. 12.* ¶ Portio, ſeu hæreditas oblata maſculo virtute ſtatuti, ſi non ſit agnita per maſculum in vita, non tranſmittitur, ſed in ea ſuccedit ſoror ejus amita. *Gram. deciſ. 103. num. 45.* ¶ Legitimi hæredes non ſui, hæreditatem non aditam non tranſmittunt ad quoscunque hæredes, legitimi autem ſui ſic. *Marc. de Mantic. ſingul. 195.* nam exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis. *Bartol. in l. 1. C. ſi minor ſe ab hæred. abſtinu. & in l. 3. C. jure deliber.* etiam fraternæ. *idem Bart. in l. 10. §. quos. ff. de vulg.* ¶ Legatum, vel fideicommiſſum conditionale, etiam ad liberos non tranſmittitur, niſi ex conjecturis aliter apparuerit. *Franc. de mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 20.* quando fideicommiſſarius decedens tranſmittat fideicommiſſum, ſeu jus fideicommiſſi. *vide per Bart. in l. 9. de legat. 1.* ¶ Hodie l. infant. C. de jure delib. quæ tranſmittit hæreditatem non aditam delatam infanti ad avum, qui habet infantem in poteſtate (non ad patrem) eſt correcta. *Jac. Put. deciſ. 378. lib. 3.* vide interpretationem illius legis. *Verul. deciſ. 67. part. 2.* ¶ Fideicommiſſum non agnitum non tranſmittitur ad hæredem idem in ſubſtitutione. *Guid. Pap. quæſt. 232. num. fin.*

Cap. II. Qui ſint effectus tranſmiſſionis.

Tranſmiſſio hæreditatis non aditæ in ſuos eſt conceſſa in portione hæreditatis eis delata: ideo neptis deſcendens ex maſculo excludit amitam à ſucceſſione avi, ſeu aviæ decedente patre, hæreditate prædictorum non adita, quando amita ex forma ſtatuti excluditur à fratre. *Vinc. de Franc. deciſ. 32.* ¶ Hæres inſtitutus tranſmittendo, facit alium hæredem. *Bartol. in l. 40. ff. de hæred. inſtituen. num. 4.*

TITULUS DCXIII.

De ſuitate.

Exiſtentia ſui hæredis ubicunque eſt filio proficua, ipſum facit hæredem ipſo jure, ſecus ſi eſſet damnoſa *Bartol. in l. 1. C. ſi minor ab hæreditate, vide ſupra tit. de acquir. hæred.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem hæreditatis, *vide titul. prox. præced.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis non operatur dato cohærede extraneo, ſecus quando habet fratrem. *Bart. in l. 20. C. de jur. delib. & in l. 9. §. idem, ff. ad Trebell.* ¶ Titulus pro hærede non habet locum in ſuis hæredibus, & filius vivo patre improprie eſt dominus rerum patris. *l. in ſuis, ff. de lib. & poſth.* ¶ De ratione, quare filius ſuus præteritus rumpat teſtamentum patris ipſo jure, *vide per Bartol. in d. l. in ſuis, num. 7.* ¶ Subſtitutio vulgaris facit de neceſſario voluntarium, & an impediat exiſtentia ſui hæredis. *vide Bartol. in l. 16. ff. eod.* ¶ Ut ſit ſuus hæres patris requiritur, quod non ſit in poteſtate alterius tempore mortis, vel conditionis exiſtentis. *l. 20. ff. eodem.* ¶ Quid operetur exiſtentia ſui hæredis. *vide per Bartol. in l. 12. ff. de vulgari.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis non impedit ſubſtitutionem vulgarem, niſi quando ſubſtitutio eſſet facta ſecundum conſilium Galli vel legis Vellejæ. *Bartol. in l. 33. §. ſi filius, ff. eodem.* ¶ Hæres ſuus præſumitur ignorare contenta in teſtamento. *Bartol. in l. 34. §. ſed ſi ſperavit, de legat. 1. vide ſupra libr. 1. titul. de juris, & fact. ignor.*

TITULUS DCXIV.

De legitima parentum, & fratrum.

Cap. I. Legitima: Qualis: Quanta ſit, & quando aucta ſit, vel non.

Legitima parentum ſit quarta pars, an vero tertia uti illa filiorum. *Roland. conſil. 39. volum. 3. quæſt. 4. Vand. libr. 1. quæſt. 50.* ¶ An legitima augeatur, ſi agatur de augmento intrinſeco, ſecus ſi de extrinſeco agatur auctis patrisfamilias facultatibus poſt ejus mortem. *Fachin. libr. 4. cap. 26. libr. 12. cap. 5.* affirmat. *l. cum quæritur, Cod. de inoffic. teſtam. leg. in ratione. 50. ad legem Falcid.* ¶ Legitima parentum hodie eſt aucta, ſicut legitima liberorum: tamen gravati fideicommiſſo ſolum detrahunt unam quartam, nempe legitimam, in quam ſunt computandi fructus medio tempore percepti, & talis legitima non poteſt minui per legata ad pias cauſas relicta. *Roland. conſil. 39. volum. 3.* contrarium tamen tenet *Cravett. conſil. 110.* nempe aſcendentem gravatum ſub conditione poſſe detra-

Digitized by Google

detrahere duas quartas. ¶ Ubi per ſtatutum, vel aliter filia non poſſet inſtituere matrem, niſi in certa parte, legitima matris cenſetur incluſa in patre illa, in qua potuit inſtitui: ideo illam non poteſt tunc mater detrahere in reliquis bonis. *Papon. libr. 20. tit. 1.* ¶ Legitima matri, & aviæ debita in bonis filii, vel nepotis, qui eam præteriit, vel in re certa inſtituit, præteritis duobus fratribus, eſt tertia totius hæreditatis ſecundum unam opinionem, & ſecundum aliam eſt tertia tertiæ dictæ hæreditatis, quam ſequutum fuit concilium. *Vincent. de Franc. deciſ. 63.* ¶ Matrem, & duos fratres habens, ſi extraneum non turpem inſtituat univerſaliter, & matrem in re certa, & illa agat ad ſupplementum legitimæ, quanta debeat eſſe legitima, nempe an tertia totius hæreditatis, vel tertia ſolius tertiæ ad ipſam pertinentis, ſi filius deceſſiſſet ab inteſtato, *vide Bartol. in l. 14. ff. de inoffic. teſt.* ¶ Patri emancipati in bonis filii pro legitima competit triens, ſecus in aliis aſcendentibus emancipantibus, & non habentibus liberos in poteſtate, *vide Bart. in l. 31. §. patri, ff. de mil. teſtam.* ¶ Legitima matris mortuo filio cum fratribus, quibus aliquid relictum eſt, extraneo univerſali hærede inſtituto, quanta eſſe debeat, *Theſſ. deciſ. 172.* ¶ Etiam legitima aſcendentium hodie eſt aucta ad inſtar legitimæ deſcendentium. *Excell. P. Theſſaur. deciſ. 172. numer. 3. Afflict. deciſ. 204.* ſecus eſt in legitima, quæ debetur fratri, vel ſorori, *Afflict. ibid. Capic. deciſ. 211. Cravet. conſil. 110. Bartol. in leg. 14. ff. de inoffic. teſtam. §. ſed noſtra, inſt. de ſucceſſ. libero.*

Cap. II. Quæ, quibus modis intelligantur.

Conſuetudo, qua parentes à fratribus & ſororibus defuncti utrinque conjunctis à legitima ſucceſſione excluduntur, ad legitimam non excluditur. *Mynſing. obſ. 43. cent. 6.* ¶ Conventio facta inter matrem, & filium, in qua filius promiſit cum juramento non alienare bona patris, extenditur etiam ad legitimam ipſius filii. *Roland. conſ. 99. vol. 4.*

Cap. III. Legitima. Quibus detur, competat, vel non.

Legitimam, an habeat mater à filio inſtituta in duabus partibus hæreditatis, quam conſuetudo dat agnatis, *Boer. deciſ. 189.* ¶ Matri competit legitima, quando excluditur virtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. *Afflict. deciſ. 38.* ¶ Legitima tranſverſalibus non datur, niſi turpi perſona inſtituta, & tunc ſolummodo eſt quarta, & non aucta. *Capic. deciſ. 211. n. 3. & 4. Cravet. conſil. 256. Natt. conſil. 478.*

Cap. IV. Quando debeatur legitima, vel non.

Legitima debetur fratri, vel ſorori in inſtitutione turpis perſonæ, ut puta ſi eſſet inſtitutus frater ſpurius, & tunc legitima eſt quarta, vel ſemis reſpective. *Afflict. deciſ. 125. & deciſ. 240. Natt. conſil. 478.* quæ dicatur tunc turpis perſona, *vide per Natt. conſil. 478.* nec in totum impugnatur totum teſtamentum, ſi aliquid ſorori fuerit relictum, ſed ſolum uſque ad legitimam. *Afflict. deciſ. 204.* ¶ Legitima ita debetur aſcendentibus, ſicut deſcendentibus, ſed in caſu detractionis legitimæ ex fideicommiſſo, aſcendens parens gravatus tenetur computare fructus, & compenſare cum legitima pro rata. *Papon. lib. 20. titul. 7. arreſt. 2. Petr. de Raven. ſingul. 231.* ¶ Matri debetur legitima in bonis filiæ, niſi ipſa filia haberet liberos etiam naturales, *Caſſad. deciſ. unica titul. de ſucceſſion. ab inteſt.* ¶ Legitima debetur ſolum liberis, vel aſcendentibus, & non debetur tranſverſalibus, niſi in uno caſu, *Caſſa. in conſuetud. Burg. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 4.*

Cap. V. Quando relinquenda.

Ingrediens Monaſterium, parentibus relinquere legitimam debet. *Bart. in Auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſ. Eccleſ. in repet. num. 8.* ¶ Uſumfructum totius dotis, an filia relinquere patri poſſit, ſola proprietate filii reſervata, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 137.*

Cap. VI. Qui ſuccedere poſſit, vel non.

Mater ſuccedens in legitima, & trebellianica pupillo ſub conditione inſtituto, an ſuccedat in fructibus per pupillum à die mortis teſtatoris perceptis, *vide Afflict. deciſ. 376. num. fin.* & ſic mater detrahit legitimam, & trebellianicam ex fideicommiſſo, filio gravato decedente pubere. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 30.*

Vel non.

In caſu, in quo mater tranſiens ad ſecunda vota, amittit proprietatem bonorum provenientium ex ſubſtantia primi mariti, in eo caſu non ſuccedit in legitima filio ex primo matrimonio nato, in bonis habitis ab hæreditate ſui patris, ut poſſit eam relinquere ſuis hæredibus. *Menoch. conſil. 237. lib. 3.* ¶ Si parentes tranſierint ad ſecunda vota, non ſuccedunt filiis ab inteſtato (etiam in legitima) quoad proprietatem, extantibus aliis filiis fratribus defuncti. *Boer. deciſ. 185. n. 6.*

Cap. VII. Qui includatur, vel non.

Quando mater excluditur per ſtatutum à ſucceſſione filii extante fratre, vel ſorore defuncti, cenſetur etiam excluſa à legitima ſecundum magis communem. *Dec. conſil. 300. num. 5.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta in forma legati, ſeu fideicommiſſi particularis, non excludit matrem à legitima filii. *Papon. lib. 20. titul. 1. arreſt. 31. titul. 3.* max. ſi mater eſſet pauper, alias ipſa ſubſtitutio pupillaris excludit matrem a legitima. *Afflict. deciſ. 310.* ſunt tamen qui contra tenent, *Cabal. milleloq. 361.*

Cap. VIII. Quæ imputentur in legitimam, vel non.

Fructus percepti per aſcendentes, an imputentur in legitimam. *Guid. Pap. quæſt. 478.* ¶ Mater à filio hæres inſtituta, rogataque de reſtituendo non imputat fructus in quartam, & parentibus debet relinqui jure inſtitutionis, & non alio titulo, ſecundum *Marc. de Mantic. ſingul. 509. Bartol. in §. fine igitur. Authent. ut cum de appellatione cognoſcitur, num. 10. Auth. licet. §. 1. C. de naturali. liber. & gloſſ. in §. fin. inſtit. de inoffic. teſtam. Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 58.*

Cap. IX. Quando detrahatur, & prohiberi poſſit.

In legitima debita matri, de bonis filiæ detrahitur lucrum ſtatutarium, quod facit maritus in dote uxoris. *Cravet. conſil. 186. num. 12.* ¶ Filius ſi ab aliquo hæres inſtituatur, teſtator poteſt prohibere, quod ejus pater in ſuis bonis nullam habeat legitimam. *Amanel. de Clariſaquis ſingul. 258.*

Cap. X. Quos effectus producat.

Legitima excludit fratrem à querela inofficioſi, ſed ſi illi eſt relictum minus legitima, agitur, filius tamen fratris non habet ipſam querelam inoffic. *Bartol. in §. 1. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Si publicentur bona filii, an talis publicatio teneat in præjudicium parentum, *Jaſ. de actio. in §. actiones autem.*

TITULUS DCXV.

De legitima liberorum.

Generalia.

DE materia legitimæ, vide multas obſervationes *per Hart. tit. de teſt. lib. 1.*

Cap. I. Legitima: Quæ dicatur.

Legitima debita filiis ſuccedit loco alimentorum. *l. 8. ff. de bonis damnatorum.* legitima loco alimentorum ſuccedere dicitur, *l. fin. §. filia de legatis 2.* & filius poteſt

privari ipſa legitima propter delictum, *DD. de Rot. deciſ. 1. num. 8. 9. titul. de conſuet. in novo.* ¶ Legitima ſtatutaria ſubrogatur legitimæ debitæ jure naturæ. *Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Luc.* ¶ Legitima inducta eſt de jure Civili, ratione naturali dictante. *Cabal. milleloq. 862.* ¶ Quot ſint quartæ in jure noſtro, *per Bart. in §. 1. inſt. de fideicom. hæredit.*

Cap. II. Qualis, Quanta ſit, & quando aucta ſit, vel non.

An legitima filiorum augeatur auctis patrisfam. bonis poſt ejus mortem. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. cap. 26.* ¶ Quanta ſit legitimæ filiorum portio, cauſata de bonis patris, quæ propter delictum ad fiſcum pervenerunt detrahi debet in caſibus in quibus ex ſtatuto, vel conſuetudine confiſcationi eſt locus. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap 95.* ¶ An legitima parentum, & fratrum ſit triens, vel quadrans. *Andr. Fachin. libr. 4. contr. cap. 28.* ¶ Quanta ſit legitima matris ſi filius teſtamento condito hæredes inſtituat duos fratres utrinque conjunctos, & matrem in legitima inſtituat. *Fachin. libr. 4. contr. cap. 29.* ¶ Legitima patris, & filii, quomodo differant. *Roland. conſil. 39. Tom. 1. numer. 12. 13.* ¶ An legitima ſit pars, quota bonor. vel hæreditatis. *Fachin. lib. 12. cap. 4.* ait hæreditatis *auth. noviſſima C. de inoffic. teſtam.* ¶ An per approbationem teſtamenti, in quo legitima fuit cum onere relicta, legitima onere ſubjecta eſſe cenſeatur. *ibid. cap. 7. negat. l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoffic. teſtam.* ¶ Filia, ſi virtute ſtatuti dotari debeat arbitrio propinquorum, non poterunt propinqui minus legitima arbitr. *Gram. deciſ. 101. num. 20.* ¶ Quando ſtatutum mandat filium debere eſſe contentam dote ſibi conſtituta, tunc dos dicitur congrua, etiam ſi ſit minor legitima. *Cravet. conſ. 10. num. 15. & conſ. 219. Mobed. conſil. 168. lib. 2. vide Dec. conſil. 26. 180. 277. & 392. & conſ. 505. Roland. conſil. 95. volum. 3.* Secus ſi ſtatutum non ita large diſponat. *Cravet. dict. conſil. 10. & conſil. 236. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 149. & conſil. 8. volum. 1.* ſed an filia dotata excluſa per ſtatutum poſſit agere ad ſupplementum congruæ dotis uſque ad legitimam, *vide Cravet. conſil. 219. & conſil. 236. Marant. in ſuo Specul. diſp. 10. & ſup. libr. 1. titul. de ſtatutis excludentibus fœminas.* ¶ Dos ut congrua dicatur, non poteſt eſſe minor legitima, etiamſi pater in teſtamento prohibuiſſet, ut filia non poſſet plus petere. *Gram. ibidem num. 33. 36. 44. & 51.* ¶ Legitima aucta à ſtatuto in augmento, habebunt locum jura communia. *Gaſp. Cabal. milleloq. 76.* ¶ Quando ex forma ſtatuti fœmina ab inteſtato (licet proximior ſit) non ſuccedit, niſi in dimidia bonorum defuncti, tunc ſi defunctus fecerit teſtamentum, & filia agat legitimam, vel ad ejus ſupplementum, ipſa legitima erit ſolum ſexta pars bonorum ipſius defuncti, vel tertia dimidiæ, quam habitura erat ab inteſtato. *Menoch. conſil. 280. lib. 3.* ¶ Legitima liberorum in bonis paternis, vel maternis, ubi ſunt infra quatuor, eſt tertia pars ejus, quod habituri eſſent ab inteſtato. *Afflict. deciſ. 76. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 4.* ſed quando ſunt quinque, vel ſupra, eſt ſemis. *Cravet. conſ. 219. Authent. noviſſima. Cod. de inoffic. teſtam.* ¶ Quartæ duæ, quas detrahit filius, continent medietatem hæreditatis, & quando ſunt quinque filii, vel ultra, continent plus, quia caſu licet legitima ſit ſemis, filius adhuc ultra ipſam legitimam detrahit trebellianicam ſecundum veriorem opinionem. *Rot. Rom. deciſ. 147. Cravet. conſil. 50.* ¶ Legitima, quæ filiis in confiſcatione bonorum debetur, qualis & quanta ſit, *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. 104. & deciſ. 93. & ſupra titul. de publicatione bonorum, lib. 1.* ¶ Legitima eſt quota bonorum, ideo jus eligendæ legitimæ ſuper aliqua re hæreditaria arbitrio boni viri datur. *Afflict. deciſ. 162.* quomodo debeat aſſignari, *Joſeph. Ludovic. deciſ. 28. Luc. num. 37. 40. 41. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 163.* ¶ Legitima ſi fuerit filio conſignata in vita patris, non augebitur, auctis facultatibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 133.* contrarium tamen fuit etiam judicatum, ut teſtatur *Raud. tract. de Analog. cap. 19. num. 59.*

Vel non.

Augmentum rerum veniens hæredi etiam ex cauſa de præterito non auget legitimam, ſicut auget falcidiam. *Afflict. deciſ. 382. Ludovic. Roman. ſingul. 128. vide tamen Boer. deciſ. 62.* verum ipſam legitimam auget naturale debitum poſt teſtatoris mortem per hæredem exactum. *Vincent. de Franc. deciſ. 61. numer. 15. vide Boer. deciſ. 62. Raud. tract. de Analog. cap. 19.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, vel non.

An ſi filio legitima à patre vivente fuerit aſſignata, auctis facultatibus patris mortis ejus tempore poſſit filius eam petere ſecundum bonorum quantitatem, quæ tempore mortis reperietur. *Andr. Fachin. lib. 4. cap. 27.* ¶ An onus de legitima rejiciatur ipſo jure, ita, ut non ſit neceſſaria petitio, & declaratio filii. *Fachin. lib. 62. cap. 10. affirmat. l. ſcimus, quoniam in prioribus Cod. de inoffic. teſtament.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta conjunctim majoribus & minoribus, intelligitur, quoad omnes fideicommiſſaria, & in tali fideicommiſſo facto filiabus non venit legitima ipſarum, nec dos materna neque bona avita *Bart. conſ. 41.*

Vel non.

Confiſcatio bonorum legitimam filiorum non comprehendit. *D. Sol. in ſuis commentar. in antiq. conſtitut. Sabaudiæ gloſſ. ult. ſuper decreto ad majorem titul. de falſis, num. 11.* ¶ Fallit in confiſcatione bonorum, facta propter rebellionem patris. *Menoch. conſil. 275. num. 58. libr. 3.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Filia, ſi in dote ſibi data à patre fuerit enormiter læſa præſumitur ab eo ſubducta. *Gram. ibidem num. 17.* quando non dicatur congrua dos, etiam ſi ſit à patre conſtituta, *Menoch. conſil. 251. libr. 3. Marant. in ſuo Specul. diſput. 10. fol. 613.* ¶ Pater dum ſui calliditate operatur, ut filia ſuæ opulentæ hæreditati renunciet, prædo magis quam conſultor dicitur. *Gram. d. deciſ. 101. num. 32.* (quando lex non confidat de patre. *Dec. conſ. 180. & 277.*) tamen dotatio filiæ facta per patrem præſumitur legitima, niſi de contrario apparere poſſit. *Grammat. num. 40. Joſeph. Ludov. deciſ. 22. Luc. numero 56.* ubi tradit duas limitationes.

Cap. V. Onus, quando imponi poſſit, & quando quis gravari poſſit in legitima, vel non.

Pupillus per ſubſtitutionem pupillarem poteſt aperte gravari in legitima. *Gail. obſerv. 19. num. 14. lib. 2. Abb. conſil. 15. lib. 2. num. fin.* non autem per ſubſtitutionem fideicommiſſa, *ibid.* ¶ Legitimæ gravamen non conſideratur, quando filio relinquitur plus legitima. *Menoch. conſil. 196. num. 15. lib. 2. Auguſt. Beron. quæſt. 87.* & ille acceptavit tacite, vel expreſſe; quia intelligitur acceptaſſe onus, etiam quoad legitimam, nulla ipſius facta mentione, cum non poſſit conſequi legitimam, niſi cum ſuo onere. *Joſeph. deciſ. 28. num. 50. vide tamen Magon. deciſ. 85. Luc.*

Vel non.

Reg. quod filius non poſſit gravari in legitima, ampliatur, licet pater vellet relinquere Deo, vel Eccleſiæ. *Gail. obſerv. 119. libr. 2.* aut alteri piæ cauſæ. *Dec. conſil. 322. & conſil. 419. Bartol. in l. 39. num. 6. C. de Epiſc. & Cleric. in Authent. de trien. & ſemiſſ. & conſil. 34. vol. 1.* ¶ Secunda ampliatur, ut procedat, etiam ſi filius teſtamentum patris approbaſſet acceptando relictum in eo, niſi

expreſſe

expreſſe renunciaſſet ipſi legitimæ, vel ejus ſupplemento. *Andr. Gail. num. 8.* nam acceptatio generalis teſtamenti, non nocet filio in ſua legitima, ſed quid de particulari, & expreſſa, *vide per Magon. deciſ. 85. num. 7. Luc. Raud. tract. de Analog. cap. 19. num. 36.* ſed quando ex approbatione teſtamenti præjudicetur legitimæ, *Cravet. conſil. 312.* ¶ Tertio ampliatur in filio ſub conditione gravato, quia is non ſolum legitimam, ſed etiam trebellianicam detrahere poteſt. *Gail. obſerv. 19. num. 10. ut ſupra dictum fuit.* ¶ Filius non poteſt in legitima gravari, & per conſequens privatus hæreditate ob non ſolutionem legatorum, legitima non privatur. *Bart. in conſil. 29. num. fin. volum. 1.* ¶ Supplementum legitimæ locum habet in matre, ſicut in patre nec poteſt in legitima aliquod onus imponi. *Guid. Pap. quæſt. 526. num. 6.* ¶ Conditio, ut patri non acquiratur uſuſtructus, non poteſt adjici in legitima. *Bart. in Authent. excipitur C. de bonis, quæ liberis.* ¶ Legitima nec qualitate, nec quantitate gravari regulariter non poteſt. *l. penult. §. cum autem, C. de inoffic. teſta. Magon. deciſ. Luc. 15. n. 5.* tamen quando gravetur, *vide ibid. num. 6.* quomodo, & quando filius poſſit gravari in ſua legitima, *Raud. tract. de Analog. cap. 19.* ¶ Legitima per ultimam voluntatem gravari non poteſt, minus per alium titulum lucrativum, ſecus per titulum oneroſum: nam pater vendendo omnia ſua bona cum pacto, quod poſt mortem ſuam fiat traditio, poteſt filium hoc modo gravare, etiam quoad legitimam, ſi probetur realis numeratio quia confeſſio non ſufficeret. *Andr. Gail. obſerv. 116. titul. 5. lib. 2.* ¶ Quotieſcunque teſtator, qui poteſt pupillariter ſubſtituere filio, gravat ipſum filium in vita ſua, vel ſi deceſſerit in pupillari ætate, relinquendo legata, vel fideicommiſſa, non poteſt eum gravare in legitima, & multo minus in bonis ipſius filii propriis, *vide Matth. Matheſ. ſing. 163. & Bart. in l. 1. §. ſubſtituere, ff. de vulg.* ¶ Emancipati, & ſi aliquando jure Civili fuerint incogniti, nuſquam tamen fraudati fuerunt legitima, ſibi jure naturæ debita. *Marc. de Mant. ſing. 562.* ¶ Legitimatione omnis macula abſtergitur, ideo legitimatus quartam habere debet. *Marc. de Mantic. ſingul. 597.* ¶ Filius dicitur creditor in legitima, quare omne gravamen de ipſa legitima deducitur. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. Affict. deciſ. 162. & deciſ. 306. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 28.* & legitima loco æris alieni habetur. *Vinc. de Franc. deciſ. 1. num. 39. Magon. deciſ. 85. Luc. Andr. Gail. obſerv. 119. lib. 2.* & fideicommiſſum eam non attingit. *deciſ. conſil. 81. 419.* & de illa poteſt teſtari *Roland. conſ. 78. vol. 1.* onuſque de legitima rejici intelligitur, ſi filius ipſe ageret contra hæredes patris, alias ſecus. *Cravet. conſ. 15. num. 15.*

Cap. VI. Cui competat: habere poſſit.

Filius ſecundi matrimonii in bonis matris debet habere legitimam, ſicut filii primi matrimonii. *Bartol. in §. optime, Authent. de nupt.* ¶ Filius naturalis tantum debet habere legitimam in bonis matris, alias haberet querelam contra teſtamentum matris. *Franc. Marc. quæſt. 12. Bart. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Filia ſi invenerit ſibi parem propter pulchritudinem, vel valorem, aut ſtrenuitatem fratris, pro modica quantitate dotis, non ex hoc debet fraudari legitima. *Gram. deciſ. 101. num. 23.* ¶ Qui habet ſubſtitutum, & eſt gravatus legatis, poteſt habere legitimam, & omittere hæreditatem. *Bartol. in l. gerit, num. 23. ff. de acquirenda hæreditat.* ¶ Filia conſequitur legitimam beneficio juris, & non patris, ideo pater cogitur dare magnam dotem filiæ, ita ut non ſit minor legitima. *Gram. deciſ. 101. num. 9.* ¶ Dedicatus ingreſſus monaſterii, non aufert poteſtatem diſponendi liberos habenti, qui non poteſt ipſis legitimam minuere, plus tamen eis relinquere, virili ſibi retenta, & eo non diſponente lex providet, ut legitima cuilibet filiorum detur. *Auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Monialis profeſſa, & dotata in ingreſſu Monaſterii à patre, etiam debet habere legitimam in bonis maternis. *Afflict. deciſ. 348.* cui moniali debetur paragium jure naturæ debitum. *Vinc. de Franc. deciſ. 44.* ¶ Legitima dicitur profectitia, quando datur filio in vita. *Vincent. de Franc. deciſ. 133.* ſed an tunc filius dicatur illam habere tit. lucrativo, *Jaſ. de act. in §. item ſi quis in fraudem, num. 32.*

Vel non.

Legitimæ nullum jus competit liberis in patris bonis illo vivente, cum ſit quota bonorum, debeaturque poſt æs alienum, & poſt mortem ipſius patris. *Ozaſ. deciſ. 172. num. 15. Marc. quæſt. 652. part. 2. Gram. deciſ. 101. num. 65. & 66. Jacob. Put. deciſ. 237. libr. 2. Mynſing. obſervat. 25. cent. 4. Gaſp. Cabal. milleloq. 81. Papon. libr. 16. titul. 4. arreſt. 5. & lib. 20. titul. 7. arreſt. 1. Cravet. conſil. 236. Maranus in ſuo Specul. de ordine jud. diſput. 10. Caſſan. in conſuet. Burgund. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 5. Guid. Pap. quæſt. 486. & quæſt. 632. in addit.* licet ipſe Guid. teneat contrarium, *vide Marc. quæſt. 199. part. 2. & Caſſa. d. §. 2. gloſſ. 5.* ubi limitat reg. ſex in caſibus, *& Bartol. in l 6 ff. de liberis agnoſcen.* ¶ Legitimam debet filius conſequi in aliis bonis, præterquam ſuppoſitis fideicommiſſo, tamen non debet eam habere in rebus deterioribus, nam tunc poſſet filius eam eligere in rebus legatis. *Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Luc. num. 33. & Crav. conſ. 109.*

Cap. VII. Quando debeatur legitima, vel non.

Legitima, an debeatur fiſco in bonis patris viventibus ſtantibus nepotibus. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 167.* ¶ An debeatur fiſco pro filio, ex quo extant filii. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 314.* ¶ Legatum factum filiæ pro nuptiis, vel quando nupſerit, antequam nubat, debetur, quatenus comprehendit legitimam. *Bartol. conſil. 41.* & ideo ſtatim peti poteſt, & tranſmittitur ad hæredes filiæ. *Abbas conſil. 92. libr. 2.* niſi per ſtatutum eſſet contrarium diſpoſitum. *ibid.* ¶ Fructus legitimæ, vel ſupplementi ipſius debentur à die mortis patris, & matris. *Boer. deciſ. 3. num. fin. Benint. deciſ. 37. num. 9. Vincent. de Franc. deciſ. 16. num. 13 Andr. Gail. obſervat. 120. num. 14. Raud. tract. de Analog. cap. 19. num. 67.* ſed aliquando ſolum debentur à die litis conteſtatæ. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. § 2. gloſſ. 5. vide Menoch. conſil. 25. 54. & 55.* & regulariter contra, quia debentur nulla facta interpellatione à die mortis. *Natt. conſ. 156. num. 11.* ¶ Legitima cadit ſub generali hypotheca, & cenſetur debita filio, mortuo patre antequam petatur. *Menoch. conſil. 77. vol. 1.* ¶ Legitima debetur filiæ in bonis patris, etiamſi à marito dotetur. *Vincent. de Franc. dec. 119.* ¶ Legitima à filio debetur titulo lucrativo, ideo relicta nepoti ab avo, & eidem à patre, tantum ſemel debetur. *Alviſ. de Albert. ſingul. 112.* ¶ Legitima debetur filio in vita patris, tamen ipſo patre vivo nullum jus competit filio, & dicitur debita, quia in illa poteſt pater filium defraudare, niſi ex cauſa ingratitudinis, *Bartol. in §. ſi quis, Auth. de hæred. Falcid. vide Abb. conſil. 65. in fine. libr. 1.* ¶ Legitima debetur ex ipſa ſubſtantia defuncti, & non ſecundum numerum redituum. *Afflict. deciſ. 382.* nam legitima eſt bonorum portio, non autem hæreditatis. *Afflict. ibidem.* & detrahitur ex uno, vel pluribus prædiis viri boni arbitrio. *Put. deciſ. 420. libr. 1.* aut arbitrio Judicis. *Dec. conſil. 81. num. 7.* ¶ Legitima, vel ejus ſupplementum debetur ab hærede, ideo legatarii non poſſunt conveniri, niſi prius hærede diſcuſſo, tunc enim hærede non exiſtente ſolvendo ipſi legatarii poſſunt conveniri pro rata. *Boer. deciſ. 145. Papon. libr. 20. tit. 4. arreſt. 8. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 163. n. 20.*

Natt. conſil. 199. Tomo 1. & conſil. 238. Tomo 2. ſed an, & quando legatarii debeant contribuere cum hærede, in legitimæ ſolutionem, *per Dec. conſil. 633.* ¶ Supplementum legitimæ debetur per hæredem univerſalem, & non de corporibus hæreditariis legatis, niſi legata eſſent exceſſiva. *Papon. libr. 20. titul. 7. arreſt. 4. Roland. conſil. 12. volum. 1.* ¶ Quando teſtator inſtituit filiam pro ſua legitima in aliqua ſumma pecuniæ, & filia agit ad ſupplementum, illud pariter debetur in pecunia, ſecus, quando repudiata pecunia relicta, (quæ non ſufficiebat pro legitima) filia ageret ad totam ipſam legitimam, tunc enim debent ex corporibus hæreditariis. *Papon. arreſt. 3. libr. 20. titul. 7.* ¶ Legitima debetur ſecundum legem, vel conſuetudinem vigentem in loco, ubi bona ſunt ſita reſpective. *Papon. libro 20. titul. 1. arreſt. 14.* ¶ Legitima debetur de corporibus hæreditariis, neque cogitur filius eam acceptare in alia re, veluti in pecunia. *Ozaſch. deciſ. 148. numero fin. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. fin.* contrarium tenet *Guid. Pap. quaſt. 487. vide Boer. deciſ. 204. numero 13.* verum legitima ſine difficultate poteſt relinqui in pecunia hæreditaria. *Raud. tractat. de Analog. cap. 19. num. 50.*

Vel non.

Legitima in vita patris filiis non debetur, nec illis auferri poteſt, minus confiſcari (niſi ex diſpoſitione ſtatuti) & tunc etiam nepotes exiſtentes tempore banni, præferuntur fiſco. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 21. num. 24.* ¶ Legitima non debetur niſi ei; qui erat ſucceſſurus ab inteſtato, & obtinet primum locum in ſucceſſione. *Natt. conſil. 199. Tomo 1. & conſil. 238. Tomo 2.* ¶ Legitima cum ſit quota bonorum, non debetur, niſi deductis ære alieno, & funeris impenſa. *Caſſ. in conſuet. Burgund. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 4. l. 8. § quarta. ff. de inoffic. teſtam. l. 5. C. ad Trebellian.* Propterea creditores hæreditarii excludunt filium à legitima, ſi æs alienum totum exhauriat patrimonium. *Ozaſc. deciſ. 148. numero 12. Franc. Marc. quaſt. 433. Andr. Gail. obſerv. 119. numero 11. Cravet. conſil. 219. Jaſ. de actio. §. item ſi quis in fraudem, num. 50.* etiam debitum hæredi, *Cravet. conſ. 156.* quod procedit in ære alieno neceſſario, ſecus in voluntario. *Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Luc. num. 17.* ¶ Legitima non debetur, niſi prius deducto ære alieno; & donec ſententia feratur ſuper ipſo ære alieno, legitimæ conſignatio non eſt facienda filio, licet offerat cautionem de ſervando hæredem illæſum. *Vincent. de Franc. deciſ. 127. vide ibid.* tamen filius pro legitima, & ejus fructibus præfertur creditoribus hæredis. *Vinc. de Franc. deciſ. 374.* ¶ Defalcatum per legitimam portionem filio, nullo jure eſt debitum, ideo ſolvens quocunque errore repetit. *Bart. in l. 1. n. 5. ff. de con. indeb.* ¶ Legitima non debetur in bonis feudalibus filiabus. *Cravet. conſ. 236. D. Sol. in ſuis comment. in antiqu. conſt. Sabaudiæ gloſſ. 2. ſuper 2. part. decreti, Rolant. tit. de feudis. fol. 56.* ¶ In poteſtate inſtituti eſſe non debet voluntatem teſtatoris irritam reddere. *Ozaſ. deciſ. 126.* Ideo repudianti hæreditatem non debetur legitima. *num. 15.* ſicut non debetur propter ingratitudinem. *Boer. deciſ. 209.* uno tamen caſu filius, qui poteſt ſuccedere patri, habere legitimam poteſt, & repudiare cætera, *vide Bartol. in l. 20. §. ſerv. ff. de acquir. hæred. & in l. 3. ff. ſi quid in fraud. patr. Dec. in l. 3. C. de impub.* ¶ Facto inhabili à ſucceſſione (veluti per renunciationem) non debetur legitima, etiamſi eſſet de liberis. *vide Cabal. milleloq. 471. Cravet. conſ. 611. num. 13.* ¶ Legitima non debetur filio de lucro, quod debetur alteri filio, ratione operarum ſuarum, neque de bonis ſubjectis reſtitutioni fideicommiſſi. *Cravet. conſil. 765.* ¶ Legitima non debetur ab inteſt. *Cravet. conſil. 202. num. 11.*

Cap. VIII. Quando relinquenda, vel non.

An patris teſtamentum inter liberos valeat, ſi uni ex filiis legitimam abſque titulo inſtitutionis relinquat. *Andr. Fach. libr. 4. contr. cap. 24.* ¶ An legitima aſcendentibus ſit relinquenda titulo Inſtitutionis, ut teſtamentum valeat. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. cap. 30.* ¶ An mater, vel avia cum relinquunt filio, ut nepoti legitimam portionem, vel etiam hæreditatem liceat eam conditionem quantum ad legitimam adjicere, ut uſusfructus patri non acquiratur. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 21.* ¶ An pater aſſignare legitimam filio poſſit in pecunia numerata. *Andr. Fach. lib. 3. contr. cap. 33.* ¶ An teſtamentum valeat, in quo parens filio aliquid pro ſua legitima reliquit. *Andr. Fach. libr. 4. contr. cap. 25.* ¶ Pater, vel mater dummodo relinquat legitimam filiis, de cæteris bonis poteſt arbitrio ſuo diſponere. *Cravet. conſil. 142. & conſil. 256. §. 1. Authent. ut liceat matri, & aviæ.* ¶ Pater poteſt uni filio plus relinquere, quam aliis, dummodo illis relinquat legitimam, & ſi ex aliqua rationabili cauſa hoc faciat pater, non poterunt fratres æqualiter inter ipſos dividere contra voluntatem patris. *Dec. conſil. 547* ¶ Pater an teneatur relinquere filio legitimam jure inſtitutionis, *vide Excell. P. Theſſaur. deciſ. 58. Boer. deciſ. 267. Clar. in §. teſtamentum quaſt. 38. Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des ſucceſſions. Rubr. 7. § 3. gloſſ. 7. Bartol. in Authent. noviſſima. C. de inoffic. teſt.* ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris ſuſtinetur teſtamentum quoquo modo fuerit legitima relicta. *Alex. conſil. 112. volum. 1.* ¶ Pater peccat dum integram legitimam filiæ non relinquit. *Gram. deciſ. 101. n. 59.* & relinquens minus legitima, videtur impius, & non ſanæ mentis. *Raud. tractat. de Analog. cap. 19. num. 34.* ¶ Legitima debet aſſignari ex re mediocri, & non meliori, vel viliori. *Caſſa. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 4. num. 5.* ¶ Ingrediens religionem, ad minus debet filiis legitimam, vel filiabus relinquere, plus poteſt (etiam poſt ingreſſum) eis relinquere, dummodo retineat ſibi partem pro virili. *cap. ſi qua mulier. 19. quaſt. 3.* alias ſi quis habens filios ingrediatur Monaſterium, filiis datur legitima, & alia bona Monaſterio acquiruntur. *Dec. conſil. 426. num. 8.* ¶ Si pater diſſipat bona ſua, poteſt officio judicis cogi ad inſtantiam filii, ad aſſignandum ſibi legitimam, vel ſaltem tot bona, quæ aſcendant ad perceptionem alimentorum. *Petrus de Raven. ſingul. 469. Hippol. ſingul. 613.* Nam licet quis ſit rei ſuæ legitimus moderator, & arbiter, tamen hoc non procedit in diſſipante bona ſua contra bonos mores: quia intereſt Reipublicæ, ne quis re ſua malè utatur. *Harttm. cap. 8. titul. de teſtament. lib. 2.* ¶ Uſusfructus, an poſſit pro legitima relinqui, *Boer. deciſ. 147. num. 14. Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Luc. 100. & 103.* ¶ Fiſcus publicatis bonis tenetur dotare filias delinquentis, ſed quid in legitima danda filiis, *vide Beninc. deciſ. 91.* ¶ Uſumfructum totius dotis an filia patri relinquere poſſit ſola proprietate filiis reſervata, *vide Excell. P. Theſſ. deciſ. 137.*

Vel non.

Filio emancipato minus legitima relinqui poteſt, & teſtamentum non erit nullum ſi ſervetur conſilium, *Bartol. de quo in l. 39. ff. de vulg.* ¶ Patrem non cogi in vita aſſignare filio legitimam ſcribunt pariter *Beninc. deciſ. 89. Vinc. de Franc. deciſ. 133.* etiam pro condemnatione filii (niſi ex diſpoſitione ſtatuti) *Jul. Clar. in ſua Pract. §. final. quaſt. 86. vide Jaſ. de action. in §. actiones autem. num. 91. & Bartol. in l. 1. §. impuberi. ff. de collat.* ſed an filio invito pater poſſit aſſignare ſuam legitimam, *vide eundem de Franc. deciſ. 133.* ¶ Legitima ſemel à patre conſtituta, ſi illam filius, vel filia conſumpſerit, ad iteratam ejus aſſignationem non obligatur pater. *Ozaſ. deciſ.*

deciſ. 124. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. n. 56. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 2. gl. fin. Bart. in l. 23. §. ſi poſt ff. ſolut. matr.

Cap. IX. Quando peti poſſit, vel non.

An filius poſſit patre monaſterium ingreſſo, & religionem profeſſo adhuc vivente legitimam portionem petere. And. Fachin. libr. 6. cont. cap. 13. ¶ An mater quæ ad ſecunda votra tranſivit legitimæ ſupplementum petere poſſit in bonis filii primo matrimonio ſuſcepti, qui minus ex legitima portione ei reliquit. Andr. Fach. lib. 3. cone. cap. 63. ¶ Quando filius fuit inſtitutus in minus legitima ex eo quod pater expenderit in vita circa eum, an hoc non obſtante, filius poſſit petere ſupplementum legitimæ Boer. deciſ. 14. ¶ Legitimæ ſupplementum qua forma petatur, Boer. d. 250. num. fin. & qua actione, ſeu condictione, vide Gail. obſerv. 120. libr. 2. aut interdicto. Papon. libr. 20. tit. 4. arreſt. 9. ¶ Filia, quæ renunciavit bonis paternis, & legitimæ propter dotem, ſi poſtea pater inſtituerit eam in dotibus, & uno turono, poterit petere ſupplementum legitimæ ex cauſa teſtati, non obſtante renunciatione, & ſic talis inſtitutio potius nocet, quam proſit. Mann. in ſuo Spec. de ordin judic. diſput. 10. num. 06. ſed ſi filia approbaverit teſtamentum, & denuo renunciaverit, non poteſt amplius audiri. Menoch. conſil. 71. volum. 1. ¶ Repletio legitimæ an fiat ipſo jure, vel debeat peti, Bartol. in leg. 36 ff. eo de inoffic. ¶ Nepotes poſſunt petere legitimam in bonis avi, vel aviæ patre, vel matre præmortua, non obſtante quittatione. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. ¶ Pater ſi relinquat filiæ centum pro dote, hoc adjecto, quod nihil aliud petere poſſit, licet ipſa filia ſimpliciter acceptaſſet legatum, non ex hoc ſibi præjudicat, quin petere poſſit ſupplementum legitimæ. Gramm. deciſ. 100. num. 116. Dec. conſil. 89 num. 4. 228. 322. 419 546. & conſ. 666. idem in filio. Guid. Papon. quæſt. 93. Papon. libr. 20. tit. 7. arreſt. 6. vide l. 35. §. generaliter. C. de inofficio. teſtamen. & l. 14. & ibid. gloſſ. C. de rei vendic. ¶ Filia, quæ in contractu matrimonii promiſit renunciare bonis paternis, quæ poſtea non renunciavit, non obſtante hac promiſſione de renunciando, poterit petere legitimam, vel ejus ſuplementum non obſtante juramento. Boer. deciſion. 3. Myuſing. obſerv. 7. cent. 2. Papon. lib. 16. tit 4. arreſt. 12. ¶ Frater aſſignans ſorori partem, de qua vocet ſe contentam, promittens plus non petere, non ex hoc illa impeditur petere ſupplementum legitimæ, de qua ſpecialis mentio facta non fuit. Gramm. deciſ. 57 num. 23. & deciſ. 100. num. 50. nam renunciatio generalis jurata facta per filiam non extenditur ad legitimam, cui in ſpecie renunciari debet, ut excludatur filia, Gram. deciſ. 57. num. 26. eundem deciſion. 101. num. 31. 93. 74. 79 89. 90. 103. 105. Boer. deciſion. 3. num. 7. & deciſion. 14. & 62. n. 83. & 35. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 28. num. 18. & 56. Mynſing. obſerv. 36. cent. 1. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 12. Raud. tract. de analog. cap. 22. num. 134. Roland. conſil. 70. volum. 2. num. 40. Maran. in ſuo Spec. de ordin. judic. diſput 20. tamen ad legitimam remittendam verba generalia valent, quando in jure aliæ prodeſſe nequeunt. Cravet. conſil. 1. pro genero num. 344. idem quando quis excluditur à lege Dec. conſil. 300. num. 5. & quando juravit. Roland. conſil. 70. n. 40. volum. 2. vide Menoch. conſ. 71. vol. 1. ubi ſcribit alias limitationes. ſupra tit. de reſcinden. contract. in genere. ¶ Legitima cui debetur facit, ut ille poſſit impugnare teſtamentum. Gramm. deciſ. 57. num. 34. ¶ Dos ſi datur per patrem filiæ minus legitima, ipſa filia conqueri poteſt. Gramm. deciſ. 101. & petere ſupplementum legitimæ. ibid. num. 16. 24. 26. & 38. nam dos non poteſt eſſe minus legitima. Boer. deciſ. 3. num. 12. quia ſuccedit loco legitimæ. idem deciſ. 62. tamen an dos ſuccedat loco legitimæ, vide eundem deciſ. 104. num. 11. Guid. Pap. ſing. 909. Bartol. in l. 7. §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr. ¶ Filius, cujus pater poſt teſtamentum ingreſſus eſt Religionem (relicta prius illi legitima) illam petere poteſt non ſpectata morte naturali ipſius patris, Pet. de Raven. ſingul. 195. ¶ Filius an poſſit petere legimam, ſi pater ingrediatur Monaſterium, vide plene per Bartol. Corſet. in ſuis ſingularibus: litera L. ſingul. legitima, quod peti non poſſit, niſi poſt mortem patris, ſcribit Bart. in Authen, ſi qua mulier in repet. num. 22. C. de Sacroſan. Eccleſ. vide num. 23. gloſſ. in verbo. detur, §. illud quoque, Aut. de Menoch. ¶ Si pater cum bonis ſuis, & filio impubere, ſe obtulerit Monaſterio, filius factus major exire poteſt Religionem, & legitimam à Monaſterio petere, c. cum ſcimus. ext. de teſtamen. ¶ Filia poteſt repudiare dictum legatum, & petere legitimam in bonis, & ſubſtantia patris, vel matris. Dec. conſilio 236. num. 15. idem in filio. Natt. conſil. 157. Tom. 1.

Vel non.

Filia excluſa ab inteſtato per ſtatutum legitimam petere non poteſt: nam legitima dicitur tertia pars ejus, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato, ſed eo caſu nihil debetur, ergo, &c. Cravet. conſilio 236. nec filia agere poteſt ad ſupplementum legitimæ ſtatuto, vel conſuetudine hoc prohibente. Boer. deciſ. 188. Dec. conſil. 26. & conſil. 797. Cravet. conſil. 236. ¶ Filia ob incongruam dotem, nedum poteſt ſupplementum petere legitimæ ſed etiam fructus. Gramm. deciſ. 101. num. 41.

Cap. X. Quando amittatur, tollatur, præſcribatur, vel non.

An filius amittat legitimam, propter inventarium non confectum. Andr. Fachin. libr. 4. contr. cap. 34. ¶ An filius legitimam portionem amittat, ſi legata pia neglexerit, Andr. Fach. libr. 6. contr. cap. 73.

Vel non.

Legitima non amittitur ob inventarium non confectum. Ozaſ. deciſ. 148. & deciſ. 181. num. 08. Franc. Marc. quæſt. 37. Vincent. de Franc. deciſ. 11. num. 22. Alviſ. de Alber. ſing. 67. Bartol. in Authen. ſed cum, num. 11. C. ad leg. Falcid. niſi de fraude, & bonorum interpretatione manifeſte probetur. And. Gail. obſerv. 138. num. 14. lib. 2. ſed an filius, qui non fecit inventarium, amittat trebellianicam, Dec. conſ. 236. quid ſi teſtator eſſet miles, vide eundem Dec. conſil. 578. ¶ Licet filius juraſſet attendere, & obſervare contenta in teſtamento paterno, non ob id videtur renunciaſſe detractioni legitimæ, & trebellianicæ. Guid. Papon. quæſt. 427. Boer. deciſ. 14. vide tamen ibidem num. 10. & Joſeph. Ludov. deciſ. 28. Luc. numer. 30. 44. 45. 46. 47. & 48. ¶ Confeſſioni patris vendentis omnia bona, & confitentis cum juramento pretium recepiſſe, in præjudicium filiorum non ſtatur. Ozaſ. deciſ. 172. num. 14. Minus dicentis plura debita contraxiſſe, ne aperiatur via fraudandi filios, & agnatos. Ozaſ. d. deciſ. 172. n. 22. Abb. conſ. 85. num. fin. lib. 2.

Tollatur.

An legitima filiorum ſtatuto tolli poſſit, Andr. Fachin. lib. 4. cont. cap. 22. ¶ Legitima poteſt tolli, nedum minui per ſtatutum, vel conſuetudinem favore agnationis, & familiæ, quæ per maſculos conſervatur, Gramm. deciſ. 101. num. 61. vide Franc. Mant. tract. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 22. num. 41. Cravet. conſ. 207. libr. 3. Natt. conſ. 201. n. 3. Menoch. conſ. 289 libr. 3. & Abb. conſ. 92. lib. 2. imo poteſt quidem minui, vel augeri, ſed non in totum tolli, Boer. deciſ. 188. num 9. Capel. Thol. qu. 438. DD. de Rota. deciſ. 1. de conſuetut. in nov. Mynſing. obſervat. 43. cent. 6. Gail. obſerv. 122. libr. 2. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 4. Natt. conſil. 308. Bartol. in l. 70. §. Titio genero ff. de conditio. & dem. ¶ Princeps per ſuum reſcriptum poteſt tollere filio quartam jure naturæ debitam. Guid. ſing. 1022.

Vel non.

Legitima non minuitur propter legata, etiam facta

pro reſtitutione male ablatorum, aut ob recompenſationem ſervitiorum, niſi de his aliter conſtiterit. *Cravet. conſil. 142. num. 4. conſil. 216. num. 4. Roland. conſilio 65. volum. 1. Crav. conſil. 165.* ¶ Legitima non minuitur per donationes: quia debitum ex donatione dicitur æs alienum non neceſſarium. *Cravet. conſil. 142. num. 5. Roland. conſil. 65. num. 29. vol. 1.* quod procedit in filiis jam natis, ſecus in naſcituris. *Cravet. d. conſ. 142.*

Præſcribatur.

Jus agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur, niſi ſpatio 30. annorum. *Boer. deciſion. 250. Mohed. deciſ. 151. Jac. Put. deciſ. 127. Myunſing. obſerv 72. cent. 2. Caſſan. in conſuetu. Burg. tit. des ſucceſſions. § 3 gloſſ. 8. vide Guid. Papon. quæſt. 82. Goil. obſerv. 120. libr. 2. Dec. conſil. 304. Menoch. conſ. 81. vol. 1. numer. 28. & conſil. 251. num. 22. Fmac. Crem. ſingularib. 129. Natt. conſilio 156. & Bartol. conſil. 14. vol. 1*

Cap. XI. Quando alienari poſſit, vel non.

Filius quantumcunque prohibitus uſque ad legitimam ſibi competentem ſine onere, poteſt de bonis prohibitis alienare. *Gramm. deciſ. 105. num. 46. Magon. d. deciſion. 35. Rot. Flor. vide Dec. conſil. 236, num. 9.* & hoc verum, ſi alienaverit inter vivos ſine fraude fideicommiſſarii, ſecus ſi in ultima voluntate. *Guid. Papon. quæſt. 606. vide quæſt. 611. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 163. n 19.* ¶ De ipſis bonis alienando hæres videtur primo loco alienata, alienaſſe pro ſua legitima in qua non potuit gravari, *Vinc. de Franc. deciſion. 80. num. 20. Magon. deciſion. 16. Rot. Floren. Roland. conſilio 79. vol. 1. num. 10. Menoch. conſil. 232. num. 5. lib. 3.*

Cap. XII. Quomodo reſtituenda.

An aliquis ſit modus juri conſentaneus quo legitima filiorum ſubjici reſtitutioni queat. *And. Fach. lib. 5. cont. cap. 96.* ¶ Filius gravatus ad reſtituendam totam hæreditatem, videtur gravatus in legitima: Ideo tunc tenetur computare in eam fructus perceptos. *vide Natt conſil. 321. num. 5.* faciunt notata per Auguſt. *Bero.* ¶ Pater poteſt gravare filium in legitima illum inſtituendo hæredem, in omnibus bonis, & alteri relinquendo uſumfructum illorum. *Vincent. de Franc. deciſ. 293. num. final. vide tamen Papon. libr. 20. titul. 1. arreſt. 15.* ¶ Legitima eſt (vigore fideicommiſſi, illam includentis) reſtituenda, quando filii in diviſione illud fideicommiſſum approbarunt. *Rand tract. de Analog. cap. 19. num. 42.* ¶ Quando inſtitutio filii ultra portionem ſuæ legitimæ eum gravari, etiam legitimam reſtituere vel fructus ex bonis ei ultra legitimam relictis perceptos in eam imputare, tunc filius tenetur id præſtare, atque ita deducere non poterit legitimam, ſed eam reſtituere, vel fructus prædictos in illam imputare. *Menoch. conſ. 196. num. 14. lib. 2.* ¶ Filius etiam poteſt gravari in legitima, quando pater ſuper illa facit fideicommiſſum reciprocum. *Menoch. conſ. 196. num. 16.* ¶ Item quando ille, cui debetur legitima tempore conditi teſtamenti (in quo gravabatur in ipſa legitima) erat præſens, & conſenſit, & inde acceptavit, relictum cum onere gravaminis, comprobando diſpoſitionem teſtatoris tunc enim dicitur renunciare ſuæ legitimæ *ibid. num. 20.* ſed quando dubitaretur, an teſtator voluerit apponere gravamen legitimæ, quid juris, *vide ibidem num. 22.* ¶ Bona, in quibus filius, vel alius poteſt gravari, deducuntur ab ei ſuccedentibus tanquam æs alienum, & in reſiduo debet ſervari voluntas ipſius gravati. *c. Raynaldus extr. de teſtam. & ibidem gloſſ.* ¶ Filia poteſt gravari in dote, quatenus ei eſt ultra legitimam. *l. final. §. filia de leg. 2.*

Cap. XIII. Qui excludatur, vel non.

An filia ſucceſſioni paternæ renuncians juxta cap. quamvis de pac. in 6. excludatur à legitima. *And. Fach. lib. 3. contr. cap. 52.* ¶ Filius non adimplens diſpoſitionem paternam, quando privetur legitima, vel hæreditate, *Bartol. in §. ſi quis, numer. 7. Authen. de hered. & falcid.*

Vel non.

Filii ex nullis cauſis privantur legitima, niſi ex illis, quæ inofficioſi querelam excludunt. *Ozaſ. 148. numer. 8.* imo filius non poteſt privari legitima per patrem, etiamſi ex pacto approbaviſſet teſtamentum ipſius patris illo vivo, tamen ubi cognito teſtamento poſt mortem patris illud non impugnaverit expreſſe, & tanto magis ſi judicium paternum agnoverit, non poterit ipſe filius, nec ejus hæredes venire contra teſtamentum. *Guid. quæſt. 96.* ſed quid, ſi dictum pactum eſſet juramentum. *Guid. qu. 96. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 28. num. 19.* ¶ Non poteſt inveniri cautela, propter quam filius poſſit privari ſua legitima, *vide tamen Caſſan. in conſuetud. tit. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 5. num. 27.* ¶ Publicatis bonis, filiifam delinquentis vivente patre, non cenſetur publicata legitima ei debita, poſt mortem ipſius patris. *Menoch. conſil. 77. num. 27. lib. 1.* ¶ Statutum licet excludat à ſucceſſione, non tamen excludit à ſupplemento legitimæ. *Gramm. deciſ. 141. num. 46. & 47. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 21* (quando excludat, *Gramm. ibidem num. 72.*) quia legitima non comprehenditur ſub generali diſpoſitione. *Grammat. deciſ. 101. num. 49.*

Cap. XIV. Quando tranſmittatur, vel non.

Filius decedens ante patrem non tranſmittit legitimam. *Bart. in l. ſi arrogator. ff. de adopt.* ¶ Legitimæ dominium tranſit in filium hæredem in ea inſtitutum. *Raud tract. de analog. c. 19. num. 69.* ¶ Quarta, quæ debetur filio impuberi arrogato tranſmittitur ad hæredes. *Bart. in l. ſi arrogator. ff. de adoption.* ¶ Debitum bonorum ſubſidium (quod legitima vocatur) ad hæredes tranſmittitur, etiam non agnatum *deciſ. 57 num. 5.* & ad extraneos. *Boer. deciſ. 250. Joſeph. Ludovic. deciſ. 28. Luc. num. 27. Benint. deciſ. 57. num. 26. Gail. obſerv. 120. lib. 2. n. 17. Magon. deciſ. 10. Rot. Flor. Menoch. conſil. 251. Crav. conſ. 142. 312. Dec. conſ. 81. 218. & 304. Natt. conſ. 199. Tom. 1. & conſ. 238. Tom. 2.*

Cap. XV. Quæ imputentur in legitimam, vel non.

An id quod filii primi matrimonii avocant à noverca, vel vitrico imputare debeant in legitimam debitam ex bonis parentis. *And. Fach. lib. 3. contr. cap. 70.* ¶ Licet legitima debita filio diminuat quamlibet rem æqualiter, tamen ante omnia imputatur in legitimam, quicquid filius alius percepit de patrimonio teſtatoris, vel percipere poteſt judicio ipſius, ſive jure hæreditario, ſive jure legati, vel vi conditionis, aut alio modo. *Natt. conſ. 199. num. 3.* ¶ Quando creditores filii gravati agunt contra fideicommiſſarium ratione legitimæ, & trebellianicæ, & fideicommiſſarius allegat gravatum alienaſſe bona, quæ ſufficiunt pro ſua legitima, & trebellianica tunc idem fideicommiſſarius tenetur probare, quot res reliquiſſet teſtator, & quanti erant valoris ad effectum, ut non ignoretur ad quantum adſcendant legitima, & trebellianica. *Natt. conſil. 332.* ¶ Legatum nepotibus nondum natis factum ab avo, patris contemplatione relictum cenſetur: ideo eis in legitimam imputatur. *Natt. conſ. 501. num. 16.* alias legatum dotis factum per avum nepti, dicitur relictum ejus contemplatione, & non filii, qui propterea non tenetur ipſam dotem ſuæ filiæ legatam, computare in ſuam legitimam. *Menoch. conſil. 151. lib. 2.* nam tale legatum non cenſetur factum animo compenſandi cum legitima filii, ſi neptis erat infans, & non nubilis, alias ſecus, *Borg. Caval. deciſ. 25. de commiſſ. part. 2. num. 40. Magon. deciſ. 13. num. 4. Rot. Flor. Dec. conſil.*

conſil. 81. & Cravet. conſil. 219. ¶ Officium emptum per patrem, ſeu pecunia pro illo ſoluta, imputatur filio in ſuam legitimam ſicut imputatur militia illi empta. *Roland. conſilio 11. vol. 2.* ¶ Item donatio facta à patre filio, quæ ab initio non valuit, ſed fuit morte patris confirmata, imputatur. *Roland. ibidem num. 31.* ¶ Idem in donatione filio facta contemplatione matrimonii. *Roland. conſ. 44. num. 30. vol. 4.* ¶ Nepotes ex filia tenentur computare in eorum legitimam, quam prætendunt in bonis avi, eorum matre præcedente, dotem maternam, *Menoch. conſ. 153. libr. 2. vide Excell. P. Theſſau. deciſion. 237.* (quo loci ſcribit Reg. cum ampliationibus, & limitationibus,) *& Hart. cap. 6. tit. de dote lib. 2* & ſi quid poſtea dotis additione fuerit datum ex bonis avi, *Menoch. conſil. 154. lib. 2.* ¶ Teſtator legando aliquid illi, coi debetur legitima, cenſetur legare animo compenſandi cum legitima, ipſi legatario debita. *Menoch. conſ. 206. num. 84. libr. 2.* ¶ Filius ſi ſit inſtitutus in minori parte, quam ſit legitima, & ſibi factum fuerit legatum, legitima ſuppleri debet de legato ſibi facto. *Amanel. de Clariſ. ſquis, ſingul. 12. Bartol. conſ. 34. vol. 1.* vel alias agit ad ſupplementum. *l. quoniam. C. de inoffic. teſtament. & l. omnimodo. ibidem.* ¶ Tria ſunt, quæ computantur in quartam, nempe dos, donatio propter nuptias, & datum cauſa militiæ. *Bart. in leg. 20. C. de collatio. vide Excell. P. Theſſau. deciſ. 46. in fine. & l. omnimodo. §. imputari. C de inoffic teſtament.* ¶ Datum cauſa conditionis implendæ, computatur in legitimam. *leg. 8. ſi conditioni. ff. de inoffic. teſtament. & ibid. Bartol. in l. 36. ff. de dona. cauſ mor.* ¶ Libertates minuant legitimam. *Bartol. in l. 8. §. quarta. ff. de inoffic. teſtament.* ¶ Datum inter vivos, ut computetur in quartam, quem excludit, & in collationem venit, & ad ſupplementum agi debet. *l. 25. ff. de inoffic. teſtament.* ¶ Quæ condito teſtamento in legitimam computantur, debent etiam conferri, quando ab inteſtato ſucceditur, non è contra illa, quæ ab inteſtato conferuntur, debent in legitimam computari facto teſtamento, niſi hoc reperiatur expreſſe cautum. *l. pen. C. de collatio.* ¶ Fructus percepti ultra legitimam contra voluntatem teſtatoris imputantur filio in legitimam, dummodo apparet de mente ipſius teſtatoris. *Joſ. deciſ. 28. num. 105. vide tamen numero 110.* ¶ In legitimam ſolum imputantur bona alienata ex cauſa voluntaria, quæ provenerunt in utilitatem hæredis. *Cravet. conſil. 315.* ¶ In legitimam imputantur bona alienata, etiam quod alienatio fuerit facta titulo lucrativo, nec in alienatione voluntaria requiritur, quod pretium convertator in utilitatem alienantis; & etiam in ipſam legitimam imputantur omnia, ſive immobilia, aut ſe moventia, & nomina debitorum. *Joſeph. deciſion. 6. 28. num. 112.* ¶ Fructus hæreditatis in legitimam, & trebellianicam in liberis primi gradus non imputantur. *Caſſad. deciſ. 2. tit. de ſubſtitutio. Magon. deciſ. 55. Luc. Cravet. conſil. 16. Bartol. in l. 8. §. unde. ff. de inoffic. teſtament.* niſi poſt litem conteſtatam. *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. ext. de teſtament. vide l. 8. §. unde ſi quis. ff. de mor. teſtament.* ¶ Legitimæ imputatur quicquid à patre quovis titulo filius conſequitur. *Put. deciſion. 212. lib 3.* ¶ In liquidatione legitimæ habetur ratio omnium bonorum, & jurium hæreditaris. *Vincent. de Franc. deciſion. 61. num. 15. & 16. vide Rand. tract. de analog. cap. 19. num. 57.* ¶ Filia res donatas à patre tempore nuptiarum in legitimam computare tenetur. *And. Gail. obſerv. 91. lib. 2. num. 5.* & de dote non eſt dubitandum *ibid. Papon. libr. 20 titul. 7. Arreſt. fin. vide Dec. conſil. 628. & Bartol. in l. 1. C. de rei uxor. act. Ludov. Roma. ſingul. 763. Bartol. in d. l. unica. num. 15. C. de rei uxor. act.* ¶ Legatum vel fideicommiſſum relictum à patre filio debet ſibi in legitimam imputari. *Franc. Manc. tract. de conject. ultim. volunt. libr. 10. tit. 2.* quod declara, *ut ibid. num. 8.* ¶ Feudum hæreditarium computatur filiis in legitimam. *Vinc. de Franc. deciſion. 368. part 2.* ¶ In legitimam an imputetur donatio facta filio contemplatione clericatus, & quid de militia per patrem filio quæſitam, *Cravet. conſil. 136.* ¶ In legitimam imputatur donatio ob cauſam, ſed non imputatur donatio ſimplex facta filio cum juramento, quæ ab initio ſtatim valet, ſed quando dicatur ob cauſam in hac materia. *Cravet. conſil. 136.* ¶ Legitimæ computatio fit cumulando etiam bona dotata aliis filiis. *Cravet. conſ. 165. num. final.* ¶ Quod pater pro condemnatione filii ſolvit, an debeat filio in legitimam imputari, *Joſ. de act. in §. actiones autem, num. 90.* ¶ Emphyteuſis data patri pro ſe & liberis, computatur in legitimam, ſed non in trebellianicam. *Mann. in ſua reper. ad l. u poteſt. ff. de acquir. hered. num. 28. poſt librum ſui Spec. ſed limita, ibid.* ¶ Feudum imputatur filio in legitimam. *Capic. deciſ. 2. num. 5.* niſi eſſet feudum ex pacto, & providentia tranſlatum in filiom, ut filium, non ut hæredem. *Hippol. ſing. 32.* ¶ Pater quicquid offert monaſterio tempore ingreſſus, debet computari (ad inſtar dotis) in legitimam. *Abb. conſ. 111. lib. 2.* ¶ Feudum an imputetur in legitimam. *vide Clar in ſuo tract. de feudis § feudum. quæſt. 46. in ſua Prac.* ¶ Filius poſt alienationem, & conſimtionem velit nolit, tenetur rem alienatam imputare in ſuam legitimam, & illi non licet variare, *Magon. deciſion. 35. num. 22.*

Vel non.

Quando frater eſt debitor ſororum pro ſupplemento legitimæ, ſi dederit aliquid illis in diſpoſitione inter vivos, cenſetur donare animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ debitæ. *Cravet. conſil 131. numer. 14.* ¶ Data per patrem filio emancipato non ſunt imputanda in legitimam filii, niſi aliter ſit actum, vel aliter ex inſtrumento emancipationis colligi poſſit. *Magon. deciſion. 84. Luc. Bartol. in l. 71. num. 6. de leg. 2. tamen Lud. Rom. ſing. 763.* ¶ Donatio ſimplex non imputatur in legitimam. *Amanel. de Clariſaq. ſing. 97.* ſecus in ea quæ ſit filiæ, nam illa præſumitur facta à patre animo dotandi. *Rot. deciſ. 56. Pap. libr. 16. titul. 4. arreſt. 18.* & dos, vel legatum factum filiæ, illi imputatur in ſuam legitimam. *Bart. conſ. 44. vol. 1.* ¶ Si pater ſolverit pro filio capto ab hoſtibus centum, mortuo patre ipſe filius non tenetur ſibi illa centum computare in ſuam legitimam. *Guid. Papon. ſingul. 709* quid ſi ſolverit cauſa ſtudii, *vide Bart. in leg. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collatio.* ¶ Donatio facta per patrem filio inter vivos, tanquam bene merito, non computatur in legitimam, niſi hoc fuiſſet expreſſum per donantem, vel teſtatorem. *Guid. ſing. 769. vide Bartol. in l. 71. num. 6. de legat. 2. & in l. 1 §. parens. ff. ſi quis à parente fuerit emancipatus.* ¶ Filii primi gradus, & nepotes, qui reperiuntur in primo gradu (patre præmortuo) non computant fructus in legitimam, & trebelſianicam, *Papon. lib. 20. titul. 7. arreſt. 1.* quod etiam procedit in omnibus aliis deſcendentibus, qui poſſunt prætendere legitimam, & trebelſianicam, niſi teſtator expreſſe dixerit, fructus eſſe compenſandos cum trebelſianica, vel econtra. *ibidem.* ¶ Filius non computat ſibi in legitimam, quod pro eo pater exdendit, niſi patre aliter in vita diſponente. *Amanel. ſingul. 122.* ¶ Ipſa quoque filia non tenetur computare tale legatum dotis, licet illa (mortuo patre) uti hæres ipſius peteret legitimam debitam patri ſuo. *Menoch. conſ. 183. lib. 2.* ¶ Minus debet computari in legitimam debitam dictæ filiæ in bonis ſui patris. *idem Menoch. conſil. 151. num. 18.*

Cap. XVII. Quando detrahi poſſit, vel non.

An detractioni trebelſianicæ ſit locus cum legitima eſt ſemis. *Andr. Fach. libr. 5. cont. cap. 3.* ¶ An gravatus pater onere fideicommiſſum conditionalis à filio poſſit detrahere duas quartas. *Roland. conſ. 39. num. 8. & conſ. 12. num. 8.*

num. 8. lib. 1. ait unum tantum. ¶ An deduci poſſit de bonis alii relictis, ſi filius non fecit inventarium. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 316.* ¶ Et falcidia quando ſimul detrahantur. *idem deciſion. 251.* ¶ An filius rogatus reſtituere hæreditatem poſſit detrahere legitimam, & trebellianicam, *Andr. Fachin. lib. 5. cont. cap. 2.* ¶ Ex quibus rebua legitima filiorum ſit detrahenda. *Andr. Fachin. lib. 4. contr. cap. 2.* ¶ Mater non poteſt ſubſtituere filio directo, ideo non obſtante ſubſtitutione materna recta impuberi, detrahuntur legitima, & trebellianica. *Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 23.* fallit una caſu, de quo vide *ibidem.* ¶ Si mater hæres univerſalis ſit inſtituta, & poſt ejus mortem filius, tale teſtamentum valet, detracta legitima. *Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 15.* ¶ Legitimæ detractio ſemel tantum fieri debet. *Cravet. conſ. 161. num. final.* ¶ Uſusfructus legitimæ filii non poteſt matri aut alteri extraneo dari. *Boer. deciſ. 194.* ideo de legato uſusfructus omnium bonorum legitima filiorum detrahi debet, quæ filiis cum proprietate, & uſufructu debetur. *Dec. conſ. 290. vide Bartol. in l. 37. ff. de uſufructu legato.* ¶ Legitima detrahitur per filium gravatum, etiamſi fideicommiſſum piæ cauſæ debeatur, & eſt potentior aliis quartis. *Lud. deciſ. 28. num. 7. & 8. DD. de Rot. deciſion. 12. tit. de teſtam. in antiq.* nam non minuitur per legata etiam facta ad pias cauſas, quia eſt potentior legatis, & debet relinqui titulo honorabili. *Joſ. ibid. num. 9. vide And. Gail. obſerv. 120. libr. 2. num. 15.* relictum tamen factum filio debet intelligi jure inſtitutionis, ſi in præcedentibus hoc dictum ſit. *Bartol. conſil. 27. vol. 1.* ¶ Legitimam etiam de fideicommiſſo particulari detrahi poſſe, communi Doctorum opinione receptum eſt. *Ozaſ. deciſion. 34. n. 24.* ſed tunc talis hæres particularis gravatua non detrahit trebellianicam. *Cravet. conſil. 131. num. 13. vide infra tit. de trebellian.* ¶ Ipſa legitima deduci debet de rebus non prohibitis alienari, & ſic non poteſt eligi per filium in bonis alienari prohibitis per teſtatorem, niſi non extarent alia bona. *Gramm. deciſion. 93. num. 5. 6. 7.* quando ex tali prohibitione inducitur fideicommiſſum favore agnationis. *Magon. deciſ. 85. Luc.* & prædicta procedunt etiam in fideicommiſſo particulari, *Menoch. conſil. 44. n. 24. vol. 1.* nec filius pro ſua legitima poteſt eligere rem quam velit, hoc enim ſpectat ad Judicis arbitrium. *Cabal. millelogu. 468. Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 163. num. 16. & Dec. conſ. 237.* ¶ Poſthumus gravatus reſtituere hæreditatem ab inteſtato per clauſulam codicillarem, quando detrahat duas quartas, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 141.* ¶ Hærea filius ſub conditione poſt mortem gravatus legitimam ſtatim detrahit, & conditione adveniente trebellianicam. *cap. Raynaldus ext. de teſtament. & c. Raynutius ibidem. Afflict. deciſ. 367. Boer. deciſion. 156. Caſſad. deciſ. 2. titul. de ſubſtitutio.* & habere debet dimidiam hæreditatis. *Cravet. conſil. 50. Dec. conſ. 202. num. fin. & 218. Franc. Crem. ſing. 74. Rol. conſil. 6. vol. 4.* quam dimidiam etiam detrahit hæres filii gravati. *Dec. conſil. 228. 300. & conſil. 547. gl. l. 10. C. ad leg. Falcid.* & præmiſſa ſunt vera etiam in filio naturali legitimato. *Dec. conſ. 257,* fallit, ubi in certis rebus inſtitueretur, quia tunc non poſſet detrahere trebellianicam. *Rot. Avenio. deciſ. 147. in deciſ. diverſo. & Franc. Crem. ſingul. 74.* ¶ Filius gravatus de reſtituendo detrahit duaa quartas, ſecus quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionia, quia tunc detrahit ſolum legitimam. *Guid. Pap. quæſt. 52. Franc. Marc. quæſt. 432.* vel ſuſtinetur virtute clauſulæ codicillaris. *Guid. quæſt. 513. vide Andr. Gail. obſerv. 121. lib. 2. num. 11. Magon. deciſ. 92. numer. 20. Rot. Floren.* nam filius pure gravatus ſolam legitimam detrahit. *Cravet. conſ. 200. numero final. & conſ. 242. Dec. conſil. 321. Bartol. in l. 10. C. ad leg. Falcid. & in conſ. 20. & 44.* idem quando eſt gravatus reſtituere extraneo. *Roland. conſ. 78. vol. 1.* ¶ Detractio legitimæ intelligitur ſolum de illa, quæ pertinebat ad hæredem gravatum, omiſſa illa, quæ fuerat confuſa in hæreditate, *vide Papon. libr. 20. titul. 4. arreſt. 3.* ¶ Soror ſi ſit hæres fratis gravati de reſtituendo loco pio ſolum habet facultatem detrahendi legitimam debitam fratri in bonis paternis, quæ legitima tunc erit tertia pars dimidiæ hæreditatis. *Papon. libr. 20. tit. 7. arreſt. 7.*

Vel non.

Legitima non poteſt detrahi, quando eſt facta prohibitio alienationis in totum, vel in partem, & filius ſe immiſcuerit. *Ludov. deciſ. 28. numer. 43. & 49.* quando adſunt alia bona. *ibidem num. 67.* ¶ Legitima non detrahitur de feudo, in quo ſolus primogenitus ſuccedit: quia feudum tale de ſui natura dividi non poteſt, ut inde legitima detrahatur, tamen ſi fuerit feudum novum emptum per patrem, tunc legitima capitur in pecunia de æſtimatione feudi. *Capic. deciſ. 2. vide Cravet. conſil. 256.* nam ipſa legitima non debetur de bonia feudalibus, ſed de allodialibus. *Franc. Marc. quæſt. 335. Roland. conſil. 71. num. 58. volum. 2.* ¶ Legitima filii non debet detrahi de Regno, vel Ducatu, aut Comitatu. *Guid. Papon. quæſt. 476. & quæſt. 487. Papon. lib. 20. titul. 7. arreſt. 5. Guid. ſing. 511.* ¶ Quando in contractu matrimonii ſit pactum, quod primogenirus ſuccedat, vel aliter in aliquibus bonis, tunc vocatus admittitur ad illa bona abſque onere detractionia legitimæ. *Dec. conſil. 578.*

Cap. XVIII. Quando eligi non poſſit.

Legitima eligi non poteſt in bonis, in quibus alius fuit ſubſtitutua, ſi alia ſuperſunt. *Cravet. conſil. 19. num. 14.* ſed pro illa agi debet contra hæredem, *idem conſ. 312.* ¶ Limita, quando bona ſubjecta ſubſtitutioni, vel legata eſſent de melioribus rebus hæreditariis. *Cravet. conſ. 19. num. 14. conſil. 110. & 312.* nam legitima fiſco non poteſt aſſignari in re deteriori, nec à patre hoc fieri poteſt. *Joſeph. Ludov. Peruſ. 65. num. 16. 18. part. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 163.*

Cap. XIX. Quando prohiberi poſſit, vel non.

Licet nullum onus poſſit imponi legitimæ, tamen poteſt prohiberi alienari uſque ad 30. annos, & valet prohibitio, niſi filius repudiaſſet hæreditatem paternam cum juramento. *Boer. deciſ. 87. vide Vincent. de Franc. deciſ. 149. num. 38. Rot. Florent.* ſed teſtator, an poſſit prohibere filio alienationem ſuæ legitimæ *Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 73.* ¶ Teſtator, an poſſit prohibere detractionem legitimæ, ut non poſſit detrahi ab hærede filii gravati impuberis, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum, quæſt. 72.* cæterum quando filius gravatus ad pubertatem pervenerit, ſemper hæres filii poterit legitimam detrahere, ſive fuerit inſtitutus à filio, ſive non. *Clar. d. quæſtion. 72.* ¶ Teſtator ſi prohibeat filioa vendere ante 25. annum quicquam de bonis hæreditariia ſine licentia tutoris, talia prohibitio adeo valet, ut nec etiam intra tempus prohibitionis filius poterit legitimam alienare, nec tali præcepto renunciare. *Natt. conſil. 528. vide Auguſt. Bero. quæſt. 87.* & hoc caſu legitima non venit in confiſcatione bonorum, *vide ibidem d. quæſt. 87.* quia licet legitimæ onua imponi non poſſit, tamen quando pater volens providere imbecillitati filiorum, prohibuit alienationem ſuorum bonorum, uſque ad certum tempus valet prohibitio. *Roland. conſil. 21. num. 30. vol. 1. & conſ. 98. num. 25. vol. 2. Auguſt. Bero. qu. 87.* quod intellige, quando prohibitio ſolum fuiſſet facta uſque ad 25. ann. ſecus ſi uſque ad 40. ann. *Menoch. conſ. 57. vol. 1.*

Vel non.

Legitimam non dicitur filius habere pleno jure, niſi eam libere alienare poſſet; ideo ipſa legitima non inducitur ſub prohibitione alienationis. *Joſeph. Ludov. deciſ.*

deciſion. Luc. 18. num. 23. ¶ Renuncians ſucceſſioni in ampla forma non intelligitur renunciare legitimæ ſibi competenti, niſi de ipſa legitima fuerit facta expreſſa mentio in renunciatione. *Gram. deciſ. 101. num. 5.*

Cap. XIX. Actio ut querela, &c. quando competat, vel non.

Pro legitima, aut ejus ſupplemento competunt tres actiones, nempe condictio ex lege, actio ex teſtamento, & petitio hæreditatis; de quibus *vide Cravet. conſ. 312.* ¶ Quando petitur tota legitima, ad illam agi poteſt generaliter, quando agitur ad ſupplementum, ad illud tantum particulariter agitur. *Cravet. conſ. 312.* ¶ Quando aliquid eſt relictum jure inſtitutionis, agitur ad ſupplementum legitimæ, ſed tunc contra quos agat filius, & an poſſit propria auctoritate bona occupare, & multa alia de materia, *vide per Bart. in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtament. & in Authen. de triente, & ſemiſſe.* ¶ Sicut ſi ab initio minus legitima relinquatur, agitur ad ſupplementum leg timæ, ita ſi ex poſt facto legitima minuatur per evictionem. *leg. pen. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Liberis in teſtamento nominatis, & juſſis certis rebus eſſe contentis, teſtamentum tenet, ſed filius agit ad ſupplementum condictione ex lege, ſi minus legitima habeat. *§. hac autem, Authen. ut cum de appell. cognoſ.* ¶ Bona patris non ſunt obligata filio pro legitima ipſius, ſed ſolum habet filius condictionem ex lege, contra hæredem patris: tamen ipſi filio competit rei vendicatio pro ipſa legitima contra tertios poſſeſſores, qoando hæres non poſſidet tantum, quod ſufficiat pro legitima. *Afflict. deciſ. 162. vide Gramm. deciſ. 90. Jacob. Put. deciſion. 37. & 135. lib. 2. Cabal. milleloq. 811. Vinc. de Franc. deciſion. 368. num. 6. 17. & deciſion. 374. lib 2 Cravet. conſil. 109. & conſ. 312. Dec. conſ. 235.* ¶ Supplementum legitimæ non venit in fideicommiſſo univerſali, quæ lege debetur, omni gravamine remoto, quamvis filius fuiſſet in plus inſtitutus, quam aſcendere poſſit legitima. *Guid. Papon. quæſt. 303.* ¶ Quando filius, vel filia, quæ renunciavit hæreditati paternæ tempore donationis, poſt mortem patris agit ad ſupplementum legitimæ, quia fuit læſa, an habeatur ratio valoris bonorum exiſtentium tempore donationis, vel exiſtentium tempore mortis patris, ſi bona eſſent aucta poſt ipſam donationem quæſtio eſt diſputabilis, de qua *vide per Gramm. deciſ. 57. Boer deciſ. 62. Alex. Rand. tract. de analog. cap. 19. num. 48. 54. Dec. conſilio 277. & Menoch. conſil. 71. vol. 1.* ¶ Filia admittitur ad agendum ad ſupplementum legitimæ non obſtante dotatione, inſpectis tamen facultatibus patris extantibus tempore donationis, & non aliis poſtea quæſitis. *Papon. libr. 16. titul. 4. arreſt. 1.* & per conſequens ex bonis poſtea quæſitis non debetur legitima. *ibidem Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. §. 2. gloſſ. 5.* tamen quod debeat inſpici tempus mortis, & ſecundum valorem bonorum exiſtentium eo tempore eſſe faciendam æſtimationem ſcribit *Natt. conſil. 156.* ¶ Quando pater amiſit omnia ſua in ludo, nunquid filii poſſint revocare bona amiſſa uſque ad legitimam. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. §. 2. gl. 5. in verbo quando.* ¶ Filius inſtitutus in legitima, licet hæreditatem adiverit, tamen poteſt alienata in fraudem revocare. *Bartol. in l. 2. num. 7. C. ſi in fraud. patro.* ¶ Filius fraudatus legitima reſpectu inofficioſæ dotis per patrem forori conſtitutæ, ſeu promiſſæ, non agit revocatoria conſtante matrimonio, ſed poſt, *Afflict. deciſ. 86.* fuit tamen contrarium judicatum, ut teſtatur. *Vinc. de Franc. deciſ. 104. vide tit. C. de inoffic. dot. & Gramm. deciſ. 90.* ¶ Filius nullam habet revocationem bonorum per patrem alienatorum titulo oneroſo, niſi venditio fuiſſet ſimulata, vel facta pro minori pretio, aut non appareret de ſolutione pretii, niſi per confeſſionem patris, his enim duobus caſibus admittitur querela uſque ad legitimam, & datur revocatoria contra doloſum emptorem. *Gaſp. Cabal. milloq. 82. vide Jaſon. de action. in §. item ſi quis in fraudem. Menoch. conſil. 226. num. 52. lib. 3. & conſ. 279. num. 38. Bart. in l. 2. C. ſi in fraud. patro.* nam alienata per patrem (etiam titulo oneroſo) in fraudem legitimæ filio debitæ poſt mortem patris per filios revocantur. *vide Ludov. Rom. ſingul. 616.* & per alienationem omnium bonorum fraus præſumitur. *ibid. & Bart. in l. 2. ff. ſi apparente*, nec ſtatur confeſſioni patris vendentis omnia bona (& confitentis cum juramento pretium recepiſſe) in præjudicium filiorum. *Ozaſ. deciſ. 172. num. 14.*

Vel non.

Idem quando tale ſit legatum cum clauſula illa, pro omni jure ſibi competente ſuper hæreditate, ſucceſſione, & bonis ipſius teſtatoris, quocunque modo, &c. tunc enim ſi legatarius nulla facta proteſtatione acceptaverit legatum minus legitima, non poterit amplius agere ad ſupplementum ipſius. *Menoch. conſil. 206. num. 65.* ¶ Ex communi pro legitima non datur jus reale in bonis patris à tertio poſſeſſis. *Magon. deciſ. Luc. 66. num. 5.* quod etiam procedit in dote à patre legata, niſi poſt celebratum matrimonium. *ibid. vide tamen Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. de conſtitut. redit. art. 1. gloſſ. 14. num. 39.* ¶ Querela inofficioſæ donationis non competit filio, qui fuit in legitima inſtitutus, & ab eo multa legata facta. *Bartol. in l. 1. C. de inoffic. dona.*

Cap. XX. Filius: Pater: Quæ facere poſſit, vel non.

An filius in re propria gravatus poſſit legitimam portionem retinere, & reliquam hæreditatem repudiare, ſi ſubſtitutum habeat vulgarem. *And. Fachin. lib. 6. cont. cap. 57.* ¶ An filius poſſit patre bona ſua diſſipante petere portionem ſibi aſſignari pro alimentis, vel pro legitima. *Fachin. lib. 12. cap. 59.* affirmat pro alimentis. *l. imperator fin. ad S. C. Trebellian.* negat pro legitima. ¶ Mulier ſecundo nubens poteſt liberis ſecundi matrimonii naſcituris omnia bona relinquere excepta priorum legitima, ſecus in ſecundo viro, cum ita non poteſt libere relinquere. *Boer. deciſ. 200.* nam filiis ſecundi viri ex alia uxore, vel ipſi viro non poteſt relinquere ſuo arbitrio, ſed ſi reliquerit, filii primi matrimonii debent prius detrahere, & præcipuam habere ſuam legitimam, & deinceps bona debent dividi inter vitricum, & ipſius filios, & filios primi matrimonii, prout ſcribit *Boer. deciſ. 201. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium. Marc. quæſt. 85. part. 2. Crav. conſ. 142. & conſ. 149. Abb. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Filius pro legitima, vel illius ſupplemento non habet jus inſiſtendi ſuper una re, vel hypothecariam ſuper paternis bonis: ideo cogitur reſtituere, ſalva ſua legitima. *Rot. Avenio deciſ. 52. in deciſ. divers. Tom. 2. Rand. tract. de analog. cap. 19. num. 66.* quia non poteſt pro ſua legitima poſſeſſionem rerum hæreditariarum propria auctoritate acquirere. *Bartol. in l. 2. C. quomodo, & quando quarta pars lib. 10.* ¶ Filius cui pater legitimæ, & legatorum optionem detulit altero electo, non poterit variare. *Dec. conſil. 687.* ¶ Filius bona relicta poſſidendo declarat ex juris diſpoſitione ſe illa poſſidere pro ſua legitima. *Pat. deciſ. 217. libr. 3.* ¶ Pater poteſt omnia bona ſua vendere, & projicere pretium in mare, in præjudicium liberorum. *Crav. conſ. 217. vide Jaſ. de act. §. item ſi quis in fraudem.*

Cap. XXI. Quos effectus producat.

Hæres etiam facto inventario, tenetur obſervare factum defuncti reſpectu legitimæ. *Menoch. conſ. 89. numer. 149. volum. 1.* ¶ Teſtamentum in totum reſcinditur quoad inſtitutionem, ſi filii hodie non habeant trientem.

tem. *Bartol. in Authen. de non eligendo ſecundo nubentium num. 10.* ¶ Filius licet habeat legitimam per fideicommiſſum univerſale, poteſt tamen dicere teſtamentum nullum. *Bartol. in Auth. ut cum de appellatione cognoſcitur.* ¶ Fideicommiſſa facta in legitima filiorum, non tenent, *Bartol. conſ 13. num. 9. vol. 1.* ¶ Hæres, qui legitimam filio relictam non ſolvit, ſed judiciorum ſtrepitum expectavit, in pœna tertii pluris condemnari debet *l. 33. C. de inoffic. teſtament.* ¶ Pactum factum patri per filium de non agendo querela, vel petendo ſupplementum legitimæ, illi non nocet, quo minus poſt mortem patris agere poſſit. *l. 34 §. illud. C. eod.* ¶ Filius in legitima inſtitutua, an ſit hæres, vel legatarius. *vide l. 14. & ibid. gl. C. de rei vendic.* ¶ Si mulier ſecundo nubens fecerit extraneum dotem ſuam ſtipulari animo donandi cauſa mortis, ea mortua donatio revocatur per filios primi matrimonii uſque ad debitum bonorum ſubſidium, niſi in reſiduo patrimonii inveniatur legitima. *l. 2. C. de donat. cauſ. mort.* ¶ Gravatus in legitima habet juſtam cauſam omittendi, & non tenetur edicto, ſi quia omiſſa cauſa. *leg. 5 ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Donatio inofficioſa collata in filium, vel nepotem, aut aſum uſque ad legitimam revocatur. *l. 89. §. Imperator, de leg. 2.*

Cap. XXII. Qui faciat partem, vel non.

Fœminæ faciunt partem, & augent numerum liberorum, ſtante ſtatuto, quod excludantur à ſucceſſione propter maſculos, tamen in hæreditatis computatione, & legitimæ debet haberi ratio de dotibus ipſis filiabua datis. *Capic. deciſ. 158. num. 4. & 7. vide eundem deciſ. 211. num. final. Guid. Papon. quæſt. 399. Boer. deciſ. 104. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ 29. num. 35. Dec. conſ. 300. numer. 2. & 607. num. 15. Caſſan. in conſuetud. Burg. titul. des ſucceſſions. Rub. 7. § 22. gloſſ. 10. num 29. Excell. P. Theſſau. deciſ. 159.* ſed ſtatutum, quod mulieres dotatæ non faciant partem, quomodo intelligatur. *Dec. conſ. 346.* ¶ Idem eſt in filia, quæ renunciavit. *Boer. deciſ. 104. vide eundem Capic. deciſ. 158. Gramm. deciſ. 101. num. 27. & num. 72. Cabal. milleloq 561. Gail. obſerv. 122. num. 17. libr. 2.* ſed quid in aliis perſonis, quæ non poſſunt ſuccedere, an faciant partem. *Boer. deciſion. 104. Guid. Papon. quæſt. 295. Papon. libr. 16. tit. 4. arreſt. 11. & lib. 20 tit. 7. arreſt. 7.* ¶ Filia, quæ renunciavit cum juramento bonia paternis computatur, & numeratur inter liberos, & facit partem, licet non admittatur ad partem, ſed ejus portio remanet, & accreſcit hæredi, cui pater providiſſe videtur. *Mynſing. obſ. 22. cent. 4. Guid. Papon. ſing. 777.*

Vel non.

Filius tamen legitime exhæredatua non computatur in numero liberorum: idem in Monacho Franciſcano, qui habetur pro mortuo. *Gail. obſerv. 122. n. 18. Marc. de Mant. ſing. 558 Natt. conſil. 156. n. 13. Menoch. conſilio 207. n. 52. lib. 2.* idem in filia effecta moniali, *vide Menoch. conſ. 247. num. 53. lib. 3.*

Cap. XXIII. Miſcellanea.

Legitimæ jura ſunt credibilia. *Magon. deciſion. 10. num. 21. 28. Rot. Flor.* ¶ Legitimæ magis dicitur creditor filiua quam trebellianicæ & falcidæ, quia legitima dicitur melioria conditionis, quam verum debitum ex diſpoſitione legis, *Joſeph. de Ludovic. deciſion. 28. num. 4. 5. 6.*

TITULUS DCXVI.

De conditionibus in genere appoſitis ultimis voluntatibus.

Generalia.

De conjecturis, quæ verſantur circa conditiones. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 10. titul. 5.* ¶ De materia conditionum, *per Bartol. in l. 1. & tot. tit. ff. de condic. & demonſt.*

Cap. I. Conditio quæ dicatur.

Conditio in præſens, aut præteritum tempus concepta, non eſt proprie conditio, ſed quæ ſit vera, & propria conditio, *Ozaſ. deciſ. 146. num. 9.*

Cap. II. Qualis ſit.

Inter illam conditionem, cum fari potuerit, & poſtquam fari potuerit, multum intereſt. *l. 217. ff. de verb. oblig.* ¶ Conditio tacita, & expreſſa non differunt. *Bartol. in l. 17. §. marito. ff. de dol. mal. & met. except.* ¶ Dicta conditio ſi habuerit liberos, quomodo differat ab ea, ſi deceſſerit ſine liberis. *Bartol. in l. 79. ff. ad Senatusconſ. Trebellia.* ¶ Quoad conditionis defectum, ſufficit extare liberos tempore mortis, licet non ſint hæredes, *l. 117. §. cum quis de leg. 1. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 13. poſt Alex. conſil. 175. vol. 3.* ¶ Conditio duplex eſt, alia enim dicitur ſuſpenſiva, & alia reſolutiva, ſed qualiter inter ſe differant hæ conditionea, & quomodo una ab alia cognoſcatur, *per Menoch. conſil. 388. n. 15. lib. 5.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Conditio intelligi debet, ut poſſit operari adeſſe, & non eſſe. *Vincent. de Franc. deciſ. 153. num. 10. Cravet. conſ. 28.* ¶ Si teſtator ſcribat aliquem eſſe contentum aliqua certa re, pro his, quæ in teſtamento reliquerat, intelligitur de relictis pure, non ſub conditione. *leg. 27. §. Pomponius. de leg. 5.* ¶ Conditio facta, his verbis, ſi deceſſerit ſine liberis debet intelligi de his, quos rogatus habere, poteſt. *l. hæredibus. §. Titius nepos ad Treb.* ¶ Conditio, ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitime procreatis deceſſerit, quomodo intelligatur, *Ozaſc. deciſ. 326. n. 8.* ¶ Hæc conditio, ſi meua erit, intelligitur inſolidum, ſi teſtator hoc cenſuerit, alias ſecus. *l. 66. §. ſervos, de leg. 3.* ¶ Tacita conditio, ſi gravatus ſine liberis deceſſerit, quando intelligatur pulchre ampliatur, & declaratur procedere, etiam pia cauſa ſubſtitute *per Mant. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 7.* ſed quando ceſſat hæc tacita conditio, *ibid. tit. 8.* ¶ Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligitur deſuper venientibus ad S. C. Treb. *leg. ex facto §. ſi quis autem Pap. libr. 20. titul. 3. arreſt. 18.* ¶ Conditio, ſi deceſſerit ſine hæredibus intelligitur, ſi ſine liberis. *l. ex facto, §. fin. ff. ad Senat. Treb. Dec. conſil. 594. Pap. lib. 17. tit. 3. arreſt. 6.* quando veniant etiam extranei hæredes, *vide eund. Dec. conſilio 295.* ſed an liberi debeant eſſe hæredes, *Man. ibid. num. 9. Cravet. conſil. 131. num. 7.* ſi dictum ſit ſine legitimia hæredibua, intelligitur de omnibus legitimis ſucceſſoribus. *ibidem Man. num. 10.* quod quando teſtator dixit ſine hæredibua à ſuo corpore procreatis *Cravet. conſ. 38. Dec. conſil. 298. & conſ. 594.* ¶ Verba conditionis ſunt ſtricte interpretanda, & debent intelligi de primo actu: ideo ſi conditio ſemel defecerit ceſſat diſpoſitio, nec ſufficit conditionem poſtea impleri, *Cravet. conſilio 208.* ¶ Conditio mutiana quando habeat locum. *gl. in l. 2. C. de indicta viduitate.*

Cap. IV. Quæ important conditionem.

Conditio importatur per illa verba, quando matrimonio collocabitur. *Cravet. conſil. 15.* ¶ Verbum futuri temporis conditionem importat, & formam. *Ozaſch. deciſ. 171.* ¶ Quando teſtator vocat ſuos ſucceſſores ſub aliqua qualitate ille, qui contendit ſe admitti ad ſucceſſionem duo præcipue debet probare, nempe ſe vocatum, & habere illam qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tempore mortis teſtatoris, & teſtamenti, vel ſufficiat adeſſe tempore purificatæ conditionis. *per Menoch. conſil. 196. vol. 2.* ¶ Relativum junctum verbo futuri temporis, quando faciat conditionem, & quando non, *Bart. in conſ. 63. vol. 2.*

Cap. V.

Cap. V. Quæ faciant conditionem, quando exiſtat.

Dictiones, quoad, quandiu, donec, & dum, faciunt conditionem. *Bart. in l. 1. C. de leg. 4.* ¶ Conditio in ultimis voluntatibus non trahitur retro, ſecus in contractibus in conditione caſuali. *Bart. in l. 5. §. ſi maritus ff. de don. inter virum & uxorem.* ¶ Licet exiterit conditio, tamen expectanda eſt dies, quæ ſupereſt. *l. 35. ff. de uſu, & uſufr. legat.* ¶ Conditio, quæ de jure exiſtere debet, ſufficit, quod de facto exiſtat ad hoc, ut de facto quis in mora conſtituatur. *ibid. num. 22.* ¶ Ablativus abſolutus facit conditionem. *Abb. conſ. 9. libr. 2. num. 3. in fine.* ¶ Pronomen, meum, adjectum certo corpori, & verbo præſentis temporis facit taxationem, ſi vero verbo futuri temporis conditionem. *l. 83. de leg. 3.* ¶ Ablativi abſoluti non ſolum conditionem, ſed etiam diſpoſitionem inducunt, quando referuntur ad eos, quos teſtator poteſt gravare. *l. 11. §. cum eſſet de leg. 3.* ¶ Tempus certæ ætatis honorati, facit conditionem, ſecus in tempore ſimplici. *leg. 51. §. hoc autem, de leg. 1.*

Vel non.

Reſolutio conditionis in contractibus, non facit primum contractum conditionalem; ſed in ultimis voluntatibus ſic. *Bartol. in l. 10. ff de adimen. legat.* ¶ Quando tempus certæ ætatis adjicitur poſt præcedentem diſpoſitionem puram, non facit conditionem, ſed differt in tempus impletum: ideo interim non impedit tranſmiſſionem. *l. 5. C. quando dies legati ced.* ¶ Dictio, poſtquam, non inducit conditionem, ſed modum. *Bartol. in l. 33. ff. de de dol. mal.* ¶ Mors civilis non facit conditionem exiſtere, ſed mors naturalis. *l. 79. §. hæreditatem, de leg. 2.*

Cap. VI. Quæ requirantur.

Conditionem ſemel adimplere in ultimis voluntatibus an ſufficiat, vel requiratur perſeverantia. *Franc. Marc. q. 1054.* ¶ Doctoratus mentio facta per teſtatorem, quæ requirat, *Rauden. de anal. cap. 37. n. 87.* ¶ Conditio educandis liberis, non requirit liberos mortis tempore ſuperſore. *l. hæredib. ff. ad Trebel.* ¶ Dicens aliquem deceſſiſſe ſine liberis habet ſuam intentionem fundatam: quia hoc præſumitur à lege, ſecus ſi dixerit, quod habuit, ſed mortui: quia tunc tenetur probare mortem. *Jac. Put. deciſ. 45. lib. 1.*

Cap. VII. Quando, & quomodo accipiatur.

Disjuncta accipitur pro conjunctiva, ſi conditio (ſi deceſſerit ſine liberis) cum aliis ſit expreſſa, hoc modo, aut ſi deceſſerit ſine liberis. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 1. n. 6.* ¶ Clauſula, ſi contingat ipſum hæredem, & filios decedere ſine filiis, an alternative, vel copulative accipiatur. *Bartol. in conſ. 155. 1.* ¶ Conditio, ſi ſine liberis, an purificetur ſtatim hærede facto Sacerdote, adeo quod præcedente vocato, jus ſubſtitutionis tranſmittatur. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 1.*

Cap. VIII. Quando imponi poſſit.

An mater, vel avia cum relinquit filio, vel nepoti legitimam portionem, vel etiam hæreditatem liceat eam conditionem quantum ad legitimam adjicere, ut uſusfructus parti non acquiratur. *Andr. Fachin. libr. 5. cont. c. 21.* ¶ Teſtator poteſt legem rebus ſuis imponere, ſed quid, ſi impoſuerit conditionem impediente vitam Religioſam. *Dec. conſil. 419.*

Cap. IX. Quando dicatur repetita.

Conditio liberorum, ſi ſine liberis deceſſerit, an cenſeatur repetita in matre, cui illa ſpecialis facta eſt, ſi ab inteſtato deceſſerit. *Dec. conſil. 646.* ¶ Sublata cauſa vivo teſtatore, per quam conditio uni rei adjecta aliter repetita intelligatur, ceſſat repetitio conditione pendente, ſecus ſi eſſet jam defecta. *l. 38. §. ſi quis. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Conditio appoſita in inſtitutione in legatis, & fideicommiſſis repetita. *l. fin. §. marito. ff. de doli mali except.* ſed adjecta inſtitutioni non videtur repetita in ſubſtitutione. *l. 73. ff. de hæred. inſtitut.* ¶ Repetita à ſubſtituto intelliguntur repetita pure, niſi aliud exprimatur. *l. 32. de leg. 1.* ¶ Conditio adjecta fideicommiſſio intelligitur repetita in ſubſtitutione facta circa idem, de eadem perſona. *leg. 8. de leg. 2.* ¶ Semper conditio cenſetur repetita, quando militat eadem ratio. *Raud. tract. de Anal. c. 37. num. 137.* præcipue ſi agatur de eiſdem rebus, & perſonis. *ibid. 138.* ¶ Conditio appoſita in præcedenti clauſula, quando intelligatur repetita in ſequenti, *vide Bart. conſ. 151. vol. 1.* ¶ Ex quibus conjecturis conditio intelligatur tacite repetita, *Man. libr. 10. tit. 6.*

Vel non.

Conditio appoſita in teſtamento, non cenſetur repetita in codicillis, *Ozaſ. deciſion. 52.* ¶ Si teſtator reliquit uxori ſuæ aliquid, ſi caſte vixerit, & poſtea dixerit, item relinquo tibi fundum, non intelligitur hic præfata conditio repetita. *Bartol. conſ. 39. vol. 1.* ¶ Non cenſetur repetita conditio, quæ repetita vitiaret. *l. 116. §. pen. de leg. 1.* ¶ Conditio appoſita in perſonam unius, in perſona alterius ſibi conjuncti non videtur repetita. *l. 92. §. Sejo quem, de leg. 2.* ¶ Conditionis expreſſio alias ſubintellectæ, an faciat conditionem. *Ægid. Bella. concluſ. 16.*

Cap. X. Quando deficiat, vel non.

An conditio, ſi ſine liberis, deceſſerit, deficiat per filium naturalem tantum, vel legitimatum, aut natum poſt deportationem, *vide l. ex facto. §. ſi quis, & ſeq. ff. ad Trebellia.* ¶ Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, deficit, quando quis deceſſerit relicto uno filio. *Cravet. conſil. 62. 208. & 262. Dec. conſil. 292. facit l. 6. §. fin autem. C. ad Senatuſconſult. Trebel. & l. 1. C. de conditio. inſert. vide Dec. conſ. 585. & 594. num. 6. l. 100. §. fideicommiſſo. ff. de cond. & demonſt. limita, ut per eundem Cravet. conſ. 326. num. 4. & 16. & conſil. 585. 594. num. 6.* etiam conditio, ſi quis habuerit liberos, impletur, ſi relinquatur mulier prægnans, dummodo naſcatur poſthumus. *l. is, cui ita legatum. ff. quando dies legati cedat. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 11. titul. 5.* ¶ Quid, ſi reliquerit filiam. *vide Dec. conſ. 370. vol. 2.* & quando conditio fuit appoſita ſubſtitutioni in numero plurali, & in genere maſculino, an ſufficiat, ſi ſuperſit tantum una filia, *vide Dec. conſ. 370. volum. 2.* ¶ Conditio poteſtativa ſi deficiat, quando deficiat diſpoſitio, & conditio mixta ſi non impleatur, quando habeatur pro impleta, *vide Bartol. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.*

Vel non.

Si teſtator ita dixerit, ſi Titius deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Catherinam ejus filiam, Antonium, & Sempronium, ipſa Catherina non facit deficere conditionom, qui teſtator de ipſa ſenſiſſe non videtur, ne ſibi contradicat. *Mant. libr. 11. titul. 6. num. 13. poſt Alex. conſil. 178. vol. 5.* ¶ Conditio in fraudem legis adjecta, pro non adjecta habetur. *l. Sejus. ff. ad l. Falcid.* & quæ in præterito fuit impoſſibilis, rejicitur. *l. 45. ff. de hæred. inſtit.*

Cap. XI. Quando tranſeat, & tranſmittatur, vel non.

An facultas, ſeu jus implendi conditionem tranſeat ad hæredem, *vide l. 4. §. ſi ſub conditione. ff. de fideicommiſſ. libert.* pro affirmativa ſcribit *Bart. in l. 31. §. ſi hæredes ff. de receptis arbit. vide l. 4. §. ſi ſub conditione. ff. de fideicommiſſ. liber.* ¶ Conditio ſi deceſſerit ſine liberis ad alium non transfertur, ſed debet impleri in eo, cui adſcripta eſt. *ibid. num. 8.* ¶ Diſpoſitio conditionalis non tranſmittitur ad hæredes, mortuo honorato ante impletam conditionem, niſi ſit unita cum jure accreſcendi. *Crav. conſil. 257. num. 15.*

Cap. XII. Quæ debeantur, vel non.

Si hæres petat id, quod ſibi pure debetur, & ipſe illud idem debeat ſub conditione, non ſummovetur doli exceptione, ſi paratus ſit ſatiſdare de reddendo conditione adveniente. *leg. 5. ff. de doli mali exceptio.* ¶ Cum teſtator facit mentionem de aliquo dando, ſi non expreſſerit, cui velit dari, debet hæredi dari. *leg. 21. ff. de ſtatu liber.* ¶ Conditio viduitatis in perſona alterius, quam legatarii poteſt apponi, & non remittitur. *l. 1. de indic. vid.* ¶ Relictum ſub conditione, ſi contraxerit nuptias, vel filios habuerit, debetur, ſi gravatus ingrediatur Monaſterium: quia tunc dicitur conditio impleta, ac ſi contraxiſſet nuptias. *Authen. niſi rogati. C. ad Senatuſconſ. Trebellia.* tamen quando bona ſunt reſtituenda filiis, vel poſteriati teſtatoris, gravatus ingrediens Monaſterium non facit deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 471.* ¶ Maritus ſi relinquat uxori, donec vidua permanſerit, & poſt ejus mortem Titio, ſi nubat, debetur relictum Titio ante mortem uxoris, & non mariti hæredibus. *Rot Avenio. deciſion. 4. in deciſ. diverſo. Tom. 2.*

Cap XIII. Quando, & quomodo impleri debeat, vel non.

Quando conditio non impletur, ſed pro impleta habeatur, qua actione agatur, *Bartol. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.* ¶ Conditio quando poſſit impleri ante mortem, & poſt mortem teſtatoris, & ſi ſemel eſt impleta ſufficit, licet non duret. *Bartol. in l. 7. C. eod.* ¶ Conditio conſiſtens in poteſtate alterius dicitur impleta, quando tranſivit tantum tempus, quod commode impleri potuit. *Bartol. in l. 53. §. 11, cui, de legat. 2.* ¶ Civiliter factum, non ſufficit ad implementum conditionis. *Bartol. ibid.* ¶ Qui gravatus eſt aliquid promittere, ſufficit ad conditionem implendam, ſi tantum promittat, licet adhuc non ſolverit. *l. 24. ff. de ſtatu: homin.* ¶ Conditio nuptiarum, aut concipitur affirmative, ut puta, ſi uxorem duxerit, ſi nupſerit, & de hac conditione, & quemadmodum impleatur, *vide Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 11. titul. 18.* aut negative, hoc modo, ſi uxorem non duxerit, ſi non nupſerit, de qua, & quando pro non ſcripta, vel pro impleta habeatur, *vide eundem ibidem titul. 19.* ¶ Si conditio pro parte eſt poſſibilis, ſufficit, vel ei pareatur in eo, quod poſſibile eſt. *l. 13. ff. de dot. prælega.* ¶ Si conditio, quæ refertur ad plures, in perſona unius tantum impleatur, an ſubſtitutus ſuccedat, *Mant. de conject. ult. volunt. libr. 11. tit. 5.* ¶ Quando apponuntur duæ conditiones copulative, niſi utraque verificetur, non habebit locum diſpoſitio teſtatoris, ideo una ceſſante ceſſat ipſa diſpoſitio. *Dec. conſil. 89.* nam plures conditiones copulative poſitæ debent omnes adimpleri. *idem deciſion. conſil. 417.* ¶ Conditio impleta per defunctum, ad poſſit per hæredem impleri. *vide Bartol. in l. 17. §. cum fidejuſ. ff. de fidejuſ.* ¶ Conditio nuptiarum impletur per actum, & rem ipſam non per habitum, & potentiam. *l. 24. C. de nupt.* ¶ Sufficit, conditionem caſualem, vel mixtam ſemel impletam fuiſſe, etiam teſtatore vivente, licet implementum non duret: ſecus in conditione poteſtativa, quæ conſiſtit, in dando, quia non impletur, niſi mortuo teſtatore, ſecundum *gl. in l. 7. C. de inſtitutio. & ſubſtitut.* ¶ Si relinquatur alicui mulieri, cum erit vidua, ſufficit, quod ſemel ſit vidua, licet non duret. *Pet de Rav. ſingul. 786.* ¶ Conditio, ſub qua eſt relicta libertas, eſt implenda, per cupientem ad libertatem pervenire, licet dura videatur. *l. 12. ff. de manumiſ. teſt.* ¶ Licet conditio ſit individua, poteſt tamen ab uno ſervorum impleri, ut liber fiat, altero ceſſante, cui ceſſante extinguitur conditio ſemel ab alio impleta. *l. 13. ff. eo. vide l. 11. §. ſi Stich. eo.* ¶ Onus, quod per alium impleri poteſt, migrat de ſubjecto in ſubjectum, ſecus in gravamine, quod ab alio impleri non poteſt. *§. ne autem. l. 1. C. de cadu. tol.* ¶ Conditio conjunctiva compellit ad utrumque implendum, ſecus in disjunctiva. *l. 45. ff. de manumiſ. teſt.* ¶ Non ſufficit implere conditionem de facto, quando de jure impleri poteſt. *l. 137. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. in additio.* ¶ Teſtatoris voluntatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi, ex illo teſtamento. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 64. num. fin.* ¶ Subſtitutus ſub conditionibus alternativis verba negativa, ſcilicet, ſi inſtitutus ſine liberis, vel ab inteſtato deceſſerit, ut admittatur non ſufficit unam ex dictis conditionibus adimpleri, quod fit favore liberorum. *Vinc. de Franc. deciſion. 150.* ¶ Conditio quando probetur impleta, & quando ex conjectura voluntatis teſtatoris habeatur pro impleta, *vide Mantic. libr. 11. titul. 16. & ſequent. de conject. ultim. volunt.* ¶ De natura conditionis eſt, quod impleatur, ſeu purificetur ante executionem actus. ideo quando aliquid venit implendum poſt exequutionem ipſius actus, dicitur modus, & non conditio, *Cravet. conſil. 59.* ¶ Conditio debet impleri in forma ſpecifica. *Cravet. conſil. 258. n. 15. & conſil. 313. num. fin.* ¶ Id, quod eſt in conditioue non dividitur inter implere debentes conditionem. *Bartol. in l. 9. ff. ſi quis cautionibus.* ¶ Conditio poteſtativa debet ſcienter impleri, non ſufficit impleri de facto, vel incidenter. *Bartol. quæſt. 11. num. 9.* ¶ Conditio, ſi filius meus filios non habuerit, an videatur impleta, ſi habuerit filium, qui vivo patre deceſſerit, *vide ibidem Mant. titul. 6. num. 5.* ¶ Conditio, ſi nupſerit, debet impleri infra triennium, poſt pubertatem. *Bartol. in l. 2. §. ad filiorum. C. quomodo, & quibus quarta pars lib. 10.* ¶ Subſtitutio per verba collectiva duobus facta hoc modo, ſi ambo deceſſerint ſine filiis, locum non habet, niſi in perſona utriuſque conditio impleta fuerit: ideo ſi alter eorum deceſſerit relictis filiis, ceſſat ſubſtitutio in perſona alterius decedentis ſine filiis. *Dec. conſil. 594.* ¶ Conditio nominis ferendi teſtatoris debet adimpleri, ſi ſit honeſta, ſecus in malis, & turpibus nominibus. *Azo in ſumma tit. C. ad Trebellia. vide Guid. Papon. quæſt. 251. & Dec. conſ. 273.*

Vel non.

Tranſacto tempore, infra quod quis conditioni parere debet, poſt tempus non admittitur. *l. 23. ff. eod.* ¶ Conditio, quæ neceſſarium actum habet, quæ temporis momento impleri non poteſt, perſeverantiam requirit. *Marc. qu. 1054.* ¶ Conditio, ſi quis dederit filio ſuo aliquid, non impletur dando filii curatoribus: quia jus conſiſtens in dando, non poteſt impleri in perſona curatoris adulti. *l. 53. ff. de manumiſ* de conditione dandi, *vide per Mant. de conject. ult. volunt. libr. 11. tit. 17. & Bartol. in l. 14. ff. de ſtatu ho.*

Cap. XIV. Quando remittatur.

Quando remittatur conditio, & habeatur pro impleta, *vide l. 5. ff. quando dies legat. vel fideic. ced.* ¶ Conditio turpis, quando de jure Civili remittatur, & quando de jure Prætorio, & de conditione nominis ferendi, *vide per Bartol. in l. 63. §. ſi ſub conditione, ff. ad Trebellia.*

Cap. XV. Quando pro non adjecta habeatur.

Conditionalis diſpoſitio deficiente conditione, habetur pro non facta, & perinde ac ſi actus factus non eſſet. *Cravet. conſ. 15.* & pura, ſi impleatur, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 11. titul. 16. & 17.* & probetur ejus implementum. *Cravet. conſ. 80.* ¶ Conditio impoſſibilis, & turpis habetur pro non ſcripta, & conditio falſa de præterito, vitiat, *Mant. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 16. n. 12.* ¶ Conditio in non dando, vel non faciendo collata in perſonam gravati, an, & quando committatur ad pœnam, *vide Bart. in l. 115. n. 18. ff. de verbor. obligat.*

Cap. XVI. Qui effectus producantur.

Diſpoſitio conditionalis non habet ſubſtantiam, nec dici poteſt diſpoſitio, ante conditionis eventum, ſed quo tempore cenſeatur inanimata, & quo tempore animata, *vide per Raud. tract. de Anal. cap. 27.* ideo in diſpoſitione conditionali non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti, *ibidem n. 48.* ¶ Quando conditio ponitur in poteſtate gravati, diſpoſitio adeo debilis eſt, quod liceat gravato eam declarare, & tunc videtur ipſi gravato data poteſtas, etiam non implendi. *DD. de Rot. deciſ. 12. de re judic. in novis.* ¶ Natura conditionis eſt, ut actum ſuſpendat, & ſtet actus in pendenti, antequam conditio eveniat. *Cravet. conſil. 273. num. 9.* ¶ Bonorum poſſeſſio, quæ datur pendente conditione, tribuit illam adminiſtrationem, quam habet curator bonorum. *Bartol. in l. 22. ff. de hared. inſtit.* ¶ Conditio appoſita in quacunque parte teſtamenti, reddit teſtamentum conditionale. *Bartol. in l. 8. Cod. de inſtitut. & ſubſtit.* ¶ Expreſſio conditionis per eum modum, per quem ex neceſſitate ineſt, nihil operatur. *l. 3. de leg. 1.* ¶ Opinio vehemens, vel conjectura facit conditionem nondum impletam pro impleta haberi, ut in ſubſtitutione facta eo caſu, quo maſculus non naſcatur, ſi vehementi conjectura appareat fœminam, non marem naſcituram, & tunc ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius ante nativitatem decedens tranſmittit jus fideicom. *Hippol. ſing. 205.* ¶ Qui plus expendit, quam teſtator juſſerit, non videtur contra teſtamentum feciſſe, ſed bene qui minus. *l. 202. ff. de verb. ſign.* ¶ Conditio nihil ponit in eſſe. *Ozaſ. deciſ. 166. num. 5.* ideo ea non verificata ceſſat diſpoſitio. *idem Ozaſ. deciſ. 171. num. 6.* & jus non competit ante conditionis eventum, & ante non poteſt fieri exequutio. *Cravet. conſilio 10. num. 15.* ¶ Conditione mixta deficiente corruit diſpoſitio, ſive caſu, ſive aliter morte deficiat, etiam ſine facto, & culpa vocati, *vide Magon deciſ. 144. Rot. Flor.* ¶ Conditio tacita ex teſtamento procedens, impedit diem legatorum cedere, ſecus ſi extrinſecus veniat. *l. quod pure, ff. de cond. & demonſt.* ¶ Conditio tacita impedit nativitatem actionis, ſicut expreſſa; non autem impedit tranſmiſſionem relicti. *l. 4. §. hujus. ff. de pac. & ibid. Bart.*

Cap. XVII. Quæ valeant, vel non.

Conditio, quod unus ex hæredibus teneatur ſtare perpetuo in communione cum aliis cohæredibus, ſub pœna privationis ſuæ partis aliis applicandæ valet, *Roland. conſilio conſ. 84. vol. 1.* ¶ Conditio de nubendo de voluntate, & conſenſu alicujus tenet, & valet, quando non agitur de aliqua pœna, ſed ſolum de non faciendo lucrum, aut de lucro perdendo. *Cravet. conſil. 80. num. 11.* tamen agens, & opponens de conditione non impleta deducere debet, & probare, quod tempore matrimonii vivebat ille, cujus conſenſus erat requirendus, & haberi poterat. *Cravet. conſ. 80. n. 14.*

Vel non.

Conditio de non nubendo in virgine non tenet, ſecus in vidua. *l. ſervo §. ſi teſtator, & ibid. gl. ff. ad Trebel. Natt. conſil. 355.* ¶ Fruſtra expectatur conditio, cujus eventus nihil operatur. *l. 13. §. fi. ff. ad Senatuſc. Vellei. l. 33. ff. de hæred. inſt. l. 82. ff. de acq. hær.*

Cap. XVIII. Quando rejiciatur, vel non.

Impoſſibilis conditio de inſtitutione rejicitur. *l. 50. §. pen. ff. de hær. inſtituen.* ¶ Conditio, ut mulier teneatur relinquere mariti habitationem, & habitare in domo patris rejicitur, & habetur pro non appoſita. *Fel. conſ. 22.* ¶ Conditiones plures à jure rejiciuntur, quando publicæ utilitati adverſantur, & turpitudinem in ſe continent. *Ozaſt. deciſ. 126.*

Cap. XIX. Quando vitietur, vel non.

Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus vitiatur, & non vitiat, & plures copulative appoſitæ omnes debent concurrere, ſecus in alternativis. *§. impoſſibilis, inſtit. de hæred. inſtitue.* & dicitur impoſſibilis tribus modis, de quibus *vide per gloſſ. ibidem.* ¶ Conditio impoſſibilis, ſi jus ei non reſiſtit, non vitiat, ideo debet impleri ſaltem de facto, ut pœna evitetur. *Bart. in l. 132. numer. 7. ff. de verb. obligat.*

Cap. XX. Quando vitiet.

Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem, conditio vero neceſſaria facit etiam haberi pro rata, ſecus in ultimis voluntatibus, *§. impoſſibilis, inſtit. de inutil. ſtip. Dec. conſ. 405.* ¶ Impoſſibilitatis quatuor ſunt ſpecies, & quando in qualibet ſpecie impoſſibilitas vitiet, & de omni conditione impoſſibili, *vide per Bart. in l. 1. ff. de conditio. inſtitut.* ¶ Conditio de præterito, vel de præſenti impoſſibilis vitiat contractum, & ultimam voluntatem. *Bartol. quæſt. 12. n. 6.* tamen conditio de futuro impoſſibilis, vel turpis rejicitur, ne diſpoſitio vitietur in ultima voluntate. *Bartol. quæſt. 12. n. 13. vol. 2.*

Cap. XXI. Miſcellanea.

Quem honoro, gravare poſſum, quod procedit etiam in eo, quem nominavi in conditione fundi hæredem, idem in eo, qui juris fictione eadem perſona cenſetur. *Gomez. Leo. deciſion. 74. in deciſion. diverſo. Tom. 2.* ¶ Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari poterunt. *l. 129. ff. de ver. ſign.* ¶ In ultimis voluntatibus paria ſunt, quod relinquatur ſub conditione, vel extinguatur ſub conditione. *Rauden. tractat. de Analog. cap. 37. numer. 5.* ¶ Qui tenetur cum alio morari, non tenetur eum ſimpliciter ſequi; ſed hoc declaratur boni viri arbitrio. *leg. 13. §. uxore. ff. de annu. leg.*

TITULUS DCXVII.

De inſtitutionibus conditionalibus.

Cap. I. Quæ importent conditionem.

Quando teſtator vocat ſuos ſucceſſores ſub aliqua qualitate, ille, qui contendit ſe admitti ad ſucceſſionem duo præcipue debet probare, nempe ſe vocatum, & habere illam qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tempore mortis teſtatoris, & teſtamenti; vel ſufficiat adeſſe tempore purificatæ conditionis, *vide per Menoch. conſ. 106. vol. 2.* ¶ Verba, quod hæres meus proter nomen, & arma mea, important conditionem: ideo hæres ipſam conditionem implere debet, antequam hæres eſſe poſſit, & tunc debet ponere nomen, & cognomen teſtatoris primo, & poſtea poterit addere (ſi vult) ſuum. *vide Guid. Pap. quæſt. 251. Papon. lib. 20. titul. 1. arreſt. 18.* & multum differt, an illud onus imponatur conditionaliter, aut per modum: primo enim caſu hæres non poterit adire, niſi conditione impleta; ſecundo vero ſecus. *Guid. Papon. ibid. tit. 5. arreſt. 3.* ubi ſcribuntur exempla.

Cap. II. Quæ requirantur, attendatur.

Doctoratus mentio facta in conditione per teſtatorem, quæ requirat. *Raud. c. 37. num. 87.* ¶ In inſtitutione conditionali non attenditur capacitas, vel incapacitas tempore teſtamenti. *Raud. de Analog. c. 27. num. 48.* & ita fuit judicatum.

Cap. III. Quando dicatur repetita, vel non.

Conditio adjecta inſtitutioni, videtur repetita in legato, quando relictum fuit à primo gradu inſtitutorum. *Bart. in l. 107. §. cum quidam. de leg. 1.* ¶ Conditio appoſita inſti-

inſtitutioni, non videtur repetita in legato, eidem hæredi ab alio gradu relicto. *l. 107. §. cum quidam, de leg. 1.* ſecus ſi eodem gradu. *l. 76. ff. de conditio. & demon.* alias conditio appoſits inſtitutioni in legato, & fideicommiſſis intelligitur repetita. *l. fin. ff. de dol. mal. excep.* ¶ Conditio viduitatis appoſita in legsto uſusfructus omnium bonorum, facto uxori, non cenſetur repetita in inſtitutione univerſali facta de eadem uxote. *Natt. conſil. 459.*

Quando adjiciatur, & quæ tranſmittantur, vel non.

Conditio appoſits inſtitutioni, non videtur legato præcedenti adjecta. *l. filiusfam. ff. quando dies legat. vel fidei. ced.* nec videtur repetita in ſubſtitutione. *l. 73. ff. de hærd. inſtit.* ¶ Filius ſub conditione inſtitutus, ſi decedat ante conditionem, an hæteditatem tranſmittat ad ſuam poſteritatem, *gloſſ. fin. in l. unica. C. de his, qui ante apertas tabul.* ¶ Inſtitutio conditionalis non tranſmittitur ad hæredes, mortuo inſtituto ante impletam conditionem, niſi talis inſtitutio uniatur cum jure accreſcendi. *Cravet. conſ. 258. num. 15.*

Cap. IV. Quando adimplenda, vel non.

Valet privatio hæreditatis caſu, quo contraheret matrimonium ſine voluntate, & conſilio ſui patris, & ſic iſta conditio debet impleri per hæredem, alias privabitur hæreditate, *Cravet. conſil. 1.* ſed quomodo probetur negativa hoc in caſu, & quis illam probet, *vide eundem conſil. 80.* ¶ Hæres cogitur parere conditioni poteſtativæ, & ſine ejus damno adire, ſecus ſi eſſet caſualis. *l. ſi cui. §. ſub conditione eod.* ¶ Conditiones plures, quando ſunt adſcriptæ inſtitutioni, illis omnibus eſt parendum. *Bartol. in §. final. inſtitut. de hæred. inſtituen.* ¶ Pater detracta legitima, in reliquis bonis hæreditatis ſuæ ſub conditione nubendi talis, vel tali, aut cum certo genere perſonarum, inſtituere filias poteſt, & talis conditio debet adimpleri, niſi conditio illarum perſonarum non conveniret conditioni mulierum, ita ut nuptiæ non ſint futuræ dedecori ipſis mulieribus. *Mynſing. obſerv. 31. cent. 6.* ¶ Filia inſtituta ſi Titio nupſerit, debet conditionem implere. *gloſſ. in l. fin. C. de ſponſal.* ¶ De natura conditionis eſt, quod impleatur, ſeu purificetur ante executionem actus, ideo quando aliquid venit implendum poſt executionem ipſius actus, dicitur modus, & non conditio, ut quando hæres inſtituitur cum pacto, & conditione, quod poſt annum aliquid faciat, tunc enim eſt modus, & non conditio. *Cravet. conſil. 59.* ¶ Teſtatoris voluntatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi ex illo teſtamento, *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 64. numero final.* ¶ Aditio coacta implet conditionem, ſi hæres erit. *l. qui ita, ad Treb.* ¶ Si conditio impleatur per alterum, quam per gravstum expreſſe ſub pœna exhæredationis, implens cohætes inſtitutus habebit hæreditatem: quia ex facto slterius alius exhæredari non debet. *l. 44. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Inſtituto ſub conditione poteſtativa ſtatuitur tempus, infra quod conditionem impleat, & adeat, alias hæreditate privabitur, ſed libertati præjudicium non fiet. *l. 4. ff. de bon. auctor. Judicii. poſſid.* ¶ Inſtituto ſub conditione poteſtativa poteſt non ſolum ſtatui tempus, ut ille impleat conditionem, ſed etiam intra quod adeatur hæreditas. *Bartol. in l. 22. §. ſed & ſi bonorum. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Conditio ſi hæres non erit, moriente inſtituto verificatur. *l. fin. ff. quando dies legati.*

Cap. V. Quando remittatur, & pro non adjecta habeatur.

Conditio turpis quando de jure civili remittitur, eo jure poteſt adiri hæreditas, ſi de jure Prætorio, petitur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas. *Bartol. in l. 36. §. ſi ſub conditione ff. ad Trebellian.* ¶ Conditiones quæ, & quando hætedi remittantur, *vide Bartol. ibidem num. 2.* ¶ Conditio impoſſibilis adjecta inſtitutioni, habetur pro non adjecta. *Ægid. Bellam. concluſio. 749.* & ideo rejicitur. *l. 50. §. pen. ff. de hæred. inſtituen.*

Cap. VI. Quæ fieri poſſint,

Hæres ſub conditione inſtitutus, ſi Stichum manumiſerint, mortuo Sticho, nihilominus remanet hæres, quia non videtur defectus in conditione, cum conditioni parete non potuetit. *Ozaſ. deciſion. 98.* ¶ Si quis inſtituat hæredem univerſalem, ſub conditione, ſi Maria uxor teſtatoris deceſſerit ſine liberis, tunc ſubſtitutus erit primo loco inſtitutus. *Franc. Marc. quæſt. 320.* ¶ Si quis, cum haberet fratrem & patruum, deceſſerit teſtamento facto, deinde pendente conditione hæredum ſcriptorum frater ab inteſtato deceſſerit, mox conditio defecerit, ad utriuſque hæreditatem patruus admittitur. *l. 5. ff. de ſuis, & legit. hæred.* ¶ Hæres ſub conditione inſtitutus poſſidens hæreditatem debet cavere ſubſtitutis, vel aliis, ad quos bona pertinebunt defectu conditionis, ſe reſtituturum bona. *l. inter omnes. ff. qui ſatiſdare cogat.* ¶ Minot inſtitutus ſub conditione, ſi à patre infra centum dies fuerit emancipatus reſtituitur, ſi ob negligentiam in non denunciando adhibitam intra tempus prædium, non fuerit emancipatus. *l. 3. §. & ſi hæres. ff. de mino. 25. ann.* ¶ Hæres pure, & ſub conditione inſtitui poteſt, non ex die, vel in diem: quia tunc dies habetur pro non adjecta, & inſtitutio cenſetur pure facta. *§. hæres pure, inſtitut. de hæred. inſtituen.* ¶ Filius inſtitutus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, non dicitur conditionaliter inſtitutus. *Bartol. in l. 44. ff. de manumiſ. teſtament.* ¶ Liberis ſequentis gradus poſt filium, ſub omni conditione inſtitui poſſunt, ſecus in filio. *l. 4. §. 1. & l. 6. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Conditio unius ex inſtitutis pro parte ſi pendat, an alii poſſint interim inſolidum agere, vel conveniri, *vide Bartol. in l. 32. §. cum patri. ff. ſoluto matrimo.* ¶ Inſtitutus ſub conditione ea pendente, poteſt intentare bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſi autem voluerit admitti sd contra tabulas beneficio præteriti non poterit, niſi condit one exiſtente, *vide tamen Marc. de Mant. ſingul. 172.* ¶ Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas etiam hodie eſt neceſſaria pro inſtituto ſub conditione, de qua bonorum poſſeſſione, *vide per Bartol. in l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bono. poſſeſſio. ſecundum tabulas & l. 5. & 6. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabulas*, ſed quid juris in illo hæ ede ſub conditione inſtituto, qui poterat petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, *vide l. 3. §. ſed & ſi ſub conditione ff. de bono. poſſeſſ. cont. tabul.* ¶ Hæres miſſus in poſſeſſionem pendente conditione, poteſt omnia facere, quæ curator datus poſſet. *l. 23. inſtrument.* ¶ Pendente conditione caſuali Judex ſtatuet terminum, infra quem ſi non petatur bonorum poſſeſſio, vel hæreditas adeatur, creditores in poſſeſſionem mittuntur, & curator bonis conſtituitur, *l. 25. §. item ſi.* & adverſus facta per tslem curatorem non reſtituitur pupillus, ſed abſens, vel alter impeditus, *ibid. §. fin.* ¶ Inſtitutus ſub conditione, ſi ea pendente petat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, cogitur ſatiſdare ſubſtituto vulgari (ad quem conditione deficiente perventura eſt hæreditas) de reſtituendo, & etiam de bene adminiſtrando. *l. 8. ff. de Præto. ſtipula.* ¶ Filius ſub qua conditione poſſit inſtitui, *vide Bart. in l. 25. C. de inoffic. teſtamen.* ¶ Suus non natus poteſt inſtitui ſub conditione, quæ tamen inſtitutionem non ſupendat. *Bartol. in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liberis, & poſthu.* ¶ Etism neceſſarii hæredes coguntur parere conditioni, adire, & reſtituere. *l. facta. §. ſi neceſſarii. ff. ad Senatuſcon. Trebellia.* ¶ Si ſub conditione filius hæres inſtitutus ſit, illi ſecundum tabulas

quaſi ſcripto competit bonnorum poſſeſſio. *l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bon. poſ. ſec. tab.* ¶ Mater poteſt ſub conditione emancipationis filium inſtituere. *l. 33. §. legis C. de inoffic. teſtam.* ¶ Si unus eſt inſtitutus pure, & alius ſub conditione, an pure inſtitutus interim debeat habere totam hæreditatem, *vide Bart. in leg. 34. §. ſi conjunctim de legat. 1.* ¶ Inſtitutus ex parte pure, & ex parte ſub conditione, ſi habeat cohæredem adeundo ex pura, pro parte conditionalis inſtitutionis eſt hæres conditione pendente, ſed eâ exiſtente in totum ſine nova aditione, & decedens interim non tranſmittit. *l. 59. §. Titius. ff. de hære. inſtit.* ¶ Etiam hæredi hæredis, acquiritur pro parte portio in conditionis eventum. *l. 53. ff. de acq. hæred.* ¶ Sive ſuccedatur de jure Civili, ſive de jure Prætorio, ſcripti hæredes præcedunt legitimos, etiamſi conditio ſit adjecta, & interim non poterit repudiari, niſi coram Judice. *l. 69. ff. eo.* ¶ Si quis fuiſſet inſtitutus, ut infra certum tempus adierit hæreditatem, ſi ante deceſſerit, ſtatim fit locus ſubſtituto, etiam tempore nondum finito. *l. 71. eod.* ¶ Hæres inſtitutus ſub conditione, ad poſtulationem creditorum cogetur adire: ſi autem hæres inſtitutus ſub quacunque conditione dicat ſe nolle adire (etiamſi conditio exiſtat) tunc bona venundantor. *l. 1. ff. de cuncto bono. dand.* ¶ Hæreditas videtur gravari, quando hæres gravatur ſub nomine appellativo: unde omnes ſuccedentes in hæreditate videntur ex hoc gravari. *l. 39 ff. de act. & oblig.* ¶ In conditione poteſtativa, quæ poteſt impleri ultimo vitæ ſpiritu vivo filio, non admittitur ſubſtitutus, niſi in ea dies fuiſſet adjectus, ſecus ſi ultimo vitæ ſpiritu impleri non poſſet. *l. 4. §. fin. ff. de hæred. inſtit.*

Cap. VII. Qui effectus producantur.

Conditio poteſtativa in perſona hæredis poteſt eſſe duplex, ſed quæ ſuſpendat aditionem, & repudiationem, *vide Bartol. in l. 13. ff. de acq. hæred.* ¶ Si prima inſtitutio eſt plena, & pura, ſecundo in eo teſtamento de eadem perſona facta ſub conditione nihil operatur: idem ubi ſub pluribus conditionibus disjunctive relinqitur. *leg. 27. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Teſtamentum, in quo filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali, vel mixta, eſt nullum. *Bart. conſ. 13. & Ægid. Bellam. concluſ. 26.* ¶ Conditio, quæ filii inſtituti favorem reſpicit, non facit locum querelæ, nec inſtitutionem annullat. *l. 25. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Hæres ſcriptus in parte, ſi cohæres conditiones non adimpleat, cenſetur ſcriptus inſolidum. *idem Raud. cap. 37. num. 3.* ¶ Conditionis defectus operatur eſſe perinde, ac ſi illa non fuiſſet expreſſa, & hæres inſtitutus ſub conditionibus non poteſt adire, niſi impletis conditionibus. *ibidem n. 6. & 12.* ¶ Si pater reliquit filio victum, & veſtitum intrando Religionem, & non intrando eum hæredem fecerit una cum aliis fratribus hæredibus univerſalibus, talis filius intrando Religionem conſequitur illud, quod non intrando haberet, ne à vita contemplativa Religionis ſeducatur, *Dec. conſ. 674.* ¶ Si rogatus reſtituere totam hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, intrat Religionem, ſeu Monaſterium, evaneſcit fideicommiſſum, & hæreditas applicatur Monaſterio. *cap. 8. ext. de probat.* ¶ Hæres rogatus reſtituere ſub conditione, quæ remittitur, vel quæ per cautionem mutianam impletur adire, & reſtituere hæreditatem, *l. ſervo. §. ſi teſtator. ff. ad Senatuſ. Treb.*

Cap. VIII Quæ valeant.

Nomen, ut immutaretur hæreditates relinqui conſueviſſe, ſcribit *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 318. num. 14. vide eundem conſil. 30. volum. 1.* & conditio, quod hæres cognomen teſtatoris accipiat, valida eſt, & honeſta: quia nihil mali eſt hominis nomen aſſumere. *Dec. conſilio 273. Guid. Papon. ſingul. 805. Boer. deciſ. 146. Papon. libr. 20. tit. 1. arreſt. 18. vide l. 63. §. ſi ſub conditione, & ibidem Bartol. ff. ad Trebellian.*

Cap. IX. Quando requirantur, vel non.

Teſtatori jubenti exeterrari, & corpus cuſtodiri ſuum, aut cremari, aut in mare projici hæres non debet obtemperare, ſed rejecta conditione tanquam humana, debet corpus ſepelire. *Boer. deciſ. 287. num 5.* ¶ Si teſtator inſtituerit filium jam Sacerdotem, & ei ſubſtituerit, ſi ſine liberis deceſſerit, tunc talis ſubſtitutio rejicitur, & habetur pro non ſcripta. *Boer. deciſion. 354. num. fin.* idem ſi eſſet jam in ſacris, & fuerit ei relictum, ſi obtinuerit diſpoſitionem à Papa. *Mohed. deciſ. 235.* ¶ Quælibet conditio appoſita inſtitutioni filii, rejicitur ſaltem uſque ad debitum bonorum ſubſidium, quod debet habere in bonis parentia inſtituentis. *Bart. in l. 4. ff. de hær. inſtitut.* ¶ Conditio tacite hæreditati adjecta, non poteſt in codicillis adimi. *l. 38. §. ſervus. ff. de hær. inſtit.*

Cap. X. Quando vitiet, vitietur, vel non.

Defectus conditionis de præterito, vel de præſenti vitiat inſtitutionem, ſed ſi de futuro purificat, ſi ex facto teſtatoris dependet. *l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delent.* ¶ Conditio à voluntate Principis dependens judicatur impoſſibilis: ideo adjecta inſtitutioni vitiatur, pura remanente inſtitutione: idem in conditione impediente vitam contemplativam, & religioſam. *Mohed. deciſ. 235.* ¶ Inſtitutio facta ſub conditione, vel modo, aut demonſtratione inferius exprimendis à teſtatore, non vitiatur, licet poſtea modus non exprimatur. *l. 8. C. de inſtitutio. & ſubſtit.* ¶ Defectus conditionis de futuro, quæ dependet ex facto teſtatoris, inſtitutionem non vitiat. *l. 36. ff. de hæred. inſtitnen.* ¶ Inſtitutio, ſeu ſubſtitutio conditionalis, non habet ſubſtantiam ante eventum conditionis, ſed quo tempore ſit inanimata, & quo tempore animata, *vide Raud. tractat. de analog. cap. 27.*

TITULUS DCXVIII.

De legatis conditionalibus, & conditionibus illis inſertis.

Generalia.

DE legato relicto ſub conditione, ſi quis non nupſerit, *vide §. quæ vero nunc, Auth. de nupt.* ¶ De conditionibus legatis inſertis, *per Azoſ. in ſumma tit. C. quando dies legat. ced.*

Cap. I. Legatum conditionale, quod dicatur, vel non.

Dies incertus habetur pro conditione, ut ſi quis leget cum hæres morietur, ſecus ſi cum morietur legatarius. *l. 12. §. quod ita, de leg. 2.* ¶ Legatum, an, & quando conditionale reddatur, ubi poſt legatum purum tempus mortis in perſonam tertii apponitur. *Franc. Marc. quæſt. 310.* quid, quando tempus apponitur circa ſubſtantiam legati, *ibidem.* ¶ Quando aliquid relinquitur, ut honoratus deferat nomen, & cognomen teſtatoris, quid juris, *Guid. Papon. quæſt. 251. & ſupra tit. prox.* ¶ Legatum factum filiæ eſt purum, & non conditionale ideo ſtatim poteſt peti, & tranſmittitur. *Abb. conſ. 92. lib. 2.* ¶ Legatum alternative, vel ſub conditionibus relictum eſt unum reſpectu unius ſolutionis. *l. 27. de legat. 2.* ¶ Legatum dotis factum cauſa matrimonii an, & quando dicatur conditionale, adeo quod non tranſmittatur ad hæredes, muliere mortua ante matrimonium, *per Menoch. conſil. 251. n. 29. lib. 3.* ſcripſi ſupra *tit. de dote prælег.* ¶ Legatum annuum pro primo bono eſt purum ſed poſtea eſt conditionale, ſtipulatio vero annua, non eſt

conditionalis, & eſt una pro omnibus, ſed legatum annuum non eſt unum, ſed tot dicuntur, quot annis durauit. *l. 16. §. fin. ff. de verbo. obligat. facit. l. 4. ff. de annuis legatis, vide infr. titul. de ann. leg.* ¶ Cum quis ita legaſſet, cum talis pervenerit ad 14. ann. annua, bima, trima, die do lego, &c. tale legatum eſt conditionale, & in diem & tamdiu, quamdiu ann. 14. ſit completus, poſtea in diem, ideo ſi ante 14. ann. legatarius deceſſerit, ad hæredem nihil tranſmittit, ſed ſi poſtea, ad hæredem tranſfertur, quia tunc eſt in diem, & non ſub conditione. *l. 51. princ. & §. hoc autem de legat. 1.* ¶ Si legatum conferatur in mortem hæredis, eſt conditionale, ſecus ſi in mortem legatarii. *l. 4. ff. quando dies legati.*

Vel non.

Deſignatio, unde legatum ſolvatur poſt legatum relictum appoſita, ipſum conditionale non facit. *l. 99. in princ. eod.* ¶ Legatarius conditionalis non dicitur creditor, niſi prius exiſtat conditio, ſed creditor conditionalis dicitur interim creditor. *l. 41. ff. de act. & oblig.*

Cap. II. Quale ſit.

Legatum ſub conditione, ſi caverit de aliquo dando vel faciendo, aſſimilatur legato, cui in vim modi, vel conditionis fideicommiſſionis imponitur onus. *l. 86. de leg. 1.* ¶ Legatum dotis eſt conditionale, ſed an differat, ſi fiat à patre, vel ab avo, aut ab extraneo, *Magon. deciſ. 14. Rot. Floren.*

Cap III. Quando intelligatur, trahatur.

Conditio in legatis, quando trahatur retro conditione adveniente, *Bartol. in l. 3. §. fin autem. C. commun. de legat.* ¶ Debitor partis fundi, ſi creditori ſub eadem conditione, qua debebat, legaverit, intelligitur aliam partem, non illam, quam debebat, legare. *l. 68. de leg. 2.* ¶ Si teſtator leget certam ſummam alicui, ſi certum quid fecerint, uno non faciente, alter nihilominus habebit partem ſui legati. *l. 10. de leg. 3.* ¶ Legatum relictum ob cauſam, determinatur ſecundum cauſam ſibi annexam. *l. 10. ff. de annuis leg.* ¶ Quando in teſtamento adſunt plures conditiones, hoc modo, qua conditione deficiente, &c. ad quam conditionem debeat referri hoc legatum, *vide Abb. conſil. 78. lib. 2.* ¶ Conditio, ſi Titio nupſerit in legato appoſita intelligitur, ſi honeſte Titio nubere legataria poſſet. *Ozaſ. deciſion. 154.* ¶ Legatum, donec nubat, intelligitur annuum. *l. 17. ff. de annuis legatis.*

Vel non.

In legatis relictis ſub conditione die purificata, ipſa dies non trahitur retro ad tempus mortis. *Bartol. in l. ſi is, qui pro emptore, numer. 47. ff. de uſucap.* ¶ Quando legatum conditionale tollatur repudiatione, & quando non, *Bartol. in l. 18. ff. de optio. leg.*

Cap. IV. Quæ faciant conditionem, vel non.

Tempus ætatis gravati adjectum gravato, in dubio conditionem facit, ut legatum differatur in tale tempus, licet ipſe gravatus ante deceſſerit. *l. 18. §. ab heredibus. ff. de alimen. & cib. leg.* ¶ Tempus certæ ætatis adjectum cauſa legatarii, diem, non conditionem facit. *l. Firmio. §. cum ab her. ff. quando dies l. vel fideicom. ced.*

Quæ requirantur.

Teſtator, ſi uni centum relinquat, ſi is cum ejus filiis moraretur, an requiritur, quod habitet in eadem domo, an vero ſufficiat, quod habitet tantum in eadem Civitate, *Rom. ſing. 181.*

Cap. V. Quando cenſeatur repetita conditio.

Conditionum appoſitarum in primo legato, an repetitio in ſecundo inducatur, & dictio item, an inducat repetitionem conditionum, ut judicetur idem, quod de copula, *Bartol. conſil. 48. volum. 2.* ¶ Conditiones appoſitæ in primis legatis, non cenſentur repetitæ in ſequentibus, habentibus orationem perfectam, licet per dictionem, item, conjungantur: fallit in legato medio loco appoſito, in quo cenſetur repetita eadem conditio, quæ eſt in præcedenti, & ſequenti. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 145.* ¶ Quando conditio uni legato appoſita, cenſeatur in alio repetita, *Magon. deciſion. 84. Rot. Floren.* ¶ Conditio adjecta uni legato cenſetur tacite repetita in alio legato facto eidem perſonæ, & eodem teſtamento. *Rom. ſingularib. 237.* fallit, quando conditio, quæ in primo legato apponitur tacite ſubintelligitur, tunc enim in ſecundo legato non cenſetur repetita. *idem ſingularib. 181.* ¶ Conditio adjecta inſtitutioni unius factæ, intelligitur repetita in legato eidem facto, ubi relictum conditionale præceſſit purum, ſecus ſi purum præcedat. *Rom. ſingularib. 672.* vel relinquatur legatum ab alio gradu. *l. 107. §. cum quidam, de leg. 1.* ¶ Conditio adjecta in inſtitutione, videtur repetita in legato, quando relictum fuit à primo gradu inſtitutorum. *Bartol. in leg. 107. §. cum quidam. de leg. 1.* ¶ Conditio appoſita in primo legato, an cenſeatur repetita in ſecundo ſimpliciter facto, *vide Decium conſil. 190. Menoch. conſil. 166. lib. 2.*

Vel non.

Conditio viduitatis appoſita legato uſusfructus omnium bonorum facto uxori, non cenſetur repetita in inſtitutione univerſali facta de eadem uxore. *Natt. conſ. 459.* ¶ Conditio, vel modus inſertus in ultimo legato, ad omnia præcedentia refertur, veluti ſi teſtator dicat lego omnes robas, pannamenta, linea, & alias maſſaritias domus, tunc illa qualitas domus, poſita in fine orationis, etiam refertur ad illud legatum univerſale omnium robarum. *Dec. conſil. 92.* ¶ Si teſtator relinquat uxori ſuæ aliquid, ſi caſte vixerit, & poſtea dixerit, item relinquo illi fundum, non intelligitur in legato fundi repetita d. conditio. *Bartol. conſilio 39. volum. 1.* ¶ Conditio adjecta inſtitutioni non videtur legato præcedenti adjecta. *l. filiuſ. ff. quando dies leg.*

Cap. VI. Quando cedit legatum, vel non.

Legata relicta ſub conditione, vel in diem incertam, cedunt à die advenientis conditionis, vel diei incertæ, etſi efficiantur caduca, vadunt ad ſubſtitutos, vel conjunctos, aut remanent apud eos, à quibus relicta ſunt, ſi ſunt hæredes pro hæreditaria portione, ſi ſunt alii, pro virili cum onere ſuo. *Bartol. ſing. 193.* ¶ Subſtantia ſtipulationis pure, vel conditionalis non poteſt eſſe impedienti, ſed legatum poteſt pendere, antequam ejus dies cedat. *l. 26. ff. de ſtip. ſerv.*

Vel non.

Legatum, aut fideicommiſſum ſub conditione relictum, vel in diem incertam, non cedit, niſi adveniente conditione, vel in die incerta, & ſi interim decedat legatarius, vel fideicommiſſarius, non tranſmittitur, ſed vadit ad ſubſtitutum, vel conjunctum, aut remanet hæredi teſtatoris. *l. unica. §. ſin autem. C. de cad. tollen.* ¶ Si cautio de facto petatur, conditio non petendæ cautionis deficere non dicitur. *d. l. licet. eod.* ¶ Legata poſſunt conferri in arbitrium tertii, non autem in meam voluntatem. *Abb. ibid. num. fin.*

Cap. VII. Quod transferatur, tranſeat, vel non.

Legatum videtur transferri cum conditionibus ſuis, niſi conditio perſonæ cohæreat. *leg. 24. ff. de adimen & transfe. legat.* ¶ In fiſcum tranſit legatum cum onere conditionis. *l. 59. §. fin. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ Si legato pluribus relicto apponatur gravamen, ut cedeat ad ſuperviventem, ſupervivens, ad quem redit, ad hæredem ſuum in ſolidum legatum tranſmittit, nec ad hæredes collegatarii revertitur. *l. 2. C. quando dies legati cedat.* ¶ Lega-

¶ Legatum relictum, ſi ad certam ætatem pervenerit, impletis diebus, tranſmittitur ad hæredem *l. 5. C. eodem.* ¶ Quod pure datum eſt, ſi ſub conditione adimatur, quaſi ſub conditione legatum reputatur, quoad tranſmiſſionem. *l. quod pure quando dies leg. ced.* ¶ Legatum factum, ſeu tranſlatum, ſub conditione, conditione non impleta, transfertur. *Franc. Marc. quæſt. 1054.*

Vel non.

Sicut legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredes, ita ſi duæ res ſint legatæ alternative, una pure, & altera ſub conditione. *vide Roman. ſingul. 89.* ſed ſi legatum relinquatur, ſive navis venerit ex Aſia, ſive non, & antequam ſit certum, navem venturam, vel non venturam, legatarius moriatur, an tranſmittatur tale legatum, *vide Roman. ſing. 90.* quo loci tenet affirmativam. ¶ Legatum ſub conditione factum, ſi Titius hæres erit, legatarius interim decedens, non tranſmitit. *Petr. de Rav. ſing. 358.* ¶ Legata conditionalia non tranſmittuntur. *§. optionis, inſt. de leg.* niſi teſtator diſpoſuerit transferri poſt mortem. *Bald. ſingul. 15.* ¶ Si legatum relinquitur ab uno ſub conditione, quæ ex ejus perſona dependet, ſi legatum transferatur ad alium, non transfertur conditio. *l. 67. de legat. 2.* ¶ Legatum conditionale regulariter non tranſmittitur ad hæredes, imo nec ad proprios liberos, ſed Reg. limitatur duodecim in caſibus per *Mant. tract. de conject. ult. volunt. libr. 11. tit. 20.* in quibus tranſmittitur ex conjecturis, de quibus *ibid.* ¶ Legatarius conditionalis interim non dicitur creditor, ideo præcedente legatario, ante teſtatorem, vel conditionis eventum non tranſmittitur, quod non procedit in legato facto liberis. *l. 41. & ibid. gloſſ. ff. de act. & oblig.* ¶ Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt per alium modum, quam inſint, aliquid operatur, ut ſi quis leget, ſi legatarius volet, nam tunc ſi deceſſerit legatarius ante declarationem ipſius voluntatis (quod vult) legatum non tranſmittit, ſecus ſi non exprimeretur hæc tacita conditio, quæ ſemper tacite ineſt. *§ illi ſi volet. l. 68. de leg. 1.* ¶ Jus, ſive facultas implendi non tranſit ad hæredes. *Bart. conſ. 98. vol. 2.*

Cap. VIII. Quando debeatur, vel non.

Si relinquatur incerto de certis certificando ex aliquo futuro eventu, cenſetur cuilibet eorum relictum ſub conditione, ſi ille futurus eventus in perſonam ſuam eveniat. *l. 11. ff. de rebus dub.* ¶ Conditione exiſtente etiam poſt mortem hæredis, legatum debetur, & fidejuſſores tenentur. *l. 10. ff. ut leg. ſeu fideicom. nom. cav.* ¶ Legatum factum alicui, ſi cum aliquo moraretur, ſi ille habeat uxorem, quæ non vellet cum eo morari, habebit legatum, & de nocte morabitur cum uxore, & de die cum illo, cum quo morari debet. *Bartol. in l. 23. §. uxore, ff. de ann. leg.* ¶ Si aliquis juſſus eſt morari cum aliquo, vel contrahere, debetur legatum, & tollitur obligatio, ſi ille recuſet, vel non poſſit commode, aut honeſte cum illo morari. *Abb. conſ. 90. lib. 1.* ¶ Conditio legato appoſita, poteſt adimi, & legatum pure debebitur. *§. conditio legati. l. 3. ff. de adimend. & transfer. legat.* ¶ Legatum, quoad quis cum filio moraretur, debetur ſemper, ſi per filium ſtat, ſed ſi per caſum, debetur pro eo anno tantum, quo morari inceperit, non pro futuris. *l. 29. §. uxori, de legat. 3.* ¶ Hæres, an poſſit petere illud, quod debebatur non à legatario dari, ſi ſemel illud oblatum repudiaverit. *Rom. ſing. 613.* ¶ Teſtator legans centum exiſtentia in tali loco, quæ ſi hæres non præſtiterit, domum legaverit, ſi hæres ea centum expendat, debet dare domum, & non alia centum, ſed vide *Marc. de Mant. 330.* ¶ Legatum ſub conditione relictum, an debeatur, ſi conditioni non pareatur, *vide gloſſ. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitut.* ¶ Fideicommiſſum relictum à duobus, cum expreſſione nominis collectivi debetur, etiam ſi in perſona unius tantum conditio exiſtat, ſi perſona non ſupereſt, quæ fideicommiſſarium (ex præſumpta voluntate defuncti) excludat. *l. hæredes. §. cum ita fuerit. ff. ad Trebell.* ¶ Legatum ſub conditione relictum, ſi conditio deficiat ob mortem ejus, in cujus perſona conditio debet impleri, nihilominus debetur. *Ozaſch. deciſ. 98. num. 3.* ¶ Pater ſi reliquerit filio victum, veſtitum, & domus habitationem intrando Religionem, & non intrando eum fecerit hæredem univerſalem una cum aliis ejus fratribus hæredibus univerſalibus, filius intrando Religionem conſequitur & habet illud, quod non intrando haberet. *Dec. conſ. 674.* ¶ Legatum factum alicui ſi nuptias contraxerit, debetur, ſi intraverit Monaſterium. *Natt. conſ. 296.* contrarium ſcribit *Menoch. conſil. 169. libr. 2.* ſi fuerit dictum eſſe legatum ſolvendum, cum nupſerit mulier, & non ex alia cauſa, vel occaſione. ¶ Legatum alicui, ſi ſe aliquid facturum juraverit eo ipſo quod jurat, conſequitur legatum, licet poſtea non adimpleverit id, quod juraverat. *Gram. dec 101. n. 95.* ¶ Emancipatus conferre tenetur etiam id, quod ei debetur ſub conditione, ſecus eſt in legatis, quæ tantum incipiuntur deberi impleta conditione. *l. 2. §. id quoque. ff. de collatio.* ¶ Si teſtator poſuit in electione mea, ut dem centum certis nonominatim, cui velim, ſi decedam, antequam eligam, debetur hæc ſumma omnibus proportione. *l. 21. §. fin. ff. de ſtatu liberis.* ¶ Teſtator ſi Titio fundum relinquat, cum decem, illa decem danda ſunt hæredi. *Ludov. Rom. ſingul. 48.*

Vel non.

Legatum relictum nepotibus ſub conditione, ſi filia non moleſtaverit hæredes ſuper legitima, filia petente non debetur. Nam legatum conditionale non debetur, niſi adimpleta conditione, etiam ſi conditio per alium ſit adimplenda. *Rot. Aven. dec. 118.* ¶ Multum differt, an legatum relinquatur cum onere conditionaliter, aut per modum, nam primo caſu legatum non debetur, niſi impleta conditione, ſecundo vero debetur, & poteſt peti ante modum impletum, ſufficit enim hoc caſu legatarium adimplere requiſitum. *Papon. lib. 20. tit. 5. arr. 3.* ¶ Legatum ſub duplici conditione non debetur niſi utraque conditio (copulative appoſita) impleta fuerit tempore & loco præſcriptis. *Dec. conſ. 433.* ¶ Uſusfructus legatario non debetur, ſi legati conditio impleta non fuerit, ideo ſi fuerint legata alimenta, donec legatarius ſteterit in domo, non debentur, ſi non ſteterit. & portio deficiens accreſcit collegatario. *Dec. conſil. 454. quando non extinguatur tale legatum. Dec. conſil. 601.* ¶ Legatum factum in teſtamento nullo poſt mortem hæredis decedentis ſine liberis, licet hæres non habeat hæreditatem, non debetur, niſi exiſtente conditione in perſona nominati. *Bartol. in l. 7. num. 4. ff. de act. empt.* ¶ Fiſcus ſuccedens non habet legata conditionalia. *Boer. deciſ. 351.* ¶ Legatum alicui factum, ſi negotiis ſuorum filiorum intervenerit, uno decedente, non debetur, niſi proportione hæreditaria viventium, *Ozaſ. deciſ. 98. num. 10.* ¶ Legatum dotis factum ſub conditione, ſi legataria nubat, ſi ipſa nolit nubere, vel moriatur ante nuptias, non debetur. *Capic. deciſ. 204.* tamen legataria Monaſterium ingrediens, vel aliam Religionem, conſequitur tale legatum relictum cauſa matrimonii, ſecus ſi vellet honeſte domi vivere, *ibid. num. 2.* ¶ Idem, ſi dicat teſtator lego centum, ſi nubat, & quinquaginta, ſi ingrediatur Monaſterium: quia tunc debetur in utroque caſu legatum primum. *Boer. deciſ. 3. num. 14. Mobed. deciſ. 235. Roland. conſ. 35. vol. 3.* Nam conditio, propter quam quis retrahatur à carnali matrimonio rejicitur, ergo à fortiori debet rejici, quando à vita contemplativa Religionis quis retrahitur, *Dec. conſ. 674.*

Cap. IX. Quando impleatur conditio.

Si non ſtat per legatarium, videtur impleta conditio. *l. 35. §. ſi ea conditione, de legat. 2.* ¶ Conditio, quæ pendet ex poteſtate legatarii, & alterius, ſi ex facto alterius ſine culpa legatarii impediatur, habetur pro impleta. *l. 13. ff. eod.* tamen in conditione cauſali quocunque modo conditio deficiat, legatum non debetur. *Dec. conſ. 526. n. 3.* ¶ Conditio quando eſt implenda ex re legata, an prius petatur legatum, impleatur conditio, *vide Bart. in l. 86 de legat. 1.* ¶ Si legatum relinquatur, ſi mortuo patre filius efficiatur ſui juris, conditio adimpletur filio emancipato ab ipſo patre vivente. *l. ſi ita. ff. quando dies legati.* ¶ Licet mulier amiſerit filium, propter quem conſequuta fuit legatum, non propterea legatum perdit, vel reſtituit, quia ſufficit, quod conditio in momento temporis ſit impleta, niſi de tempore mortis intellectum eſſet à teſtatore. *l. 4. cum gloſſ. ff. quando dies legati ced.*

Cap. X. Quæ fieri poſſint.

Cautio mutiana non præſtatur, quando verba teſtatoris negativa referuntur ad jus, quia tunc ſufficit acceptilatio, exemplum, quando teſtator legat aliquid ſub conditione, ne amplius petere poſſit de hæreditate, nam tunc ſufficit legatarium promittere non petere. *Capel. Thol queſt. 326.* ſecus quando verba referuntur ad factum, tunc enim non ſufficeret acceptilatio, ſed locum haberet cautio mutiana. *ibid.* & quando quis venit contra ipſam cautionem, tenetur reſtituere rem cum fructibus. *l. 78. § qui mutianam, de legat. 2.* ¶ Legato facto per virum uxori ſub conditione, ſi non nupſerit, & ſi nupſerit ei ſint legatæ dotes, ſi nubat poſt receptionem legati, tenetur ad illius reſtitutionem cum fructibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 291. part. 2.* ¶ Maritus ſi uxori relinquat mille, ſi ſteterit vidua, & quinque centum, ſi ad aliud matrimonium tranſierit, poteſt impune mulier de mariti voluntate ſecundas nuptias contrahere. *Dec. conſ. 585. num. 9. vide conſ. 526. & 537.*

Cap. XI. Effectus, qui producantur.

Expreſſio conditionis per eum modum, per quem ex neceſſitate ineſt, nihil operatur, nec legatum, vel fideicommiſſum reddit conditionale. *l. 3. de legat. 1.* ſecus ſi per alium modum. *l. 68. §. illi, eod.* ¶ Si ſub conditione legatum mihi dari novandi cauſa ſtipulatus ſim, & ante exiſtentem conditionem acceptum fecero, ſequitur liberatio, etiam conditione poſtea exiſtente. *l. antepen. ff. de acceptil.* ¶ Cum ſub conditionibus contrariis eadem res duobus legetur, ſi non caveatur, uterque mittitur in poſſeſſionem. *l. cum ſub. ff. ut in poſſeſſ. legatorum.* ¶ Legatarius, qui emit rem legatam ab hærede, pendente conditione legati, ſi poſtea exiſtat conditio repetit pretium, per actionem ex empto. *l. 30. de actio. empt. & vend.* ¶ Si prima inſtitutio eſt plena, ſecunda in eodem teſtamento facta nihil operatur: idem ubi ſub pluribus conditionibus disjunctive relinquitur. *l. 27 ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Conditio omnino extitura, ſi dubitatur an vivo vel mortuo legatario exiſtat, impedit diem legati cedere. *l. hujusmodi. ff. quando dies leg. ced.* ¶ Conditio tacita ex natura rei legatæ tranſmiſſionem legati non impedit. *l. cum illud §. 1. ff. eod.* ¶ Onus impoſitum legatario non diminuitur, diminuto legato, quando eſt in vim conditionis, ſed quando hoc procedat, *Vinc. de Franc. deciſ. 362. part. 2.* ¶ Conditionis defectus facit deficere legatum quantumcunque favorabile. *Abb. conſ. 78. lib. 2.* ¶ Conditio per caſum deficiens, facit ceſſare legatum. *Benint. deciſ. 48. num. 3.* ¶ Conditio tacita ex teſtamento procedens, impedit diem legatorum cedere, ſecus ſi extrinſecus venit. *l. quod pure ff. quando dies legati.* ¶ Expreſſio conditionis per eum modum, per quem ex neceſſitate ineſt, nihil operatur, neque legatum, vel fideicommiſſum reddit conditionale. *l. 3. de legat. 1.*

Cap. XII. Quæ valeant.

Poteſt legari uni ex duobus, qui prius conditionem impleverit. *l. 110. §. hujusmodi. de leg. 3.* ¶ Valet legatum etiam ſi conferatur in conditionem, quæ in alterius poteſtate conſiſtit. *l. 3. de legat. 3.* ¶ Conditio iſta, quod ſi legatarius ingrediatur Monaſterium habet minus, quam ſi non ingrediatur, an valeat, *vide Dec. conſil. 419. Menoch. conſil. 169. lib. 2.* quod non valeat, ſcribunt idem *Dec. conſil. 673. & Matth. Matheſ. ſingul. 52.* ¶ In teſtamentis difficultas præſtationis ſubducitur, & legatum firmum remanet. *l. 12. §. ſi quis eo.* ¶ Legatum ſub conditione impoſſibili & turpi, quando valeat, *vide per Bartol. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine.* ¶ Conditio, ſi Papa diſpenſaverit, eſt impoſſibilis, ideo rejicitur, & legatum valet. *Jac. Put. deciſ. 87. lib. 2.*

Vel non.

Si legatum in arbitrium alterius conditionaliter conferatur, ſuſpenditur, ſicut per quamlibet aliam conditionem, ſed ſi conditionaliter, non ſuſpenditur. *l. 1. de leg. 2.* ¶ Mulier, cui legatum fuit relictum ſub conditione, ſi honeſtè & caſtè viveret, non amittit legatum tranſeundo ad ſecundas nuptias. *Hippol. ſing. 577.*

Cap. XIII. Quando extinguatur: rejiciatur legatum, vel non.

Quomodo, & quando per defectum conditionis legatum conditionale extinguatur, vel non, *vide gloſſ. 10. ff. de annuis legat.* ¶ Conditione (ſub qua dividuum legatum debet reſolvi) impleta pro parte, legatum pro parte reſolvitur, *l. 30. ff. de uſufruct. legat.* ¶ Legatum relictum uxori cum conditione morandi cum filiis teſtatoris, an per eorum mortem extinguatur, *vide Benint. deciſ. 98.* ſed quid, ſi fuiſſet factum cum dictione donec. *vide ibid.* ¶ Legatario mortuo ante conditionis poſſibilis exiſtentiam legatum extinguitur, ſecus in conditione impoſſibili. *l. 107. de legat. 1.* ¶ Conditio de nubendo, vel non nubendo, quando rejiciatur, *vide Capel. Thol. quæſt. 292.*

Vel non.

Defectus conditionis ratione impoſſibilitatis, non perimit legatum: idem, ſi conditio poteſtativa deficiat caſu. *l. 2. §. 1. & l. 57. de leg. 1.* ¶ Conditio mixta dependens ex facto meo, & alterius, ſi deficiat caſu, legatum non extinguitur favore alimentorum. *Bartol. in l. 29. §. uxori de legat. 3. l. 1. C. de legat.* ¶ Si conditio deficiat per mortem ejus, in cujus perſonam confertur, non extinguitur legatum. *l. 20. ff. de annu. legat.* ¶ Legatum alimentorum non perit, conditione defecta per caſum contingentem, in perſonam ejus, in quem ſpecialiter eſt collata. *l. 20. §. mater. ff. de alim. & cib. lega.*

Cap. XIV. Quando revocari poſſit, repudiari poſſit, vel non.

Pendente conditione legati, poteſt res legata cum fructibus revocari à legatario jam poſſidente. *l. 32. § fundum. de leg. 2.* ¶ Ante adventum diei, vel conditionis legatum non poteſt repudiari. *l. 46. §. ſi ſub condit. de leg. 2.* ¶ Conditio, cujus eventus, vel defectus legatum non vitiat, ejus petitionem non differt. *l. qui. §. ſi tamen ff. ad leg. Falcid.* ¶ Conditio impoſſibilis de jure non vitiat legatum, ſed illa rejicitur, ut ſi quis leget militi, ſi tutelam liberorum gerat: quia tunc remittitur talis conditio, cum miles de jure non admittatur ad tutelas. *l. 8. Cod. de legat.* ſed an legatum vitietur propter conditionem impoſſibilem illi appoſitum, *vide gloſſ. fin. in l. 1. ff. de his, quæ pœnæ nomine relinq.*

Cap. XV. Quando vitiet conditio.

De conditione, quæ viduitatem inducit, & quando vitiet, *vide in tit. C. de indicta vidui. tol.* ¶ Quid juris, quando relinquit legatum uxori, quamdiu in domo caſte vixerit, vel ſi ad ſecunda vota non tranſierit, *vide gloſſ. in l. 2. eod.*

Cap. XVI. Legatarius, quæ facere poſſit, vel non.

Fructus, & pattus percepti conditione pendente, ad legatarium non pertinent. *l. 49. de leg. 2. l. pen. ff. de optio. legat.* ¶ Legatum, ſi uni fiat de proprietate rei ſub conditione, & alteri de ejus uſuſructu, ſi uſufructuarius proprietatem ab hærede acquirat, & poſtea, conditio legatæ proptietatis eveniat, uſufructuatius non poterit amplius uſumfructum ſeparare, & habere, quia fuit conſolidatus cum proprietate. *Rom. ſing. 158.*

Cap. XVII. Ad quæ teneatur, vel non.

Eccleſia tenetur alimentare donatorem, re donata combuſta, quando fuit donata res, ut teneatur ad alimenta donantis, *Franc. Crem. ſing. 1.* ¶ Legatarii gravati de dando aliquid, licet ſint legatarii ex diſparibus partibus, tenentur nihilominus pro virili. *Petr. de Raven. ſing. 373.* ¶ Legatarius conditionalis gravatus in plus, illud plus ſolvit de fructibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 393. part. 2.* ¶ Qoaodo fit legatum adjecta hac conditione, ſi cum hærede habitaverit, an tunc legatarius teneatur ſequi hæredem quocunque ierit, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 469.* ¶ Si legatarius mittatur in poſſeſſionem pro legato in genere, illius rei ſub conditione relictæ, exiſtente conditione tenetur recedere à poſſeſſione. *l. ſi fidejuſſorum. §. nam & ſi mihi. ff. eod.* ¶ Legatum, ſi Titio fiat de uno modio frumenti, quolibet anno, & ſi illum hæres non ſolvetit eidem Titio relinquantur mille, ſi primo anno hætes non ſolverit modium frumenti, ſtatim tenetur ad mille. *Rom. ſingul. 298.* ¶ Non impleto onere de morando in certo loco legatarius legato privatur. *l. 18. §. fin. ff. de alim. & ciba. lega.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

In inſtitutione filii poſiti in conditione non cenſentur vocati, ſed veniunt ab inteſtato, ſecus eſt in legato facto ſub conditione, ſi legatarius deceſſerit ſine filiis, nam hoc caſu filii poſiti in conditione, cenſentur vocati ex teſtamento, ſed de ratione diverſitatis, *vide per Genur. ſingul. 61.* ¶ Legatum non coarctatur per cauſam de futuro, vel per modum, qui ponitur in favorem legatarii. *Capic. deciſ. 188.* ¶ Conditio legati ſuperveniena poſt litem conteſtatam & ante concluſionem in cauſa, videtur in judicium deducta. *Bartol. in l. 9. §. eadem. ff. de exception. rei judic.* ¶ Legatum dicitur factum gratia oneris, quando onus adjectum æquipollet legato. *Benint. deciſ. 68. num. 7.*

TITULUS DCXIX.

De his, quæ ſub modo legati, vel fideicommiſſi relinquuntur, de ipſo modo.

Generalia.

De modo, & de his, quæ relinquuntur ſub modo, & qualiter impleatur, vel caveatur, *vide per Bart. in l. 40. §. Termilius. ff. de condit. & demonſtr.*

Cap. I. Quæ, quibus modis intelligantur.

Verba, quæ poſſunt intelligi ſub conditione, & ſub modo, qualiter intelligi debeant, *vide Bartol. in l. 6. C. de tranſactio.* ¶ Conjunctiones, ut, & quod idem important, & ſi teſtator legat ſub hac conditione. quod, ſtare, vel morari, aut aliquid aliud facere, intelligitur legare ſub modo, & non conditione. *Bartol. conſil. 4. volum. 1.* ¶ Modus teſpiciens utilitatem tertii, dicitur finalis, & tunc illi eſt parendum. *l. 70. ff. de condit. & demonſtr.*

Cap. II. Quibus debeatur legatum, vel non.

Licet modus pet caſum deficiat, debetur legatum. *l. 95. de legat. 1.* ¶ Legatarius, per quem non ſtat quo minus impleat modum, etiamſi ſtet pet caſum, admittitur ad legatum. *l. 90. §. quuquis mihi, de leg. 2.* ¶ Multum differt, an onus imponatur legatario per conditionem, aut per modum: nam ſi relinquantur, puta centum Titio dummodo, (& ſic conditionaliter) deferat nomen, & arma teſtatoris, tunc non poteſt habere legatum, niſi effectualiter impleta conditione, ſed ſi fuerit legatum relictum, ut deferat (& ſic per modum) poteſt habere ipſum legatum, ante modum impletum, & ſufficit, quod impleat legatarius, quando fuerit requiſitus. *Papon. lib. 20. titul. 5. arreſt.* ¶ Sicut in ultimis voluntatibus præſtatur cautio de modo implendo, antequam detur actio, ita pariter fit in contractibus. *Bart. in l. 60. §. quidam. ff. de locato.*

Cap. III. Quando peti poſſit, & tranſmittatur.

Legatarius petens rem ſibi legatam ſub modo, antequam recipiat legatum, debet cavere de modo implendo. *l. 48. ff. de fideicom. liber. l. 29. de leg. 3. Marc. quæſt. 216. part. 2.* ¶ Nam legatum ſub modo non poteſt effectualiter peti, niſi præſtita cautione de modo implendo. *l. 40. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Legatum pro dote, etiamſi ſit modale, non tranſmittitur ad hæredes. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 8.*

Cap. IV. Quando valeat, revocetur, vel non.

Relictum incertum in vim modi non valeat: quia relictum in vim ipſius modi producit actionem, & obligationem. *Bartol. in l. 6. ff. de reb. dub.* ¶ Si legatarius non impleat modum à teſtatore adjectum legatum ſibi ſolutum revocatur. *l. 21. §. Lucius Titius. de ann. legat.* ¶ Per ademptionem oneris adjecti in vim modi, etiam legatum videtur ademptum. *l. 30. §. Seja. ff. de adimend. vel tranſ. legat.*

Cap. V. Quando amittatur, vel non.

Filia mittit legatum ſub modo relictum, ne nubat mercatori, ſi nupſerit, & eo defuncto nubat nobili. *Raud. cap. 12. num. 20. tract. de Analog.* ¶ Si legatum fiat alicui, donec cum alio moreretur, an extinguatur per mortem illius, cum quo legatarius morari debuerat, *Dec. conſil. 601. & in ſu tit. de alimentis legatis.* ¶ Legatum relictum ſub modo, non deficit ſi caſus contingat in perſonam alterius, ſecus eſt ſi ipſe legatarius, cui modus perſonalis eſt junctus decedat. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 23. n. 9.*

Cap. VI. Modus qui dicatur: quæ faciant modum.

Modus dicitur moderatio quædam diſpoſitioni adjecta, aggravans in tempus diſpoſitioni perfectæ. *Menoch. conſil. 131. lib. 2.* & fuſe quid ſit modus, & quando diſpoſitio cenſeatur modalis, & non conditionalis, *ibid.* ¶ Legatum ſub conditione de aliquo dando, vel faciendo, dicitur modale, & non conditionale. *Bartol. in l. 86. de legat. 1.* & cautio de implendo modo præſtatur hæredi. *Bartol. ibidem.* ¶ Modus quando reſpicit commodum alterius, appoſitus in diſpoſitione, dicitur cauſa finalis. *Bartol. in l. 95. de legat. 1.* ¶ Hæc verba, ita ut, faciunt modum, & poteſt quis compelli ad modum implendum. *l. 17. §. hac ſcriptum. de manumiſ. teſtam.* ¶ Dictio, poſtquam, non inducit conditionem, ſed modum. *Bartol. in l. 33. ff. de dolo malo.*

Cap. VII. Qui ſint effectus modi.

Modus non ſuſpendit, neque vitiat legati ſubſtantiam, ſed differt donec ſit præſtita cautio de modo implendo. *l. 79. ff. de cond. & demonſtr.* quod modus non ſuſpendat, *ſcribit Bartol. conſil. 4. volum. 1.* ¶ Modus (quanquam de fututo) non impedit tranſmiſſionem. *Bartol. in l. 108. ff. de reb. dub.* ¶ Hæres inſtitutus ſub modo, ſi modum non impleverit, an poſſit privari hæreditate, *Cravet, conſil. 59.*

Cap. VIII.

Cap. VIII. Quando impleri poſſit, debeat.

De natura conſtitutionis eſt, quod impleatur, ſeu purificetur ante executionem actus: ideo quando aliquid venit implendum poſt executionem ipſius actus, dicitur fieri per modum, & non per conditionem. *Cravet. conſil. 59.* ¶ Modum, qui implere debet, ita demum privatur commodo, cum fuerit interpellatus, vel monitus. *Menoth. conſil. 131. cum 3. ſeqq.* quia modus debet impleri, per modum compulſionis, conditio per modum excluſionis. *Menoch. ibid. num. 11.* ¶ Modus habetur pro impleto, quando non ſtat, vel ſtetit per implere debentem, & modus mixtus habetur pro impleto, ſi caſu impleri impediatur. *Menoch. conſil. 262. lib. 3. numer. 13. & 14.*

TITULUS DCXX.

Quando dies legati, vel fideicommiſſi cedat.

Generalia.

VIde de materia hujus tituli *per Bartol. in titul. Cod. de caduc. tollen. & ſupra titul. de legatis conditionalibus.*

Cap. I. Legatum quando debeatur, & quando ſit conditionale, vel non.

Legatum relictum poſt mortem teſtatoris intra decem dies, non debetur, niſi adita hæreditate. *Vera. deciſ. 216. part. 2.* ¶ Legatum an, & quando conditionale reddatur quoad tranſmiſſionem, ubi poſt legatum purum tempus mortis in perſonam tertii apponitur, *Franc. Marc. quæſt. 310.* ¶ Tempus ætatis certæ, vel incertæ appoſitum circa ſubſtantiam, vel legati diſpoſitionem, legatum conditionale reddit. *ibid.*

Cap. II. Quæ ad quas tranſmittantur, tranſeat, vel non.

Sepulchrum, an ad hæredes extraneos tranſeat, & an filius ſepulchrum matris retineat. *D. Gaſp. Theſſ. quæſt. For. quæſt. 11. libr. 1.* ¶ Legatum acquiritur ignoranti, & per ipſum tranſmittitur, & etiam fideicommiſſum debitum virtute clauſulæ codicillaris, quæritur ignoranti. *Bartol. conſil. 12. volum. 1.* ¶ Legatum viæ cedit à die mortis teſtatoris. *l. 4. & ibid. gloſſ. ff. de ſervi. legat.* ¶ Si multa legata à teſtatore fiant, quia dicat velle ea præſtari poſt mortem uxoris ſuæ, an ſi legatarii moriantur ante uxorem, dicta legata tranſmittantur, *Franc. Crem. ſingul. 112.* ¶ Conditio tacita impedit nativitatem actionis, ſicut expreſſa, non autem impedit tranſmiſſionem legati. *Bartol. in l. 4. §. hujus. ff. de pact. in l. 107. §. cum quidam de leg. 1. & l. 1. & in l. 13. de optione legat.* fallit quando talis conditio tacita venit ex diſpoſitione teſtatoris, *idem Bartol. in l. 10. ff. de adimen. legat.* ¶ Inſtitutus in re certa decedens ante agnationem, illam tranſmittit, ſicut legatarius. *Bartol. in l. 35. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Fideicommiſſum non agnitum nec reſtitutum tranſmittitur ad ſuum hæredem, quando dies ceſſit in vita defuncti. *Bart. conſil. 13. num. 10. volum. 1. l. Sejus. ff. ad Trebellian.*

Vel non.

Legatario mortuo ante conditionis poſſibilis exiſtentiam, legatum extinguitur, ſecus in conditione impoſſibili. *l. 107. §. in teſtamento, de leg. 1.* nam ſpes legati conditionalis ad hæredes non tranſit. *Bart. in l. 15. num. 55. ff. de uſucap.* ¶ Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, ſi ſit cauſa alimentorum, dicuntur plura legata, & non tranſmittitur, ſi vero non fiat cauſa alimentorum, dicitur unum legatum, cujus dies cedit à tempore mortis, & tranſmittitur. *l. ſi cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced.* ¶ Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, ad deſcendentes defuncto fideicommiſſario, conditione pendente. *Bartol. in l. unica. C. de his, qui ante apertas tabulas, vide eundem conſ. 112. vol. 2.* ſed tranſmittatur per jus accreſcendi, *ibid.*

Cap. III. Legatum quando cedat, vel non.

Legatum in diem quoad tranſmiſſionem, ſtatim cedit à die mortis, non quoad dominii tranſmiſſionem, ſeu acquiſitionem, niſi die adveniente. *Bartol in l. 26. ff. de uſufruct. legat.* ¶ Quoad acquiſitionem inſpicitur dies legati cedentis & ſi occurrat in puncto, favemus ei, cui legatum eſt. *l. 91. de leg. 1.* ¶ Dies fideicommiſſi univerſalis, quando cedat, *per Bartol. in l. 25. ff. ad Trebellian.* ¶ Legata, & fideicommiſſa pura, vel in diem certam relicta, quoad tranſmiſſionem, à die mortis teſtatoris cedunt *l. unica. §. cum igitur, & §. noviſſimo. C. de cad. toll.* exceptis legato libertatis, uſufructus, & quibusdam aliis, quæ cedunt à tempore aditæ hæreditatis, *ibid. §. libertatibus*, ſed conditionalia legata ſolum cedunt à die purificatæ conditionis *§. ſin autem. d. l. 1. & §. optionis, inſtitut. de legat.* ¶ Legatum hoc modo relictum, Titio centum lego cum ad annos 14 pervenerit, annua bima, trima die, conditionale eſt, & in diem, ſed quando cedat. *l. 51. de leg. 1.* ¶ Tempus certæ ætatis ex præſumpta voluntate defuncti propter imbecillitatem perſonæ, diem facit, non conditionem: ideo fideicommiſſum cedit ſtatim mortuo teſtatore, ſed reſtitutio differtur ad tempus. *l. Sejus Saturninus. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.* ¶ Modus an impediat tranſmiſſionem legati, legatario defuncto ante modum impletum, vel cautionem præſtitam, *per Bartol. in l. 40. §. Termilius. num. 13. ff. de condition. & demonſtrat.* ¶ Modus quantumcunque de futuro non impedit tranſmiſſionem, & fideicommiſſum purum tranſmittitur ad hæredes, licet hæreditas, non adita, non tranſmittatur. *Bartol. in l. 108. ff. de condit. & demonſt.*

Vel non.

Ante purificatam conditionem non cedit dies legati: fallit in tribus caſibus, *de quibus per gloſſ. in §. ſi peculium, inſtit. de leg.* ¶ Legatum uſusfructus non cadit, niſi à die aditæ hæreditatis, licet in reliquis rebus (ſi ſit purum) cedat à die mortis. *Franc. Marc. quæſt. 30. & quæſt. 33.* ¶ Ut legatum non ſit inutile, non prius cedit dies legati quam libertatis. *l. 8. C. de fideicomm.* ¶ Propter tempus incertum mortis non cedit dies legati, neque oritur obligatio ante diem mortis. *Marc. d. quæſt. 310. num. fin. l. unica §. ſin autem C. de caduc. tollend. l. 48. §. fin. ff. de jure fiſci.*

Cap. IV. Dies, annus quando currat.

Annus injuriarum actionem finit, quando incipiat. *And. Faeb. lib. 9. cont. cap. 8.* ¶ Si legatum confertur in tempus certæ ætatis, ultimus annus debet eſſe completus, ut debeatur, & exinde dies præſtationi adjectus currit, etiam vivo teſtatore; niſi propter ſcientiam teſtatoris aliud inducatur. *d. l. 51.*

Cap. V. Legatum quando extinguatur.

Legatario mortuo, vel libertate privato conditione pendente, legatum extinguitur, ſecus ſi ſola Civitate privetur. *l. 58. ff. de cond. & demonſtr.* ¶ Hæres ſi decedat ante aditam hæreditatem, fideicommiſſum univerſale quando extinguatur, *Bart. in l. 13. ff. eod.*

Cap. VI. Miſcellanea.

Fideicommiſſarius ſi decedat ante factam reſtitutionem, an reſtitutio poſſit fieri ejus hæredi, *Bartol. in l. 9. §. utrum. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. & in l. 16. §. idem eod. tit.* ¶ Licet regulariter expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operetur, tamen hoc fallit, quando teſtator voluiſſet facere actum conditionalem. *Franc. Marc. quæſt. 310. num. 5.* ¶ Si teſtator mandet filio ſuo facere quittationem Titio debitori ſuo, datis ſibi centum, &

Titius

Titius ante implementum conditionis moriatur, ejus hæres poteſt conditionem implere. *Bartol. conſ. 16. vol. 1.* ¶ Conjunctiones, ut, & quod, important modum, & non conditionem, & modus non ſuſpendit diſpoſitionem. *Barc. conſ. 4. vol. 1.*

TITULUS DCXXI.

De legatis in genere.

Generalia.

De rebus immobilibus legatis, & conjecturis, quæ verſantur circa legata rerum mobilium, per *Mant. lib. 9. titul. 3.* & circa legata rerum incorporalium. *ibid. titul. 4.* ¶ Vide de materia pertinente ad legata, *ſupra titul. de rebus dubiis circa legata.* ¶ De fundo legato in vita, & traditio cum reſervatione uſusfructus, quem teſtator capiebat à manu legatarii, *vide Afflict. deciſ. 273.* ubi ſcribit tale legatum non revocari per generalem clauſulam derogatoriam. ¶ De legatis, quæ pro non ſcriptis habentur, *per tot. tit. ff. de his, quæ pro non ſcriptis.*

Cap. I. Legatum, Quod dicatur.

An ſit legatum, an vero donatio inter vivos, cum quis in teſtamento donat aliquid pati, & accipienti. *Andr. Fachin. conc. libr. 5. cap. 32.* ¶ Legatum donatio eſt, & uſusfructus reſervatio facit cenſeri donationem inter vivos. *Afflict. deciſ. 275. num. 3.* ¶ In dubio, quæ res videantur legatæ, *vide Mantic. lib. 9. tit. 1. & tit. 2.* ¶ Legatum 100. aureorum de bonis teſtatoris factum, dicitur legatum quantitatis: ideo ſi pro eo legato darentur in ſolutum tot de bonis teſtatoris, agnatus virtute ſtatuti admitteretur ad retrahendum. *Hieron. Magon. deciſ. 63. Luc.*

Cap. II. Qualis ſit.

Legatum à patre relictum filiæ ſolvendum Monaſterio tempore ingreſſus, ſi filia nupſerit, & Monaſterium non ingrediatur, an habeatur pro inſtitutione, & an teſtamentum eo caſu ruptum dicatur nova, & ſubtilis diſputatio, *D. Gaſp. Theſſaur. Quæſt. For. quæſt. 71. libr. 2.* ¶ Legatorum differentiæ quales in jure veteri eſſent. *Alciat. l. 3. parergon. cap. 1.* ¶ Legatum dotis, vel pro dote relictum certæ pupillæ ab extraneo, an ſit purum vel conditionale. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 48.* ¶ Legatum à patre relictum filiæ pro dote, an ſit purum, vel conditionale. *D. Gaſpar. Theſſ. quæſt. For. quæſt. 34. lib. 1.* ¶ Res hæreditariæ quando ſint obligatæ pro legatis, *Bartol. in l. 1. C. communia de legat.* ¶ Legatum an, & quando ſit favorabile, vel odioſum, *vide eundem Mant. lib. 7. tit. 1.* quibus verbis, & conjecturis legata relicta intelligantur, *vide ibid. lib. 8. tit. 1. à quibus, ibid. titul. 2.* quibus relicta videantur. *ibid. tit. 4.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur.

Si tutori vel adminiſtratori legat quicquid apparebit eum ob tutelam, vel aliam adminiſtrationem, an eo legato comprehendat etiam id, qood debet ex doloſa adminiſtratione. *Andr. Fachin. libr. 5. contro cap. 11.* ¶ Legatum obſcurum, an in favorem Eccleſiæ, aut piæ cauſæ latius ſit interpretandum. *Andr. Fachin. libr. 6. contr. cap. 26.* ¶ Si uſusfructus legetur ea conditione adjecta, ut poſt mortem ſuam illud legatarius alteri reſtitueret, an relicta proprietas intelligatur. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 16.* ¶ Uſusfructus domus ſi legetur adjecto onere, ne altius tollatur, an relicta proprietas intelligatur. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 43.* ¶ Legatum uxori utrum de prima duntaxat, an vero etiam de ſecunda intelligendum. *Idem libr. 5. controv. cap. 42.* ¶ An in legato facto ſpurio, & ejus liberis comprehendantur nepotes. *Roland. conſil. 89. numer. 3. tom. 3.* ¶ An legatum hoc modo ſcriptum (filiæ meæ, quæ vidua erit, do, lego) cenſeatur eſſe præſens. *Vaadus var. quæſt. q. 56. lib. 5.* ¶ Chreſi relicta, uſusne, an fructus cenſebitur legatus, *Alciat. libr. 2. parerg. cap. 14.* ¶ An ſi teſtator leget fundum, & ejuſdem fundi uſumfructum conjunctim, vel disjunctim legare cenſeatur. *Cujac. lib. 23. obſerv. cap. 6.* ¶ Aureorum legatum, an intelligatur de majoribus, ſavore dotis. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 298.* ¶ Translatio legati in pœnam, debet ſtricte interpretari. *Dec. conſil. 291. vide ſupra tit. de his quæ pœnæ nomine.* ¶ Legatum relictum filios. an patris contemplatione relictum intelligatur, *Mant. libr. 8. titul. 16.* ¶ Cenſu legato, an cenſeatur legatum dominium directum rei, cui cenſus eſt impoſitus, *vide Guid. Pap. quæſt. 264.* ¶ Legatum factum ſuper feudo hæreditario non tangit feudum, ſed perſonam hæredis, qui propterea, ſi volt habere tale feudum, tenetur ad legatum. *Vincent. de Franc. deciſ. 1. num. 33.* & hæres in re certa, quando ad onera teneatur. *ibid. num. 43.* ¶ Quod dicitur in legatis fieri ſtrictam interpretationem favore hæredis, quomodo intelligatur. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 23.* ¶ Legatum factum conjunctæ perſonæ eſt ampliandum, & large interpretandum. *Magon. deciſ. 146. Rot. Flor.* ¶ Fallit quando agitur contra agnatum pariter conjunctum, nam favore agnationis reſtringuntur legata, etiam contra propriam ſignificationem. *Mago. ibid. num. 20.* ¶ Statutum prohibens legatum inter conjuges extenditur ad donationem cauſa mortis. *Menoch. conſil. 11. volum. 1.* ¶ Voluntas captatoria etiam in legatis eſt nullius momenti, ſed quomodo cognoſcatur, *vide Afflict. deciſ 371. num. 5.* & legatum alterius arbitratu collatum, qualiter intelligatur, *vide ibid. num. 6.* ¶ Legatum generis omnium & quorumcunque bonorum mobilium, non reſtringitur per verbum, & ſuppellectilium domus ſuæ, ultimo loco per teſtatorem prolatum. *Afflict. deciſ. 106.* ¶ Legatum obſcurum declarari poteſt coram duobus teſtibus. *Capic. deciſ. 282. num. 15.*

Cap. IV. Quæ veniant, contineantur.

Legato caſtro cum pertinentiis, an etiam bona particularia & prædia contineantur. *Andr. Fachin. lib. 1. cont. cap. 65.* ¶ Bonorum appellatione in legatis, an venalia contineantur. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 67.* ¶ In fideicommiſſis & legatis, an appellatione filiorum veniant nepotes. *Andr. Fachin. libr. 5. cap. 18.* ¶ Legata effecta caduca, an veniant in reſtitutione, quando inſtitutio facta eſt, exceptis legatis. *Joan Petr. Surd. deciſ. 269.* ¶ Legata poſſeſſione, ſeu fundo ſito in certo loco, an veniant prædia alibi exiſtentia, quæ à teſtatore erant unita & annexa, & eodem nomine nuncupabantur. *idem deciſ. 241.* ¶ Nomine debitoris legato, an veniant anteacti temporis uſuræ. *idem deciſ. 88.* ¶ Mobilium appellatione in legatis an veniant fructus, qui à ſolo ſeparati reperiuntur. *D. Gaſp. Theſſaur. Quæſt. Foren. quæſt. 26. lib. 1.* ¶ Legato veſtium veniunt etiam ornamenta aurea, vel argentea ipſarum veſtium. *Anton. Corſet. in ſuis ſingular. litera L. ſing. legatum.* ¶ In judicio familiæ erciſcundæ veniunt prælegata. *l. 7. C. famil. erciſc.*

Cap. V. Quando probetur.

Legatum quando probetur duobus teſtibus. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 149.* ¶ Duo teſtes deponentes, quod Titius legavit centum Sejo in præſentia ſeptem teſtium, probant legatum. *Bartol. in l. 31. num. 39. ff. de jurejurand.* ¶ Ad probandum legatum ſtatur dicto unius teſtis ex voluntate & diſpoſitione defuncti, cujus ſolius diſpoſitioni ſtaretur. *l. 15. ff. de dot. præleg.* ¶ Legatarium ſufficit probare bona fuiſſe à teſtatore poſſeſſa tempore mortis, nec tenetur probare dominium, allegant enim contrarium incumbit onus probandi, *Guid. quæſt. 442.* ¶ Legatum agnitum non probatur ex poſſeſſione legatarii

tarii ante & poſt publicationem teſtamenti. *Put. deciſ. 406. vide Paul. Æmil. deciſ. 139. part. 2.* ¶ Legatarius ex titulo legati poſſidere præſumitur, ſi alius validior titulus non appareat. *Put. deciſ. 406.*

Cap. VI. Quando dicatur repetitum.

Legata ab inſtituto relicta nominatim, an à ſubſtituto repetita cenſeantur. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 39.* ¶ Quando in legatis qualitas in præcedenti legato adjecta cenſeatur in ſequenti repetita. *Magon. deciſ. 146. Rot. Flor.*

Cap. VII. Quando relinqui poſſit.

Legatum, an videri poſſit animo compenſandi relictum à debitore creditori, cum dixit debitor ſe legare ex propriis bonis. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 35.* ¶ Vaſallus, qui habet bona feudalia & allodialia, & filiam nubilem, an poſſit in præjudicium legata relinquere, ex quorum ſolutione abſorbeantur allodialia, & inde dos ſuper feudalibus ſit capienda, & quo remedio ſuccurratur agnatis iſto caſu. *D. Gaſp. Theſſaur. Quæſt. Foren. quæſt. 76. lib. 2.* ¶ In teſtamento poſſunt relinqui legata, tam dictantibus teſtamentum, quam teſtibus ejuſdem teſtamenti. *l. 22. Cod. de teſtam.* ¶ Chriſtianus non poteſt infideli relinquere, & quid, ſi leget, an puniatur, & qua pœna. *Rom. ſing. 742.*

Cap. VIII. Quando peti poſſit.

Legatum, quando ante diem petatur. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 120.* ¶ Legatarius non repellitur à legati petitione, etiam ſi repudiaverit partem hæreditatis, in quam fuit inſtitutus, ſi nihil receperit à ſubſtituto; alias ſecus. *l. 4. §. ſi quis. ff. de dol. mal. except.* ¶ Legatum relictum in codicillis, petitur actione utili ex teſtamento. *Bart. in l. 8. C. de codicill. num. 5.* ¶ Legatarius non dicitur contraveniſſe teſtamento, in quo ſibi erat vinea legata, licet petierit cum vinea canetum, à vinea ſeparatum. *Paul. Æmil. deciſ. 233. part. 1.* ¶ Legatum cum onere impoſſibili relictum, an peti poſſit, *vide gloſſ. Cod. de cad. toll. §. pro ſecundo.* ¶ Accuſatione pendente falſi teſtamenti, quando peti poſſit legatum, de falſo qui accuſavit & ſuccubuit, non petit legatum, *Bartol. in l. 6. ff. de pet. hæred.* ¶ Licet teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. *Dec. conſ. 242. Bartol. in l. 6. ff. ſi quis omiſ. cauſa.* ¶ Quando quis legat alteri tanquam illi debitum, nec ut debitum petitur, niſi probetur debitum, nec ut legatum, ſi legatarius legati erat incapax. *l. 27. & ibid. gloſſ. ff. de probat.* ¶ Si uni legetur pecunia, alteri uſusfructus pecuniæ, quomodo procedatur in petitione utriusque legati. *l. 1. §. ſi decem. ff. ut legat. vel fideicom. nom. cav.* quid, quando uni relinquitur totum, & alteri pars, *Bartol. in l. 22. C. de legat.*

Vel non.

Ille, cui relictum eſt animo compenſandi, non poteſt petere legatum, niſi hæredem liberet, alias repellitur. *l. penult. §. qui fratris. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo, aliquod jus prætendere. *Boer. deciſ. 147. num. 28.*

Cap. IX. Quando repeti poſſit.

Legatum ſolutum repetitur, ſi hæres poſt ſolutionem repudiaverit hæreditatem, vel defectu teſtamenti non fuerit hæres. *l. 1. & 2. ff. de condit. cauſ. dat.* ¶ Legatarius non tantum legatum, ſed etiam id, quod expendit in infirmitate, & funere teſtatoris, poteſt repetere. *l. 3. C. de Relig. & ſumpt. fun.* ¶ Legatum factum cum onere de non plus petendo vim compenſationis obtinet, ſed quid, ſi poſt receptum legatum contra onus adjectum petatur, *Mago. deciſ. 117. Rot. Flor.*

Cap. X. Quando diminui poſſit, vel non.

An quando ſtantibus legatis factis in teſtamento Annæ, & aliis filiabus, & dominis, quæ legata excedant vires hæreditarias, an debeat fieri diminutio legatorum inter legatarios. *Roland. conſil. 25. tom. 4.* ait integrum legatum deberi filiæ, & non dari concurſum inter alios. ¶ Si legatum ſcinditur per contratabulas, vel alia lege, ſcinditur onus, per modum conditionis junctum, ſecus ſi per Falcidiam minuatur, vel vi modi fuiſſet onus adjectum. *l. 43. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Legatum quantitatis diminuitur pro rata non exiſtente hærede ſolvendo, quod procedit etiam in legato pio, & quando concurrunt legatarius quantitatis, & legatarius ſpeciei: quia etiam legatum ſpeciei diminuitur pro rata: fallit quando apparet de contraria voluntate teſtatoris. *Vincent. de Franc. deciſ. 236. part. 2.* Fallit ſecundo, quando legata eſſent individua: quia tunc non fit diminutio, ſed attenditur ordo ſcripturæ. *ibid.* ¶ Legata facta pluribus, quæ excedunt vires hæreditatis, diminuuntur unicuique pro rata: fallit in legatis factis filiabus pro dotibus: nam tunc filiæ debent habere integra legata. *Rol. conſ. 25. vol. 4.*

Vel non.

Legatum non coarctatur per cauſam de futuro, vel per modum, qui ponitur in favorem legatarii. *Capic. deciſ. 188. num. fin.* ¶ Verba adjecta legato in favorem legatarii, non reſtringunt legatum, ſed uberiorem legati cauſam reddunt. *Gram. deciſ. 59. num. 52.* ¶ Legata diminui non debent ob æs alienum hæreditarium, quando remanent bona ad illud ſufficientia, & etiam ad *Falcid. Cravet. conſil. 300. num. fin.*

Cap. XI. Quæ detrahi poſſint.

Cum pars exhæredatis legatur, an in tali legato locum habeat lex Falcidia, an vero Trebellianicum S. C. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 11.* ¶ In legatis & fideicommiſſis ad pias cauſas relictis, an ſit locus detractioni quartæ. *ex l. Falcid. & ex S. C. Trebell. And. Fachin. lib. 5. contr. cap. 17.*

Cap. XII. Quæ legari poſſint, vel non.

An fructus deducto uſu legari poſſit. *Alciat. lib. 2. parergon. cap. 3.* ¶ Hæreditas poteſt legari à teſtatore, & tunc legatarius poteſt conveniri à creditoribus hæreditariis. *Guid. Pap. quæſt. 460.* ¶ Filio naſcituro poteſt legari, ſed interim legatum erit in pendenti. *Boer. deciſ. 172.* ¶ Univerſitas juris poteſt legari, ſed qualiter tunc legatarius teneatur cavere hæredi, *vide eundem ſingul. 328.*

Cap. XIII. Qui legare poteſt.

Hæredi à ſe ipſo, quando legari poſſit. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 205.* ¶ Maritus Notarius ſcribens teſtamentum alienum, poteſt ſcribere legatum uxori ſuæ. *l. 18. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ſibi autem non poteſt. ¶ Poteſt quis legare ei, qui eſt teſtis in teſtamento, & incertitudo, quæ venit certificanda, legatum non vitiat. *l. 15. ff. de reb. dubiis.* ¶ Adulter adulteræ legare poteſt, dummodo adulter non ſit miles armatæ militiæ, ſive cœleſtis. *Capel. Thol. quæſt. 141.* ¶ Poteſtas legandi tribuitur à lege 12. tabularum. *l. 120. ff. de reb. dub.*

Vel non.

Notarius non poteſt legatum ſibi adſcribere in teſtamento in ſcriptis, ſecus in nuncupativo. ¶ Si tempus apponitur ſubſtantiæ legati, in dubio tempus incipit à morte teſtatoris. *l. 18. §. hac conditio. ff. de manumiſ. teſt.* ¶ A ſubſtituto filio exhæredato legari non poteſt. *l. 42. §. ſi miles. ff. de milit. teſt.* ¶ Abſurdum eſt plus juris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi ille viveret. *l. 221. §. fin. de reg. jur. Franc. Manc. de conject. ult. volunt. lib. 1. tit. 6. Hartm. lib. 2. tit. de legat. cap. 3.*

Cap. XIV. Quibus debeatur, vel non.

An legata pia debeantur hæreditate non adita. *Andr.*

Fachin.

Fachin. lib. 6. contr. cap. 82. ¶ An ſi Monaſterio aliquid relinquatur in Monaſterio ſub conditione, ut aliquem recipiat in Monachum, vel Monialem, legatum debeatur, idem libr. 12. cap. 36. affirmat, & conditio eſt rejicienda. cap. nos quidem. de teſtament. ¶ An filia, cui per patrem in teſtamento relicta ſunt ſcuta 800. ſi nupſerit, & 100. ſi Monaſterium ingrediatur, debeat habere 100. tantum, vel 800. Roland. conſil 35. ait deberi 800. ¶ Si teſtator legaverit puellæ, ſi nupſerit 1000. ſi ea Monaſterium fuerit ingreſſa 200. an, ſi Monaſterium ingreſſa fuerit, 1000. conſequi valeat. Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 52. ¶ Si legetur puellæ ſub conditione, ſi fuerit matrimonio copulata Sejo: an legatum debeatur contractus nuptiis ante copulam carnalem. Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 49. ¶ An legata pia debeantur hæreditate non adita. idem lib. 6. contr. cap. 82. ¶ An legata conſerventur teſtamento ex poſthumi præſentia ignoranter facta reciſo. idem lib. 4. contr. cap. 14. ¶ Filiæ meæ ſi nupſerit, quinquaginta do, lego, ſi vero Religionem ingrediatur, centum, & ſi collegio virginum ſe addixerit, centum: an quinquaginta debeantur. Vaud. var. queſtion. libr. 2. quaſt. 6. ¶ Cur fideicommiſſum, quod à legatario relictum eſt, ſi adimatur, ad legatarium non pertineat. Cujac. libr. 22. obſerv. cap. 1. ¶ Loca montium in caput, & ſuh nomine filii empta per patrem, an mortuo patre filio debeantur. Gaſp. Theſſaur. quaſt. Foren. quaſt. 57. lib. 1. ¶ Filia, cui pinguius legatum, ſeu dos relicta fuerat in caſum matrimonii, quam in caſum ſpiritualis conjugii, an contra teſtatoris voluntatem, ſi ad beatiorem vitam ſe conferre maluerit, quod cauſa matrimonii relictum fuerat, conſequi poteſt. D. Gaſp. Ant. Theſſaur. Quaſtion. Foren. quaſt. 60. libr. 1. ¶ Legatum uxori relictum, caſu quo tranſiret ad ſecundas nuptias, an debeatur, ſi vidua remanſerit. D. Gaſp. Ant. Theſſaur. Quaſt. For. quaſt. 87. ¶ Legatum factum alicui, ex ſuis deſcendentibus, an per vulgarem tantum deferatur ipſis deſcendentibus. Joan. Petr. Surd. deciſ. 346. ¶ Dotis, quæ non appareat ſolutio, ſn debeatur, vel actio cedi debeat. Joan. Petr. Surd. deciſ. 142. ¶ Factum filiæ, quæ renunciavit, an applicetur maſculo. ibid. deciſ. 14. ¶ Legata in teſtamento relicta, quando agitur contra tabulas, an à ſubſtituto debeantur omnibus, vel prout à pupillo debebantur, vide Bartol. in l. 35. ff. de vulgari. ¶ Legata relicta ab inteſtato in codicillis, quando à ſubſtituto debeantur, Bartol. in l. quidam. ff. de jure codicill. ¶ Legatum relictum, ſi legatarius habuerit liberos, debetur, ſi ipſe legatarius reliquerit uxorem prægnantem, dummodo poſthumus non eſſet abortivus. l. ii. cui. quando dies leg. ced. ¶ Licet teſtamentum contra tabulas expugnetur, pupillaris ſubſtitutio firma remanet, & legata à ſubſtituto debentur. l. 34. §. fin. ff. de vulgari. ¶ Legata ab eo, quem quis putabat inſolidum ſibi ſucceſſurum, ſi non ſuccedat, niſi pro parte, pro illa ſolum debentur: fallit in libertate. l. 11. ff. de jure codicill. & l. penult. ibid. ¶ Hærede inſtituto, & ei dato ſubſtituto, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi teſtator in codicillis dettahendo legaverit Titio fundum, ſi Titius deceſſerit, & legatum efficiatur caducum, fundus (adveniente conditione fideicommiſſi) pertinebit ad fideicommiſſarium. Guid. quæſt. 484. ¶ Teſtator ſi fratribus reliquerit quindecim ſalmas vini quolibet anno, poteſt hæres ex bonis teſtatoris date & aſſignare unam vineam, ex qua percipiatur dictum vinum. Petr. Genur. ſingul. 24. ¶ Legatum factum conjunctæ perſonæ in minus ſolemni voluntate, debetur. Matth. Matheſ. ſing. 41. ¶ In legatis fieri poteſt ſubſtitutio vulgaris, & tunc mortuo legatario (etiam vivo teſtatore) legatum pertinet ad ſubſtitutum. Cuoet. conſ. 311. ¶ Si res aliena fuerit legata, an & quando æſtimatio debeatur. Mant. libr. 11. titul. 9. ¶ Si res alicujus Eccleſiæ fuerit alteri legata, an æſtimatio debeatur, vide tit. 10. ibid. quid de re Cæſaris, vel fiſci, ibidem. ¶ Si res feudalis inalienabilis fuerit legata, an debeatur æſtimatio, vide libr. 11. & quid, ſi res legata perierit, an debeatur æſtimatio, vide titul. 12. ¶ Debetur legatum, quamvis nudis verbis à teſtatore ſit relictum. cap. 4. ext. de teſtamentis. ¶ Servis legatis etiam ancillæ debentur. l. 101. ff. de verbor. & rer. ſignificat. ¶ Si in teſtamento irritato fuerit appoſita clauſula codicillaris, an legata debeantur ab inteſtato, vide Bartol. in Authent. ex cauſa. C. de liberis præteritis. num. 22. ¶ Legatum factum mulieri matrimonio nullo declarato, an debeatur per hæredes viri. Vincent. de Franc. deciſ. 52. num. fin. ¶ Si teſtator leget 500. gtavans hæredem usquequo differt ſolvere, ut annuatim ſolvat 40. valet tale legatum. Cabal. milleloq. 423. contrarium ſcribit Borg. Caval. deciſ. 2. num. 40. de contract. part. 2. vide ibid. dec. 13. num. 51. quid ſi voluerit quod utrunque peti poſſit, vide eundem Cabal. milleloq. 424. ¶ An legata in minus ſolemni voluntate relicta debeantur, & an hæres unum, vel plures ſolvendo ſibi præjudicet. Magon. deciſ. 58. Rot. Flor. ¶ Legatum relictum in minus ſolemni voluntate liberis, vel piæ cauſæ, debetur; ſed quomodo dictum intelligatur, vide Rot. Avenio. deciſ. 87. in deciſ. diverſ. de hoc legato facto piæ cauſæ, vide ſupra lib. 1. titul. de pia cauſa. ¶ & ex voluntate minus ſolemni quando debentur legata, hæres tenetur ad illa civiliter & criminaliter, ſi teſtator de ſua fide confidit. Bartol. in l. 32. C. de fideicom. ¶ Ex voluntate imperfecta debentur legata & fideicommiſſa. Bart. in l. 25. num. 4. ff. de teſtament. ¶ Hodie re litigioſa legata, ſolum debetur litis eventus: ideo hæres cauſam proſequitur, & ſecundum eventum res debebitur, aut nihil. Auth. nunc ſi hæres. C. de litigio. ¶ Hæres tenetur tradere legatario inſtrumenta acquiſitiva rei legatæ, cum non teneatur de evictione. Hier. Boer. in ſuis ſingularib. titul. editio. num. 4. & Jacob. Put. deciſ. 347. lib. 2. ¶ Verba illa, ſi non valet jure teſtamenti, &c. important, ut debeantur relicta ſuccedentibus ab inteſtato. l. 29. §. fin. ff. de teſtam. ¶ Quando alicui eſt relicta pars hæreditatis deducto ære alieno, quid tunc debeatur, Dec. conſ. 337. ¶ Si hæreditas non adeatur, non petitur cautio: quia legatum, neque fideicommiſſum debetur. l. 2. §. fin. ff. eod. ut poſſ. legato. Guid. Pap. quaſt. 604. Boer. deciſ. 41. ¶ Licet hæreditas non ſit adita, tamen legata debentur propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis. Dec. conſil. 652. num. 12. quando alias non adita hæreditate debeantur, vide Bartol. ſingul. 162. & in l. 14. C. de fideicommiſſ. ¶ Quando hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento propter errorem defuncti, legata relicta conjunctis perſonis, debentur à venientibus ab inteſtato. Bartol. ſingul. 188. & Petr. de Raven. ſingul. 219. ¶ Si hæres non redimat teſtatorem à carceribus, privatur ejus ſucceſſione, ſed legata debentur. l. ſi captivi. C. de Epiſc. & Cler. ¶ Si cauſa ſuper querela tranſactione decidatur, teſtamentum remanet validum, & debentur legata. l. 29. §. pen. ff. de inoffic. teſtament. ¶ Rupto teſtamento per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, adhuc debentur legata relicta liberis & parentibus, ſeu aliis conjunctis perſonis in edicto Prætoris expreſſis, l. 1. & tot. tit. ff. de legat. præſtan. contr. tabul. ¶ Legata quando debeantur à venientibus ab inteſtato, ubi ſcriptus hæres non poteſt eſſe hæres aliqua de cauſa, vide Vincent. de Franc. deciſ. 1. ¶ Legatum, quod efficitur quaſi caducum, primo debetur ſubſtitutis, ſecundo conjunctis, his non volentibus, vel non extantibus remanet apud hæredem, & à quocunque eorum debetur onus eidem adjectum. l. unica. §. pro ſecundo. C. de cad. toll. ¶ Ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis irritum eſt teſtamentum,

quantum ad inſtitutiones, cætera firma remanent, & legata debentur. *Authent. ex cauſa. C. de liber. præterit. vel exhæred. Andr. Gail. obſerv. 113. lib. 2.* quod limita, ſi filius fuerit ignoranter præteritus, vel exhæredatus. *Gail. dict. obſerv. 113. vide Bart. in dict. Authent. ex cauſa num. 6. 9. & 20. conſil 4. & 204. volum. 1.* ¶ Teſtamento rupto per agnitionem poſthumi, an debeantur legata. *l. 1. C. de poſthum. hæred. inſtit.* ¶ Legata aliquando debentur, etiam ſi hæredis inſtitutio eſſet cancellata. *l. 3. ff. de his, quæ in teſtament. delent.* ¶ Legatum relictum concubinæ pro ſervitiis, debetur, illis probatis. *Afflict. deciſ. 102.* ¶ Legata in teſtamento minus ſolemni relicta naturaliter debentur; ideo pro illis datur exceptio jure retentionis. *Capic. deciſ. 89.* ¶ Res recepta per teſtatorem in ſolutum pecuniæ legatæ, debentur legatario loco pecuniæ, ſi illa eſſet in libero commercio. *Tho. Minad. dec. 33.* ¶ Legata relicta ab hærede, debentur ab hæredibus hæredis. *l. 16. ff. de aliment. & cibar. legat.*

Vel non.

Legatum relictum bannito propter homicidium, ſequuta tamen prius gratia, atque capacitate ipſius, illi non debetur, ſi fuerit reſtitutus, ſed non debito modo, & non dicitur capax dicti legati legatarius propter crimen hæreſis etiam occultum, licet poſtea abjuraverit, & fuerit receptus ad Eccleſiæ gremium. *Menoch. conſil. 185. lib. 2.* ¶ Filius, qui rumpit teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, non habebit legatum in teſtamento ſibi factum. *Bart. in Authent. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* ¶ Legata in teſtamento invalido relicta, non debentur, niſi fuerint repetita ab inteſtato. *l. 29. C. de fideicommiſſ.* ¶ Legatis bonis mobilibus & immobilibus, non debentur nomina debitorum, ſecus legatis omnibus bonis ſimpliciter. *Guid. Pap. quæſt. 499.* ¶ Legata ex teſtamento non debentur, quando hæreditatis aditio non valuit de jure Prætorio, licet valeret de jure Civili. *Bartol. in l. 5. ff. de condict. indeb.*

Cap. XV. Quando acquiratur.

Legatum Canonicis relictum, cui acquiratur, eccleſiæne, an vero capitulo, an ipſis ſingularibus perſonis. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 41.* ¶ An legatum ab extraneo relictum epiſcopo ſub nomine proprio, an eccleſiæ acquiratur. *And. Fach. lib. 5. cap. 40.*

Cap. XVI. Quando præſtetur, vel non.

Hæres, qui inventarium non confecit, an inſolidum teneatur ad præſtandum legatum alimentorum. *Andr. Fachin. libr. 6. contr. cap. 34.* ¶ An fiſcus ſuccedens in bona vacantia teneatur legata, & fideicommiſſa præſtare teſtamento, vel codicillis relicta. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap. 22.* ¶ Si legetur feudum alicui, an hæres ad æſtimationem præſtandam legatario teneatur. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 37.* ¶ Legatum, ſeu fideicommiſſum factum de re propria hæredis, qualiter ſit præſtandum, & quid, quando res eſt cum hærede communis. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. Foren. quæſt. 55. lib. 1.* ¶ Legatum annuum ab hærede, an à fructuario præſtandum ſit. *Joan. Petr. Surdus deciſ. 93.* ¶ Dignitas inſtituti vel legatarii, non vitiat inſtitutionem, vel legatum, & approbatio hæredis approbantis teſtamentum non ſolemne, facit ipſum ad præſtationem legatorum compelli. *l. 16. Cod. de teſtamentis.* ¶ Si hæreditas non adeatur fraude hæredis, & ab inteſtato hæreditas poſſideatur, legata nihilominus præſtantur. *tot. titul. Cod. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.* idem in legatis ad pias cauſas. *Marc. quæſt. 446. & Capel. Tholoſ. quæſt. 89.* ¶ Ubi res legata non poteſt tradi, quando æſtimatio ipſius rei legatæ ſit præſtanda. *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 9. titul. 9.* ¶ Prælegata inter hæredes præſtantur Judicis officio. *Hartm. lib. 2. tit. de legat. cap*

¶ Legatum etiam ante agnitionem, quæritur legat[...] *Guid. Pap. ſing. 170.*

Cap. XVII. Quando præſcribatur.

Non videtur hæres eſſe in mala fide, qui præſc[...] legatum ante acceptationem legati. *Dec. conſil. 554* [...] non præſcribit, niſi ſpatio 30. ann. *Menoch. conſil* [...] *num. 27. libr. 4.* ¶ Quando teſtator dedit facult[...] hæredi redimendi bona legata, ab ipſa facultate [...] res excluditur ſpatio ann. 30. *Menoch. conſil. 143. lib.*

Cap. XVIII. Quæ fieri poſſint, vel non.

An legatum conferri poſſit in alienam volunta[...] *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 58.* ¶ In legato uſu[...] ctus, an habeat locum jus accreſcendi inter conju[...] verbis tantum. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 50.* [...] gatum viro relictum ab uxore, an ſit cum lucro [...] quod ex ſtatuto defertur uxore ipſa moriente com[...] ſandum. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 36.* ¶ An [...] tor poſſit ab hærede legatum ſtipulari. *Alciat. lib.* [...] *radoxo. cap. 4.* ¶ Legatum, an debitore relictum [...] ditori, an compenſandum ſit cum debito, ſi legat[...] conſiſtat in ſpecie, & debitum neceſſarium in quan[...] te. *Fach. lib. 5. contr. cap. 34.* ¶ De legato à debito[...] licto creditori, an compenſandum ſit cum debit[...] diſcutitur illa communis diſtinctio, utrum ex cau[...] ceſſaria, an voluntaria debitum procedat. *Andr.* [...] *libr. 5. contr. cap. 35.* ¶ Pro legatis conſequendis [...] executione procedendum, an ordinarie. *ibid. c* [...] ¶ Legatum annuum relictum pro pauperibus fi[...] maritandis, qualiter, & quomodo ſit diſtribuer[...] *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. For. quæſt. 44. lib. 1.* ¶ Reli[...] nepti ab avo, imputatur in lucrum ſtatuti nepti [...] tum de dote matris quatenus relictum excedit [...] mam. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 160.* ¶ Uxori ſecunda[...] modum. *l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.* an ſit una [...] fructibus reſtituendum. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 171.*

Cap. XIX. Quando cedat.

Quod ædificatur in area legata, cedit legato. *l.* [...] *legat. 2.* ¶ Quando dies legati cedat, *vide ſupra cit.* [...] *præced.*

Cap. XX. Quando tranſeat, tranſmittatur.

Quando teſtator legat rem ſuam, tranſit dom[...] recta via in legatarium *l. 66 ff. de furtis,* ſed ſi ſit hæ[...] non tranſit recta via. *l. 6. ff. de manumiſſis teſta.* q[...] non tranſeat. *Marc. de Mant. ſing. 669. & Bartol.* [...] *ff. de ſerv.* ¶ Si legato pluribus relicto apponatu[...] vamen, & redeat ad ſuperviventem: ſuperv[...] (ad quem redit) illud ad hæredem ſuum inſolid[...] tranſmittit, nec ad hæredes legatariorum reve[...] *l. 2. C. quando dies legat. ced.* ¶ Quamvis legatum [...] non poſſit, niſi adita hæreditate, tamen ſi legatariu[...] cedat poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæredit[...] tranſmittit legatum ad hæredem ſuum. *Hartman. lib. 2. tit. de legat.* ¶ Legata parte hæreditatis, tun[...] transfertur dominium recta via in legatarium po[...] tionem hæreditatis. *Pet. de Rav. ſing. 260.*

Cap. XXI. Qui teneatur ſolvere, vel non.

An ſi legetur res obligata hæres teneatur eam [...] re quando eſt obligata pro tanta ſumma ut valor [...] rei. *Fachin. libr. 12. cap. 34.* affirmat. *l. ſi res obliga[...] de leg. 1.* ¶ An hæres, qui inventarium non confec[...] ſolidum teneatur ad præſtandum legatum alimento[...] *Andr. Fach. lib. 6. contr. cap. 34.* ¶ Hæres hæredi[...] reſtituens certa quantitate retenta ſub nomine q[...] tenetur legatariis in eo, quod habet ultra quartam [...] fideicommiſſario legata exigi non poſſunt. *l. i[...] usq. ad finem legis. ff. ad Senatusc. Treb.* alias ad fide.

miſſarium ſpectat ſolutio legatorum inſolidum. *Guid. Pap. quæſt. 296.* ¶ An hæres gravatus, vel fideicommiſſarius teneatur ad ſolutionem legatorum, & quid, ſi hæres ſolverit de ſuo. *Cravet. conſ. 16.* ¶ Si hæres non confecerit inventarium, tenetur ad integra legata, etiam vires hæreditatis excedentia. *Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falc. Bartol. in l. 10. & in l. fin. §. cum igitur. C. de jure deliberand.* ¶ Filius ob inventarium non confectum teneri ad integra legata etiam de proprio (ſi vires hæreditatis non ſufficiant) quomodo intelligatur. *Ozaſ. deciſ. 148. num. 11.* ¶ Si hæres promiſerit ſolvere integra legata, tenetur adimplere, ſine falcidiæ detractione. *l. fin. Cod. ad leg. Falcid.* ¶ Univerſalis uſufructuarius, an teneatur ſolvere legata, & fideicommiſſa ex reditibus, *vide §. ſin autem l. fin C. de bonis, quæ liber.* ¶ Hæres ſolvens uni legatum inſolidum, omnibus ſolvere compellitur, etiam facto inventario. *§. non autem, Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Solvens partem legati relicti in minus ſolemni voluntate, poteſt compelli ad ſolvendum aliam partem, ſecus ſi legata ſint plura, niſi concurrant præſtatio triennalis, & favor alimentorum. *Matth. Matheſ. ſingul. 122. Bartol. in l. 16. C. de teſtament.* ¶ Quando hæres inconſulto adivit hæreditatem nullo facto inventario, tenetur ad omnia legata, non habita conſideratione æris alieni ſoluti, & hoc caſu etiam pro legatis virtute hypothecæ, poteſt experiri contra tertios poſſeſſores bonorum hæreditariorum. *ibid. dict. deciſ. 59.* ¶ Hæres tenetur ad pretium rei ſuæ legatæ, & per eum alienatæ. *Vincent. de Franc. deciſ. 298. num. 4. lib. 2.*

Vel non.

Soror, quæ fratris teſtamentum pro quarta parte dixit inofficioſum, quia erat turpis perſona inſtituta, non tenetur ad legata, pro illa quarta parte, ſed hæres ſcriptus inſolidum tenetur. *Afflict. deciſ. 125.* ¶ Hæredes non ſunt obligati ſolvere legata inſolidum: fallit quando hæredes eſſent obligati alternative. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 27.* fallit ſecundo in caſu, *de quo in deciſ. 30. ibidem.* ¶ Teſtator ſi legat certas menſuras annonæ, liberatur hæres cedendo legatario jus exigendi dictas menſuras à debitoribus, qui illas ſolvere tenebantur. *DD. de Rot. deciſ. 11. de teſtamentis in antiq.* ¶ Filia patri ab inteſtato ſuccedens, non ſolvit legata à filio relicta. *gloſſ. in l. unic. §. ubi. Cod. de caduc. tollend.*

Cap. XXII. Qui effectus producantur.

An filius legitimam portionem amittat ſi legata pia neglexerit: *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap. 73.* ¶ An in legatis dictio, ſeu appoſita vim habeat ampliandi legati. *Andr. Fachin. libr. 5. contr. cap. 68.* ¶ De dictione, ſeu in legatis appoſita, an vim habeat ampliandi legati. *Andr. Fach. lib. 5. cont. cap. 68.* ¶ Exequutor capiens legatum, cogitur exequi officium. *Capel. Thol. quæſt. 294.* ¶ Agnoſcens legatum tenetur parere judicio defuncti. *l. 13. C. de fideicom. liber.* ¶ Quando teſtator rem alienam, vel hæredis legat in præſentia ipſius non contradicentis, an illi fiat præjudicium. *Franc. Marc. quæſt. 329.* ¶ Legatario repudiante fingitur res nunquam fuiſſe legatarii, ſed ſemper hæredis. *leg. 16. ff. de reb. dub.* ¶ Si hæredis inſtitutio caſſatur ex forma ſtatuti, quia teſtamentum non ſit inſinuatum intra certum tempus, negligentia hæredis non nocet legatariis. *Petr. de Raven. ſingul. 264.* ¶ Accipiens legatum ſibi relictum, non poteſt teſtamentum infringere. *Ludovic. Rom. ſingul. 482.* ¶ Teſtator ſi ſuper tali fundo decem leget, verbum ſuper, pignoris obligationem operatur. *Ludovic. Roman. ſing. 631.*

Cap. XXIII. Quando valeant, vel non.

An legatum rei alienæ valeat jure Canonico. *Andr. Fach. lib. 5. cont. c. 38.* ¶ Si uxori legatus fuerit omnium bonorum uſusfructus, alio poſt ejus mortem hærede inſtituto, an valeat hujusmodi legatum. *And. Fachin. lib. 4. contr. cap. 18.* ¶ An legatum dotis factum filiæ ſpuriæ valeat. *Roland. conſil. 85. tom. 3.* ¶ Dato, quod legatum dotis filiæ factum ſpuriæ valeat, ſi excedat modum congruum alimentorum, poſſit avocari à filiis legitimis, & naturalibus hæredibus patris nedum ſoluto matrimonio per mortem viri, ſed conſtante. *Roland. conſil. 85. tom. 3. num. 9.* ¶ An legatum fundi in genere valeat. *Fachin. lib. 12. cap. 37.* negat. *l. ſi domus. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. l. cum poſt. §. gener. de jur. dot.* ¶ Ex quibus conjecturis fraudis ſuſpicio in legatis colligatur. *Mant. lib. 10. tit. 4.* ¶ Legatum incertum ad viæ refectionem factum, valet. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 188.* ¶ Legatum ab illo relictum, qui difficiliter loquebatur, quis in extremis laborabat, validum eſt, etiam ſi fuerit relictum ad interrogationem alterius. *Rot. Avenio. deciſion. diverſo.* ¶ Legatum factum perſonæ incertæ, quæ ex aliquo futuro eventu venit certificanda, valet. *Manunt. in ſuo Specul. de ordin. judic. part. 2. num. 4. fol. 5.* ¶ Legatum in quantitate non expreſſa de dote, & ad viam reficiendam, valet. *Bartol. in l. 21. §. ſi quid. ff. de teſtam.* de legatis legatæ, & prælegatæ dotis, *vide ſupra titul. de legat. & prælegat.* ¶ Legatum implicite relictum per relationem ad aliam ſcripturam, valet. *Afflict. deciſ. 173. num. 7.* ¶ Legatum rei alienæ factum conjunctæ perſonæ, valet. *Abb. conſil. 45. lib. 2.* ſed quæ dicatur hoc in caſu conjuncta perſona. *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 146.* ¶ Legatum factum monialibus cum onere recipiendi puellas ad habitum, nunquid valeat, ex eo quod ſapiat ſimoniam. *Natt. conſil. 618.* ¶ Legatum rei alienæ ſcienter factum (ſaltem in æſtimatione) valet, niſi rem alienam quis leget, quam ſperabat ejus futuram, ſpe fundata in jure de præſenti, ſpes illa deficiat. *Rom. ſingul. 741. vide cap. 5. ext. de teſtam.* ¶ Si lego tibi rem tuam, quæ alteri obligata, valet legatum, & hæres meus videtur gravatus, ut eam liberet. *Petr. de Raven. ſingul. 364.* ¶ Licet rei alienæ legatum factum à ſciente valeat, ſaltem quoad ejus æſtimationem præſtandam; tamen hoc limitatur, ſi quis leget rem alienam, quam ſuam futuram ſperabat. *l. 79. ff. de uſufructu.* ¶ Legatum rei alienæ, vel alteri alienatæ cum pacto de redimendo, quod ſit validum, *vide Joſeph. Ludovic. deciſ. 23. num. 32.* ¶ Si lego tibi decem, quæ tibi debeo; tenet legatum, & ſi nihil debeatur. *l. 26. & ibid. gloſſ. ff. de liber. legat.* Nam ſi debitor leget creditori non valet legatum, ſi eſt vere debitor, alias valet, ſi certa quantitas exprimatur. *l. 29. §. quidam. ff. de liber. legat.*

Vel non.

Cur legatum ſervo proprio relictum ſub appellatione legati non valeat, inſtitutio tamen valeat. *Cujac. lib. 13. obſerv. cap. 4.* ¶ Legatum relictum ab eo, qui omnino volebat teſtari, ſine inſtitutione hæredis eſt nullum. *§. in primis, inſtit. de fideicom. hæred.* ſecus ſi conſtaret eum voluiſſe codicillari, quod præſumitur, ſi ſit appoſita clauſula codicillaris. *gloſſ. ibid. vide Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 53. num. 52.* ¶ Quod poſt obitum hæredis codicillis legatum, vel ademptum eſt, nullius eſt momenti: quia hæres, ad quem ſermo confertur, in rebus humanis non erat, neque hoc in caſu videtur legatum repetitum, à ſubſtituto. *l. 14. ff. de jur. codicill.* Sed legata in codicillis à duobus inſtitutis relicta, uno eorum mortuo, pro parte ejus in effectu tantum ſunt legata invalida. *ibid. §. quod ſi duo.* ¶ Relictum filio, ut filio, ſi non eſt filius, non valet. *Bart. in l. 5. C. de teſtamentis.* ¶ Legatum à Clerico mulieri concubinæ factum, ſicut nec à milite, non valet: fallit in legato facto à Clerico ſene. *Natt. conſil. 559.* ¶ Si præceſſerit diſpoſitio Illicita, vel reprobata, relictum nomine pœnæ à quocunque

non

non valet. *l. 1. & tot. titul. ff. de his, quæ pœna nomine.* ¶ Legatum rei alienæ jure Canonico non valet, jure Civili ſic. *Bart. in ſuo tract. de different. int. jus Canon. & Civil. num. 86.*

Cap XXIV. Quando deficiat legatum, repudiari, prohiberi poſſit.

Quando legatum deficiat, deficiente perſona legatarii, *vide tot. tit. C. de cad. toll.* ¶ Hæres legatum defuncto relictum, an poſſit in alterius præjudicium repudiare. *Andr. Fachin. lib. 6. controv. cap. 83.* ¶ Donatio inter virum & uxorem, licet prohibeatur, non tamen prohibetur legatum. *Dec. conſil. 540.* ¶ Qui ſe à tutela excuſat perdit legatum ſibi, ſuisque ea contemplatione relictum. *l. qui tutelam. ff. de teſtam. tutel. vide in tit. ff. de excuſat. tut.*

Cap. XXV. Quando vitietur, vel non.

Demonſtratio falſa, quando vitiet legatum. *Jo. Petr. Surd. deciſ. 161.* ¶ Legatum pro non ſcripto, quando accreſcat conjuncto. *Bart. in §. in primo. l. 1. C. de caduc. toll. & ſupr. titul. de jure accreſc.* ¶ Error cauſæ quando vitiet legatum. *Bartol. in l. 52. ff. de pact.* ¶ Falſa demonſtratio non vitiat legatum. *l. penult. ff. vide ſupr. titul. de falſa cauſa, vel demonſtratione.* ¶ Legatum non vitiatur, ſi ex tribus demonſtrationibus una ſit falſa, aliæ duæ ſint veræ. *Bartol. in l. 1. §. ſi quis ff. de dot. prælegat.*

Cap. XXVI. Quando adimi, revocari poſſit.

Si teſtator ita dixerit, lego Sempronio quod Cajo legavi, an videatur Cajo adimere legatum, *Andr. Fachin. lib. 5. cont. cap. 52.* ¶ Legatum, an commutatum cenſeatur, vel pro parte ademptum, ſequuta donatione, in qua tamen de ſumma legata nihil dictum. *D. Gaſp. Theſſaur. Quæſt. Foren. quæſt. 67. lib. 1.* ¶ Legatum ſub conditione relictum, quando vere conditionale dicatur, & quando ſub incerto tempore relictum poſſit eſſe purum, & tranſmittatur. *ibid. quæſt. 67. libr. 1.* ¶ Legatum factum ſub ea conditione, ut Miſſæ celebrentur, an tanquam ſymoniacum annulletur, & de probatione celebrationis, & nunquid huic legato ex curſu temporis poſſit præſcribi. *ibid. quæſt. 86. lib. 1.* ¶ Factum pro ſupplemento legitimæ, quam dicit teſtator tantam eſſe, an revocari poſſit. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 127.*

Cap. XXVII. Quando reſcindi, tolli poſſit, vel non.

Legatum metu reverentiali marito factum per Importunitatem, & in alterius damnum reſcinditur. *Afflict. deciſ. 69. num. 4.* imo poteſt Judex teſtamentum quoad unum legatum declarare nullum, & in reliquis validum. *ibid. in fin.* ¶ Quando legatum conditionale tollatur repudiatione, & quando non, *vide Bartol. in l. 18. ff. de optione legat. & ſupra titul. de legatis conditionalibus.*

Cap. XXVIII. Actio cui, & contra quem competat.

Hæreditate non exiſtente ſolvendo pro omnibus legatis, legatarii poſſunt agere pro rata, contra alios legatarios, quibus inſolidum legata per hæredem fuerunt ſoluta, *Boer. deciſ. 145. num. 5.* ¶ Contra legatarium petentem rem legatam à tertio poſſeſſore, poteſt excipi de dolo defuncti. *l. 6. ff. de except.* ¶ Quando eſt controverſia de hæreditate, legatarii poſſunt agere contra hæredem ſcriptum, & conſequentur legata, præſtita tamen cautione. *l. final. C. de pet. hæred.* ¶ Si quis legavit nomen debitoris, & demum legatarius agat contra debitorem teſtatoris, debet defendere teſtatorem, vel hæredem, ſi debitor opponat compenſationem. *l. 70. ff. de procurat.* ¶ Actio ad intereſſe ſuccedit propter moram commiſſam in ſolutione rei legatæ. *Gram. deciſ. 103. num. 140.* ¶ De tribus actionibus quæ competunt pro legatis, *vide per Bart. in l. 1. num. 11. de legat. 1.* & in §. 1. *inſtit. de legat. Guid. Pap. quæſt. 485. & Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 23.* ¶ Actio perſonalis ex teſtamento contra hæredem datur pro conſequutione legati. *Gram. deciſ. 103. num. 104. & 139.* & etiam hypothecaria, *ibid. num. 139.* quæ actio oritur ex quaſi contractu. *l. 4. §. hæres. ff. de actio. & oblig.* ¶ Legatarius agere actione perſonali poteſt (licet in eum ſit translatum dominium) ut realiter res tradatur. *Ozaſ deciſ. 36. Boer. deciſ. 156.* ¶ Legatarius poteſt agere pro conſequendo legato via exequutiva. *Joſeph. Lud. deciſ Peruſ. 23. Mynſing. obſerv. 61. cent. 5.* & habet exequutionem paratam contra hæredem per demonſtrationem teſtamenti. *Natt. conſil. 206. Tom. 1.* ¶ Jus tacitæ hypothecæ competit pro omni legato, & durat perpetuo ad quoſcunque vadant bona teſtatoris ſic affecta. *Magon. deciſ. 59. Rot. Flor.* ¶ Legatario ad conſequendum legatum dantur tres actiones, nempe realis, perſonalis, hypothecaria, & illi competit facultas eligendi actionem ex ſupradictis, qua uti velit. *Menoch. conſ. 303. num. 31 lib. 4.* ¶ Hypotheca ſpecialis data uni legatario, tollit illi generalem ad commodum aliorum legatariorum. *Raud. tractat. de Analog. cap. 33. vide tamen ibid. num 4.* ¶ Ad conſequendum legatum poteſt legatarius agere hypothecaria ad bona teſtatoris exiſtentia in alieno territorio, & dominio, in quo non fuerat conditum teſtamentum, etiam ſi bona teſtatoris tanquam vacantia fuerint fiſco applicata. *Raud. tractat. de Analog. cap. 33. num. 17.* ſed quo caſu fiſcus teneatur ad legata, *ibid. num. 29.* ¶ In re legata competit legatario hypothecaria, quatenus non ſit res legatarii, & quatenus poteſt ab eo revocari. *Cravet. conſil. 298 num. 3.* ¶ Legatarius ad effectum conſequendi res legatas, poteſt agere contra tertium poſſeſſorem, intentando Publicianam ex perſona defuncti. *Natt. conſil. 235. numer. 10. Tom. 2.* ¶ Legatario rei alienæ competit actio ex teſtamento, ſi ab alio, quam ab hærede rem redemerit, ſi ab hærede, competit actio ex empto ad repetendum pretium. *Boer. conſil. 9.* quod verum eſt, ſive teſtator ſciverit rem eſſe alienam, ſive ignoraverit, quando legatum relinquitur perſonæ conjunctæ. *ibidem.* ¶ Hæreditas quando aufertur ab hærede ſcripto, ut indigno ille, ad quem vadit hæreditas, tenetur legatariis. *Bartol. in l. 14. ff. de tranſact. num. 10.* ¶ Quando hæres primo ſolvit legatum legatario, an creditori hæreditario detur condictio indebiti contra ipſum legatarium, diſtinguendum eſt, aut hæres eſt ſolvendo, & tunc non datur, aut non eſt ſolvendo, & hoc caſu datur condictio contra ipſum legatarium. *Vincent. de Franc. deciſ. 246. part. 2.* Tamen quando tertius poſſidet, in ipſa re legatarius contra ipſum tertium præferatur creditori hæreditario, habenti ſolum actionem perſonalem. *ibid. num. 8.*

Vel non.

Legatarius non agit contra eum, in quem res legata per teſtatorem alienata fuit, licet eſſemus in caſu, in quo per alienationem non fuiſſet revocatum legatum, ſed tunc agendum eſt contra hæredem. *Natt. conſil. 310.* ¶ Poſſidens ſine vitio rem ſibi in teſtamento minus ſolemni relictam, tutus eſt exceptione. ſed ad eam, non habet actionem. *Bartol. in l. 58 de legat. 1.*

Cap. XXIX. Evictio cui competat.

Evictio, an habeat locum in prælegatis, quando bona prælegata auferuntur, *Dec. conſ. 249. num. 8.* ¶ Re ablata ei, cui emptor legavit, non agitur de evictione. *l. 40. ff. de evictio.*

Cap. XXX. Legatarius Quis dicatur.

Legatarius partis hæreditatis habetur loco univerſalis hæredis, ideo poteſt conveniri à creditoribus hæreditariis pro rata. *Dec. conſ. 357.* ¶ Inſtitutus in re certa hæres

loco

loco legatarii, univerſaliter hærede inſtituto hæreditatem adeunte. *l.13. C. de hær. inſtit.* vel reperiatur alius in quota inſtitutus. *Bart. ibid.*

Cap. XXXI. Quæ facere poſſit, vel non.

Non ſolum creditores, ſed etiam legatarii, poſſunt petere ſeparationem bonorum hæreditariorum à bonis hæredis, ut prius eis ſatisfiat, quam creditoribus hæredis. *l. 6. ff. de ſeparat. bonor.* ¶ Filius non poteſt conſequi legitimam in bonis legatis, quando eam aliunde habere poteſt, & hæreditas eſt ſolvendo. *Natt. conſil. 197. tom. 1.* imo legatarius præfertur creditori, ubi hæreditas eſt ſolvendo. *ibidem num. 8. & conſil. 238. num. 6. vide ſupra titul. de legitima. libero.* ¶ Legatarius repudiando onus adjectum legato, cenſetur repudiare legatum. *l. 9. §. fin. ff. ſi cert. pet.* ¶ Legatarius, an poſſit accipere poſſeſſionem propria auctoritate, *Guid. quæſt. 609.* ¶ Legatarius poteſt propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei legatæ, duobus concurrentibus: primo, ſi teſtator ſuo teſtamento ita expreſſe ordinaverit, & dederit licentiam legatario ingrediendi poſſeſſionem: 2. ſi tempore mortis teſtatoris poſſidebat. *Papon. lib. 20. tit. 5. arreſt. 1. ſine vitio. Rot. Avenio. deciſ. 104. in deciſ. diverſ.* ¶ Idem ſi ante aditam hæreditatem ingreſſus fuerit poſſeſſionem, ſecus ſi poſt. *Dec. conſil. 387. Natt. conſil. 234. Tom. 2.* ¶ Teſtator nedum expreſſe, ſed etiam tacite poteſt legatario dare licentiam apprehendendi rem legatam propria auctoritate. *Natt. conſil. 653.* ſed per quæ verba videatur licentia data, *vide Roma ſingul. 88.* ¶ Legatarius ſi acceperit ſua auctoritate poſſeſſionem rei legatæ vacantem, non amittit jus ſuum. *Bart. in l. unic. C. quorum legatorum, & conſ. 67. volum. 2.* alias legatum petendum eſt ab hærede, non auctoritate propria occupandum. *cap. Raynal. ext. de teſtament.* ¶ Legatarii poſſunt adhiberi in teſtamento, neque ob id, privantur legato eis relicto, *§. legatariis, inſtit. de teſtament. ordinandis.*

Vel non.

Non debet legatarius propria auctoritate ſine licentia hæredis apprehendere poſſeſſionem rei legatæ, ſed quando hoc procedat. *Hartm. cap. 1. lib. 2. titul. de legat.* ¶ Legatarius ſi ab hæreditatis poſſeſſore legati æſtimationem ſit conſequutus, illam amplius petere non poterit, ſecus ſi ab alio. *l. 3. §. illud quæritur, & c. Raynal. ext. de teſt. gloſſ. ff. de tabul. exhib.* ¶ Legatarius non poteſt continuare proceſſum cum teſtatore intentatum in actione ſibi legata, quia litis proſequutio non transfertur de perſona ad perſonam, niſi in univerſalibus ſucceſſoribus. *DD. de Rom deciſ. 3. de jud. in antiq.*

Cap. XXXII. Quæ habere poſſit.

Legatarius habet tacitam hypothecam in bonis teſtatoris, & ſpecialis à teſtatore ipſi legatario data, non derogat generali à lege introductæ. *Rom. ſing. 598.*

Cap. XXXIII. Ad quæ teneatur, vel non.

Legatarius contraveniens præcepto teſtatoris, cadit ab omni commodo legati. *Paul. deciſ. 141. part. 1.* ¶ Hæredi ſcripto ſi una res remaneat, & alia bona hæreditaria concedantur legitimo, ſi legata ſint repetita ab inteſtato, legatarius convenitur, ſi non ſunt repetita hæres ſcriptus, ſive hypothecaria, ſive perſonali agatur. *Bartol. in l. 14. ff. de tranſaction. numer. 9.* ¶ Creditoribus hæreditarii providetur contra legatarios. *Bart. in l. fin. §. ſi præfatam. C. de jure deliberandi.* ¶ Uſura dicitur, quando teſtator mandat, ut legatarius percipiat fructus rei hypothecatæ, donec ſolutum ſit legatum pecuniæ, ideo tunc legatarius debet interpellare hæredem, & eum conſtituere in mora, quo caſu poſtea tenebitur, ad intereſſe. *Cravet. conſ. 89.* ¶ Teſtator, quæ bona reliquerit tempore mortis, debet probari per legatarium. *Joſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 61. num. 19.*

¶ Legatarius, ut poſſit gravari, ſufficit, quod à principio habeat lucrum, & legatarius conditionalis gravatus in plus, illud plus ſolvet de fructibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 293. part. 2.* legatum, quando debeatur cum onere ſuo, vel ſine, *Hartman. lib. 1. titul. de legat. cap. 1.* ¶ Teſtamentum ſi infirmetur, periculum legatarii generatur. *l. 2. & ff. de tranſact. gloſſ. C. de fid. inſtrum.* ¶ Legatarius agnoſcens legatum ſibi relictum, ut ſervum proprium manumitteret, licet minus ſit in legato, quam ſervus valeat, cogitur tamen illum manumittere, ſecus in ſervo alieno. *l. 24. §. ſi quis alienum. ff. de eod. vide l. 35. §. fin. eod.*

Vel non.

Plus ſubvenitur legatariis, quam creditoribus favore ultimarum voluntatum. *gl. in l. 8. §. plane. ff. de tranſact.* ¶ Legatarius non cogitur ſubire onus injunctum à teſtatore, niſi ſoluto legato. *l. 8. ff. de fideicom. liber.*

Cap. XXXIV. Miſcellanea.

Subſtantia legati, vel fideicommiſſi in alterius voluntatem non poteſt committi, ſed electio perſonæ bene committitur, *l. 8. de reb. dub. vide l. 51. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Hæres poſt moram condemnatur ad intereſſe probatum alio modo, quam per juramentum in litem. *Bartol. in l. 29. §. uxori, de leg. 2.* ¶ Uxor, quoad legata eſt privilegiata, ſicut filii, & aliæ conjunctæ perſonæ. *Lud. deciſ. 16. num. 41.*

TITULUS DCXXII.

De legatis annuis.

Cap. I. Legatum annuum quod dicatur, vel non.

Cur ſtipulatio annua ſit bona, legatum annuum tot contineat legata, quot præſtationes ſunt, *Alciat. lib. 1. paradox. cap. 5.* ¶ Legatum annuum cenſetur, ſi legavero Titio ſextam partem redituum, quos habeo in aliquo loco, nam relictum omne præſtandum ex mente teſtatoris ex reditu certæ rei, dicitur annuum. *Rom. ſingul. 266. Franc. Crem. ſingul. 76.* ¶ Pariter dicitur annuum legatum, ſi legem Titio decem per quadriennium in feſto ſuæ capellæ. *idem Rom. ſing. 297.* ¶ Legatum factum à viro uxori ſub iſtis verbis, item legavit ſaccos duos frumenti, botallum unum vini, & medium centum in numeratis, non eſt unicum, ſed annuum legatum erit, ideo debetur ad vitam omni anno. *Natt. conſil. 379.* ¶ In legato annuo cum præfinitione temporis relicto, in dubio, ſi ſit cauſa alimentorum, dicuntur plura legata, vel dicitur unum, cujus dies cedit à tempore mortis, *Bartol. ſingul. 98. & Petr. de Raven. ſing. 536.* ¶ Si teſtator legaverit uxori ſuæ aureos quinquaginta ſingulo anno ſibi dandos, & ſolvendos per ejus hæredem pro uſufructu, ultra ejus dotem, non cenſetur legata proprietas dictorum quinquaginta, ſed uſusfructus. *Menoch. conſil. 352. lib. 4.* ¶ Qui legat fructus annuos, videtur legare uſumfructum formalem. *l. 24. ff. de uſufructu*, ſed an legatum annuum ſit uſusfructus, *vide gloſſ. ibid.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Reditus relictus, quolibet anno intelligitur debere ſolvi, quando hæres fructus colligit. *Roman. ſingul. 389.* ¶ In legato annuo, an neceſſariæ ſint plures præſtationes, & pro ipſo legato poteſt agi, ut in futurum præſtetur. *Bartol. in l. 5. §. ſi in pluribus. ff. de operis novi nuncia.*

Cap. III. Quando debeatur, vel non.

Legatum penſionis pro una domo, in fine anni debetur. *Hieron. Magon. deciſ. 69. num. 18.* ¶ Relictum annuum reſpectu certæ neceſſitatis, debetur eo tempore, quo ineſt neceſſitas, ideo ſi teſtator annuatim leget

veſtem æſtivam & hyemalem, æſtiva debetur in menſe Aprilis, & hyemalis in menſe Septembris. *Rom. ſingul. 601.* ¶ Teſtator, ſi fratribus reliquerit 15. ſalmas vini quolibet anno, poteſt hæres ex bonis teſtatoris aſſignare unam vineam, ex qua percipiat dictum vinum. *Petr. Gerar. ſingul. 34.* ¶ Quod deficit in fructu unius anni, ſuppletur ex fructibus ſequentium annorum, in legato annuo. *l. 17. §. fin. ff. de ann. legat. & l. 13. ff. de tritico, vino, & oleo legat.* ¶ Legatum annum debetur ex primo teſtamento non revocato, ſed in quibusdam reformato per ſecundum teſtamentum, *Natt. conſil. 483. & 537.* ¶ Legatum annuum uxori relictum, donec caſte vixerit, quamvis infra annum nupſerit, vel deceſſerit, integrum illius anni legatum habebit, & ejus hæres. *Vinc. de Franc. deciſ. 155.* ¶ Quando aliquid relinquitur annuatim, & teſtator ordinat, quod interim præſtetur aliquid loco uſurarum, quid juris, *vide Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 23. num. 10.*

Cap. IV. Quæ fieri poſſint.

In legato annuo licitum eſt, quolibet annuo variare, quia tot ſunt legata, quot anni. *l. 10. §. fin. ff. de conditio. & demonſt.* ¶ Legatum annuum pro eo anno, quo moritur legatarius, ad hæredes tranſmittitur, ſecus in uſufructu. *Lud. Rom. ſing. 71.*

Cap. V. Qui teneatur ſolvere, vel non.

Teſtator, ſi legat corbem frumenti annuatim usque ad decem annos, hæres poteſt pro toto tempore ſemel ſolvere, & dare totum. *Bart. in l. 20. ff. quando dies legat.* ¶ Legata aunua ab initio cujuslibet anni ſunt ſolvenda. *l. 1. C. quando dies leg. ced. Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 23. Vincent. de Franc. deciſ. 155.* & inducantur annua pluribus modis, ut quando adſunt dictiones repetitivæ, vel quando relinquitur legatum quousque legatarius vivat, vel quando relinquitur res modica pauperi. *Joſeph. d. deciſ. 23.* idem in legato reiterabili. *ibidem num. 6.* ¶ Univerſalis uſufructuarius tenetur ſolvere legata, & fideicommiſſa annalia ex reditibus. *l. fin. §. fin autem. ff. de bonis, quæ liberis.* ¶ Legatum annuum ſolutum in præſenti, quando obliget ad ſolutionem in futurum. *Bartol. in l. 2. C. de fideicommiſſ.*

Cap. VI. Quibus modis valeat, vel non.

An valeat legatum, ſi teſtator leget decem annua, donec legatum ſolvatur, an vero illa decem in ſortem ſint imputanda. *Alc. lib. 5. Paradoxorum. cap. 20.* ¶ Si teſtator legaverit decem annua, usque ad vigeſimum quintum annum illi, qui habet reſpectum ad ætatem, ſed intelligitur legare usque ad viginti quinque annos, qui incipiunt currere poſt mortem teſtatoris. *Pet. de Raven. ſingul. 751.*

TITULUS DCXXIII.

De legatis uſus, uſufructus & habitationis.

Generalia.

DE conjecturis, quæ verſantur circa legatum uſusfructus. *Mant. de conject. ult. volunt. libr. 9. titul. 5.* ¶ De materia uſusfructus *vide ſupra titul. de uſufruct.* ¶ De Uſufructu relicto per maritum uxori, *vide tit. C. ſi ſecundo nupſerit mulier.*

Cap. I. Legatum uſusfructus, quod dicatur, & quando dicatur uſus legatus.

Legatum uſusfructus factum alicui, an dicatur unum, vel plura, *Capic. deciſ. 203. n. 3.* ¶ Uxor, quando fuit inſtituta hæres ad vitam, cenſetur ſolum facta uſufructuaria, *vide Menoch. conſil. 115. libr. 2.* ſed mortuo inſtituto, vel ſubſtituto, ſupraveniente ipſa uxore, ſubſtitutio efficitur caduca, & dicta uxor remanet domina & proprietaria, *Menoch. conſil. 273. libr. 3.* ¶ Si teſtator legaverit uxori ſuæ aureos quinquaginta ſingulo anno ſibi dandos, & ſolvendos per ejus hæredem pro uſufructu, ultra ejus dotes, non cenſetur legata proprietas, ſed ſolum uſusfructus dictorum aureorum quinquaginta. *Menoch. conſil. 352. lib. 4.* ¶ Legato uſufructu domus, vel cum hac dictione, totius domus an cenſeatur legatus uſusfructus cæterorum bonorum, *vide DD. in l. lecta ff. ſi cert. pet.* ¶ Quando teſtator relinquit uſumfructum cujusdam rei alicui, deinde committit cuſtodiam ipſius rei alteri, ſolum cenſetur uſus legatus. *Cravet. conſil. 25. numer. 28.* ¶ Quando teſtator diſpoſuit, quod aliquis cum ſua familia poſſit ſtare & habitare in dicta ſua domo, & quod non poſſit expelli per hæredem, ex hoc legato tres oriuntur quæſtiones: Prima, quod per tale legatum non ſit relicta ſervitus habitationis, nec uſusfructus, ſed duntaxat videtur conceſſa quædam facultas habitandi, quæ in facto conſiſtit: Secunda, quod non cenſeatur legatus uſus dictæ domus: Tertia, quod per tale legatum non poſſit habitare per totam domum, minus expellere hæredem. *Dec. conſ. 355.* ¶ Utilitatem domus ſuæ legans, uſu tantum legaſſe videtur. *Lud. Rom. ſing. 60. & Petr. de Rav. ſingul. 368.* ¶ Qui legat uſumfructum in fundo, videtur legare viam, ſi aliunde illum non habeat legatarius. *l. 46. §. fin. de legat. 1.*

Vel non.

Maritus ſi ſub nomine appellativo in teſtamento dixerit, relinquo uxorem meam dominam, maſſariam & uſufructuariam, & prima uxor vivens tempore teſtamenti, poſtea moriatur, ſecunda uxor non cenſeatur vocata ad tale legatum. *Franc. Crem. ſing. 8.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

. Domo legata uxori ad habitandum, vel fundo ad uſumfructum, intelligitur etiam legata proprietas, quæ tranſibit ad hæredes. *Capic. deciſ. 185. num. 6.* ¶ Hæc verba, volo quod uxor mea ſit domina omnium bonorum meorum, nec non habeat regimen & adminiſtrationem eorum ſine illorum alienatione, quomodo intelligantur, *vide Capel. Tholoſan. quæſt. 163. Benintend. deciſ. 98.* ¶ L. hæreditatum ff. ad legem Falcid. habet locum in omnibus diſpoſitionibus, ubi tractatur qualiter æſtimetur uſusfructus, & pro quot annis, *vide Rot. Aven. deciſ. 95. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Uſus alicujus rei relictus intelligitur merus tantum, ſed res relictæ ad uſum, ſeu pro uſu, intelligitur cum proprietate. *Capic. deciſ. 188.* ſed quando uſus appellatione veniat plena proprietas, *vide ibid. num. 3.* ¶ Habitatione legata, ex uſu loquendi aliquando quis intelligitur legaſſe dominium. *Bartol. in l. 13. C. de uſufruct. & habitat.* ¶ Uſufructu alteri conjugum ab altero relicto, ſolum intelliguntur relicta alimenta. *Boer. deciſ. 61. & deciſ. 194. Benint. deciſ. 98. Franc. Marc. quæſt. 841. & quæſt. 848. Franc. Crem. ſing. 8. Dec. conſil. 476. Bart. in Authent. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier, & in conſil. 9. & 33. volum. 1. Abb. conſil. 78. lib. 2. Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 168.* ¶ Item quando uxor fuit relicta maſſaria, domina & uſufructuaria omnium bonorum filiis inſtitutis heredibus, dummodo cum alimentis habeat etiam habitationem. *Vinc. de Franc. deciſ. 58. Mynſing. obſerv. 37. cent. 5. Papon. libr. 14. tit. 2. arreſt. 1. Andr. Gail. obſerv. 144. lib. 2. vide Creſcent. deciſ. 5. alias 293. tit. de donat. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 9. tit. 7.* ¶ Quod ampliatur procedere, licet liberi eſſent ex aliena uxore. *Marc. quæſt. 847.* & tunc uxor tenetur reddere rationem de bonis, quæ habuit ex tali relicto ultra ſua alimenta. *Gaſp. Cabal. milleloq. 523.* ſed quid, ſi tali legato filii conſenſerint, *vide eundem Marc. quæſt. 852.* ¶ Reg. declaratur non procedere extraneo hærede inſtituto, quia tunc totus uſusfructus intelligitur relictus. *idem Cabal. d. milleloq. 523. And. Gail. d. obſ. 144. lib. 2. n. 7. Franc. Crem. ſing. 8. vide Dec. conſ. 478.*

Bart.

Bartol. in l. 1. ff. quib. mod. uſusfruct. amit. ¶ Secundo declaratur non habere locum liberis inſtitutis deficientibus, extraneis ſubſtitutis ſupravivenubus, quia tunc poſt mortem liberorum totus deberur uſusfructus. *Benint. deciſion. 98. Gail. d. obſervat. 144. num. 7. vide Bart. in l. 35. ff. de manumiſſ. teſtam. & in conſil. 56. 147. & 171. volum. 1.* etiamſi poſt mortem filiorum bona tranſierint in fiſcum. *Roland. conſil. 74. num. 10. & 11. vol. 2.* ¶ Tertio limitatur dictum, quando aliter conſtaret de expreſſa mente teſtatoris ex reſtamento, puta quia voluit uxorem habere integrum uſumfru um, tunc enim totus uſusfructus deberetur, detracta legitima liberorum. *Gail. d. obſerv. 144. num. 5. Cravet. conſil. 32. Dec. conſ. 418. 453. 590. vide eundem Dec. conſ. 476. & 485.* & de aliis limitationibus per *Mynſing. dict. obſervat. 37. & 38. cent 5. & Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 7.*

Cap. III. Quæ veniant.

Teſtator legando fundum, appellatione fundi venit uſusfructus, & dominium poſtea legando, de neceſſitate intelligitur legatus uſusfructus formalis. *Jac. Put. deciſ. 222. lib. 3.* ¶ In dicto legato venit etiam uſusfructus rerum venalium, quæ ſunt in domo vendendi cauſa, *Roland. conſil. 74. lib. 2. num. 29.* ¶ Uſufructu bonorum legato, an veniant bona poſt teſtamentum acquiſits, *vide Perilluſt. D.P. Theſſau. deciſ. 168.* ¶ Legatum uſusfructus ſubjicitur Falcidiæ, & reputatur aſcendere ad tantam quantitatem, quantam comprehendere poteſt tempus vitæ, habita ratione ætatis, de qua *in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc.* ¶ Alienationis prohibitio comprehendit conſtitutionem uſusfructus. *Boer. deciſion. 199.* ¶ Legatum uſusfructus rei cum hoc, quod poſt mortem ſuam hæredi teſtatoris rem reſtituere teneatur, comprehendit proprietatem, niſi in jure teſtator erraverit. *Rom. ſing. 653.*

Vel non.

Si legantur uxori fructus omnium bonorum mobilium & immobilium, non veniunt fructus conſiſtentes in nominibus debitorum. *Bartol. conſilio 50. volum. 1. & conſil. 86. vol. 2.* ¶ Legatum uſusfructus tertiæ partis bonorum mobilium & immobilium, non continet jura & actiones. *Bartol. in l. 43. ff. de uſufr. legat. num. 4. & conſ. 58. vol. 1.* ¶ Fructus reconditi non veniunt in uſufructu legato. *Marc. qu. 827.* ¶ Idem ſi relinquat teſtator uſumfructum ſuorum bonorum ſimpliciter, ſecus ſi dicat omnium bonorum ſuorum. *Bartol. d. conſ. 86.*

Cap. IV. Quando dicatur repetitum legatum.

Legato uſufructu uxori pro alimentis cum aliis rebus, & habitando tamen in domo teſtatoris cum ſuis filiis, & non petendo dotes ſuas, inde in eodem teſtamento caſu, quo dicta uxor non poſſet habitare cum dictis filiis teſtatoris fuerit factum aliud legatum, dubitabatur an onus adjectum primo legato de non petendo dotes, cenſetur repetitum in ſecundo legato, *Menoch. conſ. 166. lib. 2.* tenet cenſeri repetitum.

Cap. V. Quando relinqui poſſit.

Uſusfructus rei feudalis, an poſſit uxori relinqui. *Boer. deciſ. 199.* ¶ Uſusfructus omnium bonorum, in quibus rebus relictus videatur, *per Mant. libr. 9. titul. 6. de conject. ult. volunt.* ¶ Pauperi ſi uſus unius magni palatii relinquatur, toto palatio ille uti poterit. *Franc. Crem. ſing. 84.* ¶ Uſumfructum totius dotis, an filia patri relinquere poſſit, ſola proprietate filiis reſervata, *Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 137.*

Cap. VI. Quando peti, minui poſſit, & quæ legari poſſint.

Legatum vini & grani peti poteſt in principio anni, *Bartol. conſ. 216. vol. 1.* ¶ Legatum uſusfructus minui non debet ob æs alienum hæreditarium, quando remanent alia bona ad illud ſufficientia. *Cravet. 300. num. 7. & 8.* ¶ Maritus legans uxori uſumfructum fundi, cum hoc, quod non poſſit fundum alienare, videtur legare proprietatem. *Franc. Crem. ſing. 28. Hippol. ſing. 561.* idem ſi hoc modo legetur cuilibet alteri. *Marc. de Mant. ſingul. 652.* ¶ Uſusfructus ſervituris realis non poteſt lagari, ut proprie præſtetur, quia ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt, tamen præſtabitur prout poteſt. *l. 1. ff. de uſu, & uſufruct. per legat. relict.*

Cap. VII. Quando debeatur legatum, vel non.

Si mater mea de bonis meis uſumfructum habens ſuper illis litigaverit, debet ſuis expenſis litigare, & cogitur me alere ſine diminutione patrimonii. *Hartman. cap. 4. tit. de aliment. lib. 2.* ¶ Teſtator ſi legaverit uxori ſuæ caſu, quo non poſſet ſtare cum ſuis hæredibus, uſumfructum alicujus prædii, quando debeatur talis uſusfructus, ſi uxor non potuerit honeſte ſtare cum hæredibus, *vide Cravet. conſil. 265.* ¶ Legatum uſusfructus & alimentorum factum à marito uxori, donec in domo ſua ſteterit cum filiis ſuis, ſi ipſa uxor ſteterit per aliquot annos, & inda receſſerit, & poſtea vellet redire, an reintegretur, *vide Dec. conſ. 621.* ¶ Si teſtator legaverit uſumfructum ſuorum bonorum, vel reliquerit uxorem ſuam uſufructuariam cum Lodovica ejus filia, quouſque dicta ejus filia ſteterit in domo ipſius teſtatoris cum dicta ſua uxore, ſi filia non ſteterit in domo, uſusfructus totus debetur uxori. *Dec. conſil. 454.* ¶ Quid, quando uxor fuit inſtituta in uſufructu, & poſt ejus mortem filii, *vide eundem Dec. conſ. 478. & conſ. 597.* ¶ Uxor relicta domina, & uſufructuaria omnium bonorum cum filiabus ſuis, habere debet dimidiam uſusfructus, & filiæ aliam dimidiam. *Natt. conſ. 297.* ¶ Uxor uſufructaria inſtitutis hæredibus filio, & extraneo, in portione filii tantum debet habere alimenta, ſed in portione extranei, debet habere integrum uſumfructum. *Roland. conſil. 74. volum. 2. vide Bartol. in conſil. 92. volum. 2.* ¶ Quæ alimenta dicta uxor debet percipere in domo teſtatoris, niſi intervenerit legitima cauſa recedendi. *Menoch. conſil. 62 volum. 1.* ¶ Poterit uxor dicto caſu ultra alimenta, vel uſumfructum reſpective petere dotes ſuas. *Roland. conſil. 74. num. 26. libr. 2. & Guid. Papon. quæſt. 541.* ¶ Fallit, quando in legato fuiſſet dictum, donec dotes non petierit, tunc enim petendo dotes perdit uſumfructum, niſi illas hæres ſponte reſtituiſſet. *Roland. ibid. num. 27. 28. vide Franc. Marc. quæſt. 817. & Andr. Gail. obſerv. 144. num. 15. lib. 2.* ¶ Teſtator legavit uxori ſuæ dilectiſſimæ uſumfructum domus ſuæ: item libras 2000. annuatim, & hoc pro toto tempore vitæ ſuæ, pro quo tamen uſufructu ipſa uxor teneatur penes ſe alere, & alimentare filias teſtatoris hæredes univerſales, mortuo teſtatore filiæ ſteterunt apud matrem quouſque fuerunt nuptiæ traditæ, & ſic contracto matrimonio receſſerunt, dubitabatur, an mater adhuc deberet habere integrum uſumfructum, & totum legatum, *Menoch, conſ. 146. libr. 2.* reſpondit affirmative. ¶ Uſusfructus omnium bonorum, quando uni legatus eſt, & alteri fundus ſimpliciter, proprietas, & uſusfructus non habent ſe, ut genus & ſpecies. *Dec. conſil. 590. n. 7.* ideo uſufructuarius omnium bonorum habebit hoc caſu uſumfructum, etiam fundi in ſpecie legati. *Roland. conſil. 8. volum. 2.* ſecus in ipſo caſu, ſi legatus eſſet ſolum uſusfructus, tunc enim in uſufructu omnium bonorum non eſſet comprehenſus uſusfructus fundi. *Dec. dict. conſil. 590. num. 7.* ¶ Teſtator legavit ſorori uſumfructum domus toto tempore ejus vitæ, & poſt ejus mortem ſuſtinuit in dicto uſufructu domus, filium dictæ ſororis; item ſalvis præmiſſis, legavit avunculo totum & integrum uſumfructum omnium bonorum ſuorum, & inde

inſtituit hæredem univerſalem: mortuis ſorore, & nepote uſufructuariis domus, oritur quæſtio inter hæredem univerſalem, & uſufructuarium omnium bonorum de uſufructu dictæ domus. *Menoch. conſil. 141. cum ſeq.* reſpondit uſumfructum dictæ domus ſpectare ad uſufructuarium omnium bonorum. ¶ Teſtator, ſi legat uni fundum, & alteri uſumfructum, quilibet habebit dimidiam uſusfructus. *Petr. de Raven. ſingul 749. & Marc. de Mant. ſing. 398.* ¶ Uſufructu ad alimenta legato, quod ex alimentis ſupereſt, pertinet ad hæredem. *ibid. num. 2.*

Vel non.

Hæres univerſalis non concurrit in uſufructu cum uſufructuario omnium bonorum. *Natt. conſil. 297.* ¶ Uſufructu omnium bonorum mobilium & immobilium legato, non debetur uſusfructus nominum debitorum. *Mant. lib. 9. num. 4.* neque uſusfructus bonorum feudalium. *tit. 6. num. 6.*

Cap. VIII. Quando præſtetur, præſcribatur, vel non.

Quando alimenta extra domum uxori ſunt præſtanda ex cauſa, talia alimenta ſunt taxanda, & conſtituenda ſecundum quantitatem patrimonii, & fructuum prius deducto ære alieno, nec vendi aliquo pacto prædia debent, ſi fructus non ſufficerent. *Menoch. conſil. 62. volum. 1.* & dicta alimenta erunt danda per menſes. *ibid. num. 7.* ¶ Habitatione legata uxori in certis partibus domus, caſu quo uxor facto hæredis non poſſet cum eo morari, ſi domus non recipiat commodam diviſionem, hæres poteſt præſtare aliam domum æque commodam. *Natt. conſil. 425.* quia ex cauſa receditur à voluntate teſtatoris. *ibid.* ¶ Uſusfructus antequam conſtituatur, non niſi triginta annis præſcribitur, conſtitutus vero decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. *Marc. quæſt. 829.*

Cap. IX. Quæ fieri poſſint.

Sententia lata contra hæredem, an executio in bonis hæreditariis in uſufructuarii præjudicium fieri poſſit, *Marc. q. 825.* ¶ Sententia pro debito uſufructuarii in uſusfructus commoditate, executioni demandari poteſt. *Marc. quæſt. 825. n. 4.* ¶ Legata tertia parte fructuum certi fundi, hæres poteſt dare tertiam partem æſtimationis fructuum, etiam invito legatario. *Roman. ſingul. 434. Petr. de Raven. ſingul. 355.* ¶ Quando relinquitur pecunia pro alimentis, vel aliter, quomodo illa debeat implicari, *vide Bart. in l. 88. ff. ad leg. Falcid. & in l. 1. ff. ut legatorum, ſeu fideicom. non caveat.* ¶ Uſufructu veſtium, & aliorum mobilium uxori legato, qualiter indemnitati hæredi conſulatur, & finito tali uſufructu, quomodo fiat reſtitutio: & quando per uxorem cautio ſit præſtanda: & quid ſtante minori ætate hæredis, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſion. 80.* ¶ Uſufructu librorum legato, an de illis inventarium fieri debeat, & quomodo, *vide Afflict. dict. deciſ. 342.* ¶ Uſufructu legato res eſt æſtimanda ad tempus receptionis. *Afflict. ibid.* ¶ Uſufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt. *l. uſufr. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si fiat legatum uſusfructus unius grangiæ, hæres inde boves tanquam fundi inſtrumentum (ad conſequendum uſumfructum neceſſarium) in præjudicium uſufructuarii amovere non poteſt, *Marc. de Mant. ſing. 498. Bart. in l. 2. §. dotes. ff. de fundo inſtruct.* ¶ Uſusfructus legatum non niſi ab adita hæreditate cedit; tamen ſi hæres diſtulerit, in fraudem tenetur. *Franc. Marc. qu. 823.* vel adſit clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis. *Dec. conſ. 652. n. 8.*

Cap. X. Qui teneatur ſolvere legata.

Quando fundus eſt appoſitus à teſtatore gratia demonſtrationis, vel deſignationis, unde fructus poſſint accipi, tunc debent ſolvi ab hæredibus pro portionibus hæreditariis, ſecus ſi fundus ſit appoſitus gratia limitationis & taxationis: tunc enim debent ſolvi per illum, ad quem fundum pervenit, ſed quando cenſeatur appoſitus gratia demonſtrationis, vel limitationis, *Gaſp. Cabal. milleloq. 86.* ¶ Legata in teſtamento relicta hæres ſolvere tenetur non uſufructuaria. *Guid. quæſt. 541.* nam onus legatorum non ſequitur uſufructuarium. *Bart. in l. 43. num. 6. ff. de uſufr. legat.* tamen univerſalis uſufructuarius tenetur legata & fideicommiſſa in reditibus. *l. fin. §. ſin autem. C. de bonis, quæ liberis.* ¶ De legato uſusfructus omnium bonorum ſunt ſolvenda annua legata, in præjudicium legatarii uſufructuarii. *Natt. conſ. 7. Tom. 1.*

Cap. XI. Quæ valeant, vel non.

Legatum uſusfructus omnium bonorum uxori relictum, alio hærede poſt ejus mortem inſtituto, valet, & inſtitutio hæredis dicitur pura, & non conditionalis. *Andr. Gail. obſervat. 143. libr. 2. vide Franc. Mantic. de conject. ultim. volunt. libr. 4. titul. 7. & Natt. conſ. 570.* ¶ Qui legat fructum, videtur legare uſumfructum, quia uſus functioni ineſt ex neceſſitate, & ſi teſtator legat uſumfructum ſine uſu, ita quod in legando adimat uſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum, ſecus ſi poſt legatum adimat, quia non tenet ademptio. *l. 14. §. fin. ff. de uſu, & habit. & vide de materia ibidem per tot.* ¶ Si loci uſumfructum leget teſtator, & iter adimat, non valet ademptio, nec vitiatur legatum. *leg. 3. §. ſi loci. ff. de adimen. & transferend. legat.*

Cap. XII. Quando amittatur, finiatur, vel non.

Uſusfructus conſtitutus morte uſufructuarii finitur: idem in ſpe uſusfructus conſtituendi. *Roman. ſingul. 587.* ¶ Relegatione (ſicut maxima capitis diminutione) uſusfructus amittitur, *Marc. quæſt. 838.* ¶ Uſumfructum non perdit mater per tranſitum ad ſecunda vota, quando ille fuit ei per maritum relictus. *Boer. deciſion. 195.* etiam hac conditione adjecta, donec caſte vixerit. *Bartol. in l. 22. §. cum proponeretur. ff. ad Senatuſc. Treb. Natt. conſ. 570.*

Cap. XIII. Quando extinguatur, vel non.

Legato uſusfructus, vel habitationis generali non derogetur per legatum ſpeciale rei, *Roman. ſingul. 586. & Petr. de Raven. ſingul. 363.* ¶ Uſusfructus ſi Titio legetur uſque ad decem annos Sempronii, mortuo Sempronio ante decennium non ob id extinguitur: idem ſi legetur, donec aliquis furioſus perſeveraverit in furore. *Roma. ſin. 247.* ¶ Legatum domus ad gaudimentum non finitur morte legatarii: quia cauſa de futuro adjecta legato, in favorem legatarii, non reſtringit ipſum legatum: idem quando fuit legatum fundum ad alimenta. *Franc. Crem. ſing. 34. Hippol. ſingul. 44. 4.* ¶ Quid, ſi teſtator uxoris ſuæ uſumfructum omnium bonorum hac conditione legaverit, ſi domi mariti cum liberis ſuis permanſerit, & vitam vidualem ſervaverit, an mortuis liberis legatum extinguatur, *vide Gail. obſ. 144. num. 11. Benintend. deciſion. 98.* pro affirmativa ſcribit *Dec. conſil. 485.* ſed vide *ibidem & conſil. 526. 537. 600.* quando non extinguatur, *vide eundem Dec. conſil. 601.* quid, ſi commode, & honeſte in domo teſtatoris cum liberis morari nequeat, an poſſit libere mutare habitationem, *ibidem num. 14. d. conſil. 601.* ¶ Legatum alimentorum uxori factum reſpiciens commodum ipſius, & filii, mortuo filio non extinguitur, ſecus ſi filii tantum favorem reſpiceret. *Mynſing. d. obſervat. 28. cent. 5.*

Cap. XIV.

Cap. XIV. Actio cui competat,
vel non.

Ad hæredem proprietarium ſpectat, & non ad uſumfructuarium agere contra debitores hæreditarios, & quid conſequetur, proprietas erit hæredis, & uſufruct. uſufructuarii. *Bero. quaſt. 13. num. 3.* ¶ Hæreditate per hæredem ſemel adita, nulla contra univerſalem uſufructuarium creditoribus & legatariis, competit actio, *Mobed. decif 123.*

Cap. XV. Legatarius, uſufructuarius: Quæ facere poſſit,
vel non.

Quando uxor eſt relicta uſufructuaria, poteſt propria auctoritate uſumfructum accipere. *Dec. conſil. 418. & conſilio 376. vide Roland. conſil. 74. num. 28. volum, 2,* & poteſt exigere credita hæreditaria, ſed an poſſit repelli ex eo quod non fecerit inventarium, & teneatur præſtare cautionem, *Dec. conſil. 418, num. 6, 10. & 16.* ¶ Uſufructuarius omnium bonorum an faciat fructus ſuos perceptos ante præſtitam cautionem. *Natt. conſ. 297. num. 3.* ¶ Uſufructuarius, etiam cautione non præſtita, experiri poteſt. *Marc, quaſt. 820.* ¶ Uſufructuarius, antequam ſatiſdederit, an & quando fructus faciat ſuos, *vide eundem quaſt. 821.* ¶ An uſufructuarius, qui tenetur ſatiſdare, poſſit præſtare juratoriam cautionem. *Cabal. milleloq. 526.* ¶ Si relinquatur uſusfructus ſub conditione non faciendi, poterit legatarius præſtare cautionem mutianam de non faciendo, & habere ſtatim legatum. *l. 79. §. fin. de condit. & demonſtr.* ¶ Quando teſtator fecit uxorem dominam, & uſufructuariam omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium, toto tempore vitæ ſuæ, & poſtea addit ita & taliter, quod de quibuſcunque fructibus uſus domus, & utenſilibus, ac aliis quibuſcunque mobilibus ipſius teſtatoris poſſit, & valeat libere, & abſolute in uſus proprios convertere, vendere, & alienare abſque alia ratione reddenda, tunc in bonis immobilibus cenſetur conſtituta uſufructuaria, & in mobilibus abſolute proprietaria. *Menoch. conſil. 10. volum. 1.* ¶ Si alicui relictus ſit uſusfructus omnium bonorum, jurium, & actionum, & inſtitutus ſit hæres univerſitatis proprietarius ille, qui bonorum adminiſtrationis rationem teſtatori reddere tenebatur, tunc uſufructuarius non poterit petere rationis redditionem, quæ teſtatori reddenda erat. *Auguſt. Bero. quaſt. 13.* ¶ Legatarius uſusfructus non poteſt propria auctoritate ipſum uſumfructum capere, ſecus eſt in patre. *Boer. deciſion. 199. num. 9. & 10.* ſed legatum uſusfructus, an per manus hæredis capi debeat. *vide Marc. quaſt. 35.* ¶ Legatum uſusfructus non niſi ab adita hæreditate cedit, & ante ipſam aditionem legatarius accipere poſſeſſionem non poteſt; quia à manu hæredis illam accipere debet. *Mar. quaſt. 49. part. 2. ibid. num. 3. Boer. conſil. 19.* ¶ Legatum ſi uni fiat de proprietate rei ſub conditione, & alteri de ejus uſufruct. ſi uſufructuarius proprietatem ab hærede acquirat, & poſtea conditio legatæ proprietatis eveniat, uſufructuarius non poterit amplius uſumfructum ſperare. *Franc. Crem. ſingul. 58.* ¶ Mulier, cui maritus reliquit pro dotibus ſuis fructus certorum caſtrorum, non poteſt in eis creare Officiales ad reddendam juſtitiam. *Capic. deciſ. 185.*

Cap. XVI. Quæ habere poſſit,
vel non.

Uſufructu bonorum uxori relicto in teſtamento in caſum viduitatis, ſi in codicillis illa conditio viduitatis rejecta fuerit, in quibus nonnullorum bonorum proprietas relicta ſit, an proprietatem tantum, vel proprietatem, & uſumfructum uxor habere debeat, *Ozaſ. deciſion. 52.* ¶ Uſufructuarius talis debet habere uſumfructum nominum debitorum. *Natt. conſ. 297.* ¶ Teſtator ſi uni leget fundum: item eidem æſtimationem uſusfructus omnium bonorum ſuorum, legatarius habere debet etiam æſtimationem uſusfructus dicti fundi. *Roman, ſingul. 249.* ¶ Uxor relicta domina, & uſufructuaria filia inſtituta in re certa, & pauperes Chriſti univerſaliter, quid habere debeat uxor. *Bartol. conſil. 170. volum. 1.* ¶ Uxor, cui per virum legatæ ſunt dotes: item panni, & ornamenta domus, & decem ſalmæ vini, & grani, facta domina, & uſufructuaria petit, & habere debet omnia legata, *Bartol. conſil. 216. vol. 1.* ¶ Uxor veſtem lugubrem, qua ob mariti mortem uti debet, de patrimonio mariti habere poteſt, niſi in contrarium ſit conſuetudo. *Marc. de Mant, ſingul. 584.* ¶ Uxor ſi relinquatur domina, uſufructuaria, & hæredes ſint extranei, debet habere dimidiam uſusfructus. *Bartol. conſ. 33. volum. 1.* ¶ Mater, quæ fuit cum extraneo ſubſtituta filio impuberi, & eidem relictus uſusfructus, quando ſuccedit ex ſubſtitutione pupillari, habebit uſumfructum, ſecus ſi ex vulgari. *Bartol. in l. 77. num. 5. de legat. 1.* ¶ Uſufructu legato, omnes fructus rei ad fructuarium pertinent, ut habetur *in l. 7. ff. de uſufructu, vide l. 10. ibid.* ¶ Uſusfructuarius debet habere fructus, qui reperiuntur tempore mortis teſtatoris, tenetur tamen cavere de illis reſtituendis, finito uſufructu. *Cravet. conſ. 300. num. 5.*

Vel non.

Veſtes feſtivæ & pretioſæ debent remanere hæredibus viri, nec in illis uxor habebit uſumfructum ex legato uſusfructus, ſed fœtus pecorum & boum, ac equorum, bene comprehenditur in dicto uſufructu relicto uxori. *Bartol. conſil. 50. volum. 1.* ¶ Legatarius uſusfructus bonorum mobilium & immobilium, non debet habere uſumfructum, aut uſum in nominibus debitorum, quæ non veniunt appellatione rerum mobilium & immobilium. *Cravet. conſil. 300. num. fin.*

Cap. XVII. Ad quæ teneatur,
vel non.

Quando legatur uſusfructus nemorum, quomodo legatarius illis nemoribus uti debeat. *vide Papon. lib. 14. titul. 3.* ¶ Inventarium facere debet uſufructuarius, etiamſi teſtator illud ſub pœna prohibuerit. *Boer. deciſion. 61. num. 11.* ¶ Uſufructuarius doloſe verſando circa fructus perdit jus ſuum, veluti ſi non conſignaverit omnia mobilia, in quibus habebat uſumfructum. *Cravet. conſ. 300. vide Natt. conſ. 477.* imo cadit à jure ſuo pro ſimplici deterioratione, *Cravet. d. conſil. 300.* idem quando male verſatur in rebus, nec illis utitur arbitrio boni viri: idem quando nolit cavere de utendo fruendo arbitrio boni viri. *Cravet. ibidem, vide Natt. conſ. 477.* ¶ Uxor ſi relicta ſit uſufructuaria à marito donec caſte vixerit, ſi ſemel ſtuprum commiſerit, privatur relicto, nec ad illud amplius datur regreſſus. *Marc. de Mant. ſingul. 590.* ¶ Uſufructuarius quando ad debita teneatur, *vide Marc. quaſt. 833.* ¶ Uxor uſufructuaria omnium bonorum inventarium facere debet. *Gail. d. obſerv. 144. num. 16.* nec talis confectionem inventarii teſtator remittere poteſt. *idem Gail, obſerv. 145. num. 10. lib. 2.* ¶ Uſufructuaria omnium bonorum ſe alimentare tenetur, & veſtes lugubres ſibi comparare, & in tali uſufructu non veniunt emolumenta protocollorum, *Guid. Pap. quaſt. 541. Boer. deciſ. 19. num. 5. Bart. in l. 8. §. ſi vir ſoluto matrim. & in conſ. 50. volum. 1. num. fin.* ¶ Quando debitor habet proprietatem, & alter uſumfructum, quomodo poſſit ſatisfieri creditori. *Papon. lib. 14. tit. 2. arreſt. 2.* ¶ Uſufructuarius omnium bonorum tenetur ſolvere debita. *Guid. Papon. quaſt. 541.* ¶ Uxor relicta uſufructuaria tenetur ſtare colono viri. *Cabal. Milleloq. 525.* ¶ Uſufructuarius univerſalis omnium bonorum, vel quotæ, æs alienum & legata ſolvere tenetur, & finito uſufructu, id quod ſolutum erit ex hæreditate deducere poteſt.

Franc.

Franc. Marc. quæſt. 840. vide Cravet. conſil. 187. Dec. conſ. 486. num. 15. & 560. Natt. conſ. 7. Tom. 1. Roland. conſ. 8. volum. 2. Math. Matheſ. ſingul. 4. Natt. conſ. 297. Abb. conſ. 4 lib. 2. num. 6. Cabal. Milleloq. 550. Andr. Gail. obſervat. 147. libr. 2. fallit in legatis annuis, quæ ex fructibus & bonorum reditibus ſolvi debent. *Gail. obſervat. 147.* ¶ Collectarum ſolutio pertinet ad legatarium, niſi collecta eſſet gravis, & æquipolleret fructibus, quia tunc pertineret ad hæredem. *Natt. conſil. 415. vide ſupra titul. de tribut. & collect.* ¶ Uſufructuarius (ſi relictus eſt uſuſfructus quotæ partis hæreditatis) tenetur ad onera hæreditaria pro rata, & uſufructu finito, quod ſolverit, deducit de hæreditate. *Bartol. in l. 43. ff. de uſufr. legat.* ¶ Legato uſufructu pecuniæ numeratæ, legatarius tenetur ſatiſdare hæredi, licet teſtator ſatiſdationem exigere prohibuerit. *l. ſi pecunia. ff. ut in poſſeſſ. legat. ſeu fideicom.* ¶ Mulier qualiter cavere debeat uſufructu alicujus rei ſibi à viro relicto, *vide Guid. Papon. quæſt. 248.* ¶ Dicta cautio debet præſtari cum fidejuſſore. *idem quæſt. 249.* ſed an ſufficiat cautio juratoria, ſi non poſſit alia præſtari, *vide ibid. quæſt. 240. & Franc. Marc. quæſt. 819.* ¶ Legatarius uſuſfructus cavere debet in aſſignatione rei legatæ. *Afflict. dec. 342.* ¶ Teſtator cautionis præſtationem ei, cui uſuſfructus relictus eſt in teſtamento, remittere non poteſt. *Boer. conſ. 19. Cravet. conſil. 187.* ſecus ſi ex contractu uſuſfructus debeatur, hæres tamen ipſam cautionem remittere poteſt. *Franc. Marc. quæſt. 818. vide ibidem* caſus, in quibus cautio non præſtatur, & debet cavere facta æſtimatione bonorum. *Cravet. conſ. 187.* ¶ Teſtator non poteſt remittere uſufructuario cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri, niſi in rebus, quæ uſu conſumuntur. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. quæſt. 64. Dec. conſ. 418. n. 6. Dec. conſil. 565. vide And. Gail. obſerv. 145. lib. 2.* (ubi ſcribit Reg. cum ampliationibus & limitationibus) *Raud. de Analog. cap. 37. num. 158.*

Vel non.

Uxor, cui fuit relictus uſuſfructus, donec vidualiter vixerit, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ante matrimonium perceptorum. *Cravet. conſ. 300 numer. 5.* ¶ Uſufructuarius non privatur uſufructu propter cautionem non præſtitam, & agat pro uſufructu non præſtita cautione, non abſolvitur reus, ſed debet condemnari ad ſolvendum ſub conditione, ſi uſufructuarius præſtiterit cautionem. *Dec. conſil. 418. n. 18. Natt. conſil. 477. vide l. 15. ff. de uſufructu.* ¶ Uxor uſufructuaria ſine rationis redditione non eſt omnino libera ab ipſa redditione, ſed ſolummodo videtur relicta ſcrupuloſa redditio rationis. *Franc. Marc. quæſt. 818.*

TITULUS DCXXIV.

De ſervitute legata.

LEgato ſervitutis non videtur legatarius renunciare per alienationem fundi, cui ipſo ignorante fuerat ſervitus legata. *l. 19. §. fin. ff. quemadmodum ſervit. amit.* ¶ Hæres poteſt eligere, per quam partem fundi viam conſtituat, ſine captione legatarii, *l. 26. ff. de ſervit. ruſtic. prædio.* ¶ Servitus legata debetur inſolidum, etiam ſi teſtamentum pro parte rumpatur, ſed pro illa parte obſtat exceptio, niſi alterius partis æſtimatio offeratur. *l. 78. de leg. 2.*

TITULUS DCXXV.

De liberatione legata.

FAlcidia reſecat etiam liberationem factam ex cauſa legati, vel donatione cauſa mortis. *l. quod de bonis. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si liberatio relinquitur debitori in actione legis Falcidiæ, pro locupletiore habetur, alias an ſit, ſolvendo inſpicitur. *l. Neſennius. ff. eod.* ¶ Si debitori liberatio ſit relicta, non eſt exigenda cautio, quia habet penes ſe legatum, quippe ſi conveniatur, exceptione doli mali uti poteſt. *l. 1. §. ſi debitori. ff. ut in poſſeſſ. legat.* nam ex liberatione legata à creditore debitori, illi datur actio & exceptio. *l. 17. C. de fideicommiſſ. l. 79. §. mater, de legat. 2.* ¶ Mortua filia in matrimonio dos debet reddi patri, vel ejus hæredibus, & ipſe poteſt legare liberationem. *l. penul. C. de falſa cauſa.* ¶ An valeat legatum liberationis prætextu falſæ cauſæ factum, *vide l. 1. C. eod.* ¶ Legatum liberationis valet, & poteſt fieri in perpetuum, & ad tempus, & econtra non valet legatum factum à debitore ſuo creditori, niſi afferat illi aliquam utilitatem, *§. ſi quis debitori, & ibid. gloſſ. inſtit. de legat.* ¶ Liberatio relicta debitoribus intelligitur de puris, & de his, qui erant debitores tempore teſtamenti, & poſſidens res teſtatoris non comprehenduntur hoc legato. *Petr. de Raven. ſingul. 75. Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. item. 4. num. 3.* ¶ Teſtator, qui legavit debitori rem ſibi pignori obligatam, non videtur debitum remiſiſſe. *ibid. Mant. lib. 4.* ¶ Si teſtator omnibus debitoribus ſuis liberationem legaverit, de quibus intelligi debeat. *Jaſ. de act. in §. ſupereſt. num. 102.* ¶ Legatum liberationis extenditur ad acceſſorium, accedens poſt factum teſtamentum. *Abb. conſil. 35. lib. 2.* ¶ Legatum liberationis habet effectum, niſi à teſtatore legatum ſit exactum. *l. 8. ff. de liberat. legat.* ¶ Liberatio facta in in teſtamento intelligitur facta ſecundum naturam teſtamenti, & per conſequens potius per modum legati, quam contractus. *Natt. conſil. 73. Tom. 1.* ¶ Liberatió, quando eſt legata extraneo non refert, an teſtator ipſum liberet, vel jubeat hæredem eum liberare, licet non ſit liberatus ipſo jure. *Bartol. in l. ſi peculium. §. ſi vero. ff. de pecul. legat.* ¶ Liberatio ſi eſt relicta duobus reis debendi, quorum unus eſt ſolvendo, alter non, uterque capit liberationem. *Bartol. in l. 81. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Teſtator ſi mandat filio ſuo facere quittationem Titio debitor ſuo (datis ſibi centum) & Titius ante implementum conditionis moriatur, ejus hæres poterit conditionem implere, ut habeat quittationem. *Bart. conſil. 16.*

TITULUS DCXXVI.

De adimendis, & transferendis legatis, & fideicommiſſis.

Generalia.

DE conjecturis, quæ verſantur circa translationem legati, vel fideicommiſſi, de una perſona in aliam, *Franç. Mant. libr. 12. tit. 2.*

Cap. I. Quæ dicantur legata, vel non.

Legato nomine debitoris hac conditione adjecta, quod ſi debitor voluerit dare in ſolutum talem rem, quod legatarius teneretur eam recipere, ſi teſtator in vita receperit ipſam rem in ſolutum, ipſa res cenſetur legata. *Tho. Minad. deciſion. 33.* ¶ Donatio cauſa mortis collata poſt martem, cenſetur uti legatum & fideicommiſſum, *Ozaſ. deciſion. 118. num. 3.* ¶ Legatum ſolutum per teſtatorem in vita, tranſit in ſpeciem donationis, & de illo non deducitur Falcidia. *Bartol. in l. 37. de leg. 2.*

Cap. II. Quæ, quibus modis intelligantur, reſtringantur, vel non.

Ademptio generalis prælegatorum ab hærede, an intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta, *vide l. Paulo Calimaco. §. Pomponius, de legat. 3.* ¶ Tranſlatio legati intelligitur facta cum ſuo onere, quod limitatur

mitatur quatuor in caſibus, de quibus *Franc. Mantic. lib. 13. tit. 3. num. 3. facit l. 12. ff. de alimen. & cib. legat.* ¶ Translatio legati in pœnam debet ſtricte interpretari. *Dec. conſ. 291. vide ſupra tit. de his, quæ pœnæ nomine relinqu.* ¶ Genus non intelligitur reſtrictum per enumerationem ſpecierum, quando enumeratio ſpecierum reſpicit verbum, quod ſignificat actum legandi. *Bart. in l. 25. §. Lucius, de legat. 2.* ¶ Translatio fideicommiſſi in dubio intelligitur facta, ſi prius reſtitutio fideicommiſſi facta non ſit. *l. quidam. ff. ad Trebell.* ¶ Sub conditione ademptum, ſub contraria conditione datum intelligitur. *l. 103. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Per ſpeciale legatum generale reſtringitur. *l. 32. §. uxori, ff. de uſu, & uſufruct. legat.* ¶ Per enumerationem ſpecierum facta in codicillis, reſtringitur legatum generis factum in teſtamento. *l. 20. ff. de pen. legat.* ¶ Verba reſtrictiva adjecta legato in codicillis facto, reſtringunt legatum factum in teſtamento. *l. 29. § teſtator, ff. de lib. legat.* ¶ Legatum reſtringitur per rationem. *d. l. 29. §. Strycho.* ¶ Liberatio facta in teſtamento, intelligitur facta ſecundum naturam teſtamenti, & ſic potius per modum legati, quam contractus. *Natt. conſil. 73.*

Vel non.

Enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi, non reſtringit genus præcedens, & quando uni legatur genus, alteri ſpecies, à legato generis ſpecies videtur excepta. *l. 12. §. ſi quis fundum. ff. de pen. legat.* ¶ Enumeratio quorundam individuorum, legatum generale non reſtringit. *l. 5. ff. de aliment. & cib. legat.* ¶ In legato univerſitatis cedit, quod ex ea deducitur, ſi in eam poſtea redigatur. *l. 90. de legat. 2.*

Cap. III. Quæ probentur, & qui teneatur probare.

Fideicommiſſum inductum allegans ſublatum, vel ademptum debet iſtud probare, & ſi ſint plura fideicommiſſa facta in teſtamento, & fiat revocatio, ſeu ademptio in codicillis, teſtator non videtur receſſiſſe à diſpoſitione teſtamentaria, niſi ab his tantum, quæ ſpecifice reformavit. *Roland. conſil. 31. volum. 4.* quia regulare eſt, quod per ademptionem unius rei non ſequatur ademptio alterius, quando res ſunt ſeparabiles. *ibid. num. 24.* ¶ Licet in alienatione rei legatæ diſtinguatur inter alienationem neceſſariam & voluntariam. tamen hæc diſtinctio non habet locum in exactione debiti legati, quia tunc legatarius ſemper debet probare legatum non ademptum per exactionem. *l. 11. §. ſi rem, de legat. 3.* ¶ Onus probandi mutatam eſſe voluntatem defuncti, ad eum pertinet, qui fideicommiſſum recuſat. *l. 27. in fin. de leg. 2.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, vel non.

Voluntatis mutatio præſumitur propter morum mutationem, & ſi teſtator non habens filios, fecerit plura legata, propter ſupervenientiam liberorum præſumitur ab illis receſſiſſe. *Bart. in l. in confirmando. ff. de confirm. tutor.* ¶ Legatum ad pias cauſas factum repertum cancellatum, juris præſumptione præſumitur inconſulte cancellatum, quare debetur. *Pet. de Raven. ſing. 354.*

Cap. V. Quæ compenſentur, vel non.

Cum quis primo legat quantitatem pro dote, & poſtea dat dotem, animo compenſandi dediſſe videtur, ſecus ſi legat ſpeciem, & poſtea dat dotem in pecunia, & econtra, quia tunc de ſpecie ad quantitatem non fit, nec cadit compenſatio, *Boer. deciſion. 136.* ¶ Donatio inter vivos ſequens cenſetur in re compenſam legati facta; ſed quid, ſi eſt diverſa ſumma, *vide Vincent. de Franc. deciſion. 422. part. 2.* ¶ Legatum dotis à patre filiæ factum, pro qua poſtea dotem promiſit, vel ſolvit, compenſandi animo hoc feciſſe pater videtur. *Magon. deciſion. 13. n. 24. Rot. Floren. facit l. 11. C. de legat.*

Cap. VI. Quando diminuatur.

Quæ adjiciuntur ad diminutionem, non operantur augmentum. *l. 71. §. falſam. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Si rei legatæ detrahatur, legatum minuitur, ſi adjiciatur, augetur, *l. 8. de legat. 1.* ¶ Inutilis diſpoſitio ſpeciei ſub genere contentæ inter vivos factæ, diminuit legatum, ſecus in diſpoſitione inutili facta per ultimam voluntatem. *Lud. Rom. ſing. 138.*

Vel non.

Diminutio legatorum relictorum in teſtamento, non pertinet ad legata, nec ad alimenta relicta in codicillis, vel in tabulis pupillaribus. *l. 18. §. poſthumus de adim. legat.* ¶ Aditu formæ primæ legatum non minuit. *l. 15. ff. de aur. & argen. legat.*

Cap. VII. Quando debeatur legatum, vel non.

Legatum annuum debetur ex primo teſtamento non revocato, ſed in quibuſdam reformato per ſecundum teſtamentum. *Natt. conſil. 483. & 484.* ſed an ex conjecturis poſſit interpretari voluntas teſtatoris, ut ex ſecundo teſtamento cenſeatur ademptum tale legatum, *vide ibidem.* ¶ Domus ſi tota legetur uni, demum pars ſubſtantialis alteri, qua detracta domus non remanet, in illa parte embo legatarii concurrunt. *Bartol. in l. 19. ff. de uſufruct. legat.* ¶ Si deficiat conditio, pro qua fuit interpoſita cautio mutiana, legatum debetur ei, in quem in eum caſum fuit translatum. *l. 66. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Si duobus ſeparatim contra ſingulos ex duobus reis actio legetur, hæres cuilibet inſolidum ſatisfacere tenetur, licet exactione unius facta per teſtatorem, utrumque legatum perimatur. *l. 84. de legat. 1.* ¶ Legatum frumenti, vini, vel olei, ſi eſt conſumptum, & reperiatur aliud tempore mortis, debetur in eo, quod reperitur eo tempore, ſed pro quantitate, quæ reperiebatur tempore teſtamenti. *Vinc. de Franc. deciſion. 313. part. 2.* ¶ Teſtator ſi legaverit frumentum, quod habeat in horteo, ſi illud poſtea vendiderit, aliudque repoſuerit, debetur hoc ſecundum. *Menoch. conſil. 15. lib. 2. num. 65.* ¶ Teſtator ſi legaverit uxori omne frumentum, quod in domo habet, & illud conſumat, ſi tantundem repoſuerit, non cedit uxoris lucro, niſi ipſum repoſitum ſit per modum ſubrogationis. *Marc. de Mant. ſingul. 650.* ¶ Univerſitate legata, quod ſupereſt, tempore mortis debetur, licet multa fuerint legata, & ed unum pervenerint. *l. 22. ff. de leg. 1.* ¶ Inſula, vel domus legata ſi combuſta ſit, area adhuc debetur. *l. 22. in fin. de legat. 1.* ¶ Legatum quando pluries fit de eadem ſumma in diverſis ſcripturis, utraque ſumma debetur: idem quando fit de eadem ſumma, & in eadem ſcriptura. *Cravet. conſil. 167.* ſed quando legatum pluries fit eidem perſonæ (etiam in diverſis ſcripturis) ſi fiat ab eadem perſona, & ob eandem cauſam, alterum tantum debetur. *ibid. num. 10.* ¶ Si in uno codicillo legetur fundus Titio, in alio Sempronio legetur ipſemet fundus, debetur ambobus pro virili. *Bart. in l. 3. C. de codicill.* ſed quando uni relinquitur totus, & alteri pars, quid juris, *vide eundem Bartol. in l. 22. C. de legat.* ¶ Si quis legaverit in teſtamento alicui quinquaginta, & in codicillis poſtea factis eidem legaverit aliquid, utrumque legatum debetur, niſi hæres probet contrarium. *Abb. conſil. 4. num. 8.* ¶ Legata relicta in teſtamento approbato per hæredem, & diminuta per codicillos, debentur ſecundum formam codicillorum, & non teſtamenti, licet illi approbati per hæredem fuerint. *Cravet. conſ. 257.* ¶ Legatum relictum in auxilium matrimonii debetur, etiam quod die legati adveniente, mulier nupta reperiatur, & aliunde habuerit dotes. *Natt. conſilio 485.*

Vel non.

Corpus, quod uno ſpiritu conſiſtit ſi legetur, & inde

petierit,

petierit, non debetur quod ſupereſt: idem in domo legata deſtructa. *Bart. in l. 67. de legat. 2.* ¶ Fundo cum inſtrumento legato, & poſtea alienato, non debetur inſtrumentum, quod eſt acceſſorium, & non conſiſtit ſine principali, ſecus ſi teſtator legaſſet cum copula, & legando hoc modo fundum, & inſtrumentum. *l. 1. & ibid. gloſſ. ff. de fundo inſtructo. vide l. 25. §. fin. eod. & l. 1. ff. de penu legat.*

Cap. VIII. Quando peti poſſit, vel non.

Filia, cui pater legavit 200. pro ea maritanda, & poſt matrimonium ipſius, illi dedit ſolum centum nomine dotis, reſiduum petere poteſt. *Bartol. in l. 22. de legat. 2.* ¶ Licet teſtamentum efficiatur caducum per mortem hæredis vivo teſtatore, tamen legata peti poſſunt virtute clauſulæ codicillaris. *Dec. conſ. 242.* ¶ Legatum, quo pro facto teſtamento, & vivo teſtatore hæres cavit, ſi revocetur poſtea teſtamentum, non poteſt peti ex cautione. *Bartol. in l. 48. ff. de jure fiſci.*

Cap. IX. Quando adimatur legatum, vel non.

Si teſtator ita dixerit, lego Sempronio, quod Cajo legavi, an videatur Cajo adimere legatum. *Andr. Fab. lib. 5. cont. cap. 52.* ¶ Teſtator ſi alteri nepotum legaverit mille, & alteri alia mille, ut æqualis cum illo primo ſit, poſteaque legatum adimat in codicillis, ſecundum legatum poſtea ademiſſe cenſetur, *Rom. ſingul. 320.* ¶ Teſtator inſtitutis duobus filiis hæredibus ſi eos gravaverit, ſi deceſſerint ſine liberis, quod portio decedentis devenit ad ſuperviventem, ſi in codicillis ademerit conditionem, fideicommiſſum videtur ademptum. *Bartol. in l. 52. ff. de conditio. & demonſtratio.* ¶ Per damnationem, qua legatarius amittit Civitatem, cenſetur ademptum legatum, vel fideicommiſſum. *l. 12. ff. de jure fiſci.* ¶ Legatum ad pias cauſas ſicut valet factum coram duobus teſtibus, ita poteſt coram duobus adimi. *Natt. conſil 442.* ¶ Si quis faciens teſtamentum pro remedio ſuorum peccatorum legaverit Eccleſiæ, ubi elegit ſepulturam, & poſtea elegerit ſepulturam alibi, videtur ademiſſe legatum. *l. 21. §. item Pomponius. ff. famil. erciſc.* ¶ Teſtator per legatum factum ſecundo, quando videatur adimere à primo *Bartol l. 87. de leg. 3.* ¶ Si legatum in teſtamento ſit conſulto deletum, vel cancellatum, dicitur ademptum, alias ſecus, *vide tot. tit. ff. de his, quæ in teſtament. delen.* ¶ Si uni legetur totum, alteri poſtea pars ejuſdem totius, cenſetur illa pars de toto adempta, & econtra, ſi primo legetur pars, & poſtea totum, nam tunc de toto cenſetur adempta pars primo loco legata. *l. 23. C. de legat.* tamen diſpoſitio generalis ſequens, derogat ſpeciali præcedenti, quando cadit inter gravatos. *l. 68. §. eum, qui de legat. 2.* ¶ Per clauſulam generalem appoſitam in ultima voluntate circa idem, videtur receſſum à ſpeciali. *l. 18. ff. eodem.* ¶ An per exactionem pecuniæ legatæ per teſtatorem facta, cenſeatur legatum ademptum, *vide l. 78. §. ſi mihi, de legat. 1.* & quid ſi ex ipſis pecuniis exactis teſtator aliquid emerit, an res empta cenſeatur ſubrogata loco pecuniæ legatæ, & inde exactæ, *vide Menoch. conſil. 115. lib. 2. num. 64.* ¶ Legatorum ademptio (quamvis generalis) ſolum adimit legata pura; non autem conditionalia: item uniformia; non autem difformia, & illa, quæ fit à filio, non extenditur ad nepotem. *Vincent. de Franc. deciſ. 169. num. 3. 5. & 15.* ¶ Si aliquid in teſtamento adimatur, in reliquis firmum remanebit teſtamentum. *Ozaſ. deciſ. 52. num. fin.* ¶ Codicillus dicitur voluntas perfecta, & ſolemnis, quantum ad ademptionem legatorum. *Bartol. in l. 41. de legat. 1.* ¶ Hæreditas in codicillis directo adimi non poteſt, ſed ſi in illis hæredes declarentur indigni, eis aufertur hæreditas, & applicaret fiſco. *l. 4. C. de his, quibus ut indig. hæred. aufer.* ¶ Si ſecundum legatum relictum ſit ſub commemoratione primi, an videatur teſtator priori voluntate in totum receſſiſſe, *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. titul. 4.* ¶ Legatum propter inimicitias intelligitur ademptum, quod dictum multis modis ampliatur & limitatur per eundem *Mant. ibid. tit. 5. facit l. 16. §. quoniam. ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Legatum relictum uxori, propter adulterium intelligitur ademptum, quod ampliatur procedere in concubina. *ibidem Mant. numer. 7.* ¶ Quando per donationem dotis datæ, pel promiſſæ tempore matrimonii, vel poſt cenſeatur ademptum legatum ante factum cauſa ipſius dotis, & ſolvendum tempore matrimonii, vel poſt. *Cravet. conſ. 167. Dec. conſil. 81. num. 6.* ¶ Legatum relictum in cauſa dotis cenſetur ademptum, ſi teſtator in vita dederit dotem legatariæ. *Petr. Beninten. deciſion. 22.* nam pater legans, poſtea dotans, videtur dotare cauſa adimendi legatum. *Natt. conſil. 363. num. 7.* ¶ Datum pure, & ſub conditione ademptum, ex facto alterius ademptio fieri non poteſt, *Magon. deciſ. 138. num. 18. Rot. Floren.* quia tranſlatio facta eſt ſtricte interpretanda. *ibid. num. 21.* ¶ Si res legata pereat, aut forma ejus mutetur, vel alteri inter vivos fuerit donata in vita teſtatoris, adimitur rei legatæ facta in codicillis, ad hæredem hæredis, vel ad fideicommiſſarium pertineat, *vide Guid. Papon. quæſt. 484.*

Vel non.

Alimentorum legatum, non venit ſub legatorum ademptione in genere facta. *Afflict. deciſ. 111. num. 10.* ¶ Si una ex rebus alternative legatis à teſtatore donatur, alia in legato remanet, nec ob id videtur in ea legatum ademptum. *l. 86. §. ſi Titio, de legat. 1.* ¶ Per legatum factum filiæ pro dote per patrem, non cenſetur ademptum legatum avi. *Natt. conſil 363.* ¶ An incertitudo perſonæ, vel rerum vitiet ademptionem legatorum, vel fideicommiſſorum, *vide l. 11. circ. fin. & ibid. gloſſ. ff. de rebus dub.* ¶ Adempto onere vi condemnationis appoſito, emolumentum non videtur ademptum. *l. 52. ff. de condit. & demonſtrat.*

Cap. X. Quando revocetur, vel non.

Legata facta in primo teſtamento, per ſecundum revocantur, licet in ſecundo nihil de primo dictum fuerit. *Gulielm. de Lud. ſing. 145. l. 3. §. item ſi tempore, & ibi gloſſ. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.* vide plene *per Bartol. in §. 1. inſtit. de adempt. legat.* ¶ Fideicommiſſum relictum in teſtamento revocari poteſt in codicillis. *Dec. conſ. 361.* ¶ Fideicommiſſum revocatur per ſupervenientiam liberorum, quando quis non cogitabat in perpetuum, habet filios. *Bartol. in l. 1. num. 10. ff. de jure codicill.* ¶ Quælibet diſpoſitio quantumcunque pia, in teſtamento facta poteſt revocari. *§. ſervus autem, inſtitut. de hæred. inſtituen.* ¶ Attributum uni duntaxat, ab omnibus aliis removetur. *Bartol. in l. 62. ff. de condit. & demonſtra.* ¶ Remoto legato, videtur revocatum onus legato appoſitum. *l. 37. §. fin. de leg. 3.* ¶ Qui legat nomen debitoris, & poſtea exigit, cenſetur revocare legatum, *§. tam autem, inſtit. de legat.* niſi probetur contrarium, vel quia debitor ultro obtulit teſtatore non petente, vel exactum fuerit, & pro legatario diſpoſitum. *gloſſ. ibid.* ¶ Legatum ſolutum per teſtatorem viventem, poteſt etiam revocari una cum fructibus. *Franc. Crem. ſingul. 16. Marc. de Mant. ſingul. 430.* ¶ Legatum revocatur per alienationem rei legatæ voluntariam factam à teſtatore, ſecus per neceſſariam, & dicitur neceſſaria, quando facta eſt ex neceſſitate rei familiaris, vel quia res erat tempore peritura. *Ant. Frigon. ſingul. 109. vide l. 35. ff. de auro & argent. legat. & §. ſi rem ſuam, inſtit. de legat.* ¶ Dicta diſtinctio non habet locum in legato conditionali, quia hoc caſu, etiam per alienationem neceſſa-

neceſſariam revocatur legatum. *idem dict. Trigon. ſingul. 100.* ¶ Legatum factum per vim donationis, an teſtamento revocato revocetur, *vide Franc. Marc. quæſt. 824.* ¶ Legatum ſpeciale factum etiam loco pio, per donationem omnium bonorum revocatur & remanet extinctum. *Natt. conſil. 613.* ¶ Relictum ſub titulo legati in inſtrumento donationis inter vivos factum, ſortitur naturam legati, & non donationis, ideo poteſt revocari. *Natt. conſil. 645.* ¶ Teſtator ubi legat fundum, & inde tradit, vel donat, præſumitur donare cauſa mortis, adeo quod legatum adhuc ſit revocabile. *ibidem num. 7.* idem licet fuiſſet reſervatus uſusfructus rei legatæ. *ibid. num. 9.* ¶ Legata & fideicommiſſa ex pœnitentia revocantur. *l. 27. C. de fideicomm.* ſed quomodo probetur pœnitentia, *vide Bartol. in l. 27. C. de fideicomm.* & ex quibus conjecturis adempta intelligantur, *vide per Mant. libr. 12. tit. 2.* pœnitentia tamen, & voluntatis mutatio non præſumuntur. *Ozaſ. deciſ. 118. num. 8.* ¶ In eo, in quo apparet mutata voluntas teſtatoris, legatum revocatum cenſetur, non in alio. *l. 7. ff. de pen. leg.* ¶ Legatum intelligitur revocatum propter inimicitias culpa legatarii provenientes, ſecus ſi culpa teſtatoris acciderint. *Rom. ſing. 199.* ſed an reconvaleſcat facta reconciliatione, *vide per Petr. Gerar. ſing. 3.* ¶ Regula eſt, legatum revocari propter inimicitias capitales, vel graviſſimas, quæ reg. ampliatur & limitatur per eundem *Gerar. ſing. 5.* ¶ Quando legatum per alienationem rei legatæ, cenſeatur revocatum, & quando non, *vide Bero. quæſt. 9.* ¶ Legata facta in teſtamento poſſunt in codicillis revocari, & quinque teſtes requiruntur ad probandam legati revocationem tacitam ob inimicitiam, vel aliam cauſam. *Bartol. in l. 21. §. ſi quid, ff. de teſtam. vide in conſil. 67. volum. 2. ejuſdem.* ¶ Per alienationem rei legatæ, quando teſtator videatur receſſiſſe à priore voluntate. *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 12. tit. 6.* ¶ Legatum intelligitur revocatum ex alienatione rei legatæ voluntaria, ſed quid, ſi ipſa res fuerit oppignorata. *Vincent. de Franc. deciſ. 283. part. 2.* vel fuerit adjectum pactum de retrovendendo, *ibid.* ¶ Legatum eſt legatum univerſale omnium bonorum mobilium, & pecuniarum, qualiter veniat deducendum, & an per ſecundum legatum cenſeatur revocatum primum, vel pars ipſius, *Aſſlict. deciſ. 45.* ¶ Quando teſtator poſt conditum teſtamentum alienavit mobilia legata, vel aliqua ex illis, legatum per ipſam alienationem cenſetur revocatum, niſi legetarius probaſſet teſtatorem alienaſſe neceſſitate coactus. *Menoch. conſil. 339. num. 18. volum. 4.* ¶ Legatum prophanum, an revocatum cenſeatur, ſi teſtator vivens alienet rem, ex qua voluit legato à ſe facto ſatisfieri, & quid de legato pio, *Ludov. Rom. ſing. 435.* ¶ Legatum nuda voluntate revocatur abſque ſolemnitatibus, quæ intervenerunt in teſtamento, in quo ſuerat relictum. *Gom. Leo. deciſ. 5. in deciſion. diverſo.* nec requiritur expreſſa revocatio, quia præſumpta voluntate legata adimuntur. *ibid.*

Vel non.

Legatum fundi non cenſetur revocatum ex eo quod mulier legans, poſtea dederit omnia bona ſua in dotem marito, *Cravet. conſil. 144. num. 11.* ¶ Notarii, aut partis ſtipulatione, & acceptilatione interveniente, jus acquiſitum irrevocabiliter dicitur. *Ozaſc. deciſion. 85. num. 9.* ¶ Quando teſtator legavit uxori ſuæ aliquos reditus, puta illos, quos habebat in ſecha, inde ejus vita durante ipſos alienaverit, & ex pretio emerit prædia, ex tali alienatione legatum non cenſetur revocatum, *Menoch. conſ. 254. lib. 3.* ¶ Legatis piis, juri legitimæ, & doti, nunquam ſub generalitate videtur derogatum. *Aſſlict. deciſ. 111. num. 11.* nec teſtamento revocato, cenſentur tevocata legata ad pias cauſas. *Guid. Pap. quæſt. 200. num. 5.* ¶ Legatum non cenſetur revocatum per generalem clauſulam derogatoriam appoſitam in teſtamento ſecundo, quo revocatur primum, ſi teſtator legaverit cum reſervatione uſusfructus, & tradiderit rem percipiendo ipſum uſumfructum à manu legatarii. *Aſſlict. deciſ. 275.* ¶ Per ſolam ſententiam non fit revocatatio, ut legatum extinguatur. *l. 6. ff. de pen. leg.* ¶ Rem legatam vendere promittens non videtur revocate legatum, niſi ſecuta vera venditione. *Boer. deciſ. 48. num. 13.* ¶ Teſtator non videtur revocare legatum, ſi poſt teſtamentum rem legatam alteri obligaverit, & hæres illam liberare tenetur. *l. 3. de legat.* ¶ Legata relicta in teſtamento, non præſumuntur revocata in codicillis, etiam factis (ex intervallo) in longinqua regione. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 7.* nec teſtator per legata relicta in codicillis, præſumitur receſſiſſe ab his, quæ reliquit in teſtamento. *ibid. num. 11.* ¶ Legatum relictum in voluntate ſolemni, per voluntatem minus ſolemnem non intelligitur tacite revocatum, licet fideicommiſſum poſſit adimi nuda voluntate. *l. 18. de legat. 3.* ¶ Revocato teſtamento, non videtur revocatum fideicommiſſum tacite injunctum. *l. 48. ff. de jure fiſci.* ¶ Verba generalia revocatoria, non capiunt illud, quod in ſpecie non poſſet revocari. *Aſſlict. deciſ. 111. num. 7.*

Cap. XI. Quando derogetur.

Legato generali uſusfructus, vel habitationis, non derogatur per legatum ſpeciale rei, *idem Rom. ſing. 586.* ¶ Generi per ſpeciem, quando derogetur, *vide Bartol. in l. 19. ff. de uſufruct. legat. & in l. 9. §. ſi quis, ff. de functo inſtruct.* ¶ Genus quando uni legatur, alteri ſpecies, ſpecies videtur à legato generis exemta, *Bart. in l. 9. §. ſi quis. ff. de fundo inſtruct.* & debet detrahi à legato generis. *Aſſlict. deciſ. 45. num. 3.* nam diſpoſitio ſpecialis derogat generali. *l. 35. §. Lucius, de legat. 2.* ¶ Generi per ſpeciem in aliam tranſlatam derogatur. *l. 15. ff. de pen. legat.* ¶ Legato generis derogatur per legatum generis ſubalterni, vel ſpeciei, & genus reſtringitur, ut non contineat ſpeciem, de qua ſunt aliqua individua nominata *l. 1. ff. de aur. & argen. legat.* ¶ Legato generali per minus generale derogatur. *l. 39. §. codicillis, de legat. 3.* ¶ Poſterior voluntas ſervatur, niſi præcedens ſit derogatoria poſteriori. *l. 13. de legat. 1.*

Vel non.

Legato generali habitationis, vel uſusfructus non derogatur per legatum proprietatis. *l. 33. ff. de uſu & uſufruct. legat.* ¶ Legato generali per ſpeciale non derogatur, quando ſit ſimpliciter ob cauſam. *§. qui Marchio. l. 19. ff. de annu. legat.* ¶ Legato generis non derogatur per legatum ſpeciei invalidum. *l. fin. §. muber. ff. de aur. & argent. legat.* ¶ Legato generali non derogatur per ſpeciem ex abundanti imperite enumeratam. *Aſſlict. deciſ. 106. num. 4.* & reg. generi per ſpeciem derogari declaratur & limitatur *ibid. num. 7.*

Cap. XII. Qui effectus producantur, & qua fieri poſſint.

Ademptio legati facta in alia voluntate ultima, an tollat ipſo jure legatum, vel ope exceptionis, *Bartol. in l. 14. de leg. 1.* ¶ Legati tranſlatio, an cum eadem qualitate, condirione & onere facta cenſeatur. *Rom. ſing. 668.* ¶ Legati tranſlatio in dubio videtur fieri, ſub eadem condiiione. *l. 94. ff. de condit. & demonſtratio.*

Cap. XIII. Quæ valeant, vel non.

Verbum, hoc amplius, inducit repetitionem, per quam præcedentia legata invalida confirmantur, ſecus in dilatione, quæ ſit ad dilationem concedendam hæredi.

redi. *l.19.ff. de leg.1.* ¶ Legatum liberationis habet effectum, niſi à teſtatore vivo legatum ſit exactum. *l.8. §. liberatio. ff. de liber. legat.* vel alia ratione debitum ſit extinctum, *vide gloſſ. in l. ſi id quod. ff. eod.* ¶ Si res legata efficiatur mea eatenus valet legatum, quatenus mihi abeſt pro ea. *l.30. §. quod ſi rem, de legat.1.* ¶ Si legetur una ex rebus alternative debitis, eventus ſolutionis declarabit, an legatum valeat. *l.52. de lega.2.* ¶ Donatio inter vivos de re legata facta, eo caſu, quo legatum revocaretur, valet. *Dec. conſilio 249. num.3.* ¶ Extincta perſona primo legata, remanet legatum in acceſſorio, quando ſit legatum cum disjunctione, ſecus in rebus, in quibus deficiente principali legato, deficit acceſſorium. *§. ſi quis ancillas, inſtit. de legat.*

Vel non.

Exactio antecedens facit legatum nominis debitoris, ſeu liberationis non valere, ſicut exactio ſubſequens. *Franc. Cremen. ſingul. 104.* ¶ Si teſtator legat uſumfructum ſine uſu, ita quod in legando adimat uſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum, ſecus ſi poſt legatum adimat ipſam uſum, quia non tenet ademptio. *l.14. §. fin. cum l. ſeq. ff. de uſu, & habitat.*

Cap. XIV. Quando extinguatur.

Sive ademptio præcedat, ſive ſequatur in eodem teſtamento, perimit ipſo jure, & quod minimum eſt, debetur. *l.14. de legat.1.* ſed quid, ſi in primo teſtamento dixerit teſtator, quod non liceret pœnitere, *vide gloſſ. ibid.* ¶ Species legata perit periculo legatarii, ſi hæres non fuerit in culpa. *l.26. §. ſi centum, de legat.1.* ¶ Defectus cauſæ de futuro, facit legatum deficere. *l. epiſtolam. ff. ad Trebell.* ¶ Si legatur res ex pluribus corpotibus deſiſtens, ſi extinguatur, quod ibi eſt principale, perit legatum. *l.67. §. quadriga, de legat.2.* ¶ Legatum extinguitur, quando ex pecunia legata res emitur, quæ non eſt in libero commercio. *Minad. deciſ. 33.* ¶ Solutio legati facta à teſtatore legatario, & translatio in aliam ſpeciem, legatum extinguit. *l.6. ff. de aur. & argen. legat.* ¶ Legatum relictum pro puella maritanda extinguitur, ſi ea vivo teſtatore nupſerit: quod limita ſi teſtator ſciverit eam eſſe nuptam, & potuit mutare teſtamentum, nec mutaverit, quia tunc perinde legatum debetur, ac ſi non eſſet nupta. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr.12. tit.1. num.13.* ¶ Teſtamentum ſecundum, in quo non eſt hæredis inſtitutio, tollit primum, quoad ſoluta legata. *Boer. deciſ.38.* ¶ Finita clauſula finali legati, extinguitur legatum, niſi aliud conſtet de mente teſtatoris. *l.32. §. duas ff. de uſufr. & uſu legat.* ¶ Dotis legatum extinguitur, ſi poſtea dos mulieri recte ſolvatur vivo teſtatore, vel res dotales intereant, vel ſi ab initio dos perfecte conſtituta non fuerit, ſicut cum legatur corpus, quod in rerum natura non eſt. *l.1. §. adeo. ff. de dot. prælegat.*

Vel non.

Acceſſorio extincto, non extinguitur principale. *l.34. §. final. eod.* ¶ Morte gravati non extinguitur fideicommiſſum. *l.33. §. quod legatario. de leg.2.* ¶ Si domus legata particulatim reficiatur, legatum non extinguitur, ſecus ſi in totum deſtruatur, & à teſtatore reficiatur. *l.68. §. ſi domus, de leg.1.* ¶ Alienatio rei ſub conditione legatæ per hæredem facta, vires legati non perimit. *l.72. §. ſi ſervum, de lega.1.* ¶ Legatum quantitatis, non tollitur per legatum ſpeciei. *Abb. conſil. 4. libr.2.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Voluntas teſtatoris probata prævalet ſcripturæ in augmento, vel diminutione legati. *l.15. de legat.1.* ¶ Si legatarius aliquid commiſerit, quod ſi teſtator ſciviſſet, non legaſſet, quando repellatur exceptione. *Bart. in l.27. C. de fideicom.*

TITULUS DCXXVII.

De caducis.

Cap. I. Legatum caducum. Quando efficiatur, vel non.

Legatum factum pro uxoranda puella, ſi illa moriatur, antequam viro tradatur, cujus erit, & an efficiatur caducum, *vide Franc. Marc. quæſt. 856. & quæſt. 857.* ¶ Legatarius juſſus aliquid facere, ſub pœna caducitatis, legatum caducum remanere debet penes hæredem, niſi legatarius haberet collegatarium. *Paul. Æmil. deciſion. 125. part.2.* ¶ Legatum quando habetur pro non reſcripto, ſeu caduco, licet remaneat penes hæredem ſine onere, tamen illud non procedit in legatis ad pias cauſas: idem in fideicommiſſo. *Vincent. de Franc. deciſ. 159.* ¶ Legatario mortuo non purificata conditione legatum efficitur caducum, & remanet apud eum à quo relictum eſt. *Dec. conſil. 417.* ¶ Quando ex ſubſtitutione vocantur duæ perſonæ, quarum altera pendente conditione moritur relictis filiis, tunc ejus portio efficitur caduca, & accreſcit perſonæ viventi, nec hoc caſu filii ſubintrant locum parentis, ſicut ſubintrarent in ſucceſſione legali. *Dec. conſil. 480. num 8.* ¶ Caduca quando fiat ſubſtitutio, *vide Boer. deciſion. 38. & 354.* ¶ Hæres inſtitutus mortuus vivo teſtatore, teſtamentum reddit caducum, tamen tunc legata poſſunt deberi, & peti virtute clauſulæ codicillaris. *Dec. conſil. 240.* ¶ Teſtamentum caducum morte inſtituti hæredis ante teſtatorem efficitur. ſi tamen in eo inſit codicillaris clauſula, ſecus erit *Hippol. ſingul. 544.* ¶ An, & quando ex caducitate unius ſubſtitutionis inferatur ad aliam. *Magon. deciſ. 134. Rot. Flor.* ¶ Conditione mixta deficiente, corruit diſpoſitio, & ſubſtitutio efficitur caduca, *vide tamen Magon. deciſ. 144. Rot. Flor.*

Vel non.

Inter conjunctos re, & verbis, non habet locum materia caduci, quia uno præmoriente (etiam ante conditionis eventum) portio præmorientis pervenit ad alium ſibi conjunctum. *Guid. Papon. ſing. 778. vide tit. de conjunctis.* ¶ Subſtitutio non efficitur caduca per mortem primi ſubſtituti, cui ſecundus fuerat ſubſtitutus, ideo præmoriente dicto primo ſubſtituto, ſecundus loco illius ſuccedit hæredi gravato, ac ſi illi eſſet ſubſtitutus. *Papon. lib.20. tit.3. arreſt. 2. vide Menoch. conſil. 106. num. 374. vol.2.* ¶ Licet deficiat onus legato injunctum, legatum non deficit. *l.37. ff. de conditio. & demonſtr.*

Cap. II. Quando debeatur, vel non.

Legatum ſi fuerit datum duobus in eadem oratione conjunctim, uno moriente vivente teſtatore, totum legatum ſpectat ad ſupraviventem. *Dec. conſil. 662.* ¶ Legata caduca remanent apud hæredem cum onere ſuo. *l.29. de jur. codicil. & l.9. ff. de uſu, & uſufr. lega.*

Vel non.

Legatum non remanet apud nudum executorem, ſive deficiat de jure, ſive de facto. *Bartol. in l.3. num.5. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Legata ab eo, quem quis putat in ſolidum ſucceſſurum, ſi aliquis cum eo ſuccedat, in partem, non in totum debentur: fallit in libertate. *l.11. & 12. ff. eo.* ¶ Legatum factum filiæ eſt purum, ideo ſtatim mortuo teſtatore peti poteſt, & tranſmittitur ad hæredes filiæ. *Abb. conſil. 92. lib.2.*

Cap. III. Quæ tranſmittatur, transferatur, vel non.

Conditio, ſi ſine liberis, an verificetur ſtatim hærede facto Sacerdote, adeo quod vocatus decedens adhuc vivo hærede Sacerdote, tranſmittat jus ſubſtitutionis ad ſuos hæredes, *Pap. lib.20. tit.3. arreſt.1.* in qua

quæſtione

quæſtione fuit pro, & contra judicatum, ut ibidem teſtatur, idem Papon. ¶ Licet fideicommiſſum relictum ſub conditione ex conjecturis tranſmittatur, hoc tamen debet intelligi, ſi fideicommiſſarius poſt mortem teſtatoris pendente adhuc conditione deceſſerit, nam ſi moriatur vivo teſtatore, nullomodo illum ſpem fideicommiſſi tranſmiſiſſe dicendum eſt. *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 10. tit. 20. num. 29.* ¶ Jus ſubſtitutionis, & fideicommiſſi conditionalis pendente conditione, ad hæredes regulariter non traſmittitur. *l. 47. ff. de vulga. & l. 8. ff. de acquir. hæred. vide infra tit. de ſubſtitutionibus in genere. tit. de fideicomm. ſubſtitut. & ſupra tit. de his, qui ante aper. tabul.* ¶ Quando fideicommiſſum deficit, legatum remanet penes legatarium, niſi ſit nudus miniſter. *l. 17. de legat. 2. & l. 38. & l. 62. eod.*

Cap. IV. Qui effectus producantur.

Opinio vehemens, & conjectura facit conditionem non impletam, pro impleta haberi, ut in ſubſtitutione facta eo caſu, quo maſculus non naſcatur; nam ſi vehementi conjectura appareat fœminam, non marem naſcituram, ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius decedens ante nativitatem fœminæ, tranſmittit jus ſubſtitutionis ad ſuos hæredes, quia poteſt adire, fœmina adhuc non nata. *Hippol. ſing 205.* ¶ Subſtitutio, quæ efficitur caduca, non poteſt aliam ſubſtitutionem utilem facere, quia ſecundo ſubſtitutus non venit ex perſona primi ſubſtituti, ſed ex ſua perſona. *Dec. conſil. 427.*

Cap. V. Quæ valeant, vel non.

Clauſula codicillaris operatur, quod caducata inſtitutione per mortem inſtitui, habeat locum ſubſtitutio facta, ſine liberis deceſſerit: idem in clauſula illa appoſita in teſtamento, ut valeat omni meliori modo. *Vincent. de Franc. 159.* ¶ Legata in codicillis à duobus inſtitutis relicta uni, uno eorum mortuo, pro ejus parte tantum ſint legata invalida. *l. 14. §. fin. ff. de legat. 2.* ¶ Legata pro non ſcriptis, non valent etiam in codicillis. *l. 6. §. fin. ff. de jure codicillo.*

Cap. VI. Quando extinguatur, vel non.

Licet legatario mortuo vivo teſtatore extinguatur legatum, hoc tamen non procedit; quando uni legatur proprietas, & alteri uſusfructus: quia nunc mortuo legatario uſusfructus, ille conſolidatur cum proprietate, & nihil apud hæredem teſtatoris remanet. *l. 40. de uſufruct.* ¶ Si jam mortuo quid relinquatur, tale quod accreſcit aliis. *l. 20. ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Morte gravati non extinguitut fideicommiſſum. *l. 33. §. quod legatario. de legat. 2.*

TITULUS DCXXVIII.

De lege Falcidia.

Generalia.

DE Falcidia, & de conjecturis, quæ ad eam pertinent, *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 13.* ¶ De origine legis Falcidiæ, & quæ circa eam fuerunt edita, *vide plene Menoch. conſil. 374. lib. 4.*

Cap. I. Falcidia, Trebellianica: quæ dicatur.

Trebellianica, & Falcidia inventæ, ne teſtatores ſine hæredibus moriantur, *Marc. de Mant. ſingul. fin.* ¶ Falcidiæ appellatione etiam Trebellianica continetur. *Ozaſ. deciſ. 147. num. 11.* ſed Falcidia, & Trebellianica, an æquiparentur, ut, ubi ceſſat Falcidia, & Trebellianica ceſſet, *vide ibid.*

Cap. II. Quando debeatur, vel non.

Falcidia, an debeatur ex legato dotis, *Boer. deciſ. 94.* quod non debeatur in legato facto filiæ, ſcribit *Natt. conſil. 297. num. 9.* ¶ An legata purè relicta fideicommiſſo conditionali pendente, ſolida præſtanda ſint abſque detractione Falcidiæ. *Andr. Gail. obſervat. 137. num. 18 lib. 2.* ¶ Falcidia non debetur de legatis ad pias cauſas. *Magon. deciſion. 130. Rot. Flor.* ſed bene de legato facto à filio patri, vel contra, quid de legato facto matri, vel Monacho. *Franc. Crem. ſingul. 9. & Marc. de Mant. ſing. 684.*

Cap. III. Quando habeat locum, vel non.

Cum pars hæreditatis legatur, an in tali legato locum habeat lex falcidia, an vero S. C. Trebell. *Andr. Facbin. libr. 5. contr. cap. 11.* ¶ An lex falcidia locum habeat in fideicommiſſis ſingularibus. *idem cap. ea.* ¶ Falcidia locum habet in omnibus donationibus, quæ morte confirmantur. *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 13. num. 2.* ¶ Legatum alimentorum ad vitam relictum, & legatum uſusfructus ſubjiciuntur Falcidiæ, & reputantur aſcendere ad quantitatem, *de qua vide per Bartol. ſing. 95.* ¶ Si dubitetur, an Falcidiæ locus ſit, legatarii debent cavere hæredi de reſtituendo, quotieſcunque locus erit Falcidiæ. *l. 1. ff. ſi cui plus, quam per legem Falcid.* ¶ Cauſa cognita Falcidia locum habet, vel propter legatorum onus, vel æris alieni, *d. l. 1. §. ſed cauſa*, & hæres volens eam detrahere, debet inventarium præſentare. *Rot. Avenio. deciſion. 173. num. 9.* ¶ Quando hæres allegat locum eſſe Falcidiæ, arbiter ſolet à judice dari ad inquirendam quantitatem bonorum, & computatio bonorum facta inter aliquos non nocet aliis legatariis, niſi omnes ſint citati. *d. l. 1. § condicitur.*

Cap. IV. Quando deduci poſſit, vel non.

Teſtamentum, approbans deducit Falcidiam. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 132.* ¶ An ex legatis, ad pias cauſas relictis falcidia detrahatur. *Andr. Facbin. lib. 5. contr. cap. 17.* ¶ Si hæres adiverit coactus, fideicommiſſarius detrahit Falcidiam de relictis ab hærede, non de relictis à ſeipſo *l. facta. §. ſi cum ſuſpecta ff. ad Trebell.* ¶ Uxor inſtituta à viro in ratione Falcidiæ, dotem (ut æs alienum) poteſt deducere. *l. unica, §. igitur. C. de rei uxor. act.* ¶ Falcidia detrahitur de legato uſusfructus omnium bonorum. *Andr. Gail. obſerv. 143. num. 5. lib. 2. Natt. conſil. 297. num. 6. vide Hieron. de Mont. quæſt. 2.* ¶ Quando legatarius detrahat Falcidiam, *vide eundem in §. hic igitur. Authen. de hæred. & Falcid. & de materia, in §. nobis, eod. tit.* ¶ Hæres conficiens inventarium, an poſſit uti Falcidia adverſus creditores, *Bartol. in §. enim, Authent. de hæred. & Falcid.* ¶ Hæres, qui ſolemniter fecit inventarium, ultra vires hæreditatis non tenetur, & Falcidia utitur. *leg. final. §. & ſi præfatam, & §. fin autem. Cod. de jure deliberand.* ſed qui inventarium ſolemniter non confecit, Falcidiam non detrahit. *dict. leg. final. §. fin vero.* ¶ Veniens ab inteſtato per titu. ſi quis omiſſa cauſa, vel virtute clauſulæ codicillaris, poteſt detrahere Falcidiam. *Guid. Pap. qu. 53. num. fin.* ¶ Falcidia detrahitur de donatione cauſa mortis. *l. 2. & ibid. gloſſ. Cod. de donatio. cauſa mort. & l. 42. ff. eodem.* ¶ De legatis relictis à ſubſtituto, deducitur Falcidia, ſi ſubſtitutus non erat cohæres puberi. *l. 41. §. cohæres. ff. de vulgari*, quia tunc legata in ſecundis tabulis relicta, contribuuntur cum relictis à ſubſtituto. *ibid.*

Vel non.

Legatarius primus non detrahit quartam à ſecundo. *Vincent. de Franc. deciſ. 293. part. 2* ¶ Hæres, qui negat rem fuiſſe in bonis defuncti in illa re non detrahit Falcidiam: & conficiens inventarium, ſi omittat unam rem, perdit in totum Falcidiam, & beneficium inventarii. *Bartol. in l. 9. ff. de his, quibus ut indig. leg. auſer.* ¶ Legatarius, vel fideicommiſſarius ſingularis rogatus alteri reſtituere, non deducit Falcidiam. *l. 41. §. quod ſi hæredem verſ. ideo. ff. de vulgari.*

Cap. V. Quando ceſſet, vel non.

An ſufficiat tacita prohibitio, ut ceſſet falcidia. *Andr. Facb. libr. 5. contr. cap. 12.* ¶ In teſtamento militis ceſſat Falcidia. *l. 12. C. de teſtamento militari. l. 18. §. fin. ff. eod.* hoc vetum, ſi miles jure militari teſtatus fuerit, ſecus ſi jure communi. *l. 17. §. pater. ff. de caſtren. pecul.* ¶ Per edictum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, petuntur legata, ſalva Falcidia. *l. 18. §. fin. ff. quis omiſſa cauſa.* ¶ Falcidia ceſſat, re à teſtatore prohibita alienari. *Natt. conſ. 238. Tom. 2.* & etiam in multis aliis caſibus, de quibus *in gloſſ. in §. fin. Authent. ut ſponſalitia largitas.* ¶ Ubi alio jure hæres quartam detrahit, ceſſat Falcidia, ne detrahantur duæ quartæ. *l. 1. §. penul. ff. ſi cui plus, quam per legem Falcid.* ¶ Falcidia ceſſat in legatis ad pias cauſas: idem in legato jocalium, veſtium, & annulorum tacto uxori. *ibidem num. 7. facit l. 36. C. de Epiſco. audien.*

Cap. VI. Quando prohiberi poſſit, vel non.

Teſtator poteſt prohibere detractionem Falcidiæ, ſed quare fuerit inducta, & quando Falcidia eſt prohibita, teſtamentum valet, & ſi hæres non adiverit hæreditatem, Trebellianica tamen detrahitur contra voluntatem teſtatoris. *Bartol. in l. nemo poteſt. 55. de legat. 1.* ¶ Falcidia prohiberi poteſt à teſtatore. *idem Gail. obſervat. 138. num. 17. eod. lib. Cravet. conſil. 174. Clar. in ſua Pract. § teſtamentum. quæſt. 73.* & quando cenſeatur prohibita. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 13. Menoch. conſil. 374. Caſtren. in Authent. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falci.* ¶ Teſtator ſi mandaverit hæredi, quod legata ſolveret ſine aliqua diminutione, cenſetur prohibere detractionem quartæ Falcidiæ. *Cravet. conſ. 174. Menoch. conſil. 374. libr. 4.* ¶ Falcidia non videtur prohibita, quando teſtator legavit totum, integrum, & plenum uſumfructum. *Hier. de Monte Vairo. juris quæſt. quæſt. 1.*

Cap. VII. Quæ imputentur in falcidiam.

Quæ imputentur in Falcidiam. *DD. in l. filium, quem, C. famil. ercíſ.* ¶ An fructus computentur in Falcidiam, *vide gloſſ. in l. 8. §. unde ſi quis. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Datum hæreditarium, computatur in Falcidiam, alias ſecus. *l. 36. §. certe. ff. de donatio. cauſa mortis.* ¶ Legataria particulari in computatione legis Falcidiæ, contribuuntur cum fideicommiſſo univerſali. *l. qui quadringenta, cum l. ſeq. ff. ad Treb.* ¶ Falcidia poteſt retineri in una re. *arg. §. res. l. Marcellus. ff. eod.*

Cap. VIII. Qui amittat falcidiam, vel non.

Hæres circa inventarii confectionem doloſe verſatus, non fideliter deſcribendo res hæreditarias, Falcidia, & Trebellianica privatur. *Ozaſ. deciſion. 147. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tract. ne benefic. cadu. cuſtod. gl. 4. num. 7. fol. 533. Caſſan. in conſuetu. Burg. titul. des droicts. Rubr. 4. §. 21. gloſſ. 2. num. 5. Bartol. in § ſi vero, num. fin. Authent. de hæred. & Falc.* ¶ Solvens integrum legatum, an perdat Falcidiam. *Joan. Petr. Surd. deciſion. 246.* ¶ Hæres non conficiens inventarium amittit Falcidiam. *Andr. Gail. obſerv. 138.* & tenetur ad ſolida legata. *Bartol. conſil. 51.* quod limita, primo, quando legatarii confeſſi eſſent tot ſolummodo bona eſſe in hæreditate, quæ ad creditores, & legatarios non ſufficerent: Secundo, quando teſtator feciſſet legatum taxandum arbitrio boni viri: Tertio limita de jure Canonico in foro conſcientiæ: Quarto limita in fiſco hærede inſtituto, qui non patitur pœnas ſtatutas contra non conficientem inventarium. *Math. Matheſ. ſing. 156. in additio.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

Falcidia ipſo jure reſecat legata. *l. 1. ſi quis ex mortis. ff. quorum legatorum.* ¶ Promiſſio facta per errorem præjudicat hæredi promittendi ratione Falcidiæ. *l. 20. ff. de donatio.* tamen ſi ſolvantur legata errore facti & demum poſt ſolutionem ſit locus Falcidiæ, ſolutum ultra illius modum reperitur. *l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.*

Cap. X. Quæ non valeant.

Donatio inter vivos per maritum uxori collata, & in ejus teſtamento confirmata, non valet in præjudicium legis Falcidiæ. *l. 14. C. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Cautio, quæ propter legem Falcidiam præſtatur, fidejuſſorem deſiderat. *l. 3. §. hac cautio. ff. ſi cui plus, quam per legem Falcid.* ¶ Perempta re legata apud legatarium ei ſuccuritur, etiamſi cautionem præſtiterit, niſi dolus intervenerit. *§ fin. ibid.*

TITULUS DCXXIX.

De ſubſtitutionibus in genere.

Generalia.

Vide de materia, *ſupra tit. de conditionibus in genere appoſitis ultim. volunt. & infra tit. de ſubſtitutio. fideicomm. & fideicommiſ. in genere.*

Cap. I. Subſtitutio. Quæ dicatur.

Subſtitutio conditionalis non habet ſubſtantiam, nec dici poteſt diſpoſitio, an conditionis eventum. *Raud. tract. de Analog. cap 27.* ¶ Subſtitutio eſt proprie inſtitutio. *l. 20. §. fin. ff. de conditio. inſtitutio.* ſed ad ſubſtitutio dicatur ſecunda inſtitutio, *vide Marc. de Mant. ſingul. 200. Marc. quæſt. 305. part. 2.* ¶ Pupillaris ſubſtitutio dicitur facta in ſecundum gradum, vulgaris in primum; ſed quæ ſit ratio. *Marc. de Mant. ſing. 202.* ¶ Verbum, inſtituo, ſumitur pro ſubſtituo, quando reperiuntur duæ inſtitutiones in eodem teſtamento. *Gud. Pap. quæſt. 308.* ¶ Subſtitutio, quæ nondum competit, extra bona ſubſtituti reputatur. *l. 42. ff. de acq. rer. domi.* ¶ Verba directa dicuntur, quæ ad alium diriguntur, ut ſua manu capiat. *Bartol. in conſ. 3. num. 4.*

Cap. II. Quale ſit.

Subſtitutio, an ſit in pœnam, etiam quoad bona relicta. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 7.* ¶ Inſtituti cenſentur magis dilecti, quam ſubſtituti. *Ozaſ. deciſ. 100. num. 6.* limita, *ut in num. 14* non enim eſt veriſimile teſtatorem plus diligere ſubſtitutum, quam primo loco inſtitutum. *l. 36. Titia. ff. de verbor. oblig.* ¶ Subſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria hæreditatis aditionem, & expiret vulgaris per ipſam aditionem, *Cravet. conſil. 210.* ¶ Quot ſint ſpecies ſubſtitutionum, & quomodo fiant. *gloſſ. in cap. Raynutius, ex de teſtamen.* ¶ In relictis particulariter inter verba directa, & obliqua, non eſt differentia. *Bartol. in conſil. 37.*

Cap. III. Quando extendatur, trahatur, intelligatur, vel non.

Subſtitutio facta in unum caſum, extenditur ad alium, & fit in ea largiſſima interpretatio. *Boer. deciſion. 38. num. 14.* ¶ In ſubſtitutione, his verbis facta, quiſquis hæres mihi erit, proximus hæres tantum ſignificatur, imo non tantum proximus, ſed etiam ſcriptus. *l. 227. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Si pater inſtituat plures filios univerſaliter; & deinceps filias particulariter, & poſtea ſubſtituat hoc modo ſubſtituto ſuperviventes, intelligitur ſolum ſubſtituere, & facere ſubſtitutionem inter filios, ideo filiæ ex hac ſubſtitutione non cenſentur vocatæ *Bartol in l. Lucius. ff. de vulgari. & in l. fin. ad Trebellia.* ¶ Si teſtator dicat, ſi nullus deceſſerit ſine liberis, debet exponi ſi aliquis deceſſerit ſine liberis. *Boer. deciſ 354 n. fin. Bartol. conſ. 37.* ¶ Opiniones variæ de ſubſtituione facta poſthumo ſive vulgari, ſive pupillari, ſive compendioſa, caſu, quo deceſſerit ſine legitima prole, an trahatur ad caſum contrarium, caſu

que

Digitized by Google

quo non naſceretur poſthumus, adferuntur per *Franc. Marc. quæſt. 170. part. 2. num. 5.* concluditur pro parte affirmativa, *vide & quæſt. 305. ead. part. 2. Rot. Avenio. deciſion. 4. in deciſ. diverſo. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 11. titul. 6.* & econtra ſubſtitutio in caſum, ſi non naſcatur poſthumus continet, ſi natus decedat. *eadem Rot. ibidem num. 10.* ¶ Verba teſtatoris, & maxime ruſtici, debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi. *Bartol. conſil. 52.* ¶ In vulgari uſu loquendi, ſæpe à propria verborum ſignificatione recedimus. *Bartol. conſil. 57.* ¶ Subſtitutio directa facta in codicillis, trahitur ad fideicommiſſariam, etiam ſi eſſent fratres in medio. *l. Scævola. ff. ad Senatuſc. Trebell.* ¶ Subſtitutio liberorum collata in defectum hæredum, vult dictos liberos extare tempore mortis teſtatoris, vel hæredum, quando fuit facta cum dictione tunc, de cujus ſignificatione. *Dec. conſil. 63.* ¶ Subſtituti pupillo intelliguntur ex his partibus quibus ſunt inſtituti: quod limita, *ut per Mant. de conject. ult. volunt. lib. 5. titul. 10.* & ſubſtitutio ſub nomine collectivo facta filiis, regulatur ſecundum inſtitutionem. *Afflict. deciſ. 309.* ¶ Subſtitutio interpretatur ſecundum inſtitutionem, ut prædilectus in inſtitutione cenſeatur etiam prædilectus in ſubſtitutione. *Cravet. conſil. 326. num. 5.* ¶ Subſtitutio facta in uno caſu, trahitur ad alium caſum ex identitate rationis, & ex præſumpta voluntate teſtatoris, etiam contra naturam, & proprietatem verborum. *Cravet. conſil. 326. numer. 8.* ¶ Subſtitutio incerta, & dubia interpretatur contra eum, qui nititur ex illa, tamen ſufficit, ut colligatur ſubſtitutio ex mente teſtatoris, quia expreſſum dicitur, quod ex mente colligitur, & valebit, etſi imperitia Notarii fuiſſet malè concepta, dummodo conſtet de mente teſtatoris. *Cravet. conſil. 147. vide conſ. 208.* ¶ Quando agitur de interpretanda voluntate defuncti ad excluſionem ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, quæ fundamenta poſſint adduci, *vide Cravet. conſilio 161.* ¶ Quando teſtator ſubſtituit hæredes alicujus, non intelligitur, niſi de hærede exiſtente in primo gradu tempore, quo evenit ſubſtitutio. *Guid. Papon. ſingul. 364.* ¶ Verbum, ſine hæredibus, poſitum in ſubſtitutione, intelligitur de filiis. *Afflict. deciſ. 14. in fine.* & deſcendentibus. *Boer. deciſion. 354. num. 13. circa med. Guid. Pap. qu. 957.* & non extenditur ad extraneos. *idem qu. 485. 591. Boer. deciſion. 353.* ¶ Subſtitutio facta de filiabus vel earum liberis, intelligitur ordine ſucceſſivo. *Cravet conſil. 147. n. fin.* ¶ Teſtator, quando inſtituit nominatim filios, & eorum filios in ſtirpes, filii filiorum proprie intelliguntur ſubſtituti eorum partib. *Dec. conſil. 384.* ¶ Teſtator ſi ſubſtituat Titium, ejus filios, & hæredes, quomodo ſit intelligenda hæc ſubſtitutio. *Bartol. in l. Gallus. §. etiam, n. 6. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Subſtitutio facta his verbis, filios meos maſculos Titium, & Sejum hæredes univerſales ſubſtituo, & poſt eos, quoſcunque filios maſculos, adita hæreditate per hæredes reſolvitur in fideicommiſſariam. *Dec. conſil. 431.* ¶ Teſtator uxori inſtitutæ ſubſtituens, ſi ſine liberis decedat, intelligitur loqui de liberis ex ſeipſo natis, ideo filii ex ſecundo marito ipſius uxoris, non intelliguntur vocati. *Boer. deciſ. 276.* ¶ Clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, videtur ſcripta ex ſtylo Notarii, ſed quando hoc procedat. *Franc. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 14.* ¶ Subſtitutio intelligitur magis directa, quam fideicommiſſaria, *vide eundem ibid. libr. 5. titul. 1.* ¶ Conditio, ſi gravatus deceſſerit ſine liberis, quando tacite intelligatur, *vide eundem lib. 10. tit. 7. & econtra ibid. tit. 8.* & non ſubintelligitur in directa ſubſtitutione militari. *Mant. ibidem.* ¶ In ſubſtitutionibus verba debent interpretari proprie, & naturaliter, & non civiliter, vel ficte. *l. fin. C. de his, qui veniam ætat.*

Vel non.

Subſtitutio generaliter facta trahi non debet ad caſum, in quo proviſio ſpecialis facta eſt. *Cravet. conſ. 98. n. fin.* ¶ Subſtitutio facta in uno caſu, non extenditur ad alium ſub verbis diſpoſitivis non comprehenſum, ſed relinquitur diſpoſitioni juris communis, ſecus ſi tantum quæſtio eſſet de materia ejuſdem ſubſtitutionis, ſcribuntur exempla per *Cabal. Milleloq. 497. vide Papon. libr. 20. titul. 3. arreſt. 8.* ¶ Extenſio non debet fieri ex tacita mente teſtatoris, de perſona ad perſonam. *Dec. conſil. 211.* ſed an, & quando ſubſtitutio de uno caſu ad alium extendatur, *vide eundem conſ. 227. Bart. in l. Gallus. §. & quod ſi tantum, n. 9. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Subſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſariam ex clauſula codicillari, quando repugnant verba, & mens teſtatoris. *Cravet. conſil. 210. num. 4. vide tamen, ibid.*

Cap. IV. Quando dicatur repetita.

Repetita à ſubſtituto intelliguntur repetita purè, niſi aliud exprimatur. *l. 32. de legat. 1. & l. 55. §. fin. eod. vide l. 79. de legat. 2.* ¶ Ab illo, qui ſubſtitutus eſt vulgariter, intelliguntur repetita relicta, ab inſtituto pupillariter non debentur ex repetitione, quæ à pupillo deberi cœperunt, vel præſtita fuerunt. *l. 116. §. ſi quis à primo. de leg. 1.* ¶ Verbum, de maſculis, adjectum in inſtitutione hæredis, vel in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetitum in ſequentibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret ex verbis ipſius conjecturata, quæ voluntas conjecturata obſervanda eſſet. *Guid. Pap. qu. 485.* ¶ Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, ubi agitur de onere: ideo filiis gravatis, non cenſentur gravati filii filiorum. *Natt. conſ. 191. num. 8.* an gravamen impoſitum filiis intelligatur repetitum in nepotibus, *vide Raud. tract. de Analog. c. 14. n. 35.* ¶ Relicta ab inſtitutis, an videantur repetita à ſubſtitutis, quando ab illis alia legata ſunt relicta, *vide Bart. conſilio 49. vol. 0.*

Cap. V. Quæ requirantur.

Subſtitutio neceſſario habere debet aliquam conditionem. *Guliel. Caſſad. deciſion. 1. num. 5. tit. de ſubſtitutio.* ¶ Agens contra habentem ſubſtitutum, non tenetur ſubſtitutum requirere. *Bart. in l. 9. ff. de aqua pluv. arcend.* ¶ Subſtitutio facta ſub duplici conditione copulative, ut locum habeat, debent omnes conditiones verificari, ſecus ſi alternative. *Franc. Marc. qu. 305. num. 5. part. 2. Boer. deciſion. 38. num. 5. 6. & fin.* vide tamen *ibid.* omnis ſubſtitutio habet duo extrema. *ibid. num. 12.* ¶ Subſtitutio ſi eſt facta pluribus an ſit neceſſe, quod verificetur conditio, in omnium perſona, *vide Bartol. in leg. 56. §. cum ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebellian.* ¶ Subſtitutiones in Regno Franciæ ex conſtitutione Regia, debent inſinuari, alias non valent, etiam impetrato reſcripto à Rege. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 34.*

Cap. VI. Quæ attendantur, verificentur.

Conditio debet in forma ſpecifica adimpleri, & teſtatoris voluntas in ſubſtitutionibus, maxime debet attendi. *Guid. quæſt. 353.* ¶ Subſtitutio facta filio nato, & partui naſcituro inſtitutis, ſive maſculus, ſive maſculi naſcerentur, & decederent ſine filiis in pupillari ætate, non verificatur, ſi fuerit nata fœmina. *Natt. conſil. 667.* ¶ Verba pluralis numeri aliquando non verificantur in uno. *Dec. conſil. 471. num. 8.*

Cap. VII. Quando probetur, & quæ probentur, præſumantur, vel non.

Subſtitutum vulgariter & pupillariter, antequam admittatur, oportet probare, quod præcedentes in gradu deceſſerint, & quod ſit locus ſubſtitutioni. *Franc. Marc. q. 445. part. 2.* ¶ Bona recuperata virtute pacti de retroven-

retrovendendo, veniunt in reſtitutione. *Dec. conſil. 238. num. fin.* ¶ Licet ſubſtitutio videatur loqui de certis bonis, tamen in illam veniunt omnia bona, & jura teſtatoris, *vide Menoch. conſ. 115. libr. 2.* & ſubſtitutio in re certa facta, an trahatur ad totum, alio hærede inſtituto, *vide Boer. deciſion. 33. num. 7.* ¶ In ſubſtitutione licet ſubſtitutio vidiatur loqui de certis bonis, tamen veniunt omnia bona teſtatoris, *vide Menoch. conſil. 115. num. 52. lib. 2.* ¶ Appellatione hæredum ſuorum veniunt ſolummodo ſui hæredes deſcendentes, quando teſtator aliquem inſtituit, & ſibi ſuos hæredes ſubſtituit. *Guid. Papon. quæſt. 309.* ¶ Filii filiorum ſubſtituti veniunt ex judicio teſtatoris. *Craver. conſil. 243.* ¶ Legata non veniunt in ſubſtitutionem vulgarem, ſed prælegata veniunt in ſubſtitutionem pupillarem, & in exemplarem., *Bartol. in l. 3. §. quidam. ff. ad Trebell.* ¶ Ut poſſit agi ex ſubſtitutione unus de paribus morientibus, nunquam ſupervixiſſe præſumitur. *l. 19 ff. de reb. dub.*

Cap. VIII. Quando dicatur directa ſubſtitutio, vel non.

Teſtator ſi dixerit volo, quod poſt mortem meam reſtituatur hæreditas, puta Titio, illum ſubſtituens vulgariter, & pupillariter, tunc erunt duæ directæ. *Bartol. in l. 20. ff. de milit. teſtam.* ¶ Verba, ſine aliqua diminutione appoſita in ſubſtitutione, important directam ſubſtitutionem. *Bartol. conſil. 63 vol. 2. n. 7.* ¶ Verbum, quandocunque, quando faciat ſubſtitutionem directam. *Bartol. conſil. 244. vol. 1. num. 8.* ¶ Subſtitutio in dubio directa judicari debet. *Dec. conſilio 572. Menoch. conſil. 303. n. 41. lib. 4.* potius quam fideicommiſſaria. *Abb. conſ. 59. lib. 1. vide Menoch. conſil. 328. n. 41.* tamen magis intelligitur fideicommiſſaria, quam directa ex conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, quod limita, ut per *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 11. tit. 1.* ¶ Teſtator duobus filiis impuberibus inſtitutis, ſi dicat, ſi uterque deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo pauperem Chriſti, quæ ſubſtitutio dicatur, an compendioſa, an vero directa. *Bart. ibid. n. 27.* ¶ Subſtitutione facta ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, quod bona mea vendantur per meos fideicommiſſarios, & dentur pauperibus, talis ſubſtitutio erit directa. *Bartol. in l. 38. ff. de uſufruct. legat.*

Cap. IX. Quæ comprehendat : contineat, vel non.

Si deceſſerit ſine filiis, an contineat vulgarem, quando gravatus deceſſit vivo teſtatore. *Joan Petr. Surd. deciſ. 37.* ¶ Vera iſta, pupillari ætate, vel poſtea quandocunque continent duas ſubſtitutiones. *Menoch. conſil. 362. num. 5. lib. 4.* ¶ Subſtitutio facta filiis in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an comprehendat etiam Sacerdotis, vel Monachi perſonam, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſion. 163.* ¶ Subſtitutio ſolum facta vulgariter, & pupillariter, continere poteſt fideicommiſſariam, quando verba ſunt contraria effectui, quia magis inſpicitur effectus ſubſtitutionum, quam ſonus verborum. *Cravet. conſil. 305.* quo caſu verbum vulgariter cenſetur abuſive poſitum, & per ignorantiam Notarii. *Cravet. ibid. num. 3.* idem dici poteſt aliquando in verbo pupillariter, & per fideicommiſſum. *Dec. conſil. 394. num. 8.* ¶ Licet ſubſtitutio facta ad invicem de pluribus filiis inſtitutis, non comprehendat fideicommiſſariam, quando facta ſimpliciter reperitur, tamen ceſſat omne dubium, quando fit talis ſubſtitutio, his verbis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. *Dec. conſ. 86.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune, ſubſtituo quandocunque deceſſerit, cum diſtinctione temporis, ſi fiat pupillo in poteſtate pupillarem, & vulgarem continet, item, & fideicommiſſariam, poſt pubertatem, ſi vero fiat extraneo, vel puberi, continet vulgarem, & fideicommiſſariam. *Marc. quæſt. 172. num. 3.* idem, quando eſſet adjecta illa conditio ſi ſine liberis deceſſerit, quæ denotat tractum temporis. *ibid. num. 4.* ¶ Quando noverca in teſtamento mariti inſtituitur hæres univerſalis, eidem ſubſtitutis poſt ejus mortem aliquibus liberis, tunc talis ſubſtitutio non continet vulgarem ſubſtitutionem, ut ſit locus ſubſtitutioni, ſi ſubſtitutus prædecedat hæredi. *Franc. Marc. quæſt. 78. part. 2.*

Cap. X. Quæ debeantur, vel non.

Relicta à ſubſtituto non debentur ab inſtituto adeunte. *l. 13. C. de fideicom.* ¶ Relicta à poſthumo inſtituto, debentur a ſubſtituto, non nato poſthumo. *l. 119. §. final. de legat. 1* ¶ Si plures ſunt ſubſtituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab inſtitutis, in quorum locum ſuccedunt. *l. 84 §. ſi primo, de legat. 2.* ¶ Hæreditas non adita debetur ſubſtituto, & ejus defectu, venientibus ab inteſtato, & ultimo fiſco. *l. unic. § cum autem. C. de caduc. tollen.* ¶ Subſtituto repudiante, bona remanent apud hæredem gravatum, & pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris, remitti poteſt per eos, in quorum favorem erat implendum. *Cravet. conſ. 80. numer. 29. & 91.*

Cap. XI. Quando fieri poſſit ſubſtitutio, vel non.

Pater ſi inſtituat filium pupillum, & dicat, quod illo moriente relinquit omnia bona Titio, vel illum ſubſtituit, an hæc ſubſtitutio poſſit eſſe vulgaris, & pupillaris. *Math. Matheſ. ſingul 93.* ¶ Si teſtator filium inſtituerit, & alium ſubſtituerit, an ſit ſubſtitutio vulgaris, vel compendioſa. *Bartol. in l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & poſthum.* ¶ Subſtitutio facta filiis teſtatoris inſtitutis, & decedentibus, videtur facta ultimo decedenti, & ille videtur gravatus de reſtituendo. *Dec. conſil. 427. num. 6.* ¶ Subſtitutio videtur facta primo ex pluribus inſtitutis, & ſubſtitutis decedenti. *Bart. conſil. 25. vol. 1.* ¶ Qualibet ſubſtitutio directa poteſt fieri legitima. *Bartol. in l. 22. numer. 11. ff. de adoptio* ¶ Subſtitutio non poteſt fieri codicillis, ſed facta non valet quidem jure directo; ſed trahitur ad fideicommiſſum. *l. 7. & ibi gloſſ. C. de codicill.* ¶ Res ſemel præſtita per inſtitutum, non amplius præſtatur, etiamſi legatum fuiſſet repetitum à ſubſtituto. *d. l. 83 §. ſi paterfam.*

Cap. XII. Quando conjungi poſſit cum aliis, vel non.

Vulgaris ſubſtitutio poteſt conjungi cum fideicommiſſaria hoc modo, & caſu, quo primi ſubſtituti non eſſent in vita tempore mortis hæredis univerſalis gravati, & decedentis ſine liberis, incontinenti, & poſt deceſſum dicti ſubſtituti, ſubſtituo meo hæredi loco primi ſubſtituti, hoſpitale, *Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 20.* ¶ Inſtitutus, & ſubſtitutus, quando concurrant. *Bart. in l. 68. de acq. hæred.* ¶ Non admittitur concurſus inſtituti & ſubſtituti, quia inſtitutus præcedit. *l. 37. ff. de hæred. inſtit.* fallit in caſu *legis 40. eod.* tamen ſubſtitutus liber, præfertur inſtituto ſervo, ſi per ejus libertatem creditores fraudarentur. *l. 57. ff. eod.* alias donec eſt locus inſtitutioni, non admittitur ſubſtitutus. *l. quamdiu. ff. de acquir. hæred.*

Cap. XIII. Quando, & quibus deferatur ſubſtitutio hæreditatis.

Hæreditas delata furioſo ipſo in furore decedente, devolvitur ad ſubſtitutum. *l. fin. §. tali itaque. C. de curatore furio. & prodig.* ¶ Defertur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas primo gradu ſcriptis hæredibus mox illis non petentibus, ſequentibus non ſolum ſubſtitutis, verum ſubſtituti quoque ſubſtitutis. *l. 2. §. defertur. ff. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab.* ¶ Repudians hæreditatem dolo ſubſtituti, contra ſubſtitutum agit de dolo. *l. 7. C. de dol. mal.* ¶ Minore repudiante, hæreditas

deſertur

deſertur ſubſtituto, neque adverſus repudiationem reſtituitur minor, niſi re integra extante. *l. 25. §. Scævola. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Inſtitutus, qui adit ab inteſtato, videtur repudiare ex teſtamento, & facit locum ſubſtituto. *l. 20. ff. de acquir. hæred.*

Cap. XIV. Subſtitutio. Quando habeat locum, vel non.

Subſtitutio facta poſt mortem plurium, habet locum eveniente caſu ſubſtitutionis in perſona unius tantum, ideo pater ſubſtituendo duobus filiis filias, ſi ipſi filii deceſſerint ſine liberis filiæ debent admitti, ſi alter ipſorum filiorum ſine liberis deceſſerit. *Cravet. conſil. 100.* ¶ Si teſtator fecerit hanc inſtitutionem, & ſubſtitutionem, ſi Angelus hæres inſtitutus, & ejus deſcendentes, videlicet vocati inſtituti, & ſubſtituti omnes deficerent, & decederent, ſubſtituo, &c. hæc ſubſtitutio habet locum, ſi Angelus primus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filiis, licet ipſi filii non poſſint dici deficere, quia nunquam nati fuerunt. *Dec. conſ. 227. & conſ. 238.* ¶ Illa clauſula ſoluta apponi ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, habet locum, & reſolvitur caſu, quo vulgaris, pupillaris, vel fideicommiſſaria potuiſſent habere locum, ita quod ſubjecta materia hoc pateretur, & non aliter. *Dec. conſ. 394. n. 8.*

Vel non.

Subſtitutio duobus copulative facta, in perſona unius locum non habet, niſi etiam in perſona alterius locum habeat. *Dec. conſil. 504.* ¶ Subſtitutio facta, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, una cum pluribus aliis conditionibus alternative poſitis, non habet effectum, niſi omnes conditiones exiſtant, quia hoc caſu alternativa debet accipi pro copulativa. *l. 6. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* ¶ Si ſubſtitutio directa fiat filiis disjunctive, disjunctiva accipitur pro conjuncta, & nunquam erit locus ſubſtitutioni, niſi omnibus liberis defunctis. *l. 14. §. item ſi pater ff. de reb. dub.* ¶ Subſtitutio concepta in caſu mortis plurium filiorum ſine filiis decedentium, non habet locum, ubi unus ſolus (non natis aliis) eſt mortuus ſine filiis. *Natt. conſil. 667.* ¶ Subſtitutio facta filio prædecedenti ante teſtatorem, non habet locum illo mortuo poſt mortem teſtatoris. *Dec. conſil. 394.*

Cap. XV. Quæ tranſeant, tranſmittantur, vel non.

Verbum ſubſtituit, eſt verbum commune, & adaptari poteſt ad obliquum, & per ſcientiam tutoris, vel patris bona tranſeunt ad ſubſtitutum, vel ſaltem jus deliberandi *Bartol. conſil. 79. volum. 1.* ¶ Onus per modum conditionis injunctum in perſona inſtituti, an tranſeat ad ſubſtitutum. *Bartol. in l. 39. ff. de condit. & demonſtr.* ¶ Exiſtente conditione ſubſtitutionis factæ legatario, legatum tranſit ad ſubſtitutum. *l. 83. §. Stichum, de legat. 1.*

Vel non.

Subſtitutus prædecedens non tranſmittit ad hæredem ſpem cujusvis ſubſtitutionis, niſi hæres ille veniret ex judicio teſtatoris. *Capic. deciſ. 115. num. 6. Cravet. conſil. 67. Natt. conſil. 191. Guid. Pap. quæſt. 162 num. fin. Boer. deciſ. 38. num. 22. & deciſ 88. Marc. quæſt. 78. part. 2. Mago. deciſ. Luc. 82. num. 11. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 33. Boer. conſil. 136. Cravet. conſ. 152. l. 80. ff. de acquir. hæred.* ratio, quia reſpicit perſonam. *l. 9. ff. de ſuis, & legit. hæred. vide tamen Boer. deciſ. 354. num. 12. & 13. Petr. de Benint. deciſ. 88. Dec. conſil. 573. Bart. conſ. 110. volum. 2. gloſſ. in l. unica. C. de his, qui ante aper. tabul.* ¶ Spes, ſeu jus ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredes regulariter. *Boer. conſ. 36. Cravet. conſil. 152. Dec. conſ. 480. num. 8. & 574. Rol. conſ. 38. vol. 3. Menoch. conſ. 103. vol. 1 Natt. conſ. 551.* ¶ Limita primo, quando eſſet facta ſubſtitutio in contractibus, in quibus locus eſt tranſmiſſioni juris conditionalis. *Menoch. conſil. 325. num. 53. libr. 4.* ¶ Secundo limita, quando ſubſtitutus erat etiam inſtitutus, quia tunc per jus accreſcendi tranſmittitur. *Boer. conſ. 36. vide Natt. conſ. 68. Tom. 1. Bartol. in l. qui patri hæres. ff. de acquir. hæred facient. l. 1. cum gloſſ. C. de caduc. toll. & l. 59. ff. de acquir. hæred. Cravet. conſ. 258.* ¶ Tertio limita, quando etiam hæredes eſſent vocati *Boer. d. conſil. 36. num 2. vide Dec. conſ. 477. Menoch. conſil. 325. num. 53. & 58. lib. 4.* ¶ Quarto limita, ſi teſtator inſtituiſſet Cajum, & Sempronium hæredes, facta ſpeciali aſſignatione bonorum, & caſu, quo Cajus deceſſiſſet ſine liberis maſculis, ſubſtituiſſet Sejum, & ejus liberos, & caſu, quo Sempronius deceſſiſſet ſine liberis, ſubſtituiſſet dd. Cajum, & Sejum: deinde vivo teſtatore deceſſerit Cajus relicto uno filio, & Sempronius ſine liberis, mortuo teſtatore, quærebatur an filius Caji cenſeretur vocatus, *Cravett. conſ. 62.* Reſpondit cenſeri vocatum loco patris, & per conſequens tranſmitti hoc caſu jus ſubſtitutionis ex conjecturis, *de quibus ibid.* ¶ Quinto, quando filius primi ſubſtituti defuncti ante hæredem ſubrogetur loco ipſius, adeo quod ſit locus ſubſtitutioni mortuo hærede poſt primum ſubſtitutum, ut filius ipſius admittatur ad ſubſtitutionem. *vide Cravet. conſil. 283.* ¶ Sexto, ſubſtitutionis pupillaris ſpes ex præſumpta voluntate defuncti, tranſire poteſt ad hæredes. *Bartol. in l. 47. ff. de vulgari.*

Cap. XVI. Quibus ſubſtitui poſſit, vel non.

In defectum inſtituti incapacis alius, qui capax ſit ſubſtitui poteſt. *Dec. conſ. 462. num. 15.* ¶ A ſubſtituto exhæredati non poteſt legari, vel fideicommitti, etiam ſi exhæredato pater aliquid legaverit. *l. 24. C. de legat. 24. ff. de milit. teſta.*

Cap. XVII. Qui, quibus ſubſtituere poſſit, vel non.

Miles propter privilegium militare poteſt ſubſtituere filio emancipato, quod paganus facere non poteſt. *l. 42. §. pen. ff. de milit. teſtam.* ¶ Subſtituere filium naturalem filio legitimo & naturali, quando quis poſſit. *vide Bartol. in l. 36 ff. de donat. cauſa mort. & in §. omnia. Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Uno tamen caſu mater poteſt filio ſuo impuberi directo ſubſtituere, nempe, ſi dicat inſtituo filium meum hæredem, cum pervenerit ad ætatem annorum 14. in maſculo, & in fœmina 12. cum dimidio, & ſi ante tale tempus deceſſerit, inſtituto, & ſubſtituo valebit jure directo. *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 32.*

Vel non.

Mater cum non habeat filium in poteſtate, non poteſt illi etiam impuberi directo vulgariter, vel pupillariter ſubſtituere, ſed ſi ſubſtituat hoc modo, talis ſubſtitutio omni tempore erit fideicommiſſaria, & ex alia poſſunt detrahi legitima, & Trebellianica. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 32.* ¶ Arrogator non ſubſtituit filio arrogato (in quarta ei debita) per fideicommiſſum: quia illam non habet ex proviſione teſtatoris, *Bartol. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.*

Cap. XVIII. Qui, quibus præferantur in ſubſtitutionibus.

Subſtitutione facta per teſtatorem in genere de proximiore de domo, an utrinque conjunctus præferatur conſanguineo; & an in caſu hic poſito cenſetur inducta reciproca ſubſtitutio inter maſculos ad excluſionem fœminarum. *D. Gaſp. Theſſaur. quæſt. Foren. quæſt. 74. lib. 1.* ¶ Si ſubſtitutus præferatur conjuncto conditione ceſſante, conjunctus admittitur. *l. 2. §. ſi duo. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Inſtitutus ſi repudiat uno jure, & vult venire alio jure, quando illi præferatur ſubſtitutus, *vide Bartol. in l. 17. §. hæres. ff. de acquir. hæred.* ¶ Subſtitutus in dubio præfertur conjuncto. *Bartol. in l. 87.*

num. 33. de legat. 3. nam jus ſubſtitutionis præfertur juri accreſcendi. *Bartol. in l. qui patri hæres. ff. de acquirend. hæred. num. 3.* ¶ Subſtitutus præfertur collegatario conjuncto, ubi portio alterius collegatarii deficit. *Natt. conſ. 306.* ¶ Fideicommiſſariua præfertur ſubſtituto vulgariter. *l. facta. §. Julianus. ff. ad Trebell.*

Cap. XIX. Qui uti poſſit ſubſtitutioni, & quos excludat, vel non.

Subſtitutio directa facta in omnibus bonis, excludit matrem. *Bart. conſ. 56. volum. 1.* favore piæ cauſæ. *idem Bart. conſ. 245.* ¶ Subſtitutus pupillo ob non petitum tutorem, non privatur à ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed à pupillari excluditur, ſi non petiit intra annum, niſi excuſetur ex aliqua juſta cauſa. *Bart. q. 18. n. 7.* ¶ Subſtitutio vulgaris, pupillaris, & fideicommiſſaria ſi concurrant, eſt in electione ejus, in quem collatæ ſunt, uti qua velit. *Guid. Pap. quæſt. 532. Bartol. in l. 10. ff. de uſufruct. legat. Natt. conſil. 395. faciat recognoſcere. §. Titius. ff. ad Trebell.* ſed una electa non datur variatio. *Marc. de Mant. ſing. 546.*

Cap. XX. Qui admittatur, vel non.

Subſtitutus admittitur, quando inſtitutus differt adire, nec contra eum poteſt ſubveniri. *Bartol. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. furio. infan.* ¶ Subſtitutus auditur, quando prius nominatus tacet. *Raud. de Analog. cap. 30. n. 8.* ¶ Teſtator inſtituir hæredem Petrum, & caſu, quod decederet ſine liberis, ei ſubſtituit Gabrielem, & ipſi Gab. decedenti ſine liberis ſubſtituit Margeritam, vivente Petro hærede deceſſit D. Gabriel deinde moritur dictus Petrus, cui Gabriel erat ſubſtitutua, dubitatum fuit, an Margerita admitteretur, quæ erat ſubſtituta Gabrieli prædefuncto, & non Petro hæredi, fuit reſponſum per *Dec. 238.* admitti, *vide Perillnſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 86.* ¶ Gradu primo ſubſtitutionis perempto, admittitur gradus ſequens. *Dec. conſil. 427. num. 7.* ¶ Qui ventri ſubſtitutus eſt, ſi ventrem ſervare velit, audiendus eſt. *l. pennlt. ff. de vent. inſpicien.* ¶ Contra mulierem calumnioſe in poſſeſſionem miſſam, ſuccurritur hæredis ſubſtitutio defuncti. *l. fin. ff. ſi mulier ventris nomine.* ¶ Subſtitutus filio inſtituto ſub conditione poteſtativa, quæ poteſt impleri ultimo vitæ ſpiritu, an poſſit admittiti in vita, ſtatuto termino filio, intra quem impleret conditionem, *vide Bartol. in l. 4. §. ſed & ſi filio. ff. de hæred. inſtituen. & §. fin.* ¶ Inſtitutus cum ſubſtituto quando admittatur, *Bartol. in §. ſed ſi inſtituto, inſtit. de vulgari.* ¶ Si inſtitutua, cui fuit datus ſubſtitutus in primo teſtamento, deceſſerit vivo teſtatore, quia dictum teſtamentum revocaverat, & ſecundum ſine inſtitutione fecerat, ſubſtitutus in primo teſtamento debet admitti. *Bartol. conſil. 38. volum. 1.* ¶ Teſtator inſtituit Titium, quo decedente ſine liberis ſubſtituit Cajum, & eo ſine liberis, &c. ſubſtituit Sempronium, vivo teſtatore deceſſit Titius, poſtea mortuus eſt teſtator, dubitatum fuit, quid juris de hæreditate illius, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 60.* ¶ Filio hæreditatem repudiante, cui datus eſt ſubſtitutus, pater ſuperſtes ad hæreditatem admittitur, excluſo ſubſtituto. *Bartol. in l. 8. C. de bonis. quæ liberis.* ¶ Subſtitutus in parte admittitur ad totum, quando alias teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. *Cravet. conſil. 62. num. 5.* ¶ Tutor ob tutelam non adminiſtratam, non repellitur ab hæreditate ſibi ex ſubſtitutione delata. *Bartol. quæſt. 18.* ſicut repellitur à legato. *l. 38. ff. de excuſation. tutor.* ¶ Subſtitutus admitutur etiam ante tempus ſtatutum ad adeundum, ſi moriatur inſtitutus hæreditate non adita. *l. 71. ff. de acquir. hæred.* & ſubſtitutus auditur, quando primus nominatua tacet. *Raud. de Analog. cap. 30. num. 8.* ¶ Si idem eſt ſibi ſubſtitutus, poſt inſtitutionem omittere ex præſumpta voluntate defuncti, nec eo in caſu committitur edictum, ſi quis omiſſa cauſa *l. 1. §. ſi proponatur. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Duobus caſibus filius ſubintrat locum patris in fideicommiſſis. *Dec. conſil. 217.* regulariter ſecus. *Roland. conſil. 38. volum. 4.* ¶ Quando teſtator ſubſtituti hæredi matrem aliquam ſeu ejus filios vulgariter, & per fideicommiſſum, mater primo loco admittitur, & ipſi matri cenſentur filii ſubſtitui. *Dec. conſil. 95.* ¶ Quando quis ſubſtituit Titium, & ejus liberos, an veniant liberi ſimul cum Titio patre, vel ordine ſucceſſivo, & an iſta verba, ordine ſucceſſivo, intelligantur per vulgarem, vel per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, *vide Dec. conſil. 205. 236. 248. 253. & 292. Bartol. in l. Gallus. § quidam recte, num. 5. & 7. ff. de liber. & poſth.* ¶ Teſtator inſtituit Lucium nepotem ſuum in certa parte adjecto, quod, quandocunque decederet, bona ſibi aſſignata pervenirent ad Titium, & Sejum fratres ipſius Lucii, & ipſia Titio, & Sejo decedentibus, & eorum quodlibet quandocunque bona ad pium locum devenirent, quibus Titio, & Sejo dictum pium locum vulgariter, & fideicommiſſum ſubſtituit, Sejus moritur relictia duobus filiis, deinde deceſſit Tirius ſine filiis, ſuperſtite Lucio primo hærede, quod poſtea ſine filiis deceſſit, quærebatur, an pius locua eſſet admittendus excluſis filiis Seji, fuit reſponſum per *Dec. conſil. 416.* affirmative. ¶ Licet communis opinio ſit, quod, quando non cadit neceſſitaa inſtituendi, filii non cenſeantur vocati ordine ſucceſſivo, ſed ſimul cum patre debeant admitti, tamen communis limitatur, quando teſtator inſtituit fratrem, & ejus liberos, quia tunc ordine ſucceſſivo ſolum cenſetur vocati per vulgarem ſubſtitutionem. *Dec. conſil. 248.* ¶ Quando pater inſtituit, & ſubſtituit filios diverſarum uxorum uno decedente, omnes admittuntur non inſpecta duplicitate vinculi, quod limita per *Cravet. conſil. 43.* ¶ Teſtator inſtituto filio ſubſtituat, quod ſi deceſſerit ſine filiia, bona deveniant ad Titium, & ejus hæredes, an hæredes Titii extranei admittantur, *vide Bart. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liberis & poſthumis.*

Vel non.

Sequens in gradu non admittitur, niſi primus excluſus, ideo primo ſtatuitur tempus ad adeundum, ultra quod non auditur. *l. 68. ff. tad.* ¶ Subſtitutus nunquam admittitur dum ſupereſt, qui ſuccedat ex præſumpta voluntate defuncti. *Bartol. in l. 56. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ¶ In caſu legia, qui duos. *ff. de reb. dub.* matre in medio exiſtente, ſubſtitutus non admittitur. *Bartol. ibid. num. 16.* & ſubſtitutus in caſu dictæ legia, poteſt hæreditatem vendicare ex teſtamento. *Bart. ibid.* ¶ Subſtitutus non admittitur, quando inſtitutus ejus facto deceſſit. *Bart. in l. 11. §. ſi vir uxorem ff. ſolut. matrim.*

Cap. XXI. Qui ſuccedat in ſubſtitutionibus.

Nepotes una cum patruo ſubſtituti, an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita. *Afflict. deciſ. 309.* ¶ Teſtator ſi filio ſuo impuberi ſubſtituerit pupillariter Cajum fratrem ſuum, nec non Titium, & Mevium filios alterius fratris, omnea ſuccedent in Capita. *Capic. deciſ. 208. num. 3.* ſed ſucceſſio an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes vocatos numero diſpares, *vide Magon. deciſ. 144. Rot. Floren.* ¶ Si exhæredatus ſuccedat fratri ex ſubſtitutione, & ſic ex voluntate expreſſa, valent legata ab hæredati ſubſtituto, ſed ſi ſuccedat ex poteſtate legis, non valent. *l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad leg. Falcid.*

Cap. XXII. Qui ſint effectus ſubſtitutionis.

Vulgaris non tollit ex conjecturis jus accreſcendi. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 54.* ¶ Vulgaris, an tollat pœnam appoſitam. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 248.* ¶ Clauſula codicillaria operatur, quod caducata inſtitutione per mortem inſtituti habeat locum ſubſtitutio facta, ſi ſine liberis

liberis deceſſerit. *Vincent. de Franc. deciſ. 156.* ¶ Uxore inſtituta ad vitam in uſufructu, & poſt ejus mortem teſtator inſtituerit, vel ſubſtituerit alterum, ipſo ſubſtituto præmoriente, uxor remanet, dominat, & hæres univerſalis, etiam in proprietate. *Menoch. conſil. 273. lib. 3.* ¶ Subſtitutio prima vulgaris facta caduca, non facit caducam ſubſtitutionem ſequentem. *vide Menoch. conſil. 325. num. 45.* ¶ Subſtitutio facta caduca, non poteſt aliam ſubſtitutionem utilem facere, quia ſecundus inſtitutus ab inteſtato adierit, quilibet tenetur propriis legatariis, & à communibus quilibet poterit inſolidum conveniri. *l. 3. ff. ſi quis omiſſ. cauſa.* ¶ Subſtitutio facta filio ſub hac conditione, ſi moreretur ſine hærede legitimo, excludit patrem, avum, fratrem, & cæteros hæredes legitimos ipſius inſtituti, quia hoc caſu hæres legitimus accipitur pro filio. *Guid. quæſt. 153.* ¶ Etiam in contractibus, & donationibus poteſt fieri ſubſtitutio, & tunc ex tali ſubſtitutione acquiritur utilis actio abſenti, & licet revocetur donatio quoad primum donatarium, non tamen cenſetur revocata ad ſubſtitutum, in cujus præjudicium non poteſt revocari, & ex tali ſubſtitutione acquiritur etiam jus ſine traditione, & liberis naſcituris tunc jus acquiri poteſt. *Cravet. conſ. 19. n. 9.* ſed quid, ſi ex conſenſu utriusque donantis, & donatarii fuerit revocata ſubſtitutio, *vide ibid. num. 11.* ¶ Hæredibus, legatariis, & donatariis cauſa mortis poteſt ſubſtitui. *l. 51. de legat. 2.* ¶ Subſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria quando unitæ ſunt, altera alterius naturam aſſumit. *Ozaſ. deciſ. 110. num. 4. & 12.* ¶ Subſtitutio facta ultimo morienti in tota hæreditate, facit videri hæredes tacite invicem ſubſtitutos. *ibid. num. 2.* limita, *ut ibid. num. 13. facit l. 89. §. Seja liberis. de legat. 2.* ¶ Subſtitutio facta per hæc verba, devenient pleno jure, vulgariter, pupillariter, & compendioſe, ſubſtitutionem vulgarem directam inducit. *Marc. queſt. 17. n. 4.* ¶ Mulier, quæ data opera fecit abortum in gratiam ſubſtituti, punitur capite. *l. 39. ff. de pœnis.*

Cap. XXIII. Quando valeat ſubſtitutio, vel non.

An quando inſtitutio facta eo caſu, quo ſine filiis deceſſerit, vel filii ipſius hæredis deceſſerint, & facta ſit ſubſtitutio in filiis, filii hæredis valeat jure fideicommiſſ. eis decedentibus ſine liberis. *Rol. conſ. 18. Tom. 4.* ¶ Subſtitutio an conſervetur per *Authent. ex cauſa. C. de liberis præteritis, vide per Bartol. in d. Authent. num. 6.* ¶ Quoties teſtamentum non valet in primo gradu, incipit a ſecundo. *Menad. deciſ. 43. num. 14.* ¶ De ſubſtitutione facta in contractu donationis, & an ſit valida, *vide Ozaſ. deciſ. 85.* (ubi tenet affirmativam.) *Rand. tractat. de Analog. cap. 30. num. 6. facit l. 1. C. de donatio. cauſ. mort.* & procedit, ſi ſubſtitutus ſibi dari ſtipulatus fuerit à donatario, *l. 10. ff. de donat. cau. mor.* ¶ An talis ſubſtitutio debeat intelligi vulgaris, vel fideicommiſſaria, *vide Menoch. conſil. 85. volum. 1. & conſil. 325. libr. 4.* ¶ Subſtitutio facta in contractu valet. *Natt. conſil. 676.* ¶ Expreſſum dicitur, quod ex mente colligitur, ideo ſubſtitutio malè concepta imperitia Notarii ſuſtinetur, ſi conſtet de mente teſtatoris. *Cravet. conſ. 147.* ¶ Subſtitutus ſi extraneus eſt, & hæres repudiaverit, ſi poſtea reſtituatur, ſubſtitutio reaſſumit vires, & titulus, ſi quis omiſſa cauſa, habet locum in ſubſtitutione pupillari; non in vulgari. *Bartol. in l. 8. §. ſed quod. ff. de minor. 25. ann.* ¶ Licet inſtitutio, & legatum ſint pro non ſcriptis facto hæredis, ſubſtitutio, & fideicommiſſum remanent in ſuo robore. *l. 1. ff. de his, quæ pro non ſcriptis.* ¶ An ſubſtitutio facta in minus ſolemni voluntate inter liberos valeat. *Boer. deciſ. 241.* ¶ Subſtitutio ſemel extincta per exiſtentiam liberorum, non reviviſcit, ſi liberi, qui illam faciebant deficere, poſtea moriantur. *Dec. conſil. 218. & conſil. 437. Natt. conſil. 400. Tom. 1. Dec. conſil. 477.* niſi aliter conſtare de mente teſtatoris. *Dec. conſil. 477.*

Cap. XXIV. Quando extinguatur, evaneſcat, vel non.

Quando ſit ſubſtitutio de pluribus disjunctive, ſi primo loco vocatus fuerit admiſſus, an evaneſcat ſubſtitutio. *Dec. conſil. 95.* ¶ Quando per exiſtentiam liberorum poſitorum in conditione evaneſcat ſubſtitutio, & quando non, *vide Cravet. conſil. 283.* ¶ Quando ſunt plures ſubſtituti unus poſt alium, an per mortem primi ſubſtituti vivente hærede gravato, ſubſtitutio efficiatur caduca. *Menoch. conſil. 106. num. 374. volum. 2.* ¶ Subſtitutio facta ſub conditione, in eventum conditionis evaneſcit. *Abb. conſil. 40. lib. 1.* ¶ Subſtitione facta cauſa certæ infirmitatis ſi teſtator liberetur ex illa, & moriatur ex altera, evaneſcit ipſa ſubſtitutio. *Bartol. in l. 30. §. cum poſt. ff. de adimen. legat.* ¶ Teſtamentum impugnans, non poteſt ex eo aliquod jus prætendere; ſed an dicens teſtamentum nullum annullet ſubſtitionem. *vide Boer. deciſ. 143. num. 18. 19. & 20.* ¶ Subſtitutio, ubi non eſt expreſſe facta, ibi non intelligitur, & ſobſtitutio dicitur nulla, ubi non eſt expreſſa perſona. *Magon. deciſ. 82. Luc. numer. 11. & deciſ. 134. Rot. Flor.* tamen an, & quando ex caducitate unius ſubſtitutionis inferatur ad aliam, *vide eundem Magon. deciſ. 134.* ¶ Directa pupillaris expirat pubertate: non autem fideicommiſſaria, ſeu compendioſa. *l. 5. Cod. de fideicommiſſ.*

Vel non.

Subſtitutio facta pluribus, ſi aliquis ipſorum deceſſerit ſine liberis, non expirat uno ſine liberis decedente. *Barc. conſil. 244. volum. 1.* ¶ Subſtitutio non evaneſcit hæreditate adita, quando qui adit, reſtituitur. *Bartol. in l. 44. ff. de re judic.*

Cap. XXV. Quando revocetur, deficiat, vel non.

Subſtitutio facta in teſtamento, revocatur per ſubſtitutionem poſtea factam in codicillis, etiamſi fuerit facta de eadem perſona, ſub diverſa tamen conditione. *Cmo. conſil. 80. num. 29.* ¶ Quando teſtator ſubſtituit non exiſtentibus aliquibus perſonis, ſi illæ tempore mortis teſtatoris, vel hæredum extent, deficit ſubſtitutio, licet poſtea deſierint eſſe. *Dec. conſil. 63.* ¶ Conditione ſubſtitutionis deficiente, deficit ſubſtitutio, nec tunc dicitur quis privari jure ſubſtitutionis, ſed habetur pro non inſtituto. *Cravet. conſ. 62.*

Cap. XXVI. Inſtitutus. ſubſtitutus. Quis dicatur, vel non.

Subſtitutus in re certa datis aliis ſubſtitutis habetur loco legatarii. *Bart. conſil. 8. vol. 1. num. 4.* ¶ An plures ſint inſtituti, vel ſubſtituti ex conjecturis concipi debet, & plura de conjecturis ſubſtitutionum, *Mant. lib. 5. tit. de conject. ult. volunt.* ¶ Teſtator ſubſtituit filio hæredi univerſali duas filias, & filios ex altera filia præmortua, vivente adhuc hærede univerſali; altera ex ſororibus ſubſtituris deceſſit relictis filiis, inde deceſſit hæres frater ſine liberis, quæſtio orta fuit, an filii ſororis præmortuæ, & vocatæ cenſeantur ſubſtituti loco matris, fuit deciſum pro parte negativa, ita teſtatur *Mago. deciſ. 82. Luc.* ¶ In dubio ſecundus ſubſtitutus dicitur ſubſtitutus primo inſtituto, non autem ſubſtituto immediate, *Menoch. conſil. 106. num. 362. volum. 2.* ¶ Si teſtator ſubſtituiſſet filios inter ſe vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ipſis omnibus decedentibus ſubſtituiſſet Titium ſimpliciter, Titius cenſetur etiam ſubſtitutus vulgariter, & per fideicommiſſum *Cravet. conſ. 208.* ¶ Filius inſtitutus ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, non dicitur conditionaliter inſtitutus. *Bart. in l. 45. ff. de manumiſſ. teſtam.*

Cap. XXVII. Quando excludatur, vel alios excludat, vel non.

Subſtitutus vulgaris excludit conjunctum. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 152.* ¶ Filius naturalis in ſervitute conceptus, excludit ſubſtitutum. *l. 79. §. volo. de legat. 2.* ¶ Pia cauſa ſubſtitutum, etiam ex deſcendentibus (dummodo non agatur de legitima) ex præſumpta voluntate defuncti teſtatoris, dicitur excludere. *Ozaſ. deciſ. 110. num. fin.* ¶ Si avus hæredes naſcituros ex legitimo matrimonio filiæ ſuæ ſubſtituiſſet filiis ſuis per ipſum hæredibus inſtitutis, ſi filia reliquerit unum filium maſculum, quem hæredem inſtituiſſet univerſalem, & unam filiam, quam præterüt, vel legatariam fecerit, filius hæres inſtitutos excludit ipſam filiam. *Guid. quæſt. 457. num. 4.* ¶ Subſtitutionum quatuor ſunt gradus. *Boer. deciſ. 38. num. 21.* & pater adiens hæreditatem filii repudiantis excludit ſubſtitutum. *ib. num. 25.* & ſubſtitutioni in dubio favetur, niſi contra matrem. *Boer. ibid. num. 30.* ¶ Qui aliquid recepit à ſubſtituto, ut repudiaret hæreditatem, repellitur à legati petitione. *l. 4. §. ſi quis ex unica. ff. de doli mal. except.*

Vel non.

Subſtitutus vocatus per hæc verba, ſi inſtitutus ab inteſtato deceſſerit, non excludit donatarium, ſi inſtitutus erat filiusfam. qui non poterat teſtari. *Boer. conſ. 34.* ſed de veritate dicti, & de verbo illo, ſi ab inteſtato deceſſerit, *vide ibid.* ¶ Eccleſia ſubſtituta alicui, ſi deceſſerit ſine filiis, non excludit nepotes, qui faciunt ceſſare ſubſtitutionem. *Dec. conſil. 391.*

Cap. XXVIII. Quæ facere poſſit, & quæ competant ſubſtituto.

Subſtituto directo competit beneficium. *l. 3. Cod. de edicto divi Adria. tollen. Bartol. in l. 3. §. fin autem. num. 10.* ¶ Subſtitutus quando impediat confiſcationem bonorum ob delictum inſtituti. *Boer. deciſ. 278.* ¶ In parte inſtitutus in ſecundis tabulis ſolus, gravatur ex ſua perſona duntaxat & detrahit Falcidiam, cohæres vero, qui contributione facta reperitur gravatus, ex ſua, & pupilli perſona Falcidiam conſequitur. *l. 11. §. filio. ff. ad leg. Falcid.* ¶ A ſubſtituto, vel legitimo hærede exheredati non poteſt legatum relinqui, ſecus in inſtituto, qui beneficio præteriti ſuccedit contra tabulas. *l. 129. de legat. 1.*

Cap. XXIX. Qui dicantur vocati, vel non.

An & quando teſtator in ſecundo gradu ſubſtitutionis aliquos maſculos ſubſtituit, intelligatur, etiam ſubſtituiſſe nepotes maſculorum. *Rol. conſil. 43. Tom. 4.* ¶ Si fiat ſubſtitutio hoc modo, ſubſtituo filiam, & ſuos ex hac ſubſtitutione tres oriuntur quæſtiones: Prima, qui veniant appellatione ſuorum, in qua fuit reſponſum, venire omnes deſcendentes ordine ſucceſſivo, ſed his deficientibus, an veniant omnes ſuccedentes ab inteſtato ſervata gradus prærogativa, quæſtio eſt inter Doctores, *vide Cravet. conſil. 22. ſupra tit. de hæred. extr. inſtit.* ¶ Secunda erit quæſtio, an ſui dicantur vocati una cum filia ſubſtituta ſimul, vel ordine ſucceſſivo, & fuit reſponſum, cenſeri vocatos ordine ſucceſſivo etiam eo caſu, quo non adeſt neceſſitas inſtituendi. *Cravet. dict. conſil. 22. vide eundem conſil. 131. & Matth. Matheſ. ſing. 156.* qui tenet contrarium, quod facta ſubſtitutione de patre, & liberis ipſi liberi cenſeantur ſubſtituti ordine ſucceſſivo, nempe primo admittendus ſit pater inſolidum & poſtea filii, *ſcribit Menoch. conſil. 44. vol. 1.* ſed quando plures ſunt ſubſtituti, an cenſeantur vocati ſimul, & ſemel, vel ordine ſucceſſivo, *vide Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 80. Dec. conſil. 248.* ¶ Tertia eſt quæſtio dato, quod admittantur ordine ſucceſſivo, an talis ſubſtitutio cenſeatur vulgaris, vel fideicommiſſaria, & fuit reſponſum eſſe fideicommiſſariam, quando in ea adſunt verba denotantia tractum temporis in futurum, ex qua filii ſecundo loco ſubſtituti cenſentur vocati ad bona, quæ propterea illis ſunt ſervanda per patrem. *Cravet. conſil. 44. lib. 1. & 310. lib. 4. Raud. tractat. de Analog. cap. 12. num. 6. & Dec. conſil. 205. conſil. 319. num. 6. & Beron. quæſt. 104.* ¶ Quando per fideicommiſſum filii, puta Titii, & deſcendentes ejus ordine ſucceſſivo vocantur, proximior in gradu cenſetur vocatus, nec nepos ſeu filius hoc in caſu ſubintrat locum patris. *Decius conſil. 1. 408. 412. vide Menoch. conſil. 200. lib. 2.* ſed quando loco patris nepos admittatur, *vide Dec. conſil 79. Menoch. conſ. 124. & conſ. 354. lib. 4.* ¶ Pater ante nepotis mortem, an vocetur patruus ſubſtitutionis virtute, an vero potius ejus mater ab inteſtato admittatur. *Dec. conſil. 384.* ¶ In ſubſtitutione facta, ſi hæres deceſſerit, ſine hæredibus, quando cenſeantur etiam vocati extranei hæredes. *Dec. conſ. 295.*

Vel non.

Odioſus non cenſetur vocatus in generali ſubſtitutione agnatorum, vel familiæ. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 41.* ¶ Quando teſtator ita cavit, inſtituo Cajum filium meum hæredem, & ſi ipſe hæres non erit, ſubſtituo liberos, vel deſcendentes, aut familiam meam, tunc liberi, vel deſcendentes non dicuntur gravati inter ſe, cum nullum ſit adjectum verbum ſignificans tractum ſucceſſivum, & perſeverantiam reſtitutionis fideicommiſſi, *Menoch. conſil. 328. num. 97. lib. 4.* ¶ Si duo ſint dati ſubſtituti, & unos deceſſerit ante hæredem, deinde ipſius deceſſerit altero ſubſtituto ſuperſtite, talea ſuperſtes poteſt petere tam portionem ſuam, quam alteri ſubſtituto defuncto relictam. *Guid. quæſt. 335.*

Cap. XXX. Miſcellanea.

Hæres ſub conditione inſtitutos poſſidens hæreditatem, debet cavere ſubſtitutis, ſe reſtituturum bona in defectum conditionis. *l. inter omnes. ff. qui ſatisdare cogant.* ¶ Teſtator ſi gravaverit hæredem, ut reſtitueret hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis, & tale teſtamentum irritetur ex cauſa præteritionis, & ſic hæreditas ad ipſum venerit, quomodo teneatur illam reſtituere, *vide Bartol. in Authent. ex cauſa. Cod. de liber. præt. num. 17.* ¶ Teſtator repetendo legata à ſubſtitutis, videtur repetere libertates. *l. 80. ff. de verbor. & rerum ſignificatio.* ¶ Hæres rogatus poteſt cogi facere inventarium de rebus reſtitutioni ſubjacentibus, ad ſubſtituti poſtulationem. *Guid. Pap. quæſt. 351.*

TITULUS DCXXX.

De ſubſtitutione vulgari expreſſa.

Generalia.

DE materia hujus vulgaris ſubſtitutionis *vide per Bartol. in l. ff. de vulgari.* ¶ De conjecturis, quæ verſantur circa vulgarem ſubſtitutionem, *vide per Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 2.*

Cap. I. Subſtitutio reciproca. Quæ dicitur, & Qualis ſit.

Subſtitutio ſimplex reciproca ſine temporis tractu ſucceſſivo, cenſetur vulgaris; non autem fideicommiſſaria. *Menoch. conſil. 398. lib. 4.* ¶ Subſtitutio poſt mortem dicitur compendioſa, & includit vulgarem. *Alex. Raud. tractat. de Analog. cap. 30. num. 5.* ¶ Subſtitutio vulgaris includitur à jure accreſcendi. *Raud. ibid. cap. 33. num. 62.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, porrigatur, & Quæ inſpiciantur, vel non.

In vulgari ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus moreretur, hæres ſubſtituitur, recte ſubſtitutus etiam unico intelligitur. *l. 163. ff. de verb. & rer. ſignif.* ¶ Legata ab inſtituto

Digitized by Google

inſtituto relicta cenſetur tacite repetita à ſubſtituta vulgari, niſi ex aliqua conjectura de contraria voluntate teſtatoris conſtet: *l. 7. de legat. 1.* ¶ Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, non intelligitur in vulgari ſubſtiutione, etiam collata poſt mortem. *Dec. conſil. 416. num. 11.* ¶ Conditio ſi gravatus deceſſerit ſine liberis, non ſubintelligitur in vulgari ſubſtitutione. *Mant. lib. 10. tit. 8.* ſed limita, *ut ibid. num. 3.* ¶ Subſtitutio hæc facta in uno caſu, porrigitur ad omnes alios ſibi ſimiles. *Bartol. in l. Gallus. §. quid ſi autem. ff. de liberis & poſthumis*, & emancipatio quando faciat locum ſubſtitutioni vulgari, *vide ibid.* ¶ Quando in ſubſtitutione vulgari unus caſus exprimitur, licet ad alios caſus porrigatur, tamen hoc non habet locum quando dictio, tunc, in caſu expreſſo apponitur, quis tali caſu ipſa ſubſtiturio sd caſum expreſſum duntaxat reſtringitur. *Dec. conſ. 63.* idem quando mutatur perſona. *Decius conſil. 394.* ¶ In vulgari dicitur teſtator ſubrogare ultimo ſubſtitutum loco præcedentis ſubſtituti, & conſequenter ſolum inſpicitur conditio appoſita ipſi ſubſtituto præcedenti. *vide Cravet. conſ. 283.*

Cap. III. Quæ veniant, & quæ contineat ſubſtitutio, vel non.

In ſubſtitione vulgari non veniunt prælegata. *Andr. Gail. obſerv. 135. num. 11. lib. 2. l. 77. §. fin. de legat. 2. & l. 31. de legat. 3.* ¶ Subſtitutio facta ſimpliciter per verbum, ſubſtituo, abſque verbo compendioſo, quandocunque, aut conditione, ſine liberis denotante tractum temporis, continet ſolummodo vulgarem, & non comprehendit fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem. *Franc. Marc. quæſt. 170 part. 2.* ¶ Subſtitutio vulgaris continet præcipue duos caſus, nempe voluntatis, & impotentiæ. *Raud. tractat. de Analog. cap. 30. num. 7. & Bart. in l. 3. C. de hæred. inſtit.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verbum commune hoc modo, ſubſtituo, quandocunque hæres deceſſerit, stiam continet vulgarem. *Marc. quæſt. 78. part. 2. Dec. conſil. 416.* quæ locum habet inſtituto decedente in vita teſtatoris. *Cravet. conſ. 62. & Dec. conſ. 529.* ¶ Subſtitutio vulgaris concepta in uno caſu, non comprehendit alium, ſi mater ſit in medio. *Caſſa. dec. 1. de ſubſt. num. fin.* quando porrigstur ad alium, *Dec. conſ. 394.*

Cap. IV. Quando fieri, & conjungi poſſit, vel non.

Vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri poſthumo nato, & ſi non naſcatur, erit locus ſubſtitutioni. *Marc. quæſt. 305. part. 2. num. 5.* ¶ Etiam in legatis poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris. *Cravet. conſ. 311.* tamen ſubſtitutio talis expirat per agnitionem primi legatarii. *l. 6. C. de codicill.* ¶ Vulgaris ſubſtitutio poteſt conjungi cum fideicommiſſaria hoc modo, & caſu, quo primi ſubſtituti non eſſent in vita tempore mortis hæredis univerſalis gravati, & decedentis ſine liberis, in continenti, & poſt deceſſum dicti ſubſtituti, in tali caſu ſubſtituto meo hæredi loco primi ſubſtituti hoſpitale, nam tunc primo ſubſtituto exiſtente in vita tempore mortis hæredis, & agnita ejus hæreditate, evaneſcit omnis ſubſtitutio, & perpetuo ſecundus ſubſtitutus cenſetur excluſus. *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 29.*

Cap. V. Quando habeat locum, vel non.

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, quæ vulgaris dicitur, an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſtituto, an vero fratri querelanti adita per inſtitutum hæreditate, *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 127. & ſeq.* ¶ Subſtitutio vulgaris non ſolum habet locum in hæreditatibus, ſed etiam in fideicommiſſis. *Dec. conſil. 416.* ¶ Subſtitutio vulgaris locum non habet, quando tempore limitatur, quare tunc ſubſtitutus ante inſtituti mortem, non poteſt jure directo in vim vulgaris ſubſtitutionis venire, nec in vim fideicommiſſi. *Franc. Marc. quæſt. 78. part. 2.* licet alias ſubſtitutio vulgaris habeat locum etiam in fideicommiſſis. *Dec. conſ. 416.* ¶ Quando ſubſtitutio vulgaris facta ſimul duobus, & copulative, non habet locum in perſona unius, niſi habeat locum etiam in perſona alterius, ſeu utriuſque, *Petr. de Raven. ſing. 391. & Bart. ſing. 183.*

Cap. VI. Qui, quibus ſubſtituere poſſit, & quis præferatur.

Pater poteſt ſubſtituere filiæ vulgariter in tota dote. *Guid. Pap. quæſt. 613.* ſecus in fideicommiſſo ſecundum diſtinctionem, *de qua ibid.* & ipſa filia inſtituta in dote fratribus univerſaliter inſtitutis, cenſetur ſubſtituta vulgariter. *Raud. tract. de Analog. cap. 33. num. 62.* ¶ Teſtator ſubſtituit hæredi ſuo vulgariter, ſi hæres non erit, talis hæres eſto, inſtitutus non fuit hæres, ſed tranſmiſit jus deliberandi, tunc hæres inſtituti præfertur ſubſtituto. *Bartol. in l. 10. §. non omnia. ff. de leg. præſtandis, & in l. 40. ff. de hæred. inſtit.*

Cap. VII. Qui admittantur, vel non.

Subſtitutus vulgariter ſervo teſtatoris, & alterius, quem teſtator tanquam proprium libertum inſtituerat, admittitur, vel repellitur, ſecundum quod de mente teſtatoris eſſe apparuerit. *l. 3. C. de hæred. inſtit.* ¶ Quando hæres inobediens privatur hæreditate, an, & quando ſubſtitutus vulgariter admittatur, *Bart. in §. hæc omnia, Auth. de hæred. & Falcid.* ¶ Subſtitutus vulgariter, ubi admittitur, an ad omnia illa admittatur, ad quæ poterat admitti, cui fuit ſubſtitutus, *vide Bart. in §. ſed ſi inſtituto, inſtit. de vulgari.*

Cap. VIII. Qui ſint effectus.

Subſtitutio expreſſa vulgaris cum clauſula tunc, & eo caſu, non excludit tacitam pupillarem, ſecus ſi fuiſſet facta cum dictione taxativa. *Guliel. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſubſtit.* ¶ Subſtitutio vulgaris expreſſa tollit exiſtentiam ſui hæredis, non tacita. *Bartol. in l. 8. §. quarta, ff. de inofficioſ. teſtament.* ¶ Subſtitutio vulgaris facit de hærede neceſſario, voluntarium, ſed an impediat exiſtentiam ſui hæredis, *Bartol. in l. 16. ff. de lib. & poſthum. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. eod.* ¶ Subſtitutio vulgaris, quæ comprehenditur ſub illis verbis, ſi ſine liberis, habet effectum antequam hæres ſine liberis decedat, veluti ſi hæres eſſet incapax. *Jacob. Put. deciſ. 352. lib. 2.*

Cap. IX. Quando valeat, expiret, vel non.

Subſtitutio vulgaris directa facta in teſtamento, per codicillos adimi non poteſt, maxime concurrente falſa cauſa, ex qua teſtator fuit motus ad adimendam ipſam ſubſtitutionem. *Magon. deciſ. 4. Rot. Floren.* ¶ Vulgaris ſubſtitutio expirat, ſi per inſtitutum alteri hæreditas acquiratur. *l. 7. ff. de acquir. hæred.* ¶ Subſtitutio vulgaris ſolum cenſetur inducta, quando teſtator ita ſubſtituit, ſi quandocunque deceſſerit meus hæres ante mortem meam, tunc eidem ejus filios inſtituo, & ſubſtituo, & ſi nullis relictis, tunc ad proximiores meos volo bona mea perveniri, & illis deficientibus ad montem pietatis; ideo in hac ſubſtitutione mortuo teſtatore ſuperſtite hærede, evaneſcit omnis ſubſtitutio. *Menoch. conſil 399. libr. 4.* ¶ Subſtitutio vulgaris evaneſcit adita hæreditate: fallit quando ille, qui adivit, reſtituitur. *Marc. de Mantic. ſingul. 201. Petr. de Raven. ſing. 585. facit l. 8. §. ſed quod. ff. de minor. 25. ann. ſcribit Azo. in ſumma titul. Cod. ſi minor. ab hæred.* ¶ Si teſtator filio ſuo puberi ſubſtituat, hoc modo, ſi filium meum contingat decedere ſine liberis, ſempronium inſtituo, vel volo, quod ſit hæres, adita hæreditate per filium expirat ſubſtitutio, ideo ſubſtitutus non amplius admittitur, etiam ipſo filio de-

ceden-

Digitized by Google

cedente ſine liberis. *Guid. Pap. quaeſt. 534.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis non impedit ſubſtitutionem vulgarem, niſi quando ſubſtitutio eſſet facta ſecundum conſilium Galli, vel legis Velleiæ. *Bartol. in l. 33. §. ſi filius. ff. de vulgari.*

Cap. X. Subſtitutus quis dicatur, & quis dicatur vocatus, vel non.

Subſtitutus vulgariter dicitur is, qui per ſucceſſorium edictum vocatur poſt primum gradum. *Rav. c. 33. n. 64.* ¶ Si teſtator dixerit, inſtituo Caium filium meum hæredem, & ſi ipſe hæres non erit, ſubſtituo liberos, aut deſcendentes, vel familiam, tunc ſubſtituti ſolum cenſentur vocati per vulgarem, *vide Menoch. conſ. 328. num. 39. lib. 4.*

Cap. XI. Miſcellanea.

Conditio pupillaris ſubſtitutionis debet in omnibus impleri, quando pluribus ſimpliciter, vel conjunctim facta eſt, quod latius explicatur, & limitatur per *Mant. lib. 11. titul. 5.* ¶ Juſſus de adeundo in perſona hæredis recuſantis adire, transfert onus reſtitutionis in ſubſtitutom vulgarem, & cohæredem ejus, ſine quartæ retentione, *l. 4. C. ad Senatusconſ. Trebell.* ¶ Inſtitutus ſub conditione, ſi ea pendente petat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, cogitur ſatisdare ſubſtituto vulgari (ad quem conditione deficiente perventura eſt hæreditas) de reſtituendo, & etiam de bene adminiſtrando. *l. 8. ff. de Prætor. ſtipulatio.*

TITULUS DCXXXI.

De ſubſtitutione pupillari expreſſa.

Generalia.

De materia pupillaris ſubſtitotionis vide per *Bartol. in l. moribus. ff. de vulgari, in §. ſin autem. inſtitut. de pupill. ſubſtitut.* & quibus modis finiatur ipſa ſubſtitutio, *vide eundem in leg. 14. eod. titul. de vulgari.* ¶ De conjecturis, quæ verſantur circa pupillarem ſubſtitutionem, *vide per Mantic. de conject. ultim. volunt. libr. 5. tit. 9.*

Cap. I. Pupillaris ſubſtitutio, quæ dicatur.

Pupillaris ſubſtitutio eſt pars, & ſequela paterni teſtamenti. *Ozaſ. decis. 160. num. 27.* ¶ Pupillaris ſubſtitutio etiam facta dicitur, ſi teſtator, qui ſuum filium hæredem inſtituit, poſtea dixerit, & ſi deceſſerit pupillari ætate, ſubſtituo mihi Caium. *Ludov. Roman. ſingul. 109.* ¶ Pater in teſtamento mandavit, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, vendi bona ſua, & diſtribui inter pauperes, tunc talis ſubſtitutio cenſetur directa pupillaris. *Bart. conſ. 3.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, trahatur, vel non.

Pater ſi ſubſtituerit duobus impuberibus, intelligitur, quod debeant ambo impuberes decedere. *Bartol. in l. 14. §. duob. ad leg. Falcid.* ¶ Subſtitutio directa facta per nomen collectivum, inſtitutis duobus filiis impuberibus, videlicet ſi uterque deceſſerit in pupillari ætate, Titius eſſet hæres, uno tantum ex pupillis decedente in ipſa ætate, alter illi intelligitur ſubſtitutus. *Abb. conſil. 58. lib. 2.* ¶ Clauſula codicillaris porrigitur ad tabulas pupillares. *Bartol. in l. 1. ff. de jure codicill. num. 21.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta extraneo an trahatur, ad fideicommiſſum, *Bartol. in l. 2. num. 4. ff. de vulgari.* ¶ Sobſtitutio pupillaris facta per verba mere directa, non trahitur ad fideicommiſſariam regulariter: fallit, quando eſſet appoſita clauſula codicillaris, quia tunc poſt pubertatem traheretur ad fideicommiſſariam. *Franc. Marc. quaeſt. 172. num. fin.*

Cap. III. Quæ requirantur & præſumantur, vel non.

Verba; ſi hæres erit, &c. non ſunt de ſubſtantia pupillaris ſubſtitutionis. *Boer. decis. 38. n. 6.* ¶ Probata morte ejus, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, an præſumatur mortuus in pupillari ætate, *Put. decis. 491. lib. 2.* quod debeat probari mors ſequuta in ipſa ætate; habetur per *Natt. conſil. 395.* nempe per allegantem ipſam mortem, & agentem. *Bart. conſ. 56. vol. 1.*

Cap. IV. Quæ contineat, & quæ debeantur.

Fideicommiſſum pupillare omnia bona pupilli comprehendit, *Gaſp. Cabal. milleloq. 361. vide tamen ibidem.* ſed an tunc mater privetur legitima ſibi debita in bonis filii; *vide ibid.* ¶ Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, relicta à pupillo debentur certis perſonis exceptis, relicta à ſubſtituto debentur omnibus ſalva ratione Falcidiæ. *l. 5. ff. de leg. præſtan. cont. tabul.*

Cap. V. Quando fieri poſſit ſubſtitutio, vel non.

Ei, qui non eſt in patris poteſtate recaſurus, fit ſubſtitutio pupillaris, *Bartol. in l. ſi pater. ff. de adoptionibus.* ¶ Subſtitutio hæc poteſt fieri filio impuberi non inſtituto. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 4.* ¶ Quando plures filii impuberes ſunt invicem ſubſtituti, pupillaris cenſetur facta, etiam ad excluſionem matris. *Menoch. conſ. 362. n. 10. lib. 4.* ¶ Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri à matre. *Cravet. conſil. 210. Natt. conſ. 68. Tom. 1.*

Cap. VI. Quando ſit locus, & quando habeat locum ſubſtitutio, vel non.

Si portio minus gravata accedat portioni magis gravatæ ex ſubſtitutione pupillari, locus erit contributioni, ſicut ſi accederet ex vulgari. *l. qui fundum. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Repetitio facta à ſubſtituto impuberis habet locum, etiam ſi legata cœperint non deberi ab inteſtato. *l. 83. ſi paterfam. de legat. 1.* ¶ Pupillaris hæc facta in pluribus ſimpliciter, vel copulative non habet locum, niſi conditio in omnibus impleatur, quod limita, quando ſupereſt pupillus, qui defuncto fratri non ſuccedit, *Mant. libr. 11. titul. 5. num. 10. de conject. ultim. volunt.*

Cap. VII. Quibus ſubſtitui poſſit, vel non.

Pupillo, & furioſo ſimul ſubſtituitur pupillariter, ut pupillo, non exemplariter, ut furioſo. *Bartol. in l. 3. ff. de tutelis.* ¶ Emancipato filio pupillariter ſubſtitui non poteſt, exhæredato tamen ſic, ſed de ratione diverſitatis, *per Marc. de Mant. ſingul. 517.* ¶ Pater, qui eſt talis conditionis, quod ei adminiſtratio bonorum filii interdicatur in vita, illi non poterit pupillariter ſubſtituere. *Barth. in Authent. idem eſt. §. non autem. C. de bonis, quæ liberis.* nam pater improbatæ vitæ non poteſt filio impuberi ſubſtituere pupillariter. *Bart. in l. 13. Cod. de ſentent. paſſ. & reſtit.* ¶ Naturalis non eſt in poteſtate patris, nec ſpurius, ideo illis pupillariter ipſe pater non poterit ſubſtituere. *idem in l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris.* ¶ Pupillo arrogato poteſt ſubſtitui per arrogatorem (usque ad pubertatem tantum) in quarta Divi Pii, quam conſequitur ipſe filius arrogatus virtute arrogationis. *l. ſi arrogator. ff. de adopt.*

Cap. VIII. Qui, Quibus ſubſtituere poſſit, vel non.

Pater poteſt in codicillis pupillariter ſubſtituere fratrem pupilli, aut ſororem, & revocare ſubſtitutionem pupillarem in primo teſtamento de extraneo factam, quæ ſubſtitutio valebit jure directo, quamvis codicillis hæreditas dari, vel adimi non poſſit. *Boer. dec. 241.* ¶ Filio inſtituto in legitima poteſt pater ſubſtituere pupillariter, non autem per fideicommiſſum. *Abb. conſ. 15. lib. 1. num. fin. l. 29. C. de inoffic. teſtam.*

Vel non.

Miles non poteſt pupillariter ſubſtituere filio ſuo, niſi eum habeat in poteſtate, ſed quæ ſit ratio, *Marc. de Mantic. ſing. 208.* ¶ Pater vilis non poteſt filio pupillariter ſubſtituere. *Marant. in ſuo Specul. de ord. judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquiſitio. num. 69. Bartol. in l. 17. §. filiofam. ff. de injur. & famo. lib.* imo quod ſubſtitutio pupillaris facta per patrem mendicum filio valde diviti, valeat, ſcribit *Petr. Gerard. ſingul. 53.* ¶ Pro intelligentia pupillaris ſubſtitutionis affectio teſtatoris, & non pupilli ſpectanda eſt: ideo frater utrinque conjunctus etiam ex pupillari ſubſtitutione, non debet præferri alteri fratri ex uno latere tantum equidem vocato ex ipſa ſubſtitutione. *idem Mantic. lib. 5. tit. 11.*

Cap. IX. Qui admittantur, vel non.

Etiam ſubſtitutio facta filio decedenti in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque eſt pupillaris, ideo ipſo filio decedente in ætate pupillari, ſubſtitutus admittitur matre excluſa. *Bartol. conſ. 33. vol. 1. vide eundem conſ. 243. ibid.* ¶ Si teſtator filio inſtituto pupillariter ſubſtituat Sempronium, Titio prædefuncto pupillo qui poſtea deceſſit, Sempronius ad illius ſucceſſionem admittitur virtute pupillaris ſubſtitutionis. *Bartol. in l. 68. ff. de acq. hered.* ¶ Si teſtator filio inſtituto pupillariter ſubſtituerit Titium & quandocunque Titius deceſſerit ſine liberis, ſubſtituerit ei Sempronium, Titio prædefuncto pupillo, inde ipſe pupillus decedat, Sempronius admittitur. *Bartol. in leg. 68. numer. 10. ff. de acquir. hered.* ¶ Si impuberi fuerit datus ſubſtitutus pupillariter à patre, an præcedente ipſo filio impuberi patri, ſubſtitutus poſſit admitti virtute ſubſtitutionis tacitæ vulgaris, *Capel. Thol. quæſt. 391.* ¶ Impubes factus Monochus, & decedens in pupillari ætate, ſubſtitutus admittitur. *Bartol. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. num. 24.* ¶ Subſtitutus pupillo quando repellatur à ſucceſſione, propter non petitum tutorem, & an mater admittatur, quando ſubſtitutus propter hoc eſt excluſus, vel ipſa etiam excludatur, *Bart. l. 2. ff. qui petant tutores. n. 10. & 12.*

Cap. X. Qui ſint effectus.

Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, etiam quoad legitimam. *Afflict. deciſ. 38. num. 3. Natt. conſ. 395. Marc. de Mant. ſing. 105. Guido. Papa. qu. 533. Mago. deciſ. 144. nu. 21. Rot. Flor. Bartol. in l. 8. §. ſed nec ff. de inoffic. teſtamen. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 200. numer. 7. & 12.* ¶ Subſtitutio facta pupillo matre exiſtente in medio, per verbum commune, ſubſtituo, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel alias, expreſſa cenſetur, & matrem excludit. *Franc. Marc. qu. 298. part. 2.* ¶ Jus accreſcendi unitum cum pupillari ſubſtitutione, excludit matrem. *Jac. Put. deciſ. 319. lib. 1.* ¶ Mater ex pupillari ſubſtitutione privatur etiam, quoad legitimam, quæ deciſio procedit etiam jure Poli. *Marc. de Mant. ſing. 210.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta in forma legati, ſeu fideicommiſſi particularis, non excludit matrem à ſua legitima. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 31.* ¶ Quando ex diſpoſitione ſtatuti mater privatur à ſucceſſione ſui filii pupilli, excepta quarta parte ejus bonorum, etiam ab hac quarta poteſt excludi per pupillarem ſubſtitutionem factam à patre. *Menoch. conſ. 262. lib. 4.* ¶ Pupillaris expreſſa excludit matrem, ſed an ſubſtitutio filiæ, quæ fuit ſubſtituta filio, excludat matrem, *Bartol. conſil. 53. vol. 2.* ¶ Titia ſubſtituta pupillo, ſi monaſterium ingredietur, mortuo pupillo, habebit hæreditatem, etiamſi monaſterium non ingrediatur. *Bartol. conſil. 184. vol. 1.* ¶ Augmentum, vel diminutio bonorum contingens penes pupillum non minuit, neque auget legata à pupillo, vel à ſubſtituto. *leg. in duplicibus. ff. ad leg. Falci.* ¶ Pupillo ſi extraneus eſt ſubſtitutus, & mater, cui primo incumbat neceſſitas petendi tutorem pupillo, per *Bartol. in l. 2. ff. qui petant tutores.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta poſthumo, habet effectum etiam eo non nato, licet fuerint appoſita hæc verba, tali caſu, &c. ratio, quia pupillaris expreſſa continet in ſe tacitam vulgarem. *Vincent. de Franc. deciſ. 269. part. 2.* ¶ Hæreditas pupilli decedentis poſt annum à morte patris, & cui erat extraneus pupillariter ſubſtitutus, tutore non petito, cui deferatur, *Bart. qu. 18.* ¶ Res ſubjectæ reſtitutioni vigore pupillaris ſubſtitutionis, vendi poſſunt per tutorem cum decreto Judicis ſed de ratione per *Andr. Gail. obſerv. 137. num. 13. lib. 2.* ¶ Filius teſtatoris ſubſtitutus excludit fratrem, licet pupillaris ſubſtitutio facta ſit pluribus ſimpliciter, vel copulative. *Mant. lib. 11. tit. 5. n. 10. de conject. ultima. volun. n. 14.* ¶ Si pupillum teſtator inſtituerit filium, eidemque extraneum pupillariter ſubſtituerit, & in codicillis illam ſubſtitutionem revocaverit, pupillo ſubſtituendo ſorores, ipſæ excludent extraneum primo ſubſtitutum. *Bart. in l. 37. ff. de milit. teſtam. vide eundem in l. 1. n. 23 ff. de jure codicill.* ¶ Mater excluditur per pupillarem ſubſtitutionem, etiam à legitima de bonis filii. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 273.* ¶ An pupillaris ſubſtitutio tacita excludat matrem à ſucceſſione filii præmortui, an vero ſubſtitutum, *Fach. lib. 4. c. 40. lib. 13. c. 76.* affirmat nempe excludi ſubſtitutionem, *ex l. ult. C. de inſt. & ſubſtit.*

Cap. XI. Quando valeat, vel non.

Subſtitutio pupillaris conſervatur per *Auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis Bart. conſ. 52. vol. 1. Bart. in §. ſive igitur, Auth. ut cum de appella. cognoſ.* ¶ Si pupillus, cui fuit facta ſubſtitutio dederit ſe in arrogationem, quid juris, & quando pater arrogator ei ſubſtituit, *vide per Bartol. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.* ¶ Subſtitutio facta impuberi hoc modo, ſi filius meus moriatur, priuſquam in ſuam tutelam venerit, Titius hæres eſto, valet. *l. 8. §. qui filio. ff. de bono. poſſeſſ. ſecun. tabul.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares. *Bartol. in l. 1. C. ſi minor ab hereditat.* fallit, ſi detur cohæres extraneus. *idem Bartol. in l. 42. ff. de acquir. hered.* ¶ Exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares, ad commodum filii abſtinentis, cui facta eſt ſubſtitutio. *l. 11. & ſeq. ff. de acq. hered.* ¶ Subſtitutio facta pupillo, ſi abſque prole decedat, poſt pubertatem, etiam valet. *Boer. deciſ. 356.* ſed facta per verbum, deveniant, &c. eſt fideicommiſſaria, etiam pupillo decedente in pupillari ætate. *Bart. conſ. 241. vol. 1.* tamen ſi teſtator dixerit poſt inſtitutionem factam de filio pupillo, & ſi talis deceſſerit in pupillari ætate, volo, quod bona mea deveniant ad Titium, ſub his verbis comprehenditur directa ſubſtitutio pupillaris: *Mathe. Mathe. ſingul. 131.*

Vel non.

Subſtitutio pupillaris facta extraneo in teſtamento minus ſolemni non eſt valida. *Put. deciſ. 167. libr. 2.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta impuberi à patre, qui poſtea ab hoſtibus capitur, non evaneſcit, licet impubes defunctus ſit, & apud hoſtes pater moriatur. *l. 10. ff. de captivis.* ¶ Tabulæ pupillares non ſubjacent querelæ per ſe, ſed rupto teſtamento paterno, & in totum ipſæ tabulæ pupillares rumpuntur, ſecus ſi pro parte. *l. 8. §. ſed nec ff. de inoffic. teſtamen.* ¶ Qui repudiavit hæreditatem paternam, poteſt adire pupillarem hæreditatem, ſi habebat cohæredem, alias ſecus. *l. 40. ff. de acquir. hered.*

Cap. XII. Quando finiatur: extinguatur: revocetur: vel non.

Quando pupillaris ſubſtitutio ex conjectura voluntatis finiatur, etiam ante pubertatem, *Mantic. libr. 5. tit. 11.* ¶ Pupillaris ſubſtitutio non excluditur per hanc conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis, *idem lib. 11. tit. 1.* ¶ Sub-

[illegible]io pupillaria directa facta in teſtamento ex[illegible] [illegible]ocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti [illegible] abinteſtato. *Auth. hoc inter. §. ſi quis autem. C. de ſtamentis, & ibid. Bart.*

Cap. XIII. Subſtitutus. Quæ facere poſſit, vel non.

Pupillariter ſubſtitutus gravatus, poteſt Falcidiam retinere, licet alius ſubſtitutus non ſit gravatus. *leg. ſi is, qui. ff. ad leg. Falc.* ¶ Ad ſubſtitutum pertinent, non tantum bona teſtatoris, verum etiam ea, quæ hæredi pupillo aliqua alia cauſa accreſcunt. *l. is. cui. ff. ut in poſſeſſio legate.* ¶ Prælegata facta impuberi, non imputantur in Falcidiam ſubſtituto ipſius impuberis. *l. cum pater. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Si impubes ab hæreditate paterna ſe abſtineat, ipſo jure, vel per reſtitutionem, paternis creditoribus non tenetur ipſe, neque ſibi pupillariter ſubſtitutus propter bona poſtea acquiſita, hæreditate vero adita, & retenta uterque nempe inſtitutus, & ſubſtitutus creditoribus cum effectu tenetur. *l. 12. ff. de privileg. credit.*

Cap. XIV. Ad quæ teneatur.

Subſtitutus pupillo tenetur facere inventarium, ſed quid, ſi illud non fecerit, *Bartol. in l. 9. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Subſtitutus pupillo, quando teneatur creditoribus, *ff. ad l. Falcid. in l. 12. ff. de privileg. credit.*

Cap. XV. Miſcellanea.

Impuberem (cui pater ſecundus tabulas fecerat) tunc certum eſt inteſtatum deceſſiſſe, cum omiſerint ſubſtituti ejus hæreditatem. *l. 2. §. impuberem. ff. ad Senatuſconſ. Tertul.* ¶ Legata relicta à pupillo in primia tabulis, & à cohærede ſibi ſubſtituto in ſecundis tabulis, debent contribui ratione Falcidiæ, ſecus ſi ab utroque in primis tabulis ſint relicta. *leg. 12. §. quæſitum. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Qui allegat pupillum fuiſſe ſuppoſitum, videtur ſecundas tabulas impugnare, ideo quod in illis ei relinquitur, aufertur, ut ab indigno, *l. 16. ff. de his, quib. ut indig.* ¶ Impubea arrogatus decedens, an poſſit decedere cum duabus tabulis pupillaribus, hoc eſt, patris naturalis, & atrogatoris, *ff. de adoptio. numer. 21.*

TITULUS DCXXXII.

De ſubſtitutione tacita vulgari, & pupillari.

Generalia.

De tacita vulgari ſubſtitutione per *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 3.* ¶ De tacita pupillari ſubſtitutione, & quando excludat matrem, *Mant. de conject. ult. volunt lib. 5. tit. 13.* quando, & ex quibus conjecturis contra matrem admittatur, *vide ibid. tit. 16.* & ex quibus ceſſet tacita pupillaris, *vide tit. 14.*

Cap. I. Quæ requirantur.

Licet pupillaris requirat aditionem hæreditatis, tamen vulgaris tacita, quæ continetur ſub illa, hoc non requirit, ſed poteſt ab ea incipere. *Bartol. ſing. 78.* ¶ Subſtitutio tacita vulgaris comprehenditur ſub fideicommiſſaria, & talis tacita vulgaris non requirit aditionem. *Boer. conſ. 26. num. 3. 5. Bartol. in l. 14. ff. de milit. teſtamen.* ſed ſubſtitutio pupillaria tacita, non valet ſine aditione. *ibidem. Boer. num. 4.* imo, ad confirmationem tacitæ vulgaris requiritur aditio ex teſtamento paterno. *l. apud Julianum, §. idem Julianus. ff. ad Trebell. vide eundem Bartol. conſ. 177. vol. 1.*

Cap. II. Quas contineat ſubſtitutiones.

Subſtitutio pupillaris etiam facta extraneo, continet tacitam vulgarem. *Bartol. conſ. 48. vol. 1.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta per matrem pupillo, aut per patrem emancipato, vel puberi, aut extraneo, tacitam vulgarem continet. *Franc. Marc. q. 172. part. 2.* ſed an poſſit valere jure fideicommiſſi. *vide 174.* ¶ Subſtitutio, ſi nati deſcendant, continet cauſam, ſi non naſcantur, virtute tacitæ vulgatia. *Roc. Aven. decis. 4. in decis. diverſ.*

Cap. III. Qui admittatur, & ſuccedat, vel non.

Subſtitutio tacita pupillaria excludit matrem tranſeuntem, ad ſecunda vota. *Rol. conſ. 69. num. 32. vol. 1.* Item mater excluditur ex tacita pupillari, ſi conſtat de conjecturata voluntate teſtatoris defuncti. *ibid. num. 36.* ¶ Si impuberi fuerit datus ſubſtitutua popillariter à patre, an præcedente ipſo filio impubere patri, ſubſtitutus poſſit admitti virtute ſubſtitutionis tacitæ volgatis, *Capel. Thol. qu. 391.* ¶ Teſtator, quando ſubſtituit Eccleſiam, mater non admittitur ex tacita pupillari. *Pet. de Rav. ſing. 745.* ¶ Subſtitutio pupillaris tacita contenta in expreſſa vulgari, contra matrem regulariter non admittitur, ſecus in tacita vulgari. *Marc. q. 175. vide ibid.* quando mater excludatur. ¶ Pupillari expreſſa extincta, adhuc ſucceditur ex tacita vulgari. *Boer. decis. 38. num. 15.* quæ continetur ſub pupillari expreſſa. *Vinc. de Franc. decis. 299. part. 2.*

Cap. IV. Qui ſint effectus.

Subſtitutio facta filiis ſub nomine collectivo in genere, non excludit matrem, imo ipſa debet ſuccedere primo morienti una cum cæteris filiis ſuperſtitibus per capita, & ultimo morienti ſuccedit in legitima ſolummodo. *Afflict. decis. 38.* ¶ Mater ex renunciatione juris ſibi competentis ex tacita pupillaria comprehenſa in expreſſa vulgari facit, ut ſubſtitutus alias excluſus, admittatur. *Marc. de Mantic. ſingul. 214.* ¶ Subſtitutio comprehenſa in breviloqua, vel compendioſa non dicitur tacita, & pupillaris tacita præſumpta non excludit matrem, ſecus in tacita probata, aliquibus conjecturis. *Bartol. in l. 6. C. de teſtament. milit. vide eundem in l. 2. num. 32. ff. de vulgari, & in leg. Centurio, ibidem.* ¶ Mater excludit tacitam ſubſtitutionem, ſi ipſa vivat tempore, quod de viribus inſtitutionis agitur. *Bartol. in l. 42. ff. de hered. inſtituen.* materiam vulgaris ſubſtitutionis, & de ejus effectu, *vide apud Bartol. in l. 1. ff. de vulgari, & in l. moribus eod.* ¶ Subſtitutio expreſſa vulgaris cum clauſula tunc, & eo caſu, non excludit tacitam pupillarem, ſecus ſi fuerit facta cum dictione taxativa. *Guliel. Caſſa. decis. 1. tit. de ſubſtitutio.* ¶ Vulgaris tacita non impedit exiſtentiam ſui hæredia. *Bartol. in l. 22. num. 11. ff. de adoptioni.* ſecus in expreſſa. *idem Bartol. in l. 8. §. quartam. ff. de inoffic. teſtamen.* ſubſtitutio enim vulgaris tacite non facit de voluntario neceſſarium. *Bartol. in l. Gallus, §. quidam, num. 6. ff. de liberis, & poſthumis,* ¶ Teſtamentum non poteſt aſſumere vires à tacita vulgari. *Bartol. in l. 9. §. idem Julianus. ff. ad Trebell.* ¶ Subſtitutio vulgaris continens tacitam pupillarem, non excludit matrem. *Afflict. decis. 38. num. 5. Cravett. conſ. 306. num. 5. Dec. conſil. 211. 315. vide eundem Dec. conſil. 332. & Guid. Pap. ſing. 892.* qui tenet contrarium, ex quibus conjecturis excludatur, *vide eundem Dec. conſil. 316. Bartol. conſil. 76. volum. 2. Perilluſtr. D. P. Theſaur. decis. 200. num. 10.* imo ſubſtitutio compendioſa per verbum commune facta, ut puta, ſi dicat teſtator, quandocunque moriatur filius meua, ei ſubſtituo, &c. omni tempore eſt fideicommiſſaria, matre in medio exiſtente, ideo hoc caſu etiam filio decedente in pupillari ætate, mater non excluditur à legitima, & Trebellianica per ſubſtitutum, virtute tacitæ pupillaris,

Afflict.

Aſſict. deciſ. 387. Papo. lib. 20. tit. 3. arreſt. 6. Cravet. conſ. 124. n. 6. Dec. conſ. 572. Menoch. conſ. 143. lib. 2. vide eundem Dec. conſ. 647. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 200. & Roland. conſ. 69. volum. 1. ubi tenet contra matrem. ¶ Fallit ſi ſubſtitutus eſſet frater, vel ſoror inſtituti. *Guid. Pap. quaſt. 353. vide quaſt. 522. ejuſdem Cravet. d. conſ. 142. num. 7. Menoch. conſ. 362. num. 11. Bartol. in l. 45. ff. de vulgari.* ſed quoad ſororem, *Menoch. conſ. 144. num. 3. lib. 2.* tenet contra. ¶ Secundo fallit, quando dicta compendioſa debet interpretari directa, quia facta fuit etiam in bonis pupilli. *Cravet. conſ. 142. num. fin.* ¶ Tertio fallit, quando conſtat de mente teſtatoris volentis excludere matrem. *Dec. conſ. 572.* ſi probetur excluſio à ſubſtituto. *Guliel. de Lud. ſing. 71.*

Cap. V. Quando ceſſet, expiret: vel non.

Ex quibus conjecturis ceſſet tacita vulgaris ſubſtitutio, *vide Mant. libr. 5. titul. 5.* de virtute tacitæ vulgaris ſubſtitutionis. *ibid. titul. 6.* ¶ Vulgaris tacita, utrum expiret, ſi pupillus deceſſerit ante teſtatorem. *Bartol. in l. 14. ff. de milit. teſtam. & in l. 28. ff. de vulgari.* ¶ Vulgaris tacita comprehenſa in expreſſa pupillari, non trahitur ad bona impuberis. *Bartol. in l. 42. ff. de acquir. hare.*

TITULUS DCXXXIII.

De ſubſtitutione exemplari.

SIcut pater directo ſubſtituere poteſt filio ſuo furioſo, & mente capto ætate majori & adita hæreditate: ita pariter directo ſubſtituere poteſt filio à natura muto, & ſurdo, qui teſtamentum condere non poteſt. *Menoch. conſil. 303. numer. 14. libr. 4.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta ei, qui furioſus, mente captus, vel natura mutus, ac ſurdus eſt, continet etiam exemplarem, *ibid. num. 16.* ¶ Vulgaris expreſſa continet etiam exemplarem, ſi facta eſt ei, qui tunc temporis erat furioſus, vel mutus, aut ſurdus. *ibid. num. 11.* ideo ex prædictia concludit. *Menoch. conſil. 303.* ſi teſtator ſubſtituerit filio muto, & ſurdo à nativitate vulgariter, & per fideicommiſſum, quod tunc cenſetur facta ſubſtitutio exemplaris directa, in qua veniunt bona dicti filii ſurdi, etiam non provenientia à ſubſtantia dicti teſtatoris. ¶ Subſtitutio exemplaris, ſi concurrat cum fideicommiſſaria, datur electio ſubſtituto. *ibid. num. 4.* ¶ Exemplarem ſubſtitutionem, an facere poſſit pater, vel mater ad ſecunda vota tranſiens ante vel poſt tranſitum. *Boer. conſ. 188.* ¶ Exemplaris facta ei, cui minus legitima eſt relictum, non valet. *Boer. d. deciſ. 188. num. 4. & 5.* & pro confirmatione iſtius ſubſtitutionis requiritur aditio. *ibid. num. fin.* ¶ Diſpoſitio legis humanitatis. C. de impuberum, &c. loquens de mente capto, habet etiam locum in furioſo. *Math. Math. ſingul. 179.* ¶ Subſtitutio exemplaris ſuſtinetur beneficio legis primæ. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ¶ Pupillo, & furioſo ſimul ſubſtituitur pupillariter, ut pupillo, non exemplariter, ut furioſo. *Bartol. in l. 3. ff. de tutelis.* ¶ De ſubſtitutione exemplari, quæ fit furioſo, vel aliter perpetuo morbo laboranti. *Bartol. in l. 43. ff. de vulgari.* & ſubſtituto furioſi, *vide in l. 1. ff. de bono. poſſeſſ. infan. mut. ſurd.* & in hac ſubſtitutione, quæ requirantur ad validitatem. *Rol. conſ. 67. vol. 4.* ¶ Pater poteſt furioſo ſubſtituere exemplariter. *l. fin. §. fin autem parentes. C. de curat. furio.* ſed quomodo, *vide l. humanitatis. C. de impuberum.* ¶ Subſtitutio à patre facta filio furioſo, an ſit exemplaris, vel fideicommiſſaria, *vide per Dec. conſil. 371. vol. 2.* ¶ Quando quis dicatur facere ſubſtitutionem exemplarem in ſuo teſtamento. *Roland. conſil. 68. tom. 0.*

TITULUS DCXXXIV.

De ſubſtitutione reciproca.

Generalia.

DE hac ſubſtitutione reciproca, quæ fit hoc modo, vos invicem ſubſtituo, *vide Bartol. in l. 45. ff. de vulgari.*

Cap. I. Subſtitutio reciproca. Qua dicatur, vel non.

An ſubſtitutio reciproca præſumatur facta cum pluribus hæredibus inſtitutis poſt mortem omnium teſtator aliquem ſubſtituit. *Fachin. lib. 12. cap. 39.* affirmat *lib. 4. cap. 79.* ¶ Subſtitutio eſt reciproca, quando unus loco alterius expreſſe eſt ſubſtitutus, vide exemplum per *Menoch. conſ. 310. libr. 4.* ¶ Subſtitutio facta filiis de extraneo, arguit reciprocam ſubſtitutionem ob præſumptam mentem teſtatoris qui voluit illos excludere per extraneum ſubſtitutum. *Menoch. ib. n. 3.* ¶ Hæc verba, eos, & quemlibet eorum adinvicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtitutionem reciprocam ſignificare ſcribit. *Menoch. conſ. 327. lib. 4.* ¶ Subſtitutio reciproca ſeu breviloqua eſt, quando teſtator plures inſtituit hæredes, eoſque invicem ſubſtituit, quæ plures continet ſubſtitutiones expreſſas verbis generalibus, & tacitas, ſpecialibus. *Natt. conſil. 551.* ¶ Subſtitutio ſimplex reciproca ſine temporis tractu ſucceſſivo, cenſetur vulgaris, non autem fideicommiſſaria. *Menoch. conſil. 328. lib. 4.*

Cap. II. Quando inducatur, vel non.

Subſtitutio reciproca non inducitur inter eos, poſt quorum mortem fit ſubſtitutio, niſi fiat ultimo morienti, & in tota hæreditate, ſecundum communem opinionem, à qua tamen de facili recedi debet ex aliquibus conjecturis. *Cravet. conſ. 113.* ſed ex quibus inducatur reciproca fideicommiſſaria. *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 7. tit. 5. Cravett. conſ. 130. num. 6. & conſ. 306. num. 2.* ¶ Ad hoc, ut reciproca ſubſtitutio ſit inducta tria requiruntur. Primum, quod expreſſe facta ſit. Secundum, quod ſit facta in tota hæreditate, vel in omnibus bonis: Tertium, quod ſubſtituti ſint expreſſe vocati, non enim ſufficit, quod ſint poſiti in conditione. *Menoc. conſ. 328. n. 48. lib. 4.*

Cap. III. Quas ſubſtitutiones contineat; vel non.

Reciproca ſubſtitutio, quando fideicommiſſariam complectatur, & quid ſi teſtamento fuerit poſita clauſula codicillaris. *D. Gaſp. Theſſ. Quaſt. Foren. qu. 42.* ¶ Subſtitutio breviloqua, quando eſt facta cum tractu temporis, nedum comprehendit vulgarem, verum etiam, & fideicommiſſariam poſt aditam hæreditatem. *Rol. conſ. 25. volum. 1.* alias continet ſolum vulgarem. *Dec. conſ. 205. aut conſil. 292.* ſed ex quibus conjecturis ſubſtitutio & fideicommiſſaria comprehendatur in reciproca, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 4.* ¶ Reciproca ſobſtitutio impuberibus, & puberibus conjunctim facta cum compendioſa, an comprehendat pupillarem, *Franc. Mant. de conject. ultim. vol. lib. 7. tit. 8.* ¶ Subſtitutio reciproca, ſeu breviloqua facta his verbis, vos invicem ſubſtituo, continet vulgarem ſolum, *Dec. conſ. 205.* maxime quando non fuit addita dictio, quæ fractum temporis denotet. *ibid. n. 7. & conſ. 292. n. 3.* ¶ Subſtitutio reciproca, ſive breviloqua facta perſonis imparibus continet vulgares ſubſtitutiones tantum, quæ poterant fieri cuilibet eorum ſed

pupillarem ſubſtitutionem, quæ non poterat fieri, niſi tantum alteri eorum non continet, nec etiam continet ſubſtitutionem militarem, quamvis illa potuiſſet fieri ex privilegio militis cuilibet eorum. *l. 6. C. de teſtam. milit.* ¶ Quando huic reciprocæ ſubſtitutioni factæ imparibus perſonis juncta eſt, etiam compendioſa facta per tractum temporis, & in caſum tutoris, talis reciproca ſubſtitutio continet non ſolum vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam. *Natt. conſ. 551. Rol. conſ. 25. vol. 1.* ¶ Subſtitutio breviloqua juncta cum compendioſa (licet facta perſonis imparibus) continet pupillarem, quando conſtat hoc teſtatorem voluiſſe. *Natt. conſ 326.*

Cap. IV. Quando habet locum, &c. vel non.

An fideicommiſſo reciproco ſit locus, & quando habeat locum inter filios, & nepotes, *vide Dec. conſ. 416.* ¶ Fideicommiſſum reciprocum inter fratres expreſſe remitti poteſt. *Ozaſt. deciſ. 100.* licet poſtea conditio liberorum eveniat, quia tunc valet remiſſio in præjudicium liberorum. *Boer. deciſ. 147.*

TITULUS DCXXXV.

De ſubſtitutione compendioſa.

Generalia.

De hac ſubſtitutione compendioſa, *vide per Bartol. in l. Centurio. ff. de vulgari.*

Cap. I. Subſtitutio compendioſa: quando dicatur, vel non.

Inſtitutis filiis, & ipſis invicem ſubſtitutis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in perpetuum, ſecundum formam juris, intelligitur facta compendioſa ſubſtitutio, propter illud verbum, in perpetuum, quod habet tractum temporis. *Menoch. conſil. 95.* imo in dicto caſu abſque illo verbo, in perpetuum valebit compendioſa ſubſtitutio, *vide ibidem.* ¶ Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit in pupillari ætate, & ſine filiis, eſt compendioſa apta importare plura tempora, & plures ſubſtitutiones, & poſt pubertatem erit fideicommiſſaria. *Bero. q. 112.* ¶ Subſtitutio habens tractum temporis dicitur compendioſa. *Natt. conſ. 660.* & talis ſubſtitutio continet vulgarem, quæ locum habet inſtituto decedente in vita teſtatoris. *Cravet. conſ. 62. & conſ. 283. Dec. conſ. 529. Bartol. conſ. 37. & 40. vol. 1. vide eundem Dec. conſ. 527.* ¶ Quod talis ſubſtitutio facta hoc modo, quandocunque filius meus moriatur, ei ſubſtituo, &c. ſit omni tempore fideicommiſſaria (matre exiſtente in medio) ſcribit *Afflict. deciſ. 367. vide ſupra tit. de ſuperſtitutione tacita vulgari, & pupill.* tamen quod facta pupillo intra tempora pubertatis excludat matrem, tradit *Bartol. conſ. 8.* ¶ Subſtitutio compendioſa à matre filio impuberi, an ſit toto tempore fideicommiſſaria. *Capel. Thol. q. 82.* ſed quando pater ſubſtituit filio inſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, eſt fideicommiſſaria. *ibid. q. 217.* ¶ Subſtitutio facta filio, vel nepoti, ſi deceſſerit ſine liberis, eſt compendioſa, & ſi contingat in perſonam puberis poſt aditam hæreditatem, reſolvitur in fideicommiſſaria. *Natt. conſ. 855. & Rol. conſ. 69. vol. 1.* ¶ Subſtitutio collata in mortem hæredis, eſt compendioſa, & impedit pupillarem. *Dec. conſ. 642. & 643.* ¶ Subſtitutio compendioſa dicitur, ubi appoſita ſimpliciter conditio mortis. *Natt. d. conſ. 68. num. 7. Raud. tract. de Analog cap. 30. num. 5.* & includit vulgarem. *ibid.* ¶ Subſtitutio comprehenſa in breviloqua, vel compendioſa, non dicitur tacita ſecundum *Bartol. in l. 6. C. de teſtam. milit.*

Cap. II. Quando intelligatur, & fieri non poſſit.

Subſtitutio compendioſa facta conjunctim majoribus & minoribus, intelligitur quoad omnes fideicommiſſaria. *Bartol. conſil. 1. vol. 1.* & non continet pupillarem. *Bartol. conſ. 57.* ¶ Compendioſa verbis directis non poteſt fieri puberi, ſecus eſſet, ſi fuiſſet facta per verbum commune: quia tunc valeret, quando fieret per illa verba, ſi ſine liberis, &c. quæ denotant tractum temporis. *Guid. Pap. quaſt. 534.*

Cap. III. Quas ſubſtitutiones contineat, vel non.

Subſtitutio compendioſa facta majori, continet vulgarem, & fideicommiſſariam, & tunc ſi hæres inſtitutus repudiet hæreditatem, vel decedat vivo teſtatore, erit locus vulgari ſubſtitutioni, ſi autem adita ſit hæreditas, fideicommiſſariæ. *Natt. conſ. 191. tom. 1. & conſ. 393.* ¶ Compendioſa ſubſtitutio continet in ſe vulgarem, ideo ubi ſunt plures gradus ſubſtitutionum compendioſarum, aut vulgarium, deficientibus primis gradibus, ſit locus ultimo gradui ſubſtitutionis. *Crav. conſ. 283. & conſ. 295.* ¶ Subſtitutio, quando ſub plena determinatione facta alicui vulgariter, & per fideicommiſſum, quando utraque comprehendatur in compendioſa. *vide Dec. conſ 416.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta per verbum commune, ſubſtituto quandocunque deceſſerit, cum diſtinctione temporis, ſi fiat pupillo in poteſtate pupillarem, & vulgarem continet, item, & fideicommiſſariam poſt pubertatem: ſi vero fieret extraneo, vel puberi, contineret vulgarem, & fideicommiſſariam. *Marc. queſt. 172. part. 2. numer. 3.* ¶ Idem quando eſſet adjecta illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quæ denotat tractum futuri temporis. *Marc. ibid. num. 4.* ¶ Subſtitutio compendioſa, ſi ſine filiis quandocunque deceſſerit, an eo comprehendat caſum impotentiæ, puta ſi inſtitutus ſit incapax. *Creſt. d. c. 1. alias 76. tit. de teſtam.* ¶ Subſtitutio hæc (aliquò ex inſtitutis deceſſerit, in perſona illius continet fideicommiſſariam. *Bartol. conſ. 57. vol. 1. & conſ. 73. vol. 2.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta à pagano per verbum commune, ſubſtituo quandocunque hæres deceſſerit, etiam continet vulgarem. *Franc. Marc. q. 78. part. 2.* & facta pupillo pro tempore pupillaris ætatis, valet jure directo, & poſt pubertatem, jure fideicommiſſi. *Dec. conſ. 228. & 238. Rol. conſ. 69. vol. 1. Bartol. conſ. 3. vol. 1. vide eundem Bartol. in conſ. 15. vol. 1. gloſſ. in cap. Raynutius. ex. de teſtamen.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta pupillo, continet directam pupillarem, quando filii ſunt invicem ſubſtituti. *Bart. conſ. 30. vol. 1. vide eundem, conſ. 63. vol. 1.*

Vel non.

Subſtitutio compendioſa facta à pupillo reſtricta ad bona teſtatoris, non comprehendit pupillarem. *Cravet. conſ. 98. num. 10. Menoch. conſ. 362. num. 3. lib. 4.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta in re certa per verbum commune, nunquam comprehendit pupillarem ſubſtitutionem. *Natt. conſ. 68. Tom. 1.*

Cap. IV. Quando valeat.

Subſtituto compendioſa facta verbis communibus (ut per verbum ſubſtituo) valet omni tempore ut fideicommiſſaria. *gloſſ. in l. precib. C. de impuberum.* ¶ Conditio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis appoſita in compendioſa, facit illam deficere, licet inſtitutus non poſſit eſſe hæres, quia deceſſit vivo teſtatore relicto filio, & ſic tunc deficit vulgaris ſubſtitutio comprehenſa in compendioſa. *Cravet. conſil. 62. vide Dec. conſ. 529.*

TITU-

TITULUS DCXXXVI.

De fideicommiſſaria ſubſtitutione, & fideicommiſſis in genere.

Generalia.

DE fideicommiſſo relicto primogenito, & quando illi relictum intelligatur, *vide Mant. de conject. ulti. volunt. lib. 8. tit. 10.* ¶ Quando fiat remiſſio in poſſeſſionem, vel caveatur pro fideicommiſſo relicto ſub conditione, *vide tit. C. ut in poſſeſſionem legatorum. tit. ff. de ut legatorum, vel fidei commiſſorum, & ſupro. libr. 1. tit. ut legat. vel fideicommiſ. cau. cave.* ¶ Vide de materia infra, *infra tit. ſeqq.* ¶ De fideicommiſſo, quod debetur hæredi ſcripto virtute clauſulæ codicillaris, vel jure codicillorum, *ſupra tit. de codicill.*

Cap. I. Fideicommiſſum: ſubſtitutio fideicommiſſaria: Quæ dicatur, vel non.

Matrimoniale pactum eſt teſtamentum, ideo poteſt per illud provideri deſcendentibus; ſicut per teſtamentum facto fideicommiſſo. *Boer. deciſ. 155. num. 7.* ¶ Fideicommiſſum tacitum dicitur, quando intervenit privata promiſſio, non in teſtamento, vel codicillis, vel publico inſtrumento. *Bartol. in l. 1. C. de delato. libr. 10. num. 5. facit. l. 106. de leg. 1.* ¶ Subſtitutio habens tractum temporis in futurum, intelligitur fideicommiſſaria, ſive fiat per nomina appellativa ſive collectiva, ſed quando dicatur habere tractum temporis, *vide Cravet. conſ. 22. 131. 305. & Natt. conſ. 660.* ¶ Subſtitutio facta pupillo ſi abſque prole deceſſerit, per verbum commune, vel obliquum poſt pubertatem efficitur fideicommiſſaria, & prolis vocabulum, vel progeniæ, quid importet. *Boer. deciſ. 356.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria judicari debet, cum filii (quibus pupillariter ſubſtituitur) eſſent majores. *Cravet. conſ. 305. numer. 3.* ¶ Subſtitutio facta per verbum commune, ſubſtituit, adjectum certæ rei dicitur fideicommiſſaria, & non poteſt trahi ad directam univerſalem, ut ſubſtitutus ex ea poſſit habere omnia bona, ſicut haberet, ſi eſſet directa. *Cravet. conſ. 210.* quid ſi fuiſſet appoſita clauſula codicillaris, *vide ibid.* ¶ Subſtitutio facta pupillo, ſi ſine liberis deceſſerit, per verbum, deveniant, eſt fideicommiſſaria etiam pupillo in pupillari ætate decedente. *Bartol. conſil. 241. volum. 1.* ¶ Subſtitutio facta per verbum commune ſubſtituit, adjectum certæ rei, dicitur fideicommiſſaria, & non poteſt trahi ad directam univerſalem, ut ſubſtitutus poſſit habere omnia bona, quæ haberet, ſi traheretur ad directam ſubſtitutionem. *Cravet. conſil. 210.* ſed quid, ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, *vide ibidem.*

Cap. II. Qualis ſit: verificatur, vel non.

An fideicommiſſ. recipiat conventionem partium. *Rol. conſ. 54. Tom. 4.* ¶ Annus cœptus in fideicommiſſis, non habetur pro impleto. *l. 47. de cond. & demonſt.* ¶ Fideicommiſſum an, & quando ſit favorabile, vel odioſum, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 7. tit. 1. Rand. tract. de Analog. cap. 14. num. 3.* & ſit large inrerpretandum. *Crav. conſ. 208. num. 4.* ¶ Subſtituio fideicommiſſaria eſt ſemper conditionalis, & odioſa. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 26.* ¶ De differentia quando ſubſtituuntur deſcendentes, vel tranſverſales, *vide per Dec. conſ. 679. num. 7. conſ. 688.* ¶ Subſtitutionum gradus qualiter numerentur, *vide per Boer. deciſ. 155.* ¶ Per omnia exequuta ſunt legata fideicommiſſis. *l. 1. de legat. 1.* ¶ Clauſula, ſi deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio natis, non verificatur in legitimato, etiam ab Imperatore. *Bartol. conſ. 75. vol. 1.* *vide ſupra tit. legitimati filii quando faciant deficere fideicommiſſum.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, porrigatur, trahatur, interpretetur, vel non.

An fideicommiſſa, & alienationis prohibitio extendatur ultra quartum, vel decimum gradum. Item ultra centum annos. *And. Facb. lib. 4. cont. cap. 100.* ¶ Si teſtator dicat, ſi nullus ex meis hæredibus deceſſerit ſine liberis, debet dictum declarari, ſi aliquis deceſſerit ſine liberis. *Boer. deciſ. 354. num. fin.* ¶ Majore ex filiis alicujus ſubſtituto, an intelligatur de eo, qui ſit major tempore facti teſtamenti, vel mortis, vel quando cedit dies, *vide Mant. lib. 8. tit. 10.* ¶ Fideicommiſſum ſi relictum ſit alicui, & ejus hæredibus, vel ſi quis ſubſtituerit Titium, & ſuos, de quibus intelligatur, *vide ibi. tit. 14.* ¶ Ex quibus conjecturis fraudis ſuſpicio in fideicommiſſo colligatur. *Mant. lib. 10. tit. 4.* ¶ Deſcendentes maſculi, quando ponuntur in diſpoſitione, vel conditione in ultima voluntate, debent intelligi de maſculis deſcendentibus ex maſculis: idem ſi fiat mentio de prole maſculina. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 104.* ¶ Subſtitutionia verba, quibus dicitur, qood portio decedentis veniat ad ſuperviventes, intelliguntur, ſalva gradus prærogativa. *Dec. conſ. 330.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria facta de fratre, aut filiis fratrum intelligitur, ut primo ſuccedat frater, & eo mortuo, ſuccedant ejus filii. *Natt. conſ. 470. num. 8. vide ſupra tit. de ſubſtitutio. in genere.* ¶ Subſtitutio pupillaris facta extraneo, an trahatur ad fideicommiſſum. *Bartol. in l. 2. ff. de vulgari.* quid de pupillari facta puberi, *ibid.* ¶ Rogatus de reſtituendo tempore mortis, quando intelligatur ſolum gravatus, ſi deceſſerit ſine liberis. *Bartol. in l. 101. ff. de condit. & demonſt.* ¶ Facta diſpoſitione hoc modo, dono Catharinæ, & Mariæ ſororibus pro ſe, filiis, & deſcendentibus, & ipſis ſine filiis deſcendentibus, volo bona ad Sempronium pervenire, tunc conditio, ſi ſine filiis, non ſolum refertur ad ſorores donatariaa, verum etiam ad earum filios & deſcendentes, adeo quod, ut ipſi deſcendentes ſine filiis cenſeantur gravati, per rationes traditas à *Menoch. conſ. 434. lib. 4.* ¶ Quando in fine inſtrumenti diviſionis fuit reſervatum fideicommiſſum paternum inter dividentes, hæc reſervatio debet referri ad omnia præcedentia, ut intelligatur ſalvum fideicommiſſum. *Rol. conſ. 54. vol. 2.* ¶ Subſtitutio facta à teſtatore inter ejus filios inſtitutos caſu quo deceſſerint ſine filiis legitimis, & naturalibus intelligitur de filiis maſculis: ideo tunc fœminæ non excludunt ſubſtitutum, ſed quando hoc procedat. *Dec. conſ. 270. num. 4.* ¶ Fideicommiſſum relictum filiis, an etiam filiabus relictum intelligatur, *vide Mant. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 7.* vel nepotibus. *ibid. tit. 8.* ¶ Verbum, ad ſuos collectivum, refertur ad teſtatorem, & non ad gravatos: quia verba in dubio magis ad teſtatorem, quam ad hæredem ſunt referenda. *Gomez. Leo. deciſ. 37. Rot. Avenio. in deciſ. diverſo.* ¶ Subſtitutio facta, ſi ſine hæredibus deceſſerit, intelligitur ſi ſine liberis, ſed tunc quando ſufficiat, quod ſint filii tantum, vel etiam oporteat illos eſſe hæredes. *Vincent. de Franc. deciſ. 153.* ¶ Filios ob inventarium non confectum teneri ad integra legata, & fideicommiſſa etiam de proprio, ſi vires hæreditatis non ſufficiant, qoomodo intelligatur. *Ozaſ. deciſ. 148. num. 11.* ¶ Quomodo intelligantur illa verba, ſi deceſſerit ſine filiis, vel nepotibus. *Dec. conſ. 218.* quo loci ſcribit ſufficere extare filios ad hoc, ut deficiat fideicommiſſum. ¶ Pater ita gravaverat filiam, quod quandocunque nupſerit, teneretur hæreditatem, & bona ipſius tunc temporis penes eam, & in ejus juribus exiſtentia reſtituere, vel relaxare fratri ipſius teſtatoris accepta certa quantitate pro ſua dote, dubitabatur, quid, ſi filia moreretur non contractis nuptiis, an hæc ſubſtitutio in caſu

matrimonii facta, extenderetur ad caſum mortis. *Menoch. conſ. 343. lib. 3.* reſpondit pro parte negativa, & per conſequena filiam potuiſſe in caſu mortis de bonis ſuis diſponere. ¶ Verba directa ex diſpoſitione defuncti, & ex ratione legis, trahuntur ad fideicommiſſum *Bartol. in l. 20. ff. eodem facit l. 117. §. ut quis hæredem, de legat. 1.* idem ſi ſint prolata in codicillia, *l. 35. §. Sejani, de leg. 3.* ¶ Subſtitutio compendioſa facta conjunctim majoribus, & minoribus, intelligitur quoad omnes fideicommiſſaria, & in tali fideicommiſſu facto filiabus, non venit legitima ipſarum, nec dos materna, minus veniunt bona avita. *Bartol conſ. 41 volum. 1.* ¶ Verba, deveniant, & perveniant, ſunt communia, & trahuntur ad fideicommiſſum. *Bartol. conſ. 241. vol. 1.* ¶ Verba directa, obliqua, & communia quæ dicantur. *Bartol. conſ. 69. vol. 2.* ¶ Quando gravatus poteſt diſponete de aliqua ſumma, faciens teſtamentum instituendo filiam ſimpliciter, intelligitur diſpoſuiſſe de ipſa ſumma: ideo ad illam filia cenſetur vocata. *Menoch. conſ. 210. num. 24. libr. 3.* ¶ Hæreditas non poteſt directo dari, vel confirmari in codicillis, ſed ad fideicommiſſum trahitur. *l. 2 ff. de jure codicil.* ¶ Dicitur quis ſine liberis decedere, ſi liberi ante præmortui ſint. *idem Gail. obſ. 136. nu. 11. libr. 2.* ¶ Subſtitutio omnis habet duo extrema, & facta in uno caſu extenditur ad alium, & ſit in ea largiſſima interpretatio. *Boer. deciſ. 38. nu. 14.* ¶ In fideicommiſſis debet fieri ſtricta interpretatio. *Idem Joſeph. deciſ. 64. n. 5.* quia ſunt odioſa, *Cravet. conſil. 208. num. 4. vide Dec. conſil. 465. & Roland. conſ. 30. vol. 4.* & ubi ſubſtitutio non eſt expreſſa, ibi non intelligitur. *Magon. deciſ. Luc. 82. num. 11. & 17.* nam per ſubintelligentias non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, ſed quando ex caducitate unius ſubſtitutionis interatur ad aliam, *vide eundem Mago. deciſ. 134. Rot. Floren.* ¶ Fideicommiſſum reſtringitur, ſi factum ſit in pœnam, & tali caſu debet ſtricte interpretari. *Dec. conſil. 336.* ¶ Inſtitutio, vel ſubſtitutio præciſe reſtringitur ad perſonas expreſſas, quando in teſtamento filii inſtituti ſunt propriis nominibus. *Dec. conſ. 513.* ¶ Quibus verbis, & conjecturis fideicommiſſa relicta intelligantur *Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 1. a quibus. ibid. tit. 2.* & quibus relicta videantur. *ibid. Mant. lib. titul. 4.* ¶ Diſpoſitio ſimpliciter facta non porrigitur ad caſum, in ſuo quis non habet poteſtatem: ideo fideicommiſſum non porrigitur ad legitimam, & Trebellianicam in liberis. *Dec. conſ. 218.* ¶ Verba inſtitutionis, aliquando trahuntur ad fideicommiſſum. *l. 36. §. fin. de legat. 3.*

Cap. IV. Quando dicatur repetitum fideicommiſſum, ſubſtitutio, vel non.

Tacitum fideicommiſſum etiam in teſtamento intelligitur repetitum, cum eadem perſona eſt inſtituta. *l. 3. ff. de probatio.* ¶ Fideicommiſſum factum in teſtamento, cenſetur repetitum in codicillis de bonis in illis relictia. *§. fidei ena. l. 76 de legat. 2.* ¶ Quando fuit data facultas diſponendi filio ad fideicommiſſum vocato inter filios, ſi in defectum ipſorum fuerint etiam vocatæ filiæ, ea facultaa data diſponendi quoad filios, cenſetur repetita quoad filias ſecundo loco vocatas. *Menoch. conſil. 215. num. 167. lib. 3.* ¶ Item onus cenſetur repetitum non ſolum in nepotes, ſed etiam in omnea deſcendentes, quando ex conjecturis conſtat teſtatorem hoc voluiſſe, ſed ex quibus conjecturis hoc inferatur, *vide eundem Menoch. conſil. 310. lib. 4.* & quando alias cenſeatur repetitum. *vide eundem conſil. 33. num. 44. eod. lib.* ¶ Subſtitutio facta in perſona unius, cenſetur repetita ſub eadem conditione in perſona alteriua ſibi conjuncti, ut puta, ſi teſtator fecerit plures gradus inſtitutionum & ſubſtitutionum, hoc modo, inſtituo Stephanum & ejus liberoa, & caſu, quo ipſe Stephanua decederet ſina liberia, Sempronium inſtituo & ſubſtituo, & deinceps, tunc ſi Semproniua deceſſerit relicto uno filio, in quo ſubſtitutio habuit effectum, & poſtea talis filius deceſſerit ſine liberia, cenſetur gravatus de reſtituendo Sempronio, ſicut pater ſuus erat gravatus. *Guid. Pap. q. 531.* ¶ Maſculorum, verbum adjectum in inſtitutione hæredia, vel in primo gradu ſubſtitutionia, cenſetur repetitum in ſequentibus gradibus, niſi aliter de mente teſtatoris appareret ex verbia ipſius conjecturata, quæ voluntas conjecturata obſervanda eſſet. *Guid. Pap. qu. 485.* ¶ Qualitas maſculorum cenſetur in ſequentibus, & in teſtamento repetita. *Cabal. Milletoq. 455.* fallit data diverſitatia ratione. *Rand. tract. de Analog. cap. 37. num. 17.* ¶ An fideicommiſſum appoſitum in teſtamento, intelligatur repetitum in codicillis, in quibus teſtator aliquid diſpoſuit circa eandem rem in teſtamento fideicommiſſo ſubjectam. *Natt. conſil. 476.*

Vel non.

Onua reſtitutionis fideicommiſſi injunctum hæredi morienti ſine filiis, ut reſtituat, puta Titio, non cenſetur repetitum in eundem hæredem erga filios ſuos, quia onus & conditio adjecta inſtitutioni, non cenſetur repetita in ſubſtitutione ex multis traditis per *Menoch. conſil. 327. lib. 4.* ¶ Onus fideicommiſſi injunctum à teſtatore filiis, non cenſetur repetitum in nepotes ſubſtitutos & vocatos: nam conditio adjecta inſtituto, vel ſubſtituto, non cenſetur repetita in ſubſtituto. *Menoch. conſil. 152. num. 35. & ſeqq. lib. 2. & conſil. 379. 393. num. 35. eod. lib. & conſil. 253. & 326. num. 43. libr. 3.* ¶ Fallit, quando teſtator prohibuit alienari bona ſua cauſa adjecta, ut conſervarentur in agnatione & familia; nam tunc cenſetur repetitum. *Menoch. conſil. 197. num. 8. vide conſ. 277. libr. 2.* ¶ Vocatio liberorum alicujus nunquam trahitur ad caſum, in quo ille neglexit adimplere mandata teſtatoris. *Rand. tract. de Analog. cap. 37. num. 126.*

Cap. V. Quando inducatur, vel non.

An cenſeatur inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum inter eos de familia uſque ad ultimum gradum de illa familia, quando teſtator dixit, quod poſſeſſio alicujus ſemper remaneat in familia, & ordinavit, quod deſcendentea nunquam poſſint vendere, donare, vel alio modo, ut vadat ad natos legitimo matrimonio uſque ad ultimum gradum. *Roland. conſil. 23. tom. 4.* ¶ An per ſimplicem diviſionem factam intelligatur per dividentea remiſſum fideicommiſſum conditionale contentum in teſtamento. *Rol. conſil. 34. n. 69. tom. 4.* ¶ Anſtante ſtatuto, quod bona proveniant ad Antonium & Barthol. ſi ſine liberis deceſſerint, ſuccedat Jacob. ambobus, ait inde quod heredes Bartholomæi poſſint diſponere de illis bonis, ac ſi codicillana nunquam teſtatus eſſet, an ſit inductum fideicommiſſum Jacobo. *Roland. conſil. 31. tom. 4.* ¶ An ex prohibitione alienationis ea clauſula adjecta, quia teſtator voluit bona conſervari in agnatione, & familia inducatur fideicommiſſum abſolutum, & ſimplex, an vero in caſum alienationis. *Fachin. libr. 4. contr. cap. 49. Roland. à Valle conſil. tom. 4.* ¶ An, & quando, & quomodo reperiatur inductum fideicommiſſum in teſtamento, nec ne. *Roland. conſil. 30. & 96. tom. 4* ¶ Non ſolum ex verbis, ſed etiam ex mente teſtatoris fideicommiſſum inducitur. *l. 36. §. penult. de legat. 2.* & voluntaa ſola in fideicommiſſis eſt ſpectanda, & potius attendenda, quam verba. *l. penul. de legat. 1. Vera. deciſ. 23. part. 2. Abb. conſ. 58. lib. 2.* ſed quomodo hoc dictum intelligatur, *Dec. conſil 292. num. 6.* tacitaque ſpectant, & fideicommiſſum inducitur, reſtringitur, & extenditur ex conjecturis, *Mant. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 1.*

fidei-

fideicommiſſum enim inducitur ex conjecturis. *Gaſpar. Cabal. milleloq. 461. Menoch. conſil. 33. num. 9. volum. 4.* de ſententia lata pro fideicommiſſo reſultante ex conjecturis *Raud. tract. de Analog. cap. 14. num. 36.* ¶ Verba diſpoſitiva ad quemcunque directa, fideicommiſſi petitionem inducunt. *l. 35. § Titia. de legat. 2.* imo enunciativa videntur ſufficere. *l. 66. cod. vide l. 69. §. item. ib. & l. 79. §. donationis, de leg. 3.* ¶ Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis injunctum ſuis hæredibus, & deſcendentibus, quomodo & quando intelligatur inductum, *Jacob. deciſ. 448. lib. 2.* eſſe difficilem quæſtionem aſſerit *Mago. deciſ. 33. Luc. vide Cravet. conſil. 130. n. 10. Roland. conſil. 23. volum. 4. Dec. conſ. 23. 38. 377.* ſed an tunc dicatur ſimplex fideicommiſſum, vel conditionale. *Mago. deciſ. 33. Luc.* ¶ Item verba diſpoſitiva, ſeu præceptiva ad gravatum, vel honoratum directa, fideicommiſſi petitionem inducunt. *l. 71. cod.* verbum tamen, commendo, fideicommiſſum non inducit. *l. 11. §. ita. de legat. 3.* ¶ Verba diſpoſitiva, licet ſint defectiva in eo, quod non appareat perſona gravati, inducunt tamen fideicommiſſum. *Bart. in l. 71. de legat. 2.* ¶ Verba confeſſionalia donationis in ultima voluntate emiſſa, fideicommiſſum inducunt, ſi aliter de donatione non appareat. *l. 5. C. de donat.* ¶ Fideicommiſſum cenſetur injunctum ei tantum, qui deceſſit ſine liberis. *Mant. lib. 11. tit. 1. num. 4.* ¶ Fideicommiſſum abſolutum, an inducatur ex generali clauſula reſtricta ad ſubſtitutos. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 85.* ¶ Simplex an inducatur ex prohibitione alienandi, juncta rei qualitate. *idem deciſ. 238.*

Vel non.

Per prohibitionem alienationis quomodocunque factam, non inducitur fideicommiſſum, niſi in caſum contraventionis. *Dec. conſil. 377. volum. 2. Rolan. conſil. 43. volum. 4 num. 42.* ideo tunc filius, qui deceſſit inſtituta matre, non dicitur contraveniſſe prohibitioni. *Dec. ibid.* limita, ut per *Menoch. conſil. 197. num. 10. vol. 1.* ¶ Quando ſimpliciter fuit facta prohibitio alienationis extra familiam & agnationem, non cenſetur inductum fideicommiſſum, niſi in caſum contraventionis, & poterit fieri alienatio in quemlibet de familia, etiam remotiorem. *Menoch. conſ. 327. num. 96. & 97. lib. 4.*

Cap. VI. Quæ requiruntur, vel non.

Supervixiſſe alterum de duobus, quando requiritur, non ſufficit, quod ſimul illi deceſſerint. *ibid. deciſ. 108. num. 15.* ¶ Subſtitutio neceſſario habere debet aliquam conditionem. *Guliel. Caſſad. deciſ. 1. tit. de teſtam.* ¶ Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine hærede legitimo, requirit ut inſtitutus decedat cum liberis à ſe procreatis, alias ſubſtitutus excludit cæteros hæredes legitimos: quia nomen hæredis in ultima voluntate & ſubſtitutione non ſignificat alios, quam deſcendentes, non extenditur ad extraneos. *Guid. Pap. quæſt. 485. vide q. 457. Afflict. deciſ. 14. Boer. deciſ. 354. numer. fin.* & hæredes maſculi in fideicommiſſo accipiuntur pro hæredibus deſcendentibus, etiam in materia tranſitoria ad extraneos. *Cravet. conſil. 38. num. fin.* ¶ Quando teſtator ad ſui ſucceſſionem vocat aliquem cum aliqua qualitate, contendens ſe admitti ad ſucceſſionem, duo præcipue probare debet, nempe ſe vocatum, & habere illam qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & evenientis caſus ſucceſſionis, vel ſufficiat, quod adſit uno ſolo tempore ex tribus ſupradictis, *Menoch. conſil. 106. volum. 2. & conſil. 269. lib. 3.* ¶ Subſtitutio facta de hæredibus naſcituris ex legitimo matrimonio, requirit quod ſubſtituti ſint filii, & hæredes. *Guid. Pap. quæſt. 457.*

Cap. VII. Quando probetur, & qui, quæ teneatur probare, vel non.

Qui ſe fundat in teſtamento, debet probare adimpleviſſe contenta in dicto teſtamento: quia teſtatoris voluntatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi. *Joſeph. Lud. deciſ. 64. num. 36. & 37.* ¶ De morte inſtituti gravati conſtare dicitur ex ſola productione teſtamenti, & quod deceſſerit ſine liberis, probatur eo ipſo, quod non probatur contrarium. *Dec. conſil. 578. & 652. Bart. in l. 17. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell.* ¶ Fideicommiſſi conditionem in dubio extitiſſe dicendum eſt, & qui allegat fideicommiſſum defeciſſe, incumbit onus probandi. *Ozaſ. deciſ. 108.* ideo dicens, quod aliquis deceſſerit ſine filiis, habet ſuam intentionem fundatam, ſecus ſi diceret, quod habuit, ſed mortui ſunt. *Jacob. Put. deciſ. 45. lib. 1. Natt. conſil. 395. num. 7.* ¶ Mors illius probanda eſt, cujus vita obſtaret ei, qui dicit ſe hæredem. *ibid. num. 7.* ¶ In ſpecie negans fideicommiſſum ſibi relictum, ex eo poſtea juvari non poteſt, & allegans hoc feciſſe per errorem, illum probare debet, qui error excluditur, ſi probetur, vel præſumatur ſcientia fideicommiſſi. *Cravet. conſil. 255.* ſecus eſſet, ſi negaſſet teſtamentum reſpectu inſtitutionis. *Crav. ibid.* ¶ Filia non probatur ex aſſertione teſtatoris ſimul cum actu inſtitutionis, quando tractatur de probatione identitatis perſonarum in fideicommiſſo. *Natt. conſil. 235. Tom. 1.*

Cap. VIII. Quando veniant, vel non.

Quæ veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi; an prælegata, *And. Fach. lib. 5. contr. cap. 16. Mago. deciſ. Floren. Vaud. var. quæſt. lib. 1. quæſt. 8.* ¶ An bona acquiſita poſt injunctum gravamen veniant in reſtitutionem fideicommiſſi, & contineatur ſub fideicommiſſo. *Rolan. conſil. 34. tom. 4.* ¶ Quando nepotes appellatione filiorum veniant. *Menoch. conſil. 115. num. 38. & 46. lib. 3.* ¶ Verbum filiarum ſuarum ſignificat filias primi gradus, non autem neptes. *ibid. num. 51.* ¶ Liberorum appellatio ampla eſt, ideo continet omnes deſcendentes uſque in infinitum: fallit, quando ex conjecturis teſtatoris conſtat de contrario: tunc enim in fideicommiſſo per ipſum facto, appellatione liberorum ſolum veniunt filii primi gradus. *Menoch. conſ. 328. lib. 4.* ¶ Fœmina dicitur eſſe de legitimis hæredibus, ideo venit appellatione legitimorum. *Dec. conſil. 32.* ¶ Filiorum appellatione in ſubſtitutione veniunt filiæ, quæ etiam faciunt deficere fideicommiſſum, ſicut filii: fallit, quando teſtator inſtituiſſet filios, & in defectum filiorum maſculorum ipſius, & eorum filiorum legitimorum inſtituerit, vel ſubſtituerit proprias filias ſuas, tunc enim filiæ filiorum primo loco inſtitutorum, non excludunt proprias filias teſtatoris. *Dec. conſil. 480.* ¶ In fideicommiſſo relicto nepotibus ex filiabus, etiam veniunt neptes, quia in ultima voluntate maſculinum concipit fœmininum. *Dec. conſ. 300. num. 11.* ſed hoc non eſt ſemper verum, *vide ibid.* ¶ Appellatione filiorum veniunt nepotes, & deſcendentes, quando teſtator promiſcue utitur verbo filiorum & liberorum. *Cabal. milleloq. 498.* ¶ Appellatione lineæ venit recta, quæ continet aſcendentes & deſcendentes tantum. *idem milleloq. 684.* ¶ Filii, & ſi concepti non ſint tempore diſpoſitionis eorum favore factæ, tamen veniunt, & includuntur, & eorum deſcendentes in ipſa diſpoſitione. *Vincent. de Fran. deciſ. 169. num. 25.* ¶ Quando teſtator fideicommiſſum hoc modo, in reliquis vero ſubſtituit Titium juriſdictione, & ſignoria talis loci, & ulterius non eſt proſſus, tunc in tali fideicommiſſo veniunt omnia bona teſtatoris, quia in fideicommiſſis verba ſuppleri debent, ne imperfecta maneat diſpoſitio teſtatoris, & hoc debet fieri ſaltem ex conjecturis, de quibus

per *Menoch. conſil. 232. num. 10. lib. 4.* ¶ Nepos venit appellatione liberorum, non appellatione filii, ſed hæc varietas dicendi, non cadit in idiotam. *Boer. deciſ. 155. num. 3.*

Vel non.

Filiorum, filiarumque appellatione ex proprietate ſermonis non continentur nepotes, vel neptes: ideo nepos in ſubſtitutione fideicommiſſaria (etiam ſi active conſideretur) non continetur appellatione filii. *Menoch. conſil. 215. libr. 2. & conſil. 347. libr. 3.* quia nunquam filius ſuſtitui admittitur. *Barth. de Cap. ſing. 89.* ¶ Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando non tractatur de ipſorum commodo, ut quando tractatur de inducendo fideicommiſſo contra ipſos. *Dec. conſ. 218. num. 12.* ideo filiis gravatis, non cenſentur gravati nepotes. *Natt. conſ. 191. num. 9. Tom. 1. vide Roland. conſil. 43. volum. 4. & conſil. 97. eod. volum.* quia fideicommiſſum eſt onus. *Dec. conſ 567.* ¶ Bona ſubjecta reſtitutioni fideicommiſſi non veniunt in confiſcatione bonorum, etiam quoad legitimam, & Trebellianicam, quando fuit expreſſa prohibitio de non alienando intra certum tempus, intra quod fuit perpetratum delictum. *Roland. conſ. 31. num. 25. & conſil. 98. volum. 1.* ¶ Fideicommiſſo ſubjecta, non veniunt in generali inſtitutione, vel donatione, cum poſt mortem veniant reſtituenda. *Ozaſ. deciſ 85. num. fin.* ¶ Appellatione filiorum in fideicommiſſis, non veniunt fœminæ, ſi in pluribus locis teſtamenti fuerit facta expreſſa mentio de filiis maſculis. *Dec. conſ. 15.* ¶ Sub verbis, de proprio corpore procreatis, non comprehenduntur nepotes. *Guid. Pap. ſing. 31.* ¶ In fideicommiſſis liberorum, vel deſcendentium appellatione, non continentur nepotes ex filia, qui propterea excluduntur à filia filii teſtatoris. *Menoch. conſ. 172. lib. 2.* nam maſculus ex filia non dicitur ex maſculis liberis, ad excludendum ſubſtitutum. *Fran. Crem. ſing. 21.*

Cap. IX. Quæ præſumantur, vel non.

Quando præſumatur filius parenti ſupervixiſſe, & cui incumbat onus probandi. *Ozaſ. deciſ. 108. num. 16. 17.* ¶ Si ex verbis teſtamenti non appareat perſona, cui debeat fieri reſtitutio, qualis præſumptio aſſumitur tacitæ fidei, in fraudem legis aſſumptæ. *l. 126. § inſtituend.* ¶ Hæres quando præſumatur ignorare fideicommiſſum, & contenta in teſtamento, *vide eundem Ozaſ. deciſ. 73. num. 6.* ¶ Hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, an præſumatur extitiſſe, vel ille, qui petit fideicommiſſum, teneatur probare gravatum deceſſiſſe ſine liberis. *Fran. Manc. de conject. ult. volun. lib. 11. tit. 4.* ¶ Fideicommiſſarius, niſi dicat ſe hæredem illius, cui ſuccedit, potius præſumitur ſuccedere uti fideicommiſſarius, quam uti hæres. *Vern. deciſ. 10 part. 2.*

Vel non.

Renuncians ſe haboiſſe notitiam fideicommiſſi non præſumitur, niſi per adverſarium probetur. *Ozaſ. deciſ. 112. num. 7.* vide tamen diſtinctionem, de qua *ibid. num. 12.* ¶ Filius non præſumit magis dilectus in rebus per patrem inter alios diſpoſitis per viam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; ſecus ſi per viam directæ. *Magon. deciſ. 83. Luc. n. 19. & 26.* ¶ Filios licet quis ante habuerit, non tamen præſumitur habuiſſe tempore mortis. *Ozaſ. deciſ. 108. num. 2. cum. conſil. ibid. impreſſ.* ¶ Illud, quod teſtator non loquitur, non præſumitur velle. *Dec. conſil. 89.*

Cap. X. Quando conſtitui poſſit fideicommiſſum vel non.

Pater, an poſſit ſuper dote, quam filiæ aſſignavit, fideicommiſſum conſtituere, & an ſtante pacto tempore matrimonii de lucro alicujus portionis, ſuper reſiduo, ſubſiſtat gravamen. Explicantur jura *in l. fin. §. filia. ff. de leg. 2. l. à filia. ff. ad Trebell. l. unic. C. de rei uxor. actio. D. Gaſp. Theſſ. q. For. q. 63. lib. 1.*

Cap. XI. Quæ contineat, vel non.

Maſculinum in fideicommiſſis, quando concipiat fœmininum. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 84.* ¶ Fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio, appellatione legati continentur *l. 85. de legat. 3.* ¶ Subſtitutio breviloqua in omnem caſum comprehendit directam & fideicommiſſariam. *Bartol. in l. 23. ff. de vulgari.* vide eundem *in l. 40. num. 20. eod. & ſupra tit. de ſubſtitut. reciproc.* ¶ Deſcendentium, ſive hæredum mentio, de ſua propria natura comprehendit maſculos; & bona emphyteotica poſſunt ſupponi fideicommiſſo, quando ſunt hæreditaria. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 29. Mago. deciſ. 7. Luc. num. 38.* ¶ Subſtitutio facta de filio, comprehendit etiam nepotes: nam in materia favorabili appellatione filiorum, veniunt etiam nepotes: ſecus in materia odioſa. *Natt. conſil. 602. numero duodecimo.* ¶ Clauſula, ſi ſine filiis deceſſerit in ſubſtitutione appoſita, quando non includat filias, *vide Hiero. Mago. deciſ. Luc. 7. num. 8. 24.* ubi ſcribit differentiam, quando ex ſubſtitutione vocantur filii teſtatoris, & quando vocantur extranei, ut primo caſu patruus excludat neptem, ſed in ſecundo, extraneus non excludit fœminam. ¶ Fideicommiſſum pupillare omnia bona pupilli comprehendit. *Gaſp. Cabal. milleloq. 361.* & fideicommiſſum cedi poteſt. *ibid. milleloq. 454.* ¶ Illa verba, tunc, & eo caſu adveniente, &c. videntur amplecti ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ut ſubſtitutus quoties caſus evenerit, admittatur. *Boer. deciſ. 38. num fin.* ¶ De conjecturis fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, *vide Dec. conſ. 288. 465. Menoch. conſil. 173. libr. 2. Bartol. in l. 66. de legat. 2. Fran. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 7. tit. 3.* ex quibus conjecturis ſubſtitutio fideicommiſſaria comprehendatur in reciproca, *ibid. tit. 4.* & ex quibus inducatur ſubſtitutio reciproca fideicommiſſaria, *ibid. titul. 5.* ¶ Dos includit fideicommiſſo univerſo. *Dec. conſ. 386.* ¶ Quando teſtator verbis univerſalibus fideicommiſſum conſtituit, inde legatum ſingulare bonorum acquirendorum fecit, innuens hoc legatum à fideicommiſſo eſſe ſeparatum, tunc legatum non continetur ſub fideicommiſſo. *Menoch. conſil. 86. num. 16. volum.*

Cap. XII. Quæ debeantur, vel non.

Licet verba fideicommiſſi ſint defectiva, tamen debetur, ſi ex mente colligitur. *l. 69. §. ſi omiſſa, de legat. 2.* ¶ Ex voluntate imperfecta debentur fideicommiſſa. *Bart in l. 25. ff. de teſtam.* ¶ Fideicommiſſum relictum nepotibus ſub nomine collectivo, debetur ipſis in ſtirpem, & non in capita, ſecus ſi eſſet relictum illis ſub nominibus propriis. *Dec. conſil. 300. numer. 7. vide eundem Dec. conſil. 321. num. 5.* & tunc veniunt etiam nepotes exiſtentes tempore purificatæ conditionis, licet non eſſent concepti tempore mortis teſtatoris. *Dec. conſil. 300. num. 8.* ¶ Quando ſubſtitutio fuit facta cum dictione, tunc, veluti ſi dicat teſtator, inſtituo Titium & Sempronium, & tunc ipſis non exiſtentibus, volo bona mea perveniri ad alios, quid juris, *vide Dec. conſil. 63.* ¶ Juramentum teſtatoris, vel hæredis habet vim repetitionis ab inteſtato: ideo rupto teſtamento, legata & fideicommiſſa ab inteſtato debentur. *d. l. 79. §. filius.* ¶ Tribus fratribus hæredibus inſtitutis, & adinvicem ſubſtitutis & gravatis de reſtituendo uno decedente ſine liberis, portio illius ſpectat ad alios ſuperſtites, demum decedente altero eorum, ultimus ſuperſtes debet habere omnia bona. *Guid. Pap quæſt. 303.* ¶ Si teſtator ademerit aliquid de bonis ſubjectis per fideicommiſſum prius factum legando alteri ſi legatum

efficiatur

Digitized by Google

efficiatur caducum, res legata pertinebit ad fideicommiſſarium adveniente conditione fideicommiſſi. *Guid. Pap. quaſt. 484. tamen vide ibid.* ¶ Relictum nominatim ab eo, qui eſt primo gradu, non debetur ab eo, qui eſt in ſecundo;, ſi ad eum hæreditas pervenerit. *l. 1. §. illud certe, de legat. 3.* ¶ Fideicommiſſum relictum alicui, ut filio, non debetur ſi poſtea appareat ipſum fideicommiſſarium non eſſe filium. *l. 5. C. de teſtam.* ¶ Fideicommiſſum relictum in defectum conditionis, quæ à jure remittitur, non debetur. *l. 22. ff. de condit. & demonſtra.* ¶ Hæreditate non adita, fideicommiſſum debetur homini libero. *Bart. in l. 14 ff de milit. teſtam.* ¶ Si pluribus relictum eſt fideicommiſſum conditionale, & unus ſolus ſuperſtes eſt, illi debetur, tempore exiſtentis conditionis ſolus invenitur. *c. Raynaldus.* ¶ Qui capit commodum mediante perſona alterius ex ultima voluntate, poteſt oοere fideicommiſſi gravari, & fideicommiſſario mortuo ante purificatum fideicommiſſum, illud remanet apud gravatum. *l. 11. de lega. 1.* ¶ Portio ſubſtitutorum decedentium ante diem fideicommiſſi, accreſcit aliis ſubſtitutis ſupervenientibus, quia jus accreſcendi habet locum in fideicommiſſis. *Cruv. conſil. 315.* ¶ Introitus maturi, & non exacti in vita hæredis gravati, ſpectant ad fideicommiſſarium. *Vinc. de Fran. deciſ. 13.* ¶ Fideicommiſſum, quando ex minus ſolemni voluntate debeatur ad interpretationem, *tex. in l. fin. C. de fideicomm. & §. fin. inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. D. Gaſp. Theſ. lib. 2.* ¶ Fideicommiſſum relictum ab hærede, ſi ſine liberis deceſſerit relicto nepote ex filia. *Abb. conſil. 58.* ¶ Fideicommiſſum univerſale, quomodo à ſpeciali diſtinguatur, *vide Mant. de conject. ult. volun. lib. 7. tit. 2.*

Cap. XIII. Quando fieri poſſit, vel non.

An in inſtrumento donationis inter vivos poſſit fieri fideicommiſſum, & gravari donatarius, quatenus poſſit fieri, quale ſit tale fideicommiſſum. *Menoch. conſil. 85. vol. 1.* ¶ Succeſſio inducta ex teſtamento, veluti ex fideicommiſſo, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus, *vide Magon. deciſ. 144. num. 20. Rot. Flor. & Dec. conſil. 412.* ¶ Teſtator gravavit filios fideicommiſſo, ſi deceſſerint ſine filiis maſculis, ita tamen, quod fœminæ debeant competenter dotari de bonis ſubjectis, alter eorum unicam filiam habuit, quam in vita nuptui tradidit dote conſtituta, deinde moritor, hæc filia petit dotem juxta avi diſpoſitionem, fideicommiſſarius opponit dotem ſibi datam fuiſſe animo compenſandi cum hac dote ab avo ſibi relicta, *Menoch. conſ. 151. numer. 22.* reſpondit in favorem filiæ, nempe eſſe denuo dotandam. ¶ Dos relicta à patre poteſt augari ex bonis fideicommiſſo ſubjectis. *Menoch. conſil. 292. num. 16. lib. 3.* ¶ Poſſunt fratres in inſtrumento diviſionis facere fideicommiſſum, *Crav. conſ. 130. num. 10. in fin.* ¶ Fideicommiſſum poſſe fieri in contractibus ioter vivos eſt magis communis opinio. *Mago. deciſ. 71. num. 6. Rot. Floren.* quando valeat tale fideicommiſſum, *Raud. tract. de Analog. cap. 25. & Clar. §. teſtamentum. q. 71.* ¶ Fideicommiſſum, per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum favore hæredum inſtitutorum, ne illi diſſiparent. *ibid. Gram. num. 38.* & prohibitus alienare ob ſui favorem delinquendo, fiſcum habet in ſucceſſorem. *ibid. num. 39.* ¶ Fideicommiſſum ubi incertum eſt, & ſuper eo diſputatur & contenditur, inter partes tranſigi poteſt. *Natt. conſil. 465. & 470. numer. 11.* ſed talis tranſactio non nocet, niſi inter tranſigentes. *Natt. conſil. 470. num. 12.* ¶ Præſcriptio opponi non poteſt agenti ad fideicommiſſum antiquum, niſi ex die, à quo actor agere potuit. *Cabal. milleloq. 458.* ratio, quia pendente conditione fideicommiſſi nunquam poteſt incipere currere præſcriptio: fallit, quando implementum conditionis dependet à facto & poteſtate ejus, cui præſcriptio opponitur. *ibidem milleloq. 458.* ¶ Quando teſtator dedit facultatem hæredi gravato diſponendi de aliqua re, poterit de illa diſponere in ultima voluntate. *Menoch. conſ. 210. lib. 3.*

Cap. XIV. Quando relinqui poſſit, vel non.

Ille demum poteſt fideicommiſſum relinquere, qui teſtamenti habet factionem. *l. 2. de legat. 1.* ¶ Poteſt relinqui fideicommiſſum à ſuccedentibus ab inteſtato pupillo, quod expirat adveniente pubertate. *l. 65. §. fin. & l. 96. de leg. 1. vide l. 117. eod. & Bart. ſing. 82.* ¶ Fideicommiſſum relictum poſt mortem plurium, an à ſingulis, vel ab ultimo relictum moriente videatur, *vide Mant. l. 8. tit. num. fin. de conject. ult. volunt.* quod videatur relictum ab ultimo decedenti, & ipſe cenſeatur gravatus de reſtituendo, ſcribit *Dec. conſ. 427. n. 6.* & relictum poſt mortem filii, utrum à filio, vel ab hærede relictum videatur, & de differentia unius caſus ab altero, *vide eund. Mant. ibid. tit. 3.* ¶ Fideicommiſſum relinqui poteſt etiam his verbis, cupio ut des, opto, credo de daturum. *l. 118. & 121. de legat. 1.* ¶ Ei, cujus contemplatione alienatio prohibetur, cenſetur relinqui fideicommiſſum in caſum alienationis. *Gom. Leo. deciſ. 43. in deciſ. diverſ. To. 2.* ¶ Nutu etiam relinquitur fideicommiſſum, dummodo is, qui nutu relinquit, loqui poſſit. *l. 21. de leg. 3.*

Cap. XV. Quando peti poſſit, vel non.

Fideicommiſſum, an peti poſſit ex codicillis, quando non apparet de teſtamento in codicillis enunciato. *D. Gaſp. Theſ. Quaſtio. For. quaſt. 86.*

Cap. XVI. Quando fiat, & ſit locus, vel non.

Per ingreſſum Religionis & profeſſionis factæ in Religione non capaci, in particulari & communi incontinenti fit locus fideicommiſſo, quemadmodum ſi is, cui tactum ſoerat, naturaliter mortuus eſſet, ſecus ſi Religio eſſet capax. *Vinc. de Fran. deciſ. 14. num. 7. Dec. conſ. 419. Bart. in l. 79. §. hæreditatem. de lega. 2.* ¶ Quando deficit ſecundus gradus ſubſtitutionis, fit locus ſequenti gradui, quando omnes gradus ſubſtitutionum ſunt fideicommiſſarii, tunc enim eſt locus ultimo gradui, licet ſecundus defecerit. *Cravet. conſ. 205.* ¶ Si fiat fideicommiſſum ſub conditione, ſi omnes hæredes deceſſerint ſine liberis, ſi tres decedant, ſive quartus habeat filium, qui demum moriatur ſuperſtite ultimo hærede patre, erit locus fideicommiſſo pro medietate bonorum ſubjectorum, quæ ſpectabant ad filium hæredem ultimo loco ſine filiis decedentem. *Abb. conſ. 58. lib. 2.*

Cap. XVII. Quando habeat locum, vel non.

Rogatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, & ſi habuerit fœminas, reſtituat centum, ſi deceſſerit cum maſculis & fœminis, an habeat locum fideicommiſſum, *Bart. in l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Diſpoſitio legis finalis, §. final. de legat. 2. ut locum habeat, an requiratur utriuſque ignorantia, nempe emptoris & gravati, vel alterius tantum, *vide Ozaſ. deciſ. 73.* ¶ Limitatur diſpoſitio dicti §. quando ultra fideicommiſſum adeſſet expreſſa prohibitio teſtatoris, quia hoc caſu ignorans ignoranti alienare non poſſet. *idem Ozaſ. d. deciſ. 73. in fin. Rol. conſ. 31. numer. 17. vol. 2.* contrarium tamen tenet *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29. num 30.* ¶ Stante ſtatuto, quod uxore decedente ſine liberis maritus lucretur certam partem dotis, tale ſtatutum habet etiam locum, quando conſtituitur dos de bonis ſubjectis fideicommiſſo. *Cravet. conſil. 86.* ſed quid, ſi mulier

haberet

haberet alia bona, *vide ibid. in fin.* ¶ Si unus ex duobus fratribus invicem reſtituere gravatis, alienet partem ſuam, adhuc erit locus fideicommiſſo altero ſine liberis decedente. *Bart. in l. 79. §. liberis de leg. 2.* ¶ Fideicommiſſaria ſubſtitutio habens plures gradus, habet locum in ſecundo gradu, primo perempto, & tunc ex propria perſona fideicommiſſarius poteſt impugnare factum patris. *Natt. conſ. 470. num. 12. & 13.* ¶ An fideicommiſſum reciprocum ſit onus, & quando habeat locum inter filios & nepotes, *vide Dec. conſil. 456.* ¶ De fideicommiſſario in poſſeſſione conſervando adverſus hæredem agentem ex remedio, *l. fin. C. de edict. divi. Adria. toll.* donec fiat excuſſio, an locus ſit detractioni legitimæ Falc. vel Trebell. & de mulsis, quæ hæres gravatus reſtituere poſſit, deducere. *Joan. Petr. Surd. decis. 333.*

Vel non.

Diſpoſitio, quæ in materia favorabili de liberis loquitur, in tranſverſalibus locum non habet: ideo illa tacita conditio, quæ ineſt fideicommiſſo ſimpliciter relicto, quod valeat, ſi filius gravatus deceſſerit ſine filiis, & non habeat locum in tranſverſalibus inſtitutis & gravatis fideicommiſſo facto ſimpliciter. *Dec. conſil. 487. vide eund. conſ. 529.* ¶ Quittatio unius fideicommiſſarii primo loco vocati, non facit locum alteri, ſeu ſecundo ſubſtituto. *Papon. lib. 16. tit. 3. arreſt. 13.*

Cap. XVIII. Quæ tranſeant, tranſmittantur, vel non.

Dominium tranſit ipſo jure in fideicommiſſarium particularem; non tamen in fideicommiſſarium univerſalem, niſi in certis caſibus, *Boer. deciſ. 156. num. 13. & 14.* ¶ Pactum factum hæredi, tranſit ad fideicommiſſarium univerſalem. *l. 8. §. creditor. ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. ſolv.* ¶ Fideicommiſſum purum, vel purificatum, non agnitum tranſmittitur ad filios. *Rol. conſ. 46. lib. 3. And. Gail. obſerv. 132. lib. 2.* & ad hæredes, *vide Dec. conſil. 478.* quando dictum procedat, *vide Capic. deciſ. 89.* quid, ſi hæres effectus fuerit Sacerdos adhuc vivente ſubſtituto, *vide Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 1.* alias ſpes fideicommiſſi non tranſmittitur etiam ad liberos præmoriente fideicommiſſario, niſi liberi, ſeu hæredes venirent ex judicio teſtatoris. *Capic. deciſ. 115. n. 6. vide Boer. deciſ. 88. 355. Gail. obſ. 132. lib. 2. Bart. in l. unica. C. de his, qui ante aper. tabul.* contrarium videntur tenere. *Bonint. deciſ. 88. Fran. Marc. q. 78. Boer. deciſ. 156. num. 23. vide ſupra tit. de ſubſtitution. in genere. Ven. deciſ. 21. part. 2. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 20.* ubi ſcribit regulam limitationibus, *& Gail. obſerv. 132. lib. 2.* ¶ Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad deſcendentes exiſtentibus conjecturis, de quibus *vide per Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 102. part. 2. Dec. conſil. 397. conſ. 515. & 594. Crav. conſ. 62. num. 10. & conſ. 306. Menoch. conſil. 209. lib. 3. & conſ. 333. idem de Arbit. lib. 2. caſ. 165. & in conſ. 95. num. 103. volum. 1. Natt. conſ. 688.* ſed an hoc procedat in tranſverſalibus, *Joſeph. ibid. dict. deciſ. 102.* vide etiam de materia *ſupra tit. de ſubſtitution. in genere.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis decedens purificata conditione ante reſtitutionem ſibi factam, jus tranſmittit fideicommiſſi ad hæredem ſuum, idem ſi decedat poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem, & tranſmittit etiam jus deliberandi, quod multo magis procedit, ſi deceſſerit poſt factam petitionem. *Bart. in l. cum filiusfam. num. 11. de leg. 1.* ¶ Quando dies fideicommiſſi cedat, & ad hæredes tranſmittatur, *vide ſupra titul. quando dies legati, & per tot. tit. ff. eod.*

Cap. XIX. Actio, quando detur, vide infra.

Quando dicta alienatio valet ratione ignorantiæ, datur actio ad pretium contra eum, qui illud habet. *Joſeph. Lud. d. deciſ. 29.* ſi eſt ſolvendo, alias emptor tenetur ſaltem ad pretium. *Vincent. de Fran. deciſ. 298. num. 8. part. 2.* facta prius excuſſione contra venditorem, & ejus hæredem. *Crav. conſ. 77. num. 18. Rol. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 9. volum. 1.* qua diſcuſſione facta nihil operatur ignorantia. *Menoch. conſ. 44. num. 19. lib. 1. Rol. d. conſ. 81. vol. 2. & Bald. conſ. 20. vol. 2.* (quo ſuſtinet eum, qui antea aliqua bona prodigaliter alienaverat, non privari facultate ſibi poſtea conceſſa à teſtatore alienandi bona pro ejus neceſſitate) declaratur per *Ozaſ. deciſ. 168.*

Cap. XX. Qui, quibus ſubſtituere poſſit.

An pater in dote, vel donatione propter nuptias poſſit ſubſtituere, *vide Fran. Marc. quæſt. 333.* ¶ Teſtator ſi ſubſtituerit duobus per fideicommiſſum ſimpliciter, videtur cuilibet per ſe ſimpliciter ſubſtituere. *Bartol. in l. 30. ff. de vulgari.* ¶ Pater filio inſtituto in legitima ſolum poteſt ſubſtituere pupillariter; non autem per fideicommiſſum: quia ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt odioſa. *Abb. conſil. 15. libr. 2.*

Cap. XXI. Qui gravari poſſit, vel non.

Quem honoro poſſum gravare, quod procedit etiam in eo, quem nominavi in conditione fundi hæredem: idem in eo, qui juris fictione eadem perſona cenſetur. *Gom. Leo. deciſ. 74. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Filius fideicommiſſo gravari poteſt, ſi delictum commiſerit, propter quod ejus bona eſſent confiſcanda, ſed de forma hujus fideicommiſſi *vide per Natt. conſ. 470. num. 7.* quod fideicommiſſum valet. *Menoch. conſ. 91. num. 6. vol. 1. vide Natt. conſ. 528.* ¶ Gravatus reſtituere hæreditatem cum voluerit, ſi non declarata voluntate deceſſerit, cenſetur poſt mortem de reſtituendo gravatus. *Lud. Rom. ſing. 431.* ¶ Agnatus, cui virtute ſtatuti debet relinqui certa portio, poterit in ipſa gravari, maxime ſi fuerit inſtitutus in majori portione, *vide Menoch. conſ. 196. lib. 2.* ¶ Rogatus reſtituere cum volet, poſt mortem rogatus cenſetur: quia in ultimis voluntatibus moriendo, quis velle videtur. *l. 39. §. Scevola, de legat. 3.* ¶ Ille, cui datur aliquid cauſa conditionis implendæ, poteſt gravari onere fideicommiſſi. *l. 99. §. cui ſtatu liber. de legat. 1.* ¶ Hæres hæredis poteſt onere fideicommiſſi gravari ſub nomine appellativo non ſub nomine proprio *l. 5. & 6. de legat. 3.* ¶ Pater poteſt filium fideicommiſſo gravare, excepta legitima & Trebellianica. *Andr. Gail. obſerv. 121. n. 8. lib. 2. Afflict. deciſ. 38.* ¶ Filius fideicommiſſo gravatus intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit, *Dec. conſ. 1. num. 7. Gail. d. obſerv. 121. num. 10.* licet eſſet gravatus reſtituere piæ cauſæ. *Mynſing. obſerv. 96. cent. 6. Papon. lib. 10. tit 3. arreſt. 29. l. 6. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.* quod limita, quando ex conjecturis conſtaret de contraria mente teſtatoris. *Mago. deciſ. 52. Rot. Floren. vide Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. & 8.* ¶ Gravari in plus, quam honoretur quando quis poſſit, *vide per Bartol. in l. 71. §. cum quidam, de legat. 2. & in §. poſt autem, inſtitut. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict. l. 125. §. final. de legat. 1.* ¶ Mulier qualiter poſſit gravari in dote, *vide Bart. in l. 92. §. filia, de legat. 2.* ¶ Hæreditas videtur gravari ſub nomine appellativo, unde omnis ſuccedens in hæreditate, videtur ex hoc gravatus. *l. 39. ff. de act. & obligat.* ¶ Debitor poteſt gravari onere fideicommiſſi. *l. 80. de legat. 1.* ¶ Inſtituto patre, ipſoque rogato de liberis mancipandis, videtur ipſe pater poſt emancipationem rogatus, de reſtituenda hæreditate ipſis filiis emancipatis. *l. 92. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Inſtitutis duobus hæredibus, altero gravato fideicommiſſo, altero non, & portio non gravata accreſcat gravatæ, non propter hoc cenſebitur gravata. *DD. de Rot. deciſ. 6. de teſtament. in antiq.* ¶ Hæres gravatus, ſi deceſſerit ſine liberis, ut bona devenirent ad Sempronium, intelligitur ſolum gravatus reſpectu bonorum teſtatoris, & contra ſi eſt gravatus, ut reſtituat

bona

bona ſua tantum, intelligitur gravamen comprehendere ſolum bona hæredis. *Bartol. in l. 30 ff. de jur. & argent. legat.*

Vel non.

Subſtitutus in ultimo gradu ſubſtitutionis, non cenſetur gravatus aliis reſtituere. *Cravet. conſil. 161.* ¶ Non poteſt quis gravari, ut filium ſuum emancipet. *l. 117. §. ſecundum, de legat. 1.* ¶ Hæres non poteſt gravari, niſi pro portione hæreditaria. *Franc. Marc. ſingul. 10.* ¶ Si plures filii inſtituti gravati ſint per fideicommiſſum, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, quod alii ſuccedant, ille, qui ultimo loco moritur, non videtur gravatus, quia non reperitur alius ex dictis filiis, qui ſuccedat. *Dec. conſ. 511. vol. 2.*

Cap. XXII. Qui præferantur in fideicommiſſo.

Pauperes Chriſti ultimo loco vocati ad fideicommiſſum, præferuntur aliis venientibus ab inteſtato in omnem eventum, licet ſub certis modo & conditione vocati videantur, ut ſi ultimo loco gravatus reſtituere pauperibus, præcedat primo loco inſtitutis, & gravatis reſtituere illi præmorienti. *DD. de Rot. deciſ. 9. de teſtam. in antiq.* ¶ Pater inſtituerat ſuos hæredes univerſales Titium & Sempronium ejus liberos, cum poſthumo exiſtente in utero uxoris, ſi eſſet maſculus, & ſi eſſet filia, illam inſtituerat ſuam hæredem particularem in aureis quingentis, & poſtea ſubſtituerat invicem dictos ſuos hæredes univerſales, poſtremo ita dixerat, & ſi dicti omnes mei filii, & poſthumi hæredes deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituo Petrum ex fratre: inde naſcitur ex utero fœmina poſthuma, & filii neceſſerunt hæredes univerſalea ſine filiis, & poſt eos Petrus ſubſtitutus, & inde dicta poſthuma, oritur quæſtio inter hæredes poſthumæ hæredis particularis, & filios Petri ſubſtituti, fuit contra ipſos filios, & favorem hæredum poſthumæ judicatum, ita teſtatur *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 28.*

Cap. XXIII. Qui, quos excludat, vide infra cap. 36.

Quando ad fideicommiſſum poſt maſculos vocantur fœminæ, neptis teſtatoris excludit filiam nepotis teſtatoris, qui eſt in remotiori gradu, vel ſaltem æqualiter debet admitti cum ipſa filia nepotis teſtatoris ultimo loco defuncti, & qui poſſidebat bona ſubjecta, & hoc non obſtante renunciatione ipſorum bonorum facta ex alia cauſa, *vide Menoch. conſil. 359. lib. 4.* ¶ Patruus excludit nepotes in fideicommiſſo relicto adjectis verbis, ſalva ſemper inter fideicommiſſarios gradus prærogativa, *Dec. conſ. 408. vide eundem conſ. 412. & 480. n. 8.* ¶ Quando filius naturalis excludat conſtitutum, *vide Fran. Mant. de conject. ult. volun. lib. 11. tit. 9.*

Vel non.

Legitimatus tamen per ſubſequens matrimonium non excluditur per fideicommiſſarium, in fideicommiſſo facto ſub conditione, ſi gravatus deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio procreatis. *Natt. conſil. 602. Rolan. conſil. 190. volum 2.* idem ſi quis fuerit gravatus, ſi deceſſerit ſine liberis legitime procreatis. *Natt. conſ. 626.* ¶ Quod filium adoptivum & arrogatum attinet, certum eſt illos non excludere ſubſtitutum. *Gail. d. obſerv. 136. n. 13. Fran. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 11. tit. 8. l. 75. ff. de condit. & demonſtrat. vide Boer. deciſ. 354.* ¶ Filiæ gravati, ſi deceſſerit ſine liberis, non exludunt fideicommiſſum in materia differenti, veluti in feudo, *vide Menoch. dict. conſil. 204.* ſecus in aliis bonis. *idem Menoch. conſil. 318.* ¶ Filius non excludit ſubſtitutos in tranſverſalibus, nihil quando fratres, vel filii fratrum inſtituti ſunt. *Dec. conſ. 435.* ¶ Natus in ſexto, vel octavo menſe non excludit ſubſtitutum, quia habetur pro non nato, & non facit deficere conditionem; ſi deceſſerit ſine liberis. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 45.* ſed aſſerenti partum victurum incumbit onus probandi, quæ autem probationes requirantur, *vide Menoch. conſ. 284. lib. 3.*

Cap. XXIV. Qui admittantur, vel non.

Natus ex filio teſtatoris eſt de deſcendentibus per lineam maſculinam, ſicut filia, ideo in fideicommiſſo admittitur excluſo maſculo ex fœmina deſcendenti ex linea teſtatoris, *vide Menoch. conſil. 318. lib. 4.* & ſi eſt ultima ex linea maſculina à teſtatore vocata, extinguitur fideicommiſſum, & poterit libere de bonis alias ſubjectis diſponere. *Menoch. ibid.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis, cujus conditio deficit per nativitatem poſthumi, admittitur ad cuſtodiendum partum *l. fin. ff. de ventre inſpicien.* ¶ Quando fœminæ concurrunt cum maſculis in fideicommiſſo, an & quando admittantur, *vide Menoch. conſil. 348 lib. 4.* ¶ Non attenditur duplicitas vinculi in jure ſubſtitutionis: ideo quando pater inſtituit ſuos hæredes filios diverſarum uxorum eos invicem ſubſtituendo, ſi alter ipſorum decedat ſine liberis, omnes admittuntur, non inſpecto, an ſint conjoncti ex utroque latere, vel ex uno tantum. *Cravet. conſ. 43. & Dec. conſ. 350.* ¶ Limita concluſionem, quando cum jure ſubſtitutionis conjunctum eſt jus accreſcendi, tunc enim præferuntur illi, in quibus cadit jus illud accreſcendi, veluti ſi eſſent inſtituti liberi primi matrimonii pro dimidia, & alii ſecundi pro alia dimidia. *Cravet. d. conſil. 43. Menoch. conſil. 108. lib. 2. vide Dec. conſ. 305.* ¶ Subſtitutione hoc modo facta, ſi quis filiorum meorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperſtites, & ſuos, moriente uno ſine liberis, relicto fratre, & nepotibus ex altero fratre, an ſimul ad fideicommiſſum admittantur, quæſtio eſt ingens, tamen contra nepotes pro fratre fuit judicatum, ut teſtatur. *Rot. Aven. deciſ. 37. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Teſtator ſi inſtituat duos filios hæredes univerſales, & filiam in certa quantitate, & ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, quod portio ejus deveniat in ſupervenientes, an mortuo uno ex filiis, filia ad illud fideicommiſſum admittatur, *vide Jaſ. de act. in §. præjudiciales, numer. 33.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria, ubi facta eſt poſt mortem plurium, purificata conditione in perſona unius, tantum ad illius portionem admittitur ſubſtitutus, *Ozaſ. deciſ. 110. numer. 7.* ¶ Si mater filium ſuum inſtituat, & ei ſubſtituat Claudiam ejus filiam, & ſuos, tunc licet fœminæ non habeant liberos in poteſtate (qui dicuntur ſui) tamen filia Claudiæ admittitur, hærede decedente ſine liberis. *Guid. quæſt. 548.* ¶ Filii ſuſcepti ex vili fœmina & clerico beneficiato, legitimantur per ſubſequens matrimonium, & ad fideicommiſſum avi admittuntur. *Ozaſ. deciſ. 154* habetur *in libris placit. curia. tit. de fideicommiſſ. hæred. lib. 8. tit. 11. in deciſ. diverſ. fol. 129. vide Papon. lib. 20. tit. 3 arreſt. 5. Dec. conſil. 155. num. fin. & Roland. conſ 100. num. 48. volum. 2.* ¶ Teſtator inſtituit duos filios, & ſi deceſſerint ſine liberis eis, vel alteri ſubſtituit Titium, & ipſi Titio decedenti ſine liberis ſubſtituit Cajum, contingit Titium decedere ſine liberis, vivis adhuc hæredibua filiis, deinde deceſſerunt ipſi filii ſine liberis, dubitatum fuit, an Cajus ultimo loco ſubſtitutus Titio prædefuncto, poſſet admitti ad fideicomiſſum, fuit deciſum pro affirmativa. *Guid. Pap. q. 550.* ¶ Regulariter in ſubſtitutione facta, ſi gravatus deceſſerit ſine filiia, filiæ admittuntur ad excludendum ſubſtitutum, ſed quando, & ex quibus conjecturis regula limitetur, *vide eundem Mant. lib. 11. tit. 14. Menoch. conſil 95. volum. 1. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 188.* ſed quid, quando teſtator dixit, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, *vide Mant. ibid. tit. 15.* tunc filiæ non excludunt ſubſtitutum. *Boer. conſil. 10. num. 8. Dec. conſil. 155.* ſed debent dotari.

dotari. *Bart. in l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Teſtator plures habens maſculos & fœminas, filioa inſtituit, & eos invicem ſubſtituit, & caſu, quo dicti inſtituti & eorum filii maſculi ſine filiis deceſſerint, ſubſtituit filias & eorum deſcendentes, evenit caſus, quod inſtitutorum filii ſine maſculis obierint relictis filiabus & ſororibus, dubitatum fuit, quænam ex his venirent admittendæ, an teſtatoris, vel filiorum hæredum filiæ, fuit deciſum in favorem filiarum inſtitutorum, ea ratione, quia in fideicommiſſis attendatur proximitas gravati, & non gravantis. *Mago. deciſ. 83. Luc.* ¶ Teſtator ſi filiis maſculia univerſaliter inſtitutis, filiam in re certa inſtituerit, & inde ſubſtituerit hoc modo, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio deveniat in ſuperviventes, uno filio maſculo decedente ſine liberis, quando filia cum aliis admittatur ad fideicommiſſum, *vide Bart. in l. 81. ff. ad Trebell.* ¶ Primogenito tranſverſali vocato admittitur ſecundogenitus, extincto primogenito ſine maſculis, excluſa filia ipſius, ita pronunciavit Senat. Mediolan. ut teſtatur *Raud. tract. de Analog. cap. 15. num. 285.* ¶ An in fideicommiſſo familiæ non nati tempore teſtamenti, ut nepotes, pronepotes cenſeantur vocati ad fideicommiſſum, quod oritur ex prohibitione alienationis. *Rol. conſil. 70. Tom. 3.* ¶ An ad fideicommiſſum admittantur, qui ſunt in proximiori gradu agnationis tempore teſtamenti mortis teſtatoris, an purificata conditione, & adveniente. *Rol. conſ. 38. 39. Tom. 4.*

Vel non.

Ex mente teſtatoris colligi poteſt, ut fœminæ non admittantur ad excluſionem fideicommiſſarii, veluti quando teſtator magia dilexit liberoa ſuorum liberorum, quam propriaa filias: Secundo, quando gravavit fillas, ſi ſine liberis deceſſerint in favorem filiorum inſtitutorum, & non ita gravavit ipſos filios: Tertio, quando filias inſtituit hæredes particulares in certa ſumma. *Crav. conſ. 37. num. 3. vide Menoch. conſil. 275. lib. 3.* ¶ Quando reſtator ſecit duplex fideicommiſſum, unum in caſu prohibitæ alienationis, & aliud in caſu mortis ſine liberis, ſi unus ex hæredibus gravatis & oneratis contra prohibitionem teſtatoria alienaverit, in hoc capite efficitur indignus fideicommiſſo, ſed ob id privationis pœna non extenditur ad fideicomiſſum inductum in caſum mortis cohæredis ſine liberis. *Magon. Roc. decif. 50.* ¶ Subſtitutus Sejo poſt mortem ipſius non admittitur ad bona, ſi Sejus Monaſterium ingrediatur, quandoquidem in hoc naturalis mors, non civilis requiratur. *Hippol. ſing. 668.* ¶ Subſtitutus nunquam admittitur, dum ſupereſt aliquis, qui ſuccedat ex præſumpta defuncti voluntate. *Bart. in l. 56. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ¶ In dicto caſu filii filiæ prædefunctæ etiam vocatæ, non admittuntur cum filia vivente: quia cum illa mortua ſit pendente conditione, fideicommiſſum relictum ſit caducum, & ejus portio accreſcit filiæ viventi. *Dec. d. conſ. 480. num. 8.*

Cap. XXV. Qui, quibus ſuccedere poſſit, vel non.

An, & quando filius ingrediatur locum patris in ſucceſſione fideicommiſſi, plene pro utraque parte diſputat *Fran. Mant. de conject. ul. volun. lib. 8. cit. 9.* ¶ Per fideicommiſſum ſucceditur teſtatori; non autem ultimo defuncto gravato. *Menoch. conſil. 356. num. 4.* ideo mater licet non petierit tuturem dari filio, non privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Mar. de Mant. ſing. 459.* ¶ Venientes ab inteſtato ſuccedunt gravato in ea ſumma, de qua potuerat diſponere, & non diſpoſuit. *Vinc. de Fran. deciſ. 45.*

Vel non.

Emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non recuperat melioramenta, licet lucretur fructus perceptos, quia fructus fideicommiſſi ad fideicommiſſarium non ſpectant, niſi à die litis conteſtatæ, quum ex negligentia petentis cenſeantur remiſſi. *Mago. deciſ. Luc. 33.* & percepti pendente conditione ſpectant ad hæredem. *And. Gail. obſerv. 133. lib. 2.* quod limitatur, ſi hæres ſpecialiter fuiſſet gravatus de illis reſtituendis, vel fuerit in mora. *Gail. d. obſ. 133.* ſed quod in filiis primi gradus. *ibid.* ¶ Fratres ſi eſſent inſtituti, & illia ſine liberia decedentibus patruus ſubſtitutus, tunc ipſe patruus non poteſt venire ad ſucceſſionem alterius hæres, qui habet liberos: quia requiritur, quod mora omnium ſine liberis ſequatur. *Boer. deciſ. 88.*

Cap. XXVI. Qui, qua alienare poſſit in fideicommiſſariis rebus, vel non.

Hæres rogatus reſtituere fideicommiſſario, quicquid ſupererit de hæreditate temporis mortis hæredis, poteſt alienare pro libito ſuæ voluntatis de bonis hæreditariis, dummodo reſervet quartam partem totius hæreditatis fideicommiſſario. *Guid. q. 520.* ¶ Ultimus fideicommiſſarius poteſt libere bona alienare, non obſtante quacunque prohibitione. *idem Mago. deciſ. 59. n. 25.* ¶ Bona matris ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari pro dote filiæ (ſi pater eſt inops) ſcribit *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 460. num. 7.* ¶ Rea ſubjectæ fideicommiſſo poſſunt ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, aut donationis propter nuptias alienari, etiam quando dotes fuerunt receptæ poſt injunctum fideicommiſſum, & maritua gravatus jam conſumpſiſſet ſuam legitimam & Trebellianicam. *Natt. conſil. 61. Tom. 1. Menoch. conſ. 318. n. 15. Rol. conſ. 85. vol. 1. num. 29. & conſ. 19. 20. vol. 4.* licet ab initio ſufficerent. *Cravet. conſil. 291. num. fin. & Dec. conſ. 277.* ¶ Auth. res quæ, limitatur, quando filia babet aliunde, unde ſe dotare poſſit, quam de bonis ſubjectis. *Rol. conſ. 85. n. 9. vol. 1.* tamen ſi ex bonis non ſubjectis non poſſet congrue dotari, poſſunt alienari bona ſubjecta, ut congrue dotetur ſecundum ſuam qualitatem. *Menoch. conſ. 247.* ¶ Quid, ſi eſſent dati fidejuſſores pro dote reſtituenda, an ceſſet diſpoſitio dictæ Auth. *vide Rom. ſing. 252.* ¶ Quod ſubjecta fideicommiſſo poſſint alienari etiam pro dote reſtituenda, traditur per *Menoch. 33. vol. 1.* quod ampliatur procedere in fideicommiſſo, in quo hæres fuit gravatus reſtituere id, quod ſupererat tempore mortis gravati non aſcenderet ad quadrantem: nam hoc caſu de quadrante eſt reſtituenda dos, excluſo fideicommiſſo. *Menoch. dict. conſil. 33. numero 15. volumine primo.* ¶ Quando pro dote ipſa bona poſſint alienari, *vide Joſeph. Lud. deciſ. 71. Peruſ. part. 2.* quod poſſint alienari, etiam ſi expreſſe eſſet facta prohibitio de non alienando cauſa dotis, tenent *Auguſt. Bero. q. 110. & Boer. deciſ. 129. num. 5.* in ultima voluntate. *Cravet. conſil. 291. num. 4. Rol. conſ. 81. vol. 2. num. 7. & 26.* ſecus ſi eſſet facta probibitio in contractibus inter vivos. *Cravet. d. conſ. 19. num. fin. vide Rol. conſil. 85. num. 23. volum. 1. & 27. volum. 4. Menoch. conſil. 318. num. 36.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo in ſubſidium poſſunt alienari pro dotibus, ſive præcedat fideicommiſſum, ſive ſequatur, etiam ſi eſſet facta expreſſa prohibitio ratione dotis. hoc verum quando non adſunt alia bona pro dote reſtituenda. *Joſeph. Lud. deciſ. 28. Luc. num. 76.* ¶ Quid quando mulier ſcribat fideicommiſſum, & an præmiſſa habeant locum in filiabus nondum natis, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 151. & 192.* ¶ Fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari in ſubſidium, quando dos eſt ſolvenda pro liberis & deſcendentibus; non autem pro univerſalibus: & etiam poſſunt alienari pro augenda dote;

dote. *Joſeph. d. deciſ. 28. Luc. num. 91. & 95.* ¶ Authoſes quæ, qua cavetur bona ſubjecta fideicommiſſo, & prohibita alienari, poſſe ex cauſa dotis (non extantibus aliis bonis) alienari, non habet locum in linea tanſverſali; ſecundum veriorem opinionem, vide tamen *Vincen. de Franc. deciſ. 241. part. 2.* ſed bene habet locum in dote confeſſa, de cujus numeratione non conſtabat. *Crav. pro genero conſil. 1. num. 186. vide Rol. conſil. 85. num. 40. volum. 1.* lapſis tempotibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. *idem Rol. conſil. 20. vol. 4.* ¶ Quando bona ſubjecta fideicommiſſo poſſint alienari, *vide Bart. in Authen. de reſtitut.* ¶ Quando alienantur bona fideicommiſſo ſubjecta cum reſervatione dominii, quid juris, *vide Mago. deciſ. 91. & 92. Rot. Floren.* ¶ Si res prohibita alienari extra familiam alienetur, quid juris, *vide l. 69. & l. 71. §. prædium, & §. fratre, de legat. 2.* & de materia *ſupra tit. de prohibit. rer. alienat. in ult. volumt.* ¶ Quando dotis cauſa dentur in ſolutum res reſtitutioni ſubjectæ, *vide Boer. deciſ. 130. numer. 11. 12. & 13.*

Vel non.

Fideicommiſſum contrahendo, nec dilapidando alienari non poteſt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. num. 46.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo obligari non poſſunt uxori pro dote, quatenus legitima, aut bona propria ſuperſunt, ſed in ſubſidium tantum. *Crav. conſ. 19. num. 18. vide Dec. conſil. 519.* & tunc poſſunt alienari pro dote, & ex filiis dos augeri poteſt. *idem Crav. conſ. 291. Menoch. conſil. 182. num. 68.* ¶ Pro debito, ſeu pro delicto non poſſunt res ſubjectæ alienari. *Boer. deciſ. 128.* tamen pro redemptione captivorum poſſunt. *ibid.* & in nonnullis aliis cauſis, de quibus *vide per Joſeph. Lud. deciſ. 128. Luc. num. 95.* ¶ Regulariter res ſubjectæ fideicommiſſo non poſſunt alienari, ſive pure, ſive in diem relictæ ſint. *And. Gail. obſerv. 137.* & alienatæ, purificata conditione revocantur. *Dec. conſil. 386.* ¶ Fallit reſpectu trebellianicæ & legitimæ, pro quibus bona ſubjecta poſſunt alienari. *Gail. ibid.* ¶ Fallit ſecundo in neceſſaria alienatione, puta quando fit alienatio propter ſolutionem æris alieni ipſius defuncti: nam tunc valet alienatio etiam rerum, quas teſtator expreſſe prohibuit alienari, *vide ibid. num. 4. facit l. 80. §. fi. de legat. 2.* an tunc poſſit fieri executio ad formam decreti Sabaudiæ cum tertio pluris in odium fideicommiſſarii, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 194.* & an poſſit fieri alienatio pro alimentis, *vide Bart. in Auth. de reſtitut. num. 9.* ¶ Tertio fallit, quando in fideicommiſſum univerſale relictum eſt ſub conditione, vel in diem incertam, quia pendente conditione valet alienatio, dominium ipſo jure retro tranafertur. *ibid. Gail. d. obſerv. 137. Mag. deciſ. 91. num. 14. & deciſ. 92. Rot. Flor.* ¶ Quarto fallit principalis Reg. in alienatione rei ſterilis, & quando ſervando ſervari non poteſt, quo caſu hujuſmodi res recte alienatur, & pretium (ſi ad hæredis utilitatem & uſum convertatur) loco rei ſuccedit. *Gail. obſerv. 137. num. 12. Pet. de Raven. ſing. 617.* ¶ Quinto fallit in pupillari ſubſtitutione, quæ non impedit, quo minus pupillus tutoris auctoritate, & judicis decreto rem propriam irrevocabiliter alienare poſſit. *Gail. d. obſ. 137. num. 13.* ¶ Sexto bona ſubjecta fideicommiſſo poſſunt vendi ex licentia & auctoritate Principis, ſubrogatis aliis bonis loco venditorum, ſed quæ requirantur ad hoc, ut alienatio valeat, *vide Vincen. de Fran. deciſ. 355. part. 2.* ¶ Septimo hæres alienantis bona fideicommiſſo ſubjecta, ipſa bona alienata non vendicat, ſed quid, ſi fuerit hæres cum beneficio legis, & inventarii, *vide eundem deciſ. 356.* ¶ Octavo gravatus detentus in carceribus ſine delicto, poteſt alienare de bonis ſubjectis pro ſua liberatione. *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 16. vide tamen Menoch. de arbit. caſ. 182. & Bart. in l. 7. C. de agricol. lib. 11.* ¶ Nono conſentiens alienationi rei ſubjectæ fideicommiſſo conditione pendente, ſibi præjudicat, etiam ſi ignoraverit fideicommiſſum ſibi competere. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. ſuper decreto Blanchæ, num. 13. tit. de tranſact.* ſed an tali caſu poſſit competere remedium. *l. 2. C. de reſcind. vend. vide ibid. num. 15.* cui alienationi fideicommiſſarius poteſt conſentire. *Dec. conſ. 324. vide Bart. in l. 16. C. de pac. & lect.* & diſpoſitio legis, de his, non procedit contra tertium emptorem bonorum fideicommiſſo ſubjectorum. *D. Sol. ibid. num. 14.* ¶ Decimo, quando teſtator poſt factum fideicommiſſum generale expreſſe prohibuit alienationem aliquorum ſuorum bonorum immobilium, donec ultimus filiorum inſtitutorum fuerit major 25. ann. tunc alienationes factæ poſt tale tempus non poſſunt revocari, quia cenſetur ſolum inductum fideicommiſſum in reliquis bonis, quæ ſuperſunt. *Menoch. conſil. 151. num. 35. lib. 2.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo, quæ tacite à lege prohibentur alienari, ſi confiſcentur, licet durante vita gravati delinquentis tranſeant in fiſcum, tamen ſecus erit, ſi concurrat prohibitio expreſſa hominis de non alienando; tunc enim nullum jus fiſco competit. *Rolan. conſil. 81. num. 11. volum. 2. & conſil. 97 vol. 2. vide ſupra lib. 1. tit. de publicat. bonor.* ¶ Fideicommiſſo bona ſubjecta, an poſſint concedi in emphyteuſim, ut valeat conceſſio, *vide Joſeph. Lud. deciſ. 64. Luc.* ¶ Filius ſua culpa relictus ad neceſſitatem, alienare non poteſt fideicommiſſo ſuppoſita. *Menoch. ibid. n. 54. vide tamen ibid. n. 65.*

Cap. XXVII. Actio, cui & contra quem competat, vel non.

De actione fideicommiſſario competente contra tertios poſſeſſores. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 24.* ¶ Evicto fideicommiſſo ex facto auctoris agitur evictione, quando fideicommiſſum fuerat remiſſum. *Crav. conſ. 24. num. fin.* ¶ Pluribus poſt eorum mortem ſimul rogatis, uno mortuo, aliis adhuc ſuperſtitibus ſtatim competit fideicom. petitio pro parte mortui. *de leg. 2. l. 92. §. filium.* ¶ Res, quæ ſubjacent reſtitutioni, poſſunt à domino interim vendicari. *l. 66 ff. de rei vendicat.* ¶ Fideicommiſſum dum non apparet ab honorato fuiſſe acceptatum, & conſequenter ad extraneos non eſſe tranſmiſſum, actori actio ad illud competere non poteſt. *Gram. d. deciſ. 105. num. 55.* ¶ Is, cui donatur inofficioſe, poteſt onere fideicommiſſi gravari. *l. 86. §. Lucius, de leg. 2.*

Cap. XXVIII. Qui effectus producantur.

Fideicommiſſum relictum, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, una cum pluribus aliis conditionibus alternative poſitis, non habet effectum, niſi omnes conditiones exiſtant, quia alternativa hoc caſu accipitur pro copulativa. *l. 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ¶ An inventarium hæredis proſit fideicommiſſario, qui ex perſona ſua poteſt illud facere, *vide Bartol. in l. 9. §. quod. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Legitimarum hæreditatum jus conſervatur inter filios, quando teſtator ſubſtituit ultimo morienti. *Bart. in l. 10. num. 4. ff. de reb. dub.* ¶ Si ſubſtituatur noviſſimo morienti, videtur teſtator voluiſſe inter omnes conſervare jus legitimarum hæreditatum, vel ſucceſſionum ab inteſtato. *l. 36. ff. de vulg.* ¶ Fideicommiſſum relictum ab uno ex hæredibus, qui ultimo loco deceſſerit, facit videri hæredes invicem ſubſtitutos. *l. 89. §. Sejn, de legat. 2.* & relictum poſt mortem omnium, ab ultimo decedente videtur relictum. *l. 24. ff. de uſufr. legat.* ¶ Hæres pendente conditione ſi alienat rem ſubjectam reſtitutioni in præſentia fideicommiſſarii, ei non præjudicat: quia non poterat impedire actum, niſi quis affirmaret rem non ſubjectam reſtitutioni. *Fran. Mar. q. 329. num. 8.* ¶ Alienationis prohibitio non impedit, quin pro reparanda alia re majoris con-

conditionis, res fideicommiſſo ſubjecta vendi poſſit, dummodo hoc probetur. *Mago. deciſ. Luc. 33. numer. 8.* ¶ Ignorantis alienantis fideicommiſſi bona, & emptoris facit valere alienationem. *Mago. deciſ. 102. numer. 10. Rot. Floren. Rol. conſil. 9. vol. 1. num. 24. Guid. Pap. ſing. 31. Ant. Trigo. ſing. 54. Bar. in §. 1. Authen. de reſtitut. & ea, quæ parit, facit l. fin. de leg. 2.* ¶ Sententia lata contra hæredem, nocet ſubſtituto & fideicommiſſario in caſu, de quo *vide per Ozaſ. deciſ. 157. num. 15. & 16.* alias non præjudicat, niſi fideicommiſſario citato ſaltem per proclama. *Jacob. Put. deciſ. 91. lib. 3.* ¶ Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento nullo ratione præteritionis, operatur vim fideicommiſſi. *Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* ¶ Quando in teſtamento apponitur clauſula codicillaris, ſubſtitutio directa obliquatur, etiamſi ab initio valere potuerit jure directo, & tunc durante pupillari ætate valebit jure directo, & poſt valebit jure fideicommiſſi. *Crav. conſ. 305. num. fin.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, quod venientes ab inteſtato videantur rogati reſtituere, & habet locum, etiam ſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris. *Dec. conſil. 39.* ¶ Per codicillos factos ab inteſtato, videntur rogati omnes quocunque jure ſuccedentes inter natos & naſcituros. *l. 3. de jur. codicill.* ¶ Mors civilis conditionem fideicommiſſi facti, ſi hæres deceſſerit ſine liberis, evenire non facit: quod limitatur, quando teſtator ultra fideicommiſſum expreſſe prohibuiſſet alienationem bonorum hæreditatis. *Auguſt. Bero. q. 4. vide l. 79. §. hæreditatem, de lega. 2.* ¶ Qui non honoratur honore pecuniario, non poteſt onere fideicommiſſi gravari. *Bart. in l. 10. C. de oper. libert. facit l. 97. §. fin. de legat. 1.* ¶ Quando præſcriptio obſtet fideicommiſſario, & quando non, *vide Natt. conſ. 437.* ¶ Aſcribens ſibi fideicommiſſum, vel præſens tacet, vel acceptat tempore teſtamenti, non poteſt poſtea illud recuſare. *Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Fideicommiſſum præſervat bona ſubjecta à publicatione alias facienda reſpectu delicti gravati, quod procedit favore fideicommiſſarii. *Gram. deciſ. 105. n. 30. Boer. deciſ. 278.*

Cap. XXIX. Quando valeant, vel non.

Subſtitutio, quæ ſemel valuit jure directo, an obliquetur, ut trahatur ad fideicommiſſum, & quæ nunquam valuit jure directo, valeat jure fideicommiſſi, & facta verbis directis in codicillis, an trahatur ad fideicommiſſum, *vide per Bartol. in l. verbis civilibus. ff. de vulgari.* ¶ Licet ſubſtitutio ſit pro non ſcripta facto hæredis; ſubſtitutio ramen & fideicommiſſum remanent in ſuo valore. *l. 1. ff. de his, quæ pro non ſcrip. haben.* ¶ Valet fideicommiſſum relictum de bonis communicandis. *l. 92. §. Lucius, de lega. 2.* ¶ Teſtamentum primum quando confirmatur per ſecundum, omnia quæ ibi ſunt ſcripta, & quæ poſſunt valere ſine hæredis inſtitutione, ſunt confirmata, & illa, quæ hæredis inſtitutionem requirunt, trahuntur ad fideicommiſſum. *Bar. in l. 12. § paganus. ff. de injuſto rupto.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria, an conſervetur *per Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* & filio quando poſſit ſubſtitui per fideicommiſſum in legitima, *vide Bart. in l. §. ſubſt. tuere. ff. de vulgari.* ¶ Conditione pendente gravatus reſtituere remanet domin⁹ rei ſubjectæ reſtitutioni, alias non teneret alienatio etiam facta ab ignorante. *Ozaſ. d. deciſ. 73.* ſed an interim valeat alienatio, *vide Guid. Pap. quæſt. 611.* quod valeat, traditur *in deciſ. 29. Joſeph. Lud. Peruſ. num. 29.* & ita etiam tenet *Mago. deciſ. 33. Luc. numer. 5.* & transfertur dominium. *Dec. conſil. 417.* ¶ Dicta alienatio habet locum inter ignorantes in fideicommiſſo univerſali; ſecus in particulari. *Ozaſ. d. dec. 73. n. 4.* ¶ Valet etiam in quatuor caſibus, de quibus *per Guid. Pap. d. qu. 611. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29.* ¶ Illud tamen memoria tenendum, quod conceſſa poteſtate alienandi in diviſione, ſi nulla ſequatur alienatio, ſed res fideicommiſſo ſubjecta permanſit penes gravatum, jus fideicommiſſi ſalvum erit. *Gail. d. obſerv. 139. num. 14.* Plures alias ampliationes & limitationes, *vide ibid.* ¶ Fideicommiſſum injunctum filio, ſi deceſſerit cum filiis, ſed filiis filiorum ſine filiis. *Bart. in l. 6. de leg. 3.* ¶ Valet alienatio facta de re ſubjecta ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, idque procedit non ſolum, quoad matrimonium ſeculare, ſed etiam ſpirituale, *Andr. Gail. obſerv. 137. num. 17. lib. 2.* ¶ Subſtitutio pupillaris ſi evaneſcat per emancipationem jura fideicommiſſi non remanent firma. *Bart. in l. 2. numer. ff. de vulgari.* ¶ Subſtitutio directa, quæ ab initio valere non poteſt, jure directo obliquatur, ut valeat in vim fideicommiſſi, *Cravet. conſ. 305.* ¶ Fideicommiſſum univerſale relictum in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, conſervatur per *Auth. ex cauſa. Dec. conſ. 86.* ¶ Diſputant Doctores, an ſubſtitutio facta filio in ſacris conſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, valeat, propter illam turpem conditionem adjectam: quia perſona Religioſa honeſte non poteſt habere liberos, *vide Menoch. conſil. 245. lib. 5.* ¶ Valet conventio facta inter aliquos, quod altero præmoriente ſine liberis, ad ſuperſtitem, & liberos ejus bona deferantur, ſed ſi in conventione fuerit dictum, quod deferantur bona ſecundum formam teſtamenti, tunc ſine teſtamento non poſſunt deferri (ut quia in eo nulla ſit ſubſtitutio) vel ſi defecerit, non valet conventio, quia diſpoſitio contrahentium reſtringitur ad illud, quod in teſtamento continetur. *Dec. conſ. 63.* ¶ Mater teſtatoris ſubſtituta filio hæredi inſtituto cum onere eligendi unum puerum, purificata conditione, ipſa mater elegit quendam puerum juxta præceptum teſtatoris, opponitur à venientibus ab inteſtato de nullitate præcepti, & oneris injuncti uti captatorii, dubitatum fuit de validitate fideicommiſſi. *Bero. quæſt. 86.* tenet pro validitate fideicommiſſi rejecto onere. ¶ Per Aut. ex cauſa ſubſtitutio fideicommiſſaria conſervatur, etiamſi fideicommiſſum ſit univerſale. *Capel. Thol. quæſt 455. And. Gail. obſerv 134. lib. 2.*

Vel non.

Subſtitutio facta à filiofa. in contractu patre conſentiente, valere non poteſt in vim fideicommiſſi, valebit tamen in vim donationis cauſa mortis interveniente ſtipulatione. *Crav. conſ. 130. num. pen.* ¶ Non valet fideicommiſſum, quod relinquitur à præterito. *l. 2. de lega. 3.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit impedimento ceſſante, ſecus in codicillis, quibus fideicommiſſum relinquitur. *l. c. §. ſed ſi filiusfa. de leg. 3.* ¶ In materia ſubſtitutionis non valet quitatio facta per filium in contractu matrimonii. *idem ibid. arreſt. 16.* ¶ Ex quibus conjecturis maſculi ex fœminis progeniti, debeant fœminis præferri, *Mant. lib. 8. tit. 8.* ¶ Vocatis filio, & ejus maſculis eveniente caſu fideicommiſſi, filia deſcendens ex filio præfertur filio deſcendenti ex filia, *vide Pap. lib. 20. tit. 3. arreſt. 28.*

Cap. XXX. Quando extinguatur: reſolvatur: evaneſcat: expiret fideicommiſſum: ſubſtitutio.

An fideicommiſſum cenſeatur extinctum in perſonam Paulæ & ejus deſcendentium, quando teſtator inſtituit tres legitimos æquis portionibus, & ſi aliquis deceſſerit, vel eorum filii, ſine filiis ſuis hæreditas perveniat ad alios ſuperſtites, & eorum filios in ſtirpes, & ſi omnes filii ſui, & eorum deſcendentes maſculi diſcederent ſine filiis, ſeu filiabus tunc bona ſuperveniant ad Paulam, ſed tamen relicta filia ex tertio hærede, quæ neptis teſta-

teſtatoris ſucceſſit, cum ſit prima cauſa filiorum, quæ deceſſerit ſine filiis. *Rol. conſ. 56. tom. 3.* ¶ Alienatio facta de bonis ſubjectis reſtitutione fideicommiſſi conditionalis, reſolvitur eveniente conditione, & bona alienata poſſunt vendicari non obſtante aliqua præſcriptione, quod procedit in alienatione facta per hæredem ſcientem gravatum ſecus ſi per ignorantem, quia tunc alienatio revocari non poteſt, ſed ſolum pretium rei petitur. *Dec. conſil. 236. numer. 7. & Rol. conſil. 81. vol. 2.* ¶ Pupillaris ſubſtitutio directa finitur pubertate, ſi tamen aliqua verba inveniantur fideicommiſſi in teſtamento, jure fideicommiſſi valebit. *§. maſculo, & ibid. gloſſ. inſtit. de pupillari.* ¶ Fideicommiſſum relictum, ſi hæres deceſſerit ſine filiis, expirat, ſi deceſſerit relicta unica filia. *Dec. conſ. 495.* niſi appareat de contraria mente teſtatoris, de quo caſu vide per eundem *Dec. conſil. 495.* & quando dicatur conſtare de tali mente, *vide eundem conſ. 514. 515. 545. 546. 567 568. 570. 573.* quid ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine filiis quibuſcunque, *vide Dec. conſ. 599.* ¶ Si pater inſtituat plures filios, & invicem ſubſtituat per fideicommiſſum, ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, ſi duo primi habuerint liberos, & poſtea deceſſerint, deinde moriatur tertius, & ultimus ſine liberis, tunc evaneſcit fideicommiſſum, neque filii præmortoorum fratrum admittuntur ad illud, *gl. in l. unica. C. de his, qui ante apert. tabul. Bar. & Bal. in l. his, cui. ff. de actio. & obligat. Jaſ. Rip. & Alex. in l. 1. de legat. 1. Bart. conſ. 112. vol. 2. vide eundem in l. Lucius 85. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Facta ſubſtitutione, ſi ſine liberis, mortuo hærede relictis liberis, dicta ſubſtitutio cenſetur extincta, licet poſtea deceſſerint ſine aliis liberis. *Vincen. de Fran. deciſio. 92. And. Gail. obſerv. 316. lib. 2.* nam fideicommiſſum ſemel extinctum non reviviſcit. *Magon. deciſ. 102. numer. 14. Rot. Floren.* ¶ Fallit ſi verba teſtatoris ſubſtituentis non referantur ad tempus mortis, ſed ſimpliciter facta ſit ſubſtitutio hoc modo, non extantibus vel deficientibus liberis ſubſtituo Titium, tunc enim quandocunque deceſſerint liberi, ſive ante, ſive poſt mortem hæredis, erit locus ſubſtitutioni. *Gail. d. obſ. 136. n. 3.* ¶ De conjecturis, quæ poſſunt adduci ad diluendum fideicommiſſum, *vide per Dec. conſ. 288. & 465. Rol. conſ. 34. vol. 4. & conſil. 43. ibid. Menoch. conſil. 97. libr. 1. & conſ. 171. libr. 2.* ¶ Si teſtator inſtituerit duos ſuos filios, ita quod uno decedente abſque liberis, quod alter ſupervivens ſuccedere debeat, ſi vero ambo deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituerit ſorores, & filias ipſius teſtatoris, & ipſis omnibus decedentibus ſine liberis ſubſtituerit proximiores de agnatione, deinde mortuo teſtatore moriatur alter ex ejus filiis hæredibus relictis duobus filiis, poſtea deceſſerit alter filius cohæres relicta filia, evaneſcit fideicommiſſum ideo dictæ filiæ decedenti ejus mater ab inteſtato ſuccedit. *Cravet. conſ. 307.* ¶ Pater ſi inſtituto filio ſubſtituat, ſi deceſſerit ſine filiis, & filius ingrediatur Monaſterium, ſubſtitutio evaneſcit, & bona Monaſterio debentur. *Bart. in l. 53. §. is, cui, de leg. 2.* ¶ Fideicommiſſum, vel ſubſtitutio, an expiret per ingreſſum Monaſterii, *vide per Bart. in §. ſed hoc, Aut. de Sanct. Epiſ. & in conſ. 1. vol. 1.*

Vel non.

Ingrediens Monaſterium non perdit jus ſuccedendi ex ſubſtitutione facta ante ingreſſum: *Cravet. conſ. 152.* ¶ Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine filiis maſculis, non evaneſcit, ſi deceſſerit relicto uno filio. *Dec. conſ. 218.*

Cap. XXXI. Quando revocetur, deficiat, vel non.

Fideicommiſſum revocatur per ſupervenientiam liberorum, quando quis non cogitabat in perpetuum habere filios. *Bart. in l. 1. ff. de jure codicil. numero 10.* ¶ Teſtator gravando filiam reſtituere filiis à ſe procreandis his verbis, ſi eos, vel aliquem habuerit, procreationem ipſorum filiorum ſignificaſſe videtur: ideo hoc caſu filia decedente ſine filiis, non dicitur eveniſſe caſus ſubſtitutionum factarum de aliis ſubſtitutis filiis naſcituris ex filia. *Menoch. conſil. 326. libr. 4.* quia ſubſtitutione prima deficiente omnes aliæ ſubſequentes defeciſſe dicuntur. *ibid. num. 32. vide tamen numer. 35.* ¶ Teſtator ſi gravaverit extraneam de reſtituenda hæreditate poſt mortem filii ſui, & filius è vita deceſſerit relictis etiam filiis, an illi faciant ceſſare fideicommiſſum, *vide Ant. Trig. ſing. 97.* ¶ Quando injungitur fideicommiſſum filiis decedent. ante vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis, ipſis decedentibus jam incoato anno, vigeſimo quinto non perfecto, ceſſat fideicommiſſum. *Dec. conſil. 593.* ¶ Conditione deficiente fideicommiſſum ſub conditione poſitum, deficere dicitur. *Ozaſ. deciſ. 50. numer. 12.* ¶ Filius non legitimus, & naturalis, an faciat deficere fideicommiſſum, *vide Bart. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.* ¶ Si quis fecerit fideicommiſſum his verbis, ſi filii mihi non fuerint tempore mortis, vel ſi eſſent, & deceſſerint ſine liberis, inſtituo, & ſubſtituo Titium, ſi eo tempore Titius extet, alias eos liberos, & his (nempe Titio, & ejus liberis) non exſtantibus, ſubſtituo Cajum, ſi Titius ſupervixerit teſtatori, licet poſtea deceſſerit ſine liberis, ceſſat fideicommiſſum. *Abb. conſil. 40. volum 1.* ¶ Regulariter filius naturalis non facit deficere fideicommiſſum factum, ſi ſine liberis *Gail. obſerv. 136. lib. 2.* ſi filii non ſunt ſpurii, alias ſecus. *Dec conſil. 413. num. 17. facit l. 79. §. volo. de legat. 2.* quod in filiis naturalibus legitimatis maxime obtinet. *Gail. d. obſerv. 136. num. 4. vide tamen Dec. conſil. 155. numer. final. & 185. numer. 9.* ¶ Idem in filio nato ex matrimonio putativo, puta contracto in gradu prohibito inter ignorantes. *Gail. d. obſerv. 136. numer. 9. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit 8. n. 24. Rot. Aven. deciſ. 70. in deciſ. diverſ. Tom. 3. Dec. conſ. 153.* ſecus inter ſcientes. *Dec. conſ. 154.* ¶ Fallit concluſio in filiis naturalibus illuſtrium perſonarum, quæ in aliquo dignitatis gradu, & populari obſervantia conſtitutæ ſunt, quia tales perſonæ non cenſentur de naturalibus liberis cogitaſſe. *Gail. d. obſerv. 136. num. 5.* ¶ Secundo fallit in Eccleſia ſubſtituta, nam illa naturalibus etiam legitimatis præfertur. *ibidem d. obſerv. 136. numer. 6. & Hippol. ſing. 131.* ¶ Tertio fallit, quando fideicommiſſum factum eſſet per illa verba, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis. *Gail. d. obſerv. 136. numer. 8. Natt. conſ. 368.*

Vel non.

Subſtitutio prima ſi erit fideicommiſſaria, licet primum fideicommiſſum deficiat, remanet apud hæredem cum onere ſuo, & ſic debetur ſecundo fideicommiſſario. *Dec. conſil. 417. numer. 8.* ¶ Quando teſtator fecit fideicommiſſum, deinceps prohibuit, quod hæres non poſſit intra tempus minoris ætatis bona alienare, non ob id poſt majorem ætatem cenſetur revocare, fideicommiſſum. *Dec. conſil. 386. vol. 2.* ¶ Neptis teſtatoris non facit deficere conditionem, ſub qua teſtator vocavit filios hæredesque ſuos his verbis, ſi deceſſerint ſine filiis, unus, vel plures ſuperſtites ſuccedant, nam hoc caſu neptis non excludit ſubſtitutum. *Menoch. conſ. 151. vol. 2.* ¶ Solum Sacerdotium non habetur loco filii, ideo non facit deficere fideicommiſſum, niſi gravatus intraret Eccleſiam ſecularem animo non exeundi, & illi ſe dedicaret, vel bona ſubjecta expendere ad pias cauſas. *Boer. dec. 245. n. 3.* ¶ Filia ex filia nõ dicitur

ex proprio corpore, nec facit deficere fideicommiſſum factum filiis de ſororibus, ſi deceſſerint ſine liberis ex eorum propriis corporibus procreatis. *Guid. Pap. q. 353.* ¶ Filia inſtituta, & gravata, ſi deceſſerit ſine liberis, procreans filios nsturales, tales filii non faciunt deficere fideicommiſſum. *Petr. de Raven. ſing. 519. Marc. de Mant. ſing. 347.*

Cap. XXXII. Quando renunciari poſſit, vel non.

Fideicommiſſo conditionali an, & quando cenſeatur renunciatum per diviſionem, & quid ſi fuerit ſervata legalis ſucceſſio, *D. Gaſp Teſ. q. For quaſt. 44 lib. 2.* ¶ An per tranſactionem vel diviſionẽ factam inter gravatos fideicommiſſo, illi cenſeatur renuncistum, vel non, *vide Ozaſ. deciſ. 112. Guid. Pap. q. 232. Boer. deciſ. 147. Mobed. deciſ. 156. Joſeph. Ludov. deciſ. 19. Peruſ. Franc. Marc. q. 245. Borg. Caval. deciſ. 7. de contract. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 25. Creſent. deciſ. 6. alias 277. de donatio. Dec. conſil. 79. 89. 267. 288. num. 15. 495. num. 17. Menoch. conſil. 289. libr. 3. Bartol. in l. 67. §. item quaſitum. ff. de condi. indebi. & in conſil. 1. vol. 2. l. 122. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Ad impediendum purificationem fideicommiſſi ſatis eſt, quod ſuperſit perſona in conditione poſita, licet ex facto proprio non poſſet ſuccedere. *Mago. deciſ. 102. numer. 8. Rot. Flor.*

Cap. XXXIII. Quando remitti poſſit vel non.

Fideicommiſſum reciprocum inter fratres remitti poteſt expreſſe. *Ozaſ. deciſ. 100. num. fin.* quæ remiſſio valet in præjudicium liberorum. *Boer. deciſ. 147. numer. 7. & 8. Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 19.* quando cenſeatur renunciatum fideicommiſſo maxime interveniente juramento, *vide Dec. conſil. 345. Menoch. conſ. 359. lib. 4.* ¶ Fideicommiſſum reciprocum pacto, vel trsnſactione remitti poteſt, nec prætextu alicujus circunventionis, aut minoris ætatis, reſcinditur remiſſio. *Ozaſ. deciſ. 112. n. 16. Guid. Pap. q. 232. Magon. deciſ. 92. Rot. Floren.* ¶ Fideicommiſſum dicitur conditio, & ſi teſtator gravet filios in morte de reſtituendo, ſi deceſſerint ſine liberis, & in codicillis revocaverit conditionem, videtur remittere fideicommiſſum. *Bart. in l. 1. C. de pact.*

Vel non.

Fideicommiſſum conditionale per verba quantumcunq; generalia non cenſetur remiſſum, ſi in remiſſione nulla fuerit facta mentio de fideicommiſſo, ſecundum communem, *vide Ozaſ. d. deciſ. 112. num. 14. Joſeph. Lud. deciſ. 19. Boer. deciſ. 147. Fem. deciſ. 20. part. 2. And. Gail. obſ. 139. lib. 2. Mag. deciſ. 92. Rot. Flor. facit. l. 79. §. hæreditatem, de leg. 2.* ¶ Limitatur reg. Primo per eundem *Ozaſ. deciſion. 112. numer. 17. & Menoch. conſil. 289. libr. 3.* ¶ Secundo limitatur, quando renunciatum ſuit juri de futuro, ſecundum *Boer. deciſ. 147. n. 13.* ¶ Tertio limitatur concluſio, ſi expreſſe fideicommiſſo renunciatum ſit caſu, quo hæredes tempore diviſionis ſcientiam fideicommiſſi habuerint, viſis, & inſpectis tabulis teſtamenti. *Gail. obſerv. 139. numer. 7. libr. 2. Boer. deciſ. 147. Cravet. conſ. 24.* ſecus non inſpectis, & viſis verbis teſtamenti. *Gail. ibid.* vel data ignorantia fideicommiſſi. *Mago. deciſ. 27 numer. 22. Rot. Flor. vide Bart. in l. ſub prætextu. C. de tranſact.* ¶ Quarto limitatur, quando in diviſione cuilibet libera alienandi poteſtas quandocunque in futurum, data ſit: nam tunc ſi res fideicommiſſo ſubjecta alienats ſit, emptor eveniente conditione à fideicommiſſario moleſtari non poteſt, cenſetur quoque data poteſtas alienandi, ſi expreſſe in diviſione dictum ſit, quod quilibet de ſua parte pro arbitrio diſponere, & quicquid velit ſcere poſſit, *vide Gail. obſerv. 139 num. 11. Mago. deciſ. 92. Menoch. conſil. 323. num. 15. libr. 4. Cravet. conſ. 24. num. 8. Rol. conſil. 34. num. 79. Natt. conſil. 530.* quod intellige data ſcientia fideicommiſſi. *Menoch. conſil. 87. vol. 1.* ſed quando ſcientia præſumatur, vide eundem *Menoch. d. conſil. 87. numer. 56. Cravet. conſil. 255.* ¶ Quinto limitatur reg. quando alteratur forma teſtamenti paterni per contractum diviſionis: quia nova cauſa dicitur ratione alterationis, quando antiqua alteratur. *Crav. conſil. 24. n. 14.* ¶ Sexto, quando per diviſionem, vel poſt eam ſuit præſcriptum. *Dec. conſ. 267.* ¶ Septimo, quando in diviſione apponuntur verba multum prægnantia, puta dividentes remittunt omnia jura quomodocunque, & qualitercunque competentia, & competitura, tunc enim cenſetur remiſſum fideicom̃iſſum conditionale. *Cra. conſ. n. 11. 34. Rol. conſ. 34. vol. 4. num. 77 & Menoch. conſil. 87. vol. 1.* ¶ Octavo, quando dividentes promiſerunt attendere, & obſervare, & non contravenire aliqua ratione, vel cauſa, cenſetur remiſſum fideicommiſſum. *Menoch. conſ. 323. num. 41. lib. 4.* ¶ Nono, quando verba generalia ad jus referri aliud nequeunt, niſi ad remiſſionem fideicommiſſi. *Crav. conſ. 1. pro genero n. 343. Men. conſ. 87. n. 20. & 23. vol. 1.*

Cap. XXXIV. Fideicommiſſarius ſubſtitutus quis dicatur, vel non.

Fideicommiſſarius univerſalis in effectu hæres eſſe videtur. *l. 5. §. fi. ff. quod cum eo.* ¶ Fideicommiſtarii conſtituti in teſtamento, nullis datis aliis hæredibus, habentur loco hæredum. *Bart. in l. Centurio, num. 21. ff. eod.* ¶ Subſtitutus caſu, quo hæres deceſſerit ſine liberis, qui ſunt primo loco ſubſtituti, tacite eſt etiam ſubſtitutus ipſius liberis, in caſu ſimili. *vide Pap. libr. 20. t. 3. arreſt.* 8. ¶ Teſtator unicum filium habens, ac duas filias, & ex alia filia præmortua nepotes, filium inſtituit univerſalem hæredem, cui ſubſtituit, ſi ſine liberis, dicta filia, & nepotes ex alia præmortua, vivente adhuc hærede univerſali deceſſit altera ſoror ſubſtituta relictis filiis, poſtea deceſſit dictus hæres ſine liberis, quærebatur, an iſti filii filiæ teſtatoris, præmortuæ, & vocatæ, cenſerentur ſubſtituti loco matris, adeo quod poſſint admitti cum aliis ſubſtitutis, fuit deciſum pro parte negativa, ut teſtatur *Mago. deciſ. Luc. 82.* ¶ Teſtator inſtituit Alexandrum, & Benedictum ſuos filios, ſubſtituendo unum alteri decedenti ſine filiis legitimis, & naturalibus ſimul, vel nsturalibus tsntum, deficientibus filiis legitimis. & naturalibus ſimul, filii naturales tantum ſuccedere debeant eorum patri, deinde deceſſit Benedictus relictis Jacobo filio naturali, & Franciſco filio legitimo, & naturali, poſtes deceſſit d. Franciſcus relicto Alexando patruo, dubitatum fuit, an Alexander dicatur ſubſtitutus ipſi Frsnciſco ejus nepoti ex fratre, ſicut erat ſubſtitutus d. fratri, fuit reſponſum pro parte affirmativa per *Crav. conſil 326.* ¶ Si teſtator inſtituerit duos nepotes ex Sejo fratre in una dimidia hæreditatis, & alios quatuor nepotes ex alio fratre in alia dimidia, eoſq; invicẽ ſubſtituerit, tunc cenſentur ſubſtituti, ſicut ſunt inſtituti reſpective. *Dec. conſ. 186.* nam teſtatoris voluntas debet intelligi in ſubſtitutione, ſecundum inſtitutionem. *Dec. conſ. 270. num. 4.* ¶ Fideicommiſſarius non dicitur legitimus contradictor, qusndo ejus poſſeſſio eſt vitioſa. *Crav. conſ. 299. num. 5.* ¶ Si teſtator ſubſtituerit hæredi ſuo proprium filium dicti ſui hæredis, quem voluit ejus cognomen, & srma portari, ſi hæres hsbuerit plures filios, primus cenſetur ſubſtitutus. *Guid. quaſt. 467. vide tamen ibid.* ¶ Fideicommiſſarius eſt hæres etiam de jure civili, utiliter tamen. *Bart. in l. 1. § poſt ſuos ff. de ſuis, & legit. hæred.* ¶ Fideicommiſtsrius univerſalis quando ſit legitimus contradictor, *vide Bartol. in l. 3. §. ſin autem. numer. 22. de edicto. divi. Adria. tollen.* vide de materia ſpectante ad hunc tit. *per Bart. in ti. C. ad Senatuſc. Trebel.* ¶ His verbis factum fideicommiſſum, inſtituo, & ſubſtituo Petrum, & Joannem fratres meos utrunque

eorum

corum pro medietate, & eorum filios, & deſcendentes maſculos, tunc quia circa filios, & deſcendentes nullum fuit adjectum verbum ſignificans tractum temporis ſucceſſivum, ſequitur eos filios, & deſcendentes non fuiſſe invicem per fideicommiſſum ſubſtitutos, *vide Menoch. conſ. 376. lib. 4. num. 10.*

Cap. XXXV. Quando excludatur, vel alios excludat, vel non.

Quando inſtitutus eſt aliquis de familia domus ſub hac conditione ſi deceſſerit ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus, ſubſtituat teſtator proximiores de familia: An ad hanc ſubſtitutionem fideicommiſſariam debeat admitti proximior teſtatori, an proximior agnato de eadem familia, & quod ſuccedat proximior gravato inſtituto ſub conditione, *Rol. conſil. 100. Tom. 1.* ¶ In fideicommiſſo facto, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis, relinquens nepotem, ſubſtitutus excluditur, nam hoc caſu nepos facit deficere conditionem. *Rot. Aven. deciſ. 84. in deciſ. diverſ.* & excludit ſubſtitutum. *Gail. obſ. 139. num. 11. lib. 2.* ¶ Teſtator inſtituit ſuum primum filium hæredem univerſalem, cui decedenti ſine liberis ſubſtituit ſecundum filium, cui ſecundo in dicto caſu ſubſtituit tertium, & ipſi tertio pariter decedenti ſine liberis ſubſtituit quartum, moritur ſecundus ſine liberis, poſtea tertius relictis liberis, demum moritur primus hæres univerſalis ſine filiis, fuit orta controverſia inter filios tertii ſubſtituti, prædefuncti, & quartum filium ſubſtitutum, ſuper bonis dicto fideicommiſſo ſubjectis, judicatum fuit pro filiis tertii ſubſtituti, excluſo quarto, ita teſtatur *Papo. lib. 20. tit. 3. arreſt. 13.* ¶ Quando monaſterium excluditur per ſubſtitutum, poſſidet tamen bona durante vita Monachi. *Boer. deciſ. 354. num. 4. Bartol. in l. 48. §. Cornelio, ff. de jure fiſci.* ¶ Extraneus rogatus per fideicommiſſum reſtituere alteri extraneo, ſi res fideicommiſſo ſubjectas cœperit dilapidare, cogi poteſt de facto reſtituere: idem eſt in patre gravato reſtituere filio. *Anguſt. Bero. quæſt. 72.* ¶ Facta ſubſtitutione, ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus inſtitutus deceſſerit, an ſubſtitutus excludatur à filio ſpurio legitimato, *vide Afflict. deciſ. 386. & ſupra tit. legitimati filii quando faciunt deſic. fideicommiſſ.* ¶ Quando dubitatur, an maſculi in fideicommiſſo excludant ſorores, vel fœminas ex verbis, vel mente teſtatoris, licet ſint in eodem gradu, quid juris, *vide Menoch. conſ. 315. libr. 4.* ¶ Mater filias inſtituit hæredes particulares, & duos filios hæredes univerſales cum conditione, quod ſi quis ipſorum hæredum univerſalium deceſſerit ſine filiis, alter ſuperſtes ei ſuccederet, defuncto altero hæredum univerſalium relictis filiabus ſolum, patruus ſubſtitutus excludit filias neptes: quia hoc in caſu, maſculinum non concipit fœmininum. *Rol. conſ. 82. vol. 3.* ¶ Quando fit ſubſtitutio de agnatis, nepotes ex filio filii excludunt nepotes ex filiabus, *Boer. deciſ. 147. num. 16.* ſed ſi ſubſtituti eſſent extranei, tunc non excluderent ex filia. *ibid. num. 17.* vide tamen *ibid.* ¶ Quatenus teſtator dilexit in inſtituendo, cenſetur dilexiſſe ſubſtituendo, hinc infertur, quod ſi teſtator in inſtitutione excludat fœminas propter maſculos, cenſeatur eas pariter voluiſſe excludere in ſubſtitutione, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum quæſt. 76. num. 14.* ¶ Filii vocati contemplatione patris, patre excluſo, ipſi cenſentur quoque excluſi. *Raud. tract. de analog. c. 38. num. 121.*

Vel non.

Si teſtator primo ſubſtituto decedenti ſine liberis ſubſtituerit primogenitum natum, & procreatum ex Solomea ejus ſorore, ſub quovis nomine contingat eum nominari, ita tamen quod faciat ſe inſcribi de domo ipſius teſtatoris, mortuo ipſo primogenito ante eventum conditionis fideicommiſſi, ſecundogenitus non cenſetur vocatus ad ipſum fideicommiſſum, ſed ultimus fideicommiſſarius, qui erat ſubſtitutus de primogenito. *Menoch. conſil. 97. volum. 1.* ¶ Propter impotentiam coeundi, vel aliter habendi filios, gravatus non excluditur ſua vita durante. *Boer. deciſ. 354. numer. fin.* ¶ Monaſterium ſecundum magis communem liberos ſubſtitutos non excludit, ubicunque facta eſt ſubſtitutio ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore legitime procreatis, aut ex legitimo matrimonio natis, tunc enim Monaſterium non habetur loco filii, ingrediente gravato Religionem. *Ozaſ. deciſ. 226. num. 18. Boer. deciſ. 354. vide Jac. Put. deciſ. 55. libr. 1. Vincent. de Franc. deciſ. 29. Guid. Pap. q. 353. Borg. Caval. deciſ. 9. de contract. part. 2. num. 83. Crav. conſil. 152. Dec. conſil. 298. 410. 426.* ¶ Diſtinctio vera affertur, qua diverſæ Doctorum opiniones conciliantur in quæſtione illa, an Monaſterium excludat ſubſtitutum. *per Ozaſ. d. deciſ. 226. num. 24. vide Franc. Mant. de conject. ulti. volunt. lib. 11. tit. 7. And. Gail. obſerv. 136. lib. 2. numer. 7. & Aug. Boer. quæſt. 24.* alias Monaſterium habetur loco filii, ut faciat deficere fideicommiſſum. *Guid. Pap. q. 477. & ſing. 55.* & bona applicantur ipſi Monaſterio: fallit, ſi fuerit ſubſtitutus locus pius. *c. 8. ext. de probatio. & & ibid. gloſſ.* ſed quando Monaſterium, de Eccleſia excludat ſubſtitutum, vide Reg. cum limitationibus per *Franc. Mant. de conject. ulti. volunt. lib. 11. tit. 7.* ¶ Subſtitutus non excluditur per perſonam magis dilectam, quando gravatus fecit teſtamentum, per quod perſona illa magis dilecta non ſuccedit. *Crav. conſil. 113 num. 4.* & non valet argumentum, minus quis dilectus eſt, ergo fortius cenſetur gravatus. *Cravet. conſil. 161. numer. 17.* ¶ Si teſtator dicat, inſtituo filium, & ſi ſine liberis deceſſerit illi Titium ſubſtituo, ſi filius hæres relinquat filium, qui ingrediatur Religionem fratrum minorum, non excluditur ſubſtitutus. *Boer. d. deciſ. 354.* ¶ Si dicat ſubſtituto, ſi filius efficiatur Sacerdos, perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis. *ibid.*

Cap. XXXVI. Quæ facere poſſit, vel non.

Hæres gravatus fideicommiſſo reſtituere rem propriam, an poſſit retinere per ſe, vel ejus hæredes pretium illius rei, & quid ſi fideicommiſſum veniat ex tacito teſtatoris judicio? *D. Gaſp. Teſ. quæſt. 69. lib. 2.* ¶ Alienandi licentia, ſive beneficio non gaudet ille, qui animo evertendi fideicommiſſum alienat. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 13.* ¶ Fideicommiſſarius ultimus poteſt adire ſubjecta reſtitutioni, & libere diſponere, quando non ſupereſt alius, qui petitionem habeat. *Natt. conſ. 191. n. 4. Tom. 1. & Menoch. conſil. 133. lib. 3.* ¶ Hæres qui deducit ſororem pro alimentis, cavere debet fideicommiſſario de ipſa ſorte reſtituenda, mortuis legatariis. *leg. maritus. §. 1. ff. ad leg. Fal.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis habet tempus ad deliberandum, & poteſt facere inventarium ex perſona ſua. *Bartol. in l. 1. §. ait Prætor. ff. de jure deliberan.* ¶ Subſtitutus per fideicommiſſum habet jus ſuccedendi, & ſpeciem ſeparatam per ſe, *Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred.*

Cap. XXXVII. Ad quæ teneatur, vel non.

An hæres gravatus reſtituere fideicomm. pendente conditione debeat imputare ſibi fructus perceptos per dictum gravatum. *Rol. conſil. 31. Tom. 4.* ¶ Teſtamento rupto nativitate filii ignoranter præteriti, an ſic filius præteritus tanquam ſuccedens ab inteſtato teſtatoris hæreditatem reſtituere per fideicommiſſum per clauſulam codicillarem in teſtamento deſcriptam hæredi univerſali nominato in teſtamento tenea-

teneatur, *Rol. conſil. 7. Tom. 4.* ¶ Fideicommiſſarius conditionis eventum probare tenetur, *Jo. Pet. Surd. deciſ. 210.* ¶ Fideicommiſſarium ſe allegsns non propterea dicit, quod ei fuerit reſtituta hæreditas, & hæres gravatus ſolet cogi adire. *Joſ. Lud. deciſ. 40. Luc.* ¶ Si fuerint factæ plures ſubſtitutiones cum aliquo onere relicto in eventum alicujus conditionis, ipſa conditione purificata, tale onus ſpectat ad ultimum ſubſtitutũ. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 15.* ¶ Ad onus fideicommiſſsrii ſpectat ſolutio legatorum inſolidum. *Bart. in l. 2. ff. ad Tre.* intellige de legatis teſtatoris, ſed quid de funeris impenſa, *vide Guid. Pap. q. 296. DD. de Rom. deciſ. 12. tit. de teſtam. in antiq.* ¶ An hæres, vel fideicommiſſarius teneatur ad ſolutionem legatorum. *Crav. conſ. 16.* quod fideicommiſſarius teneatur (niſi eſſent legata annua, quæ ſolvi debent de fructibus) ſcribit *Natt. conſ. 321. vide conſil. 323.* ¶ Onus talearum pendente conditione fideicommiſſi, videtur pertinere ad hæredem gravatum percipientem fructus. *Crav. conſ. 315.* ¶ Quando mulier conſtituit ſibi dotem de bonis ſubjectis fideicommiſſo, ſi eam recuperet, non tenetur amplius fideicommiſſario illam reſtituere. *Crav. d. conſ. 186. num. 12.* ¶ Scientiam sliensntis deducere debet ille, qui petit rem fideicommiſſo ſubjectam male alienatam. *Ozaſ. deciſ. 73. num. fin.* alias non obtinebit. *Rip. in l. ſi luxſa. §. Dioi. n. 11. de leg. 1.* quis tenetur probare ſcientiam, vel ignorsntiam, *vide Dec. conſ. 236. num. 7.* quando ſcientia præſumatur, *Rol. conſ. 81. vol. 2.* ¶ Fideicommiſſarius non obſervans præcepta juſta, & non implens teſtatoris voluntatem, amittit omne commodum ſibi relictum. *Natt. conſ. 675. num. 17.* ¶ Hæres, & non fideicommiſſarius tenetur ſolvere uſuras decurſas (durante tempore reſtitutionis) creditoribus hæreditariis, ſi fuerit interpellatus, & denegaverit ſolvere; alias ſecus. *Vinc. de Fran. deciſ. 49.* ¶ Fideicommiſſsrius non faciens inventarium tenetur ad omnia onera hæreditaria, etiam ultra vires hæreditatis. *Crav. conſ. 19. num. 16.* tamen non tenetur ad onera hæredis gravati, licet contracta ex cauſa hæreditaria, aut occsſione hæreditatis. *Crav. conſ. 19. num. 17.* ¶ Fideicommiſſarii non tenentur ad æs alienum, hæredis gravati. *Crav. d. conſ. 295.*

Cap. XXXVIII. Vocatus quis dicatur, vel non.

Uxor inſtituta in uſufructu ad vitam, alio inſtituto poſt ipſius uxoris obitum, cenſetur gravata per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate: tamen præmoriente inſtituto, ſeu ſubſtituto in proprietate, dicta uxor remanet domina, & hæres univerſalis etiam in ipſa proprietate. *Menoch. conſil. 273. lib. 3. vide conſil. 373.* ¶ Quando teſtsior vocavit aliquem naſciturum poſt triennium, an cenſeatur vocatus, ſi naſcatur ante triennium, & quid, quando dubitatur, an voluerit eum vocare ſolum, ſi naſcatur poſt triennium à die mortis teſtatoris, *vide Menoch. conſ. 339. lib. 4.* ¶ Quando in una diſpoſitione concurrunt plures ex prædictis conjecturis, tunc poſiti in conditione ſine difficultate debent cenſeri vocati: uti ſcribit idem *Meno. conſ. 393. & 394. lib. 4.* ¶ Filii poſiti in conditione, qui ex conjecturis vocati dicuntur, an cenſeantur etiam gravati ſubſtitutis hæreditatem reſtituere, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 96. num. 32.* ¶ Filii poſiti in conditione, quibus conjecturis cenſeantur vocati, *vide Jac. Put. deciſ. 215. lib. 3. Magon. deciſ. 27. & 73. Rot. Flor. Menoch. conſil. 135. libr. 2. Crav. conſil. 62. & conſil. 98. Perilluſtriſ. D. P. Theſſ. deciſ. 60. & 96.* ¶ Filii poſiti in conditione, an dicantur prædilecti ſubſtitutis, & quæ requirantur, ut poſſint dici prædilecti. *Cravet. conſ. 109.* ¶ Quæ ſint utilitates, quando filii poſiti in conditione cenſentur, vocati ex teſtamento, *vide Boer. deciſ. 155. numer. 10.* ¶ Subſtitutio facta de proprio filio, ſuſceptis pluribus filiis, primus cenſetur vocatus. *Pap. arreſt. 14. lib. 20. tit. 3.* ¶ Illud tamen notandum eſt, quod quando filii poſiti in conditione cenſentur vocati, intelliguntur ſubſtituti in portione patris duntaxat, cujus ratione ſunt in conditione poſiti non patrui cohæredis dati. *Crav. conſ. 130. num. 5. & conſ. 306. Mant. d. l. 11. tit. 3. num. 27.*

Vel non.

In fideicommiſſis duæ dantur regulæ, prima, filios poſitos in conditione non cenſeri vocatos: ſecunda, poſitos in diſpoſitione tacita, vel expreſſa cenſeri vocatos, & de ambabus regulis ſcribuntur exempla per eundem *Boer. d. deciſ. 155. numero 14. 15.* ¶ Filii poſiti in conditione regulariter non cenſentur vocati ex tacita mente teſtatoris: ideo non poſſiut revocare alienata per patrem inſtitutum, & gravatum, ſi ſine liberis deceſſerit, ſed tsntum ei ſuccedunt ab inteſtato, *Guid. Pap. quaſt. 39. Boer. deciſ. 147. numer. 14. & deciſ. 155. num. 16. Andr. Gail. obſerv. 136. libr. 2. numer. 18. Magon. deciſ. 27. Rot. Flor. Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 9. Magon. deciſ. 27. Rot. Flor. Crav. conſil. 155. Clar. §. teſtamentum. quaſt. 77. & 79. Dec. conſil. 292. & 422. & conſil. 545. Roland. conſil. 51. vol. 3. & conſil. 43. vol. 4. Pet. Gerar. ſingul. 61. Menoch. conſil. 135. 152. 196. lib. 2. vide Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 2. Natt. conſ. 551. Bartol. in l. 23. ff. ſolut. matrim. & in leg. Lucius 85. poſt gloſſ. ibid. ff. de hæred. inſtituen. & Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 96.* ¶ Regula tamen limitatur pluribus in caſibus: Primo, quando ſunt in fideicommiſſo plures gradus ſubſtitutionum, veluti ſi eſſet facta inſtitutio, & ſubſtitutio hoc modo, ſi filius meus hæres deceſſerit ſine liberis, vel liberi ejus ſine liberis, volo bona mea devenire ad Sempronium: nam hoc caſu cum videatur teſtator gravaſſe liberos filii de reſtituendo, videtur eos facile ſubſtituiſſe hæredi ſuo. *Guid. dict. quaſt. 39. & quæſtio. 184. Boer. deciſio. 147. numero 15. deciſio. 155. numer. 21. & 28. & deciſ. 158. vide Clar. in d. §. teſtamentum quaſt. 78. & ſeqq. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 10. Rand. tract. de Analog. cap. 37. num. 108. Cravet. conſil. 130. num. 3. & conſil. 155. Clar. in §. teſtamentum. quaſt. 78. & queſt. 79. Rol. conſil. 18. vol. 4. Menoch. conſil. 277. num. 5. & conſ. 347. libr. 4. Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 11. tit. 3. Menoch. conſil. 135. 277. num. 4 325. num. 13. 348. & 376. lib. 3. Bart. in l. 3. de legat. 3. Perilluſt. D. Praſ. Theſſau. deciſ. 96. num. 10. vide tamen Mago. deciſ. 27. num. 12. Rot. Flor. Dec. conſil. 422. Rol. conſ. 34. n. 36. vol. 4.* qui tenent contrarium. ¶ Digreſſio per plures gradus ſubſtitutionis per ſe non ſufficit, ut filii poſiti in conditione cenſeantur vocsti, ſcribunt *Mago. deciſ. 27. numer. 9. Rot. Flor. & deciſ. 73. num. 6. Rol. conſil. 51. vol. 3. num. 9. & conſil. 43. n. 38. vol. 4. vide Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 69. numero 15.* tamen ſufficit, ſi fiſt ſua qualitate maſculinitatis, & ſubſtituti vocati ſint de deſcendentibus. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 12.* ¶ Qusndo teſtator digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum, ſignificat ſe velle onus fideicommiſſi, & reſtitutionis eſſe debere omnibus gradatim, & ſucceſſive injunctum, & ſe nullo pacto velle, quod ſubſtituto uno adeunte hæreditatem, illud extinctum ſit. *Menoch. conſil. 220. lib. 3. vide conſil. 277. eo. libr. & conſil. 310. lib. 4.* ¶ Secundo ſi teſtator inſtituat filias hæredes particulares, & filios univerſales, ipſoſque adinvicem ſubſtituendo caſu, quo ſine liberis maſculis decederent prohibendo, quod nullæ fœminæ ſuccederent ipſis tamen dotatis, utrum hoc caſu filii maſculi poſiti in conditione cenſeantur vocati, *vide Guid. quaſt. 299. Boer. deciſ. 155. numero 25. & 28. Clar. in §. teſtamentum. q. 78. & ſeq.* an qualitas maſculinitatis ſufficiat, *vide Magon. deciſ. 27. numer. 6. Rot. Floren. Pap. libr. 20. titul. 3. arreſt. 11. Cravet. conſil. 62. & conſil. 130. Clar. in §.*

teſtam-

teſtamentum. quæſt. 79. Dec. conſ. 270. numer. 5. 8. conſil. 319. 545. & conſil. 574. num. 6. Natt. conſil. 551. num. 13. Menoch. conſil. 152. vol. 2. & conſil. 197. numer. 4. ubi, quid, quando qualitas maſculinitatis eſt geminata, & repetita, *vide eundem Menoch. conſil. 277. 310. numer. 30. lib. 3. & conſil. 392. libr. 4. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 3.* ¶ Quod qualitas maſculinitatis non ſufficiat ad hoc, ut filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſcribunt *Cravete. conſil. 155. Natt. conſil. 551. numer. 14. Rol. conſil. 51. numer. 5. vol. 3. conſil. 34. num. 63. vol. 1. vide Mant. lib. 11. tit. 3. & Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 96.* ¶ Tertio limitatur regula, quando teſtator prohibuiſſet alienationem bonorum, *Boer. deciſ. 155. num. 35. Gaſp. Cabal. milleloq. 458. Menoch. conſil. 325. num. 12. lib. 4. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 14.* nam quoties concurrunt prohibitio alienandi, & gravamen de reſtituendo totum, eo ipſo primi prohibiti cenſentur ad totum vocati, *idem Cabal. milleloq. 460.* ¶ Quarto limitatur reg. quando filiabus certum quid relinquitur, & à reliqua hæreditate excluduntur. *Crav. conſ. 130. num. 4. Menoch. conſil. 399. num. 19. & conſil. 394. num. 18. lib. 4.* maxime quando teſtator excludit non ſolum propriaa filias, ſed etiam neptes. *Menoch. conſil. 197. numer. 6. libr. 2* ¶ Quinto limita, quando ſequeretur abſurdum, ut ſi extraneus ſubſtitutus præferretur liberis, & deſcendentibus teſtatoria. *Cravec. conſil. 326. vide Menoch. conſil. 393. numer. 28. & 394. lib. 4.* ¶ Sexto limita, quando teſtator plus quam ſemel filios poſuit in conditione. *Menoch. conſil. 135. num. 7. lib. 2. & conſil. 225. num. 11. ibid.* ¶ Septimo, quando ſunt poſiti in conditione in fideicommiſſaria ſubſtitutione. *Menoch. d. conſ. 135. num. 11. vide conſil. 393. ibid.* ¶ Octavo limita reg. in ſubſtitutionibus factis in contractibus, in quibus poſiti in conditione cenſentur vocati. *Menoch. d. conſ. 135. num. 9. libr. 4.* ¶ Nono, quando filii ſunt poſiti in conditione ſub ea qualitate, quod eſſent ligitimi, de legitimo matrimonio procreati. *Menoch. d. conſil. 325. numer. 10. Franc. Mant. libr. 11. tit. 3. num. 7.* ¶ Decimo limita, quando conſtat diſponentes voluiſſe bona conſervari in agnatione, & familia. *Menoch. conſil. 325. num. 14. & conſil. 393. num. 32. lib. 4. Franc. Mant. d. lib. 11. tit. 3. num. 15. Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 96. n. 15. & ſeqq.* ¶ Undecimo, quando poſitus in conditione ejus favore excludit illum, qui eum in totum, vel in parte excluſiſſet. *Menoch. d. conſ. 425. num. 6.* ¶ Duodecimo, quando filii ſunt poſiti in conditione per ablativum abſolutum, qui vocationem ſignificat. *Menoch. conſ 393. numer. 12. lib. 4. & conſil. 394. num. 10. ibid.* vide tamen *Mant. d. lib. 11. titul. 4. numer. 24.* ubi videtur tenere contrarium. ¶ Hæ conjecturæ vocationis non procedunt cum ultra conditionem ſi ſine liberis: eſſet etiam copulative alia adjecta conditio, ſcil. ſi ſine teſtamento, vel ſine bonorum alienatione; tunc non poſſunt venire filii poſiti in conditione tanquam ſubſtituti, *Joſeph. Ruſti. lib. 5. cap. 9. num. 14. Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. numer. 803. Menoch. de præſumpt. 37. lib. 4.* ¶ Teſtator ſi dixerit, ſi tales mei hæredes deceſſerint, volo quod omnia bona deveniant ad Titium, talis ſubſtitutua, non videtur vocatus, niſi defunctis omnibus hæredibus inſtitutis, niſi aliter ſervaretur ex præſumpta defuncti voluntate. *Abb. conſ. 103. lib. 2.* ¶ Liberi nati tempore mortis hæredum ſi ſubſtituantur nati poſt mortem hæredum non videntur invitati, ſecùs ſi teſtator ſimpliciter locutus fuiſſet de liberis, tunc enim tales liberi quandocunque nati forent, eſſent invitati ad ſucceſſionem. *Guid. Pap. q. 511. vide q. 612.* ¶ Si teſtator inſtituerit filios maſculos hæredes, & filiam in certa quantitate, deinde diſpoſuerit, quod ſi aliquis eorum ſine liberia deceſſerit, portio ejus ad ſuperviventes devenerit, ex tali ſubſtitutione non cenſetur vocata filia hæres particularis inſtituta. *Dec. conſ. 547. num. 6.* ¶ Fideicommiſſum injunctum filiis, ad filios filiorum non extenditur. *Rot. Aven. dec. 37. in deciſ. diverſ. Tom. 3.*

TITULUS DCXXXVII.

De fideicommiſſis relictis proximioribus, agnationi, familiæ, primogenito, deſcendentibus, linea, generi, antiquioribus, & domui.

Cap. I. Fideicommiſſum: ſubſtitutio. Qualis. Quibus modis intelligatur.

Differentia conſtituitur inter eum, qui dicit ſe de familia, & eum, qui de domo, & cognatione ſe profitetur. *Ozaſ. deciſ. 127. num. 7.* ¶ Subſtituto agnato maſculo proximiore, ubi deficiat linea hæredia, intelligitur de eo, qui eſt proximior tempore conditionia purificatæ. *Raud. de analog. cap. 13. num. 18.* ¶ Inſtituens primum maſculum ſemper hæredem, an in uno ſolo diſpoſitio verificetur, vel omnea cenſeantur vocati, *vide Boer. deciſ. 158.* & de ſignificatione dictionis, ſemper, vel omni tempore, *vide ibid.* ¶ Ubi adſunt extraneæ perſonæ non eſt ſimpliciter habita ratio agnationis, *Raud. tract. de Analog. cap. 15. num. 336.* ſed agnationis ratio, quando cenſeatur habita, *vide ibid. num. 330. 332. & 336.* ¶ Filia, quæ tempore matrimonii fecit pacem, & finem, & amplam renunciationem favore filiorum maſculorum, dicitur etiam renunciare bonia ſubjectis fideicommiſſo facto, ut bona conſerventur in agnatione. *Menoch. conſ. 197. nu. 73. vol. 2.* ¶ Ex quibus conjecturis colligatur teſtatorem voluiſſe bona in ſua familia conſervari, *vide per Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15.* ¶ Hæreditas per fideicommiſſum delata primogenito, intelligitur de eo, qui vivit tempore delatæ ſucceſſionis: ideo ante defunctus nullum jua tranſmittit ad filium, qui propterea excluditur à patruo ſecundogenito, quando poſt primogenitum fuit vocatus major natu ſucceſſive. *Menoch. conſ. 269. lib. 3.* ¶ Subſtitutio ſi fuerit facta, puta de domo Bardorum, intelliguntur ſubſtituti omnes de Bardis. *Bartol. in leg. unica. C. de conducto. & procurator. lib. 11.* ¶ Subſtitutio facta de duobus antiquioribus de domo, verificatur in primis, & illis deficientibus in ſequentibus, & ſic de gradu in gradum, quæ extenſio fit favore agnationis, ut bona conſerventur in familia. *Cravet. conſil. 161. numer. 6.*

Cap. II. Quando probetur.

Quando relinquitur fideicommiſſum proximiori, qualiter proximitaa debeat probari, & quæ exceptiones poſſint adduci contra teſtes de ipſa deponentes, *vide Cravet. conſ. 249. Dec. conſil. 322.* ſed quid, ſi mulier ſit proximior, & extet ſtatutum excludena fœminas propter maſculos, *vide eundem Crav. conſ. 250.*

Cap. III. Quando inducatur, vel non.

Licet in dubio fideicommiſſum non inducatur; tamen quando teſtator digreditur, ad plures gradus ſubſtitutionum, ſignificatque ſe velle onua reſtitutionis fideicommiſſi eſſe debere omnibus gradatim, & ſucceſſive injunctum, & conſtat fideicommiſſum eſſe perpetuum, tunc ſemper cenſetur durare de perſona in perſonam. *Menoch. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Subſtitutio reciproca fideicommiſſum inducit, quando inter deſcendentes fuit appoſitum verbum, ut bona remaneant, &c. tractum, effectumque ſucceſſivum ſignificans, quare tunc non ſufficit, quod ipſa bona perveniant ad unum ex filiis, vel deſcendentibus, ſed debent ſucceſſive ad

lum admittuntut excluſa nepte filia filii primogeniti, & pronepte teſtatoris, quæ non poteſt ſubintrare in locum patris, ut concurrat cum amita expreſſa vocata à teſtatore, *Menoch. conſil. 215. lib. 3.* ¶ Quando teſtator in ſubſtitutione vocavit primogenitum, puta fratris ſui, & ipſo decedente ſine filiis, vocaverit alium primogenitom alterius fratris tunc mortuo primogenito primo loco vocato ſine filiia, debet admitti alter primogenitus ſecundo loco vocatus excluſo fratre primogeniti vocati. *Menoch. conſ. 229. libr. 3.* ¶ Ad dictum fideicommiſſum relictum pioximioribus, admittuntur proximiores exiſtentes tempore evenientis conditionis, & non tempore mottis teſtatoris. *Rol. conſ. 38. 39. vol. 3.* ¶ Si hæredibus, ſeu eorum deſcendentibus ſubſtituatur propinquior de gradu parentelæ, eveniente caſu ſubſtitutionis, ſi plures propinquiorea repeiiantur in eodem gradu omnes admittuntur etiam fœminæ non obſtante, quod vocati ſint pet numerum ſingulatem. *Cravet. conſil. 161. Rol. conſ. 38. vol. 4. num. 46.* ſed ipſi ſubſtituti propinquiores, non cenſentur invicem ſubſtituti, quia in peiſona cujuslibet ipſorum finitur ſubſtitutio. *Crav. conſ. 161. vide conſ. 180.*

Vel non.

Subſtituti ſub conditione deficientis lineæ maſculorum, non admittuntur, quamdiu eſt ſpes propagationis lineæ, *Vinc. de Franc. deciſ. 169. num. 13.* ¶ Lineæ rectæ illi eſſe dicuntur, qui ſunt de linea teſtatoris, itaque de ea, quæ à patre deſcendit: ideo filius deſcendens ex filia, non dicitur de linea ipſius teſtatoris, & conſequenter non admittitur, ad fideicommiſſum relictum lineæ rectæ. *Menoch. conſil. 326. num. 83. lib. 4.* tamen filia deſcendentis maſculi dicitur de linea teſtatoris, ideo non erit locus fideicommiſſo, ſi gravatus (deficiente linea ipſius) deceſſerit relicta filia. *Menoch. conſ. 379. libr. 4.* ¶ Quando excluſis fœminis, filii maſculi vocantur, non admittuntur maſculi ex fœminis deſcendentibus, niſi deficientibus omnibus maſculis vocatis, *Crav. conſ. 22. num. fin.*

Cap. VIII. Qui ſuccedat.

Analogum nomen, agnatus, in materia favorabili (ubi bona debent eſſe penes unom) importat, quod poſt extinctionem admiſſi, alius ſuccedat, ita pronunciavit Senatus Mediol. *vide Raud. tract. de analog. lib. 1. cap. 13. num. 18.* ¶ Pariter, quando teſtator fideicommiſſum reliquit, ut deferatur primogenito tantum, primo admiſſo, cæteri omnes primogeniti ab eo deſcendentes gradatim ſuccedunt excluſo patruo, & cæteris tranſverſalibus. *Menoch. conſil. 106. libr. 2. num. 362.*

Cap. IX. Qui effectus producantur, vel non.

Clauſula; item volo, quod ſi aliquis ex deſcendentibus deceſſerit ſine filiis legitimis, bona perveniant in alios maſculos, & legitimos proximiores, & hoc quia volo, quod conſerventur in deſcendentibus meis & in agnatione, non includit monialem. *Raud. tract. de analog. lib. 1. c. 9 num. 11.* ¶ Clauſula volens, quod bona perpetuo in familia conſerventur, prohibet fœminas à ſucceſſione hujuſmodi bonorum. *ibid. num. 8.* ¶ Fœmina excluſa à ſubſtitutione ob id, quod extra familiam ſit, an prohibeatut capere pro ſe tantum, & ejus vita durante, *vide ibid. num. fin.* ¶ Alienatione rei extra familiam prohibita, ſi illi omnes conſentiant, talis conſenſus non præjudicat naſcituris. *Guid. Pap. quæſt. 361.* ¶ Quando fideicommiſſum reſpicit certum genus perſonarum alicujus familiæ, tunc gravatus non poteſt teſtari de bonis ſubjectis inſtituendo remotiorem in gradu non vocatum, licet ſit ejuſdem familiæ ſecus ſi fuerit ſolum gravatus de reſtituendo uni de familia. *Menoch. conſ. 277. num. 25. libr. 3.*

Cap. X. Quando expiret: deficiat, vel non.

Subſtitutio facta de propinquiore, ſeu generis, expirat mortuo propinquiore, *Cravet. conſ 180.* ¶ Subſtitutio facta his verbis, decedente quandocunque Titio hærede tunc, & eo caſu ſubſtituto Sebaſtianum filium dicti hæredis, & omnes alios filios maſculos legitimos, & naturales naſcituros, & poſt præfatum Sebaſtianum ſubſtitutum, filios maſculos ex eo naſcituros, & ex aliis ſubſtitutis quos etiam omnes adinvicem ſubſtituo, ſi ipſi, vel aliquis ipſorum ſine filiis maſculis deceſſerit, ita, & taliter, quod bona nunquam exeant de familia, & agnatione ipſius teſtatoris, evenit quod poſt longiſſimum tempus fuit finita linea dicti teſtatoris. dubitatum fuit, an cenſeretur extinctum fideicommiſſum per mortem ultimi deſcendentis ex linea teſtatoris, vel deberetur alteri tranſverſali de agnatione ipſius, *Menoch. conſ. 233. libr. 2.* reſpondit extinctum eſſe, ¶ Neptis ex filio non dicitur eſſe de linea maſculina avi paterni: ideo non facit deficere fideicommiſſum ipſius avi factum in caſu deficientis lineæ maſculinæ. *Menoch. conſ. 205. libr. 2.*

Cap. XI. Subſtitutus. Quis dicatur.

Qui ſubſtituit ſibi proximiorem in gradu, non videtur ſibi ſubſtituiſſe proximiorem in ſucceſſione, quia inter eos eſt differentia. *Guid Pap. ſing. 856.* ¶ An filii naturales unius lineæ, dicantur ſubſtituti quoad alteram lineam. *Crav. conſ 326.*

Cap. XII. Quando excludatur, vel alios excludat.

Fœmina proximior nupta extra familiam excluditur à fideicommiſſo, in quo vocantur proximiores de agnatione. *Ozaſch. deciſ. 172 vide Boer. deciſ. 147. num. 16. & 17.* ¶ Subſtitutus, ſeu illius filiua, an excludat matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator pioprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres, aut alios de agnatione, mortuo ſine hæredibua filio inſtituto, *vide Perill. D. P. Theſſ. deciſ. 248.*

Cap. XIII. Quis dicatur vocatus, vel non.

Teſtator ſubſtituens proximiores, an cenſeantur vocaſſe proximiores ultimi decedentis, aut ipſius teſtatoris, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 76. num. 14.* quo loci concludit eſſe vocatos pioximiores ultimi decedentis, & non teſtatoris, idem tenent *Roland. conſil. 100. Roe. Avenio. deciſ. 37. num. 3. in deciſ. diverſo.* tamen contrarium tenent (nempe quod debeat attendi proximitas habito reſpectu ad teſtatorem.) *Menoch. conſ. 124. lib. 2. conſ. 327. num. 93. & conſ. 359. num. 7. ibid. Mago. deciſ. 144. num. 16. Rot. Floren. vide Perilluſtr. D. Præſid. Theſſaur. deciſ. 63. & 64.* ¶ Ad relictum familiæ primo vocantur nominati, & poſt eos, qui proximiores ſunt in gradu, *l. 33. §. fin. de legat. 2.* ¶ Teſtator inſtituto hærede ita cavit, & deficiente tota linea ſui hæredis ſcripti, ſubſtituit agnatum primogenitum proximiorem ex familia ipſius teſtatoris, orta fuit dubitatio, an taſtator intellexerit vocare primogenitum proximiorem exiſtentem tempore teſtamenti, & mortis ipſius teſtatoris, vel alium exiſtentem proximiorem tempore mortis hæredis gravati, & purificatæ conditionis. *Menoch. conſ. 106. vol. 2.* tenet cenſeri vocatum primogenitum exiſtentem tempore teſtamenti, & mortis teſtatoris, & ſucceſſive ipſo mortuo adhuc vivente hærede, ejus filium primogenitum, excluſo primogenito, & proximiores exiſtente tempore mortis hæredis gravati. ¶ Quando teſtator ſubſtitutis invicem filiis Inſtitutis, prohibuit alienationem bonorum ſuorum, quia voluit dicta bona ſemper remanere, & tranſire in dictos filios, & deſcendentes maſculos, donec durabit linea maſculina

haberet alia bona, *vide ibid. in fin.* ¶ Si unus ex duobus fratribus invicem reſtituere gravatis, alienet partem ſuam, adhuc erit locus fideicommiſſo altero ſine liberis decedente. *Bart. in l. 79. §. liberis de leg. 2.* ¶ Fideicommiſſaria ſubſtitutio habens plures gradus, habet locum in ſecundo gradu, primo perempto, & tunc ex propria perſona fideicommiſſarius poteſt impugnare factum patris. *Natt. conſ. 470. num. 12. & 13.* ¶ An fideicommiſſum reciprocum ſit onus, & quando habeat locum inter filios & nepotes, *vide Dec. conſil. 456.* ¶ De fideicommiſſario in poſſeſſione conſervando adverſus hæredem agentem ex remedio, *l. fin. C. de edict. divi. Adria. coll.* donec fiat excuſſio, an locus ſit detractioni legitimæ Falc. vel Trebell. & de multis, quæ hæres gravatus reſtituere poſſit, deducere. *Joan. Petr. Surd. deciſ. 333.*

Vel non.

Diſpoſitio, quæ in materia favorabili de liberis loquitur, in tranſverſalibus locum non habet: ideo illa tacita conditio, quæ ineſt fideicommiſſo ſimpliciter relicto, quod valeat, ſi filius gravatus deceſſerit ſine filiis, & non habeat locum in tranſverſalibus inſtitutis & gravatis fideicommiſſo facto ſimpliciter. *Dec. conſil. 487. vide eund. conſ. 529.* ¶ Quittatio unius fideicommiſſarii primo loco vocati, non facit locum alteri, ſeu ſecundo ſubſtituto. *Papon. lib. 16. tit. 3. arreſt. 19.*

Cap. XVIII. Quæ tranſeant, tranſmittantur, vel non.

Dominium tranſit ipſo jure in fideicommiſſarium particularem; non tamen in fideicommiſſarium univerſalem, niſi in certis caſibus, *Boer. deciſ. 156. num. 13. & 14.* ¶ Pactum factum hæredi, tranſit ad fideicommiſſarium univerſalem. *l. 8. §. creditor. ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. ſolu.* ¶ Fideicommiſſum purum, vel purificatum, non agnitum tranſmittitur ad filios. *Rol. conſ. 46. lib. 3. And. Gail. obſerv. 132. lib. 2.* & ad hæredes, *vide Dec. conſil. 478.* quando dictum procedat, *vide Capic. deciſ. 89.* quid, ſi hæres effectus fuerit Sacerdos adhuc vivente ſubſtituto, *vide Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 1.* alias ſpes fideicommiſſi non tranſmittitur etiam ad liberos præmoriente fideicommiſſario, niſi liberi, ſeu hæredes venirent ex judicio teſtatoris. *Capic. deciſ. 115. n. 6. vide Boer. deciſ. 88. 355. Gail. obſ. 132. lib. 2. Bart. in l. unica. C. de his, qui ante aper. tabul.* contrarium videntur tenere. *Beniut. deciſ. 88. Fran. Marc. q. 78. Boer. deciſ. 156. num. 23. vide ſupra tit. de ſubſtitution. in genere. Ven. deciſ. 21. part. 2. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 20.* ubi ſcribit regulam limitationibus, *& Gail. obſerv. 132. lib. 2.* ¶ Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad deſcendentes exiſtentibus conjecturis, de quibus *vide per Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 102. part. 2. Dec. conſil. 397. conſ. 515. & 594. Crav. conſ. 62. num. 10. & conſ. 306. Menoch. conſil. 209. lib. 3. & conſ. 333. idem de Arbit. lib. 2. caſ. 165. & in conſ. 95. num. 103. volum. 1. Natt. conſ. 688.* ſed an hoc procedat in tranſverſalibus, *Joſeph. ibid. dict. deciſ. 102.* vide etiam de materia *ſupra tit. de ſubſtitution. in genere.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis decedens purificata conditione ante reſtitutionem ſibi factam, jus tranſmittit fideicommiſſi ad hæredem ſuum, idem ſi decedat poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem, & tranſmittit etiam jus deliberandi, quod multo magis procedit, ſi deceſſerit poſt factam petitionem. *Bart. in l. cum filiusfam. num. 11. de leg. 1.* ¶ Quando dies fideicommiſſi cedat, & ad hæredes tranſmittatur, *vide ſupra titul. quando dies legati, & per tot. tit. ff. eod.*

Cap. XIX. Actio, quando detur, vide infra.

Quando dicta alienatio valet ratione ignorantiæ, datur actio ad pretium contra eum, qui illud habet. *Joſeph. Lud. d. deciſ. 29.* ſi eſt ſolvendo, alias emptor tenetur ſaltem ad pretium. *Vincen. de Fran. deciſ. 298. num. 8. part. 2.* facta prius excuſſione contra venditorem, & ejus hæredem. *Crav. conſ. 77. num. 18. Rol. conſ. 81. vol. 2. & conſ. 9. volum. 1.* qua diſcuſſione facta nihil operatur ignorantia. *Menoch. conſ. 44. num. 19. lib. 1. Rol. d. conſ. 81. vol. 2. & Bald. conſ. 20. vol. 2.* (quo ſuſtinet eum, qui antea aliqua bona prodigaliter alienaverat, non privari facultate ſibi poſtea conceſſa à teſtatore alienandi bona pro ejus neceſſitate) declaratur per *Ozaſ. deciſ. 168.*

Cap. XX. Qui, quibus ſubſtituere poſſit.

An pater in dote, vel donatione propter nuptias poſſit ſubſtituere, *vide Fran. Marc. quæſt. 333.* ¶ Teſtator ſi ſubſtituerit duobus per fideicommiſſum ſimpliciter, videtur cuilibet per ſe ſimpliciter ſubſtituere. *Bartol. in l. 30. ff. de vulgari.* ¶ Pater filio inſtituto in legitima ſolum poteſt ſubſtituere pupillariter; non autem per fideicommiſſum: quia ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt odioſa. *Abb. conſil. 15. libr. 2.*

Cap. XXI. Qui gravari poſſit, vel non.

Quem honoro poſſum gravare, quod procedit etiam in eo, quem nominavi in conditione fundi hæredem: idem in eo, qui juris fictione eadem perſona cenſetur. *Gom. Leo. deciſ. 74. in deciſ. diverſ. Tom. 2.* ¶ Filius fideicommiſſo gravari poteſt, ſi delictum commiſerit, propter quod ejus bona eſſent confiſcanda, ſed de forma hujus fideicommiſſi *vide per Natt. conſ. 470. num. 7.* quod fideicommiſſum valet. *Menoch. conſ. 91. num. 6. vol. 1. vide Natt. conſ. 528.* ¶ Gravatus reſtituere hæreditatem cum voluerit, ſi non declarata voluntate deceſſerit, cenſetur poſt mortem de reſtituendo gravatus. *Lud. Rom. ſing. 431.* ¶ Agnatus, cui virtute ſtatuti debet relinqui certa portio, poterit in ipſa gravari, maxime ſi fuerit inſtitutus in majori portione, *vide Menoch. conſ. 196. lib. 2.* ¶ Rogatus reſtituere cum volet, poſt mortem rogatus cenſetur: quia in ultimis voluntatibus moriendo, quis velle videtur. *l. 39. §. Scevola, de legat. 3.* ¶ Ille, cui datur aliquid cauſa conditionis implendæ, poteſt gravari onere fideicommiſſi. *l. 99. §. cui ſtatu liber. de legat. 1.* ¶ Hæres hæredis poteſt onere fideicommiſſi gravari ſub nomine appellativo non ſub nomine proprio *l. 5. & 6. de legat. 3.* ¶ Pater poteſt filium fideicommiſſo gravare, excepta legitima & Trebellianica. *Andr. Gail. obſerv. 121. n. 8. lib. 2. Afflict. deciſ. 38.* ¶ Filius fideicommiſſo gravatus intelligitur, ſi ſine liberis deceſſerit, *Dec. conſ. 1. num. 7. Gail. d. obſerv. 121. num. 10.* licet eſſet gravatus reſtituere piæ cauſæ. *Mynſing. obſerv. 96. cent. 6. Papon. lib. 10. tit. 3. arreſt. 29. l. 6. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.* quod limita, quando ex conjecturis conſtaret de contraria mente teſtatoris. *Mago. deciſ. 52. Rot. Floren. vide Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. & 8.* ¶ Gravari in plus, quam honoretur quando quis poſſit, *vide per Bartol. in l. 71. §. cum quidam, de legat. 2. & in §. poſt autem, inſtitut. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict. l. 125. §. final. de legat. 1.* ¶ Mulier qualiter poſſit gravari in dote, *vide Bart. in l. 92. §. filia, de legat. 2.* ¶ Hæreditas videtur gravari ſub nomine appellativo, unde omnis ſuccedens in hæreditate, videtur ex hoc gravatus. *l. 39. ff. de act. & obligat.* ¶ Debitor poteſt gravari onere fideicommiſſi. *l. 80. de legat. 1.* ¶ Inſtituto patre, ipſoque rogato de liberis mancipandis, videtur ipſe pater poſt emancipationem rogatus, de reſtituenda hæreditate ipſis filiis emancipatis. *l. 92. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Inſtitutis duobus hæredibus, altero gravato fideicommiſſo, altero non, & portio non gravata accreſcat gravatæ, non propter hoc cenſebitur gravata. *DD. de Rot. deciſ. 6. de teſtament. in antiq.* ¶ Hæres gravatus, ſi deceſſerit ſine liberis, ut bona devenirent ad Sempronium, intelligitur ſolum gravatus reſpectu bonorum teſtatoris, & contra ſi eſt gravatus, ut reſtituat

bona

bona ſua tantum, intelligitur gravamen comprehendere ſolum bona hæredis. *Bartol. in l. 30 ff. de jur. & argent. legat.*

Vel non.

Subſtitutus in ultimo gradu ſubſtitutionis, non cenſetur gravatus aliis reſtituere. *Cravet. conſil. 161.* ¶ Non poteſt quis gravari, ut filium ſuum emancipet. *l. 117. §. ſecundum, de legat. 1.* ¶ Hæres non poteſt gravari, niſi pro portione hæreditaria. *Franc. Marc. ſingul. 10.* ¶ Si plures filii inſtituti gravati ſint per fideicommiſſum, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, qood alii ſuccedant, ille, qui ultimo loco moritur, non videtur gravatus, quia non reperitur alius ex dictis filiis, qui ſuccedat. *Dec. conſ. 511. vol. 2.*

Cap. XXII. Qui præferatur in fideicommiſſo.

Pauperes Chriſti ultimo loco vocati ad fideicommiſſum, præferuntur aliis venientibus ab inteſtato in omnem eventum, licet ſub certis modo & conditione vocati videantur, ut ſi ultimo loco gravatus reſtituere pauperibus, præcedat primo loco inſtitutis, & gravatis reſtituere illi præmorienti. *DD. de Rot. deciſ. 9. de teſtam. in antiq.* ¶ Pater inſtituerat ſuos hæredes univerſales Titium & Semptonium ejus liberos, cum poſthumo exiſtente in utero uxoris, ſi eſſet maſculus, & ſi eſſet filia, illam inſtituerat ſuam hæredem particularem in aureis quingentis, & poſtea ſubſtituerat invicem dictos ſuos hæredes univerſales, poſtremo ita dixerat, & ſi dicti omnes mei filii, & poſthumi hæredes deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituo Petrum ex fratre: inde naſcitur ex utero fœmina poſthuma, & filii neceſſerunt hæredes univerſales ſine filiis, & poſt eos Petrus ſubſtitutus, & inde dicta poſthuma, oritur quæſtio inter hæredes poſthumæ hæredis particularis, & filios Petri ſubſtituti, fuit contra ipſos filios, & favorem hæredum poſthumæ judicatum, ita teſtatur *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 28.*

Cap. XXIII. Qui, quos excludat, vide infra cap. 36.

Quando ad fideicommiſſum poſt maſculos vocantur fœminæ, neptis teſtatoris excludit filiam nepotis teſtatoris, qui eſt in remotiori gradu, vel ſaltem æqualiter debet admitti cum ipſa filia nepotis teſtatoris ultimo loco defuncti, & qui poſſidebat bona ſubjecta, & hoc non obſtante renunciatione ipſorum bonorum facta ex alia cauſa, *vide Menoch. conſil. 359. lib. 4.* ¶ Patruus excludit nepotes in fideicommiſſo relicto adjectis verbis, ſalva ſemper inter fideicommiſſarios gradus prærogativa, *Dec. conſ. 408. vide eundem conſ. 412. & 480. n. 8.* ¶ Quando filius naturalis excludat conſtitutum, *vide Fran. Mant. de conject. ult. volun. lib. 11. tit. 9.*

Vel non.

Legitimatus tamen per ſubſequens matrimonium non excluditur per fideicommiſſarium, in fideicommiſſo facto ſub conditione, ſi gravatus deceſſerit ſine liberis ex legitimo matrimonio procreatis. *Natt. conſil. 602. Rolan. conſil. 190. volum 2.* idem ſi quis fuerit gravatus, ſi deceſſerit ſine liberis legitime procreatis. *Natt. conſ. 626.* ¶ Quod filium adoptivum & arrogatum attinet, certum eſt illos non excludere ſubſtitutum. *Gail. d. obſerv. 136. n. 13. Fran. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 11. tit. 8. l. 75. ff. de condit. & demonſtrat. vide Boer. deciſ. 354.* ¶ Filiæ gravati, ſi deceſſerit ſine liberis, non exludunt fideicommiſſum in materia differenti, veluti in feudo, *vide Menoch. dict. conſil. 204.* ſecus in aliis bonis. *idem Menoch. conſil. 318.* ¶ Filius non excludit ſubſtitutos in tranſverſalibus, nihil quando fratres, vel filii fratrum inſtituti ſunt. *Dec. conſ. 435.* ¶ Natus in ſexto, vel octavo menſe non excludit ſubſtitutum, quia habetur pro non nato, & non facit deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis. *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 45.* ſed aſſerenti partum victurum incumbit onus probandi, quæ autem probationes requirantur, *vide Menoch. conſ. 284. lib. 3.*

Cap. XXIV. Qui admittantur, vel non.

Natus ex filio teſtatoris eſt de deſcendentibus per lineam maſculinam, ſicut filia, ideo in fideicommiſſo admittitur excluſo maſculo ex fœmina deſcendenti ex linea teſtatoris, *vide Menoch. conſil. 318. lib. 4.* & ſi eſt ultima ex linea maſculina à teſtatore vocata, extinguitur fideicommiſſum, & poterit libere de bonis alias ſubjectis diſponere. *Menoch. ibid.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis, cujus conditio deficit per nativitatem poſthumi, admittitur ad cuſtodiendum partum *l. fin. ff. de ventre inſpicien.* ¶ Quando fœminæ concurrunt cum maſculis in fideicommiſſo, an & quando admittantur, *vide Menoch. conſil. 348. lib. 4.* ¶ Non attenditur duplicitas vinculi in jure ſubſtitutionis: ideo quando pater inſtituit ſuos hæredes filios diverſarum uxorum eos invicem ſubſtituendo, ſi alter ipſorum decedat ſine liberis, omnes admittuntur, non inſpecto, an ſint conjuncti ex utroque latere, vel ex uno tantum. *Cravet. conſ. 43. & Dec. conſ. 350.* ¶ Limita concluſionem, quando cum jure ſubſtitutionis conjunctum eſt jus accreſcendi, tunc enim præferuntur illi, in quibus cadit jus illud accreſcendi, veluti ſi eſſent inſtituti liberi primi matrimonii pro dimidia, & alii ſecundi pro alia dimidia. *Cravet. d. conſil. 43. Menoch. conſil. 108. lib. 2. vide Dec. conſ. 305.* ¶ Subſtitutione hoc modo facta, ſi quis filiorum meorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperſtites, & ſuos, moriente uno ſina liberis, relicto fratre, & nepotibus ex altero fratre, an ſimul ad fideicommiſſum admittantur, quæſtio eſt ingens, tamen contra nepotes pro fratre fuit judicatum, ut teſtatur. *Rot. Aven. deciſ. 37. in deciſ. diverſ. Tom. 3.* ¶ Teſtator ſi inſtituat duos filios hæredes univerſales, & filiam in certa quantitate, & ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, quod portio ejus deveniat in ſupervenientes, an mortuo uno ex filiis, filia ad illud fideicommiſſum admittatur, *vide Jaſ. de act. in §. præjudiciales, numer. 33.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria, ubi facta eſt poſt mortem plurium, purificata conditione in perſona unius, tantum ad illius portionem admittitur ſubſtitutus, *Ozaſ. deciſ. 110. numer. 7.* ¶ Si mater filium ſuum inſtituat, & ei ſubſtituat Claudiam ejus filiam, & ſuos, tunc licet fœminæ non habeant liberos in poteſtate (qui dicuntur ſui) tamen filia Claudiæ admittitur, hærede decedente ſine liberis. *Guid. quæſt. 548.* ¶ Filii ſuſcepti ex vili fœmina & clerico beneficiato, legitimantur per ſubſequens matrimonium, & ad fideicommiſſum avi admittuntur. *Ozaſ. deciſ. 154* habetur *in libris placit. curiæ. tit. de fideicommiſſ. hæred. lib. 8. tit. 11. in deciſ. diverſ. fol. 129. vide Papon. lib. 20. tit. 3 arreſt. 5. Dec. conſil. 155. num. fin. & Roland. conſ. 100. num. 48. volum. 2.* ¶ Teſtator inſtituit duos filios, & ſi deceſſerint ſine liberis eis, vel alteri ſubſtituit Titium, & ipſi Titio decedenti ſine liberis ſubſtituit Cajum, contingit Titium decedere ſine liberis, vivis adhuc hæredibus filiis, deinde deceſſerunt ipſi filii ſine liberis, dubitatum fuit, an Cajus ultimo loco ſubſtitutus Titio prædefuncto, poſſet admitti ad fideicommiſſum, fuit deciſum pro affirmativa. *Guid. Pap. q. 550.* ¶ Regulariter in ſubſtitutione facta, ſi gravatus deceſſerit ſine filiis, filiæ admittuntur ad excludendum ſubſtitutum, ſed quando, & ex quibus conjecturis regula limitetur, *vide eundem Mant. lib. 11. tit. 14. Menoch. conſil 95. volum. 1. Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 188.* ſed quid, quando teſtator dixit, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, *vide Mant. ibid. tit. 15.* tunc filiæ non excludunt ſubſtitutum. *Boer. conſil. 10. num. 8. Dec. conſil. 155.* ſed debent dotari.

Digitized by Google

dotari. *Bart. in l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.* ¶ Teſtator plures habens maſculos & fœminas, filios inſtituit, & eos invicem ſubſtituit, & caſu, quo dicti inſtituti & eorum filii maſculi ſine filiis deceſſerint, ſubſtituit filias & eorum deſcendentes, evenit caſus, quod inſtitutorum filii ſine maſculis obierint relictis filiabus & ſororibus, dubitatum fuit, quænam ex his venirent admittendæ, an teſtatoris, vel filiorum hæredum filiæ, fuit deciſum in favorem filiarum inſtitutorum, ea ratione, quia in fideicommiſſis attendatur proximitas gravati, & non gravantis. *Mago. deciſ. 83. Luc.* ¶ Teſtator ſi filiis maſculis univerſaliter inſtitutis, filiam in re certa inſtituerit, & inde ſubſtituerit hoc modo, ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis, portio deveniat in ſuperviventes, uno filio maſculo decedente ſine liberis, quando filia cum aliis admittatur ad fideicommiſſum, *vide Bart. in l. 81. ff. ad Trebell.* ¶ Primogenito tranſverſali vocato admittitur ſecundogenitus, extincto primogenito ſine maſculis, excluſa filia ipſius, ita pronunciavit Senat. Mediolan. ut teſtatur *Raud. tract. de Analog. cap. 15. num. 285.* ¶ An in fideicommiſſo familiæ non nati tempore teſtamenti, ut nepotes, pronepotes cenſeantur vocati ad fideicommiſſum, quod oritur ex prohibitione alienationis. *Rol. conſil. 70. Tom. 3.* ¶ An ad fideicommiſſum admittantur, qui ſunt in proximiori gradu agnationis tempore teſtamenti mortis teſtatoris, an purificata conditione, & adveniente. *Rol. conſ. 38. 39, Tom. 4.*

Vel non.

Ex mente teſtatoris colligi poteſt, ut fœminæ non admittantur ad excluſionem fideicommiſſarii, veluti quando teſtator magis dilexit liberos ſuorum liberorum, quam proprias filias: Secundo, quando gravavit filias, ſi ſine liberis deceſſerint in favorem filiorum inſtitutorum, & non ita gravavit ipſos filios: Tertio, quando filias inſtituit hæredes particulares in certa ſumma. *Crav. conſ. 37. num. 3. vide Menoch. conſil. 275. lib. 3.* ¶ Quando teſtator fecit duplex fideicommiſſum, unum in caſu prohibitæ alienationis, & aliud in caſu mortis ſine liberis, ſi unus ex hæredibus gravatis & oneratis contra prohibitionem teſtatoris alienaverit, in hoc capite efficitur indignus fideicommiſſo, ſed ob id privationis pœna non extenditur ad fideicom̄iſſum inductum in caſum mortis cohæredis ſine liberis. *Magon. Rot. deciſ. 50.* ¶ Subſtitutus Sejo poſt mortem ipſius non admittitur ad bona, ſi Sejus Monaſterium ingrediatur, quandoquidem in hoc naturalis mors, non civilis requiratur. *Hippol. ſing. 668.* ¶ Subſtitutus nunquam admittitur, dum ſupereſt aliquis, qui ſuccedat ex præſumpta defuncti voluntate. *Bart. in l. 56. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ¶ In dicto caſu filii filiæ prædefunctæ etiam vocatæ, non admittuntur cum filia vivente: quia cum illa mortua ſit pendente conditione, fideicommiſſum relictum fit caducum, & ejus portio accreſcit filiæ viventi. *Dec. d. conſ. 480. num. 8.*

Cap. XXV. Qui, quibus ſuccedere poſſit, vel non.

An, & quando filius ingrediatur locum patris in ſucceſſione fideicommiſſi, plene pro utraque parte diſputat *Fran. Mant. de conject. ul. volun. lib. 8. tit. 9.* ¶ Per fideicommiſſum ſucceditur teſtatori; non autem ultimo defuncto gravato. *Menoch. conſil. 356. num. 4.* ideo mater licet non petierit tuturem dari filio, non privabitur fideicommiſſo, quod capit ex patris diſpoſitione. *Mar. de Mant. ſing. 459.* ¶ Venientes ab inteſtato ſuccedunt gravato in ea ſumma, de qua potuerat diſponere, & non diſpoſuit. *Vinc. de Fran. deciſ. 45.*

Vel non.

Emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non recupetat melioramenta, licet lucretur fructus perceptos, quia fructus fideicommiſſi ad fideicommiſſarium non ſpectant, niſi à die litis conteſtatæ, quum ex negligentia petentis cenſeantur remiſſi. *Mago. deciſ. Luc. 33.* & percepti pendente conditione ſpectant ad hæredem. *And. Gail. obſerv. 133. lib. 2.* quod limitatur, ſi hæres ſpecialiter fuiſſet gravatus de illis reſtituendis, vel fuerit in mora. *Gail. d. obſ. 133.* ſed quod in filiis primi gradus. *ibid.* ¶ Fratres ſi eſſent inſtituti, & illis ſine liberis decedentibus patruus ſubſtitutus, tunc ipſe patruus non poteſt venire ad ſucceſſionem alterius hæres, qui habet liberos: quia requiritur, quod mors omnium ſine liberis ſequatur. *Boer. deciſ. 88.*

Cap. XXVI. Qui, quæ alienare poſſit in fideicommiſſariis rebus, vel non.

Hæres rogatus reſtituere fideicommiſſario, quicquid ſupererit de hæreditate temporis mortis hæredis, poteſt alienare pro libito ſuæ voluntatis de bonis hæreditariis, dummodo reſervet quartam partem totius hæreditatis fideicommiſſario. *Gnid. q. 520.* ¶ Ultimus fideicommiſſarius poteſt libere bona alienare, non obſtante quacunque prohibitione. *idem Mago. deciſ. 59. n. 25.* ¶ Bona matris ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari pro dote filiæ (ſi pater eſt inops) ſcribit *Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 460. num. 7.* ¶ Res ſubjectæ fideicommiſſo poſſunt ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, aut donationis propter nuptias alienari, etiam quando dotes fuerunt receptæ poſt injunctum fideicommiſſum, & maritus gravatus jam conſumpſiſſet ſuam legitimam & Trebellianicam. *Natt. conſil. 61. Tom. 1. Menoch. conſ. 318. n. 15. Rol. conſ. 85. vol. 1. num. 29. & conſ. 19. 20. vol. 4.* licet ab initio ſufficerent. *Cravet. conſil. 291. num. fin. & Dec. conſ. 277.* ¶ Auth. res quæ, limitatur, quando filia habet aliunde, unde ſe dotare poſſit, quam de bonis ſubjectis. *Rol. conſ. 85. n. 9. vol. 1.* tamen ſi ex bonis non ſubjectis non poſſet congrue dotari, poſſunt alienari bona ſubjecta, ut congrue dotetur ſecundum ſuam qualitatem. *Menoch. conſ. 247.* ¶ Quid, ſi eſſent dati fidejuſſores pro dote reſtituenda, an ceſſet diſpoſitio dictæ Auth. *vide Rom. ſing. 252.* ¶ Quod ſubjecta fideicommiſſo poſſint alienari etiam pro dote reſtituenda, traditur per *Menoch. 33. vol. 1.* quod ampliatur procedere in fideicommiſſo, in quo hæres fuit gravatus reſtituere id, quod ſupererat tempore mortis gravati non aſcenderet ad quadrantem: nam hoc caſu de quadrante eſt reſtituenda dos, excluſo fideicommiſſo. *Menoch. dict. conſil. 33. numero 15. volumine primo.* ¶ Quando pro dote ipſa bona poſſint alienari, *vide Joſeph. Lud. deciſ. 71. Peruſ. part. 2.* quod poſſint alienari, etiam ſi expreſſe eſſet facta prohibitio de non alienando cauſa dotis, tenent *Angnſt. Bero. q. 110. & Boer. deciſ. 129. num. 5.* in ultima voluntate. *Cravet. conſil. 291. num. 4. Rol. conſ. 81. vol. 2. num. 7. & 26.* ſecus ſi eſſet facta probibitio in contractibus inter vivos *Cravet. d. conſ. 19. num. fin. vide Rol. conſil. 85. num. 23. volum. 1. & 27. volum. 4. Menoch. conſil. 318. num. 36.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo in ſubſidium poſſunt alienari pro dotibus, ſive præcedat fideicommiſſum, ſive ſequatur, etiam ſi eſſet facta expreſſa prohibitio ratione dotis, hoc verum quando non adſunt alia bona pro dote reſtituenda. *Joſeph. Lud. deciſ. 28. Luc. num. 76.* ¶ Quid quando mulier ſcribat fideicommiſſum, & an præmiſſa habeant locum in filiabus nondum natis, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 151. & 192.* ¶ Fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari in ſubſidium, quando dos eſt ſolvenda pro liberis & deſcendentibus; non autem pro univerſalibus: & etiam poſſunt alienari pro augenda dote;

dote. *Joſeph. d. deciſ. 28. Luc. num. 91. & 95.* ¶ Authores quæ, qua cavetur bona ſubjecta fideicommiſſo, & prohibita alienari, poſſe ex cauſa dotis (non extantibus aliis bonis) alienari, non habet locum in linea tanſverſali; ſecundum veriorem opinionem, vide tamen *Vincen. de Franc. deciſ. 241. part. 2.* ſed bene habet locum in dote confeſſa, de cujus numeratione non conſtabat. *Crav. pro genero conſil. 1. num. 186. vide Rol. conſil. 85. num. 40. volum. 1.* lapſis tempotibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis. *idem Rol. conſil. 20. vol. 4.* ¶ Quando bona ſubjecta fideicommiſſo poſſint alienari, *vide Bart. in Authen. de reſtitut.* ¶ Quando alienantur bona fideicommiſſo ſubjecta cum reſervatione dominii, quid juris, *vide Mago. deciſ. 91. & 92. Rot. Floren.* ¶ Si res prohibita alienari extra familiam alienetur, quid juris, *vide l. 69. & l. 71. §. prædium, & §. fratre, de legat. 2.* & de materia *ſupra tit. de prohibit. rer. alienat. in ult. volunt.* ¶ Quando dotis cauſa dentur in ſolutum res reſtitutioni ſubjectæ, *vide Boer. deciſ. 130. numer. 11. 12. & 13.*

Vel non.

Fideicommiſſum contrahendo, nec dilapidando alienari non poteſt. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. num. 46.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo obligari non poſſunt uxori pro dote, quatenus legitima, aut bona propria ſuperſunt, ſed in ſubſidium tantum. *Crav. conſ. 19. num. 18. vide Dec. conſil. 519.* & tunc poſſunt alienari pro dote, & ex filiis dos augeri poteſt. *idem Crav. conſ. 291. Menoch. conſil. 182. num. 68.* ¶ Pro debito, ſeu pro delicto non poſſunt res ſubjectæ alienari. *Boer. deciſ. 128.* tamen pro redemptione captivorum poſſunt. *ibid.* & in nonnullis aliis cauſis, de quibus *vide per Joſeph. Lud. deciſ. 128. Luc. num. 95.* ¶ Regulariter res ſubjectæ fideicommiſſo non poſſunt alienari, ſive pure, ſive in diem relictæ ſint. *And. Gail. obſerv. 137.* & alienatæ, purificata conditione revocantur. *Dec. conſil. 386.* ¶ Fallit reſpectu trebellianicæ & legitimæ, pro quibus bona ſubjecta poſſunt alienari. *Gail. ibid.* ¶ Fallit ſecundo in neceſſaria alienatione, puta quando fit alienatio propter ſolutionem æris alieni ipſius defuncti: nam tunc valet alienatio etiam rerum, quas teſtator expreſſe prohibuit alienari, *vide ibid. num. 4. facit l. 80. §. fi. de legat. 2.* an tunc poſſit fieri executio ad formam decreti Sabaudiæ cum tertio pluris in odium fideicommiſſarii, *vide Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 194.* & an poſſit fieri alienatio pro alimentis, *vide Bart. in Auth. de reſtitut. num. 9.* ¶ Tertio fallit, quando in fideicommiſſum univerſale relictum eſt ſub conditione, vel in diem incertam, quia pendente conditione valet alienatio, dominium ipſo jure retro transfertur. *ibid. Gail. d. obſerv. 137. Mag. deciſ. 91. num. 14. & deciſ. 92. Rot. Flor.* ¶ Quarto fallit principalis Reg. in alienatione rei ſterilis, & quando ſervando ſervari non poteſt, quo caſu hujuſmodi res recte alienatur, & pretium (ſi ad hæredis utilitatem & uſum convertatur) loco rei ſuccedit. *Gail. obſerv. 137. num. 12. Pet. de Raven. ſing. 617.* ¶ Quinto fallit in pupillari ſubſtitutione, quæ non impedit, quo minus pupillus tutoris auctoritate, & judicis decreto rem propriam irrevocabiliter alienare poſſit. *Gail. d. obſ. 137. num. 13.* ¶ Sexto bona ſubjecta fideicommiſſo poſſunt vendi ex licentia & auctoritate Principis, ſubrogatis aliis bonis loco venditorum, ſed quæ requirantur ad hoc, ut alienatio valeat, *vide Vincen. de Fran. deciſ. 355. part. 2.* ¶ Septimo hæres alienantis bona fideicommiſſo ſubjecta, ipſa bona alienata non vendicat, ſed quid, ſi fuerit hæres cum beneficio legis, & inventarii, *vide eundem deciſ. 356.* ¶ Octavo gravatus detentus in carceribus ſine delicto, poteſt alienare de bonis ſubjectis pro ſua liberatione. *Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 16. vide tamen Menoch. de arbit. caſ. 182. & Bart. in l. 7. C. de agricol. lib. 11.* ¶ Nono conſentiens alienationi rei ſubjectæ fideicommiſſo conditione pendente, ſibi præjudicat, etiam ſi ignoraverit fideicommiſſum ſibi competere. *D. Sol. in ſuis comment. in antiq. conſtitut. gloſſ. ſuper decreto Blanchiæ, num. 13. tit. de tranſact.* ſed an tali caſu poſſit competere remedium. *l. 2. C. de reſcind. vend. vide ibid. num. 15.* cui alienationi fideicommiſſarius poteſt conſentire. *Dec. conſ. 324. vide Bart. in l. 16. C. de pac. & lect.* & diſpoſitio legis, de his, non procedit contra tertium emptorem bonorum fideicommiſſo ſubjectorum. *D. Sol. ibid. num. 14.* ¶ Decimo, quando teſtator poſt factum fideicommiſſum generale expreſſe prohibuit alienationem aliquorum ſuorum bonorum immobilium, donec ultimus filiorum inſtitutorum fuerit major 25. ann. tunc alienationes factæ poſt tale tempus non poſſunt revocari, quia cenſetur ſolum inductum fideicommiſſum in reliquis bonis, quæ ſuperſunt. *Menoch. conſil. 151. num. 35. lib. 2.* ¶ Bona ſubjecta fideicommiſſo, quæ tacite à lege prohibentur alienari, ſi confiſcentur, licet durante vita gravati delinquentis tranſeant in fiſcum, tamen ſecus erit, ſi concurrat prohibitio expreſſa hominis de non alienando; tunc enim nullum jus fiſco competit. *Rolan. conſil. 81. num. 11. volum. 2. & conſil. 97 vol. 2. vide ſupra lib. 1. tit. de publicat. bonor.* ¶ Fideicommiſſo bona ſubjecta, an poſſint concedi in emphyteuſim, ut valeat conceſſio, *vide Joſeph. Lud. deciſ. 64. Luc.* ¶ Filius ſua culpa relictus ad neceſſitatem, alienare non poteſt fideicommiſſo ſuppoſita. *Menoch. ibid. n. 54. vide tamen ibid. n. 65.*

Cap. XXVII. Actio, cui & contra quem competat, vel non.

De actione fideicommiſſario competente contra tertios poſſeſſores. *Andr. Fachin. lib. 5. contr. cap. 24.* ¶ Evicto fideicommiſſo ex facto auctoris agitur evictione, quando fideicommiſſum fuerat remiſſum. *Crav. conſ. 24. num. fin.* ¶ Pluribus poſt eorum mortem ſimul rogatis, uno mortuo, aliis adhuc ſuperſtitibus ſtatim competit fideicom. petitio pro parte mortui. *de leg. 2. l. 92. §. filium.* ¶ Res, quæ ſubjacent reſtitutioni, poſſunt à domino interim vendicari. *l. 66 ff. de rei vendicat.* ¶ Fideicommiſſum dum non apparet ab honorato fuiſſe acceptatum, & conſequenter ad extraneos non eſſe tranſmiſſum, actori actio ad illud competere non poteſt. *Gram. d. deciſ. 105. num. 55.* ¶ Is, cui donatur inofficioſe, poteſt onere fideicommiſſi gravari. *l. 86. §. Lucius, de leg. 2.*

Cap. XXVIII. Qui effectus producantur.

Fideicommiſſum relictum, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, una cum pluribus aliis conditionibus alternative poſitis, non habet effectum, niſi omnes conditiones exiſtant, quia alternativa hoc caſu accipitur pro copulativa. *l. 6. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ¶ An inventarium hæredis proſit fideicommiſſario, qui ex perſona ſua poteſt illud facere, *vide Bartol. in l. 9. §. quod. ff. ad leg. Falcid.* ¶ Legitimarum hæreditatum jus conſervatur inter filios, quando teſtator ſubſtituit ultimo morienti. *Bart. in l. 10. num. 4. ff. de reb. dub.* ¶ Si ſubſtituatur noviſſimo morienti, videtur teſtator voluiſſe inter omnes conſervare jus legitimarum hæreditatum, vel ſucceſſionum ab inteſtato. *l. 36. ff. de vulg.* ¶ Fideicommiſſum relictum ab uno ex hæredibus, qui ultimo loco deceſſerit, facit videri hæredes invicem ſubſtitutus. *l. 89. §. Seja, de legat. 2.* & relictum poſt mortem omnium, ab ultimo decedente videtur relictum. *l. 24. ff. de uſufr. legat.* ¶ Hæres pendente conditione ſi alienat rem ſubjectam reſtitutioni in præſentia fideicommiſſarii, ei non præjudicat: quia non poterat impedire actum, niſi quis affirmaret rem non ſubjectam reſtitutioni. *Fran. Mar. q. 329. num. 8.* ¶ Alienationis prohibitio non impedit, quin pro reparanda alia re majoris

conditionis, res fideicommiſſo ſubjecta vendi poſſit, dummodo boc probetur. *Mago. deciſ. Luc. 33. numer. 8.* ¶ Ignorantia alienantis fideicommiſſi bona, & emptoris facit valere alienationem. *Mago. deciſ. 102. numer. 10. Rot. Floren. Rol. conſil. 9. vol. 1. num. 24. Guid. Pap. ſing. 31. Ant. Trigo. ſing. 54. Bar. in §. 1. Authen. de reſtitut. & ea, qua parit, facit l. fin. de leg. 2.* ¶ Sententia lata contra hæredem, nocet ſubſtituto & fideicommiſſario in caſu, de quo *vide per Ozaſ. deciſ. 157. num. 15. & 16.* alias non præjudicat, niſi fideicommiſſario citato ſaltem per proclama. *Jacob. Put. deciſ. 91. lib. 3.* ¶ Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento nullo ratione præteritionis, operatur vim fideicommiſſi. *Capell. Tholoſan. quæſt. 456.* ¶ Quando in teſtamento apponitur clauſula codicillaris, ſubſtitutio directa obliquatur, etiamſi ab initio valere potuerit jure directo, & tunc durante pupillari ætate valebit jure directo, & poſt valebit jure fideicommiſſi. *Crav. conſ. 305. num. fin.* ¶ Clauſula codicillaris operatur, quod venientes ab inteſtato videantur rogati reſtituere, & habet locum, etiam ſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris. *Dec. conſil. 39.* ¶ Per codicillos factos ab inteſtato, videntur rogati omnes quocunque jure ſuccedentes inter natos & naſcituros. *l. 3. de jur. codicill.* ¶ Mors civilis conditionem fideicommiſſi facti, ſi hæres deceſſerit ſine liberis, evenire non facit: quod limitatur, quando teſtator ultra fideicommiſſum expreſſe prohibuiſſet alienationem bonorum hæreditatis. *Auguſt. Bero. q. 4. vide l. 79. §. hæreditatem, de lega. 2.* ¶ Qui non honoratur bonore pecuniario, non poteſt onere fideicommiſſi gravari. *Bart. in l. 10. C. de oper. libert. facit l. 97. §. fin. de legat. 1.* ¶ Quando præſcriptio obſtet fideicommiſſario, & quando non, *vide Natt. conſ. 437.* ¶ Aſcribens ſibi fideicommiſſum, vel præſens tacet, vel acceptat tempore teſtamenti, non poteſt poſtea illud recuſare. *Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Fideicommiſſum præſervat bona ſubjecta à publicatione alias facienda reſpectu delicti gravati, quod procedit favore fideicommiſſarii. *Gram. deciſ. 105. n. 30. Boer. deciſ. 278.*

Cap. XXIX. Quando valeant, vel non.

Subſtitutio, quæ ſemel valuit jure directo, an obliquetur, ut trahatur ad fideicommiſſum, & quæ nunquam valuit jure directo, valeat jure fideicommiſſi, & facta verbis directis in codicillis, an trahatur ad fideicommiſſum, *vide per Bartol. in l. verbis civilibus. ff. de vulgari.* ¶ Licet ſubſtitutio ſit pro non ſcripta facto hæredis; ſubſtitutio tamen & fideicommiſſum remanent in ſuo valore. *l. 1. ff. de bis, quæ pro non ſcrip. baben.* ¶ Valet fideicommiſſum relictum de bonis communicandis. *l. 92. §. Lucius, de lega. 2.* ¶ Teſtamentum primum quando confirmatur per ſecundum, omnia quæ ibi ſunt ſcripta, & quæ poſſunt valere ſine hæredis inſtitutione, ſunt confirmata, & illa, quæ hæredis inſtitutionem requirunt, trahuntur ad fideicommiſſum. *Bar. in l. 12. § paganus. ff. de injuſto rupto.* ¶ Subſtitutio fideicommiſſaria, an conſervetur *per Authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis.* & filio quando poſſit ſubſtitui per fideicommiſſum in legitima, *vide Bart. in l. §. ſubſt. tuere. ff. de vulgari.* ¶ Conditione pendente gravatus reſtituere remanat domin⁹ rei ſubjectæ reſtitutioni, alias non teneret alienatio etiam facta ab ignorante. *Ozaſ. d. deciſ. 73.* ſed an interim valeat alienatio, *vide Guid. Pap. quæſt. 611.* quod valeat, traditur *in deciſ. 29. Joſeph. Lud. Peruſ. num. 29.* & ita etiam tenet *Mago. deciſ. 33. Luc. numer. 5.* & transfertur dominium. *Dec. conſil. 417.* ¶ Dicta alienatio habet locum inter ignorantea in fideicommiſſo univerſali; ſecus in particulari. *Ozaſ. d. dec. 73. n. 4.* ¶ Valet etiam in quatuor caſibus, de quibus *per Guid. Pap. d. qu. 611. Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 29.* ¶ Illud tamen memoria tenendum, quod conceſſa poteſtate alienandi in diviſione, ſi nulla ſequatur alienatio, ſed res fideicommiſſo ſubjecta permanſit penes gravatum, jus fideicommiſſi ſalvum erit. *Gail. d. obſerv. 139. num. 14.* Plures alias ampliationes & limitationes, *vide ibid.* ¶ Fideicommiſſum injunctum filio, ſi deceſſerit cum filiis, ſed filiis filiorum ſine filiis. *Bart. in l. 6. de leg. 3.* ¶ Valet alienatio facta de re ſubjecta ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias, idque procedit non ſolum, quoad matrimonium ſeculare, ſed etiam ſpirituale, *Andr. Gail. obſerv. 137. num. 17. lib. 2.* ¶ Subſtitutio pupillaris ſi evaneſcat per emancipationem jura fideicommiſſi non remanent firma. *Bart. in l. 2. numer. ff. de vulgari.* ¶ Subſtitutio directa, quæ ab initio valere non poteſt, jure directo obliquatur, ut valeat in vim fideicommiſſi. *Cravet. conſ. 305.* ¶ Fideicommiſſum univerſale relictum in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, conſervatur per *Auth. ex cauſa. Dec. conſ. 86.* ¶ Diſputant Doctores, an ſubſtitutio facta filio in ſacris conſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis, valeat, propter illam turpem conditionem adjectam: quia perſona Religioſa honeſte non poteſt habere liberos, *vide Menoch. conſil. 245. lib. 5.* ¶ Valet conventio facta inter aliquos, quod altero præmoriente ſine liberis, ad ſuperſtitem, & liberos ejus bona deferantur, ſed ſi in conventione fuerit dictum, quod deferantur bona ſecundum formam teſtamenti, tunc ſine teſtamento non poſſunt deferri (ut quia in eo nulla ſit ſubſtitutio) vel ſi defecerit, non valet conventio, quia diſpoſitio contrahentium reſtringitur ad illud, quod in teſtamento continetur. *Dec. conſ. 63.* ¶ Mater teſtatoris ſubſtituta filio hæredi inſtituto cum onere eligendi unum puerum, purificata conditione, ipſa mater elegit quendam puerum juxta præceptum teſtatoris, opponitur à venientibus ab inteſtato de nullitate præcepti, & oneris injuncti uti captatorii, dubitatum fuit de validitate fideicommiſſi. *Bero. quæſt. 86.* tenet pro validitate fideicommiſſi rejecto onere. ¶ Per Aut. ex cauſa ſubſtitutio fideicommiſſaria conſervatur, etiamſi fideicommiſſum ſit univerſale. *Capel. Thol. quæſt 455. And. Gail. obſerv. 134. lib. 2.*

Vel non.

Subſtitutio facta à filiofa. in contractu patre conſentiente, valere non poteſt in vim fideicommiſſi, valebit tamen in vim donationis cauſa mortis interveniente ſtipulatione. *Crav. conſ. 130. num. pen.* ¶ Non valet fideicommiſſum, quod relinquitur à præterito. *l. 2. de lega. 3.* ¶ Si teſtamentum ab initio deficiat propter defectum teſtatoris, ex nova voluntate non convaleſcit impedimento ceſſante, ſecus in codicillis, quibus fideicommiſſum relinquitur. *l. 1. §. ſed ſi filiusfa. de leg. 3.* ¶ In materia ſubſtitutionis non valet quitatio facta per filium in contractu matrimonii. *idem ibid. arreſt. 16.* ¶ Ex quibus conjecturis maſculi ex fœminis progeniti, debeant fœminis præferri, *Mant. lib. 8. tit. 8.* ¶ Vocatis filio, & ejus maſculis eveniente caſu fideicommiſſi, filia deſcendens ex filio præfertur filio deſcendenti ex filia, *vide Pap. lib. 20. tit. 3. arreſt. 28.*

Cap. XXX. Quando extinguatur: reſolvatur: evaneſcat: expiret fideicommiſſum e ſubſtitutio.

An fideicommiſſum cenſeatur extinctum in perſonam Paulæ & ejus deſcendentium, quando teſtator inſtituit tres legitimos æquis portionibus, & ſi aliquis deceſſerit, vel eorum filii, ſine filiis ſuis hæreditas perveniat ad alios ſuperſtites, & eorum filios in ſtirpes, & ſi omnes filii ſui, & eorum deſcendentes maſculi diſcederent ſine filiis, ſeu filiabus tunc bona ſuperveniant ad Paulam, ſed tamen relicta filia ex tertio hærede, quæ neptis

teſta-

teſtatoris ſucceſſit, cum ſit prima cauſa filiorum, quæ deceſſerit ſine filiis. *Rol. conſ. 56. com. 3.* ¶ Alienatio facta de bonis ſubjectis reſtitutione fideicommiſſi conditionalis, reſolvitur eveniente conditione, & bona alienata poſſunt vendicari non obſtante aliqua præſcriptione, quod procedit in alienatione facta per hæredem ſcientem gravatum ſecus ſi per ignorantem, quia tunc alienatio revocari non poteſt, ſed ſolum pretium rei petitur. *Dec. conſil. 236. numer. 7. & Rol. conſil. 81. vol. 2.* ¶ Pupillaris ſubſtitutio directa finitur pubertate, ſi tamen aliqua verba inveniantur fideicommiſſi in teſtamento, jure fideicommiſſi valebit. *§. maſculo, & ibid. gloſſ. inſtitut. de pupillari.* ¶ Fideicommiſſum relictum, ſi hæres deceſſerit ſine filiis, expirat, ſi deceſſerit relicta unica filia. *Dec. conſ. 495.* niſi appareat de contraria mente teſtatoris, de quo caſu vide per eundem *Dec. conſil. 495.* & quando dicatur conſtare de tali mente, *vide eundem conſ. 514. 515. 545. 546. 567 568. 570. 573.* quid ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine filiis quibuſcunque, *vide Dec. conſ. 599.* ¶ Si pater inſtituat plures filios, & invicem ſubſtituat per fideicommiſſum, ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, ſi duo primi habuerint liberos, & poſtea deceſſerint, deinde moriatur tertius, & ultimus ſine liberis, tunc evaneſcit fideicommiſſum, neque filii præmortuorum fratrum admittuntur ad illud, *gl. in l. unica. C. de his, qui ante apert. tabul. Bar. & Bal. in l. his, cui. ff. de actio. & obligat. Jaſ. Rip. & Alex. in l. 1. de legat. 2. Barc. conſ. 112. vol. 2. vide eundem in l. Lucius 85. ff. de hæred. inſtit.* ¶ Facta ſubſtitutione, ſi ſine liberis, mortuo hærede relictis liberis, dicta ſubſtitutio cenſetur extincta, licet poſtea deceſſerint ſine aliis liberis. *Vincen. de Fran. deciſio. 92. And. Gail. obſerv. 316. lib. 2.* nam fideicommiſſum ſemel extinctum non reviviſcit. *Magon. deciſ. 102. numer. 14. Rot. Floren.* ¶ Fallit ſi verba teſtatoris ſubſtituentis non referantur ad tempus mortis, ſed ſimpliciter facta ſit ſubſtitutio hoc modo, non extantibus vel deficientibus liberis ſubſtituo Titium, tunc enim quandocunque deceſſerint liberi, ſive ante, ſive poſt mortem hæredis, erit locus ſubſtitutioni. *Gail. d. obſ. 136. n. 3.* ¶ De conjecturis, quæ poſſunt adduci ad diluendum fideicommiſſum, *vide per Dec. conſ. 288. & 465. Rol. conſ. 34. vol. 4. & conſil. 43. ibid. Menoch. conſil. 97. libr. 1. & conſ. 171. libr. 2.* ¶ Si teſtator inſtituerit duos ſuos filios, ita quod uno decedente abſque liberis, quod alter ſupervivens ſuccedere debeat, ſi vero ambo deceſſerint ſine liberis, illis ſubſtituerit ſorores, & filias ipſius teſtatoris, & ipſis omnibus decedentibus ſine liberis ſubſtituerit proximiores de agnatione, deinde mortuo teſtatore moriatur alter ex ejus filiis hæredibus relictis duobus filiis, poſtea deceſſerit alter filius cohæres relicta filia, evaneſcit fideicommiſſum ideo dictæ filiæ decedenti ejus mater ab inteſtato ſuccedit. *Cravet. conſ. 307.* ¶ Pater ſi inſtituto filio ſubſtituat, ſi deceſſerit ſine filiis, & filius ingrediatur Monaſterium, ſubſtitutio evaneſcit, & bona Monaſterio debentur. *Barc. in l. 53. §. is, cui, de leg. 2.* ¶ Fideicommiſſum, vel ſubſtitutio, an expiret per ingreſſum Monaſterii, *vide per Bart. in §. ſed hoc, Ant. de Sanct. Epiſ. & in conſ. 1. vol. 1.*

Vel non.

Ingrediens Monaſterium non perdit jus ſuccedendi ex ſubſtitutione facta ante ingreſſum: *Cravet. conſ. 152.* ¶ Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine filiis maſculis, non evaneſcit, ſi deceſſerit relicto uno filio. *Dec. conſ. 218.*

Cap. XXXI. Quando revocetur, deficiat, vel non.

Fideicommiſſum revocatur per ſupervenientiam liberorum, quando quis non cogitabat in perpetuum habere filios. *Bart. in l. 1. ff. de jure codicil. numero 10.* ¶ Teſtator gravando filiam reſtituere filiis à ſe procreandis his verbis, ſi eos, vel aliquem habuerit, procreationem ipſorum filiorum ſignificaſſe videtur: ideo hoc caſu filia decedente ſine filiis, non dicitur eveniſſe caſus ſubſtitutionum factarum de aliis ſubſtitutis filiis naſcituris ex filia. *Menoch. conſil. 326. libr. 4.* quia ſubſtitutione prima deficiente omnes aliæ ſubſequentes defeciſſe dicuntur. *ibid. num. 32. vide tamen numer. 35.* ¶ Teſtator ſi gravaverit extraneam de reſtituenda hæreditate poſt mortem filii ſui, & filius è vita deceſſerit relictis etiam filiis, an illi faciant ceſſare fideicommiſſum, *vide Ant. Trig. ſing. 97.* ¶ Quando injungitur fideicommiſſum filiis decedent. ante vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis, ipſis decedentibus jam incoato anno, vigeſimo quinto non perfecto, ceſſat fideicommiſſum. *Dec. conſil. 593.* ¶ Conditione deficiente fideicommiſſum ſub conditione poſitum, deficere dicitur. *Ozaſ. deciſ. 50. numer. 12.* ¶ Filius non legitimus, & naturalis, an faciat deficere fideicommiſſum, *vide Bart. in l. 17. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.* ¶ Si quis fecerit fideicommiſſum his verbis, ſi filii mihi non fuerint tempore mortis, vel ſi eſſent, & deceſſerint ſine liberis, inſtituo, & ſubſtituo Titium, ſi eo tempore Titius extet, aliàs eos liberos, & his (nempe Titio, & ejus liberis) non exſtantibus, ſubſtituo Cajum, ſi Titius ſupervixerit teſtatori, licet poſtea deceſſerit ſine liberis, ceſſat fideicommiſſum. *Abb. conſil. 40. volum 1.* ¶ Regulariter filius naturalis non facit deficere fideicommiſſum factum, ſi ſine liberis *Gail. obſerv. 136. lib. 2.* ſi filii non ſunt ſpurii, alias ſecus. *Dec conſil. 413. num. 17. facit l. 79. §. volo. de legat. 2.* quod in filiis naturalibus legitimatis maxime obtinet. *Gail. d. obſerv. 136. num. 4. vide tamen Dec. conſil. 155. numer. final. & 185. numer. 9.* ¶ Idem in filio nato ex matrimonio putativo, puta contracto in gradu prohibito inter ignorantes. *Gail. d. obſerv. 136. numer. 9. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit 8. n. 24. Rot. Aven. deciſ. 70. in deciſ. diverſ. Tom. 3. Dec. conſ. 153* ſecus inter ſcientes. *Dec. conſ. 154.* ¶ Fallit concluſio in filiis naturalibus illuſtrium perſonarum, quæ in aliquo dignitatis gradu, & populari obſervantia conſtitutæ ſunt, quia tales perſonæ non cenſentur de naturalibus liberis cogitaſſe. *Gail. d. obſerv. 136. num. 5.* ¶ Secundo fallit in Eccleſia ſubſtituta, nam illa naturalibus etiam legitimatis præfertur. *ibidem d. obſerv. 136. numer. 6. & Hippol. ſing. 131.* ¶ Tertio fallit, quando fideicommiſſum factum eſſet per illa verba, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis. *Gail. d. obſerv. 136. numer. 8. Natt. conſ. 368.*

Vel non.

Subſtitutio prima ſi erit fideicommiſſaria, licet primum fideicommiſſum deficiat, remanet apud hæredem cum onere ſuo, & ſic debetur ſecundo fideicommiſſario. *Dec. conſil. 417. numer. 8.* ¶ Quando teſtator fecit fideicommiſſum, deinceps prohibuit, quod hæres non poſſit intra tempus minoris ætatis bona alienare, non ob id poſt majorem ætatem cenſetur revocare, fideicommiſſum. *Dec. conſil. 386. vol. 2.* ¶ Neptis teſtatoris non facit deficere conditionem, ſub qua teſtator vocavit filios hæredesque ſuos his verbis, ſi deceſſerint ſine filiis, unus, vel plures ſuperſtites ſuccedant, nam hoc caſu neptis non excludit ſubſtitutum. *Menoch. conſ. 151. vol. 2.* ¶ Solum Sacerdotium non habetur loco filii, ideo non facit deficere fideicommiſſum, niſi gravatus intraret Eccleſiam ſecularem animo non exeundi, & illi ſe dedicaret, vel bona ſubjecta expendere ad pias cauſas. *Boer. dec. 245. n. 3.* ¶ Filia ex filia nō dici-

ex proprio corpore, nec facit deficere fideicommiſſum factum filiis de ſororibus, ſi deceſſerint ſine liberis ex eorum propriis corporibus procreatis. *Guid. Pap. q. 353.* ¶ Filia inſtituta, & gravata, ſi deceſſerit ſine liberis, procreans filios naturales, tales filii non faciunt deficere fideicommiſſum. *Petr. de Raven. ſing. 519. Marc. de Mant. ſing. 347.*

Cap. XXXII. Quando renunciari poſſit, vel non.

Fideicommiſſo conditionali an, & quando cenſeatur renunciatum per diviſionem, & quid ſi fuerit ſervata legalis ſucceſſio, *D. Gaſp Teſ. q. For quaſt. 44 lib. 2.* ¶ An per tranſactionem vel diviſionē factam inter gravatos fideicommiſſo, illi cenſeatur renunciatum, vel non, *vide Ozaſ. deciſ. 112. Guid. Pap. q. 232. Boer. deciſ. 147. Mohed. deciſ. 156. Joſeph. Ludov. deciſ. 19. Peruſ. Franc. Marc. q. 245. Borg. Caval. deciſ. 7. de contract. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 25. Creſent. deciſ. 6. alias 277. de donatio. Dec. conſil. 79. 89. 267. 288. num. 15. 495. num. 17. Menoch. conſil. 289. libr. 3. Bartol. in l. 67. §. item quaſitum. ff. de condi. indebi. & in conſil. 1. vol. 2. l. 122. §. fin. ff. de verb. oblig.* ¶ Ad impediendum purificationem fideicommiſſi ſatis eſt, quod ſuperſit perſona in conditione poſita, licet ex facto proprio non poſſet ſuccedere. *Mago. deciſ. 102. numer. 8. Rot. Flor.*

Cap. XXXIII. Quando remitti poſſit vel non.

Fideicommiſſum reciprocum inter fratres remitti poteſt expreſſe. *Ozaſ. deciſ. 100. num. fin.* quæ remiſſio valet in præjudicium liberorum. *Boer. deciſ. 147. numer. 7. & 8. Joſ. Lud. deciſ. Peruſ. 19.* quando cenſeatur renunciatum fideicommiſſo maxime interveniente juramento, *vide Dec. conſil. 345. Menoch. conſ. 359. lib. 4.* ¶ Fideicommiſſum reciprocum pacto, vel tranſactione remitti poteſt, nec prætextu alicujus circunventionis, aut minoris ætatis, reſcinditur remiſſio. *Ozaſ. deciſ. 112. n. 16. Guid. Pap. q. 232. Magon. deciſ. 92. Rot. Floren.* ¶ Fideicommiſſum dicitur conditio, & ſi teſtator gravet filios in morte de reſtituendo, ſi deceſſerint ſine liberis, & in codicillis revocaverit conditionem, videtur remittere fideicommiſſum. *Bart. in l. 1. C. de pact.*

Vel non.

Fideicommiſſum conditionale per verba quantumcunq; generalia non cenſetur remiſſum, ſi in remiſſione nulla fuerit facta mentio de fideicommiſſo, ſecundum communem, *vide Ozaſ. d. deciſ. 112. num. 14. Joſeph. Lud. deciſ. 19. Boer. deciſ. 147. Vera. deciſ. 20. part. 2. And. Gail. obſ. 139. lib. 2. Mag. deciſ. 92. Rot. Flor. facit. l. 79. §. hareditatem, de leg. 2.* ¶ Limitatur reg. Primo per eundem *Ozaſ. deciſion. 112. numer. 17. & Menoch. conſil. 289. libr. 3.* ¶ Secundo limitatur, quando renunciatum fuit juri de futuro, ſecundum *Boer. deciſ. 147. n. 13.* ¶ Tertio limitatur concluſio, ſi expreſſe fideicommiſſo renunciatum ſit caſu, quo hæredes tempore diviſionis ſcientiam fideicommiſſi habuerint, viſis, & inſpectis tabulis teſtamenti. *Gail. obſerv. 139. numer. 7. libr. 2. Boer. deciſ. 147. Cravet. conſ. 24.* ſecus non inſpectis, & viſis verbis teſtamenti. *Gail. ibid.* vel data ignorantia fideicommiſſi. *Mago. deciſ. 27 numer. 22. Rot. Flor. vide Bart. in l. ſub pratextu. C. de tranſact.* ¶ Quarto limitatur, quando in diviſione cuilibet libera alienandi poteſtas quandocunque in futurum, data ſit: nam tonc ſi res fideicommiſſo ſubjecta alienata ſit, emptor eveniente conditione à fideicommiſſario moleſtari non poteſt, cenſetur quoque data poteſtas alienandi, ſi expreſſe in diviſione dictum ſit, quod quilibet de ſua parte pro arbitrio diſponere, & quicquid velit facere poſſit, *vide Gail. obſerv. 139 num. 11. Mago. deciſ. 92. Menoch. conſil. 323. num. 15. libr. 4. Cravet. conſ. 24. num. 8. Rol. conſil. 34. num. 79. Natt. conſil. 530.* quod intellige data ſcientia fideicommiſſi. *Menoch. conſil. 87. vol. 1.* ſed quando ſcientia præſumatur, vide eundem *Menoch. d. conſil. 87. numer. 56. Cravet. conſil. 255.* ¶ Quinto limitatur reg. qoando alteratur forma teſtamenti paterni per contractum diviſionis: quia nova cauſa dicitur ratione alterationis, quando antiqua alteratur. *Crav. conſil. 24. n. 14.* ¶ Sexto, quando per diviſionem, vel poſt eam fuit præſcriptum. *Dec. conſ. 267.* ¶ Septimo, quando in diviſione apponuntur verba multum prægnantia, puta dividentes remittunt omnia jura quomodocunque, & qualitercunque competentia, & competitura, tunc enim cenſetur remiſſum fideicom̃iſſum conditionale. *Cra. conſ. n. 11. 34. Rol. conſ. 34. vol. 4. num. 77. & Menoch. conſil. 87. vol. 1.* ¶ Octavo, quando dividentes promiſerunt attendere, & obſervare, & non contravenire aliqua ratione, vel cauſa, cenſetur remiſſum fideicommiſſum. *Menoch. conſ. 323. num. 41. lib. 4.* ¶ Nono, quando verba generalia ad jus referri aliud nequeunt, niſi ad remiſſionem fideicommiſſi. *Crav. conſ. 1. pro genero n. 343. Men. conſ. 87. n. 20. & 23. vol. 1.*

Cap. XXXIV. Fideicommiſſarius ſubſtitutus quis dicatur, vel non.

Fideicommiſſarius univerſalis in effectu hæres eſſe videtur. *l. 5. §. fi. ff. quod cum eo.* ¶ Fideicommiſſarii conſtituti in teſtamento, nullis datis aliis hæredibus, habentur loco hæredum. *Bare. in l. Centurio, num. 21. ff. eod.* ¶ Subſtitutus caſu, quo hæres deceſſerit ſine liberis, qui ſunt primo loco ſubſtituti, tacite eſt etiam ſubſtitutus ipſius liberis, in caſu ſimili. *vide Pap. libr. 20. t. 3. arreſt. 8.* ¶ Teſtator unicum filium habens, ac duas filias, & ex alia filia præmortua nepotes, filium inſtituit univerſalem hæredem, cui ſubſtituit, ſi ſine liberis, dicta filia, & nepotes ex alia præmortua, vivente adhuc hærede univerſali deceſſit altera ſoror ſubſtituta relictis filiis, poſtea deceſſit dictus hæres ſine liberis, quærebatur, an iſti filii filiæ teſtatoris, præmortuæ, & vocatæ, cenſerentur ſubſtituti loco matris, adeo quod poſſint admitti cum aliis ſubſtitutis, fuit deciſum pro parte negativa, ut teſtatur *Mago. deciſ. Luc. 82.* ¶ Teſtator inſtituit Alexandrum, & Benedictum ſuos filios, ſubſtituendo unum alteri decedenti ſine filiis legitimis, & naturalibus ſimul, vel naturalibus tantum, deficientibus filiis legitimis. & naturalibus ſimul, filii naturales tantum ſuccedere debeant eorum patri, deinde deceſſit Benedictus relictis Jacobo filio naturali, & Franciſco filio legitimo, & naturali, poſtea deceſſit d. Franciſcus relicto Alexando patruo, dubitatum fuit, an Alexander dicatur ſubſtitutus ipſi Franciſco ejus nepoti ex fratre, ſicut erat ſubſtitutus d. fratri, fuit reſponſum pro parte affirmativa per *Crav. conſil 326.* ¶ Si teſtator inſtituerit duos nepotes ex Sejo fratre in una dimidia hæreditatis, & alios quatuor nepotes ex alio fratre in alia dimidia, eoſq; invicē ſubſtituerit, tunc cenſentur ſubſtituti, ſicut ſunt inſtituti reſpective. *Dec. conſ. 186.* nam teſtatoris voluntas debet intelligi in ſubſtitutione, ſecundum inſtitutionem. *Dec. conſ. 270. num. 4.* ¶ Fideicommiſſarius non dicitur legitimus contradictor, quando ejus poſſeſſio eſt vitioſa. *Crav. conſ. 299. num. 5.* ¶ Si teſtator ſubſtituerit hæredi ſuo proprium filium dicti ſui hæredis, quem voluit ejus cognomen, & arma portari, ſi hæres habuerit plures filios, primus cenſetur ſubſtitutus. *Guid. quaſt. 467. vide tamen ibid.* ¶ Fideicommiſſarius eſt hæres etiam de jure civili, utiliter tamen. *Bart. in l. 1. § poſt ſuos ff. de ſuis, & legit. hared.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis quando ſit legitimus contradictor, *vide Bartol. in l. 3. §. fin autem. numer. 22. de edicto. divi. Adria. tollen.* vide de materia ſpectante ad hunc tit. *per Bart. in ti. C. ad Senatuſc. Trebel.* ¶ His verbis factum fideicommiſſum, inſtituo, & ſubſtituo Petrum, & Joannem fratres meos utrunqoe

eorum

corum pro medietate, & eorum filios, & deſcendentes maſculos, tunc quia circa filios, & deſcendentes nullum fuit adjectum verbum ſignificans tractum temporis ſucceſſivum, ſequitur eos filios, & deſcendentes non fuiſſe invicem per fideicommiſſum ſubſtitutos, *vide Menoch. conſ. 376. lib. 4. num. 10.*

Cap. XXXV. Quando excludatur, vel alios excludat, vel non.

Quando inſtitutus eſt aliquis de familia domus ſub hac conditione ſi deceſſerit ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus, ſubſtituat teſtator proximiores de familia: An ad hanc ſubſtitutionem fideicommiſſariam debeat admitti proximior teſtatori, an proximior agnato de eadem familia, & quod ſuccedat proximior gravato inſtituto ſub conditione, *Rol. conſil. 100. Tom. 1.* ¶ In fideicommiſſo facto, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis, relinquens nepotem, ſubſtitutus excluditur, nam hoc caſu nepos facit deficere conditionem. *Rot. Aven. deciſ. 84. in deciſ. diverſ.* & excludit ſubſtitutum. *Gail. obſ. 139. num. 11. lib. 2.* ¶ Teſtator inſtituit ſuum primum filium hæredem univerſalem, cui decedenti ſine liberis ſubſtituit ſecundum filium, cui ſecundo in dicto caſu ſubſtituit tertium, & ipſi tertio pariter decedenti ſine liberis ſubſtituit quartum, moritur ſecundus ſine liberis, poſtea tertius relictis liberis, demum moritur primus hæres univerſalis ſine filiis, fuit orta controverſia inter filios tertii ſubſtituti, prædefuncti, & quartum filium ſubſtitutum, ſuper bonis dicto fideicommiſſo ſubjectis, judicatum fuit pro filiis tertii ſubſtituti, excluſo quarto, ita teſtatur *Papo. lib. 20. tit. 3. arreſt. 13.* ¶ Quando monaſterium excluditur per ſubſtitutum, poſſidet tamen bona durante vita Monachi. *Boer. deciſ. 354. num. 4. Bartol. in l. 48. §. Cornelio. ff. de jure fiſci.* ¶ Extraneus rogatus per fideicommiſſum reſtituere alteri extraneo, ſi res fideicommiſſo ſubjectas cœperit dilapidare, cogi poteſt de facto reſtituere: idem eſt in patre gravato reſtituere filio. *Anguſt. Bero. queſt. 72.* ¶ Facta ſubſtitutione, ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus inſtitutus deceſſerit, an ſubſtitutus excludatur à filio ſpurio legitimato, *vide Afflict. deciſ. 386. & ſupra titul. legitimatı filii quando faciunt deſic. fideicommiſ.* ¶ Quando dubitatur, an maſculi in fideicommiſſo excludant ſorores, vel fœminas ex verbis, vel mente teſtatoris, licet ſint in eodem gradu, quid juris, *vide Menoch. conſ. 315. libr. 4.* ¶ Mater filias inſtituit hæredes particulares, & duos filios hæredes univerſales cum conditione, quod ſi quis ipſorum hæredum univerſalium deceſſerit ſine filiis, alter ſuperſtes ei ſuccederet, defuncto altero hæredum univerſalium relictis filiabus ſolum, patruus ſubſtitutos excludit filias neptes: quia hoc in caſu, maſculinum non concipit fœmininum *Rol. conſ. 82. vol. 3.* ¶ Quando fit ſubſtitutio de agnatis, nepotes ex filio filii excludunt nepotes ex filiabus, *Boer. deciſ. 147. num. 16.* ſed ſi ſubſtituti eſſent extranei, tunc non excluderent ex filia. *ibid. num. 17.* vide tamen *ibid.* ¶ Quatenus teſtator dilexit in inſtituendo, cenſetur dilexiſſe ſubſtituendo, hinc infertur, quod ſi teſtator in inſtitutione excludat fœminas propter maſculos, cenſeatur eas pariter voluiſſe excludere in ſubſtitutione, *Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum queſt. 76. num. 14.* ¶ Filii vocati contemplatione patris, patre excluſo, ipſi cenſentur quoque excluſi. *Raud. tract. de analog. c. 38. num. 121.*

Vel non.

Si teſtator primo ſubſtituto decedenti ſine liberis ſubſtituerit primogenitum natum, & procreatum ex Solomea ejus ſorore, ſub quovis nomine contingat eum nominari, ita tamen quod faciat ſe inſcribi de domo ipſius teſtatoris, mortuo ipſo primogenito ante eventum conditionis fideicommiſſi, ſecundogenitus non cenſetur vocatus ad ipſum fideicommiſſum, ſed ultimus fideicommiſſatius, qui erat ſubſtitutus de primogenito. *Menoch. conſil. 97. volum. 1.* ¶ Propter impotentiam coeundi, vel aliter habendi filios, gravatus non excluditur ſua vita durante. *Boer. deciſ. 354. numer. fin.* ¶ Monaſterium ſecundum magis communem liberos ſubſtitutos non excludit, ubicunque facta eſt ſubſtitutio ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore legitime procreatis, aut ex legitimo matrimonio natis, tunc enim Monaſterium non habetur loco filii, ingrediente gravato Religionem. *Ozaſ. deciſ. 226. num. 18. Boer. deciſ. 354. vide Jac. Put. deciſ. 55. libr. 1. Vincent. de Franc. deciſ. 29. Guid. Pap. q. 353. Borg. Caval. deciſ. 9. de contract. part. 2. num. 83. Crav. conſil. 152. Dec. conſil. 298. 410. 426.* ¶ Diſtinctio vera affertur, qua diverſæ Doctorum opiniones conciliantur in quæſtione illa, an Monaſterium excludat ſubſtitutum. *per Ozaſ. d. deciſ. 226. num. 24. vide Franc. Mant. de conject. ulti. volunt. lib. 11. tit. 7. And. Gail. obſerv. 136. lib. 2. numer. 7. & Ang. Boer. quaſt. 24.* alias Monaſterium habetur loco filii, ut faciat deficere fideicommiſſum. *Guid. Pap. q. 477. & ſing. 55.* & bona applicantur ipſi Monaſterio: fallit, ſi fuerit ſubſtitutus locus pius. *c. 8. ext. de probatio. & ibid. gloſſ.* ſed quando Monaſterium, de Eccleſia excludat ſubſtitutum, vide Reg. cum limitationibus per *Franc. Mant. de conject. ulti. volunt. lib. 11. tit. 7.* ¶ Subſtitutus non excluditur per perſonam magis dilectam, quando gravatus fecit teſtamentum, per quod perſona illa magis dilecta non ſuccedit. *Crav. conſil. 113 num. 4.* & non valet argumentum, minus quis dilectus eſt, ergo fortius cenſetur gravatus. *Cravet. conſil. 161. numer. 17.* ¶ Si teſtator dicat, inſtituo filium, & ſi ſine liberis deceſſerit illi Titium ſubſtituo, ſi filius hæres relinquat filium, qui ingrediatur Religionem fratrum minorum, non excluditur ſubſtitutus. *Boer. d. deciſ. 354.* ¶ Si dicat ſubſtituto, ſi filius efficiatur Sacerdos, perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis, *ibid.*

Cap. XXXVI. Quæ facere poſſit, vel non.

Hæres gravatus fideicommiſſo reſtituere rem propriam, an poſſit retinere per ſe, vel ejus hæredes pretium illius rei, & quid ſi fideicommiſſum veniat ex tacito teſtatoris judicio? *D. Gaſp. Teſ. queſt. 69. lib. 2.* ¶ Alienandi licentia, ſive beneficio non gaudet ille, qui animo evertendi fideicommiſſum alienat. *Ozaſ. deciſ. 168. num. 13.* ¶ Fideicommiſſarius ultimus poteſt adire ſubjecta reſtitutioni, & libere diſponere, quando non ſupereſt alius, qui petitionem habeat. *Natt. conſ. 191. n. 4. Tom. 1. & Menoch. conſil. 133. lib. 3.* ¶ Hæres qui deducit ſororem pro alimentis, cavere debet fideicommiſſario de ipſa ſorte reſtituenda, mortuis legatariis. *leg. maritus. §. 1. ff. ad leg. Fal.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis habet tempus ad deliberandum, & poteſt facere inventarium ex perſona ſua. *Bartol. in l. 1. §. ait Prætor. ff. de jure deliberan.* ¶ Subſtitutus per fideicommiſſum habet jus ſuccedendi, & ſpeciem ſeparatam per ſe, *Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred.*

Cap. XXXVII. Ad quæ teneatur, vel non.

An hæres gravatus reſtituere fideicomm. pendente conditione debeat imputare ſibi fructus perceptos per dictum gravatum. *Rol. conſil. 31. Tom 4.* ¶ Teſtamento rupto nativitate filii ignoranter præteriti, an ſic filius præteritus tanquam ſuccedens ab inteſtato teſtatoris hæreditatem reſtituere per fideicommiſſum per clauſulam codicillarem in teſtamento deſcriptam hæredi univerſali nominato in teſtamento tenea-

Digitized by Google

teneatur, *Rol. conſil. 7. Tom. 4.* ¶ Fideicommiſſarius conditionis eventum probara tenetur, *Jo. Pet. Surd. deciſ. 210.* ¶ Fideicommiſſarium ſe allegans non propterea dicit, quod ei fuerit reſtituta hæreditas, & hærea gravatus ſolet cogi adire. *Joſ. Lud. deciſ. 40. Luc.* ¶ Si fuerint factæ plures ſubſtitutionea cum aliquo onere relicto in eventum alicujus conditionis, ipſa conditione purificata, tale onus ſpectat ad ultimum ſubſtitutũ. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 15.* ¶ Ad onus fideicommiſſarii ſpectat ſolutio legatorum inſolidum. *Bart. in l. 2. ff. ad Tre.* intellige de legatia teſtatoris, ſed quid de funeria impenſa, *vide Guid. Pap. q. 296. DD. de Rom. deciſ. 12. tit. de teſtam. in antiq.* ¶ An hæres, vel fideicommiſſarius teneatur ad ſolutionem legatorum. *Crav. conſ. 16.* quod fideicommiſſariua teneatur (niſi eſſent legata annua, quæ ſolvi debent de fructibus) ſcribit *Natt. conſ. 321. vide conſil. 323.* ¶ Onus talearum pendente conditione fideicommiſſi, videtur pertinere ad hæredem gravatum percipientem fructus. *Crav. conſ. 315.* ¶ Quando mulier conſtituit ſibi dotem de bonia ſubjectia fideicommiſſo, ſi eam recuperet, non tenetur amplius fideicommiſſario illam reſtituere. *Crav. d. conſ. 186. num. 12.* ¶ Scientiam alienantia deducere debet ille, qui petit rem fideicommiſſo ſubjectam male alienatam. *Ozaſ. deciſ. 73. num. fin.* alias non obtinebit. *Rip. in l. filiusfa. §. Divi. n. 11. de leg. 1.* quia tenetur probare ſcientiam, vel ignorantiam, *vide Dec. conſ. 236. num. 7.* quando ſcientia præſumatur, *Rol. conſ. 81. vol. 2.* ¶ Fideicommiſſarius non obſervans præcepta juſta, & non implena teſtatoris voluntatem, amittit omne commodum ſibi relictum. *Natt. conſ. 675. num. 17.* ¶ Hæres, & non fideicommiſſarius tenetur ſolvere uſuraa decurſas (durante tempore reſtitutionia) creditoribus hæreditariis, ſi fuerit interpellatua, & denegaverit ſolvere; aliaa ſecus. *Vinc. de Fran. deciſ. 49.* ¶ Fideicommiſſarius non faciens inventarium tenetur ad omnia onera hæreditaria, etiam ultra vires hæreditatia. *Crav. conſ. 19. num. 16.* tamen non tenetur ad onera hæredis gravati, licet contracta ex cauſa hæreditaria, aut occaſione hæreditatis. *Crav. conſ. 19. num. 17.* ¶ Fideicommiſſarii non tenentur ad æa alienum, hæredis gravati. *Crav. d. conſ. 295.*

Cap. XXXVIII. Vocatus quis dicatur, vel non.

Uxor inſtituta in uſufructu ad vitam, alio inſtituto poſt ipſius uxoria obitum, cenſetur gravata per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate: tamen præmoriente inſtituto, ſeu ſubſtituto in proprietate, dicta uxor remanet domina, & hæres univerſalis etiam in ipſa proprietate. *Menoch. conſil. 273. lib. 3. vide conſil. 373.* ¶ Quando teſtator vocavit aliquem naſciturum poſt triennium, an cenſeatur vocatua, ſi naſcatur ante triennium, & quid, quando dubitatur, an voluerit eum vocare ſolum, ſi naſcatur poſt triennium à die mortia teſtatoria, *vide Menoch. conſ. 339. lib. 4.* ¶ Quando in una diſpoſitione concurrunt plures ex prædictis conjecturis, tunc poſiti in conditione ſine difficultate debent cenſeri vocati: uti ſcribit idem *Meno. conſ. 393. & 394. lib. 4.* ¶ Filii poſiti in conditione, qui ex conjecturis vocati dicuntur, an cenſeantur etiam gravati ſubſtitutis hæreditatem reſtituere, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 96. num. 32.* ¶ Filii poſiti in conditione, quibus conjecturis cenſeantur vocati, *vide Jac. Put. deciſ. 215. lib. 3. Magon. deciſ. 27. & 73. Rot. Flor. Menoch. conſil. 135. libr. 2. Crav. conſil. 62. & conſil. 98. Perilluſtriſ. D. P. Theſſ. deciſ. 60. & 96.* ¶ Filii poſiti in conditione, an dicantur prædilecti ſubſtitutis, & quæ requirantur, ut poſſint dici prædilecti. *Cravet. conſ. 109.* ¶ Quæ ſint utilitates, quando filii poſiti in conditione cenſentur, vocati ex teſtamento, *vide Boer. deciſ. 155. numer. 10.* ¶ Subſtitutio facta de proprio filio, ſuſceptis pluribus filiis, primus cenſetur vocatus. *Pap. arreſt. 14. lib. 20. tit. 3.* ¶ Illud tamen notandum eſt, quod quando filii poſiti in conditione cenſentur vocati, intelliguntur ſubſtituti in portione patria duntaxat, cujua ratione ſunt in conditione poſiti non patrui cohæredis dati. *Crav. conſ. 130. num. 5. & conſ. 306. Mant. d. l. 11. tit. 3. num. 27.*

Vel non.

In fideicommiſſia duæ dantur regulæ, prima, filios poſitos in conditione non cenſeri vocatos: ſecunda, poſitoa in diſpoſitione tacita, vel expreſſa cenſeri vocatoa, & de ambabus regulis ſcribuntur exempla per eundem *Boer. d. deciſ. 155. numero 14. 15.* ¶ Filii poſiti in conditione regulariter non cenſentur vocati ex tacita mente teſtatoris: ideo non poſſint revocare alienata per patrem inſtitutum, & gravatum, ſi ſine liberis deceſſerit, ſed tantum ei ſuccedunt ab inteſtato, *Guid. Pap. quæſt. 39. Boer. deciſ. 147. numer. 14. & deciſ. 155. num. 16. Andr. Gail. obſerv. 136. libr. 2. numer. 18. Magon. deciſ. 27. Rot. Flor. Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 9. Magon. deciſ. 27. Rot. Flor. Crav. conſil. 155. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 77. & 79. Dec. conſil. 292. & 422. & conſil. 545. Roland. conſil. 51. vol. 3. & conſil. 43. vol. 4. Pet. Gemr. ſingul. 61. Menoch. conſil. 135. 152. 196. lib. 2. vide Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 2. Natt. conſ. 551. Bartol. in l. 23. ff. ſolut. matrim. & in leg. Lucius 85. poſt gloſſ. ibid. ff. de hæred. inſtituen. & Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 96.* ¶ Regula tamen limitatur pluribus in caſibus: Primo, quando ſunt in fideicommiſſo plurea gradus ſubſtitutionum, veluti ſi eſſet facta inſtitutio, & ſubſtitutio hoc modo, ſi filius meus hærea deceſſerit ſine liberia, vel liberi ejus ſine liberis, volo bona mea devenire ad Sempronium: nam hoc caſu cum videatur teſtator gravaſſe liberos filii de reſtituendo, videtur eos facile ſubſtituiſſe hæredi ſuo. *Guid. dict. quæſt. 39. & quæſtio. 184. Boer. deciſio. 147. numero 15. deciſio. 155. numer. 21. & 28. & deciſ. 158. vide Clar. in d. §. teſtamentum quæſt. 78. & ſeqq. Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 10. Raud. tract. de Analog. cap. 37. num. 108. Cravet. conſil. 130. num. 3. & conſil. 155. Clar. in §. teſtamenentum. quæſt. 78. & quæſt. 79. Rol. conſil. 18. vol. 4. Menoch. conſil. 277. num. 5. & conſ. 347. libr. 4. Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 11. tit. 3. Menoch. conſil. 135. 277. num. 4. 325. num. 13. 348. & 376. lib. 3. Bart. in l. 3. de legat. 3. Perilluſt. D. Praſ. Theſſau. deciſ. 96. num. 10. vide tamen Mago. deciſ. 27. num. 12. Rot. Flor. Dec. conſil. 422. Rol. conſ. 34. n. 36. vol. 4.* qui tenent contrarium. ¶ Digreſſio per plurea gradus ſubſtitutionis per ſe non ſufficit, ut filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſcribunt *Mago. deciſ. 27. numer. 9. Rot. Flor. & deciſ. 73. num. 6. Rol. conſil. 51. vol. 3. num. 9. & conſil. 43. n. 38. vol. 4. vide Perilluſt. D. P. Theſſau. deciſ. 69. numero 15.* tamen ſufficit, ſi fiat ſua qualitate maſculinitatis, & ſubſtituti vocati ſint de deſcendentibua. *Papon. lib. 20. tit. 3. arreſt. 12.* ¶ Quando teſtator digreditur ad plures gradua ſubſtitutionum, ſignificat ſe velle onus fideicommiſſi, & reſtitutionia eſſe debere omnibus gradatim, & ſucceſſive injunctum, & ſe nullo pacto velle, quod ſubſtituto uno adeunte hæreditatem, illud extinctum ſit. *Menoch. conſil. 220. lib. 3. vide conſil. 277. eo. libr. & conſil. 310. lib. 4.* ¶ Secundo ſi teſtator inſtituat filiaa hæredea particulares, & filioa univerſales, ipſoaque adinvicem ſubſtituendo caſu, quo ſine liberis maſculis decederent prohibendo, quod nullæ fœminæ ſuccederent ipſia tamen dotatia, utrum hoc caſu filii maſculi poſiti in conditione cenſeantur vocati, *vide Guid. quæſt. 299. Boer. deciſ. 155. numero 25. & 28. Clar. in §. teſtamentum. q. 78. & ſeq.* an qualitas maſculinitatis ſufficiat, *vide Magon. deciſ. 27. numer. 6. Rot. Floren. Pap. libr. 20. titul. 3. arreſt. 11. Cravet. conſil. 62. & conſil. 130. Clar. in §.*

teſta-

teſtamentum. quæſt. 79. Dec. conſ. 270. numer. 5. 8. conſil. 319. 545. & conſil. 574. num. 6. Natt. conſil. 551. num. 13. Menoch. conſil. 152. vol. 2. & conſil. 197. numer. 4. ubi, quid, quando qualitas maſculinitatis eſt geminata, & repetita, *vide eundem Menoch. conſil. 277. 310. numer. 30. lib. 3. & conſil. 392. libr. 4. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 3.* ¶ Quod qualitas maſculinitatis non ſufficiat ad hoc, ut filii poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſcribunt *Cravett. conſil. 155. Natt. conſil. 551. numer. 14. Rol. conſil. 51. numer. 5. vol. 3. conſil. 34. num. 63. vol. 1. vide Mant. lib. 11. tit. 3. & Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 96.* ¶ Tertio limitatur regula, quando teſtator prohibuiſſet alieoationem bonorum, *Boer. deciſ. 155. num. 35. Gaſp. Cabal. milleloq. 458. Menoch. conſil. 325. num. 12. lib. 4. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 14.* nam quoties concurrunt prohibitio alienandi, & gravamen de reſtituendo totum, eo ipſo primi prohibiti cenſentur ad totum vocati, *idem Cabal. milleloq. 460.* ¶ Quarto limitatur reg. quando filiabus certum quid relinquitur, & à reliqua hæreditate excluduntur. *Crav. conſ. 130. num. 4. Menoch. conſil. 399. num. 19. & conſil. 394. num. 18. lib. 4.* maxime quando teſtator excludit non ſolum proprias filias, ſed etiam neptes. *Menoch. conſil. 197. numer. 6. libr. 2* ¶ Quinto limita, quando ſequeretur abſurdum, ut ſi extraneus ſubſtitutus præferretur liberis, & deſcendentibus teſtatoria. *Cravet. conſil. 326. vide Menoch. conſil. 393. numer. 28. & 394. lib. 4.* ¶ Sexto limita, quando teſtator plus quam ſemel filios poſuit in conditione. *Menoch. conſil. 135. num. 7. lib. 2. & conſil. 225. num. 11. ibid.* ¶ Septimo, quando ſunt poſiti in conditione in fideicommiſſaria ſubſtitutione. *Menoch. d. conſ. 135. num. 11. vide conſil. 393. ibid.* ¶ Octavo limita reg. in ſubſtitutionibus factis in contractibus, in quibus poſiti in conditione cenſentur vocati. *Menoch. d. conſ. 135. num. 9. libr. 4.* ¶ Nono, quando filii ſunt poſiti in conditione ſub ea qualitate, quod eſſent ligitimi, de legitimo matrimonio procreati. *Menoch. d. conſil. 325. numer. 10. Franc. Mant. libr. 11. tit. 3. num. 7.* ¶ Decimo limita, quando conſtat diſponentes voluiſſe bona conſervari in agnatione, & familia. *Menoch. conſil. 325. num. 14. & conſil. 393. num. 32. lib. 4. Franc. Mant. d. lib. 11. tit. 3. num. 15. Perilluſt. D. P. Theſſ. deciſ. 96. n. 15. & ſeqq.* ¶ Undecimo, qoando poſitus in conditione ejus favore excludit illum, qui eum in totum, vel in parte excluſiſſet. *Menoch. d. conſ. 425. num. 6.* ¶ Duodecimo, quando filii ſunt poſiti in conditione per ablativum abſolutum, qui vocationem ſignificat. *Menoch. conſ. 393. numer. 12. lib. 4. & conſil. 394. num. 10. ibid.* vide tamen *Mant. d. lib. 11. titul. 4. numer. 24.* ubi videtur tenere contrarium. ¶ Hæ conjecturæ vocationis non procedunt cum ultra conditionem ſi ſine liberis: eſſet etiam copulative alia adjecta conditio, ſcil. ſi ſine teſtamento, vel ſine bonorum alienatione; tunc non poſſunt venire filii poſiti in conditiune tanquam ſubſtituti, *Joſeph. Ruſti. lib. 5. cap. 9. num. 14. Zanch. l. hæredes mei. §. cum ita. numer. 803. Menoch. de præſumpt. 37. lib. 4.* ¶ Teſtator ſi dixerit, ſi tales mei hæredes deceſſerint, volo quod omnia bona deveniant ad Titium, taliſ ſubſtitutus, non videtur vocatus, niſi defunctis omnibus hæredibus inſtitutis, niſi aliter ſervaretur ex præſumpta defuncti voluntate. *Abb. conſ. 103. lib. 2.* ¶ Liberi nati tempore mortis hæredum ſi ſubſtituantur nati poſt mortem hæredum non videntur invitati, ſecùs ſi teſtator ſimpliciter locutus fuiſſet de liberis, tunc enim tales liberi quandocunque nati forent, eſſent invitati ad ſucceſſionem. *Guid. Pap. q. 511. vide q. 612.* ¶ Si teſtator inſtituerit filios maſculos hæredes, & filiam in certa quantitate, deinde diſpoſuerit, quod ſi aliqois eorum ſine liberis deceſſerit, portio ejus ad ſuperviventes devenerit, ex tali ſubſtitutione non cenſetur vocata filia hæres particularis inſtituta. *Dec. conſ. 547. num. 6.* ¶ Fideicommiſſum injunctum filiis, ad filios filiorum non extenditur. *Rot. Aven. dec. 37. in deciſ. diverſ. Tom. 3.*

TITULUS DCXXXVII.

De fideicommiſſis relictis proximioribus, agnationi, familiæ, primogenito, deſcendentibus, lineæ, generi, antiquioribus, & domui.

Cap. I. Fideicommiſſum: ſubſtitutio. Qualis. Quibus modis intelligatur.

DIfferentia conſtituitur inter eum, qui dicit ſe de familia, & eum, qui de domo, & cognatione ſe profitetur. *Ozaſ. deciſ. 127. num. 7.* ¶ Subſtituto agnato maſculo proximiore, ubi deficiat linea hæredis, intelligitur de eo, qui eſt proximior tempore conditionis purificatæ. *Raud. de analog. cap. 13. num. 18.* ¶ Inſtituens primum maſculum ſemper hæredem, an in uno ſolo diſpoſitio verificetur, vel omnes cenſeantur vocati, *vide Boer. deciſ. 158.* & de ſignificatione dictionis, ſemper, vel omni tempore, *vide ibid.* ¶ Ubi adſunt extraneæ perſonæ non eſt ſimpliciter habita ratio agnationis, *Raud. inſt. de Analog. cap. 15. num. 336.* ſed agnationis ratio, quando cenſeatur habita, *vide ibid. num. 330. 332. & 336.* ¶ Filia, quæ tempore matrimonii fecit pacem, & finem, & amplam renunciationem favore filiorum maſculorum, dicitur etiam renunciare bonis ſubjectis fideicommiſſo facto, ut bona conſerventur in agnatione. *Menoch. conſ. 197. nu. 73. vol. 2.* ¶ Ex quibus conjecturis colligatur teſtatorem voluiſſe bona in ſua familia conſervari, *vide per Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15.* ¶ Hæreditas per fideicommiſſum delata primogenito, intelligitur de eo, qui vivit tempore delatæ ſucceſſionis: ideo ante defunctus nullum jus tranſmittit ad filium, qui propterea excluditur à patruo ſecundogenito, quando poſt primogenitum fuit vocatus major natu ſucceſſive. *Menoch. conſ. 269. lib. 3.* ¶ Subſtitutio ſi fuerit facta, puta de domo Bardorum, intelliguntur ſubſtituti omnes de Bardis. *Bartol. in leg. unica. C. de conducto. & procurator. lib. 11.* ¶ Subſtitutio facta de duobus antiquioribus de domo, verificatur in primis, & illis deficientibus in ſequeotibus, & ſic de gradu in gradum, quæ extenſio fit favore agnationis, ut bona conſerventur in familia. *Cravet. conſil. 161. numer. 6.*

Cap. II. Quando probetur.

Quando relinquitur fideicommiſſum proximiori, qualiter proximitas debeat probari, & quæ exceptiones poſſint adduci contra teſtes de ipſa deponentes, *vide Cravet. conſ. 249. Dec. conſil. 322.* ſed quid, ſi mulier ſit proximior, & extet ſtatutum exclodens fœminas propter maſculos, *vide eundem Crav. conſ. 250.*

Cap. III. Quando inducatur, vel non.

Licet in dubio fideicommiſſum non inducatur; tamen quando teſtator digreditur, ad plures gradus ſubſtitutionum, ſignificatque ſe velle onus reſtitutionis fideicommiſſi eſſe debere omnibus gradatim, & ſucceſſive injunctum, & conſtat fideicommiſſum eſſe perpetuum, tunc ſemper cenſetur durare de perſona in perſonam. *Menoch. conſil. 117. lib. 2.* ¶ Subſtitutio reciproca fideicommiſſum inducit, quando inter deſcendentes fuit appoſitum verbum, ut bona remaneant, &c. tractum, effectumque ſucceſſivum ſignificans, quare tunc non ſufficit, quod ipſa bona perveniant ad unum ex filiis, vel deſcendentibus, ſed debent ſucceſſive ad

lum admittuntur excluſa nepte filia filii primogeniti, & pronepte teſtatoris, quæ non poteſt ſubintrare in locum patris, ut concurrat cum amita expreſſa vocata à teſtatore, *Menoch. conſil. 215. lib. 3.* ¶ Quando teſtator in ſubſtitutione vocavit primogenitum, puta fratris ſui, & ipſo decedente ſine filiis, vocaverit alium primogenitum alterius fratris tunc mortuo primogenito primo loco vocato ſine filiis, debet admitti alter primogenitus ſecundo loco vocatus excluſo fratre primogeniti vocati. *Menoch. conſ. 229. libr. 3.* ¶ Ad dictum fideicommiſſum relictum proximioribus, admittuntur proximiores exiſtentes tempore evenientis conditionis, & non tempore mortis teſtatoris. *Rol. conſ. 38. 39. vol. 3.* ¶ Si hæredibus, ſeu eorum deſcendentibus ſubſtituatur propinqoior de gradu parentelæ, eveniente caſu ſubſtitutionis, ſi plures propinquiores reperiantur in eodem gradu omnes admittuntur etiam fœminæ non obſtante, quod vocati ſint per numerum ſingularem. *Cravet. conſil. 161. Rol. conſ. 38. vol. 4. num. 46.* ſed ipſi ſubſtituti propinquiores, non cenſentur invicem ſubſtituti, quia in perſona cujuslibet ipſorum finitur ſubſtitutio, *Crav. conſ. 161. vide conſ. 180.*

Vel non.

Subſtituti ſub conditione deficientis lineæ maſcolorum, non admittuntur, quamdiu eſt ſpes propagationis lineæ, *Vinc. de Franc. deciſ. 169. num. 13.* ¶ Lineæ rectæ illi eſſe dicuntur, qui ſunt de linea teſtatoris, itaque de ea, quæ à patre deſcendit: ideo filius deſcendens ex filia, non dicitur de linea ipſius teſtatoris, & conſequenter non admittitur, ad fideicommiſſum relictum lineæ rectæ. *Menoch. conſil. 326. num. 83. lib. 4.* tamen filia deſcendentis maſculi dicitur de linea teſtatoris, ideo non erit locus fideicommiſſo, ſi gravatus (deficiente linea ipſius) deceſſerit relicta filia. *Menoch. conſ. 379. libr. 4.* ¶ Quando excluſis fœminis, filii maſculi vocantur, non admittuntur maſculi ex fœminis deſcendentibus, niſi deficientibus omnibus maſculis vocatis, *Crav. conſ. 22. num. fin.*

Cap. VIII. Qui ſuccedat.

Analogum nomen, agnatus, in materia favorabili (ubi bona debent eſſe penes unom) importat, quod poſt extinctionem admiſſi, alius ſuccedat, ita pronunciavit Senatus Mediol. *vide Rand. tract. de analog. lib. 1. cap. 13. num. 18.* ¶ Pariter, quando teſtator fideicommiſſum reliquit, ut deferatur primogenito tantum, primo admiſſo, cæteri omnes primogeniti ab eo deſcendentes gradatim ſuccedunt excluſo patruo, & cæteris tranſverſalibus. *Menoch. conſil. 106. libr. 2. num. 362.*

Cap. IX. Qui effectus producantur, vel non.

Clauſula; item volo, quod ſi aliquis ex deſcendentibus deceſſerit ſine filijs legitimis, bona perveniant in alios maſculos, & legitimos proximiores, & hoc quia volo, quod conſerventur in deſcendentibus meis & in agnatione, non includit monialem. *Rand. tract. de analog. lib. 1. c. 9 num. 11.* ¶ Clauſula volens, quod bona perpetuo in familia conſerventur, prohibet fœminas à ſucceſſione hujuſmodi bonorum. *ibid. num. 8.* ¶ Fœmina excluſa à ſubſtitutione ob id, quod extra familiam ſit, an prohibeatur capere pro ſe tantum, & ejus vita durante, *vide ibid. num. fin.* ¶ Alienatione rei extra familiam prohibita, ſi illi omnes conſentiant, talis conſenſus non præjudicat naſcituris. *Guid. Pap. quæſt. 361.* ¶ Quando fideicommiſſum reſpicit certum genus perſonarum alicujus familiæ, tunc gravatus non poteſt teſtari de bonis ſubjectis inſtituendo remotiorem in gradu non vocatum, licet ſit ejuſdem familiæ ſecus ſi fuerit ſolum gravatus de reſtituendo uni de familia. *Menoch. conſ. 277. num. 25. libr. 3.*

Cap. X. Quando expiret: deficiat, vel non.

Subſtitutio facta de propinquiore, ſeu generis, expirat mortuo propinquiore. *Craver. conſ 180.* ¶ Subſtitutio facta his verbis, decedente quandocunque Titio hærede tunc, & eo caſu ſubſtituto Sebaſtianum filium dicti hæredis, & omnes alios filios maſculos legitimos, & naturales naſcituros, & poſt præfatum Sebaſtianum ſubſtitutum, filios maſculos ex eo naſcituros, & ex aliis ſubſtitutis, quos etiam omnes adinvicem ſubſtituo, ſi ipſi, vel aliquis ipſorum ſine filiis maſculis deceſſerit, ita, & taliter, quod bona nunquam exeant de familia, & agnatione ipſius teſtatoris, evenit quod poſt longiſſimum tempus fuit finita linea dicti teſtatoris, dubitatum fuit, an cenſeretur extinctum fideicommiſſum per mortem ultimi deſcendentis ex linea teſtatoris, vel deberetur alteri tranſverſali de agnatione ipſius, *Menoch. conſ. 233. libr. 2.* reſpondit extinctum eſſe. ¶ Neptis ex filio non dicitur eſſe de linea maſculina avi paterni: ideo non facit deficere fideicommiſſum ipſius avi factum in caſu deficientis lineæ maſculinæ. *Menoch. conſ. 205. libr. 2.*

Cap. XI. Subſtitutus. Quis dicatur.

Qui ſubſtituit ſibi proximiorem in gradu, non videtur ſibi ſubſtituiſſe proximiorem in ſucceſſione, quia inter eos eſt differentia. *Guid Pap. ſing. 856.* ¶ An filii naturales unius lineæ, dicantur ſubſtituti quoad alteram lineam. *Crav. conſ 326.*

Cap. XII. Quando excludatur, vel alios excludat.

Fœmina proximior nupta extra familiam excluditur à fideicommiſſo, in quo vocantur proximiores de agnatione. *Ozaſch. deciſ. 172 vide Boer. deciſ. 147. num. 16. & 17.* ¶ Subſtitutos, ſeu illius filius, an excludat matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſobſtituendo fratres, aut alios de agnatione, mortuo ſine hæredibus filio inſtituto, *vide Perill. D. P. Thiſſ. deciſ. 248.*

Cap. XIII. Quis dicatur vocatus, vel non.

Teſtator ſubſtituens proximiores, an cenſeantur vocaſſe proximiores ultimi decedentis, aut ipſius teſtatoris, *vide Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. q. 76. num. 14.* quo loci concludit eſſe vocatos proximiores ultimi decedentis, & non teſtatoris, idem tenent *Roland. conſil. 100. Rot. Avenio. deciſ. 37. num. 3. in deciſ. diverſo.* tamen contrarium teoent (nempe quod debeat attendi proximitas habito reſpectu ad teſtatorem.) *Menoch. conſ. 124. lib. 2. conſ. 327. num. 93. & conſ. 359. num. 7. ibid. Mago. deciſ. 144. num. 16. Rot. Floren. vide Perilluſtr. D. Præſid. Theſſaur. deciſ. 63. & 64.* ¶ Ad relictum familiæ primo vocantur nominati, & poſt eos, qui proximiores ſunt in gradu, *l. 33. §. fin. de legat. 2.* ¶ Teſtator inſtituto hærede ita cavit, & deficiente tota linea ſui hæredis ſcripti, ſubſtituit agnatum primogenitum proximiorem ex familia ipſius teſtatoris, orta fuit dubitatio, an teſtator intellexerit vocare primogenitum proximiorem exiſtentem tempore teſtamenti, & mortis ipſius teſtatoris, vel alium exiſtentem proximiorem tempore mortis hæredis gravati, & purificatæ conditionis. *Menoch. conſ. 106. vol. 2.* tenet cenſeri vocatum primogenitum exiſtentem tempore teſtamenti, & mortis teſtatoris, & ſucceſſive ipſo mortuo adhuc vivente hærede, ejus filium primogenitum, excluſo primogenito, & proximiores exiſtente tempore mortis hæredis gravati. ¶ Quando teſtator ſubſtituis invicem filiis inſtitutis, prohibuit alienationem bonorum ſuorum, quia voluit dicta bona ſemper remanere, & tranſire in dictos filios, & deſcendentes maſculos, donec durabit linea maſcu-

lina

lina dictorum ſuorum filiorum reſpective: ad tale fideicommiſſum, & ad revocanda alienata cenſentur vocati deſcendentes proximiores alienantis, etiam non nati tempore alienationis: ideo illi poſtea nati debent præferri remotioribus in gradu, qui ante illorum nativitatem, & tempore ipſius alienationis erant proximiores, & vocati. *vide Magon. deciſ. 91. & 92. Rot. Floren.* ¶ Vocatis deſcendentibus in infinitum, cum prohibitione alienationis, & illis deficientibus teſtator vocavit illos de familia Antinorea, tunc vivos exiſtentes, per hoc fideicommiſſum cenſentur vocati proximiores de dicta familia tempore purificatæ conditionis viventes ordine ſucceſſivo, nec expirat fideicommiſſum per mortem primi fideicommiſſarii; ſed ipſe etiam cenſetur gravatus de reſtituendo aliis de dicta familia proximioribus, quia talis vocatio importat ordinem ſucceſſivum, ut unus poſt alium admittatur, *Magon. deciſ. 37. num. 34. Rot. Floren.* ¶ Fideicommiſſum ſi fiat ſub nomine collectivo veluti liberis, cognatis, & deſcendentibus cenſetur ad fideicommiſſum vocatus ordine ſucceſſivo quicunque erit proximior. *Natt. d. conſ. 437.* ¶ Linea vocata indicat ordinem ſucceſſivum, cum ſit nomen collectivum: nam collective vocati ordine ſucceſſivo intelliguntur vocati, & tunc pater faciens contra prohibitionem teſtatoris, non nocet filiis. *Magon. deciſ. 138. Rot. Floren.* ¶ Quando teſtator fecit fideicommiſſum gravando hæredem, & filios hæredis maſculos uſque in infinitum, & in defectum maſculorum vocavit fœmina de ſua agnatione, hæredibus inſtitutis decedentibus ſine liberis, ad ipſum fideicommiſſum cenſetur vocata ſoror teſtatoris, quæ vivebat tempore teſtamenti. *Menoch. conſ. 281. lib. 3.*

Vel non.

Vocatus per fideicommiſſum poſt filios, & deſcendentes in infinitum, & perpetuum non poteſt venire, donec eſt ſpes creationis deſcendentium immutabiliter. *Borg. Caval. deciſ. 7. de contract.* ¶ Deſcendentes ultra quartum gradum non videntur gravati ex prohibitione alienationis, etiamſi fuerit expreſſum, ut bona perpetuo remaneant in familia, ſed quid, ſi fuerit dictum, quæ voluit perpetuo ad deſcendentes pervenire, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 2. numer. 12.* ¶ Quando teſtator cavit: inſtituo Cajum filium meum hæredem, ſi ipſe hæres non erit, ſubſtituo liberos, vel deſcendentes, vel familiam, tunc liberi, vel deſcendentes, aut familia non dicuntur gravati inter ſe cum nullum ſit adjectum verbum ſignificans tractum ſucceſſivum, & perſeverantiam reſtitutionis fideicommiſſi. *Menoch. conſ. 328. num. 97.*

TITULUS DCXXXVIII.

De fideicommiſſo particulari.

Cap. I. Fideicommiſſum particulare. Quod dicatur, vel non.

Fideicommiſſum particulare dicitur, ubi non continentur jura, nec actiones & univerſale dicitur, ubi ſit ſub commemoratione omnium bonorum, & hæreditatis. *Magon. deciſ. 35. Rot. Flor.* ¶ Fideicommiſſum particulare eſt, quando ſpecifice legatur res in certo loco poſita, & in hoc fideicommiſſo fideicommiſſarius poteſt vacantem poſſeſſionem rei propria auctoritate accipere, hæreditate tamen nondum adita. *Natt. conſil. 234. Tom. 2.* ¶ Si quis ita ſcripſerit ſufficiant tibi vineæ, & fundus, fideicommiſſum erit. *leg. 11. §. ſi quis ita, eod.* ¶ Subſtitutio facta filiæ per patrem in certa pecuniæ quantitate inſtitutæ, non eſt fideicommiſſum filia decedente in pupillari ætate, ſed quid, ſi mater eſſet in medio. *Guid. Pap. quæſt. 522.*

Cap. II. Quale ſit, vel non.

Fideicommiſſa ſingularia æquiparantur legatis. *Capel. Thol. quæſt. 455.* & fideicommiſſum particulare, quod dicatur. *Vera. deciſ. 22. part. 2.* ¶ Fideicommiſſum univerſale, quomodo à ſpeciali diſtinguatur, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 2.*

Cap. III. Quibus modis intelligatur, & dicatur repetitum.

Si teſtator jubeat aliquem eſſe contentum aliqua certa re pro his, quæ in teſtamento relinquat, intelligitur de relictis pure; non ſub conditione. *l. 27. §. Pomponius, de legat. 3.* ¶ In fideicommiſſo hæredibus relicto, intelligitur portio pro modo oneris hæredibus per fideicommiſſum injuncti, alias debetur pro hæreditariis portionibus. *l. 8. §. quæſitum, ff. de reb. dub.* ¶ Relictum in defectum inſtitutorum, videtur relictum à venientibus ab inteſtato, & verbum, pertinere, trahitur ad fideicommiſſum. *l. 90. §. filiam. de lega. 2.* ¶ Filios ob inventarium non confectum non teneri ad integra fideicommiſſa, quomodo intelligatur, *Ozasb. deciſ. 148. n. 11.* ¶ An fideicommiſſum appoſitum in teſtamento, intelligatur repetitum in codicillis, in quibus teſtator aliquid diſpoſuit circa eandem rem, in teſtamento fideicommiſſo ſubjectam, *Natt. conſ. 476.*

Cap. IV. Quando probetur, inducatur, vel non.

Confeſſio debiti facta à teſtatore non probat debitum, ſed fideicommiſſi petitionem inducit. *dict. leg. 90. §. quiſquis. de leg. 2.* ¶ Hæc verba inducunt fideicommiſſum, nempe quando teſtator (qui legaverat cuidam Duci certa bona) poſtea addidit, rogans dominationem ſuam, ut ea bona legata diſpenſare velit in totum, vel in partem in beneficium hæredis, & hoc ſi dominationi ſuæ placuerit, & non aliter. *Menoch. conſ. 369. lib. 4.* ¶ Fideicommiſſum relictum animo compenſandi, non inducit petitionem, cum in fideicommiſſis præcipue ſervanda ſit teſtatoris voluntas. *d. leg. 11. §. item ſi quis. de legat. 3.*

Cap. V. Quando debeatur, & quando diminuatur, vel non.

Fideicommiſſum relictum à curatore, quem quis putabat legitime datum, ab hærede ſcripto debetur. *l. 34. §. ſi. ff. de uſu, & uſufruct. legat.* ¶ Legatum factum uxori de mille donec vixerit ſine viro, & poſt ejus vitam dicta mille devenirent, ad Titium, ſi mulier ſecundo nubat, an Titius ſtatim habeat mille, *Bartol. in Auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſerit mulier.* ¶ Illud, quod debetur ex fideicommiſſo, à defuncto capitur. *Bartol. in l. 39. ff. de donat. cau. mort.* ¶ Domus teſtatoris prohibita alienari ext. familiam, ſpectate debet ad antiquiorem de parentela, & mortuo hærede inſtituto relictis filiis, pertinebit, ad primogenitum ipſius hæredis. *Roland. conſilio 6. volum. 4.* ¶ Quando hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento propter errorem defuncti, fideicommiſſa relicta, conjunctis perſonis debentur à venientibus ab inteſtato. *Bartol. ſingul. 188.* ¶ Fideicommiſſum injunctum de re legata præſtatur, ut accipitur, ſi de altera, præſtatur in integrum, ſi res erat indiviſibilis, *vide l. 100. & ibid. gloſſ. eod. & l. 72. de legat. 2.* ¶ Relictum in diem debetur ſine fructibus medii temporis, ſi gratia hæredis fuerit appoſitus dies, ſecus ſi legatarii, vel fideicommiſſarii. *leg. 44. §. Pagatius, de legat. 2.*

Vel non.

Diminuto legato, non diminuitur fideicommiſſum à legatario relictum, ſi legatum remanſit ſufficiens, ad onus.

onus. *l. maritum. §. fi. ff. ad leg. Falc.* ¶ Filiæ inſtitutæ in rebus certis, non videntur gravatæ per hæc verba, ſi omnes filii mei deceſſerint ſine filiis, *vide Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libro 11. tit. 1. num. 5.* ¶ Non eſt veriſimile teſtatorem hæredem gravare voluiſſe duplici præſtatione. *leg. 39. §. ſi teſtamento, de legat. 3.*

Cap. VI. Quando detrahi poſſit legitima, & quando habeat locum fideicommiſſum, & relinqui poſſit.

Donatario, cui fuit donatum etiam inter vivos hac conditione, imponi poteſt onus fideicommiſſi. *l. 27. §. pater de legat. 3. vide Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 71.* ¶ Legitima filiorum non poteſt detrahi de fideicommiſſo particulari, quando ſuperſunt alia bona. *Natt. conſil. 199. Tom. 1. & conſil. 239.* idem in Trebellianica. *Menoch. conſ. 44. num. 24. vol. 1.* ¶ Ab eo, cui mortis cauſa donatur, vel relinquitur, poteſt fideicommiſſum relinqui. *l. 3. de lego. 3.* ¶ Rogatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, & ſi habuerit fœminas, reſtituat centum, ſi gravatus deceſſerit cum maſculis, & fœminis, an habeat locum fideicommiſſum, *vide Bartol. in l. 101. ff. de cond. & demonſt.* ¶ Dominium tranſit ipſo jure in fideicommiſſarium particularem, *Boer. deciſ. 156. num. 13.*

Cap. VII. Quando quis gravari poſſit, vel non.

In quantum quis honoratur, in tantum gravari poteſt computatis etiam fructibus ex re relicta perceptis, *l. 117. §. apud Marcellum, de leg. 1.* ¶ Filia poteſt gravari in dote, quatenus dos eſt ultra legitimam. *l. 92. §. filia, de leg. 2. & l. 3. ff. de dot. proleg.* alias ſecus. *Guid. Pap. qu. 613.* ¶ Si teſtator gravet hæredem in eo, quod ſibi hæres debebat, & ipſe hæres debitum cum fructibus compenſet, fraudem facere non videtur, ſecus ſi debitum cum Falcidia compenſaret. *leg. 80. §. Titio, de legat. 2.* ¶ Honoratus in quota, non poteſt gravari in alia quota, ultra vires relicti cum fructibus, *l. 72. §. cum quidam, de legat. 2.* ¶ Subſtitutus præfertur collegatario conjuncto, ubi portio alterius collegatarii deficit, *Natt. conſ. 306.*

Cap. VIII. Quando quis excludatur, gravetur, vel non.

Filius primogeniti excludit patruum ſecundogenitum in fideicommiſſo domus, ad quam teſtator vocaverat primogenitum ſuorum filiorum, & deſcendentium. *Menoch. conſ. 211. lib. 3.* ſed quando patruus excludat filium primogeniti, *vide eundem conſil. 269. libr. 3.* ¶ Unus ex hæredibus in ſpecie hæreditaria gravatus pro portione ſua tantum videtur gravatus, & æſtimatio teſtatoris nihil operatur. *leg. 83. §. ſi libertus, de legat. vide tamen leg. 88. §. ſi teſtamento eodem.*

Cap. IX. Quæ valeant, vel non.

Alienatio rei fideicommiſſo ſubjectæ valet, interveniente ignorantia contrahentium, ſi fideicommiſſum ſit univerſale, ſecus ſi particulare. *Ozaſch. deciſ. 73. num. 4. Guid. Pap. q. 611. Joſeph. Lud. deciſ. 29. Peruſ. & ſupra titul. de ſubſtitutio. fideicomm. & fideicomm. in genere.* ¶ Onus de aliquo adoptando, & fideicommiſſum in defectum adoptionis injunctum, non tenet, ſecus in legato. *d. l. 3. §. ſi rem, de leg. 3.*

Cap. X. Qui, quo facere poſſit, ad quæ teneatur.

Rogatus reſtituere capaci, licet tempore mortis ſit incapax, legatum retinet niſi tempore mortis expreſſum aliud ſit. *l. 10. §. quis, ff. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Gravatus dare unam de rebus alternative relictis, tenetur ad illam, etiamſi elegerit *l. 97. §. ſi cui de legat. 1.* ¶ Ille, qui fideicommiſſum debet, poſt moram tenetur de fructibus, & omni intereſſe. *l. 26. de leg. 3.* ¶ Incertitudo fideicommiſſi, remittitur certificanda judici. *l. ſi quando in certo, ff. ne legat. ſeu fideicommiſ. nomi. caveat.* ¶ Si aliquid accedat rei reſtitutioni ſubjectæ, id omne fideicommiſſario reſtituitur. *l. 12. ff. item ſi quis.*

TITULUS DCXXXIX.

De fideicommiſſi petitione, & reſtitutione, quæ veniant in illa, & quæ probanda.

Cap. I. Fideicommiſſarius. Quis dicatur.

Fideicommiſſarius, qui poſſidet, & eſt paratus in continenti docere de juribus ſuis, an dicatur legitimus contradictor ad impediendam miſſionem in poſſeſſionem venientium ab inteſtato. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 47. eundem deciſ. 71. part. 2.* quid, ſi non poſſideret, *vide ibid. d. deciſ. 47.* ¶ Heres gravatus reſtituere, etiam poſt reſtitutionem hæres dicitur. *Dec. conſ. 80.* ¶ Pretium, & res comparata ex pretio, ſuccedit loco rei in univerſalibus. *l. 72. §. fi. & ſeq. de leg. 2.*

Cap. II. Quæ attendantur, & fideicommiſſum, quibus modis intelligatur, vel non.

Valor bonorum in detractionibus attenditur, tempore mortis teſtatoris. *Menoch. conſ. 292. n. 20.* ¶ Fideicommiſſo bona ſubjecta, ſi alienentur, intelligitur data licentia vocatis apprehendendi bona ſubjecta propria auctoritate. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 71. nu. 9. part. 2.* ¶ An res empta ex pretio rei venditæ ſubjectæ fideicommiſſo, vel permutata cum ipſa re ſubjecta, cenſeatur ſubrogata loco rei alienatæ, vel permutatæ, *vide Magon. deciſ. 16. Rot. Flor. Cravet. conſ. 202. & 295.* quid de re empta ex pecunia hæreditaria, *vide Capic. deciſ. 194. num. 16. Menoch. conſ. 213. lib. 3.* ¶ Fideicommiſſarius, ut dicatur legitimus conductor requiritur, quod poſſeſſionem apprehenderit, facta ſibi reſtitutione reali. *Lud. d. deciſ. 47. vide ibid. deciſ. 71. part. 2.* ¶ Ut bona alienata imputentur in legitimam, & Trebellianicam, oportet fieri alienationem ex cauſa voluntaria, ſecus ſi ex neceſſaria, quæ non ceſſit in utilitatem hæredis. *Crav. conſ. 315.*

Cap. III. Quando probetur, & quæ probentur.

Filius gravatus onere fideicommiſſi conditionalis, ut ſcire poſſit quæ ſint pro legitima, & Trebellianica deducenda, quæ probare debeat fideicommiſſarius. *Natt. conſ. 332.* ¶ Fideicommiſſarius poſſidens bona, poteſt opponere exceptionem, dolo facis, quia petis quod reſtituturus es in duobus caſibus, nempe, quando hæres non vult ſatiſdare de reſtituenda hæreditate, & quando in continenti probare poteſt de jure ſuo. *Cravet. conſ. 69. num. fin.* ¶ Quando ſufficiat fideicommiſſario probare de poſſeſſione, & quando teneatur probare dominium teſtatoris, *vide Mag. deciſ. 10. Rot. Flor.* qui ſequitur diſtinctionem *Natt. conſ. 40. Mag. deciſ. 37. ibi. Crav. conſ. 61. num. 6. & conſ. 315. Natt. conſ. 400. Rol. conſ. 46. Menoch. conſ. 207. num. 30.* ¶ Ad probandum bona ſubjecta fuiſſe in bonis fideicommittentis, in antiquiſſimis leviores probationes ſufficiunt præſumptivæ, & conjecturales, de quibus vide per eundem *Magon. deciſ. 27. num. 15. Rot. Flor.* ſed de contrariis conjecturis, *vide eundem Magon. deciſ. 37. ibid.* ¶ Fideicommiſſi bona alienata interim, qui vult recuperare, debet concludenter probare ea fuiſſe in bonis teſtatoris. *Joſeph. Ludov. deciſ. Luc. 64. num. 32. & deciſ. Peruſ. 71. num. 10. part. 2. Natt. conſ. 40. Rol. conſ. 46. Menoch. conſ. 207.* ¶ Fideicommiſſarius tenetur probare mobilia teſtatoris per ipſum relicta fuiſſe, & perveniſſe ad manus hæredis. *Cravett. conſ. 315. num. 5.* ¶ Filiatio probatur ex

aſſer-

aſſertione teſtatoris ſimul cum actu inſtitutionis, quando tractatur de probatione identitatis perſonarum in fideicommiſſo, & plene de hac probatione, & de identitate rerum ſubjectarum, & qualis probatio ſufficiat in materia fideicommiſſi, *vide Natt. conſ. 255. Tom. 1.*

Cap. IV. Quæ veniant, vel non.

In generali fideicommiſſo non includitur dos, quam pater in filiam contulit, & ex eo veniunt deducenda debita ſoluta per hæredem. *Natt. conſ. 255. vide conſ. 320. & 383.* ¶ Prælegata veniunt in fideicommiſſum, quando teſtator omnia bona, vel majorem partem dividit inter filios. *Bartol. in l. 92. de leg. 1.* ¶ In reſtitutione fideicommiſſi comprehenduntur omnia, quæ habuerunt hæredes ii. inſtitutionis, ſecus ea, quæ titulo legati ſubſequentis gravamen. *Raud. tract. de analog. cap. 18. num. 62.* ¶ Percepta jure ſubſtitutionis pupillaris veniunt in fideicommiſſum generale, finge cauſam, quando gravatus fideicommiſſo erat ſubſtitutus fratri pupillo, & ipſo mortuo in pupillari ætate habuit ejus bona, deinde deceſſerit, *Guid. Pap. q. 303. num 3.* ¶ Quod capitur jure donationis, quæ confirmatur morte, vel conditionis implendæ cauſa, aut pupillaris, vel alterius ſubſtitutionis quando veniat in fideicommiſſum, *vide per Bartol. in l. 3. §. quidam. ff. ad Trebellia.* ¶ In reſtitutione fideicommiſſi ſolum veniunt bona quæſita judicio teſtatoris. *Cravett. conſ. 24. num. 12.* non alia quæſita ex alia cauſa, quam hæreditaria. *Crav. conſ. 315. Dec. conſ. 81. num. fin. & 218.* ¶ Bona recuperata virtute pacti de retrovendendo, veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. *Dec. conſ. 238. num. fin.* ¶ Credita exacta per hæredes veniunt in reſtitutione, quia dicuntur bona hæreditaria. *Cravett. conſ. 315. num. 3.* ¶ Si filius, vel alius extraneus inſtitutus hæres adeat hæreditatem ſine beneficio inventarii, confunditur donatio antea ſibi facta, & venit in reſtitutione fideicommiſſi. *Guid. ſing. 1004.* ¶ Fructus percepti judicio teſtatoris veniunt in reſtitutione, quando dilatio appoſita favore fideicommiſſarii. *Bartol. in l. 21. §. filium, ff. de annu. legat.* ¶ Quando quis eſt ſimul, & eodem tempore gravatus & honoratus, an illud, quod jure fideicommiſſi percepit, veniat in teſtitutione, *vide Bartol. in l. 76. n. 5. ff. ad Trebellia.* ¶ In fideicommiſſum venit portio hæreditatis, quæ defertur præterito ab inteſtato, virtute clauſulæ codicillaris. *Bartol. conſ. 20. volum. 1.* ¶ Quod ab hærede debebatur defuncto, computatur in patrimonium, & cadit in fideicommiſſum univerſale, ſicut bona hæreditaria. *l. maritus ff. ad legem Falcid.* ¶ Quando quis rogatur reſtituere quicquid ſupererit ex hæreditate, & quando dilatio gratia fideicommiſſarii apponitur, fructus veniunt in reſtitutione. *l. 4. §. nunquam, ff. de uſuris, vide tamen l. 81. de legat. 3.* ¶ In reſtitutione fideicommiſſi veniunt, quæ cohæres gravatus habuit ex ſubſtitutione alterius gravati, quando ipſe cohæres primo fuerit inſtitutus alteri gravato, deinde gravatus. *Cravett. conſ. 294. Dec. conſ. 80. Bart. in l. 30. §. quindecim, de legat. 3.* ¶ Quando ſucceditur ex ſubſtitutione compendioſa, quæ habet vim fideicommiſſi poſt aditam hæreditatem, in reſtitutione fideicommiſſi etiam venit illud, quod gravatus habuit ex ſubſtitutione compendioſa. *Dec. conſ. 81. & conſ. 596. vide Natt. conſ. 320.* ¶ Si gravatus commiſerit delictum, propter quod ejus bona veniant publicanda, fiſcus ſuccedit in legitima, & Trebellianica, in reliquis fideicommiſſarius. *Natt. conſ. 528.* ¶ Prælegata facta hæredi gravato an, & quando veniant in fideicommiſſi reſtitutionem, *vide Boer. deciſio. 280. Dec. conſ. 254. Bart. in l. 3. §. quidam, ff. ad Trebellia. num. 12.* ¶ Quando relinquitur fideicommiſſum per verba univerſalia, quia gravatur hæres reſtituere omnia bona, aut quicquid ad eum pervenit, indiſtincte veniunt prælegata in fideicommiſſo. *Crav. conſ. 294. Roman. ſing. 174.* ¶ Prælegata, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi, & de conjecturis circa hoc. *D. Gaſpar. Theſſau. q. For. q. 17.*

Vel non.

Filius poteſt detrahere bona materna ex bonis ſubjectis fideicommiſſo: & dos relicta filiæ, non venit in reſtitutione fideicommiſſi etiam relicti ab ipſa. *Menoch. conſil. 292. num. 8.* nec fructus bonorum fideicommiſſi in dotium detractione imputantur. *ibidem numero 21.* ¶ Ea, quæ quis capitalio hærede exiſtente, non ex ultima voluntate, in fideicommiſſum generale non veniunt. *Bartol. ſing. 84.* ¶ Legatum relictum filiæ (quæ non eſt nupta) intelligitur pro dote, ideo hujuſmodi relictum non venit in reſtitutione fideicommiſſi univerſalis, niſi ſpecialiter dictum ſit. *Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 11. titul. 21.* ¶ Conditio de dando hæredi, in ipſius perſonam impletur, non in perſonam fideicommiſſarii, & datum cauſa conditionis implendæ, non venit in reſtitotione. *l. 44. §. cum hæreditas, ff. de conditio. & demonſtra.* ¶ Ea, quæ quis ſperet alio hærede exiſtente, non ut ex ultima volontate, in fideicommiſſum generale non veniunt. *l. 70. de legat. 2.* ¶ Generalis acceptatio fideicommiſſorum, non comprehendit fideicommiſſa acceptanti damnoſa. *Cravett. conſil. 33. numero 4.* minus fideicommiſſum inutile. *ibidem numero. 7.* ¶ Filius hæres gravatus aliquando bona, in dubio præſumitur alienaſſe de bonis ſubjectis. *vide Menoch. conſil. 207. num. 9. lib. 2.* & ideo ipſa bona alienata imputantur in ejus legitimam, & Trebellianicam. *ibid.* quia filius alienans bona ſubjecta fideicommiſſo, videtur ea pro ſibi debitis elegiſſe. *Menoch. conſ. 292. num. 7. lib. 2.*

Cap. V. Quando fieri poſſit, vel non.

Fideicommiſſum pure relictum, poteſt peti incontinenti, & qui vetat ſatiſdationem exigi, non videtur fideicommiſſi idem differre. *l. 39. §. fin. de legat. 3.* ¶ Qui omittit hæreditatem abſque dolo, non tenetur edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, ſed ad petitionem fideicommiſſarii poterit cogi adire. *l. 17. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* ¶ Qui venit contra voluntatem defuncti in eo, quod eſt cauſa fideicommiſſi, ab ejus petitione repellitur. *l. 79. §. libertis. de legat 2.* ¶ Hærede gravato decedente ante aditam hæreditatem poſt juſſum, fideicommiſſum peti poteſt tanquam ab eo adita fuiſſet hæreditas, ſecus ſi deceſſerit ante juſſum. *Pet. de Raven. ſing. 17.*

Cap. VI. Quæ contineat, vel non.

Prælegata particularia ſub fideicommiſſo univerſali eatenus continentur, ſi ante fideicommiſſum relicta ſint; ſecus ſi poſt hæredis inſtitutionem, vel fideicommiſſum relinquantur. *And. Gail. obſerv. 135. lib. 2. Papon. lib. 2. tit. 3. arreſt. 17. Natt. conſ. 321. Roland. conſil. 34. vol. 4. num. 7. Menoch. conſil. 86. volum. 1. vide eundem Menoch. conſil. 232. lib. 3. num. 39. Bartol. ſing. 96.* ¶ Dictum limitatur in octo caſibus ſcriptis per eundem *Gail. obſerv. 135.* ¶ Item limitatur in donationibus, quæ morte confirmantur. *Pet. de Rav. ſing. 326.*

Cap. VII. Quando debeatur.

Filio pro legitima, & pro alio ſuo credito per arbitros virtute ſtatuti aſſignatum fuit prædium unum, vel plura, ita taliter, quod poſt mortem ſuam aliquid poſſent emere dicta prædia certo pretio, mortuo filio dicta prædia fuerunt redemta juxta laudum, quærebatur, an illa reciderint in cauſam fideicommiſſi, ita ut legitima filii dicatur habita in pecunia numerata dicti prædii. *Crav. conſ. 202.* reſpondit affirmative. ¶ Onus legatorum ſpectat ad fideicommiſſarium, niſi eſſent legata annua, quæ ſolvi debent de fructibus. *Natt. conſ. 321. nu. 2. vide conſ. 323. nu. 5.* ¶ Reſtitutione facta de una re hæreditaria, an videatur facta de toto. *Rot. Aven. deciſ. 45. num. 4.*

Cap. VIII. Quæ detrahi poſſint, vel non.

Fideicommiſſum detrahitur à ſuccedentibus gravato, ut æs alienum, & in reliquis, in quibus non potuit gravari, ſervatur voluntas gravati. *c. Raynaldus, & ibid. gloſſ. ex. de teſtam.* ¶ Ex voluntate defuncti portio, quæ jure fideicommiſſi percipitur, in fideicommiſſum deducitur, & fructus percepti judicio teſtatoris. *l. 21. §. filium, ff. de annu. legat.* ¶ Hæres gravatus in reſtitutione fideicommiſſi detrahere poteſt quod ſibi à teſtatore gravante debebatur, etiamſi non fecerit inventarium, & illud ſolvat, repetere poteſt condictione indebiti. *Crovett. conſ. 144. num. 5. Natt. conſil. 255. vide conſ. 320. 323. Joan. Ant. Trigo, ſing. 1.* ¶ Mater detrahit legitimam, & Trebellianicam ex fideicommiſſo, filio gravato pubere decedente. *Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 30.* ¶ Quando fit reſtitutio bonorum ſubjectorum reſtitutioni virtute fideicommiſſi, quæ poſſint retineri, & detrahi per gravatum, ſeu ejus hæredem, vide per eundem *Papon. lib. 20. tit. 4.* quod poſſint retineri legitima & Trebellianica, ſcribunt *Dec. conſ. 81. Natt. conſ. 255. vide eundem conſ. 320. & 323.* ¶ Si hæres gravatus inſtituerit fideicommiſſarium, & eum rogaverit de reſtituenda tota ſua hæreditate ſub aliqua conditione, ipſe fideicommiſſarius inſtitutus poterit detrahere fideicommiſſa ſibi debita in teſtamentis anteceſſorum ipſius teſtatoris gravantis, quia in ipſis non cenſetur gravatus ſub illo generali gravamine facto per gravatum de reſtituenda tota ſua hæreditate. *Crav. conſ. 144.* ¶ Filius pure de reſtituendo gravatus, detrahit unam quartam; ſi autem ſub conditione, detrahit legitimam, & Trebellianicam. *Bartol. in l. 10. C. ad leg. Falcid. vide ſupra tit. de legitima, liber.* ¶ Uxor, cui dos eſt à marito relicta, eaque hæres inſtituta, & rogata de reſtituenda hæreditate, ante tamen dotem non deducet, quam conſtet, quid & quantum deduci debeat, aliter quam per confeſſionem teſtatoris. *Marc. de Mant. ſing. 604.*

Cap. IX. Quæ tranſeat, vel transferatur, vel non.

Dominium rerum hæreditatis, quam quis Eccleſiæ, vel pio loco reſtituere rogatus eſt, tranſit nulla hæreditatis facta re, vel verbo reſtitutione, *Math. Matheſ. ſing. 42.* ¶ Jura, & actiones non tranſeant in fideicommiſſarium, niſi facta reſtitutione. *Joſ. Lud. deciſ. 40. Luc.* ſed facta ſic. *Franc. Marc. qu. 408.* tamen à primo fideicommiſſario in ſecundum ipſo jure ſine aliquali miniſterio, & reſtitutione fit translatio actionum. *Guid. Pap. q. 553.* alias fideicommiſſarius quis non poteſt dici ante hæreditatem reſtitutam. *Idem Joſeph. d. deciſ. 40. nu. 7. 11. 12.* ſed poſt factam reſtitutionem dicitur proprie hæres. *ibidem num. 9.*

Cap. X. Qui gravari poſſit, vel non.

Pluribus inſtitutis, & invicem ſubſtitutis, & ultimo eorum decedente ſine liberis gravato reſtituere dimidiam hæreditatis, intelligitur ille gravatus de dimidia totius hæreditatis, comprehenſis etiam portionibus cohæredum ſibi ex fideicommiſſo obventis. *Mago. deciſ. 15. Rot. Flor.* nam ſubſtitutis invicem pluribus, ſecundus tenetur reſtituere id, quod habuit à primo gravato. *Boer. deciſ. 280. num. 3.* ¶ Hæres gravatus non confundit actiones ſuas. *Rot. Avenio. deciſ. 45. in deciſ. diverſo. Tom. 3.* nec fructus bonorum ſubjectorum, cum debito compenſare tenetur. *ibid. num. 6*

Cap. XI. Quæ ſint reſtituenda, vel non.

Animalia mortua ſine culpa hæredis, non debent reſtitui fideicommiſſario. *Dec. conſ. 81. num 4.* ¶ Facto univerſali fideicommiſſo ſi teſtator gravet alterum ex hæredibus pro adæquatione bonorum ſtabilium pretioſorum ſibi obventorum, ut daret alteri cohæredi, puta mille, an talis ſumma pecuniarum purificata conditione fit etiam reſtituenda fideicommiſſario, *Magon. deciſ. 35. Rot. Flor.*

Cap. XII. Actio cui, & contra quem competat, vel non.

Fideicommiſſarius agere poteſt ad vendicationem bonorum ante reſtitutam hæreditatem, quando non eſt, qui reſtituat (veluti ſi hæres gravatus deceſſerit ſine liberis,) & in aliis caſibus, de quibus *vide per Crovet. conſ. 12. num. 5. conſ. 19. num. 12. & conſ. 203. numer. 16.* Imo hodie reſtitutio fideicommiſſi non eſt neceſſaria: ideo purificato fideicommiſſo, poteſt fideicommiſſarius recta via agere contra tertium poſſeſſorem rei vendicatione, nulla facta reſtitutione. *Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 20. Guid. Pap. q. 601. Corr. deciſ. 156. num. 8. Franc. Marc. q. 445. part. 2. Alexan. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Menoch. conſ. 44. num. 15. vol. 1. Guid. Pap. ſing. 552. Pet. de Raven. ſing. 621. Bartol. in l. 3. §. res quæ. ff. ad Trebellia.* ¶ Fideicommiſſarius ante reſtitutionem nullam habet actionem. *l. reſtituta, ff. ad Trebellia. §. reſtituta, inſtitut. de fideicommiſſ. hæredita.* fallit in caſibus, *de quibus in l. pen. C. ad Trebellia.* ¶ Actio ex teſtamento per fideicommiſſarium intentatur, ut hæreditas ei reſtituatur. *Guid. Pap. quæſt. 303. num. fin.* ¶ Interdictum, quorum legatorum reſpectu æris alieni, & legitimæ detrahendæ, nec non aliorum onerum, hæredi competere contra fideicommiſſarium poteſt. *Ozaſch. deciſ. 34. num. 27.* ¶ Bona ſubjecta aſſignata uni in diviſione, licet poſſint ab eo auferri fideicommiſſo purificato, tamen evictio ſibi non debetur, etiamſi eſſet promiſſa, nec creditores gravati poterunt retinere in ſolutum dicta bona ſubjecta, hac ratione, quod fratres gravati loco ipſorum bonorum ſubjectorum habuerint alia bona non ſubjecta. *Roland. conſ. 51. vol. 4.* ¶ Fideicommiſſario univerſali, cui eſt hæreditas reſtituta verbo, competit actio, in qua veniunt omnia, quæ in petitione hæreditatis. *l. 1. ff. de fideicommiſſa. hæred. petit.* ¶ Actio fideicommiſſaria hæreditatis petitio, competit fideicommiſſario, & ejus hæredi, bonorumve poſſeſſori, & non datur contra verum hæredem, ſed contra alios, & eorum hæredes. *l. fin. ff. de fideicommiſſ. hæred. petit.* ¶ Fideicommiſſarius non habet edictum divi Adriani, ut mittatur in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum ante ſibi factam reſtitutionem. *gloſſ. in l. fina. C. de edicto divi Adrian. tollen. vide ſupra libro primo, eodem titulo.* ¶ Ex teſtamento non poteſt conveniri, qui à defuncto gravatus non eſt, ſed convenitur ex mandato, quod ſuſcepiſſe probatur, ut ſi quis eſſet inſtitutus ad requiſitionem alterius, ut ſibi reſtitueret hæreditatem, *l. 47. ff. de hæred. inſtituen.*

Cap. XIII. Qui effectus producantur, vel non.

Si ille, cui rei inſtitutio erat facienda, ipſam rem emerit, an ſibi præjudicet, *vide Bart. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres, num. 26. ff. de verbor. oblig.* ¶ Reſtitutio fideicommiſſi facta ante diem, alteri non præjudicat. *l. 39. §. Sejum. de leg. 3.* ¶ Alienatio, ſi fiat de rebus ſubjectis fideicommiſſo, uſque ad quartam valet irrevocabiliter ſed quoad reliquum revocatur, & ipſo jure non valet. *Bartol. in §. 1. Auth. de reſtitutio. & ea, quæ parit.*

Cap. XIV. Fideicommiſſarius, quæ facere poſſit, vel non.

Quando fideicommiſſarius poſſit propria auctoritate poſſeſſionem bonorum accipere, quod regulariter facere non poteſt, *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29. & Dec. conſ. 243.* ¶ Fideicommiſſarius, quando debeat actualem poſſeſſionem ab hærede habere, *vide Dec. conſil. 424. num. 15.* ¶ Hæres fideicommiſſario univerſali tenetur reddere rationem, & non conficiens inven-

inventarium, an amittat Trebellianicam, & an hodie teneatur cavere de fideicommiſſo reſtituendo, *Bartol. in l. 71. §. Titium. ff. de conditio. & demonſt.* quod rogatus reſtituere teneatur ultra vires hæreditatis, ſi non fecerit inventarium, nec deducat Trebellianicam, ſcribit idem *Bartol. conſil. 51. vol. 1.* ¶ Hæres videtur ponere fideicommiſſarium in locum ſuum. *Bartol. in l. 2. ff. ad Trebel.* ¶ Fideicommiſſarius generalis ante reſtitutionem non poteſt aliquod jus in alium transferre delegando, vel cedendo. *Barc. q. 13.* ¶ Subſtitutus detrahit legata tanquam æs alienum. *Bartol. conſil. 8. vol. 1.* ¶ Fideicommiſſum petere volens, quæ debeat in primis deliberare, & reus petitione fideicommiſſi conventus, quomodo poſſit ſe defendere, *Raud. tract. de Analog. c. 25.* ¶ Vocato ex teſtamento avito per fideicommiſſum, licitum eſt propria auctoritate capere poſſeſſionem bonorum. *Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29.* ¶ Creditor, quando ſuccedit debitori cum onere reſtituendi hæreditatem, & ſi confundantur actiones ſibi competentes in bonis debitoris nullo confecto inventario; tamen poteſt deducere creditum ſuum de bonis ſubjectis fideicommiſſo. *Roland. conſil. 65. vol. 2. l. 107. §. fin. de leg. 1. Crav. conſil. 144. & Caſtr. conſil. 19. vol. 2.*

Vel non.

Fideicommiſſarius ratione incertitudinis proprietatum res fideicommiſſo ſubjectas occupare non poteſt, quemadmodum nec filius legitimus. *Ozaſcb. deciſ. 34. num. 22.* ¶ Fideicommiſſarius univerſalis non poteſt propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, ſed capere debet de manu hæredis, & aliter faciens privatur jure ſuo, *vide Natt. conſ. 223. Tom. 1. & conſ. 395.* ſecus in fideicommiſſario particulare, vide eundem *Natt. conſil. 234. Tom. 2.* ¶ Fideicommiſſarii hæredes gravati inventario non poſſunt revocare bona ſubjecta per ipſum gravatum alienata. *Rol. conſil. 30. vol. 4. & conſil. 34. num. 71. Menocb. conſil. 80. vol. 1. vide eundem Menocb. conſil. 125. libr. 2.* idem facto inventario, ſi ſuperſunt alia bona non ſubjecta. *Menocb. ibid. d. conſil. 89.*

Cap. XV. Ad qua teneatur, vel non.

Hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario de omnibus rebus inventis in hæreditate mobilibus, & immobilibus. *Crav. conſ. 295. num. fin. & conſil. 315. n. 5.* ¶ Hæres, quæ præſtare teneatur in reſtitutione fideicommiſſi, & quæ res ab ipſo diſtrahi debuerant, ne ſi pereant, is fideicommiſſaria teneatur. *Menocb. de arb. libr. 2. cent. 1. caſ. 49.* ¶ Fideicommiſſarius ſi inſtituatur hæres per hæredem gravatum, dicitur capere bona ex primo teſtamento, in quo ſubſtitutus eſt, non ex teſtamento hæredis gravati. *Crav. conſil. 144.* ¶ Hæres rogatus reſtituere quicquid de hæreditate ſupererit tempore mortis, de tribus partibus hæreditatis ſibi relictæ poteſt facere quicquid vult, quartam autem imitatam debet relinquere, niſi in certis caſibus hic expreſſis, & debet præſtari ſatiſdatio, niſi remiſſa ſit à teſtatote. *tot. tit. Auth. de reſtitutionibus.* ¶ Licet fideicommiſſarius tenetur à manu hæredis hæreditatem capere, tamen quando in poſſeſſione ſine vitio reperitur, nulla eſt opus reſtitutione. *Rota Avenio. dec. 104. in dec. diverſ.* ¶ Ex generali reſtitutione fideicommiſſi non cenſetur adita hæreditas hæredis gravati (qui etiam inſtituerat hæredem fideicommiſſarium) ad hoc, ut ipſe fideicommiſſarius teneatur, ad onera hæreditaria ipſius teſtatoris gravati. *Crave. conſil. 33.* ¶ Gravatus præſtare fideicommiſſum tenetur ad illud inſolidum, licet tam ipſe, quam alios cum eo ſuccedat defuncto, alio jure, quam defunctus credebat, ſed in eadem poritione. *l. 38. de leg. 3.* ¶ Fideicommiſſarius non tenetur ad ſolutionem totius æris alieni hæreditarii, quia ad illud etiam tenetur hæres pro parte, quæ apud eum remanet: idem in funeris impenſa. *Natt. conſil. 321. numer. 3.* ¶ Legatarius non tenetur fideicommiſſario, niſi in quantum ad eum pervenit, vel per ipſum factum eſt, quo minus ad eum pervenerit, & niſi ad cedendam actionem, quam habet. *l. 8. de leg. 3.*

Cap. XVI. Qua ſint reſtituenda, vel non.

Quod alicui legatur proprium, ſi proprium non eſt, quod ad omnia jure legati capitur, & ex fideicommiſſo univerſali reſtituitur. *leg. 19. ff. de auro. & argen. legat.* ¶ Si aliquid accedat rei reſtitutioni ſubjectæ, id fideicommiſſario reſtituitur. *l. 16. de leg. 3.* ¶ Ille, qui fideicommiſſum debet, poſt moram tenetur ad fructus, & omne intereſſe. *l. 27. de leg. 3.* ¶ Legitima vigore fideicommiſſi illam includentis eſt reſtituenda, quando in diviſione tale fideicommiſſum approbarunt. *Raud. tract. de Analog. capitul. 19. numero. 42.* Ratio, quia fideicommiſſum dum dividentes fratres approbant, cenſetur approbare cum omnibus ſuis qualitatibus. *Raud. ibidem numero 43.* ¶ Feudum, & emphyteuſis, an debeant fideicommiſſario reſtitui, *Mant. lib. 7. titulo 9.* ¶ Facto univerſali fideicommiſſo, ſi teſtator gravet alterum ex hæredibus pro adæquatione bonorum ſtabilium pretioſorum ſibi obventorum, ut daret alteri cohæredi, puta mille, an talis ſumma pecuniarum purificata conditione ſit etiam reſtituenda fideicommiſſario, *vide Magon. deciſ. 35. Rota Floren.* ¶ Quæ ſint ex conjectura voluntatis teſtatoris fideicommiſſario reſtituenda, *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 6.* ¶ Fideicommiſſario, an debeant reſtitui ea, quæ hæres percepit ex legatis, & fideicommiſſis, *vide eundem Mantic. libro 7. titulo 7.* quando eſt in parte gravatus, non tenetur reſtituere prælegata, niſi facienda eſſet reſtitutio filio teſtatoris. *Roman. ſingul. 175.* ¶ Quæ obvenerunt hæredi aliunde, quam ex ſubſtantia & judicio teſtatoris, an fideicommiſſario ſint reſtituenda, *Mantic. lib. 7. tit. 8.* quod ſint reſtituenda, ſcribit *Natt. conſil. 255.* ¶ Fructus, an ſint fideicommiſſario reſtituendi, *Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 16.* ¶ Emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non recuperat melioramenta, licet lucretur fructus perceptos, quia fructus fideicommiſſi ad fideicommiſſarium non ſpectant, niſi à die litis conteſtatæ, quum ex negligentia petentis cenſeantur remiſſi. *Magon. deciſ. 33. Luc.* Alias melioramenta in re ſubjecta fideicommiſſo facta, quomodo repetantur, *vide Andr. Gail. obſerv. 121. num. 12. lib. 2. Natt. conſ. 321. num. 11. & ſupra lib. 1. tit. de impenſis, & melior.*

Vel non.

Fideicommiſſum univerſale conditionale non poteſt ante conditionem reſtitui fideicommiſſario in poteſtate aliena conſtituto, etiam ſi ſint plures fideicommiſſarii, & ante diem quis non cogitur reſtituere, ſed cavere, alias patitur miſſionem. *l. 117. §. divi Severus, de leg. 1.* ¶ Fructus percepti pendente conditione pertinent ad hæredem, idem in perceptis, poſtquam ceſſit dies fideicommiſſi negligentia fideicommiſſarii. *Cravet. conſ. 315. num. 11.* quid de fructibus pendentibus. *Dec. conſ. 81. num. 8.* ¶ Fructus tempore mortis teſtatoris exiſtentes, augent patrimonium defuncti. *Andr. Gail. obſerv. 153. num. 8. lib. 2.* ¶ Donatio facta filio matrimonii contemplatione, non venit in fideicommiſſi reſtitutione. *Franc. Marc. qu. 331.* nec bona alias donata, ubi donatarius ea reſtituere non fuit expreſſe gravatus. *Guid. Pap. qu. 303.* tamen donatio in teſtamento confirmata venit in reſtitutione fideicommiſſi. *Marc. qu. 331. num. 9. & 13.* ſicut veniunt bona emphyteutica. *ibid. num. 6.*

Cap.

Cap. XVII. Qui, qua teneatur reſtituere, vel non.

Fiſcus hæreditatem ablatam ab indigno hærede gravato, reſtituit fideicommiſſario ſalva Trebellianica, quam poterat retinere hæres gravatus. *l. 2. §. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari.* ¶ Solutio dotium aſſecuratarum per teſtatorem, pertinet ad ſubſtitutos, & ſi hæredes gravati ſolverint ante reſtitutionem fideicommiſſi, poſſunt talia ſoluta detrahere, imo ſi reſtituiſſent non facta detractione, poſſent repetere. *Craves. conſ. 295.* idem in ære alieno. *Crav. conſ. 315. num. 4.* ¶ Pater dilapidans bona fideicommiſſo ſubjecta, cogitur ante eventum fideicommiſſi illa reſtituere filiis. *Ozaſch. deciſ. 180. numer. 8.* ¶ Si fideicommiſſarius in ſua petitione non fuerit uſus illa clauſula ſolita, detractis detrahendis, &c. hæres hæredis gravati per ipſam petitionem non conſtituitur in mora, & habet juſtam cauſam litigandi, & retinendi bona, ideo interim lucratur fructus. *Guid. Pap. qu. 497.* ¶ Hæres lucratur fructus perceptos judicio teſtatoris, nec veniunt in reſtitutione niſi patrimonio teſtatoris pro majore patre caſu fortuito colapſo. *Rom. ſing. 265.*

Cap. XVIII. Miſcellanea.

Si debet retineri ſpecies, & pecunia, ſpecies debita de hæreditate deducitur, pecunia de parte reſtituentis tantum. *l. 70. de legat. 2.* ¶ Reſtitutio fideicommiſſi ex Trebellianica delegari non poteſt. *l. 60. §. ex aſſe. ff. de jure. dot.* ¶ Filius gravatus fideicommiſſo debet compenſare, quod ſibi a patre debetur; cum fructibus medio tempore perceptis judicio teſtatoris. *Natt. conſ. 321. num. 4.* ¶ Trebellianum Senatuſconſultum habet quinque remedia. *gloſſ. in l. 7. C. ad leg. Falcid.*

TITULUS DCXL.

De Trebellianica.

Cap. I. Trebellianica. Qualis, & quibus modis intelligatur, vel non.

Falcidia, & Trebellianica, an æquiparentur, ut ubi ceſſat Falcidia, ceſſet & Trebellianica, *vide Ozaſch. deciſ. 147. num. 9.* ¶ Statutum loquens de Falcidia, intelligitur etiam de Trebellianica in materia favorabili; ſecus in odioſa. *Rand. tract. de analog. c. 15. num. 284.* ¶ Falcidia continet in ſe Trebellianicam & de una ad aliam argumentatur, niſi contrarium jure expreſſe reperiatur. *Abb. conſ. 32. libr. 2.*

Cap. II. Qui privari poſſit, vel non.

An hæres privetur Trebellianica ob inventarium non confectum. *Andr. Fach. libr. 4. contr. c. 38.* ¶ Trebellianica non omittitur in filiis primi gradus ob omiſſionem inventarii. *Mynſing. obſerv. 60. cent. 3. And. Gail. obſerv. 138. lib. 2. Guid. Pap. q. 53. Menoch. conſ. 177. n. 29. Natt. conſ. 220 323. Rol. conſ. 27. vol. 1. vide Dec. conſ. 236. 484. num. 16. & conſ. 495. num. 24. Ozaſch. deciſ. 147. Vincent. de Franc deciſ. 11. num. 22. Guid. Pap. quæſt. 53. Caſſad. deciſ. 3. de ſubſtitut. Bart. in Authen. ſed cum. C. ad leg. Falcid.* ſecus in cæteris hæredibus. *Guid. q. 53. vide tamen Bartol. in §. ſi vero, Auth. de hæred. & Falcid. n. 4. & 5. conſ. 26. volum. 1.* imo, quod amittatur, ſcribunt *Ozaſch. deciſ. 147. num. fin. Math. Matheſil. ſing. 56. & Menoch. conſ. 272. lib. 3.*

Cap. III. Ex quibus detrahi poſſit, vel non.

De fideicommiſſo particulari non detrahitur Trebellianica. *Jacob. Put. deciſ. 394. lib. 3. Vera. deciſ. 22. parc. 2. Magon. deciſ. 35. num. 3. Rot. Florent. Rot. Avenio. deciſ. 147. in deciſio. diverſo. Tom. 3. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 7. tit. 11. Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 3. Cravet, conſil. 131. num. 13. & conſil. 186. Guid. quæſt. 297. num. fin. Joſeph. Ludov. deciſ. Peruſ. 29. num. 34. vide l. 17. ff. ſi quis, omiſſa cauſa. gloſſ. in Rub. C. ad Trebellia.* ſed quid, ſi fuerint poſita in fideicommiſſo omnia bona immobilia, *vide Joſeph. d. deciſ. 29.* ¶ Secundo Trebellianica non detrahitur de donatione cauſa mortis. *Crav. conſ. 130. num. fin. vide tamen l. 78. §. eorum quibus, de legat. 2.* ¶ Tertio non detrahitur per ſecundum fideicommiſſarium, niſi hæres rogatus coactus adiviſſet: nam cum hæres coacte adiens eam non detrahat, illam detrahet fideicommiſſarius. *Cravet. d. conſ. 130. num. 11.* ¶ Quarto pariter non detrahitur, quando gravamen eſt purum, veluti quando teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis filii, quo caſu ex clauſula codicillari dictus filius cenſetur rogatus de reſtituenda hæreditate hæredi ſcripto, detracta legitima, & non Trebellianica. *Cravet. conſ. 242. n. 5. Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 31.* ¶ Quinto hæres, qui approbavit teſtamentum defuncti, non poteſt detrahere Trebellianicam. *Dec. conſ. 257.* quæ Trebellianica detrahitur ſolum habito reſpectu ad illud, quod reſtituitur. *Dec. conſ. 236. n. 12.* ¶ Sexto Trebellianica non detrahitur pio loco inſtituto, vel ſubſtituto, vel de relictis ad pias cauſas, quo caſu in computatione ipſius, non habetur ratio hujuſmodi relictorum. *Vinc. de Franc. deciſ. 63. num. 14. & deciſ. 156. Dec. conſ. 300. n. 4. Guid. Pap. q. 188. DD. de Rota deciſ. 12. tit. de teſtament. in antiq. Bartol. in Authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* ¶ Septimo de fideicommiſſo non poteſt diſtrahi, quando teſtator erat miles armatæ militiæ. *Dec. conſ. 578.* contrarium tenet *Marc. de Mant. ſing. 82. vide l. 30 ff. de milit teſtament.* ¶ Octavo hæres occultans bona defuncti perdit Trebellianicam. *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des droictc. Rub. 4. §. 21. gloſſ. 2.* ¶ Trebellianica, & ſi detrahi ſoleat de ſubſtitutione, tamen hoc procedit in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſecus in breviloqua, quæ naturaliter non continet fideicommiſſariam, niſi facta eſſet cum tractu temporis, quo caſu ex illa detraheretur ipſa Trebellianica. *Rol. conſ. 25. vol. 1.* ¶ Decimo Trebellianica poteſt tranſmitti ad hæredes, ſed non detrahitur, quando filius fuit gravatus reſtituere hæreditatem extraneo, & max. ſi fuit prohibita à teſtatore, & filius approbaverit ipſam prohibitionem. *Rol. conſ. 78. volum. 1. num. 8. vide tamen Guid. Pap. q. 96.* & prohibitus detrahere Trebellianicam adeundo hæreditatem ſimpliciter, dicitur approbare prohibitionem detractionis Trebellianicæ, ideo tunc nullo modo poteſt detrahi. *Menoch. conſ. 277. libr. 2.* ¶ Undecimo, quando admitteretur patrem non poſſe prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus, tamen hæc opinio eſſet limitanda in filio legitimo, *Menoch. conſ. 272. num. 34. lib. 3.* ¶ Duodecimo Trebellianica non detrahitur, quando ex contractu fit reſtitutio fideicommiſſi. *Marc. de Mant. ſing. 288.* ¶ Decimo tertio hæres directus inſtitutus gratia fideicommiſſarii, integram hæreditatem reſtituere debet, nulla detracta quarta. *Joan. Ant. Trig. ſing. 76.* ¶ Decimo quarto Trebellianica non poteſt detrahi, niſi ſemel: ideo ſi gravatus filius inſtituat hæredem ſubſtitutum ſub eadem conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, hæres iſtius gravati ſecundi non poteſt detrahere, niſi unam quartam. *Papon. lib. 20. tit. 4. arreſt. 3. Guid Pap ſing. 764.* ¶ Duæ enim Trebellianicæ non detrahuntur. *Natt. conſ. 321. num. 10. Menoch. conſ. 164. lib. 2. Bartol. in l. 1. §. denique ad Treb.* ¶ Decimo quinto Trebellianica ſolum detrahitur per deſcendentes recta linea, & non per alios extraneos hæredes. *Papon. lib. 20. t. 4. arreſt. fin.* ¶ Decimo ſexto hæres circa inventarii confectionem doloſe verſatus non fideliter deſcribendo omnes res hæreditarias, privatur Falcidia, & Trebellianica. *Ozaſ. dec. 147. n. 9.* ¶ Decimo ſeptimo Trebellianica

non detrahitur ex re prohibita alienari. *Guid. Pap. ſing. 51.* ¶ Decimooctavo, quando legata ſunt pura, & fideicommiſſum condirionale, tunc eveniente caſu reſtitutionis fideiconmiſſi, Trebellianica detrahitur ſolum de bonis, que ſuperſunt tempore reſtitutionis deductia legatia, quæ integra fuerunt ſoluta, & ſic non detrahitur de omnibus bonis habito reſpectu ad legata, niſi conſtet teſtatorem hoc voluiſſe. *Crav. conſ. 16.* ¶ Decimo nono, in quibus caſibus non poſſit detrah Trebellianica etiam in filiis primi gradus, *vide per Menoch. conſ. 164. lib. 2. glo. in §. non autem, Authen. de hared. & Falcid.* ¶ Vigeſimo, hæres, qui negat rem fuiſſe in bonis defuncti, in illa re non detrahit Trebellianicam. *Bart. in l. reſcriptum, ff. de his, quib. ut indignis.* ¶ Trebellianica etiam detrahitur, quando ſunt quinque vel ultra, & non obſtante, quod legitima ſit ſemia. *Rot. Ave. deciſ. 147. in deciſ. diverſo. Tom. 3. Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 252.* ¶ Fideicommiſſum poſt mortem filii relictum, utrum à filio, vel ejus hærede relictum videatur, cujus rei magna utilitas eſt, nam ſi fideicommiſſum tanquam à filio relictom debeat reſtitui, tunc hæres ejus deducit legitimam ex perſona ipſius filii, & Trebellianicam, quæ detrahitur de bonis ſubjectis reſtitutioni, at ſi gravamen intelligatur injunctum hæredi ipſiua filii, tunc legitima non poteſt detrahi, ſed ſolum Trebellianica. *Mant. lib. 8. tit. 3.* ¶ Trebellianica detrahitur ex ſubſtitutione facta per matrem filio impuberi, quia mater non poteſt directo ſubſtituere. *Papon. libr. 20. tit. 3. arreſt. 32.* ¶ Hæres filiusfamil. ſub conditione poſt mortem gravatus legitima ſtatim detrahit, & conditione adveniente Trebellianicam. *Afflict. deciſ. 367.* quod filius ſub conditione gravatus detrahat duaa quartas, *vide ſuprà tit. de legitima*, etiam legitimatua detrahit legitimam, & Trebellianicam. *Dec. conſ. 258.* ¶ Trebellianica poteſt detrahi per gravatum de bonis alienatis, ſed quando, *vide Joſeph. Ludov. dec. Luc. 64. num. 17.* ¶ Si hæres gravatus intret monaſterium, poterit Monaſterium detrahere quartam Trebellianicam. *Pet. de Rav. ſing. 261.* ¶ Detractio Trebellianicæ eſt inventa favore teſtatoris. *Marc. de Mant. ſing. 82.* & ne teſtatores ſine hærede moriantur. *ibid. ſing. 4.* ¶ Vigeſimo primo & ultimo, Trebellianica ceſſat in omni teſtamento, in quo ceſſat Falcidia. *Bartol. in l. 3. ff. ad Trebellia.* quando fideicommiſſarius dettahat quartam, *vide Bartol. in §. his igitur. Authen. de hared. & Falcid.* ¶ Qarta Trebellianica quibus de rebus ſolvi, & detrahi poſſit. *Menoch. de arbitra. libr. 2. caſ. 164.* ¶ Trebellianica quid ſit, & quando non detrahatur. *Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 7. tit. 11.* ¶ An quartæ Trebellianicæ detractio ſit finiendo ex tota hæreditate defuncti, an vero ex eo, quod ſupereſt deductis legatis, *Facbin. libr. 5. cap. 8.* ¶ An in legatis, & fideicommiſſis ad pias cauſas relictis ſit locua detractioni quartæ ex lege Falcid. vel ex S. C. Trebel'. *Andr. Facbin. libr. 5. contr. cap. 17.* ¶ An Trebellianicam fideicommiſſarius reſtituena alteri fideicommiſſario detrahere aliquando poſſit. *Facbin. lib. 5. cap. 15.* ¶ An quando pars hæreditatis legatur in tali legato locum habeat lex falcidia, an Trebellianica. *Facb. lib. 5. cap. 11.* ¶ An Trebellianicæ detractioni ſit locus cum legiuma eſt ſemia. *Facbin. libr. 5. cap. 3.*

Cap. IV. Quando prohiberi poſſit, vel non.

An prohibita alienatione bonorum cenſeatur prohibita Trebellianica, quæ venit detrahenda ex fideicommiſſo. *Rol. conſ. 9. tom. 4. Facbin. libr. 5. cap. 6. negat.* ¶ An teſtator poſſit prohiberi Trebellianicam etiam in filiis primi gradus. *Roland. conſ. 5. tom. 4. Facbin. lib. 4. 5.* negat. *l. jubemus. C. ad Trebellian. libro vero 12. cap. 11.* affirmat. *§. aliud quoque capitulum. §. certum. Authen. ut cum de appell. cognoſc.* ¶ An Trebellianicæ detractio à teſtatore poſſit prohiberi. *And. Facb. lib. 5. contr. cap. 4.* ¶ Trebellianica, quæ liberis primi gradus ex magis communi Doctorum ſententia prohiberi non poteſt, an detrahatur quando filius eſt in legitima tantum inſtitutus. *D. Gaſp. Theſſ. q. For. q. 20. libr. 1.* ¶ Quibus verbia, & conjecturis intelligatur prohibita, *Mant. lib. 7. tit. 12. Menoch. conſ. 277. libr. 2. & conſil. 272. lib. 3. num. 45.* ¶ Trebellianicæ prohibitio valet, quando detrahuntur duæ quartæ. *Natt. conſ. 321. num. 8.* ¶ Trebellianica prohiberi poteſt etiam in filiis primi gradus. *Gaſp. Cabal. Milleloq. 464. And. Gail. obſerv. 138. num. 15. lib. 2. Menoch. conſ. 272. & 277. num. 10. lib. 3. Ludov. Roma. ſing. 195. Dec. conſ. 480. numer. 12. vide conſ. 495. Bart. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* tamen quod non poſſit prohiberi, nec filius adeundo hæreditatem ſimpliciter ſibi in ea præjudicium adferre, ſcribunt *Mago. deciſ. 35. Guid. Pap. q. 51. Dec. conſil. 81. Natt. conſ. 81. Natt. conſ. 145. num. 23. Rol. conſ. 12. vol. 1. & conſ. 5. volum. 4. Ozaſcb. deciſ. 147. n. 25. vide Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. libr. 7. tit. 11. Creſcen. deciſ. 2. alias 129. titul. de donatio. Raud. tract. de analog. c. 34. num. 140. Clar. in ſua Pract. §. teſtamentum. qu. 72. & qu. 63. Caſſad. deciſ. 4. tit. de ſubſtitutio. Capel. Thol. quaſt. 83.* ſecus in extraneis. *Guid. Pap. quaſt. 51. Vinc. de Franc. deciſ. 11.* ¶ Trebellianica non cenſetur prohibita, etiam quod teſtator mandaſſet reſtitui omni bona ſua. *Put. deciſ. 339. libr. 2. Papon. lib. 20. titul. 3. arreſt. 19.* ſecua ſi mandet reſtitutio totam hæreditatem. *Natt. conſil. 321. num. 7.* ſed quid, ſi fiat gravamen, quod ſi at reſtitutio ſine diviſione, *vide Papon. lib. 16. arreſt. 10. tit. 3.*

Cap. V. Qua imputentur, vel non.

An fructus in Trebellianicam ſint imputandi, cum verſamur in liberis primi gradus, qui præter Trebellianicam etiam legitimam detrahunt. *Andr. Facb. libr. 5. contr. cap. 9.* ¶ An Filius rogatus hæreditatem reſtituere, poſſit detrahere legitimam, & Trebellianicam. *Andr. Facb. libr. 5. contr. cap. 2.* ¶ Fructus an computentur in Trebellianicam, quando à liberia primi gradus fideicommiſſum extraneo reſtituitur. *D. Gaſp. Theſſaur. quaſt. For. quaſt. 50. libr. 1.* ¶ Fructus percepti judicio teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi, licet non veniant imputandi in Treballianicam in filiis primi gradus, tamen ſecus eſt in aliis deſcendentibus ſecundi, vel ulterioris gradus, *Rol. conſil. 30. volum. 1. & conſil. 31. num. 27. libr. 4.* ¶ Fallit, quando filius primi gradus eſt gravatus reſtituere tranſverſali: nam hoc caſu ſibi imputat fructus pendente conditione fideicommiſſi, in Trebellianicam. *Rol. conſ. 30. num. 7. vide tamen Bart. ſing. 191.* ¶ Aſcendentibus gravatis, computantur fructus in quartam Trebellianicam. *Roland. conſil. 31. volum. 4.* licet non imputentur in portionem delatam ex diſpoſitione ſtatuti. *Menoch. conſ. 88. vol. 1.* ¶ Feudum hæreditarium imputatur in Trebellianicam, *Vinc. de Franc. deciſ. 187. part. 2.* ¶ Quando hæres detrahit duas quartas, an fructus computentur in Trebellianicam, ſunt diverſæ opiniones, *vide Cravet. conſil. 16. num. 10.* pro affirmativa ſcripſit *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 256. num. 33.* ſed poſtea ſcripſit pro negativa, *conſil. 277. num. 67.* alias in filiia primi gradus fructus in quartam Trebellianicam non computantur, etiam ita teſtatore diſponente. *Menoch. de arbit. caſ. 156. num. 32. Caſſad. deciſ. 2. tit. de ſubſtitutio.* & hoc in filiis legitimia, & naturalibua, ſecus in naturalibus tantum, *vide Menoch. d. caſ. 276.* ¶ Fructus quos hæres gravatus faciat ſuoa, & quoa reſtituere cum ipſa re teneatur, quando illos in quartam Trebellianicam ſibi computet & quando non. *vide Menoch. d. caſ. 156. gloſſ. in l. 3. ff. de uſuris.* ¶ Quod conditionis implendæ cauſa datur, computatur in portionem, quam [illegible] quis

quis de bonis defuncti capere poteſt. *l. 36. ff. de donat. cauſ. mort.*

Vel non.

Filius emphyteuſim datam patri pro ſe, & liberis, non computat in quartam Trebellianicam, vel Falcidiam. *Manent. in ſua repetit. ad l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. impreſſa poſt librum ſui Spec. de ordine. judi. numer. 27.* ¶ Dos in Trebellianicam non computatur, quia ſolum computantur in eam ea, quæ percipiuntur in teſtamento jure hæreditario, vel alias. *Franc. Marc. quæſtione 332.* ¶ Pariter donatio propter nuptias, & donatio filio ſimplex facta, in Trebellianicam non computantur, ſecus in legitimam, *ibid. num. 3.*

Cap. VI. Quæ ſint reſtituenda, vel non.

Maritus inſtitutus ab uxore, gravatuſque de reſtituenda hæreditate poſt mortem filio ſuo communi, ſi creditores mariti concurrant ab bona hæreditaria, pater ſi vult poteſt ipſam hæreditatem reſtituere filio ante mortem. *Joan. And. Trigo. ſing. 49.* ¶ Fructus perceptos ex ipſamet quatta Trebellianica, hæres nunquam reſtituit. *Menoch. ibid. num. 31.* ¶ Fructus præteriti licet non veniant in reſtitutione fideicommiſſi, tamen in quartam imputantur. *Bartol. in l. 25. ff. de uſufructu. legat.* ¶ Trebellianicæ detrahendæ jus, tranſmittitur ad hæredes. *Natt. conſil. 220. Tomo 1. Boer. deciſ. 250.*

TITULUS DCXLI.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo, poſſideat hæreditatem.

INſtitutus poteſt repudiare ex teſtamento, & adire ab inteſtato, quo caſu ſucceſſio defertur ab inteſtato, & admittuntur etiam alii proximiores non inſtituti, exiſtentes tamen in eodem gradu, ſuccurritur nihilominus legatariis, & fideicommiſſariis, ſi in eorum fraudem repudiatum fuerit. *Cravet. conſil. 324.* de ipſa actione, quæ datur legatariis hoc caſu, *vide per Joan. Criſp. in ſuo tract. termino actio. numer. 116. impreſſo poſt volumen Jaſ. de actio.* ¶ Limita, quando eſſet ſcriptus unus in teſtamento & ab inteſtato hæreditas ad alium pertineret: quia tunc cauſa teſtati, facit ceſſare cauſam inteſtati. *idem Cravet. conſil. 324.* ¶ Secundo limita, quando ille, qui adiret ab inteſtato, ignoraret ſe eſſe inſtitutum, vel ſi quis adeat ex teſtamento invalido, putans illud juſtum, & validum, *Cravett. ibid.* ¶ Tertio declara dictum procedere, quando omnes hæredes deſcripti repudiarunt, ſecus ſi alter tantum ipſorum, quia tunc portio ipſius accreſcit aliis hæredibus ex teſtamento, propter illam rationem, ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat. *Cravett. d. conſil. 324.* ¶ Hæreditatem, qui ex teſtamento repudiavit, ſi pro hærede, vel pro poſſeſſore ſimpliciter poſſideat, incidit in edictum, ſi quis omiſſa cauſa, &c. & tenetur legatariis, & fideicommiſſariis, ac ſi hæreditatem ex teſtamento adiviſſet. *Dec. conſil. 491.* ¶ Qui poteſt conveniri ex edicto, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. tenetur ad præſtandam cautionem de legatis ſolvendis. *l. eo quoque. ff. ut legatorum, ſeu fideicommiſſo.* ¶ Ubi inſtitutio per errorem teſtantis eſt nulla, legata, & fideicommiſſa intelliguntur repetita à venientibus ab inteſtato. *l. 14. C. de fideicommiſſ.* ¶ Si quis acceperit pecuniam, vel promiſſionem, ut repudiaret, non videtur adire, tenetur tamen ad legata, & fideicommiſſa per hoc edictum, ſi quis omiſſa. *l. 24. ff. de acq. vel omit. hæred.*

TITULUS DCXLII.

De collationibus dotis, & aliorum bonorum.

Generalia.

VIde de materia collationum per *Bartol. in l. 4. C. commun. utriuſque judi.* ¶ De collatione bonorum inter ſuos, & emancipatos, *vide plene per Bartol. in l. 6. ff. de collatio.*

Cap. I. Collatio quando fiat, vel non.

Collatio fit de bonis donatis in contractu matrimonii, quando filius donatarius vult ſuccedere parenti donanti ſimul cum fratribus, aut ſororibus ab inteſtato. *Crav. conſ. 85.* ſed quid de donatione aliter facta. *vide eundem deciſ. 102.* ¶ Collatio per non poſſidentem petitur fieri officio Judicis, vel per denegationem actionis, & fit tribus modis. *Bartol. ibidem numero pen. & fin.* ¶ Ut evitetur inæqualitas, vel ſervetur æqualitas inter liberos, aliquando fit collatio, quæ non deberet fieri, & econtra ceſſat, quæ alias eſſet facienda. *Franc. Mant. de conject. ult. volun. lib. 6. tit. 2. Cravett. conſ. 125. num. 5. & Natt. conſil. 109. & 110.* ¶ Collatio fit, quæ alias non fieret, quando ea non facta magna reſultaret inæqualitas. *Crav. conſ. 125. num. 7. Natt. conſ. 109. & ſeqq. Tom. 1.* ¶ Collatio fit inter fratres in profectitiis, non autem in adventitiis. *Bartol. in §. illud quoque Auth. de trient. & ſemiſſe.*

Cap. II. Quando habeat locum, vel non.

Collatio quando habeat locum inter non ſuos, nec emancipatos, *Bartol. in §. illud quoque Authen. de triente, & ſemiſſe.* ¶ Collatio dotis etiam habet locum in ſucceſſione materna, ſi mater conſtituerit dotem. *Guid. Pap. q. 426. & ſing. 3.* & ſoror ad diviſionem non admittitur, niſi dotem conferat. *And. Gail. obſerv. 46. n. 10.*

Vel non.

Collatio non habet locum inter eos, qui diverſo jure ſuccedunt, neque quando emancipatus non facit injuriam ſuo. *Bart. in l. 19. §. videamus. ff. de bono. poſſ. contra tabula.* ſed hodie contrarium ſervatur, *vide eundem in l. 6. nu. 10. ff. de collatio. dot.* ¶ Jus conferendi poteſt inhiberi per patrem inter filios ſuccedentes ab inteſtato, ſed quando, & quibus verbis, *Papon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 7.* tamen jus conferendi eſt favorabile, & excluſio ipſius odioſa. *ibid.* ¶ Collatio bonorum nunquam habet locum inter alias perſonas, quam inter deſcendentes ſuccedere volentes aſcendentibus, & iſtud quoque ſolum habet locum tribus copulative concurrentibus, *Boer. d. deciſ. 302.* ¶ Circa materiam collationum dantur plures regulæ: Prima erit, quod nunquam habeat locum collatio, quando tractatur de ſucceſſione deſcendentium, nempe quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus, *vide Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des ſucceſſions, §. 5. gloſſ. 5. n. 4. Ant. Trigo. ſingul. 67. Boer. conſ. 302. in fine Marun. in ſuo Spec. de ordine jud. diſp. 10. n. 35.* ¶ Secunda erit, quod nunquam habeat locum, niſi bona, quæ petuntur conferri, proceſſerint de bonis illius, de cujus hæreditate agitur, *Caſſan. ibid. n. 6. Perilluſt. D. P. Theſſaur. deciſ. 46. num. 9.* ¶ Tertia eſt, quod peculium caſtrenſe, vel quaſi, & adventitium hodie non conferuntur, vide tamen de hac tertia regula. *Caſſan. ibid. n. 9.* ¶ Quarta eſt regula, quod donatio facta filiis in poteſtate, quia habet vim relicti (cum confirmetur per mortem) non conferatur. *Caſſan. d. §. 5. gloſſ. 5. num. 41.* (ſed pro clariori intelligentia hujus reg. & quando donatio facta filio conferatur, *vide ibidem, uſque ad num. 52. & infra hoc titu.*) tamen quod donatio, quæ ab initio non valuit, ſed fuit morte confirmata, imputetur in legitimam, ſcribit *Roland. conſilio 11. volum. 1. numer. 31.* quando filius tendatur conferre bona paterna habita

titu. donationis, *vide Pap.lib.2.tit.7. arreſt.7. Hartm.c.1. titul.de teſtamen.lib.*1. ¶ Quinta traditur regul. non venire in collationem illud, quod acquirit filius ex titulo non lucrativo, ſed oneroſo, ſed quid, ſi filius aliquid lucretur. *Caſſan.ibid. nu.52.* ¶ Sexta eſt, quod nunquam collatio fit, niſi deſcendentibus illis, de quorum hæreditate tractatur, in jure expteſſis, & non aliter. *ibid.n.53.* ¶ Septima, & ultima erit, quod ſolum ille tenetur conferre, qui vult pro rata ſua univerſaliter ſuccedere: ideo ſuccedentes titul. ſingulari non tenentur confetre, *idem Caſſan.d.§.5.gloſſ.5. num.69.*

Cap. III. Quæ conferuntur, vel non.

An donatio cum hac conditione facta, ſi ejus donatoris filius matrimonium contrahat cum Titia, valeat, ſit conferenda cum fratribus, quando venit caſus, ut poſſit ſuccedere cum fratribus, & ait debere conferri. *Roland.conſil.70.Tom.4.* ¶ An feudum emptitium filiia ſuccedentibus in hæreditate patris, una cum ſororibus conferendum ſit. *Facbin. lib.7. cap.48.* negat. *l. filia. Cod. de collatio. libr. 12. cap. 45.* ¶ An quæ filio pater non ob cauſam dederit eo defuncto conferenda ſint. *Vand. var. q. lib.1. q.32.* ¶ An donatio ſimplex à parentibus collata, ſi valida ſit ab initio, ſit conferenda. *Facbin. lib.12. cap.46.* affirmat. *l. ſi donatione. C. de collatio.* ¶ Bona recepta per codicillum conferuntur, ſed quando, *Papon.lib.21 tit. 8. arreſt.7.* quando fuit facta diviſio per patrem inter filios, an ſit locus collationi, habetur *ibid.* ¶ Datum inter vivoa, ut computetur in quartam, querelam excludit, & ad ſupplementum agitur, & in collationem venit. *l. 25. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Peculium profectitium confertur, ſed qualiter, *Bart. in l.38.num.25. de cond.indebiti.* ¶ Liberi conferuntur prout reperiuntur tempore mortis patris, & non prout ſunt empti: quia bona in collationem veniunt, prout reperiuntur tempore mortis patria. *Afflict. deciſ. 247.* ¶ Donatio ſimplex facta à matre, an à liberis conferenda ſit, *vide per Natt. conſil. 109. & ſeqq. Tom. 1.* ¶ Donatio facta per patrem filio contemplatione matrimonii confertur, quando ipſe filius vult ſuccedere patri ex teſtamento cum fratribus. *Rol. conſil.70.num.13. volum.4.* ¶ Donata per patrem filio inter vivos etiam hodie regulariter conferuntur. *Bartol. in l.38. ff. de condictio. indeb. num. 27. vide eundem in l. 61. §. ſocius. ff. pro ſocio. gloſſ. fi. l. unic. C. perie. ſucceſſio. parent. lib.10. & gloſſ. in §. illud quoque. Auth. de trien. & ſemiſſ.* ¶ Fratri, quando debeat in partem imputari pecunia ſoluta pro maleficio commiſſo, *Bart. in l.53. § idem. ff. pro ſocio. & in l. 16. ff. de peculio legat.* ¶ Expenſæ factæ per patrem in nuptiis, & veſtimentia pro uxore filii, an imputentur filio, & veſtea in collationem veniant, & datum per patrem filio, quando conferatur, *vide Bart. in l.1.§. nec caſtrenſe. ff. de collatio. bonor.* ¶ Dos confertur, & in legitimam portionem computatur, niſi aliter teſtator diſpoſuerit. *l. unica, & ibi gloſſ. C. de rei uxo. actio.* ¶ Actio de dote (filia ſui juris effecta) in quartam imputatur, & in collationem venit. *Bart. in l.unica, num.15. C. de rei uxo. act.* ¶ Sicut donatio propter nuptias ad ſimilitudinem dotis confertur, ita in legitimam imputatur. *l. quoniam novella. C. de inoffic. teſtamen.* ¶ Adventitium eſt, quod lucratur filius ex dote, vel donatione propter nuptias, quare non venit fratribus conferendum. *Bart. in l.1. C. de bonis, quæ liberis, vide eundem in l. 23. §. tranſgrediatur. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Dos, vel donatio propter nuptias ad patrem reverſa, debet eſſe præcipua illius filiæ, pro qua data fuit extraneia inſtitutis, ſed quid, ſi alii ſibi fuerint inſtituti. *Bart. ſing.154. & Bald. ſing.10.*

Cap. IV. Qui tenatur conferre, vel non.

An filius emancipatus teneatur conferre donationem ſimplicem. *Facbin. lib.12. cap.44.* affirmat. *l. ut liberis. §. ult. C. de collat.* ¶ An primogenitus ad quem ſpectat feudum emptum teneatur aliis fratribus conferre. *Facbin. libr.7. cap.48.* negat. *l. filia. C. de collat.* ¶ Filii in poteſtate, & emancipati tenentur invicem cõferre bona non caſtrenſia, vel quaſi. *l. Titius rogatus. ff. ad Senatuſconſ. Treb.* ¶ Pater fecit teſtamentum, in quo inſtituit duoa filios æquis portionibus, poſtea in contractu matrimonii dedit primogenito tertiam partem ſuorum bonorum declarando, quod reſiduum ſuorum bonorum divideretur inter ſuoa æqualiter juxta teſtamentum, dubitatum fuit, an primogenitus teneretur conferre tertiam illam partem bonorum donatam, deciſum fuit pro parte affirmativa, ita teſtatur *Papon. libr.21. tit. 7. arreſt.10.* ¶ Filia ad ſucceſſionem cum fratribus veniens, dotem debet conferre viro exiſtente locuplete, aut minus in ſua portione ſuſcipere, & marito exiſtente inope, debet actionem, quam contra eum habet, cedere & aliquando etiam inopia mariti eam non liberat à dotis collatione, *§. illud quoque, Authen. de æqualita. dot.* ¶ Bona mobilia in dotem data, & conſumpta, non expellunt ſororem à ſucceſſione paterna, minus illa tenetur conferre eorum æſtimationem. *Afflict. deciſ. 247.* ¶ Conferendum, quid ſit in reſtitutione dotis, quæ ſit marito ad inopiam redacta, *Afflict. ibid.* ¶ Quæ habeat conſerre frater fratri, & quæ non, *vide in libris. Bartol. tract. de duob. fratr.* ¶ Nepotes ſuccedentes avo, etiam ex perſona propria patre prædefuncto, tenentur conferre ea, quæ fuerunt in vita patris illis data, *vide Papon. lib. 20. tit. 1. arreſt. 22.* ¶ Napotes venientes ad ſocceſſionem avi, etiam ex propria perſona, tenentur conferre, quod pater habuerat de bonis ipſius avi, etiamſi non ſint hæredes patris ſui. *Papon. libr. 21. tit. 7. arreſt. 8.* ¶ Quando quia tenetur ad conferendum, tenetur conferre rem ipſam in ſpecie, quam receperat. *Papon. libr. 21. tit. 7. arreſt. 1.* niſi res eſſet alienata, quia tunc ſufficeret conferre æſtimationem extantem tempore collationis. *Papon. ibid. arreſt. 2.* ¶ Pendente lite ſuper collationa, non retardatur diviſio bonorum præſtita cautione de conferendo, ſi ita fuerit ordinatum. *Papon arreſt.3. ibid.* ¶ Frater an teneatur donationem factam à patre ſuis fratribus emancipatis conferre, & an filiis inæqualiter inſtitutis, debeat portionum fieri collatio. *Dec. conſ. 59.* & donatio facta filio emancipato, an debeat conſerri. *ibid.* pro affirmativa ſcribit. *Bartol. in l.35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. & Abb. conſ.116. lib. 2.* ¶ Filia res donatas à patre tempore nuptiarum, conferre tenetur. *And. Gail. obſerv.91. lib. 2.* ¶ Filia, quæ dote mediante quitavit, ſi fuerit poſtea inſtituta cohæres univerſalia, tenetur conferre id, quod habuit à patre, ſecus ſi eſſet ſolum legataria. *Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18.* ¶ Filia dum vocatur, ad hæreditatem paternam cum fratribus, tenetur dotem conferre, non autem fructua dotia. *Papon. libr. 21. tit. 7. arreſt. 4.* tamen differens conferre tenetur etiam ad conferendum fructus. *ibid. arreſt. 5.* ſed qui fructus debeant conferri, *arreſt. 7. eod. titul.* ¶ Quando filius, vel filia aliquid recipit in contractu matrimonii, ſi poſtea fuerit hæres inſtituta cum aliis filiia, an & quando tenetur conferre, *vide ibidem.* ¶ An filia teneatur conferre dotem receptam ab avo. *Cravett. conſ. 319.* ¶ Dos, quam maritus lucratur, debet communicari fratribus, ſtante tacita ſocietate omnium bonorum. *Dec. conſil.66. & conſil.68. vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 46. num. 10.* ſed quid, ſi dos fuerit recepta à patre mariti, & ipſe pater ſuſtinuerit onera matrimonii, *vide eundem Crav. conſ. 67.* ¶ Frater tenetur conferre, vel ſibi computare dotem, quam ejus filiæ de patrimonio dedit. *Ludov. Rom. ſing. 497.* ¶ Filius ſcholaris, vel Doctor debet conſerre libros, ſi pater in teſtamento juſſit hoc fieri: idem in alio filio, cui poſtea fuerunt ipſi libri per

patrem

patrem traditi. *Bartol, in l. 13. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Donatum per patrem filio in ejus Doctoratu, eſt proprium filii, veluti peculium caſtrenſe, & pater, qui miſit filium ad ſtudendum, an teneatur ei emere libros, *Bart. in l. 5. C. de ſilentiariis. lib. 12.* ¶ Qui alias non tenetur conferre, veniens ad ſucceſſionem paternam cum fratribus ſuis, tenetur. *Papon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 7.* ¶ An filius poſſit habere præcipuum augmentum conferre, & quid de jocalibus & veſtibus magni valoris donatis per patrem ipſi nurui, *Perilluſt. D. P. Thoeſſ. deciſ. 46. & Hartm. c. 2. tit. de teſtam. lib. 1.*

Vel non.

Filius veniens ad ſucceſſionem patris cum fratribus, non tenetur conferre expenſas factas per patrem in ſtudio, minus libros emptos per ipſum patrem. *Papon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 6. Rol. conſil. 11. volum. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 131. vide tamen Afflict. deciſ. 247. Crav. conſil. 125. Bart. in l. 18. C. famil. erciſc. in l. 36. ff. de neg. geſt. & in l. 1. §. nec caſtrenſe ff. de collat. bonor.* ¶ Filius non tenetur conferre officium ſibi renunciatum à patre, quod neque ad hæredem tranſmitti poteſt. *Boer. deciſ. 14. vide Papon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 9.* alias officium venale filio eptum per patrem, debet conferri, ſeu pecunia pro illo ſoluta. *Papo. lib. 21. tit. 7. arreſt. 8.* ¶ Filii non conferunt extraneis. & collatio habet locum, ſive ex teſtamento ſuccedatur, ſive ab inteſtato & agnita bonorum poſſeſſione, vel adita hæreditate. *Bart. in l. 6. ff. de collation. num. 10. vide eundem in §. illud quoque. Authen. de trient. & ſemiſ.* ¶ Pater, qui contemplatione dotis relinquit minorem portionem filiæ, quam filio, videtur eam liberare à dotis collatione. *l. 40. §. inteſtato. ff. famil. erciſc.* ¶ Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem, niſi ei inofficioſe eſſet donatum. *l. penul. C. famil. erciſcund.* ¶ Filius conferre non tenetur fratribus illud, quod parentes ei dederunt ratione militiæ. *l. fin. C. de ſilentiariis. lib. 12.* ¶ Proventa filio ex genere materno quocunque titulo, patri acquiruntur, quoad uſumfructum, ejus morte finiendum, ideo non poſſunt per patrem alienari, nec eo mortuo tenetur filius ea conferre. *l. 2. C. de bonis maternis.* ¶ Quando filius lucratur cum pecunia patris, medietas lucri eſt patris, & altera filii. *Bart. in l. 1. C. pro ſocio, & in l. 53. §. idem. ff. pro ſocio. Abb. conſil. 36. lib. 2. vide ſupra tit. de bonis, quæ liberis.* ¶ Emptio facta à fratre, quando dicatur facta nomine proprio, & de pecunia propria, vel communi ſoluta. *Bart. in l. 2. C. pro ſocio, & ſupra titul. ſi quis alteri, vel ſibi.*

Cap. V. Quando ceſſet, vel non.

Collationis jus regulatur ex tacita & præſumpta voluntate donantis, ideo ceſſat collatio, ubi de mente apparere poteſt, quod voluerit donans eam ceſſare, *Caſſan. d. §. 5. gl. 5. num. 8.* ¶ Collatio in bonis & ſucceſſionibus collateralium ceſſat. *Afflict. deciſ. 161.* ideo patruus, vel avunculus, non tenetur conferre id, quod donationis titul. à fratre, vel ab aliis (de cujus ſucceſſione tractabatur) habuit. *Boer. deciſ. 302. n. 3.* ¶ Collatio ceſſat in bonis ſine dolo & culpa conſumptis, niſi bona data eſſent in dotem æſtimata, quia tunc pretium debet conferri. *Afflict. deciſ. 247. in fin.* ¶ Collatio donationis ceſſat, quando effectus donationis confertur poſt mortem donantis, *Cravet. conſil. 85. n. 7.* ¶ Collatio ob cauſam facta; cauſa non ſequuta, condicitur. *l. 13. ff. de condict. cauſ. dat.*

TITULUS DCXLIII.

De ſucceſſionibus univerſalibus in genere.

Generalia.

DE ſucceſſionibus matrum in bonis filiorum, & e contra, *vide in tit. ff. & C. ad Senatuſconſ. Tertul. & Orfic. & infra eod.* ¶ De ſucceſſionibus parentum migrantium ad ſecunda vota, tam in lucro nuptiali, quam in aliis bonis, *vide in tit. C. de ſecund. nupt. & ſupra tit. de ſecundo nubentium pœn.* ¶ De collatione dotis & aliorum bonorum, quæ fit inter ſuccedentes hæredes, *vide in tit. C. de collat, & ſupra eod.* ¶ De ſucceſſionibus ab inteſtato, *per Bart. in ſuo tract. ſucceſſ. ab inteſt.* ¶ De ſucceſſione naturalium liberorum, & quando ipſi ſuccedant agnatis, vel cognatis, *vide ſupra tit. de natural. liber.* ¶ De judicio univerſali petitionis hæreditatis. *Ozaſ. deciſ. 74. & ſupra tit. de petit. hæred.* & de materia *in tit. de acquir. hæred.*

Cap. I. Quæ attendantur, vel non.

Bona quoad ſucceſſionem, regulari & judicari debent ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci originis, & non ubi ſunt, vel aliquis moratur. *Boer. conſ. 9. n. fin.* ¶ In ſucceſſionibus attenditur gradus juris Civilis, & non Canonici, niſi ſtatutum aliter expreſſe velit, & tunc excludit, quando agitur de excluſione fœminarum, *Dec. conſil. 334. volum. 2. vide conſil. 444.* ¶ In ſuccedendi modo, conſuetudo attendi debet. *Fran. Marc. q. 525. part. 2.*

Cap. II. Quæ, quibusq; modis intelligantur, porrigantur, vel non.

Pater cum filiis inſtitutis, an intelligantur inſtituti filii ordine ſucceſſivo, *vide ſupra tit. de hæred. extran. inſtituend.* ¶ Renunciatio facta à ſorore pacto adjecto, quod mortuo Titio & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire ab bona ſua, quomodo debeat intelligi, *vide Perilluſt. D. P. Theſſ. dec. 180.* ¶ Linea recta, non autem tranſverſalis intelligitur, cum facimus mentionem de linea. *Capic. deciſ. 159. num. 6.* ¶ Statutum includens fœminas propter maſculos, intelligitur de dotatis tantum. *Capic. deciſ. 176. num. 11.* ¶ Renunciatio etiam jurata, non trahitur ad futuram ſucceſſionem, nec ad incognita. *Ozaſ. d. deciſ. 75. num. 5.* ¶ Renunciatio ſucceſſionum facta per mulierem bene clauſulata, in qua ſunt verba, ex linea avita, &c. utrum complectatur ſucceſſionem avunculi, *vide Capic. deciſ. 159. num. 4. & 47.*

Vel non.

Tranſactio non porrigitur ad jus poſtea ex ſucceſſione ab inteſtato proveniens. *l. 9. ff. de tranſact.* ¶ Quitatio facta per filiam de bonis patris, matris, & fratrum, non extenditur ad ſucceſſionem fratris decedentis poſt quittationem, maxime, ſi frater erat abſens tempore quitationis, *vide Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 10.* ¶ Renunciatio limitata ad unam cauſam, ad aliam non extenditur, ideo facta in favorem alicujus perſonæ, non debet ad alias extendi. *Crav. conſ. 242. n. 6.* & eſt ſtricti juris. *vide Dec. conſ. 626. & 683.* & non nocet non exiſtente, aut ſuccedente perſona, cujus contemplatione facta eſt. *Crav. ibid. num. 7. & conſ. 251. num. fi.* ¶ Renunciatio facta tam de bonis paternis, quam maternis, non extenditur ad hæreditatem avunculi. *Dec. conſil. 379.* & quando ex vi verborum comprehenderetur, ſi adeſſet læſio, eſſet ſuccurrendum renuncianti. *Dec. ibid.* ¶ Renunciatio filiæ ſuper hæreditate paterna, non extenditur ad hæreditatem matris, vel fratris. *Gail. obſerv. 148. lib. 2.* ¶ Interdictum, quorum bonorum, quam probationem requirat, & quando habeat locum ad hoc, ut ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, *vide Afflict. deciſ. 14. & ſup. lib. 1. tit. de edict. divi Adria. toll.*

Cap. III. Quæ probentur, vel non.

Petens ſucceſſionem potiſſimum tria debet probare, nempe mortem, ſe proximiorem illius, de cujus hæreditate agitur, & illum deceſſiſſe ſine filiis. *Joſeph. Lud. deciſ. 12. Peruſ. vide Vera. deciſ. 320. part. 2. Dec. conſil. 471. Capic. deciſ. 159. quoddam conſil. impreſſum inter deciſiones Pedemontanas, fol. 195. & infra hoc tit.* ſed quib. conjectu-

ris poſſit probari mors illius, qui ad bellum ivit. *vide Mago. deciſ. Luc. 44.* alias quando dubitatur, an aliquia ſit vivus vel mortuus, non poteſt adiri hæreditas; ſed interim debet dari curator bonis abſentis. *Dec. conſ. 575.* ¶ Teſtes deponentes conjuges ſe invicem pro conjugibus, & ab aliis ſic quoque reputari, probant filium eſſe legitimum, quoad ſuccedendum parentibua ſuis. *Jac. Put. deciſ. 173. libr. 2. And. Gail. obſerv. 97. lib. 2.* De hac probatione, *vide per Mago. deciſ. Luc. 86.* ¶ Quando teſtator aliquos vocat ad ſucceſſionem ſub aliqua qualitate, contendens ſe admitti ad ſucceſſionem, duo præcipue probare debet, nempe ſe vocatum, & habere illam qualitatem, ſed an talis qualitas debeat adeſſe tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & evenientis caſus ſucceſſionis, vel ſufficiat, quod adſit uno ſolo tempore ex relatis, *vide per Menoch. conſ. 106. volum. 2.* ¶ Qui allegat aliquem deceſſiſſe ſine liberis, habet ſuam intentionem fundatam de jure communi, *vide Bart. in l. 10. §. cum in bello. ff. de reb. dub.* ¶ Qui ſe fundat in teſtamento, debet probare adimpleviſſe contenta in dicto teſtamento, ideo teſtatoris voluntatem quis adimplere debet, ſi vult beneficium conſequi ex illo teſtamento. *Joſeph. Lud. deciſ. Luc. 64. num. 36. & 37. vide ſupra tit. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Quomodo probentur ſigna vitæ, & quanto tempore debeat vivere, & quo tempore naſci filius, ut ſuccedat, & quid, quando naſcitur ab utero matris ſciſſo, *Fran. Marc. q. 168. part. 2. & 196. Cravet. conſil. 210.* ¶ Hærea ab inteſtato fundatam habet intentionem ſuper tota hæreditate, nec habet neceſſe probare proximiorem, vel concurrentem ſecum. *Gaſp. Cabal. milleloq. 117.* ſi probaverit ſe conjunctum. *Alex. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred.*

Cap. IV. Quæ præſumantur, & quæ dividenda ſint.

Mortuus præſumitur ille, qui fuit in bello, & poſtea non comparet, & non reperitur nec vivus, nec mortuus, & hæreditas ejus à proximioribus adiri poterit, ſi ab eo tempore, quo de ejus vita cœpit dubitari, elapſum ſit quinquennium. *Natt. conſ. 241.* ¶ Teſtator poteſt inter ſuos hæredes hæreditariaa res dividere ſalva Falcidia, & debitum unius fratris non onerat alios, niſi de ejus peculio profectitio. *l. 10. C. famil. erciſc. vide ſupra tit. famil. erciſc.* ¶ A patre quæſita, filioque relicta, eo ſine liberis mortuo, inter paternos & maternos hæredes ex ſemiſſibus dividi, obſervatur apud Gallos, ut habetur *in libris placit. curiæ. lib. 18. tit. de hæredit. q. 5. in deciſ. diverſ.*

Cap. V. Quæ, ad quem pertineant, vel non.

Impubes arrogatus quem debeat habere hæredem, *vide Bart. in l. ſi arrogatore ff. de adopt.* ¶ Verba, ſi non valet jure teſtamenti, &c. important, ut debeantur relicta per ſuccedentes ab inteſtato. *l. 29. §. fin. ff. de teſtam.* Quibus venientibus ab inteſtato hoc caſu defertur hæreditas. *gl. ibid. vide ſupra tit. de codicil. & jure codicil.* quid, ſi dictum fuerit, diſpoſitio valeret omni meliori modo, *vide l. 91. §. fi. de legat. 2.* ¶ Cauſa teſtati non trahit ad ſe cauſam inteſtati, ſi teſtator prohibuerit. *l. 19 ff. de injuſto rupto.* ¶ Si ſpurius inteſtatus deceſſerit jure conſanguinitatis, aut agnationis hæreditaa ejus ad nullum pertinet: proximitatis vero nomine mater ejus, aut frater ex eadem matre natus, bonorum poſſeſſio, ex edicto petere poteſt. *l. 4. ff. unde cognati.* ¶ Legibus hæreditates proximioribus agnatis, deferuntur, & edicto prætoris cognato bono. poſſeſſ. competit. *l. 10. ff. de gradi. affini.* ¶ Hæreditates ad nos pertinent ex teſtamēto vel ab inteſtato, de jure antiquo, vel novo. *l. 1. ff. de pet. hæredi.* ¶ Hæreditas ipſi furioſo delata poteſt per ejus curatorē adiri, adeo ut ſi furioſus efficiatur ſanæ mentis, poſſit eam ſibi retinere, vel reſpuere, & ſi reſpuerit, vel in furore deceſſerit, ad ſubſtitutum devolvatur, & ſi nullus ſit ſubſtitutus, ad eos, qui ſuccederent, ſi furioſus in medio non fuiſſet. *l. fi. §. tali. C. eod. vide ſupra eo.* ¶ Bonorum poſſeſſio per tutorem nomine infantia agnita perfecte acquiritur, & ad ejus hæredem transmittitur. *l. 3. C. qui admitti.* ¶ In ſucceſſionibus non petentium portiones, petentibus accreſcunt. *l. unica. C. quando non petentium. l. unica. §. his ita. C. de caduc. tollen. ſupra tit. de jure accreſcen.* ¶ Portio hæreditatis pro non ſcripta, accreſcit cohæredi cum onere ſuo. *l. 125. §. Lucius, de legat. 1. vide tamen l. 29. §. fi. de legat. 2.* ¶ Teſtamentum ſi incidatur per teſtatorem, quibus applicetur hæreditas, *gloſſ. in l. pen. C. de teſtam.* ¶ Hæreditas non adita debetur ſubſtituto, & in ejus defectum, venientibus ab inteſtato, & ultimo fiſco. *l. unic. §. cum autem. C. de caduc. toll.* ¶ Ex eadem ſcriptura non poteſt quis petere hæreditatem ex teſtamento, & ex codicillis, ſed una via electa, tollitur altera, niſi petens ſit de conjunctionis perſonis, *l. fin. C. de codicill.* ¶ In ſucceſſionibus portio excluſi applicatur illi, cujus contemplatione fuit excluſus, licet habeat cohæredem. *Caſſan. in conſuetud. Burgun. tit. des ſucceſſions Rubr. 1.* ¶ Jus ſuccedendi ex teſtamento alicujus viventis, non eſt jus, nec ſpes à jure probata. *Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. num. 9.* ¶ Hæreditaa non datur per donationem cauſa mortis, neque per codicillos, & rerum appellatione venit tota hæreditaa. *Bartol. in l. 19. C. de pact.* ¶ Hæreditas extraneo teſtamento tantum datur. *l. 5. C. de pact. conventis. vide ſupra tit. de hæredib. extran. inſtituen.* ¶ Lucra nuptialia, vel alia adventitia filiia obventa, quæruntur, quoad uſumfructum parentibus habent in poteſtate lucrantes, & illis decedentibus nihilominus perſeverat talis acquiſitio, ſed proprietatis primo defertur liberis lucrantis: Secundo fratribua conſangvineis, & uterinis: Tertio uterinia tantum: Quarto parentibos proximioribus defunctorum. *l. 4. C. de bonis, quæ liberis, de quibus bonis vide ſupr. tit. eod.* ¶ Lucrum, de quo in dicto titul. de ſecundis nupt. ſpectat ad liberos etiam non exiſtentes hæredes. *Authent. hæres. C. de ſecund. nupt.* ¶ Filiiſam. in lucris nuptialibus liberos ſuoa habent hæredes, & ſi dicti liberi poſtea moriantur, avus eorum paternus in dictis lucris retinet uſumfructum, maternus vero avua eorum in proprietate à ſe datorum ſuccedit, *l. 3. C. de bon. quæ lib.* ¶ Qui vult rem pertinere ad aliquem ad tempus, poſt illud videtur velle ad ſuū hæredē redire. *l. 35. §. Titia. de leg. 3.* ¶ Quo tutela redit, eo & hæreditas pervenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. *l. 64. ff. de reg. jur.* ¶ Non eſt novum, ut ex poſt facto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur. *l. 9. ff. de caſtr. pecul.* ¶ Si ſubſtituatur noviſſime morienti, videtur teſtator voluiſſe inter omnea conſervare jus legitimarum hæreditatum, vel ſucceſſionum ab inteſt. *l. 36. ff. eo.* ¶ Si quis in teſtamento ordinaverit aliquid dari, ſi non expreſſerit, cui, vel quibua detur hæredibua, pro hæreditariis portionibus dabitur, ſed ſi ipſis hæredibus, vel extraneis dari juſſerit, extraneus habebit portionem virilem tantum, hæredes vero pro hæreditariis portionibus. *leg. 21. & 22. de ſtatu liberis.* ¶ Mortua fœmina donarium redditur ad conſtituentem & ejus hæredem. *Papon. ibi. arreſt. 7.* ¶ Filiaf. quando habeat hæredem ab inteſtato in dote profectitia. *Bart. in Auth. de hæredib. ab inteſt. n. fi. vide de ſimilib. lucris ſup. tit. de don. prop. nupt.*

Cap. VI. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Filii ſecundi matrimonii quando ſuccedant etiam ſtante pro filiis primi matrimonii, *vide ibid.* ¶ Non ſufficit, quod is, qui impediebat ſit excluſus per alium, qui poſſet ſuccedere, licet non ſuccedat in effectu. *Thom. Minad. deciſ. 26.* ¶ An, & quando unus ex pluribus ſuccedens, poſſit ex uno repudiare, & ex alio adire,

vide

vide per Bart. in l. 98. ff. de acqu. hæred. & ſupra eo de acquir. hæred. ¶ Legitimatus adhibita clauſula, ſine præjudicio venientium ab inteſtato, qualiter ſuccedat, *vide Capic. deciſ. 23.* ¶ Neptis ex fratre, non exiſtentibus aſcendentibus, vel deſcendentibus, patruo ab inteſtato ſuccedit. *Rolan. conſil. 1. volum. 1.* ¶ Proximior ut ſuccedat, quo tempore requiratur, ut ſit proximior, *vide Bart. in l. 3. C. unde liberi*, & quod tempus inſpiciatur, *vide eundem in l. 27. ff. de conditio. inſtitut.* ¶ Per inſtitutionem ſucceditur in jus defuncti, & plures intelliguntur æqualiter inſtituti. *l. 9. §. hæredes ff. de hæred. inſtituen.* ¶ Ex voluntate defuncti prius eſt locus ſucceſſioni ab inteſtato, quam ex teſtamento. *l. 28. ff. eod.* ¶ Æqualitas in ſuccedendo ab inteſtato ſervatur, ut ille, cui ſucceditur, non poſſit ſuccedere non ſuccedentibus, & nepos ſuccedit patruo in feudo paterno, ſicut patruus ſuccedit nepoti. *Bart. in §. filium. Authen. quib. mod. natural. effic. ſui.* ¶ Patruus ita ſuccedit nepoti, ſicut nepos patruo. *Bartol. in ead. Authent.* ¶ An filiæ poſſunt excludere patruum ſubſtitutum, quando teſtator inſtituat duos hæredes quorum unus decederet ſine liberis, ſubſtituit ſuperſtitem, primus deceſſit relictis duabus filiabus. *Rol. conſ. 82. Tom. 3.* ¶ Si pater, vel mater, vel ſimul avus paternus, & maternus ſuccedant filio, vel nepoti inteſtato defuncto, qui ejus imponere, an uſumfructum patri, vel avus paternus habeat in portione matris, vel avi materni. *Andr. Fachin. lib. 6. contr. cap. 6.* ¶ Hæretico incapacitas objici poteſt ab aliis præter fiſcum. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 280.* ¶ Conceptus, & natus poſt mortem teſtatoris, quando ſuccedat. *idem. deciſ. 230.* ¶ Fratres naturales quomodo invicem ſuccedant, & quid in ſpuriis inceſtuoſis, & ex coitu damnato natis obtinere debeat, late diſcutitur, & obiter, qui in materia dicantur naturales, & nati ex damnato coitu. *D. Gaſp. Theſſ. q. Foren. Quæſt. 22. lib. 11.* ¶ Vaſallus, an ſuccedat ſubdito ſuo ſine hærede decedenti, & quomodo procedat conſuetudo in hac materia, etiam ſtantibus inveſtituris late, & magiſtraliter, declaratur, & plura arreſta referuntur. *D. Gaſp. Theſſ. q. Foren. Quæſt. 80. lib 2.* ¶ An filiæ defunctæ ſuccedere debeat pater, an vero ſoror nupta, quando ſucceſſerunt ante matri mortuæ. *Rol. conſil. 95. Tom. 1.* ¶ Fœminæ de jure communi ſuccedunt una cum maſculis. *Capic. deciſ. 159. numer. 3.* & dicuntur de legitimis hæredibus, & veniunt appellatione legitimorum (niſi in feudis) *Dec. conſ. 53. facit l. maximum vitium. C. de liberis præteritis.* ¶ Filii naturales legitimati, an habeant jus ſuccedendi etiam ultra patrem, *vide per Bart. in §. dubitatum, Auth. de inceſt. nupt.* pro parte affirmativa ſcribit idem *Bart. in §. tribus, & §. generaliter, num. 7. Authen. quib. mod. natur. efficia. ſui, vide etiam ſupra tit. de legitimat. lib. in genere.* ¶ Uxor, ſi ex diſpoſitione teſtatoris poterat diſponere de ejus hæreditate uſque ad valorem mille aureorum, ſi deceſſerit ab inteſtato, videtur de illis diſpoſuiſſe, in hæredes ſuos ab inteſtato venientes. *Natt. conſ. 216. numer. 10.* qui ab inteſtato ſuccedunt gravato, in ea ſumma, de qua poterat diſponere, licet non diſpoſuerit. *Vinc. de Franch. deciſ. 45.* ¶ Tutor ſuccedit pupillo aliis deficientibus. *Petr. de Raven. ſing. 590.* excluſo fiſco. *Amanel. de Clariſaquis ſing. 242.* ¶ Decedens ab inteſtato videtur inſtituere illum, qui ab inteſtato ſuccederet. *Bart. in l. 3. ff. de jure codicill.* ¶ Mater, & ſoror æquis portionibus infanti ſuccedere debet. *Ozaſc. deciſ. 85.* & pater, materque ſuccedunt filio cum aliis exiſtentibus defuncti fratribus. *Boer. deciſ. 158. Vinc. de Franc. deciſ. 25.* & hæreditas dividitur per capita. *Papo. lib. 21. tit. 1. arreſt. 8.* ſed quid in fratre uterino ex ead. matre, & fratre conſanguineo ex eod. patre. *vide Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 8.* ¶ Parentes ſoli ſuccedunt filiis ſalva gradus ſui prærogativa, *vide Boer. deciſ. 185. numer. 5.* excluſis fratribus, & ſororibus ex altero tantum latere conjunctis defuncto. *Boer. deciſ. 158. num. 5.* ¶ Præmiſſa procedunt, niſi pater, vel mater tranſierit ad ſecunda vota, ſive ante mortem filii, ſive poſt, quia tunc exiſtentibus fratribus defuncti non ſuccedit ab inteſtato in proprietate etiam ratione legitimæ; ſed ſolum in uſufructu bonorum paternorum, vel maternorum, ſecus in aliis bonis aliunde quæſitis, in quibus datur ſucceſſio, etiam proprietate. *ibid. n. 5. & deciſ. 190. vide Papon. libr. 21. tit. 1. arreſt. 8. Curv. conſ 37. Caſſan. in conſue. Burg. titul. des ſucceſſions. Bart. in l. 2. C. de ſec. nup.* ¶ Parentes quando ſuccedant pleno jure, nec per ſecunda vota priventur. *Boer. deciſ. 185. num. 17.* ¶ Cognati hodie æqualiter ſuccedunt, ac ſi eſſent agnati, cum ſit exæquata differentia agnatorum & cognatorum. *Bart. in l. 5. C. unde legitimi*, & hoc verum ab inteſtato, ſecus ex teſtamento. *Bart. in Auth. de hæredi. ab inteſta.* ¶ Frater uterinus ſuccedit ſolus in omnibus bonis, quæ defunctus habuit à matre, vel linea materna, & econtra frater ex latere patris tantum, præfertur patri ex latere matris tantum, in bonis paternis, & paterni generis. *ibid. num. 3.* ¶ Frater uterinus, an ſuccedat fratri una cum matre, vel frater conſangvineus ſuccedat una cum patre, & quid, ſi parentes tranſierint ad ſecunda vota. *Boer. deciſ. 185. n. 4. & 18.* ¶ De ſucceſſione illius, qui fuit ab altero occiſus, & quando pertineat ad occiſorem, vel ejus filios, *vide Clar. in ſua Pract. §. homicidium, verſ. privatur. fol. 25.* ¶ Bona ingredientis Religionem incapacem cui applicentur, an Eccleſiæ Romanæ, vel venientibus ab inteſtato. *Lud. Rom. ſing. 439.* ¶ Clericus bona propria dare poteſt cui vult, ſed ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſangvineos, ſuccedit Eccleſia, *c. 1. ext. de ſucceſ. ab inteſtato, vide tamen c. 2. ibid.* ¶ Infamis non prohibetur ſuccedere ab inteſtato; ſed teſtamentum querelare non poteſt. *l. 11. C. de inoffi. teſtam.* ¶ Prohibitus ſuccedere patri, non prohibetur ſuccedere fratri, etiam ex diſpoſitione in pupillari ſubſtitutione comprehenſa, non tamen habebit bona patris, quæ ad pupillum pervenerunt; ſed ad alia bona impuberis. *l. 6 ff. de vulgari.* ¶ Aſcendentes, & deſcendentes vocantur ad ſucceſſionem, uſque quo vita hominum produci poteſt: tranſverſales vero, ſeu collaterales agnati, vel cognati, vocantur indifferenter uſque ad decimum gradum incluſive, & non ultra. *Harm. capit. 1. titul. de ſucceſſio. libro 2.* ¶ Pater ſuccedit filio in bonis per eum donatis, una cum fratribus utrinque conjunctis, & matre, contra Decii opinionem *Vincen. de Franc. deciſ. 59. & contra Bartol. Cravet. conſ. 176 315 vide eundem Bartol. ſingul. 61.* ¶ Parentes una cum fratribus, & ſororibus eorumque liberis defuncto ab inteſtato ſuccedunt; ſed ipſi parentes conſuetudine à fratribus, & ſororibus defunctæ perſonæ, à tali ſucceſſione excludi poſſunt. *Mynſing. obſerv. 41. cent. 6.* ¶ In bonis profectitiis donatis filio tit. donationis, vel filiæ titul. dotis, ipſis mortuis ſine filiis, ſuccedit parens, qui bona, vel dotem donavit, niſi aliter ex pactione eſſet conventum: ſecus illis decedentibus relictis liberis deſcendentibus, qui excludunt aſcendentes. *Papon. libro 21. titul. 1. arreſt. 5. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. Bart. in §. repetitis, inſtitut. de ſervi. cognat.* in tantum hoc eſt verum, quod filia naturalis excludit aviam legitimam, & naturalem. *Caſſa. ibid.* ¶ Idem quando prodo propter delictum bona filii publicantur, *Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 24.* ſed an filius, vel filia poſſit in præjudicium parentum aliter diſponere, *vide arreſt. 22. & 24.* ſed an filius, vel filia poſſit in præjudicium parentum aliter diſponere, *vide arreſt. 22. & 24. eod. lib.* ¶ Quando pater dedit dotem filiæ, & ille eſt ſtipulatus pro filia, ipſa mortua ſine liberis, patre, matre, & fratribus ſuperſtitibus

ſtitibus pater ſolus ſuccedit in dotem. *gloſſ. in l. 3. C. de bonis qua lib.* vide de ipſis bonis maternis *ſupra tit. de bon. mater.* ¶ Quomodo aſcendentes in pari gradu exiſtentes ſuccedant filiis vita defunctis nullo condito teſtamento. *Andr. Fach. libr. 6. cont. cap. 6.* ¶ Quamdiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur. *l. quamdiu ff. eod. l. 96. de reg. juris.* Nam ſive ſuccedatur de jure Civili, ſive de jur. Prætorio, ſcripti hæredes præcedunt legitimos, licet conditio ſit adjecta, interim non poterunt repudiare, niſi coram Judice. *l. 69. ff. de acq. hæred. vide ſupr. tit. de repudiand. hæred.* ¶ Si ille, qui poterat ſuccedere ex teſtamento, ab inteſtato poſſideat in fraudem legatariorum, quid juris, *vide tit. ff. ſi quis omiſſa cauſa, & ſupra eod.* ¶ An civis poſſit ſuccedere per viam ult. voluntatis in bonis immobilibus ſitis in alieno territorio, quæ fuerunt civium. *Roland. conſ. 80. num. 30. tom. 2.* ¶ An quando uxor dotata in contractu matrimonii; ſed facta ſit inops poſſit ſuccedere marito in quarta parte bonorum ex diſpoſitione Auth. *Roland. conſ. 15. tomo 3.* ¶ An uxor tranſiens ad ſecunda vota poſſit ſuccedere filio ſororis ſuæ. *Rol. conſ. 81. tomo 3.* ¶ An filia dotata ſuccedere poſſit cum fratre, ſi illa paternæ hæreditati renunciavit, quando quis deceſſerit ab inteſtato. *Rol. conſil. 26. tomo 3.* ¶ An filia, quæ renunciavit paternæ hæreditati juxta formam. cap. quamvis de pactis in 6. ſuccedat patri inteſtato morienti *Fach. libr. 8. cap. 71. negat. l. quæritur offic. de adil. edic.* ¶ An uxor dotata in parva dote poſſit ſuccedere marito in quarta parte bonorum ipſius ex diſpoſitione. *Auth. præterea. C. und. vir. & uxor. Rol. conſ. 14. tomo 3.* ¶ An nepos debeat habere emphyteuſim in totum, vel neptis in partem, quando mortua eſt mulier relictis nepote, & nepte, cui fuit conceſſa emphyteuſis pro ſe, & ſuis hæredibus. *Roland. conſil. 76. to 3.* ¶ An rubrica ſtatuti ita concepta filia dotata non ſuccedat generaliter intelligatur excluſa. etiam à bonis patris cum in nigro nihil diceretur, niſi de bonis matris, & aviæ. Fachin. *lib. 11. cap. 68.* affirmat. ¶ Hæres in omne jus mortui ſuccedit, etiam in nominibus debitorum. *l. 37. de acquir. & omittenda hæred.* ¶ Quando concurrunt ad ſucceſſionem patruus, vel avunculus, & nepotes ex fratre, vel ſorore, ſucceditur in ſtirpes. *Papon. arreſt. 11. lib. 21. tit. 1.* ſed inter filios plurium fratrum, qui vocantur conſobrini fili diviſio per capita, quando ipſi ſolum veniunt ad ſucceſſionem patrui, vel avunculi. *idem arreſt. 12. eod. lib.* ¶ Plures concurrentes ad ſucceſſionem defuncti in eodem gradu exiſtentes, ex linea paterna, & materna attinentes ex linea paterna debent ſuccedere in bonis paternis, & attinentes ex linea materna, in maternis, *vide Papon. libr. 2. titul. 1. arreſt. fin. & infra titul. de ſucceſſio. tranſverſal.*

Vel non.

Banniti de jure communi ſuccedere non prohibentur; tamen in quibus bonis ſuccedant, *vide Joſeph. Lud. deciſ. 11. Peruſ.* ¶ Si filius propter delictum fuerit bannitus publicatis bonis patre adhuc vivente, ipſi patri poſtea morienti (ſuperſtite filio bannito) non ſuccedit fiſcus, ſed proximiores in gradu, ſublato filio de medio. *Bor. conſ. 1. num. 8. Dec. conſ. 438. Menoch. 186. lib. 2. vide eundem Dec. conſ. 445. num. 66.* Nec fiſcus hoc caſu poteſt rumpere teſtamentum patris. *Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 3. gloſſ. 7.* ¶ Publicatio bonorum ſtatu integro remanente non impedit ſucceſſionem, vel novam acquiſitionem. *vide Bart. in l. 4. C. de jure fiſci libro 10.* ſed bannitus noſtri temporis, qui amittit Civitatem, perdit ſucceſſionem ſibi delatam ex forma ſtatuti: non autem ſibi delatam jure communi. *Bart. ibid. num. 4. vide eundem in l. 7. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris.* ¶ Fratres, vel ſorores ex altero latere tantum, non ſuccedunt fratri, una cum patre, aut cum aliquo de aſcendentibus. *Boer. deciſ. 185.* ſed ipſi aſcendentes in totum ſuccedunt. *Papon. libr. 21. tit. 1. arreſt. 8. Harma. cap. 5. tit. de ſucceſſio. libro 2.* quod procedit quando erat mater, & frater ex latere patris, quod non attinent matri defuncti, tunc enim præfertur mater, & econtra, ſi extant pater, & frater ex latere matris, quod non attinent patri, ſimiliter præfertur pater. *ibid. Boer.* ¶ Si inſtitutus propter inhabilitatem teſtatoris non poſſit ſuccedere ex teſtamento, ſi eſt proximior in gradu, bonorum poſſeſſionem intra tempus ſtatutum, petere poterit. *l. pen. ff. unde cognati.* ¶ Hæreticus jure hæreditario catholico ſuccedere non debet. *cap. 5. ext. de hæreti. vide l. 4. C. de hæret. & manic. & l. 10. eodem, & ibidem,* quid, quando aliqui filii ſunt Chriſtiani, & alii hæretici. ¶ Res Eccleſiæ data in dotem, in emphyteuſim, & in feudum non tranſit ad extraneos hæredes. *Bart. in l. 19. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Agnati (quibus ſpectat ſucceſſio ab inteſtato) hodie ſi non petant tutorem pupillo, privantur ejus ſucceſſione quid in matre, vel avia, vel ſubſtituto. *vide Bartol. in l. 2. ff. qui petant tutores, & ſupra titul. de his, quibus ut indig. hæred. aufer.* ¶ Quando quis dicatur decedere ſine hærede, *vide Bartol. in l. unic. C. ſi liberalitate. Imperial. ſocius, libro 10.* ¶ In bonis Eccleſiæ non ſucceditur jure conſanguinitatis ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſecus in bonis, quæ pervenerunt ad prælatos intuitu perſonarum, vel ex aliqua hæreditate. *l. 1. & ibi. gloſſ. ex de præbend. & dignit.* ¶ Natus extra Regnum Franciæ, qui albinus apud Gallos vocatur, veniens ad habitandum in ipſo Regno, non poteſt ibi ſibi conſtituere domicilium, nec de acquiſitis diſponere, etiam in proprios filios, ſed Rex capit bona jure albinagii, niſi cum permiſſu, & licentia Regis, ſeu literis naturalitatis prius ab eo obtentis, quarum virtute poſſit diſponere, *vide Boer. deciſ. 13. Papon. lib. 5. tit. 2. du droit auboine, Rebuff. ſuis comment. Tomo 2. tract. de liber. naturali.* ¶ Perſonæ Religioſæ in Regno Franciæ ſunt incapaces ad ſuccedendum. *Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 1.* & Eques Hieroſolymitanus ſuccedit, quoad uſumfructum ſolum. *Papon. ibid.* ¶ In beneficiis, & Eccleſiis, ſucceſſio locum non habet, *cap. 5. ext. de pact.* ¶ Agnati ultra decimum gradum ſuccedere non poſſunt: fallit in ſucceſſionibus Comitum, & Baronum. *Dec. conſ. 85.* ¶ Concepti nati poſt mortem ejus, de cujus ſucceſſione agitur, non poſſunt ei ſuccedere ab inteſtato. *Natt. conſ. 74. Tom. 3.* ¶ Hoſpitale non ſuccedit expoſitis morientibus ab inteſtato, licet Bald. teneat contrarium, *vide Vinc. de Fran deciſ. 198.* infanti expoſito quis ſuccedat, *vide Perilluſt. D. P. Theſ. deciſ. 118.* ¶ Frater ex uno parente tantum, non ſuccedit una cum patre in bonis fratris, ſed an frater utrinque conjunctus præferatur in bonis fratris, avo, vel proavo, *Bar. in §. conſequens, Auth. de hæred. ab inteſta.* ¶ Filio nato in ſexto, vel octavo menſe, & decedenti intra duos dies, pater non ſuccedit: quia non poteſt vivere; ideo hoc caſu pater matris filii nati excludit maritum, & patrem, in dote filiæ debet reverti ad ipſum patrem, excluſo marito prædefunctæ filiæ. *Afflict. deciſ. 236. Jul. Clar. in §. teſtamentum, ſed Boer. deciſ. 220. Dec. conſ. 123. q. 45.* ¶ Partus dicitur legitimus, ſi naſcatur in ſeptimo menſe, idem ſi in decimo menſe completo; & cœpto undecimo; ſecus ſi naſcatur in undecimo menſe perfecto. *Mynſing. obſerv. 40. cent. 6. vide Papon. lib. 15. tit. 1. arreſt. 12. Menoch. de arbit. caſ. 89. num. 34.* ¶ De partu edito ſtatim mortuo an, & quando dicatur vitalis, *vide Mago. deciſ. 41. Rot. Flor.* ¶ Hæreditaria ſucceſſio in creando imperatore locum non habet *cap. 34. ex. de electio.* ¶ Mulier quando poſſit decedere pro parte teſtata, & pro parte inteſtata, *Bart. in l. 1. C. de ſecund. nupt.* ¶ Subingreſſio ubi eſt, ibi datur ſucceſſio in ſtirpes,

pes, alias ſecus: nam virilem habet is, qui ſuccedit alicui ex propria perſona. *Vinc. de Franc. deciſ. 24. numer. 9.* ¶ Subingreſſio in linea transverſali non datur de jure communi, niſi quando tractatur de ſucceſſione patrui, vel avunculi. *Vinc. de Franc. deciſ. 149. & deciſ. 375. p. 2. Joſeph. Ludov. deciſ. 11. Peruſ.* quando filius intret in locum patris, *vide Dec. conſ. 1. 78. 44. & 487.*

Cap. VII. Qui excludantur, vel non.

An filia quæ tempore mortis patris non erat dotata, ſed dotata fuit ante hæredem, per matrem excludatur à ſucceſſione paterna, ſtante ſtatuto, quod filia dotata à patre, vel à matre non poſſit venire ad ſucceſſionem parentum cum fratribus. *Rol. à Vall. conſ. 96. to. 4.* ¶ An filiæ excludant patruum, & contra patruus filias, quando teſtator inſtituit duos filios uterinos, & quando unus decederet ſine filiis, alium ſuperſtitem ſubſtituit, ille reliquit duas filias. *Rol. conſ. 82.* ¶ An ſtante ſtatuto, quod filia à patre avo, vel patruo excludatur à ſucceſſione ipſorum, intelligatur eſſe excluſa à ſucceſſione omnium prædictorum, vel ab hæreditate tantum dotantis. *Rol. conſ. 24. tom. 3.* ¶ Fratres & ſorores à ſucceſſione fratrum & ſororum inceſtuoſorum excluduntur; idem in parentibus, ideo ſi filia inceſtuoſa decedat, illi non ſuccedunt parentes, neque fratres, ſed ejus vir, nam tunc deficit omnis legitima & naturalis ſucceſſio, quod intellige, niſi talis filia haberet dotem ex ſubſtantia paterna, quia tunc dos reverteretur ad patrem. *Abb. conſ. 50. lib. 2.* ¶ Filii furioſorum negligentes eorum curam, à ſucceſſione privantur, licet eſſent ſcripti hæredes, deferenda ei, qui furioſum in domo ſuſcepit. *Authen. liberi. C. de Epiſcop. audien.* ¶ An hæres, qui vult adire hæreditatem ſimpliciter, excludat hæredem, qui vult adire cum beneficio legis, & inventario, *vide quandam deciſionem Senat. Pariſ. in deciſ. diverſ. fol. 223.* ¶ Si non appareat de teſtamento, hæreditas debet peti ab inteſtato, & an quittatione facta, etiam generali, quis cenſeatur excluſus à ſucceſſione ab inteſtato, *vide Bart. in conſ. 90. vol. 1.* ¶ Proximior in gradu remotiorem excludit. *Gram. deciſ. 1. num. 6.* duobus caſibus exceptis, nempe quando tractatur de hæreditate avi, & de hæreditate patrui. *Dec. conſ. 444. 484. Natt. conſil. 424.* & in his duobus caſibus filius in ſuccedendo, patris locum ingreditur, ſed quid in ſucceſſione delata per ſtatutum, *vide Dec. conſil. 527. & conſ. 553.* ¶ Qui non eſt ætatis legitimæ, tutor eſſe non poteſt, neque ob id à ſucceſſione repellitur. *l. fin. C. de legit. tutor.*

Cap. VIII. Actio, cui & contra quem competat, vel non.

Repudiantibus ſcriptis hæredibus ab inteſtato competit hæreditatis petitio. *l. 9. C. de pet. hæred.* ¶ Creditor debitori pro parte ſuccedens, pro aliis partibus contra cæteros cohæredes agit. *l. 1. C. de hæred. act.* & vide de ipſis hæreditariis actionibus, *ibi per tot. tit. & ſupra eod.* ¶ Jus adeundi hæreditatem delatam ex teſtamento, præſcribitur ſpacio 30. ann. etiam hærede ignorante, tamen tunc agi poteſt judicio poſſeſſorio ab inteſtato. *Put. deciſ. 54. lib. 2. Boer. deciſ. 33. n. 20. & 21.* ſed an & quando excluſus ab uno capite ſucceſſionis poſſit ad aliud venire, *vide Boer. ibid. num. 23. & 24.* ¶ Agens ex teſtamento inutili, & ſuccumbens, poteſt etiam in cauſa appellationis agere petitione hæreditatis ab inteſtato, tanquam proximior in gradu ſuccedendi. *Afflict. deciſ. 53.* ſed inteſtati viam, an eligere poſſit, qui ex teſtamento agere cœpit, *vide Boer. deciſ. 33.*

Vel non.

Debitore ſuccedente creditori, confunditur actio. *l. 3. C. de fideic.* ¶ Si hæreditas extranei ad furioſum defeatur, non petit ipſe bonorum poſſeſſionem, ſed curator. *l. fin. §. ſi autem. C. de curat. furioſ. vel prodig.* ¶ Singulæ res hæreditariæ hæreditate non adita, non poſſunt præſcribi; quia contra hæreditatem jacentem non datur præſcriptio, de ratione *vide per Natt. conſ. 488.*

Cap. IX. Quæ tranſeant, tranſmittantur, vel non.

Hæreditas aſcendentium (etiam non adita) tranſmittitur ad poſteros, vel liberos inſtitutos, etiam clauſis tabulis. *l. unic. C. de his, qui ante aper. tabul. hæred. tranſ. vide ſupra eod.* ¶ Dominium ſine traditione in qualibet acquiſitione univerſali transfertur, *Bar. in Auth. ingreſſi, num. 27. de Sacroſ. Eccl.* ¶ Per aditionem hæreditatis omnia jura, quæ erant apud defunctum, & quæ per mortem non fuerunt extincta, ipſo jure tranſeunt in hæredem, ſed poſſeſſio non, niſi hæres illam realiter apprehenderit. *l. cum hæredes ff. de acq. hære.* ¶ Prohibitus alienare in perſonas certas, prohibetur in eos legitimo jure ab inteſtato transferre. *l. 91. §. pen. de leg. 2.*

Cap. X. Qui admittantur, vocentur ad ſucceſſionem.

Frater conſanguineus, an cum utrinque conjuncto admittatur, ſtante ſtatuto excluſivo fœminarum. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 239.* ¶ In ſucceſſione contra teſtamentum, filiorum cauſa eſt potior, quam cauſa parentum, quibus excluſis parentes admittuntur, licet turbato ordine eis ſuccedant. *l. 14. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Pater ſuccedens filio una cum illius fratre, poſt tranſitum ad ſecunda vota, an habeat uſumfructum in medietate pleno jure delata filio, in recompenſam proprietatis ſoli patri delatæ, qua per ſecundum matrimonium privatur, *vide Boer. deciſ. 190.* ¶ Mater poſt ſecunda vota ſuccedens filio cum aliis filiis, admittitur ſolummodo in uſufructu. *Boer. d. deciſ. 190.* ſed quid in portionibus, quas ille filius defunctus habuerat ab aliis fratribus, *vide eundem deciſ. 192.* ¶ Disjunctus vocatur in unam dimidiam, & conjuncti in aliam. *l. 9. ff. de vulgari, vide ſup. tit. de conjunctis.* ¶ Mulier ſecundo nubens poteſt liberis ſecundi matrimonii naſcituris omnia bona ſua relinquere, excepta priorum legitima, ſed ſecundo viro non poteſt relinquere ultra quam reliquerit uni ex filiis primi matrimonii, cui minus fuit relictum. *Boer. deciſ. 200. vide ſupra tit. de pœnis ſecundo nubentium.* ¶ In ſucceſſionibus ab inteſtato, primo vocantur ſui hæredes, qui præcedunt omnes aſcendentes, vel collaterales etiam proximiores. *§. repetitis, inſtit. de ſerv. cognat.*

Vel non.

An ſoror alicujus inceſtas nuptias, vel alias non illicitas ſcienter contrahens, poſſit poſt mortem taliter contrahentis, & relinquentis liberos inſtitutos, petere ejus bona tanquam proximior, & quando eſſet admittenda, intra quod tempus debeat petere ipſa bona, *vide Boer. deciſ. 264.* ¶ Proximior quando non admittitur in ſuccedendo, an habeatur perinde, ac ſi non eſſet, *vide Bart. in l. 14 in repet. n. 5. ff. de inoffic. teſtam.* ¶ Agnatus non admittitur ad revocandam & vendicandam hæreditatem ſpurio relictam: quia hoc jus tantum competit deſcendentibus & aſcendentibus, fratribus vel ſororibus; non autem aliis agnatis ulterioribus. *Bart. conſ. 118. num. fin. volum. 1.*

Cap. XI. Qui concurrat, vel non.

Quando quis deceſſit ſine deſcendentibus, & patrem, aut matrem tantum una cum fratribus, aut ſororibus, vel eorum filiis utrinque ſibi conjunctis reliquit, tunc iſti ſimul admittuntur ad defuncti hæreditatem, excluſis omnibus aliis aſcendentibus & collateralibus, ſed filii fratrum ſuccedunt in ſtirpes. *Hartm. cap. 5. tit. de ſucceſ. lib. 2.* ¶ Quando concurrunt in ſucceſſione nepotis patruus & avunculus, qui ſunt in eodem gradu, non eſt facienda diſtinctio bonorum, ſed æqualiter ſuccedunt. *Vinc. de Franc. deciſ. 59.* ¶ Filia excluſa à ſtatuto, an concurrat cum maſculo in proprietate reſervata filiis ex

Auth.

Auth. Præterea. C. unde vir. & uxor. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 8.* ❡ Nepos ex fratre mortuo non concurrit cum patruo in ſucceſſione de jure Prætorio. *Bartol. in l. 3. §. ſi duos. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.*

Cap. XII. Qui præferantur, vel non.

Patruus, vel avunculus præfertur filiis alterius patrui in ſuccceſſione conſobrini & nepotis ipſius patrui. *Boer. deciſ. 302. Dec. conſil. 444. idem in amita. Vinc. de Fran. deciſ. 517. Borg. Caval. deciſ. 9. num. 91. de contract. part. 2. Boer. conſ. 32.* & patruus utrinque conjunctus præfertur avunculo defuncti ex uno latere tantum. *ibid. Boer. d. deciſ. 302.* ſed quid juris, quando ſunt avunculus & patruus eo vinculo defuncto conjuncti nepoti, quomodo ſuccedent, *vide ibid. num. 3.* ❡ Nepos ſi concurrat cum filio alterius nepotis, præfertur in ſucceſſione, non obſtante etiam conſuetudine Neapolitana. *Vinc. de Fran. deciſ. 266. part. 2.*

Cap. XIII. Qui faciat partem, qui renunciare poſſit ſucceſſioni.

Agnati præſumuntur præferri perſonis extraneis. *Capic. deciſ. 191.* ❡ Excluſa à ſucceſſione, quando faciat partem aliis in computatione legitimæ. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 252.* ❡ Succeſſioni futuræ renunciari poteſt cum juramento, ſecundum magis communem. *Boer. deciſ. 75. num. fin. & deciſ. 100. vide Capic. deciſ. 159. num. 10. Guid. Pap. q. 227. DD. d. Rot. deciſ. 1. de conſuet. in novis, num. 7. Bart. in l. ſi poteſt ff. de acq. hæred. & in l. 93. eo.* quid, ſi fuerit petita abſolutio à juramento. *Guid. q. 226. & q. 598.* ❡ Maritus poteſt hæres eſſe uxoris ſuæ, mediante perſona filii communis. *Vem. deciſ. 67. part. 2.* ❡ Avunculus in ſucceſſione inteſtati præfertur conſobrino defuncti, & de ratione dubitandi in hoc articulo, *D. Gaſp. Theſ. q. For. q. 63. lib. 2.* ❡ Patruo & nepote, in primogenituræ ſucceſſione concurrentibus, quis illorum obtinere debeat, ample diſputatur, & in teſtamentis potiorem patrui cauſam eſſe demonſtratur. *D. Gaſp. Theſ. q. For. q. 35. lib. 1.*

Cap. XIV. Qui effectus producantur, vel non.

Victoria unius, qui putabatur eſſe hæres inſolidum, prodeſt alteri, ad quem apparet ex poſtfacto hæreditatem pertinere. *l. 7. ff. famil. erciſc.* ❡ Actus reſervationis juris ſuccedendi, quid operetur. *Cuvet. conſil. 289.* ❡ Quando ratione delicti quis privatur ſucceſſione alterius, & bona publicantur, an tale delictum quoque noceat cæteris venientibus ab inteſtato. *Bart. in cit. ff. ſi quis aliq. teſta. probib.* ❡ Si dominium rei ſupervenerit debitori, confirmatur obligatio; ſecus ſi dominus debitori ſuccedat. *l. 41. ff. de pignor. act.* ❡ Si creditor ſuccedat debitori, extinguitur obligatio: & ſi fidejuſſor ſuccedat debitori, obligatio fidejuſſoria extinguitur. *l. 95. §. quod vulgo. ff. de ſolut. & liberat.* ❡ Cum quia in alterius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere id, quod adverſus eum non noceret, in cujus locum ſucceſſit. *Reg. 197. §. pen. de reg. jur.* ❡ Hæreditas, quando remanet penes aliquem, remanet cum omnibus oneribus ſuis. *Bart. in l. debitori, num. 6. C. de pact.* & ſuccedens alteri videtur habere ratum, quod defunctus ſuo nomine fecerat. *Bart. in l. 11. §. ſolutam. ff. de pign. act.* ❡ Pactum factum uni, qui ſolus ſucceſſurus ſperabatur, prodeſt aliis cum illo ſuccedentibus. *l. tale pactum. ff. de pact.* ❡ Patris factum non præjudicat filio in his, quæ filius non à patre, ſed aliunde habet. *Natt. conſil. 470. num. 26.*

Cap. XV. Quæ valeant, vel non.

Conſuetudo valet, quod uxor ſuccedat viro in mobilibus, juribus, & actionibus liberis etiam extantibus. *DD. de Rot. deciſ. 1. de contract.* ❡ Pactum de futura ſuccceſſione, an valeat in feudis. *Boer. deciſ. 204. num. 6.* & factum inter milites, quando valeat, & quando non. *vide ibid. num. 4. & 15.* ❡ Renunciatio facta favore maſculorum per ſororem ingredientem monaſterium valet, & illis ſolum prodeſt, *Menoch. conſ. 196. numer. 31. lib. 2.* ❡ Pactum de de futura ſucceſſione reciprocum, licet valeat, eſt tamen revocabile. *ibid. num. 16. vide Fran. Marc. q. 128. p. 2.* & juramentum poteſt revocare, qui conſenſit pacto futuræ ſucceſſioni. *Boer. deciſ. 204. n. 20.* ❡ Pactum de non ſuccedendo valet, quando tantum quis percepit, quantum ſibi debetur occaſione ſucceſſionis. *Abb. conſ. 116. lib. 2.* ❡ Quando pactum de futura ſucceſſione valeat, vel de illa conſervanda, & quando confirmetur juramento. *Bart. in l. ſi. C. de pact. Abb. conſ. 95. lib. 2. & Bart. conſ. 6. volum. 1.*

Vel non.

Renunciatio ſucceſſionis viventis non valet, niſi accedente conſenſu illius, de cujus hæreditate tractatur, *Papo. libr. 16. tit. 4. arreſt. 18.* & in tali conſenſu perſeveraverit uſq; ad mortem. *Boer. conſ. 46. n. 3. Cruv. conſ. 242. n. ſi. l. fin. C. de pact.* ſed ſufficit conſenſum intervenire ex poſt facto. *Cruv. conſ. 19.* ❡ Pactis hæreditatem dari non poſſe notum eſt, adeo ut nec jurata quidem valeant, neque ſtatuto, aut conſuetudine firmari talia pacta queant: fallit in mutuo, & viciſſitudinario pacto, puta ſi inter duos conventum ſit, quod alterutro ſine liberis mortuo, ad ſuperſtitem bona perveniant, tale.n. pactum valet. *And. Gail. obſerv. 126. lib. 2. vide conſ. 46. Dec. conſ. 578. Cruv. conſ. 9. num. 7.* ❡ Secundo fallit in pacto ſucceſſionis inter Principes, & Illuſtres perſonas, quod valet, *Gail. obſerv. 127. lib. 2.* ❡ Tertio pactum factum de futura ſucceſſione mortui, valet. *Bart. in l. 1. C. de pact.* ❡ Pactum de futura ſucceſſione etiam juratum, per quod aufertur alicui libera teſtandi facultas, non valet. *Bart. in l. 1. C. de pact.* & pactum de hæreditate viventis, non firmatur juramento. *Bart. in l. 8. vol. 1.*

Cap. XVI. Quæ revocari poſſint, vel non.

Renunciatio filiæ facta patri cum clauſulis opportunis, rumpi an poſſit, etiamſi maſculorum contemplatione facta dicatur, ideo filius excluditur ab hærede inſtituto à fratre. *Capic. deciſ. 190.* ſed renunciatio hæreditatis, an revocetur ſupervenientibus liberis. *Boer. deciſ. 159. num. 17.* ❡ In poteſtate inſtituti eſſe non debet voluntatem teſtatoris irritam reddere. *Ozaſc. deciſ. 126. n. 15. vide ſupra tit. de hæredib. extrane. inſtituen. & tit. de legitima liberorum.* ❡ Si nemo adeſt hæreditatem, omne jus teſtamenti ſolvitur. *l. 142. de reg. jur.*

Cap. XVII. Hæres. Quis dicatur.

Qui ſemel eſt hæres, in perpetuum non poteſt deſinere eſſe hæres. *l. 88. ff. de hæred. inſtitu.* ❡ Jure novo hæredes ſunt omnes, qui Senatuſconſultis, aut ex conſtitutionibus ad hæreditatem vocantur. *l. 3. §. ſi. de pet. hæred.* ❡ Qui ſemel eſt hæres per reſtitutionem non deſinit eſſe hæres directo; vel utiliter ſic. *l. 8. §. ſed quod ff. de minor. 25. ann.* ❡ Hæres ſolus in certa re inſtitutus eſt hæres univerſalis, ſed quid in ſubſtitutione facta in certa re. *Boer. deciſ. 33. num. 6. & 7. ſupra tit. de hæred. inſtituen.* ❡ Appellatione hæredis, continentur hæredes hæredis. *l. 65. & 70. ff. de verb. & rer. ſignif.* ideo hæres hæredis teſtatoris eſt hæres. *Rom. ſing. 690.* ❡ Hæredes aut neceſſarii ſunt, ut ſui, & neceſſarii, aut extranei, de quibus vide *in cit. inſtitut. de hæred. qualit. & differ.* ❡ Omnia fere jura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo tempore mortis hæredes extitiſſent. *l. 154. de reg. jur.* ❡ Qui in univerſum jus ſuccedunt, hæredum loco habentur. *Reg. 171. ibid.* ❡ Omnis hæreditas quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *Reg. 181.* ❡ Hæres extraneus omnino dici non poteſt, qui ab inteſtato ſucceſſit. *Ozaſc. deciſ. 94. n. 17.* ❡ Uni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. *Reg. 184. §. fin. de reg. jur.*

Cap. XVIII. Quæ facere poſſit, vel non.

Hæreditatem habere ab inteſtato quandoque utilius, quam illam habere à ſubſtituto. *gloſſ. in l. 4. C. ad Trebell.* ❡ Succedens in locum alterius debet uti eo jure, quo ille utebatur. *Abb. conſil. 100. libr. 1. Reg. 138. de regul. jur.* ❡ Si procurator ſuccedit condemnato, in eum fit executio ſententiæ. *l. 31. ff. de Procurato.* ❡ Qui legatum accepit, non prohibetur petere hæreditatem ab inteſtato, niſi fuerit in evidenti calumnia, ſed tenetur reſtituere legatum. *l. 47. ff. de pet. hæred.* ❡ Qui ex poſt facto apparet eſſe hæres, à quolibet hærede avocet pro rata. & ſumptus pro rata ſuſtinet. *l. 6. ff. ſi pars hæred.* ❡ Hæres conficiens inventarium poteſt defuncti voluntati contravenire, quando ex hæreditate nihil ipſi remanet. *Pnt. decſ. 264. libr. 3. vide ſupra titul. de inventario cum beneficio legis.* ❡ Hæres, qui fecit inventarium qualiter deducat expenſas factas in confectionem inventarii, vel reſpectu hæreditatis, *vide Bart. in l. fin. §. in computatione, C. de jure deliberandi, & ſupra titul. de inventario cum benef. leg.* ❡ Hæres repræſentat perſonam defuncti ſolum pro hæreditaria portione, pro reſiduo videtur extraneus. *Bart. in l. 34. ff. de pact.*

Vel non.

Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti, cui ſucceſſit, in foro conſcientiæ illud licite non retinet. *Bart. in l. 1. minorica. cap. 3. fol. 109.* ❡ Hæres non auditur allegans turpitudinem defuncti, ſicut ſi allegaret ſuam. *l. 4. Cod. de revocandis his, quæ in fraudem credito.* ❡ Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, etiam jure proprio. *Boer. decſ. 23. num. 15. ſed vide Bartol. in l. 2. C. de inoffic. teſtam. in l. 2. C. ſi in fraud. patro. & in l. fin. §. in computatione. C. de jure deliberand.* hoc verum pro hæreditaria portione. *l. 14. C. de rei vend. vide l. 3. C. de rebus alien. non aliena.*

Cap. XIX. Ad quæ teneatur, vel non.

Mortuo filio arrogato ſtatim poſt mortem patris arrogatoris, hæres ipſius arrogantis tenetur reſtituere bona filii arrogati ſubſtitutis, vel venientibus ab inteſtato ipſius filii arrogati, una cum quarta omnium bonorum ditti arrogatoris. *l. ſi arrogator. ff. de adopt. & emancipatio.* ❡ Quæ ſit pœna hæredis non conficientis inventarium, *vide Bart. in d. l. fin. §. ſin vero*, & quando hæres teneatur ultra vires hæreditarias, *vide eundem in §. ſing. autem ibid.* ❡ Si hæres intra certum tempus voluntatem teſtatoris non impleat, qua pœna puniatur, *vide per Bart. in Authent. hoc amplius. C. de fideicom. gloſſ. in cap. 6. extr. de teſtament. & ſupra titul. de his quibus. ut indig. hæred. aufer.* nam voluntas teſtatoris per omnia adimpleri debet, *cap. 4. ext. de teſtament.* ❡ Hæres poſt juſſum judicis infra annum non exequens juſſum teſtatoris judicium, privatur omni lucro hæreditario, certis perſonis hic expreſſis applicando. *Authent. hoc amplius. Cod. eodem.* ❡ Succedens præter ſpem defuncti, non tenetur ad ea, quæ relinquuntur nominatim ab alio. *Bart. conſil. 7.*

Cap. XX. Miſcellanea.

Errore agnoſcens aliquem hæredem ejus, cujus hæreditas pertinet ad ipſum errantem, docto de errore, illam petere poteſt, *Raud. tract. de analog. cap. 37. num. 203.* ❡ Caſus, in quibus etiam hodie bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas ſit neceſſaria, *vide per Bart. in l. 11. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. & de materia bonor. poſſeſſio. vide ſupra titul. de bonor. poſſeſſio.* ❡ Hæreditas videtur gravari, quando hæres gravatur ſub nomine appellativo. *l. 39. ff. de act. & oblig.* ❡ Quarta inopi uxori ex legis proviſione in bonis mariti debita, non poteſt gravari. *Gail. obſerv. 119. lib. 2.* vide de ipſa quarta *infra titul. de ſucceſſio. inter conjuges.* ❡ Fructus bonorum defuncti, licet dicantur res: non tamen ſunt de ſubſtantia defuncti. *Bartol. in l. 36. C. de inoffic. teſtament.* ❡ De quibus rebus poſſit perſona Eccleſiaſtica diſponere, & de quibus non, *vide tit. ext. de pecul. Cleric. tit. de teſtament. vel ultim. volunt. & ſupra lib. 1. tit. de perſon. Eccleſia.*

TITULUS DCXLIV.

De ſucceſſionibus univerſalibus bonorum deſcendentium.

Generalia.

De ſucceſſione univerſali bonorum filiorum ad matrem, vel aviam ſpectante, *vide infra titul. ſeq.* De materia *vide ſupra tit. prox.*

Cap. I. Quæ dividenda ſint, & quæ, ad quos pertineant, vel non.

Pater filiorum filiæ morientis ante patrem lucratur dotem paternam ipſorum morientium ſibi ſolutam; promiſſam vero dividit æqualiter cum ſocero. *Capic. decſ. 176. num. 30.* ❡ Avo paterno, & materno ad neptis bona venientibus, paterna bona ſpectant ad avum paternum, & materna ad maternum: ſecus eſt quando concurrunt in ſucceſſione nepotis patruus, & avunculus, qui ſunt in eodem gradu; tunc enim non eſt facienda diſtinctio bonorum. *Vincent. de Franc. decſ. 59.* tamen hæc diſtinctio etiam in diſtinctionibus paternis, & maternis fuit reprobata in Camer. Imper. per quam fuit judicatum parentes æqualiter ſuccedere. *Myſing. obſerv. 55. cent. 6. vide Cravet. conſil. 176. Guid. Pap. ſing. 403. Bart. in Authent. de conſanguin. & uterin. fratrib.* ❡ Dos à patre profecta revertitur ad illum, filia ſine liberis decedente. *Afflict. decſ. 236. num. fin. Bartol. ſingul. 62.* & aliquando etiam ſi cum liberis, ſed quando. *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. decſ. 138. & decſ. 190. vide etiam Hartm. c. 4. tit. de dote. lib. 2.*

Cap. II. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Frater uterinus, an ſuccedat fratri una cum matre, vel frater conſanguineus ſuccedat una cum patre. *Boer. decſ. 185.* & quid ſi parentes tranſierint ad ſecunda vota, *vide ibid. num. 18. & tit. prox.* ❡ Parentes ſoli ſuccedunt ſalva gradus ſui prærogativa. *Boer. decſ. 185. n. 5. Hartm. cap. 5. & ſeq. titul. de ſucceſſio. lib. 1.* ❡ Pater, & mater ſuccedunt filiis in omnibus bonis, ſi filii, aut filiæ deceſſerint ſine filiis. *Boer. decſ. 192. Rot. Genuenſ. dec. 58.* ❡ Pater ſuccedit filio mortuo (temporibus tamen legitimis nato) in bonis maternis, excluſo patre matris, & cæteris. *Afflict. decſ. 236.* ❡ In quibus caſibus aſcendentes ſuccedant deſcendentibus, & quomodo, *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. & Perilluſtr. D. P. Theſſ. decſ. 27.* ❡ Hodie pater ſuccedit filio, ut hæres etiam in bonis profectitiis, quæ patri non acquiruntur. *Cravet. conſ. 102. Guid. quæſt. 30. Vent. decſ. 67. part. 2.* & ſi occupaverit bona jure peculii, tenetur ad ſatisfacere creditoribus filii intra annum, quatenus eſt in peculio. *Cravet. ibid.* ❡ Filio præmoriente patri, illi pater ſuccedit, ſi nullos relinquat deſcendentes, vel tranſverſales, alias ipſi deſcendentes præferuntur deſcendentibus, cum tranſverſalibus vero ſuccedunt ipſi aſcendentes pro virili. *Bart. in l. 3. C. de uſufructu.*

Cap. III. Qui excludatur.

Avus maternus, an patruum à nepotis ſucceſſione excludat, *vide Perilluſtr. D. P. Theſſ. decſ. 5.* quod avus in ſucceſſione ſui nepotis præferatur patruo ejuſdem nepotis, *ſcribit Hartm. cap. 3. lib. 1. tit. de ſucceſſ.* ❡ Avus in ſucceſſione, an excludat fratrem defuncti, *vide Bart. in Auth. defuncto. C. ad Tertull.* ❡ Mater naturalis, an excludat adoptantem, vel cum eo ſimul admittatur. *Ozaſch. decſ. 75.*

Cap. IV. Qui præferantur, vel non.

Mater præferatur avo, & aviæ in ſucceſſione filii. *Afflict. deciſ. 281. Dec. conſil. 245. & conſ. 623. Abb. conſil. 75.* idem in patre. *Vcra. deciſ. 67. part. 2.* ſed defuncto aliquo relictis avo paterno, & matre, quis iſtorum in ſucceſſione præferatur. *Harem. cap. 3. tit. de ſucceſſ. lib. 2.* ¶ Quando veniunt in ſucceſſionem parentes, ex parte patris parentes præferuntur in bonis quæſitis ex paterna linea, & contra, *vide gloſſ. in l. 3. C. de bonis maternis, & Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 27.* ubi etiam quid de aliis bonis aliunde quæſitis. ¶ Avia naturalis tantum præfertur in ſucceſſione avo naturali tantum, & mater præfertur avo. *Bartol. in l. ſi quis, num. 9. de teſtam. tut.* nam parentes eodem modo ſuccedunt ſpuriis, quo ipſi parentibus. *Bartol. in l. 25. ff. quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Avus præfertur avunculo in ſucceſſione nepotis. *Dec. conſil. 623.*

TITULUS DCXLV.

Ad Senatusconſultum Tertullianum.

Cap. I. Quæ intelligantur.

Dictio, mox, poſita *in l. tutores C. ad Tertullian.* quomodo intelligatur, ut tex. *in §. confeſtim. l. 2. ff. eod.* declaratur per *Ozaſ. deciſ. 58. num. 24. & 28.* ¶ Mater habet annum ad purgandam moram non petiti tutoris. *Abb. conſ. 90. lib. 2.*

Cap. II. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Matris, & aviæ idem jus circa ſucceſſionem ſibi conjunctorum, & ex ſe deſcendentium. *Dec. conſ. 650.* ¶ Mater, aut pater ſemper ſuccedit filiis, aut filiabus decedentibus ſine liberis. *Boer. conſil. 192.* ¶ Mater in bonis filii ſuccedit, ſtatuto tamen poteſt excludi. *Nat. conſil. 514.* ¶ Mater, & ſoror, æquis portionibus infanti ſuccedere debent, *Ozaſib. deciſ. 58.* ¶ Mater ſecundo nubens ſuccedit filio cum fratribus in capita, quoad uſumfructum ſolummodo, proprietate filiis primi matrimonii reſervata, & hoc in bonis paternis: in aliis autem ſuccedit etiam cum fratribus defuncti in proprietate, *Harem. c. 8. de ſucceſſio. lib. 1. & c. eod. tit. lib. 2.* ſed quid, ſi mater primo ſucceſſerit filio, & poſtea tranſierit ad ſecunda vota. *Afflict. deciſ. 75. n. 3. Boer. deciſ. 185. & deciſ. 190. Vinc. de Franc. deciſ. 18. Bart. in Auth. de non eligendo. §. cum igitur. & conſ. 54. & tit. Auth. de nupt. Harem. c. 8. de ſucceſſio. lib. 1. & ſupra titul. de ſucceſſionibus in genere,* ſed quid in portionibus, quas filius decedens habuit ab aliis fratribus. *Boer. deciſ. 192.* ¶ Mater ſuccedit in bonis filii, liberis non extantibus, licet tranſierit ad ſecunda vota. *Bart. in §. prima, Auth. de nupt.* vide tamen eundem. *in §. ingratitudinem, eod.* ¶ Mater ſuccedit filio per Tertul. *l. fin. C. de jure deliber.*

Vel non.

Mater, quæ non petiit dari curatorem ventri, poſthumo non ſuccedit. *Bartol. conſil. 22. volum. 1. & conſil. 63. volum. 2.* quod procedit, ſi erat major 20. ann. alias ſecus, *Bartol. conſil. 30. vol. 1.* ¶ Mater non ſuccedit filio naturali etiam ex teſtamento. *Papon. lib. 21. tit. 3. arreſt. fin. vide tamen ſupra tit. prox. & Bart. in l. ſi quis ſub. ff. de teſtam. tutel.* ¶ Major non ſuccedit filio in lucro nuptiali, exiſtentibus aliis filiis, vel filiabus, ſi tranſierit ad ſecunda vota; ſecus in aliis bonis, *vide tit. Auth. de non eligendo ſecundo nubent.*

Cap. III. Qui excludantur, vel non.

Mater tutelam filiorum gerens, ſi sd ſecunda vota tranſierit, nullo confecto inventario, tutore filiis non petito, nullaque ratione adminiſtratorum reddita à filii defuncti ſucceſſione excluditur, & frater ipſius defuncti admittitur. *Ozaſ. deciſ. 58.* quod procedit etiam in matre ruſtica. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 194. vide ſupra titul. de pœnis ſecundo nubentium, & titul. de his, quib. ut indig. legat. aufer.* ¶ Mater quando privatur hæreditate filiorum, ad quos illa pertineat. *Bartol. conſ. 97. vol. 1.* ¶ Mater, quæ fuit relicta tutrix, ſi non petierit ſibi decerni adminiſtrationem, & inventarium non fecerit, decedente filio in pupil. ætate, amittit hæreditatem. *Bart. conſ. 18. & 215. volum. 1.* avia tamen non excluditur. *Bart. conſil. 18. & 215.* ¶ Mater non petens tutorem filio alium tutorem non habenti ante binubatum, amittit filii ſucceſſionem, *Afflict. deciſ. 75. vide ſupra tit. qui petant tutores,* ſecus ſi haberet alium tutorem. *Dec. conſ. 246.* ¶ Mater ſi non petat tutorem filio infra quatuor menſes, videtur in mora. *Bart. in Authent. Presbyteros. de Epiſc. & Cleric. vide eundem Bart. conſ. 23. volum. 1. & conſil. 63. volum. 2.* ¶ Pater adoptivus excluditur à matre naturali, ſi deſinat eſſe pater, emancipatione. *Ozaſ. deciſ. 75.* ¶ An mater privetur ſucceſſione filiorum, ſi ſuſpectos tutores removeri non fecerit, *vide l. 1. & ibi gloſſ. C. de negot. geſt.* ¶ Matri petenti hæreditatem filii, quæ competant, & quæ obſtent. *Afflict. deciſ. 75.*

Cap. IV. Qui præferantur.

Mater præfertur avo, & aviæ in ſucceſſione filii. *Afflict. deciſ. 281. & Dec. conſil. 245.* ¶ Avia paterna præfertur in bonis paternis, materna in maternis, in cæteris utraque admittitur. *Bart. conſil. 19. & 215. num. fin. vide ſupra titul. prox.* ¶ Mater luxurioſe vivens non admittitur ad ſucceſſionem filii. *Bartol. in §. cum igitur. Auth. de non eligendo ſecundo nubent.* ¶ Mater exportationem bonorum à domo filii, an renunciaſſe illius hæreditati videatur. *vide Afflict. deciſ. 75.* ¶ Teſtametum, in quo ſunt inſtituti deſcendentes, & mater præterita, valet. *Bartol. conſ. 18. vol. 1.*

TITULUS DCXLVI.

De ſucceſſionibus univerſalibus bonorum aſcendentium.

Generalia.

De ſucceſſione bonorum matris, quæ pertinet ad ejus liberos, *vide infra tit. ſeq.* ¶ De ſucceſſione nepotis nati poſt emancipationem, ſive ſit præteritus, ſive non, *vide in l. emancipatus, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ De quitatione facta per filias patri, vel fratribus. *Henric. Boer. in ſuis ſingul. tit. renunciatio.* ¶ De ſucceſſione competente ex primogenitura, & in quibus in Regno Franciæ conſiſtat. *Papon. lib. 21. tit. 4.*

Cap. I. Qualis ſit.

Jus agnationis reſidet in legitimis tantum. *Dec. conſil. 471.* ¶ Jus ſuccedendi liberorum, eſt aliud jus per ſe ſeparatum a jure filiationis. *Bart. in l. in poteſt. ff. de acquir. hæred. & in 93. ff. ſolut. matrim.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur, extendatur, vel non.

Talis quitatio in his, in quibus valet regulariter, cenſetur facta ad utilitatem hæredum patris. *Papon. lib. 16. tom. 4. arreſt. 15.* & prodeſt omnibus, licet uni tantum eſſet facta. *ibid. arreſt. 16.* ¶ Fallit in filia nata ex primo matrimonio; nam quitando, lucrum quitationis inſolidum ſpectat ad filios primi matrimonii, fratres ex utroque latere ipſius filiæ, excluſis filiis natis ex alia uxore. *Papon. libr. 16. titul. 4. arreſt. 15.* ¶ Renunciatio facta à ſorore pacto adjecto, quod mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis, liceat ſibi redire ad bona ſua, quomodo intelligi debeat. *Perilluſtr. D. P. Theſſaur. deciſ. 189.*

Vel

Vel non.

Quitatio filiæ de bonis paternis, maternis, & fraternis, non extenditur ad ſucceſſionem fratris decedentis poſt quitationem, ſi frater erat abſens tempore quitationis. *Papon. lib. 16. titul. 4. arreſt. 10.* ¶ Statutum excludens ab hæreditate matris, non extenditur ad hæreditatem aviæ. *Mago. deciſ. 147. Rot. Florent.* ¶ Promiſſio renunciandi bonis paternis, & maternis non extenditur ad feudalia, & filia renunicans ſucceſſioni bonorum paternorum, non videtur renunciaſſe feudalibus. *Gram. deciſ. 101. num. 9. & 10.*

Cap. III. Quæ probentur, præſumantur, vel non.

Filius petens ſe admitti ad ſucceſſionem patris, quod probare tenetur, ut probet ſe filium, & pro tali admittatur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 89. num. 28.* ¶ Filius conventus per agnatos proximiores petitione hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum, neceſſe habet probare ſe filium eſſe legitimum natum ex legitimo matrimonio, licet eſſet in poſſeſſ. bonor. patris. *Natt. conſ. 421.* contr. Cravet. de hac probatione. *Natt. conſil. 473.* ¶ Filium eſſe hæredem patris, probat creditor, *Bartol. in l. 23. §. transgrediantur. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Si quis probet ſe filium, & patrem eſſe defunctum, ad illi ſuccedendum non eſt neceſſe probare aditionem hæreditatis. *Rot. Genuenſ. deciſ. 2. num. 8. vide ſupra tit. de ſucceſſ. univerſa. in genere.* ¶ Præſumitur filius natus ex mariti ſemine, niſi ex pluribus conjecturis aliud appareret. *Mobed. deciſ. 115.* ¶ Dominium patris præſumitur continuatum in filium, titulo hæreditario ſuccedentem; non in eum, qui ſe prætendit donatarium. *l. 16. C. de probation.* ¶ Inter filios, & filias debet hæreditas parentis æqualiter dividi. *l. 11. C. famil. erciſc.*

Cap. IV. Quando debeatur ſucceſſio, vel non.

Filio paterna ſucceſſio tum ratione pietatis tum etiam ratione naturali, debetur. *Ozaſ. deciſ. 126. num. 17.* tamen filius ſuccedit patri de jure poſitivo, non de jure Divino, nec naturæ. *Joſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 11.* ¶ Aſcendentis ſucceſſio debetur proximiori deſcendenti. *DD. de Rot. deciſ. 1. de conſuet. num. 4.* excluſis deſcendentibus. *Petr. de Raven. ſingul. 49.* ¶ Juris effectum, & ſuccedendi facultatem conſequitur filius etiam à putativo matrimonio editus. *Dec. conſ. 153. vide eundem Dec. conſ. 135.* ¶ Licet filia inſtituta ſit in re certa, & prohibita plus petere, tamen illi remanet jus petendi ſibi acquiſitum ex ſtipulatione paterna. *Bartol. in l. 7. §. 1. ff. de oper. libert.* ¶ Si ſuus eſt exhæredatus, emancipatus præteritus, & extraneus inſtitutus, ſive adeatur hæreditas, ſive non, uterque dimidiam advocabit, licet unus per contra tabulas, & alter ab inteſtato ſuccedat. *l. filiam. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Judex in judicando inter liberos debet ſequi voluntatem defuncti, etiam non ſolemnem, licet non ſuccedatur ex teſtamento, ſed ab inteſtato, ſoluta tamen Falcidia. *l. 16. t. t. & fin. C. eod.* ¶ Si in aliquibus rebus conſtat primogenitura, & in aliis detur ſucceſſio æqualis, ſi pater relinquat ſolum bona primogenituræ, illa inſolidum ſpectant ad primogenitum fratribus excluſis. *Papon. lib. 21. titul. 4. arreſt. 4. & 5.* ¶ Vita, & militia, an ſit debita ſecundogenito ſuper feudis paternis primogeniti, ſi pater ſecundogenito reliquit caſtrum unum, & an videatur animo compenſandi reliquiſſe. *Afflict. deciſ. 138.* ¶ Filia, quæ quitavit bona paterna, non debet per patrem in aliquo inſtitui, ſed poteſt præteriri. *Guid. qu. 162. & quaſt. 295. vide ſupra tit. de liberis, & poſthum. hæred. inſtit.* ¶ Renunciatio per filiam patri facta, an in commodum ſolius patris, vel etiam fratrum cenſeatur facta, ad excluſionem filiorum ſecundi matrimonii. *Boer. deciſ. 184.* ¶ Filius naturalis tantum, non habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas in bonis patris, ſecus in bonis matris. *Barc. in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. vide ſupra tit. de natur. liberis.*

Cap. V. Qui, quibus ſuccedere poſſint, vel non.

Filiorum cauſa eſt prima, in ſucceſſione contra teſtamentum, ſicut ab inteſtato, *Bartol. in l. 14. ff. de inoffic. teſtament.* ¶ De cautela cujuſdam mulieris, quæ filium illegitimum admiſit ad ſucceſſionem patris, de conſenſu aliorum filiorum, *vide per Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 89. num. 28.* ¶ An filii naturales tantum poſſint ab inteſtato patri naturali ſuccedere, ſive aſcendentibus per lineam maſculinam. *Hartm. cap. 9. titul. de ſucceſſion.* ¶ Si avus dat dotem pro nepte ex filio in jus, quod habet avus in dote, ſuccedit filius ipſe, ſive inſtitutus, ſive exhæredatus. *c. dedit. ff. de colla. bon.* ¶ Si filius propter delictum amittat patriam poteſtatem, & de medio tollatur, nepos ſuccedit loco ipſius patris & admittitur ad ſucceſſionem avi. *l. 7. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* ¶ Filius ingreditur locum patris ſui, etiam quando agitur de ſucceſſione abavi, vel atavi, ſicut quando agitur de ſucceſſione avi. *Menoch. conſil. 194.* ¶ Neptis ſuccedens aſcendentibus ingreditur ex perſona ſui patris, & non ſua, quod ſecus in ſuccedendo tranſverſalibus. *Capic. deciſ. 21. vide Gram. deciſ. 57.* ſuccedit tamen ex propria perſona. *idem deciſ. 6.* ¶ Filii ſubintrant in locum patris in ſucceſſione aſcendentium, non jure repræſentationis, ſed ſubintrationis, & repræſentatio, & ſubintratio longe differunt inter ſe. *Magon. deciſ. 147. Rot. Flor.* ¶ Nepotes quomodo ſuccedant aſcendentibus. *Hartm. cap. 2. tit. de ſucceſſ. lib. 2.* ¶ Nepos ſuccedit patruo, excluſo avo, etiam in bonis donatis per ipſum avum filio, dummodo donatio irrevocabiliter valuerit in perſona ipſius filii. *Guid. Pap. quaſt. 147.* nam aſcendentes excluduntur à ſucceſſione per deſcendentes. *Vincent. de Franc. deciſ. 47.* ¶ Filii primi, & ſecundi matrimonii debent ſuccedere æqualiter pro numero liberorum, exceptis ſponſalitiis largitionibus, & lucris nuptialibus. *vide Franc. Marc. quaſt. 316. Magon. deciſ. 107. Rot. Floren. Papon. libr. 21. titul. 1. arreſt. 18. Auth. itaque. C. commun. de ſucceſſio.* ¶ Quitatio facta per filiam de portione ſua patri acceptanti pro ſe, & hæredibus ſuis ita taliter, quod decedens pater ſine filiis maſculis habeatur pro non facta, cedit in utilitatem tam maſculorum, quam fœminarum: ideo patri ab inteſtato decedenti æqualiter ſuccedunt filii, & filiæ, quæ non quitarunt. *Cravet. conſil. 288. & ſeq.* ¶ Filia in bonis ſitis extra locum, in quo excluditur ſtatuto, ſuccedit una cum maſculo; ſecus in aliis. *Capic. deciſ. 58. num. 9. vide ex eo. ff. de poſtul. & Bartol. in l. 1. C. de ſumma Trinit.* ¶ Primogenitus Regis, qui debet ſuccedere, dicitur ille, qui poſt Regiam Majeſtatem adeptam ortus eſt. *Franc. Cremen. ſingul. 51.* ¶ Filii nati in figura matrimonii ex quo mulier habebat alium virum ſecundo ignorante, dicuntur legitimi, & etiam ſcienti ſuccedunt, & quibus omnibus parentibus ſcientibus, *vide Vincent. de Franc. deciſ. 130.* ¶ Si ex pluribus liberis unus, vel una quitaverit, alii ſolum vocantur ad ſucceſſionem. *Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18.* ¶ Filius, vel filia, quando in locum patris, vel matris ſubintret ſuccedendo, *vide Petr. de Beninten. deciſ. 51.* ¶ Neptis ſubintrat in gradum patris, quoad ſucceſſionem. *Capic. deciſ. 21.* limita, *ut ibid. & deciſ. 176. num. 14.* & plures nepotes ſuccedunt avo una cum patruo in ſtirpes, & non in capita. *Capic. deciſ. 208. Gram. deciſ. 63. Papon. lib. 16. titul 4. arreſt. 17.* ¶ Filia renuncians, vel ſtatuto excluſa ſuccedit, ſi frater juſte exhæredetur. *Boer. deciſ. 104. num. fin.* ¶ Si filia cum juramento ceſſit bonis paternis, his verbis adjectis, ſalva legali ſucceſſione, tunc patri decedenti ſine aliis filiis ab inteſtato filia ſuccedit, ſed non adjectis illis verbis,

ipſa filia cenſetur omnino excluſa etiam nullia liberia extantibus, & agnati patris ipſam excludunt, ſecundum *Guid. Pap. quæſt. 192. vide quæſt. 295. Capel.Thol. quæſt. 457. Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18. Menoch. conſil. 6. vol. 1.* ¶ Filii ſecundi matrimonii, quando ſuccedant ſtante pacto pro filiis primi, *vide Boer. deciſ. 104. num. 32.* ¶ Filia dotata ſine quitatione ab inteſtato ſuccedit parentibus, tenetur tamen conferre dotem. *Pap. libr. 16. tit. 4. arreſt. 18. vide ſupra tit. de collat. dotis.*

Vel non.

Stante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis ſi maſculi decedant poſt mortem patris, non ſuccedit filia. *Petr. de Raven. ſingul. 948.* ¶ Filius inſtitutus non poteſt ex teſtamento repudiare, & ab inteſtato ſuccedere. *l. 3. Cod. de impuberum, & ibid. Dec.* ¶ Filii non intrant in locum parentum, qui adhuc vivunt. *Cravet. conſ. 127. num. 6.* ¶ Primogenitus quando in Regno non ſuccedat. *Boer. deciſ. 204. num. 34.* ¶ Filius condemnatus ad mortem, nec patri, nec matri ſuccedere poteſt. *Boer. conſil. 1. num. 6.* ¶ Spurii legitimi, & naturales avo, & aviæ ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, ſecus ex teſtamento. *Cravet. conſ. 184. Bartol. conſil. 118. vol. 1.*

Cap. VI. Qui excludantur, vel non.

Filii ejus, qui amiſit Civitatem, debent perdere bona, ipſius, quæ haberent ab inteſtato, non ea, quæ aliunde ipſis obveniunt, ut ſunt ſucceſſiones cæterorum, agnatorum, & cognatorum cum tutelis legitimis. *l. 3. ff. de interdict. & releg.* ¶ Si una perſona prohibetur ſuccedere, etiam ex ea deſcendentes excluduntur. *Dec. conſil. 471. & conſil. 484.* ¶ Quod dicitur filiam excludi à ſucceſſione per quitationem intelligitur, ſi fuerit legitime dotata. *Papon. libr. 16. titul. 4. arreſt. 15.* ¶ Statuto ſtante, quod exiſtente filio maſculo filia non ſuccedat, ſi filius prædeceſſerit relicto nepte, talis nepos excludit amitam, quod procedit quando in ſtatuto eſt expreſſa ratio. *Capic. deciſ. 21. num. 9.* ¶ Filia ſemel excluſa à ſucceſſione patris perpetuo excluſa cenſetur. *Dec. conſil. 310. & conſil. 506. vide ſupra libr. 1. titul. de ſtatut. exclud. fœmin.* ¶ Mulier, an dicatur dotata ex eo, quod pater illi in teſtamento dotem aſſignavit ad hoc, ut excludatur à ſtatuto, *vide Bartol. in l. 66. ff. de rit. nupt.* & quid, ſi illi legatum fecerit, *vide in l. 24. ff. de jure dot.* ¶ In caſu cap. quando excludatur à ſucceſſione neptis ex fratre, *Menoch. conſil. 335. libr. 4.* ¶ Fœmina ſemel excluſa à ſucceſſione paterna propter maſculos, an perpetuo cenſeatur excluſa, mortuis maſculis, dantur tres caſus: Primus in materia feudali: Secundus in materia ſtatutorum: Tertius in materia renunciationis, *de quibus vide per Andr. Gail. obſ. 148. lib. 2.* ¶ Quando filiæ dotatæ excluduntur à ſucceſſione parentum, à ſucceſſione matris excluduntur. *Afflict. deciſ. 178.*

Vel non.

Filia, quæ renunciavit, non excluditur niſi ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti excludat renunciantem, & ideo excluditur ab aliis ſororibus, quæ non renunciarunt: idem quando pater inſtituit filium, & prohibuit filiam amplius non petere, quia non ob id prohibetur ſuccedere fratri. *Dec. conſil. 433.* ¶ Statutum ſi excludat filiam dotatam ab hæreditate vivente filio, illa poterit dicere nullum teſtamentum mortuo filio. *Bart. conſil. 11. volum. 1.* ſecus ſi dicat ſtatutum, quod filia dotata quouſque maſculi ſuperſunt, non admittatur, *vide eundem Bart. conſil. 20. & l. 24. ff. de jur. dot.* ¶ Quando filia à ſtatuto excluditur propter fratrem, mortuo fratre non cenſetur excluſa. *vide Dec. conſil. 433.* ¶ Renunciare, & promittere renunciare differunt: ideo filia, quæ promiſit renunciare, non excluditur à bonis patris. *Boer. deciſ. 3.* ¶ Superfluitas toleratur, potius quam excludatur filia à ſucceſſione patris per nepotes tranſverſales, *Cravet. conſil. 127. numer. 8.*

Cap. VII. Quæ tranſeant, transferantur, vel non.

Filiua ſub conditione inſtitutus, ſi decedat ante conditionem, an hæreditatem tranſmittat ad ſuam poſteritatem, *vide gloſſ. fin. in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul. & ſup. eod.* ¶ Si filia in quitatione reſervaverit jus ſuccedendi caſu quo fratres morerentur ſine liberis, tale jus transfertur ad hæredes ipſius. *Cravet. conſ. 127. num. 9. & 12.* ¶ Jus primogenituræ competens ex conſuetudine, vel ſtatuto, eſt tranſmiſſibile ad filium ipſius primogeniti, & licet teſtatoria voluntas ſit regulariter ambulatoria usque ad mortem, tamen Reg. limitatur in jure primogenituræ. *Ægid. Bellam. concl. 717. vide Franc. Marc. quæſt. 132. part. 2.*

Cap. VIII. Qui admittantur, vocentur, vel non.

Filiua excluſus ab hæreditate paterna lapſu 30. ann. ut filius, ad illam poteſt admitti intra alios 30. annos, ut agnatus. *Natt. conſil. 488.* ¶ Si aliquis deceſſerit relicto filio, & pronepote, iſte pronepos, licet ſit in tertio gradu, debet admitti ad ſucceſſionem cum filio, qui primum gradum obtinet. *Caſſan. in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſions. Rub. 7. §. 10. gloſſ. 2.* ¶ In ſucceſſione patris, vel matria anmittuntur non ſolum filii primi gradus, ſed etiam nepotes, & pronepotes filiorum præmortuorum cum ipſis filiis in ſtirpes; non autem in capita. *Harten. cap. 2. tit. de ſucceſſion. lib. 2.* ¶ Adoptivi filii cum legitimis, & naturalibus admittuntur ad ſucceſſionem. *Ozaſ. deciſ. 75.* ¶ Filius filiæ, quæ renunciaverat hæreditati paternæ habita dote, & quæ avo, ſeu patre vivente deceſſerat, an admitti poſſit ad ſucceſſionem avi, ſaltem quoad legitimam. *vide Gram. deciſ. 57. Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. Cravet. conſ. 84. num. 5. Bartol. in l. 93. ff. de acquir. hæred. Perilluſtr. D. P. Theſſ. deciſ. 138.* Et dato, quod admittatur ad talem ſucceſſionem, an habeatur ratio bonorum exiſtentium tempore dotationis, vel mortis avi, *vide Gram. d. deciſ. 57. & ſupra tit. de legitima liberorum.* ¶ Matre hærede inſtituta, & filiia ejus maſculis legitimis, & naturalibus gradatim ad ſucceſſionem vocatis, an illi admittantur ſimul, & ſemel, an vero ordine ſucceſſivo, *Ozaſ. deciſ. 81. & ſupr. tit. de hæred. extran. inſtit.*

Vel non.

Si nepos hæreditatem, (quæ patri delata eſt) conſequi non poteſt de jure Civili, ſed de jure Prætorio ſic. *l. 3. C. unde liberi.* ¶ Nepos conceptus poſt mortem avi ex propria perſona, nec de jure Civili, nec Prætorio ad ſucceſſionem avi admittitur. *Lud. Rom. ſing. 299. & Bart. in l. 1. §. ſi quis. ff. unde cognati.*

Cap. IX. Qui præferantur.

Nepos ex primogenito prædefuncto, an præferantur patruo ſecundogenito in ſucceſſionibus Regni, vel Principatus, aut Marchionatus, *vide Gram. deciſ. 1. num. 28. Capel. Thol. quæſt. 434. Mohed. dec. 38. Mynſing. obſerv. 23. cent. 3. Marant. in l. 1. poteſt. ff. de acquir. hæred. poſt librum ſui Spec. Dec. conſil. 443.* qui tenet pro patruo, *& Bart. in Auth. poſt fratres. C. de legit. hæred.* ¶ Primogenito vocato uter præferatur, an filiua primogeniti, vel ſecundogenitua, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 8. titul. 10. num. fin.* ¶ An filia, quæ paſſa eſt fratres poſſidere hæreditatem, & ſi quid voluit ab eis petiit, licet non ſint lapſi 30. ann. videatur repudiaſſe, *vide Bartol. in l. 94. ff. ſolut. matrimon.* ¶ Adoptatus in locum nepotis tanquam ex filio natus, non ſit hæres ſuus, avo vivente. *l. 10. ff. de adopt.*

Cap. X.

Cap. X. Qui effectus producantur.

Bonorum poſſeſſio unde liberi filios agnoſcentes pro tata facit hæredes: & donec eſt locus ſucceſſioni deſcendentium, nullus alius poteſt ſuccedere, & quouſque ſperatur cauſa teſtati, ceſſat cauſa inteſtati. *l. 1. C. unde liberi.* ¶ Mater aſſerens filium eſſe naturalem, illi non nocet favore matrimonii. *Gail. obſerv. 97. num. 8. lib. 2.* ¶ Renunciatio non impedit, quin filius, vel filia habeat bona ſibi pertinentia odio patris vel matris tranſeuntis ad ſecunda vota *Dec. conſil. 230. vide ſupra tit. de ſecund. nubent. pœnis.* ¶ Renunciatio filiæ dicitur facta contemplatione maſculorum, ideo illis deficientibus non nocet: ſecus aliquis eorum ſuperſtes fuerit tempore mortis patris, quia tunc erit excluſa, alio hærede à fratre inſtituto. *Capic. deciſ. 190.* ſed beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, an trahatur ad nepotem, *vide Barr. quæſt. 21.* ¶ Renunciatio facta per matrem, non nocet filiis in ſucceſſione avi, vel aviæ, matre præmortua, etiam quod ſint hæredes ipſius matris. *Vincent. de Franc. deciſ. 57. Mannt. in ſuo Specul. diſput. 10. fol. 613. vide Pap. libr. 16. tit. arreſt. 17. & lib. 21. titul. 1. arreſt. 21. Cravet. conſil. 127. Dec. conſil. 681. Rol. conſ. 11. vol. 1. Natt. conſil. 470. n. 14.* ſed an teneantur computare in portionem ſuam illud, quod receperat mater à parentibus ſuis, *vide Pap. lib. 16. titul. 4. arreſt. 17.* pro affirmativa ſcribit idem *Pap. lib. 20. tit. 1. arreſt. 22. & lib. 21. tit. 7. arreſt. 8.* ¶ Filiabus quæ renunciant hæreditati paternæ, mortuis fratribus non nocet renunciatio. *Ozaſ. deciſ. 98. num. 11. Mannt. in ſuo Spec. diſp. 10. num. 14. Gram. deciſ. 63. num. 3. 10. & dec. 101. Guid. Pap. ſing. 911.* niſi pater fecerit teſtamentum inſtituendo alium hæredem. *Mannt. ibid. num. 14. & 15. vide Dec. conſil. 434. & conſ. 506.* ¶ Circa hanc renunciationem poſſunt conſiderari plures concluſiones: prima, quando filia renunciavit bonis paternis tantum, de qua renunciatione, *vide per Mannt. in ſuo Spec. diſput. 10. num. 14* ¶ Alia erit, quando filia renunciavit bonis paternis, vel alias eſt excluſa per ſtatutum contemplatione maſculorum, ſi contigerit patrem mori ſuperſtite dicta filia, & nepote ex filio præmortuo, tunc ſuccedit ipſa dicta filia collatis dotibus una cum nepte. *Mannt. d. diſp. 10. num. 17. vide n. 27.* ſecus ſi filius non eſſet præmortuus patri. *Man. ibid. Dec. conſ. 310. Gram. dec. 57.* ſed ſi pater moriatur ſuperſtite filio, & nepote maſculo ex filia præmortua, tunc iſte nepos excludit. *Man. ib. num. 18.* ¶ Tertia erit concluſio, quando filia renunciavit bonis paternis cum pacto de quicquam ulterius non petendo, tunc poteſt nihilominus petere legitimam. *Mannt. d. diſput. 10. n. 19. vide ſupra tit. de legitima liberorum,* niſi expreſſe renunciaverit ipſi legitimæ. *Afflict. deciſ. 178. num. 3. vide Gram. deciſ. 57. num. 26. & dec. 101. num. 5.* ¶ Quarta, quando filia renunciavit bonis paternis, & omni juri legitimæ, tunc intelligitur renunciaſſe ſucceſſioni ab inteſtato; non autem ex teſtamento, licet renunciaſſet de non ſuccedendo ex illo. *Mannt. d. diſput. 10. num. 25. Dec. conſ. 475. n. 5.* & cum juramento. *Afflict. deciſ. 350. num. 8. Guid. Pap. quæſt. 599. vide Marc. quæſt. 148. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 18.* ſed quid ſi pater decedat ab inteſtato, *vide DD. de Rota. deciſ. 4. de pact. in antiq.* ¶ Quinta, quando filia renunciavit bonis paternis, & maternis, tunc fratribus & ſororibus ejus portio accreſcit, quibus mortuis illa ſuccedit. *Mannt. d. diſp. 10. num. 28. Dec. conſ. 310. 419. num. 10. 433. 568. & 683.* idem quando filia excluditur per ſtatutum propter ipſos fratres. *Dec. conſil. 688.* De hujuſmodi renunciatione etiam avita *vide per Capic. deciſ. 159. num. 13.* ¶ Sexta erit concluſio, quando filia renunciavit bonis paternis, maternis, & fraternis, tunc talis renunciatio prodeſt fratribus & ſororibus non ſolum reſpectu bonorum paternorum, & maternorum, ſed etiam fraternorum, ſed omnibus defunctis, non nocet renunciatio. *Mannt. d. diſput. 10. num. 29. vid. Dec. conſ. 31.* nec ad validitatem hujus quitationis, & renunciationis reſpectu bonorum fratrum, requiritur præſentia ipſorum, ſed ſufficit præſentia patris pro filiis ſtipulantis, & etiam poteſt convalidari ratificatione. *Menoch. conſ. 371. lib. 1.* ſed ex quibus illa inducatur, *vide ibid.* ¶ Renunciatio bonorum facta per filiam, nocet nepotibus, *Capic. deciſ. 176. n. 12.* ſed quando, *vide Guid. Pap. quæſt. 228. Aug. Beron quæſt. 45.* ¶ Renunciatio filiæ illi non præjudicat, ſi credebat in bonis patris nihil aliud ſibi competere, vel data enormiſſima læſione, obtenta tamen abſolutione à juramento. *Gram. deciſ. 57. num. 9. & 10. vide eundem deciſ. 101. num. 73. & 103. Guid. Pap. quæſt. 226. & ſupra titul. de reſcin. contract. Andr. Gail. obſerv. 147. lib. 2. Papon. lib. 16. tit. 4. arreſt. 2. & Boer. conſil. 38. & 39.* ſed an tunc debeat haberi ratio bonorum exiſtentium tempore renunciationis, vel mortis, *vide infra hoc tit.*

Cap. XI. Quæ valeant, vel non.

Hæreditatem ſi det pater filiæ nubenti, an valeat donatio, *vide Boer. deciſ. 204. num. 5.* ¶ Hæ renunciationes, quæ faciunt filiæ tempore matrimonii, de hæreditate viventis valent, & cenſentur factæ favore maſculorum ſuccedere debentium ab inteſtato, & ratio finalis harum renunciationum eſt, ut bona reſerventur maſculis pro conſervatione agnationis, *vide Menoch. conſ. 196. num. 36. libr. 2.* ſed dictæ renunciationes factæ per minores, non videntur valere etiam factæ cum juramento, quando ſtatuto cavetur, quod hoc juramentum à minore præſtitum ſit ipſo jure nullum, & præſumptione juris, & tempore præſumitur vi metu, & dolo exactum, *vide ibid. num. 40.* ¶ Quando ob aliquem defunctum tales renunciationes non valerent, ſi filiæ, quæ tempore renunciationum erant minores, effectæ fuerint majores, & tacuerint non ſolum per quinquennium, ſed etiam per decennium, tunc cenſetur omnino illas ratificaſſe, etiam ſi alias eſſent nullæ, & ſtatutum diceret has renunciationes præſumi dolo, & fraude initas, quia major iſta ætas ſuperveniens omnem dolum præſumptum adimit. *Menoch. ibid. num. 41. 42.* ¶ Dictæ renunciationes comprehendunt etiam bona materna de quibus fit mentio in renunciatione, quando ſorores dotantur à fratribus. *ibid. num. fin.* ¶ Hæc renunciatio facta abſentibus fratribus convalidatur etiam juramento. *Menoch. d. conſ. 371. num. 6.* ¶ Renunciatio facta cum juramento valet, & excludit filiam, ſuperſtite fratre ipſius. *Rol. conſil. 11. vol. 1. & conſil. 26. vol. 2. vide Gram. deciſ. 57. num. 31. 42. Guid. Pap. quæſt. 295. Boer. conſ. 46. cap. 3. ext. de pact. in 6. l. 3. & ibid. gloſſ. C. de collat. & ſupra titul. de ſucceſſion. univerſal. in genere.* Alias pactum de non ſuccedendo ſine juramento non valet. *Cravet. conſ. 52.* niſi eſſet factum patri, & fratri præſentibus, quia præſentia fratris, & conſenſus patris in eo perſeverantis uſque ad mortem, faciunt illud valere. *Cravet. ibid.* ¶ Renunciatio facta per ſororem fratri patre non conſentiente, eſt valida. *Capel. Thol. quæſt. 459.* ¶ Valet pactum factum in contractum matrimonii de futura hæreditate conſervanda in defectum maſculorum. *Franc. Marc. quæſt. 136. & deciſ. 148. vide quæſt. 507. part. 2. & quæſt. 610.* ¶ Utrum valeat pactum in contractu matrimonii factum, quod primogenitus ſoccedat, & ſic hæres, *vide Boer. deciſ. 204. Franc. Marc. quæſt. 132. part. 2. Capel. Thol. quæſt. 453. Cravet. conſil. 256. Beron. quæſt. 45. Dec. conſil. 578. Menoch. conſil. 203. libr. 2.* & an poſſit tale pactum revocari, *vide Capel. Thol. quæſt. 454. Menoch. conſil. 203. lib. 2.*

Cap. XII. Quando revocari poſſit, vel non.

Juramentum poteſt revocare, qui conſenſit pacto futuræ ſucceſſionis, *Boer. deciſ. 204. num. 20.* ¶ Renuncia-

tio hæreditatis, an revocetur ſupervenientibus liberis. *Boer. deciſ. 159. num. 17.* quod revocetur, *ſcribit Menoch. conſ. 196. num. 46. lib. 2.* ¶ Cum tractatur de commodo filii, exiſtentia ſui hæredis eum facit hæredem etiam errantem. *l. 29. §. apud. ff. de ſtipul. ſervo.* ¶ Hæres ſuus, & neceſſarius non præſcribit titulo pro hærede, nec titulo pro ſuo, quia eſt ſucceſſor vitiorum, & culpæ defuncti. *gloſſ. in l. 2. C. de uſucap. pro hæred.*

TITULUS DCXLVII.

Ad Senatusconſultum Orſicianum.

Filius ex aditione facta per patrem ſuccedit matri in dote. *Afflict. deciſ. 236.* ¶ Filius in dote materna excludit avum dotantem ejus filiam, matre prædefuncta. *Capic. deciſ. 176.* ¶ Filii ſuccedentes matri, ſunt hæredes univerſales, excluſo avo. *Capic. deciſ. 176. num. 14.* ¶ Spurius ſuccedit matri, ſi non ſit illuſtris. *Guid. Pap. quæſt. 280.* ¶ Filia naturalis tantum (dummodo non ſit ex damnato coitu) ſuccedit matri excluſa avia, etiam quoad legitimam, *Caſſad. deciſ. 1. de ſucceſſion. ab inteſtat.* ſed ſi fuerit nata ex damnato coitu, quid juris, *vide ibid.* ¶ Filii nati ex damnato coitu non ſuccedunt matri, ſed naturales tantum ſuccedunt (niſi mater eſſet illuſtris) etiam extantibus legitimis una cum ipſis, imo præteriti in teſtamento, habent quærelam, quia omnino debent habere legitimam. *Franc. Marc. quæſt. 12. part. 1. & quæſt. 472. part. 2. vide Bartol. in l. 25. ff. de his quib. ut indig. legat. aufer. & Hartm. capitul. 10. titul. de ſucceſſ.* ¶ Natus ex coitu damnato non ſuccedit matri, nec nepos ex eo aviæ. *Cravet. conſil. 184. num. fin.* ¶ Mater non poteſt donare filiis vulgo quæſitis, *Bartol. in l. 79. §. mater. de leg. 2.* quod intellige, ut notat idem Bartol. *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſic.* ¶ Filius naturalis tantum, habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas in bonis matris, ſecus in bonis patris. *Bartol. in leg. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* ¶ Quando filius naturalis ſuccedat, & quomodo, *vide ſupra titul. prox. & tit. de naturalibus liberis.* ¶ Quando tractatur de ſucceſſione matris habentis plures liberos ex diverſis viris ab inteſtato, omnes admittuntur æqualiter, & pro virili. *leg. 4. Cod. de ſec. nupt.* ¶ Tranſiens ad ſecunda vota non poteſt relinquere conjugi plus, quam relinquat uni filiorum primi matrimonii, cui minus reliquerat. *§. optime Authent. de nupt. vide ſupra tit. de ſecund. nuben. pœn.* ¶ Si uxor ſuperſtitibus filiis primi matrimonii ad ſecunda vota convolaverint, & ex ſecundo liberos ſuſceperit, ea in ſecundo matrimonio moriente, filii primi ad lucra provenientia à ſecundo, in aliis ſuis bonis ſuccedunt æqualiter: idem in viro. *§. nec illud Authent. de nupt.*

TITULUS DCXLVIII.

De ſucceſſionibus univerſalibus bonorum tranſverſalium.

Generalia.

De ſucceſſionibus bonorum fratrum conſanguineorum, & uterinorum, *vide infra tit. ſeq.*

Cap. I. Qui, Quib. ſuccedere poſſit, vel non.

An ſpurius ex damnato coitu, natus ſuccedat fratri ex eadem matre nato, etiam ex damnato coitu, excluſa uxore, *vide Afflict. dec. 96. & ſupra tit. de natur. liber.* ¶ Soror à fratre dotata ſuccedit fratri ab inteſtato decedenti, cum alia ſorore indotata. *Afflict. deciſ. 161.* tamen ipſa ſoror à fratre dotata, quæ renunciavit hæreditati fraternæ, excluditur ab ipſius fratris ſucceſſione, *Afflict. d. dec. 161.* ¶ Renunciatio in uno caſu, non inducit excluſionem in alio, ideo filia excluſa à ſucceſſione patris, poteſt ſuccedere fratri. *Capel. Tholoſ. quæſt. 457. Dec. conſil. 230. & conſil. 683.* ¶ An inter fratres factos ex conventione, detur ſucceſſio ab inteſtato, *Perilluſtr. D. Præſ. Theſſaur. deciſ. 113.* & valeat conventio, ut unus alteri ſuccedat, *Dec. conſil. 516.* ¶ Frater inſtitutus in legitima tantum portione, ſuccedit pro virili portione ſorori ab inteſtato decedenti poſt mortem patris, una cum fratribus hæredibus, univerſaliter inſtitutis à patre. *Capic. deciſ. 158. n. 9.* ¶ Filii fratrum, vel ſororum, an ſuccedant patruis, amitis, avunculis, & materteris in ſtirpes, vel in capita, *vide Capic. dec. 208. Rebuff. in ſuis com. in proœm. num. 81. fol. 26. Bart. in Auth. ceſſante. C. de leg. hæred. & in l. 1. §. interdum. ff. ſi pars hæred. pet. gloſſ. in d. Authent. ceſſante. C. de legit. hæred.* ¶ Quod ſuccedant in ſtirpes, ſive concurrant cum fratre, vel ſorore defuncti, ſive non, *ſcribunt Guid. Pap. quæſt. 134. Pap. lib. 16. tit. 4. arreſt. 17. Boer. conſ. 2. Cravet. conſ. 127. Caſſ. in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſions. Rub. 4. §. 9. Bart. in l. 2. §. hæc. ff. de ſuis, & leg. hæred. & in §. hoc etiam inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſio. & conſ. 173.* ſed quod quando filii fratrum ſuccedunt ſoli, debeant admitti in capita, & non in ſtirpes, ſcribunt *Mynſing. obſerv. 94. cent. 3. Cabal. milleloq. 619. Pap. lib. 21. tit. 1. arreſt. 12. & 13.* habetur in libris placitorum curiæ, *tit. de hæreditatib. quæſt 5. in deciſ. diverſo.* ¶ Super hac controverſia ad ſedandas Doctorũ opiniones in hac Patria Pedemontana fuit prolatum edictum Sereniſſimi Ducis, quo fuit determinatum dare ſucceſſionem ſecundum hanc ultimam opinionem, *vide Perilluſtr. D. Præſ. Theſſaur. deciſ. 162.* ¶ Quando filii fratrum ſuccedunt ex teſtamento, ſemper ſuccedunt in capita. *Capic. d. deciſ. 208. num. 23. Boer. conſil. 2. num. 5. Cravet. conſ. 300. n. 7.* idem quando vocantur ex diſpoſitione ſtatuti. *Dec. conſ. 310. num. 6.* ¶ Quando concurrunt ad ſucceſſionem, patruus, vel avunculus, & nepotes ex fratre, vel ſorore, ſine difficultate ſucceditur in ſtirpes. *Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 11. Cravet conſ. 300. n. 5. Hartm. cap. 11. lib. 2. tit. de ſucceſſ.* ¶ Conſobrini in hæreditate conſobrini ſuccedunt inter ſe per capita, & non in ſtirpes, ſecus in hæreditate patrui, & materteræ. *Borg. Caval. deciſ. 9. de contract. num. 85. part. 2.* ¶ Soror ſuccedit fratri occiſo per fratrem, excluſo fiſco. *Papon. libr. 21. tit. 1. arreſt. 22. & arreſt. 1. tit. 4.* ¶ Quando quis vult ſuccedere in linea tranſverſali alteri, quam fratri ſuo, vel alteri quam patruo, non attenditur perſona patris, vel matris iſtius, qui vult ſuccedere, nec quo vinculo conjungatur defuncto, nempe aut duplici, vel unico tantum, ſed ſolum attenditur, an iſte, qui vult ſuccedere, ſit in gradu prior, quia qui eſt prior præfertur. *Boer. d. deciſ. 302. & Vinc. de Franc. deciſ. 26. num. fin.*

Cap. II. Qui excludantur, vel non.

Filia dotata ſemel excluſa à ſucceſſione paterna, an intelligatur etiam excluſa à ſucceſſione fraterna. *Capel. Thol. quæſt. 460.* ¶ Renunciatio facta per moniales tempore ingreſſus eſt realis, ideo illæ excluduntur à ſucceſſione fratrum. *Vincent. de Franc. deciſ. 375.* ¶ Filii ejus, qui amiſit Civitatem, debent perdere bona ipſius, quæ habuerunt ab inteſtato, non ea, quæ aliunde ipſis obveniunt, ut ſunt ſucceſſiones cæterorum agnatorum, & cognatorum cum tutelis legitimis. *l. 3. ff. de interdict. & relegat.* ¶ Frater ex cauſa ingratitudinis tribus ex cauſis à fratrum ſucceſſione excluditur. *§. ingratitudinem, Auth. de nupt.* tamen cauſæ ingratitudinis non repellunt ipſum fratrem à ſucceſſione ab inteſtato. *Bart. in l. 37. C. de inoffic. teſtam.*

Cap. III. Qui admittantur.

Si ad hæreditatem defuncti concurreret ſoror defuncti, cum filia fratris alterius prædefuncti, ambæ ad hæreditatem admittuntur, licet ex forma ſtatuti, ſi fratrer

vive-

viveret, excluderet ipſam ſororem, nunc amitam *Capic. deciſ. 21.* ¶ Delata ad cognatos ex tranſverſo hæreditate, paterna, paternis, & materna maternis deberi (etiamſi aliquo gradu alii alios præcedant) ſcribitur *in libris placit. curia lib. 8. tit. de hareditatib. quaſt 5. in deciſ. diverſ.* tamen quod in ſucceſſione tranſverſalium proximiores admittantur æqualiter, nulla facta diſtinctione perſonarum, vel bonorum, tradit *Papon. libr. 21. titul. 1. arreſt. 9. vide eundem Papon. ibidem arreſt. 14. & ſeqq.* ¶ Frater, & ſoror æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem fratris, vel ſororis præmortuæ, & illi ſuccedunt in legitima, & Trebellianica ſi erat gravatus, vel gravata fideicommiſſo. *Roland. conſil. 25. vol. 1.* ¶ Soror conjuncta ex utroque latere ſola admittitur ad ſucceſſionem ſororis, patruo excluſo. *Dec. conſ. 683.*

Cap. IV. Qui præferuntur, vel non.

Neptis, ſi concurrat cum filio alterius neptis, præfertur in ſucceſſione, non obſtante conſuetudine Neapol. *Vinc. de Franc. deciſ. 266. part. 2.* ¶ Patruus utrinque conjunctus præfertur avunculo defuncti ex uno latere. *Boer. deciſ. 302.* ¶ Conjunctus ex utroque latere, præfertur conjuncto ex altero tantum in ſucceſſione fratris, niſi aliter ſtatuto caveatur. *Mobed. deciſ. 159. & Vinc. de Franc. deciſ. 26. num 4.*

Cap. V. Quibus renunciare poſſit.

Soror renuncians bonis paternis, & maternis, non videtur bonis fratris renunciare. *Afflict. deciſ. 178. num. 4.* niſi expreſſe renunciaverit etiam fraternis *Guid. Papon. quaſt. 192. & quaſt. 231. Dec. conſil. 31. vide ſupra titul. de ſucceſſ. in genere, & titul. de ſucceſſio. bonor. aſcendentib.* ¶ Non cenſetur etiam renunciare bonis, quæ amittit pater tranſiens ad ſecunda vota. *Guid. Papon. quaſt. 227.*

Cap. VI. Quæ valeant, vel non.

An valeat pactum, quod fratre uno decedente ſine filiis, bona vadant ad ſuperſtitem. *Dec. conſil. 225.* ¶ Remedium quale habeat frater pro ſororis portione, ſi ad tertium res pervenerit, *vide Afflict. deciſ. 761.*

TITULUS DCXLIX.

De conſanguineis, & uterinis fratribus, & eorum ſucceſſionibus univerſalibus.

Generalia.

DE ſucceſſione fratris conſanguinei, & uterini, vel conſanguinei tantum, vel uterini tantum, *vide gl. in Authent. itaque. C. comm. de ſucceſſio. & §. nec illud. Authen. de nupt.*

Cap. I. Quibus modis intelligatur, vel non.

Renunciatio, & ceſſio bonorum facta per filiam primi matrimonii, intelligitur facta in favorem fratrum conſanguineorum ejuſdem matrimonii ex utroque latere conjunctorum. *Pap. lib. 15. titul. 1. arreſt. 10.* excluſis fratribus natis ex alio matrimonio. *idem arreſt. 15. tit. 4. eo. lib.* ¶ Si teſtator reliquerit prædium fratribus ſuis, intelligitur ſecundum juris communis diſpoſitionem, quia tali caſu fratres ex utroque latere conjuncti, præferuntur fratribus ex altero latere tantum. *Dec. conſ. 155. num. 5.*

Cap. II. Qui, quibus ſuccedere poſſit, vel non.

Frater uterinus an ſuccedat fratri una cum matre, vel frater conſanguineus ſuccedat una cum patre, *vide Boer. deciſ. 185. num. 4.* & quid, ſi parentes tranſierint ad ſecunda vota. *ibid. num. 18.* ¶ Deficientibus aſcendentibus, deſcendentibus, & fratribus utrinque conjunctis, & eorum filiis, ſuccedunt fratres ex uno latere conjuncti. *Authent. poſt fratres la prima. C. de legit. hæred.* ¶ Filii ſecundi matrimoni quando ſuccedant, etiam ſtante pacto pro filiis primi matrimonii, *vide Boer. deciſion. 204. n. 32.* ¶ Frater conſanguineus tantum, in feudo ſimul ſuccedit cum conjuncto ex utroque latere. *Mant. de conject. ult. volant. lib. 8. tit. 13. num. 5. Dec. conſ. 444. num. 5. Menoch. conſ. 187. lib. 2. num. 14.* quod procedit ſolum in feudo non hæreditario. *Natt. conſ. 679.*

Vel non.

Fratres, vel ſorores ex altero latere tantum, non ſuccedunt fratri una cum patre, aut cum aliquo de aſcendentibus. *Boer. deciſ. 185.* & hoc verum, quando erat mater, & frater ex latere patris, qui non attinet matri defuncti; tunc enim præfertur mater, & contra, ſi extant pater, & frater ex latere matris, qui non attinet patri. *Boer. d. deciſ. 185.* ¶ Frater uterinus ſuccedit ſolus in omnibus bonis, quæ defunctus habuit à matre, vel linea materna, & contra frater ex latere patris tantum, præfertur fratri ex latere matris tantum, in bonis paterni generis. *Boer. ibid.* ¶ Privignus non ſuccedit novercæ per ſe, ſed per mediam perſonam natorum ex ea, qui ſunt fratres ſui ex latere patris. *l. 5. C. de ſucceſſio.* ¶ Fratres inceſtuoſi inter ſe ipſos non ſuccedunt, quia inter illos nulla adeſt legitima, vel naturalis ſucceſſio. *Abb. conſ. 30. lib. 2.*

Cap. III. Qui admittantur, vel non.

Filii fratris uterini, vel conſanguinei admittuntur in locum fratrum, cum ſuccedant cum avunculis, vel patruis, ex uno pariter latere conjunctis. *Aut. poſt fratres. C. de legit. hæred.* ¶ Soror uterina admittitur cum fratre uterino in bonis obventis matri ex latere ipſius fratris. *Vinc. de Franc. deciſion. 25.* ¶ Fratres uterini admittuntur ad ſucceſſionem fratris, & cum fratribus defuncti admittuntur filii fratrum emancipatorum, & etiam filii fratris uterini, vel ſororis. *l. final. C. de legit. hæred.*

Cap. IV. Qui præferuntur in ſucceſſione, vel non.

Soror uterina in ſucceſſione ſororis uterinæ, præferatur proximioribus agnatis ex parte patris, in ſucceſſione antiphati proventi ex eorum matre tanquam cauſa proxima, licet proceſſerit à patre tanquam cauſa remota. *Afflict. deciſion. 127.* ¶ Soror duplici vinculo conjuncta, conſanguineo tantum maſculo in ſucceſſione patris præfertur: fallit in feudis. *Tho. Minud. deciſion. 36.* ¶ Utrinque conjunctus præfertur in ſucceſſione, uno tantum latere conjuncto. *Vinc. de Franc. deciſ. 26. n. 4. Magon. deciſ. 148* & hoc in omnibus bonis, *Aut. itaque. C. commu. de ſucceſſio. vide tamen gloſſ. ibid.* ¶ Limita quando extaret ſtatutum, quod moriente aliquo ſine aſcendentibus, & deſcendentibus ab inteſtato, ſuccedant proximiores agnati uſque in tertium gradum computandum ſecundum jus Cano. *Magon. deciſ. 82. Rot. Floren. vide Menoch. conſ. 188. lib. 2.* ¶ Idem in ſtatuto præferente fratrem ſorori; tunc enim frater conſanguineus præfertur ſorori utrinque conjunctæ, *Mag. d. deciſ. 148. Rot. Flor.* ſed hæc limitatio ſublimitatur in bonis maternis defuncti. *Magon. d. deciſ. 148.* ¶ Succeſſio, quæ eſt deferenda fratri, vel filiis fratrum, quis erit potior in ſucceſſione fratris, *vide Bartol. in §. ſi plures, num. fin. inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ.* ¶ Fratres utrinque conjuncti, an ex conjectura voluntatis in legatis, & fideicommiſſis præferantur, *vide eundem Mant. lib. 8. tit. 13.* ¶ Fratres, & ejus filii utrinque conjuncti, præferuntur fratribus conjunctis ex uno latere tantum. *Auth. res, ante. C. de legit. hæred.* ¶ Fratres uterini præferuntur in rebus maternis, in paternis conſanguinei, in rebus vero aliunde quæſitis, ſuccedunt æqualiter, *Bartol. ſing. 196. Pet. de Raven. ſingul. 336. Joan. Ant. Trigo. ſingul. 14.*

Bartol. in ſuo tract. ſucceſſio. ab inteſt. num. 17. & in l. 13. C. de leg. hæred. ¶ Quando concurrunt ad ſucceſſionem fratres conſanguinei, vel uterini, & parentes defuncti, de cujus hæreditate tractatur, quid juris, *vide Papon. lib. 21. tit. 1. arreſt. 8.* ¶ In bonis paternis fratres uterini præferuntur cæteris fratribus, & filiis fratrum, ſed his ceſſantibus, filii admittuntur. *l. 13. C. de legit. hæred*

Vel non.

Frater utrinque conjunctus ex pupillari ſubſtitutione, & multo magis ex omni alia, non debet præferri alteri fratri ex uno latere tantum conjuncto, equidem ex ipſa ſubſtitutione vocato, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 11.* ¶ Pluralitas vinculorum, nempe utrum aliqui ſint ex uno latere tantum conjuncti defuncto tunc locum habet, quando tractatur de ſucceſſione fratrum inter ſe, vel quando filii fratrum tractant de ſuccedendo patruo; non autem quando tractatur de ſucceſſione ulteriorum. *Hartm. cap. 12. titul. de ſucceſſ. lib. 2.*

TITULUS DCL.

Ut fratrum filii ſuccedant in eorum parentum locum.

NEpos in hæreditate patrui ſuccedit cum patruo, tam diſpoſitione legis, quam ſtatuti diſponentis, quod proximior in gradu ſuccedat. *Borg. deciſion. 9. de contract. part. 2.* ¶ Filiis fratrum, aut ſororum conceditur, ut ipſi in locum eorum parentum ſuccedant, quando una cum fratribus defunctæ perſonæ vocantur, aut etiam hodie cum aſcendentibus. *Boer. conſ. 32.* & ſuccedunt in illa portione, ad quam patres eorum ſucceſſiſſent. *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des ſucceſſions. § 6. gloſſ. 10. num 2.* ¶ Filii fratrum cum aſcendentibus quomodo ſuccedant, *Hartm. cap. 7. de ſucceſſ. lib. 1.* ¶ Quando patruus habens multos filios concurrit cum nepotibus ad ſucceſſionem fratris, tunc nepotes ſuccedunt in ſtirpes, nec poteſt patruus repudiare hæreditatem in favorem ſuorum filiorum, & præjudicium nepotum, ut daretur ſucceſſio in capita. *Idem cap. 13. eod. titul. 2.* ¶ Filii mortua matre ſubintrant ejus locum, & ſuccedunt avunculis ex perſona propria; non ex perſona matris. *Maran. in ſuo Spec. diſput. 10. Natt. conſil. 581.* tamen ſtatutum excludens filiam dotatam ſucceſſione fratris, excludit etiam nepotem ex ea. *Natt. ibid.* ¶ Nepos in diſpoſitione hominis non ſubintrat locum patris, ſed excluditur à fratre tanquam proximiore; ſecus in diſpoſitione legali. *Natt. conſil. 679. num. 20. 26. 28.*

TITULUS DCLI.

De ſucceſſionibus inter conjuges.

Cap. I. Qui gravari poſſit in quarta.

QUarta inopi uxori ex legis proviſione in bonis mariti debita, non poteſt gravari. *And. Gail. obſerv. 119. lib. 2.* De dicta quarta, *vide Papon. lib. 15. titul. 4. arreſt. 17.*

Cap. II. Quibus debeatur quarta.

Quarta pars bonorum debetur conjugi ſuperſtiti, ſi non habeat unde bene, & honeſte poſſit vivere, ideo etiam ſi uxor habeat dotem, ſi non ſit ſufficiens vel alia bona non ſufficientia, dicta quarta debetur. *Gomez. Leo deciſion. 8. in deciſ. diverſ. Tom. 2. Roland. conſil. 14. vol. 3.* ¶ Ampliatur procedere dictum, non ſolum ad alimenta, ſed etiam ad bene, honorificeque, vivendum. *ibid. num. 4. Gomez.* ¶ Etiam debetur dicta quarta dato, quod conjux reliquerit prælegatum tertiæ, vel quintæ partis bonorum, vide ibid. & ante omnia eſt deducenda ex bonis mariti, tanquam æs alienum, antequam deducantur, aut legitima filiorum, vel prælegata. *Gomez. d. deciſ. 8. numer. final.* ¶ Maritus quando locuples deceſſiſſe dicatur, ut uxor, quartam conſequatur, *vide ib. num. 12.*

Vel non.

Mulier patrem habens divitem à quarta bonorum viri defuncti removetur, ejus enim patri alendi onus ſpectat. *Pet. Roy. deciſ. 4. Lieua. 270. in deciſ. diverſo.* ſed utrum mulier, quæ victum ſibi quærere ſuis operis poteſt, ab ipſa quarta ſubmoveatur, *vide ibid. num. 272.* Nam uxor etiam indotata non agit ad dictam quartam, ſi poteſt aliunde habere alimenta, quia hæc ſucceſſio dicitur remedium ſubſidiarum. *Natt. conſil. 648. num. 13. & 15.* & ceſſat hæc proviſio, ſi habeat uxor fratrem divitem, qui poſſet eum alere, ut tenetur. *Roland. conſil. 14. volum. 3. num. 19. & 53.*

Quæ imputentur in quartam.

Legatum relictum à marito uxori, imputatur in portionem ſibi debitam à lege, veluti in quartam, quæ illi debetur, ſi ſine dote nupſerit. *Mantic. de conject. ultim. volunt. libr. 10. titul. 2. num. 7.* quod declara, *ut ibid. num. 8.*

Cap. III. Qui, quibus ſuccedere poſſit, vel non.

Si vir decedat ſine deſcendentibus & aſcendentibus, vel collateralibus uxor ſuccedit, & contra. *l. unica ff. unde vir, & uxor, & l. 1. C. eod.* ¶ Uxor indotata viro defuncto extantibus liberis, ſuccedit in quarta bonorum viri in uſufructu tantum, licet poſtea liberi deceſſerint, ſecus ſi ab initio non extarent liberi: nam tunc ſuccedit etiam in proprietate. *Natt. conſilio 605.* tenetur tamen reſpondere creditoribus hæreditariis pro quarta. *ibidem num 9.* ¶ In caſu præmiſſo, ut uxor ſuccedat, non ſolum debet probari matrimonium, ſed etiam, quod fuerit ſine dote, alias uxor non poterit obtinere. *Natt. conſil. 648.* ¶ Ubi matrimonium ſit ſine dote, & conjunx præmoriens eſt locuples, & ſuperſtes laborat inopia, licet extent filii defunctæ perſonæ, conjunx ſuperſtes ſuccedit in quarta, ſi liberi non ſunt ultra tres; alias ſuccedit in virili cum liberis. & legatum computatur in dictam quartam, cujus dominium illis ſervatur, quibus deficientibus pleno jure ſuccedit. *Auth. præterea. C. unde vir. & uxor.* ¶ Conſuetudo de mutua ſucceſſione conjugum valet, nempe quod ſuperſtes conjunx non extantibus liberis, ſuccedat, imo ipſis liberis extantibus quod poſſit cedere in rebus mobilibus, adhuc valet. *Gail. obſerv. 124. lib. 2.* ſed talis conſuetudo, vel ſtatutum non extenditur ad bona extra territorium ſita. *ibidem num. 4.* ¶ Deficientibus legitimis hæredibus datur ſucceſſio inter maritum & uxorem. *Papon. libr. 21. titul. 1. arreſt. 19. Hartm. cap. 27. tit. de ſucceſſio. lib. 2.*

Cap. IV. Qui excludatur, vel non.

Fratres & ſorores excluduntur à ſucceſſione fratrum inceſtuoſorum: idem in parentibus, ideo ſi filia inceſtuoſa decedat, illi non ſuccedunt parentes, neque fratres, & ſorores, ſed ejus vir, *per l. uni. ff. unde vir. & uxor.* quia tunc deficit omnis legitima, & naturalis ſucceſſio, niſi quoad dotem datam per patrem quæ ad illum reddi debet. *Abb. conſil. 50. lib. 2.*

Cap. V. Auth. præterea quando habeat locum, vel non.

Dicta Auth. habet etiam locum, quando à principio contracti matrimonii mulier fuit congrue dotata, ſi poſtea ex mutatione temporum, qualitatis perſonarum, & facultatum effecta fuerit incongrua dos, ex qua non poſſet ſe ſuſtentare ſecundum præſentem qualitatem. *Roland. conſil. 15. vol. 3.* ¶ Feuda non ſubjacent diſpoſitioni, *Auth. præterea. C. unde vir. & uxor,* ex qua debetur

Digitized by Google

tur d. quarta. *Vincent. de Franc. deciſ. 318. part. 4. Natt. conſil. 605. n. 8.* ¶ Quarta debita virtute dictæ Authenticæ; non poteſt excedere centum libras auri. *ibid. num. 5.* ¶ Dicta Auth. in quibus bonis habeat locum, & an donatio inter vivos facta, in fraudem d. Authen. valeat, *vide ibid. num. 7.* ¶ Ipſa Auth. præterea, procedit etiam conſtituta modica dote, ſed quæ autem dicatur modica dos, relinquitur arbitrio Judicis. *vide Franc. deciſ. 410. part. 2.* ¶ Quarta quando eſt conſtituta inter contrahentes, ceſſat diſpoſitio. *Auth. ibid. num. 3.*

TITULUS DCLII.

De executoribus teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum.

Cap. I. Executor. Quis dicatur, vel non.

QUis dicatur executor particularis, & quis univerſalis, & quando poſſit vendere bona hæreditaria, & de ejus officio & poteſtate, *vide per Bartol. in l. alio. hæred. ff eod. & Hart. cap. 2. tit. de executio. ſentent.* ¶ Executores dati in teſtamento, habentur loco hæredum univerſalium, quando teſtator nullo hærede inſtituto, mandat bona ſua vendi, & diſtribui inter pauperes. *Bartol. conſil. 5. vol. 1.* ¶ Executor eſt, qui habet nudum miniſterium facti in exequendo diſpoſita per alium. *Abb. conſil. 11. lib. 2. Boer. deciſion. 39.* & nudus miniſter dicitur, qui nullum commodum ſenſit; alias ſecus. *l. 50. ff. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Mulier poteſt conſtitui executrix teſtamenti, ſed tranſiens ad ſecunda vota diſtributio, & executio teſtamenti devolvitur ad Epiſcopum. *Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. fin. Guid. Pap. ſingul. 263.* ¶ Imo mulier etiam ad ſecundas nuptias rapta, executrix teſtamenti eſſe poteſt, modo renunciatio ab ea facta non probetur. *Dec. conſil. 90. Pet. de Raven. ſing. 287.* ¶ An quis ſit electus, ut legatarius, vel nudus miniſter, quomodo cognoſcatur, *vide Bartol. in l. 8. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Religioſus non poteſt eſſe executor teſtamenti, ſine conſenſo ſui Superioris, ſed quid, ſi exequutus fuerit officium ſuum abſque tali conſenſu, an valeant geſta, *vide Lud. Rom. ſing. 245.* ſed frater minor ordinis Sancti Franciſci, etiam cum conſenſu Epiſcopi, non poteſt eſſe executor. *Bartol. in l. 15. ff. de alimentis, & ciba. legat.*

Cap. II. Qualis ſit.

Executorum ſpecies in jure quot ſint, *vide Jaſ. de actio. §. omnes autem, verſ. tripli.* ¶ Executoribus mortuis, vel abſentibus, loco ipſorum debent alii ſubrogari æquali numero. *Papon. libr. 20. tit. 9. arreſt. 6.* ¶ Commiſſarii in teſtamento ad pias cauſas, ſunt loco hæredis. *Franc. Mant. de conject. ultim. volun. lib. 4. tit. 1. num. 7.*

Cap. III. Quæ facere poſſit, vel non.

Duobus executoribus diſcordantibus ſuper diſtributione, & adminiſtratione bonorum, cui ſit ſtandum, *Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. 7.* quod præferatur conſilium conſanguinei, tradit *Rom. ſingul. 519.* ¶ Executoribus creditur, præſtito juramento ſuper diſtributione bonorum. *Papon. arreſt. 8. lib. 20. tit. 9.* ¶ Executor teſtamenti poteſt ſibi ſatisfacere. *ibidem Papon. arreſt. 2.* ¶ Executor teſtamentarius qualiter, & quando mittatur in poſſeſſionem bonorum, *vide Papon. ibid. & arreſt. 5.* ¶ Executor à teſtatore electus, cujus conſcientiæ, & arbitrio executionem ille commiſit, non poteſt alteri vices ſuas in hoc committere; ſecus ſi aliquid certum, & determinatum ab ipſo teſtatore commiſſum fuerit. *Jaſ. Lanf. Balb. deciſion. 401.* ¶ Executores teſtamentorum, deficientibus bonis mobilibus, poſſunt alienare immobilia bona pro ſolutione relictorum. *Pap. lib. 20. tit. 6. arreſt. 9.* ¶ Teſtator, ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem diſtribuendi eleemoſinam cuicunque voluerit ad pias cauſas, poterit talia executor duos, aut plures pauperes eligere. *vide Rom. ſing. 454.* ſed quid, ſi dederit poteſtatem eligendi per verbum pluralis numeri, an unum tantum eligere poſſit, *vide eundem ſing. 455.* ¶ Poteſtas executorum durat per annum, qui incipit currere à tempore admonitionis factæ executori per Epiſcopum. *Abb. conſil. 11. lib. 2. Guid. Pap. ſing. 558.* nam executori ignoranti non currit tempus. *Boer. deciſ. 39. Bartol. in l. 8. ff. de his, qui not. inf.* ¶ Executor teſtamenti, qui officium acceptavit, & diſtributionem fecit juxta teſtatoris voluntatem, non propterea repellitur ab impugnatione teſtamenti. *Marc. de Mant. ſing. 277.* ¶ Executores teſtamenti habent electionem eligenti Judicem Spiritualem, vel temporalem ordinarium, coram quod poſſint reddere computum ſuæ adminiſtrationis. *Papon. lib. 20. tit. 9. arreſt. 9.* ¶ Si ſunt plures dati diſtributores in teſtamento, quilibet ſolus poteſt diſtribuere. *Barth. de Capu. ſing. 10.* tamen ſi ſunt plures executores in eo, per quod finitur officium, unus ſine alio non poteſt executionem facere. *Hartm. c. 15. tit. de tutel. lib. 1.* ¶ Si executor eſt datus à teſtatore, ad ipſum pertinet diſtributio legatorum, alias ad Epiſcopum illius loci. *l. nulli. C. de Epiſc. & Cler.* ¶ An executores poſſint emere res, quas ex officio vendunt. *vide per Bartol. in l. 34. §. tutor. ff. de contr. ab. empt. Hartm. c. 7. tit. de teſtam. lib. 1.* ¶ Nudus miniſter quis dicatur, & executor contra hæredem non habet actionem ad petendum legata, quorum executio eſt ſibi commiſſa, niſi quando relinquuntur ad pias cauſas, & pro alimentis. *Bartol. in l. ſi quis Titio, de legat. 2.* tamen officio Judicis conſulitur executori in illis caſibus, in quibus non habet actionem, & excutor non convenitur à legatariis, & an cogatur acceptare officium, & quomodo poſſit bona hæreditaria vendere, *vide Bartol. in l. 17. eod.*

Vel non.

Executores non debent abuti conceſſa ſibi diſtribuendi poteſtate, & dati ad diſtribuendum inter pauperes, quibus diſtribuere poſſint: & ſpurius teſtatoris tanquam pauper, an eligi poſſit, *vide Mant. lib. 8. tit. 5.* ¶ Executores dati ad virgines maritandas, non poſſunt dotare puellam, quæ ingrediatur monaſterium. *idem lib. 10. tit. 23. num. 5. Natt. conſ. 296.* ¶ Executores teſtamenti, quo relinquuntur bona pauperibus, non poſſunt ſuper ipſis bonis tranſigere. *Cravet. conſilio 323.* ¶ Quando religioſus, ut homo à defuncto extra caſum pœnitentiæ fuiſſet deputatus executor alicujus ultimæ voluntatis, tunc illi ſoli non creditur, ſecus ſi in foro conſcientiæ, & pœnitentiæ Religioſus diceret ſibi aliquid fuiſſe commiſſum, pro exoneratione conſcientiæ defuncti. *Aug. Boer. quæſt. 12. num. 7.* ¶ Executores rogati poſt mortem hæredis diſtribuere bona inter pauperes, non poſſunt hærede vivente pauperes eligere. *Bart. in l. 12. C. de fideicommiſſ.* ¶ Executor ultimæ voluntatis excedens fines mandati, & plus expendens, quam debeat, non poteſt illud petere ab hærede: ſi autem minus expenderit, tenetur reſtituere. *l. 23. §. libertas. ff. de nego. geſtis. in additio.* ¶ Executor teſtamentarius rem magni valoris diſtrahere non poteſt, ut ſatisfaciat voluntati teſtatoris de re minima. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 182. num 34. vide Bartol. in l. 6. C. de diſtract. pign.* ¶ Nudus miniſter non poteſt bona defuncti diſtrahere, ſed actionem habet pro relictis in cauſa alimentorum uſque ad Falcidiam. *l. 9. ff. de alimen. & cibar. legat.* ¶ Pater quod facit non ut pater, ſed ut alius improbatur, ut puta, ſi datus eſſet executor teſtamenti,

non

non poſſet eo prætextu nominare filium in pauperem, quia facile præſumitur fraus in tam conjuncta perſona. *Marc. de Mant. ſing. 148.* ¶ Si plures commiſſarii ſimpliciter relicti ſint in teſtamento executores, ille, vel illi, qui non adminiſtrarunt, non poſſunt petere ſibi rationem reddi de adminiſtratis ab illo, qui adminiſtravit, propter parem potentiam. *Marc. de Mant. ſing 572.* ¶ Unus executor contra alium agere non poteſt, quando ſunt hæredes inſtituti in teſtamento. *Dec. conſil. 96.* alias executores, ſi ſunt dati duo in teſtamento, unus poteſt agere contra alium debitorem teſtatoris. *Bartol. in l. 46. §. ſi duob. ff. de procurat.*

Cap. IV. Ad qua teneatur, vel non.

Executores teſtamenti tenentur facere inventarium. *Papon. libr. 20. tit. 9. arreſt. 1. Amauel. de Clariſaquis ſin. 6. facit l. nulli. C. de Epiſc. & Cler.* ¶ Executor teſtamenti, ſeu commiſſarius bonorum alicujus hæreditatis, differens dare computa ſuæ adminiſtrationis. *Pet. Gera. ſing. 84.* & teſtator non poteſt illam remittere. *Capel. Thol. quæſt. 46. vide Amau. de Clariſaq. ſing. 234.* ¶ Epiſcopus compellit executorem teſtamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam ſi teſtator hoc interdixiſſet. *cap. 17. ext. de teſtam.* ſed qua via poſſit excludi ab executione teſtamenti, *vide per Boer. deciſion. 39. num. 15.* ¶ Executor quando vendit fundum, an debeat talem alienationem notificare hæredi, *vide per Bart. in l. 2. C. diſtract. pigno.* ¶ Executor teſtamentarius, qui ſuſcepit officium, illud exequi compellitur, *c. pen. ext. de teſtament.* ¶ Executor cogit exequi actione ex teſtamento, quod ei aliquid relictum eſt, & officio Judicis, ſi nihil. *Bartol. in l. 1. de legat. 2. numer. 8.* ¶ Executor, cui fuit legatum relictum, debet ſatiſdare, & non poteſt repudiare legatum, ut evitet onus ſatiſdationis, & executionem acceptare. *Bart. in l. 4. de legat. 2.* alias miniſter electus ad diſtribuendum ſatiſdare non tenetur niſi pauper fiat teſtatore ignorante. *Bartol. ſing. 88. vide Pet. de Rave. ſing. 10.* ¶ Executor dativus tenetur ſatidare, ſed quibus caſibus tenetur teſtamentarius: & legatum non remanet apud nudum executorem, ſive deficiat de jure, ſive de facto. *Bartol. in l. 3. num. 3. & 5. ff. de aliment. & cibar. legat.* ¶ Executor teſtamenti cogitur ad acceptandum officium, poſtquam agnoverit legatum eidem in teſtamento factum: & officium executoris non tranſit ad hæredem, niſi ſit dictum. *Bartol. in l. 15. ff. de aliment. & cibar. legat. num. 4.* de legatario executore, *vide eundem in l. 5. §. ummittere. ff. de his, quibus ut indign. legata aufer.* ¶ De pœna recuſantis, & male exequentis teſtamentum, *vide Menoch. de arbitr. libr. 2. caſ. 444. Rebuff. in ſuis comment. tract. de ſentent. proviſio. in præfat. num. 69.* ¶ Executio in materia teſtamentorum, quando per modum proviſionis concedatur, *vide Rebuff. ibid.* & qui ſint executores teſtamentorum. *ibid. num. 77.* ¶ Executor perdit commodum, ſi quod habet in teſtamento, ſi negligat voluntatem defuncti implere. *Rebuff. ibid. num. 91.* ¶ Teſtator, ſi executori teſtamenti mandaverit, ut bona ſua in pauperes diſtribuat ex judicio guardiani S. Franciſci, in eoque exequendo executor negligens fuerit, ob id ad Epiſcopum ſit devoluta diſtributio, tunc etiam Epiſcopus tenetur ſequi judicium, & ſententiam d. guardiani. *Hippol. ſing. 255.* ¶ Executor vendens rem, non promittit de evictione, ſed Judex decernit actionem. *Bartol. in l. 50. ff. famil. erciſcun.*

Cap. V. Ad quem devolvatur executio.

Si executores ultimarum voluntatum ceſſant in executione per annum, tunc executio ex conſtitutione Epiſcopi devolvitur ad ipſum, facit. *c. 3 ext. de teſt.* & ſi teſtator reliquerit centum danda illis pauperibus quos elegerit Titius, quem fecit executorem, & Titius ceſſaverit per annum, poterit nihilominus illos eligere. *Bartol. in l. 8. C. de executio. rei judic.* ¶ Diligentia exequendi teſtamenta ſpectat ad Epiſcopum, tamen cognitio ſuper validitate teſtamentorum, pertinet ad Judicem laicum. *Pap. lib. 20. tit. 9. arreſt. 3.*

Cap. VI. Quæ valeant.

Valet diſpoſitio mariti in diſpoſitione ſuæ uxoris poſita, quam facit ſolam executricem, ſed tunc illi dandus eſt coadjutor. *Gal. quæſt. 65.* ¶ Fideicommiſſarii ad eligendos pauperes ſi elexerint divites, in quos pro anima fecerint diſtributionem, valebit electio, ſed bona ſunt auferenda per Epiſcopum, & in pios actus convertenda; alias ſecus. *Math. Matheſ. ſing. 180.*

Cap. VII. Miſcellanea.

Nudo miniſtro recuſante legatum, legatarius poteſt petere ante diem. *l. 18. §. Sticho. ff. de ann. legat.* ¶ Datum executori ultimæ voluntatis, ſi in cauſam debitam non fuerit ſolutum, repetitur. *leg. 11. ff. de condict. cauſ. dat.*

FINIS PARTIS TERTIÆ, ET TOTIUS COMPENDII ARISMINI TEPATI.

ADDI-

ADDITIONES
D. PETRINI JOBERTI, J.C.
TAURINENSIS,
EX OMNIUM DECISIONUM HACTENUS EDITARUM EPITOME MANUSCRIPTA; DEPROMPTÆ.

TITULUS DCLIII.

De alienatione in genere.

Cap. I. Alienatio, quæ dicatur.

AN emphyteota locando ad non modicum tempus, ſeu ad longum tempus cenſeatur alienare. *Franciſcus Marcus, deciſ. 354.* negat. ¶ Quomodo emptionis appellatione omnis alienatio contineatur. *Alci. libr. 3. Parerg. cap. 22.* ¶ Alienationis emphyteuſis eccleſiaſticæ materia diſcutitur. *Joan. Pet. Surd. deciſ. 11.*

Cap. II. Qualis ſit, quibuſque modis intelligatur.

An prohibitio alienationis à teſtatore facta legatariis ſit realis, vel perſonalis; ideo extendatur ad alios ultra eos, quibus fuit injuncta. *Surd. deciſion. 125. Tom. 1.* ſecundam affirmat. *Capy. deciſ. 108. num. 45. Roland. conſil. 23. num. 25. Tom. 4.* ¶ An in alienatione generali tranſeat privilegium conceſſum intuitu perſonæ, *Vivius deciſ. 208.* negat. *Vinc. de Franc. deciſ. 125. num. 1.*

Cap. III. Quæ requirantur.

An patroni ſint vocandi in alienatione rerum eccleſiaſticarum, ſeu diſmembratione. *Guliel. Caſſiodo. deciſion. 3. de jur. patr.* negat. ¶ An in diſmembratione, ſeu alienatione rei eccleſiaſticæ requiratur rectoris vocatio cauſæ, & contractus expreſſio, & aliæ ſolemnitates de quibus *in cap. dudum de rebus eccleſ. non alien. libr. 6. Rota Roman. deciſion. 1. de rebus eccleſ. non alien. in novis,* affirmat. ¶ An in alienatione à minore facta, contractus dies, non ratihabitionis ſpectetur, ut habeat locum retractus, ſi lapſus ſit annus poſt quem non habet locum, *Annaus Robertus deciſion. decimaſeptima, lib. tertio,* affirmat. ¶ An in alienatione bonorum fideicommiſſi ſit ſervandus ordo, & præciſe modus formalis per teſtatorem requiſitus. *Alexand. Raud. deciſion. vigeſima nona,* affirmat. ¶ An quando in alienatione feudi concurrunt major, ſive ſuperior, ac proximior dominus utriuſque conſenſus requiratur, vel majoris domini conſenſus ſufficiat. *Mynſing. cent. 5. obſerv. 66.* affirmat. *ult. part. gloſſ. cap. 1. §. illud de probib. feud. alien.* ¶ An in alienationibus rerum eccleſiæ, ſeu tranſactionibus ſufficiat authoritas Vicarii, vel Officialis Epiſcopi. *Capell. Tholoſ. deciſ. 97.* negat. ¶ An nominatio ſpecialis omnium capitulorum non ſit neceſſaria; niſi in alienatione bonorum, & rebus arduis, *Joan. Mobeda. de rebus eccleſ. non alien. deciſ. 1.* affirmat. *Dec. cap. cum omnes. lectio. 1. de conſtitut. Old. conſilio 100.* ¶ An alienatio dominii, dotis, patrimonii Regis debeat verificari in Camera, & Senatu Regis, & in ea requiratur illius decretum. *Joan. Papon. libr. 5. titul. decimo, arreſt. 4. in fine* affirmat, *& arreſt. 5. & 2.* ¶ Conſenſus domini, qui requiritur in alienatione feudi, an debeat expreſſus eſſe, vel tacitus ſufficiat. *And. Fach. lib. 7. cont. cap. 80.* ¶ Subvaſſallus feudum alienare volens, an conſenſum requirere debeat domini ſui immediati, an vero ſuperioris domini mediati. *And. Fach. lib. 7. contr. cap. 53.*

Cap. IV. Quibus modis fieri poſſit.

Hæres gravatus reſtituere fideicommiſſario, quicquid ſupererit de hæreditate tempore mortis hæredis, poterit alienare pro libito ſuæ voluntatis de bonis hæreditariis. *Guido Papa, deciſ. 520.* affirmat. ¶ An alienatio feudi cum clauſula reſervativa, ſalvo beneplacito domini, non aliter, nec alio modo jure fiat, & ſi res tradita, non ſit locus caducitati. *Gaſp. Theſ. q. 53. lib. 1.* affirmat. ¶ An alienationes bonorum fideicommiſſo ſubjectorum factæ poſſint alienari, ex cauſa dotis, & alimentorum, etiam ſpuriis præſtandorum. *Alexand. Raud. deciſ. 29. 31.* affirmat. ¶ An alienatio rerum minoris non poſſit fieri ob affectam utilitatem; niſi vigeat, & urgeat æs alienum; vel ſi res non recipiat commode diviſionem, *Idem deciſion. 30. num. 217. 220.* affirmat. ¶ An alienatio fieri poſſit invitis vaſſallis, *Antonius Capycius deciſ. 162. Vincent. de Franc. dec. 17.* negat. ¶ An alienatio fieri poſſit contra voluntatem teſtatoris prohibentis alienationem, *Vivius deciſ. 185.* negat regulariter. *l. final. C. comm. de leg.* excipit in pluribus caſibus. ¶ Fideicommiſſum reſultans ex prohibitione alienationis juncta, cauſaque volo bona conſervari in agnitione, an reſtringatur ad terminos ſubſtitutionis præcedentis. *And. Fachin. lib. 10. controverſ. cap. 19.* ¶ Si teſtator filio hæredi inſtituto abſque liberis decedenti aliquem ſubſtituat, & alienationem bonorum prohibeat antequam ad vigeſimumquintum annum perveniat. An eidem videatur poſt ætatis annum alienationem permittere in præjudicium ſubſtituti. *And. Fach. lib. quarto, contr. cap. 75.*

Cap. V. Quibus modis prohiberi poſſit.

An quando venditur res cum clauſula, ne venditor, cum facultate redimendi, poſſit alteri vendere; niſi emptori, & ſi alteri vendatur, quod venditor poſſit pro eodem pretio habere rem, retinere ſub hypotheca alienatio prohibeatur. *Joan. Papon. lib. 11. tit. 10. arreſt. 5.* affirmat. ¶ An alienatio rei prohiberi poſſit per pactum. *Guid. Pap. dec. 569.* diſtinguit. ¶ An legitimæ alienatio poſſit prohiberi per teſtatorem uſque ad certum tempus, ſed ſine appoſitione pœnæ. & ſi fuerit alienata, conſanguinei non revocabunt. *Marta deciſ. 115.* affirmat *n. 3.* ¶ An prohibitio alienationis facta ad tempus, poſt tempus illud ſit permiſſa. *Æmilius Verallus deciſ. 399.* partem ſecundam, affirmat. *Bartol. §. patrem filium. §. fundum de leg. 3.* ¶ An alienatio prohiberi poſſit in bonis donatis. *Vivi. deciſ. 316.* affirmat. *l. ſi ita quis. §. ea lege ibi Bartol. Jaſ. de verbo. obligationibus. l. ea lege. Cod. de condit. ob cauſ. datam.* ¶ An pater bona poſſit prohibitioni alienationis ſubmittere. *Barnaba Cornazzanus deciſ.*

trigeſi-

trigeſimaquarta, affirmat. *Roland. conſil.31.num.30. libr.1.* ſi ſit legitima cauſa.

Cap. VI. Qui alienare poſſint

An princeps poſſit alienare villas invitis habitatoribus, & alienata poſſit revocare. *Guido Pap. deciſ.239.* primam negat, ſecundam affirmat. ¶ An mendicantes occaſione magnæ paupertatis ne cogantur infamiam facere, poſſint alienare res immobiles, ſine ſolemnitatibus requiſitis, vel ſaltem cum conſenſu Provincialis, *Joan. Papon. lib.1. titul.13. arreſt. 7.* affirmat. ¶ An religioſi mendicantes poſſint alienare res incorporatas in eorum Cœnobio, ut ſervitutes, ſine ſolemnitatibus requiſitis *in dicto Arreſt.3. & ex capitulis juris Canonici. Joan. Pap. libr.1.Tom.13. arreſt. 8.* negat. ¶ An bona confiſcata ob crimen læſæ Majeſtatis, & Regi obventa, & acquiſita unita in dominio Regis poſſint alienari à Rege. *Joan. Papon. lib.5. tit.10. arreſt.7.* diſtinguit. ¶ An uxor fundum dotalem alienare poſſit, ut maritum liberet à carceribus. *Surdus deciſ. octuageſimaſexta, Tomo primo*, affirmat. *Grammat. deciſ.318.* affirmat. ¶ An fideicommiſſarius, qui obtinuit, poſſit alienare tot bona, quæ ſint valoris expenſarum factarum in recuperandis bonis. *Alexand. Randen. deciſ.19. cap.5.* affirmat. ¶ An Abbatiſſa alienare, donare, vendere poſſit bona ſine conſenſu monialium. *Vivius deciſ.314. numero duodecimo*, negat. *cap. primo, §. Abbatiſſa, qui feud. dare poſſ. in uſib. feudorum.* ¶ An unus ex pluribus ſociis mercatoribus poſſit rem ſocietatis alienare, & de ea diſponere aliis inconſultis. *Alvarus Vallaſcus deciſion. 143.* negat. *l. nemo ex sociis, ff. pro ſocio, lege ſi ſocius, ff. ſi certum petatur.* ¶ An pater poſſit res à ſe pro filiis ſtipulatus in eorum præjudicium alienare. *Surdus deciſ.324. Tom. 1.* negat. ¶ An minor abſque decreto, & aliis ſolemnibus rem immobilem alienare poſſit, ſi alienatio ſit utilis. *Andr. Fachin. lib. 3. contr. cap. 3.* ¶ An minor authore tutore alienare poſſit abſque decreto judicis poſſeſſionem rei immobilis, *And. Fachin. lib.3. contr. cap.2.* ¶ An pater poſſit alienare feudum novum in præjudicium liberorum. *Andr. Fachin. libr. ſeptimo, contr. cap.8.* ¶ An plures emphyteutæ poſſint rem emphyteuticam inter ſe alienare domino irrequiſito. *Andr. Fachin. lib.10. contr. cap.51.* ¶ An agnatus poſſit feudum antiquum agnato remotiori alienare in præjudicium proximioris. *Andr. Fachin. lib.7. cont. cap.10.* ¶ An vaſſallus feudum alienare poſſit abſque domini licentia cum ei conceſſum eſt pro ſe, & quibus dederit, *Andr. Fachinaus libro ſeptimo, controverſ. cap.82.*

Cap. VII. Qui, Quæ alienare poſſint.

An emphyteuta, cui dominus cum ſi emere volet ſibi renunciaretur, ſe nolle emere reſponderit, non expectatis duobus menſibus rem alienare poſſit. *Franc. Marc. deciſ.578. tom. 1.* negat. ¶ An dicata Deo, & Eccleſiæ devotæ, an, & quando alienari poſſint, *Idem deciſion. 1075. Tomo primo.* affirmat. ¶ An bona eccleſiæ viventia ſit licitum alienare, *Idem dec. 1078. Tom.1.* negat. ¶ An rem litigioſam pendente lite poſſeſſor alienare poſſit, & actor emere. *Fab. lib. octavo, titul.24. deſi. a.* negat. ¶ An villa una cum ſubditis poſſit alienari per Camerarium in capitulo Tarraconenſi, abſque conſenſu hominum. *Jacobus Puteus deciſ. 39. Tomo primo*, affirmat. ¶ An res allodialis non feudalis, ut villa poſſit alienari, ſine conſenſu ſubditorum, *Idem deciſion.40. Tom. 1.* affirmat. ¶ An maritus poſſit, ſine uxoris conſenſu mobilia bona alienare, & uxor ad ea recuperanda actionem non habeat. *Gramm. deciſion. 226. numero tertio*, affirmat. ¶ An dominus directus poſſit alienare dominium in alium transferre irrequiſito vaſſalli conſenſu. *Guid. Pap. deciſion. 560.* negat. ¶ An patri matre tranſeunte ad ſecunda vota alienatio illorum prohibeatur. *Æmil. Veral. deciſion. 26. part. 2.* affirmat. *l. generaliter. C. de ſecund. nupt.* ¶ An adultus habens curatorem licet inter vivos non poſſit alienare, tamen hoc poſſit in teſtamento. *Mynſing. cent. 3. obſerv. 5.* affirmat. *Bald. l. prima, ff. de rebus eorum.* ¶ An pater legitimus filiifamil. minoris adminiſtrator ſicut bona mobilia, ſic quoque immobilia ſine decreto judicis alienare poſſit. *Mynſing. centur. 6. obſervat. 16.* negat. *leg. ultim. §. ſin autem as alienum. Cod. de bon. quæ lib. Tiraquel. in repet. l. ſi unquam, num.32. in præfat. Cod. de revoc. don.* ¶ An primus acquirens poſſit alienare novam emphyteuſim, & alienando poſſit præjudicare filiis, ſicut præjudicat negligendo ſolvere canonem. *Barnaba Cornazzanus deciſ.1.* affirmat, *Alex. conſ.124. num.6. lib.5.* ¶ An donator omnium bonorum medietatis poſſit inſolidum unam rem alienare invito donatario, *Guido Pap. deciſ. 602.* affirmat. ¶ An filius bona poſſit alienare, quod ad legitimam aſcendentem non obſtante prohibitione patris. *Barnaba Cornazzanus deciſ. 34.* affirmat. *Caſtren. conſil. 77. num. ſecundo, lib. primo, Socin. jun. conſ. 87. num. 6. lib. 3.* ¶ An pater feudum antiquum in præjudicium primogeniti alienare poſſit, non novum. *Matth. de Afflictis deciſion. 248.* negat. ¶ An legatus de latere poſſit res eccleſiæ immobiles alienare, *Ægid. Bellam. deciſ.40.* affirmat.

Cap. VIII. Quæ, quibuſque modis alienari poſſint, vel non.

An res ſubjectæ fideicommiſſo poſſint alienari pro dotis reſtitutione, quando mulier ſciebat eſſe fideicommiſſum tempore matrimonii. *Theſ. deciſ. 151.* negat. ¶ An bonorum ſubjectorum fideicommiſſo, uſuſfructus alienari poſſit, vel relinqui alicui. *Franc. Marc. deciſ. 870.* negat. ¶ An res ſubjectæ reſtitutioni, ſive per fideicommiſſum, ſive quia per teſtatorem prohibitæ ſunt alienari, poſſint pro ſolvendis creditoribus hæreditariis, vel legatariis alienari, maxime ſi ſuperſint alia bona; non prohibita alienari. *Ludovic. à Peguer. deciſ. 106.* affirmat. ¶ An bona ſubjecta fideicommiſſo, ex cauſa donationis ante nuptias, & dotis conſtituendæ, reſtituendæ alienari poſſint. *Lud. à Peguer. deciſ. 11.* diſtinguit. *Antonius Faber. lib. 6. C. tit. 21. defin. 4.* affirmat, *Joſeph. Lud. deciſ. Lucen. 28. Surd. deciſ. 62. Vivius deciſ. 118.* affirmat. *Authen. Res, quæ Cod. de fideicommiſſis.* ¶ Quid ſi expreſſe prohibita ſit alienatio, ne ex cauſa dotis alienentur? *Ludovic. à Peguer. dicta deciſion. 116.* diſtinguit. *Surdus deciſ. 62.* affirmat, ſi alia non extant bona. *Vivius d. deciſion. 118.* indiſtincte affirmat. ¶ *Guid. Pap. deciſ. 96.* affirmat., *ex dicta Auth. res, quæ C. de fideicommiſ. & ex leg. mulier. §. penul. ff. ad S. C. Trebellianum.* ¶ An res eccleſiaſtica alienari poſſit cum forma data in cap. ſine exceptione, 12. *quæſt. 2. Guid. Pap. deciſ. 149.* affirmat. ¶ An dominium Regis poſſit donari, vel alienari pro recompenſatione. *Joan. Pap. lib. 5. tit. 10. arreſt. 12.* negat. ¶ An dominus inferior poſſit cogere domum mortuam ad alienandum poſſeſſam, ſine admortiſatione præſtando ipſi hominem viventem, morientem, confiſcantem. *Ægidius Magiſter lib. deciſ. diverſ. cap.6.* negat. ¶ An prohibita alienatione ad tempus cenſeatur permiſſa poſt tempus. *Hieron. Magon. deciſ. Floren. 149.* affirmat. ¶ An bona fideicommiſſo ſubjecta alienari prohibita poſſint alienari. *Mar. Antonius de Amatis deciſ. 20.* affirmat. ¶ An titulus ſacerdotalis, vel beneficium alienari poſſit. *Annaus. Rober. deciſ. 2. lib. 3.* affirmat. ¶ Cur in diſtrahendis bonis fiſco vindicatis non poſſint etiam Procuratores Cæſaris diſtrahere eorum bonorum actiones. *Cujac. lib.19. obſerv. cap.1.* ¶ An res invecta in domum conductam alienari poſſit durante tacita reconductione, & ſi alienetur, an tranſeat cum ſuo onere. *Flamin. Chart. deciſ. Gen. 80.* affirmat. ¶ An bona ſubjecta fideicommiſſo alienari poſſint, etiam pro augmento dotis dummodo ſit congruum, quale eſt conſuetudinarium. *Anton.*

Fab.

Fab. lib.6. tit. 20. de fin.5. affirmat. ¶ An bona ſubjecta
fideicommiſſo poſſint alienari ad longum tempus, & in
emphyteuſim abſque eo, quod hæres incidat in pœnam.
Joſeph. Ludov. deciſ. Lucen. 64. affirmat. ¶ An feudum
poſſit alienari ex cauſa dotis, ſi nulla ſint bona allodia-
lia. *Franciſc. Milanenſ. deciſ. 7.* affirmat. ¶ An feudum
antiquum alienari non poſſit, ſed novum à ſolo feuda-
tario abſque aſſenſu Regio in præjudicium eorum ſuc-
ceſſorium. *Franciſc. Milanenſ. deciſ. 8.* affirmat. ¶ An
res eccleſiæ ob neceſſitatem alienari poſſint. *Guid. Pap.
deciſ.594.* affirmat. ¶ An res ſubjectæ fideicommiſſo
alienari poſſint regulariter. *Gail. 2. obſ. 137.* negat, ſed ex-
cipit, *Auth. res quæ. C. de fideicom.* ¶ An fideicommiſſa-
rii alienare poſſint fideicommiſſum conſentientibus o-
mnibus, quorum intereſt. *Vivius deciſion. 18.* affirmat,
l. quoties. C. de fideicom. l. nihil. §. 1. de leg. 2. ¶ An bona
dotalia poſſint alienari pro liberatione mariti, vel alte-
rius perſonæ neceſſariæ. *Vivius dec.133.* affirmat, *l. ſed & ſi.
l. quamvis ff. ſol. matr.* ¶ An non poſſit cedi, ſeu alie-
nari, & in alium transferri uſusfructus, & ſi cedatur, vel
alienetur, conſolidetur cum proprietate, ſecus vero in
commoditate uſusfructus. *Vivius deciſion. 248.* affirmat.
*Bald. conſil.384. vol. 4. §. fin. inſtitut. de uſufr. l. ſi uſufru-
ctus fundi. ff. de jur. dotium. §. finitur inſtit. de uſufr.* ¶ An
res litigioſa alienari, vendi poſſit, & ſi vendatur, quæ ſit
pœna. *Guid. Pap. deciſion.337* primam negat. ¶ An alie-
nari prohibeantur bona pupillorum; niſi ex juſta, & ne-
ceſſaria cauſa tutoris voluntate, judiciſque decreto in-
terveniente: *Vivius deciſ. 426.* affirmat. ut cauſa alimen-
torum, *l. ſed & ſi iis, ff. an autem ff. de jure codicillo. gloſſ. l.
2. C. de fide inſtrum. & jure haſtæ Fiſcal. lib. 10.* ¶ An res
litigioſa alienari poſſit. *Mynſing. centu. 1. obſervat.55.* ne-
gat, ſed excipit aliquos caſus, *auth. ſi hæres. C. de litig.*
& de pœna eam alienantis, quam accipientis rem liti-
gioſam. ¶ An alienatio rei prohiberi poſſit per pa-
ctum. *Guido Papon. deciſ. 369.* diſtinguit. ¶ Quibus
caſibus bona emphyteutica eccleſiaſtica alienari poſ-
ſint. *Surdus deciſ. 11. Tom. 1.* ¶ An bona prohibita alie-
nari poſſint pro dotanda filia alienari. *Vincent. de Franch.
deciſ. 241.* videtur negare. ¶ An feudum planum poſſit
alienari ſolo conſenſu Baronis, Domini, quod poteſt
per teſtes probari. *Matth. de Afflict. deciſ. 241.* affirmat.
¶ An pater poſſit alienare bona ſibi, filio ſuo donata,
& filii adventitia. *Matthæus de Afflict. deciſ.393.* diſtinguit.
¶ An pupillorum res ſine decreto poſſint alienari pro
majori pretio, & an ob dictam cauſam juſte interpo-
natur. *Anton. Capic. deciſion. 113.* affirmat primam par-
tem, *deciſ. 2.* negat. ¶ An ſi Rex concedat privilegium
aſſenſus ſuper alienatione feudi, & antequam aliene-
tur moritur, Rex poſſit poſtea alienari virtute primi
aſſenſus, vel requiratur novus aſſenſus. *Antonius Ca-
pic. deciſ. 121. numero undecimo*, ait non fuiſſe vota-
tum. ¶ Hæres ejus, qui bona reſtitutioni obnoxia a-
lienavit, an poſſit ea vendicare. *Fachin. libr. quinto,
contr. cap. 19.* ¶ An trebellianicæ detractio prohibita
eſſe intelligatur cum teſtator alienare prohibuit. *Andr.
Fachin. libr. quinto, contr. cap. 6. Roland. à Valle, con-
ſilio 9. titul. 4. Cephal. conſil. 320. numero 43. libr. tertio,
Alciat. conſil. 113. Soc. jun. conſil. 170. lib. 2.* ¶ An res reſti-
tutioni ex fideicommiſſo ſubjectæ alienari poſſit ex cau-
ſa reſtitutionis dotis uxori gravati. *Fachin. lib. 4. contr.
cap. 47.* ¶ An bona reſtitutioni obnoxia expreſſe
prohibeantur à teſtatore alienari ex cauſa dotis, vel
donationis propter nuptias, an nihilominus ea ob cau-
ſas alienari poſſint. *Andr. Fachin. libr. quarto, cap. 48.*
¶ An, ſi quis partem ſuam alienare teſtamento ſit pro-
hibitus, cenſeatur etiam prohibitus accreſcentem alie-
nare. *Vaudus var. quæſtion. lib. 1. quæſt. 43.* ¶ An vaſſal-
lus cui dominus poteſtatem dedit alienandi feudum,
poſſit ejus partem alienare. *And. Fach. lib. 7. cont. c. 81.* ¶ An,
quando facta conventione inter matrem, & filium, quod
filius non alienet ullo modo bona paterna, & materna,
vivente matre, nec in totum, nec in parte, an hæc con-
ventio extendatur ad legitimam, & Trebellianicam. *Ro-
land. à Valle, conſilio 99. Tom. 4.* ¶ An bona ſubjecta fi-
deicommiſſo poſſint alienari pro dotis reſtitutione, licet
obligatio reſtitutionis dotis ſit facta poſt fideicommiſſum
injunctum. *Roland. conſil.519.* ¶ An, quando feudum
conceſſum eſt ſimpliciter pro ſe, & hæredibus ſuis poſſit
alienari. *Roland. conſil.55. Tom. 3.* ¶ An feuda invitis vaſ-
ſallis per dominum alienari poſſint. *Vincent. de Franc. dec.
17.* ¶ An frater prohibitus alienare certam rem à fratre,
teſtatore eum inſtituente, poſſit eam alienare pro dotan-
da filia ſua. *Vinc. de Franc. deciſ.241.* ¶ An dominii transla-
tio impediatur de re hæredis alienari prohibita per teſta-
torem, & mox per hæredē diſtracta. *Vinc. de Franc. dec. 299.*

Cap. IX. Qui ſint effectus.

An alienatio rei legatæ, vel partis, & quando inducat
legati ademptionem. *Vincent. de Franch. deciſ.183.* ¶ An
colonus primarius cogatur perſeverare in cultura, ſi res
aliteri ſit alienata. *Surdus deciſ. 52. Tom. 1.* negat. ¶ An
pater in emphyteuſi eccleſiæ acceptata pro ſe, & filiis,
uſque ad certam generationem potuerit alienando fi-
liis præjudicare. *Rota Luca deciſ. 44.* negat. *47.* diſtin-
guit. ¶ An alienatio bonorum filii facta ipſi noceat,
& poſſint in ejus præjudicium publicari bona, in qui-
bus pater habet uſumfructum. *Faber libr. ſexto, titul.
33. defin. 4.* negat. ¶ An mulier retinens domum pro
dotibus, ſi conſentiat illius alienationi non poſſit ul-
terius obtinere. *Marta deciſ. 181.* affirmat. ¶ An alie-
nando legatum dotale factum altari, Abbas præjudica-
re poſſit juri acquiſito Abbatiæ in damno evitando cum
conſenſu, in acquirendis juribus eccleſiæ ſine conſen-
ſu capituli. *Alphon. Villagut. deciſ.15. quæſtion. 2. num. 7.
28.* affirmat. ¶ An emphyteuta alienans emphyteuticæ
rei uſusfructus commoditatem irrequiſito domino,
propter hoc, emphyteuſim amittat. *Gramma. deciſ. 299.*
negat. ¶ An alienans rem alienam prohibitam, cum
pacto redimendi, ſi celeriter revocaverit, privetur ipſa
re. *Magon. deciſion. flor. 16.* negat. ¶ An vaſſallus alie-
nans feudum in caſu permiſſo teneatur offerre conſor-
ti non agnato. *Gaſpar. Theſſau. quæſtion. For. quæſt. 39.
lib. 1.* negat. ¶ An alienans feudum ſalvo beneplacito
domini, & poſſeſſionem tradens, illud amittat, *idem
quæſtion. Foren 53.* negat. *l. neceſſario. 8. §. quod ſi penden-
te, de periculo, & commodo rei venditæ.* ¶ An alienatio-
ne facta rei emphyteuticæ ſalvo domini aſſenſu, res in-
cidat in commiſſum. *Joan. Thom. Min. deciſ. 24.* negat.
¶ An alienatio prohibita excuſet à pœna, etiamſi fiat
cauſa recuperandæ pacis. *Rota. Rom. deciſ. 3. de pactis in
antiq.* negat. ¶ An qui alienat contra teſtatoris prohi-
bitionem pro maritandis filiabus cadat ipſo jure à com-
modo hæreditatis. *Magon. deciſ. Flor. 16. & 50.* negat. ¶ An
prohibitio alienandi impediat dominii translationem,
Annæus Robertus deciſ. 14. lib. tertio, affirmat. ¶ An per
prohibitionem alienationis ad tempus inducatur extin-
ctio fideicommiſſi. *Alexand. Raud. deciſ.28.* affirmat. ¶ An
alienatio prohibita per teſtatorem, ex verbis videlicet,
ſi rem immobilem alienare tentaverit, cadat ipſo jure;
qui impoſuit varios cenſus ſuper bonis, ceciderit. *Æmi-
lius Verallus deciſ. 17. part. 1.* affirmat. ¶ An proximior
agnatus conſentiens alienationi feudi præjudicet aliis.
Mynſinger. centur. prima, obſervat. 50. affirmat. *Baldus
capitulo primo, §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* ¶ An alie-
nans rem alienari prohibitam privetur tota re vel par-
te tantum alienata. *Magon. deciſ. Flor. 19.* non fuiſſe voca-
tum ait. ¶ An alienatio feudi antiqui præjudicet
agnatis. *Mynſinger. centur. 4. obſervat. 85.* negat, *capit.
primo, de alien. feud. pater.* ¶ An quis conſentiat alie-
nanti feudum antiquum obligando ſe alienationi non

de rebus eccleſ. non alien. ¶ An alienatio bonorum fideicommiſſi eveniente caſu fideicommiſſi revocetur; niſi ſi alienata extiterint per ignorantem fideicommiſſum, tuncque debeatur ſolum pretium. *Vivius deciſ. 262. num. 24. 25.* affirmat. *d. l. fin. §. ſin autem ſub conditione, Auth. res quæ. Codic. eorum deleg.* ¶ An patre feudum antiquum alienante in extraneum revocationi locus non ſit etiam alienatore mortuo, *Mynſinger. centur. 4. obſervat. 85. centur. 5. obſervat. 55.* affirmat *Bald. cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.* ¶ An feudalium rerum alienatio juramento etiam roborata impediatur revocari ab agnatis, *Vincent. de Franc. deciſ. 43. 91.* ¶ An filii poſſint vivente patre bona materna, vel adventitia alienata à patre, revocare. *Fachin. libr. 12. c. quinquageſimo octavo* negat. *leg. 1. §. ultim. C. de ann. exceptio.* ¶ An hæredes defuncti alienantis factum infringere, & alienationem revocare poſſint. *Ozaſcus deciſ. 180.* ¶ An contra bonorum filii adventitiorum alienationem à patre factam non ſolum filius poſſit venire, quamvis hæres: ſed etiam pater nomine filii. *Faber lib. 6. tit. 33. def. 1.* affirmat. ¶ An alienatio facta in fraudem creditorum præſentium, futurorum, & præteritorum ſit revocanda, & propter pactorum inobſervantiam *Hieron. Magon. deciſ. Flor. 75.* affirmare videtur, ſed ait non nocere.

Cap. XIII. Quæ, quibuſque modis reſcindi poſſint.

An alienatio jurata bonorum dotalium facta per mulierem reſcindi poſſit per reſtitutionem in integrum conſtante matrimonio. *Anton. Faber libr. 5. Cod. titul. 15. def. 1.* affirmat, niſi ſit ex cauſa neceſſaria alienatio facta. ¶ An alienatio bonorum paraphernalium in qua læſio intervenit, reſcindi poſſit per reſtitutionem in integrum, vel invita vendiderit. *Ant. Faber. libr. 5. Cod. titul. 15. defin. 2.* affirmat.

Cap. XIV. Quibus modis valeat.

An, quando bona ſubjecta fideicommiſſo cum prohibitione alienandi etiam inter nepotes alienata ſint ob aliquam cauſam, ſcilicet reſtitutionem dotis, valeat hæc alienatio, affirmat *Ludovic. deciſ. 71. Tom. 2.* quando non ſuperſunt alia bona, & non concurrat prohibitio legis & teſtatoris. ¶ An alienatio rei hæreditariæ de qua acceptum eſt judicium familiæ erciſcundæ valeat, quamvis ideo res non ſit litigioſa. *Faber libr. 8. titul. 24. definit. 6.* negat. ¶ An, prohibita alienatione bonorum, ſi facta ſit illorum alienatio, valeat. *Gomezius Leonius libr. deciſ. diverſ. deciſ. Hiſpalenſi 43.* negat. ¶ An res prohibita alienari per pactum in contractum, & ſit alienata in tertium poſſeſſorem, alienatio valeat, & transferatur alienationis dominium, *Gomezius libro deciſion. diverſo deciſ. Hyſpalen. 59.* negat. ¶ An alienatio facta bonorum alicujus habitantis Taurini cuidam habitanti Avilianæ valeat ſtante ſtatuto, quod non poſſit fieri alienatio in forenſes. *Ludovic. deciſ. 85. Tom. 2.* affirmat. ¶ An alienatio alicujus rei dominii regis patrimonii, dotis, ita appellant, ſine ſolemnitatibus facta non valeat, & ſit nulla. *Joan. Papon. libr. 5. titul. 10. arreſt. 2.* affirmat. ¶ An alienatio bonorum maternorum per patrem facta etiam filiofamilias conſentiente uſque adeo nulla ſit, ut nec ſi patris hæres ſit filius ratam habere cogatur. *Faber libr. 6. titulo. 32. definit. 2.* affirmat. ¶ An alienatio facta pendente lite, ex cauſa litem præcedente, valeat, niſi facta ſit in fraudem, quo caſu revocanda eſt, etiamſi vitium litigioſi contractum non fuerit. *Faber lib. 8. titul. 24. def. 5.* affirmat. ¶ An alienatio eccleſiaſticæ rei in caſu licito facta eccleſia non decepta, neque læſa ſine ſolennitatibus requiſitis valeat. *Joan. Papon. lib. 1. tit. 13. arreſt. 2.* negat. ¶ An ſi res eccleſiaſtica data ſit in emphyteuſim cum ſolennitatibus; inde reverſa ad eccleſiam poſſit alienari, ſine ſolennitatibus requiſitis, & alienata valeat. *Joan. Papon. libr. 1. titul. 13. arreſt. 1.* negat. ¶ Et quæ ſint ſolennitates alienationis eccleſiæ, videas *arreſt. 3. lib. 1. titul. 13.* ¶ An alienatio ad longum tempus, ut ad unam vitam, facta ſine ſolennitatibus requiſitis, valeat, *Joan. Papon. lib. 1. titul. 13. arreſt. 4.* negat. ¶ An alienatio rei eccleſiaſticæ, ut domorum, campanarum pro defenſione, & fortificatione loci, Civitatis valeat. *Joan. Papon. lib. 1. titul. 13. arreſt. 9.* affirmat. ¶ An alienatio emphyteuſis bonorum eccleſiaſticorum, ſine ſolennitatibus, ut ſine cauſa neceſſitatis, aut evidentis utilitatis. *Borgnin. Cavalcan. deciſ. 29. tom. 2.* negat. *& 30. tom. 2. & 31. Tom. 2. & 39. Tom. 2. n. 31. & deciſ. 40. Tom. 2, rei eccleſiaſticæ. Hieron. Magon. deciſ. 69.* negat. ¶ An alienatione bonorum generaliter prohibita à teſtatore; permiſſa, tamen inter ipſos de familia, ſine inde quædam bona alienata remotiori de familia in præjudicium propinquorum de dicta familia, valeat, & poſſit fieri inter eos ad libitum non ordine ſucceſſivo. *Hieronym. Magon. deciſ. Flor.* affirmat. ¶ An alienatio rei eccleſiæ non probata vera ſolennitate atque cauſis neceſſitatis, & utilitatis ſit nulla, ideo eccleſia ſit reſtituenda, etiam ad fructus perceptos. *Marta deciſ. 86.* affirmat. ¶ An, quando teſtator prohibuit alienari, etiam pro dote bona ſua, & alienata ſunt pro dote, valeat hæc alienatio, *Guid. Papon. deciſion. 96.* ¶ An alienatio facta per filium gravatum ſuſtineatur pro quantitate legitimæ, & Trebellianicæ, & pro debitis hæreditariis per hæredem ſponte ſolutis. *Marta deciſ. 202.* affirmat. ¶ An in donatione in qua fuit appoſitum pactum, quando donatarius non poſſit aliis vendere rem donatam niſi prius requiſito donatore, ſi eam vellet emere eodem pretio ab alio oblato, alienata donatore irrequiſito valeat illa alienatio. *Gazen. deciſ. 356.* affirmat. ¶ An alienatio facta præcedente tractatu à capitulo, cui epiſcopus facultatem dederat deliberandi ſuper ea, an teneat, ſi non interveniat alius tractatus. *Rota Roman. deciſ. 5. numero ſecundo, de rebus eccleſ. non alienand. in antiquior.* affirmat. videas verb. unio. ¶ An alienatio rei eccleſiæ ſolenniter facta, ſi læſa ſit eccleſia, valeat. *Guid. Papon. deciſ. 159.* affirmat, licet poſtea reſcindatur per reſtitutionem in integrum. ¶ An alienatio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum ſit nulla. *Marcus Antonius de Amatis, deciſ. 20.* negat. ¶ An illi in quos pervenerunt bona alienata poſſint ſe defendere pro ea parte, quam capit legitima, & trebellanica, ſi ſit contentio inter agnatos teſtatoria, & extraneos affirmat, ſi vero inter agnatos ſit, videtur negare. *Alexand. Raudenſis deciſion. 28. numer. 152.* ¶ An alienationes factæ ex cauſa dotis & alimentorum, etiam ſpuriis bonorum ſubjectorum fideicommiſſo, valeant. *Alexand. Rauden. deciſion. 29. 31.* affirmat. ¶ An alienatio vitietur ob exceſſum. *idem deciſ. 30.* affirmat. ¶ An alienatio rei Eccleſiæ cum conſenſu capituli præſentium, tantum non abſentium valeat. *Guid. Papon. deciſ. 160.* affirmat. ¶ An alienatio rerum minorum non valeat; niſi interveniente judicis decreto, & urgentiſſimis cauſis. *Vivius deciſion. 22.* affirmat. *l. 2. Codic. de præd. minor. l. 1. de rebus eorum qui ſub tutel. l. lex, quæ tutores. Codic. de adm. tuto.* ¶ An alienatio rerum pupillorum pro cauſa neceſſaria, ut victus ſi interveniant ſolemnitates requiſitæ, ut decretum Judicis, & ſubhaſtatio valeat. *Vivius deciſ. 25.* affirmat. *l. non ſolum. ff. de peti. hered. l. 1 ff. de rebus eorum. l. 1. Cod. de fid. inſtrument. & jure haſtæ.* ¶ An alienatio rei dotalis, etiam facta per mulierem conſentiente viro non valeat, niſi interveniat juramentum. *idem deciſion. 133.* affirmat. *l. ſi prædium. Cod. de jure dotium & gloſſ. ibi.* ¶ An alienatio rei emphyteuticæ facta ſalvo aſſenſu directi domini valida ſit, etiam tradita emptori reali poſſeſſione. *Vincent. de Franc. dec. 267.* ¶ An alienatio bonorum in præjudicium ejus,

cui

cui debentur ex fideicommiſſo ſit nulla. *Vivius deciſion. 262.* affirmat. *Bartol. l. Lucius. ff. de hered. inſtituend.* ¶ An actus alienationis faciendæ per ſyndicum univerſitatis de auctoritate, & mandato ipſius celebratus omnino reddatur validus, nec ullatenus infringi poteſt. *Vivius deciſ. 436.* affirmat. *gl. l. ſi ex dolo. §. 1. ff. de dolo. Rol. conſil. 90. num. 17. vol. 1. Cravet. conſil. 134.* ¶ An alienatio facta à delinquente ante crimen commiſſum cum nulla fraudis ſuſpicio immineat, valeat, ac teneat, licet poſtea contra alienantem ſententia condemnatoria ob delictum fuerit lata, ſecus ſi fraus appareat vere, vel præſumptive, quo caſu fiſco revocatoria competat. *Vivius deciſion. 440.* affirmat. *DD. in l. poſt contractum ff. de donat. Clar. in Pract. crim. quæſt. 78. num. 17.* ¶ An alienatio rei feudalis ſalvo jure domini facta valeat, etiam domino irrequiſito. *Guid. Pap. deciſ. 163.* affirmat. ¶ An alienatio adventitiorum per filium familias facta ſine voluntate patria, etiam quoad patrem valeat. *Mynſing. cent. 3. obſervat. 10.* negat. *l. & hered. §. filiusfam. ff. de pactis. l. ultim. §. filius autem famil. Cod. de bon. quæ lib.* ¶ An alienatio ad vitam facta per Prælatum valeat, non obſtante juramento ſolito præſtari per Prælatum de non alienando. *Joan. Mobedanus de locoto, & conducto. deciſ. 9.* affirmat. *Aretinus conſ. 114.* ¶ An alienatio rei reſtitutioni obnoxia pendente etiam conditione ſit i. ſo jure nulla. *Guid. Pap. deciſ. 611.* affirmat, ſed limitat. ¶ An ſtante prohibitione alienandi, & contrahendo æs alienum, & dederit bona in ſolutum bona hæreditaria fratri, quaſi illis bonis electis loco legitimæ, & trebellianicæ valeat alienatio. *Hieronym. Magonius deciſion. Floren. trigeſima quinta, num. 11* affirmat. ¶ An alienatio rei ſtabilis facta per tutorem ſine decreto pupilli, ut pupillus evitet damnum, valeat. *Mathæus de Afflict. deciſ. 87.* negat. ¶ An alienatio rei feudalis ſterilis, & incultæ ſine conſenſu domini valeat. *Idem deciſion. 129. numer. 14.* ¶ An alienatio feudi poſſit fieri ſine aſſenſu domini, quando eſt in augmentum feudi. *idem deciſion. 231.* affirmat. ¶ An alienatio feudi dotalis per virum inſcia uxore facta valeat, & noceat uxori. *Math. de Afflict. deciſ. 349.* negat. ¶ An alienatio immobilis pupilli valeat. *idem deciſ. 249.* & quæ requirantur. ¶ An alienatio facta cum aſſenſu Regio per verbum fiat, valeat. *Mathæus de Afflict. deciſ. 253.* affirmat. ¶ An alienatio rei prohibitæ ex pacto facto ei, qui habet jus in re ſit nulla. *Antonius Capicius deciſ. 182.* cauſam ait non fuiſſe deciſam. ¶ An alienatio rei eccleſiæ minus utilis, vel oneroſæ, ſine ſolemnitate valeat. *Guid. Pap. deciſ. 156. Anton. Capic. deciſ. 105.* affirmant. ¶ An cenſualia ſi alienentur pro franchia etiam irrequiſito domino cenſus irritetur alienatio. *idem deciſ. 103.* negat. ¶ Alienatio facta à minore, & uxore, quando corruat, non obſtante diſpenſatione impetrata. *Joan. Petrus Surdus deciſ. 268.* ¶ Alienatio ſi facta ſit in utilitatem minoris, cui æquiparatur communitas, valet, non obſtante defectu ſolemnitatum aliquarum. *Joannes Fruſini Pont. conſil. primo. Rauden. conſil. 50. num. 35. volum. 1. Cravet. conſilio 866. num. 20. l. 1. §. idem Pomponius. ff. quod falſo tutor. author. l. ſi pupillus §. finali de rebus eorum, qui ſub tutel.* ſola inſpecti facta veritate. *Raud. conſ. 9. num. 204.* ¶ An quando tutor alienavit bona minoria, major factus poſt decennium poſſit illam alienationem revocare. *Roland. conſil. 72. tomo quarto.*

Cap. XV. Quibus modis firmatur, vel non.

An curatoris alienatio ſuam feſtinanter authoritatem impartiendo circa alienationem minoris, vel alium gravem actum valeat, & plura de feſtinatione. *Surdus deciſion. 334. libr. 2.* ait valere. ¶ An alienatio rei ſubjectæ per fideicommiſſum reſtitutioni ab hærede dictum fideicommiſſum ignorante, facta etiam ignoranti valeat. *Ludov. à Pegue. deciſ. 103.* negat. ¶ An alienatio rei Eccleſiæ in ipſius utilitatem evidentem expirat, ſi Papa moriatur antequam facta ſit illius cognitio Commiſſariis Apoſtolicis commiſſa, *Ludov. à Peguera deciſ. 128.* affirmat. ¶ An alienatio domus nominantis ad eccleſiam ſpectantis cum conſenſu Epiſcopi in emphyteoſim cum pacto expreſſo, ut ipſam repararet de ſuo cum ſolutione Canonis annui, & ſi non ſolvatur, cadat a jure ſuo una cum melioramentis valeat illa alienatio. *Alphon. deciſ. 51.* affirmat. ¶ An alienatio rei feudalis credendo, & aſſerendo eſſe allodialem valeat, finiatur, veniat in commiſſum. *Guid. Papon. deciſ. 305.* diſtinguit. ¶ An alienatio bonorum facta à Monaſterio alicui nullo interveniente Apoſtolico aſſenſu de jure ſit valida. *Aphon. Villagut. deciſ. 52. quæſt. prima*, negat. ¶ An prohibitio alienationis, quæ fit in ultima voluntate extendatur, etiam ad contractus. *Surdus deciſ. 124. tomo primo*, negat. ¶ An & quando alienans rem alienari prohibitam, cum pacto redimendi dicatur celeriter rem revocare. *Magon. deciſ. Flor. 29.* ¶ An alienatio facta minore Principis conceſſione non obſtante, corruat. *Surdus deciſ. 268. tomo primo*, affirmat. ¶ Alienatio facta ab eo, qui poſtea fuit hæreticus declaratus ſit valida ſtante ſententia proclamatum lata, quæ perpetuum impoſuit ſilentium, *Surdus deciſ. 289.* ¶ An filius admittatur ad retractum rei à patre alienatæ. *Magon. deciſ. Flor. 26.* negat. ¶ An prohibitus alienare alienando partes à cohæredibus alienatas poſſit recuperare. *Magon. deciſion. Flor. 50.* affirmat. ¶ An fideicommiſſum, & alienationis prohibitio extendatur, ultra quartum. vel decimum gradum, item ultra centum annos. *Andr. Fach. libr. 4. contr. cap. 100.* ¶ Quando temporis ſpatio tollatur jus renovandi alienationem feudi competens agnatis proximioribus. *Andr. Fach. libr. 7. cont. cap. 11.* ¶ Feudum à vaſſallo alienatum abſque domini conſenſu an domino aperiatur, an agnatis. *Fach. lib. 7. cont. c. 24.*

TITULUS DCLIV.

De prælatione.

Cap. I. Prælatio, quomodo extendatur.

AN privilegium prælationis, quod poſſit per reſ[illegible]nem agrorum prope padum locum etiam habeat quoad alia bona debitoris, vel tamen, quoad ea pro quibus habetur deganea, ſive contributio. *Surdus deciſion. 311.* affirmat ſecundam partem, & primam negat. *l. 1. C. ſi prop. publ. penſit.*

Cap. II. Quibus modis æſtimetur, inſpiciatur.

An inter creditores pignus prætorium, habentes, jus prælationis æſtimatur ex die executionis, ſi executio tenuit hactenus, ut poſterior exceptionem habeat excuſſionis, ſin nulla eſt executio ex die contractus. *Fab. lib. 8. tit. 8. def. 2.* affirmat.

Cap. III. In quibus habeat locum.

An jus prælationis habeat locum in rachero. *Franciſc. Marc. deciſ. 570.* negat. ¶ An jus prælationis, ſeu avantagii habeat locum in feudo nobili, *idem deciſ. 2. tom. 2.* affirmat. ¶ An dominus directus poſſit accipere rem emphyteuticam jure prælationis in donatione, & aliis contractibus. *Guid. Pap. deciſ. 46. 47. 411. 508.* in venditione affirmat. *l. fi. C. de jur. emphy.* in donatione negat. ſi nomine alieno. *§. ſed nec. d. l. fin.* ¶ An inter legatarios ſit locus prælationi præter quam ſi unius legati favorabilior cauſa ſit, quam cæterorum. *Faber lib. 6. titul. 11. defin. 5.* affirmat. ¶ An jus prælationis, ubi ſunt duo domini cui competat. *Franciſc. Marc. deciſ. 574.* ¶ An prima Principis conceſſio poſteriori præv[illegible] *Gail. 2. obſerv. 35.* affirmat.

Cap. IV.

Cap. IV. Quæ, quibus præferantur.

An data anterior literarum apoſtolicarum faciat regulariter literas præferri. *Ægid. Bellamer. deciſion. 570.* affirmat. ¶ An collatio præferatur reſervationi in concurſu. *Rot. Rom. deciſ. 29. de reſcri. in antiq.* affirmat. ¶ An legitima parentum debita præferatur legatis ad pias cauſas. *Annaus Robertus deciſione prima, libr. 1.* affirmat.

Cap. V. Qui, quos præcedere poſſint.

An præcedere quis debeat, ſi pluribus eadem dignitas, eodemque tempore eſt collata. *Vincent. de Franch. deciſion. 144.* ¶ An Licentiatus debeat præcedere Doctorem in alia Academia promotum in utroque gradu juxta ſtatut. Salamantin. *Jacobus Puteus deciſion. 350. tom. 2.* negat. ¶ An Vicarius Epiſcopi, qui eſt presbyter in eccleſia, alios presbyteros præcedere poſſit. *Marta deciſion. 101.* affirmat, & quos.

Cap. VI. Qui, quibus præferantur, & in quibus.

An duobus ſuper loco collegiali contendentibus præferatur, qui eſt de loco eligibili, licet poſtea fuerit de fornicatione condemnatus. *Rota Avenionis deciſ. 9.* ait præferri. ¶ An collatio ordinarii proviſioni Papæ præferatur. *Franch. Marc. deciſion. 978.* affirmat. ¶ An poſſidens cum titulo canonico ei præferendus ſit in poſſeſſorio, qui ſolum titulo poſſidet. *Franciſcus Marcus deciſion. 980.* affirmat. ¶ An quando Prælatus, & Vicarius uno, & eodem die unum beneficium diverſis perſonis contulerit, collatio prælati præferatur collationi factæ per Vicarium, *idem deciſ. 997.* ¶ An electioni factæ à majori parte, numeri ratione, & minoris reſpectu dignitatis zeli, & meriti, quæ præferenda erit, *idem deciſ. 1033.* diſtinguit. ¶ An electiones duæ, uno contextu factæ, ſi concurrant quæ amplectenda ſit, idem 1035. diſtinguit. ¶ An Marchio ille ex duobus præcedere debeat, qui prius à rege creatus fuit, licet alter prius literas exequutoriales privilegii Marchionalis à prorege obtinuerit. *Vincent. de Franch. deciſ. 62.* ¶ An officialis ex tribus eodem tempore electis, quis præcedere debeat. *Vincent. de Franch. deciſ. 144.* ¶ An præcedere, ex duobus ducibus eodem die creatis, ille debeat, qui prius in dignitate majori poſitus, *idem deciſ. 365.* ¶ An præcedere in ſedendo, quis judex debeat, an cauſarum civilium, vel criminalium, in eodem loco, *Vincent. de Franch. deciſ. 388.* ¶ An, quando duo Duces ſub uno die creati ſint, quis præcedere poſſit in convenientibus Ducali dignitati. *Vincent. de Franciſc. deciſ. 365.* ¶ An Conſiliarii ſtatus, & Referendarii pro cauſis propriis in Senatu comparentes tempore relationis ſedere debeant ante Senatores ordinarios in ordine Senatorum. *Gaſp. Theſſ. quaſt.* For. *quaſt. 48. libr. 1.* negat. *Signorol. conſil. 23. l. 1. ff. de albo. ſcrib. leg. 1. Codic. de conſul.* ¶ An funeris impenſa præferantur creditoribus habentibus expreſſam hypothecam. *Surd. deciſ. 255.* affirmat. *l. pen. de religio. & ſump. fune.* ¶ An mulier in reſtitutione, & aſſecuratione dotis præferatur creditoribus, anterioribus expreſſam hypothecam habentibus. *Ant. Faber. libr. 5. C. tit. 7. def. 28.* negat. ¶ An inſtitutus in priore teſtamento habente clauſulam derogatoriam, quæ non fuerit revocata in poſteriore præferendus ſit ei, qui in poſteriore ſcriptus fuit. *Faber. lib. 6. tit. 5. def. 25.* affirmat. ¶ An inter chirographarios creditores nullum privilegium ſit temporis, ſed cauſæ. *Faber lib. 7. tit. 32. def. 3.* affirmat. ¶ An in pari cauſa ſit potior cauſa eorum, qui vel à teſtatore, vel à judice priores nominati ſint. *Faber lib. 7. tit. 23. def. 3.* negat. ¶ An concurrentibus duobus creditoribus in prætorio, ſi non appareat, quis prævenerit tempore, præferatur is, qui prior erit in credito. *Fab. libr. 7. titul. 32. definit. 21.* affirmat. ¶ An creditor funeris, & infirmitatis, in qua debitor moritur, præferatur quibuſcunque creditoribus, anterioribus, etiam expreſſam habentibus hypothecam in vita debitoris, & uxori in reſtitutione dotis. *Borgninus Cavalcanus deciſ. 21. Tom primo*, affirmat. ¶ An, quando quis vendidit alicui per privatam ſcripturam, & poſtea alteri vendat per publicum inſtrumentum ſecundus emptor præferatur. *Borgnin. Cavalc. deciſ. 27. titul. 2. quaſt. 3. num. 48.* negat. ¶ An magis idoneus in jure patronatus debeat præferri clerico primæ tonſuræ, quamvis habeat plures voces. *Borgninus Cavalcanus deciſion. 11. Tom. 3.* affirmat. ¶ An mater filiæ defunctæ in illius ſucceſſione ab inteſtato ſine filiis, præferatur fratri uterino dictæ defunctæ, & agnatis ultra tertium gradum. *Idem deciſ. 13. tom. 3. num. 37.* affirmat. ¶ An eccleſia antiquior parochialis præferatur juniori collegiatæ; licet poſtea efficiatur illa collegiata. *Rota Avenionis deciſ. 12.* ait non præferri. ¶ An locator antiquus, rei eccleſiaſticæ bonæ famæ præferatur in locatione novo locatori. *Joan. Pap. lib. 1 tit. 13. arreſt. 6.* affirmat. ¶ An donatarius factus poſſeſſor per clauſulam conſtituti, præferatur hæredi in interdicto retinendæ. *Fab. lib. 8. tit. 4. def. 6.* affirmat. ¶ An creditor, cognatuſve debitoris habeat jus prælationis contra extraneum emptorem, ſed ita demum, ſi in continenti poſtulet; ſe præferri, non etiam, ſi ex intervallo. *Faber lib. 8. tit. 16. def. 32.* affirmat. ¶ An, ſi in perſecutione mulctæ pecuniariæ dominus cum vaſſallo concurrat, nec alter alteri anteponatur, utrique vero pars læſa præferatur. *Faber lib. 9. tit. 23. def. 3.* affirmat. ¶ An ſcriptura privata anterior non ſubſcripta tribus teſtibus idoneis, etiam recognita præferatur inſtrumento publico inferiori; quid ſi teſtibus ſubſcripta ſit, & verificata. *Borgnin. Cavalc. deciſ. 27. tom. 2.* ſecundam affirmat, primam negat. ¶ An rex in ſolutione pœnæ non præferatur privato, & privatus regi. *Joan. Gallus libr. deciſion. diverſ. quaſtion. 256. 257.* affirmat. ¶ An creditor prior tempore, & hypotheca præferatur, ſecundo poſteriori; licet in exigendo prior fuerit. *Gomez. Leo. libr. dec. diverſ. dec. Hiſpalenſ. 36.* affirmat. ¶ An creditores, debitoris mercatoris, qui foro cedens aufugit quorum merces extabant, præferantur aliis creditoribus, etiam anterioribus. *Gomezius Leonius lib. dec. diverſ. 61.* affirmat. ¶ An teſtes præferantur teſtibus variis ex cauſis. *Gomez. Leo. lib. dec. div. dec. 73.* affirmat. ¶ An primicerius præcedat, præferatur diacono. *Thom. Gram. dec. 64.* ¶ An prior tempore præferatur ſecundo; etiamſi rem ipſam ſecundus poſſideat. *Gomez. Leo. lib. dec. diverſ. dec. 86.* affirmat. ¶ An creditor ſub conditione, & ad diem præferatur poſteriori, cui poſtea debeatur. *Gomez. Leonius lib. dec. diverſ. deciſ. Hiſpalenſi. 85.* affirmat. ¶ An mulier expreſſam hypothecam habens pro dote præferatur etiam anterioribus tacitam Hypothecam habentibus; etiam contra filios primi matrimonii in bonis adventitiis, & paraphernis. *Gomezius Leonius libro diciſion. diverſo. deciſion. 94.* affirmat. ¶ An ſi concurrunt gratia ſpecialis, & communis, præferatur ſpecialis tanquam impar, vel ſi habeat majorem taxam, vel primo præſentavit. *Ægid. Bellamer. deciſion. 77.* affirmat. ¶ An debitor chirographarius habens ſcripturam privatam non teſtibus notatam, ſed recognitam, quæ ſit prior in tempore inſtrumento præferatur inſtrumentario debitori, ſed poſteriori in tempore. *Hier. Magon. deciſion. Floren. 122.* affirmat. ¶ An mulier dans dotem præferatur omnibus creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, & anterioribus. *Capella Thol. deciſion. 217.* negat. ¶ An proximiores uxoris defunctæ virtute inſtrumenti dotalis, per quod illis competit medietas dotis præferantur creditoribus viri defuncti in bonis venditis, etiamſi uxor adierit hæreditatē viri ſine confectione inventarii. *Vinc. de*

Franc. deciſion. 518. part. 3. affirmat. ¶ An receptus primo à capitulo ex pluribua nominatis à rege, & regina alteri præferatur. *Rota Rom. decıſ. 7. de conceſſ. prabendarum in antiquis.* affirmat. ¶ An venditor in re vendita præferatur quibuſcunque creditoribus etiam anterioribus intra biennium in re mobili diſponente ita ſtatuto loci; etiamſi rei venditæ forma mutata fuerit. *Rota Avenion. deciſ. 96.* ait præferri. ¶ An quando ſit electio, aut poſtulatio extraneo à majori parte, ſed ſit electio de perſona eccleſiæ à minori, præferatur. *Franc. Marc. deciſion. 1280.* ¶ An in venditione castri, vel territorii præferri debeat conſociua, vel parerius. *Idem deciſ. 3. Tom. 2.* affirmat. ¶ An beneficio quando renunciatum eſt in favorem duorum diverſo tempore, quis in jure potior ſit, primusne? *Idem deciſ. 319. Tom. 2.* affirmat. ¶ An, ſi domus à pluribus conducatur, & ſit communis pro indiviſo, aut pro diviſo, quis ex conductoribus in ea præferatur: an is, qui habet majorem partem. *Franc. Marc. deciſ. 312. Tom. 2.* videtur affirmare. ¶ An fiſcus pro expenſis litis cæteris creditoribus præferatur. *Rota Avenionis deciſ. 221.* ait non præferri. ¶ An, ſi eligantur duo ad dignitatem, unus de gremio, & alter advena præferatur primus. *Franc. Marc. deciſ. 1367.* affirmat. ¶ An in pecuniis banchi falliti creditores Hypothecarii campſoris, ſeu menſurarii falliti, qui ſunt creditores ex aliia cauſis, & reſpectibus, quam ex rationibus dicti banchi; præferantur creditoribus, qui tantum ſunt creditores ex rationibus ejuſdem banchi ut ex eo; quod pecuniam depoſuerunt. *Ludov. à Peguer. deciſ. 38.* affirmat. ¶ An, quando plures creditores habent generalem Hypothecam diverſis temporibus, is præferatur, qui prior eſt tempore. *Franc. Marc. deciſ. 921. Tom. 2.* affirmat. ¶ An is, qui mutuat pecuniam, ex qua comparatur prædium præferatur in Hypotheca; ſi ſpecialiter non fuerit dictum. *Franc Marc. deciſ. 921. Tom. 2. n. 3.* negat. ¶ An domus pluribus communis pro diviſo, vel indiviſo partibus, æqualibus, vel inæqualibus locanda pluribus; quis præferatur. *Franc. Marc. deciſ. 52.* ait, quod præferatur is, cui locata fuit ab eo, qui habet majorem partem domus. ¶ An inter creditores præferantur chirographarii, & pignorarii, & privilegiati. *Faber lib. 6. titul. 11. defin. 14.* affirmat ¶ An avus maternus præferatur patruo in legitima ſucceſſione nepotis. *Faber liber. 6. tit. 31. definit. 11.* affirmat. ¶ An, ſi ex ſecundi creditoris pecunia emptum aliquid ſit ea mente, ut ſubrogaretur in locum eidem creditori prius obligatæ, ſit anterioribus in ea re præferendus. *Faber lib. 8. tit. 6. definitione 17.* affirmat. ¶ An, qui habet obligatam litis æſtimationem pro ſumptibua in litem factis præferatur omnibus, etiam anterioribus. *Faber lib. 8. titul. 8. definitione 7.* affirmat. ¶ An in ordine dignitatis debeat præferri ille, qui eſt prior in ordine; & ſi princeps poſſit præferre poſteriorem in ordine ex cauſa meriti, vel laboris. *Franc. Marc. deciſ. 806.* affirmat. ¶ An poſſit idem creditor anterior eſſe, & poſterior pro diverſitate debitorum. *Fab. lib. 8. titul. 8. definit. 8.* affirmat. ¶ An creditor mariti poſterior, qui anteriora dotalium pignorum jura obligata habet, præferendus ſit anterioribus mariti creditoribus, qui ſint poſteriores muliere in hypothecis dotalibus. *Faber lib. 8. titul. 8. defin. 9.* affirmat. ¶ An poſterior creditor interdum præferatur anteriori, ſcilicet ſi quantitas anteriori debita non ſit liquida, & quomodo hoc caſu anteriori proſpiciendum ſit. *Fab. lib. 8. titul. 8. def. 12.* affirmat. ¶ An dos data, & cauſa conſtante matrimonio habeat privilegium temporia à die prioris dotis conſtitutæ, ſi qui ſint alii creditores pignoratitii, qui medio tempore contraxerint. *Fab. libro 8. titul. 7. definitione 15.* negat. ¶ An creditor poſterior, de cujus vera numeratione conſtat, præferatur primo, qui ſolam confeſſionem habet. *Rota Avenionis dec. 153. n. 26.* ait præferri. ¶ An clauſula conſtituti faciat creditorem, qui ſit poſterior potiorem etiam corporalem poſſeſſionem habentem, ſi poſterior non de pignore agat; ſed de poſſeſſione. *Fab. libr. 8. titul. 8. definitione 13.* affirmat. ¶ An mulier habeat privilegium prælationis contra creditores anteriorem tacitam Hypothecam habentes non minus pro augmento dotali quam pro dote. *Fab. lib. 8. tit. 8. defin. 16.* ſecundam partem negat. primam diſtinguit. ¶ An poſterior creditor præferatur anteriori etiam conſtituti clauſulam habenti, ſive anterior agat Hypothecaria ſive conditione, *ex l. ult. C. de aquir. poſſ. Fab. lib. 8. tit. 8. def. 18.* affirmat. ¶ An legatum pro anima relictum, ſit favorabilius legato dotis. *Fab. lib. 8. tit. 8. def. 22.* affirmat. ¶ An in alienatione castri, ſeu pareriæ juriſdictionis communis præferatur alter parerius æquali, & rationali pretio; dominusne debeat præferri, an vero agnati. *Franc. Marc. deciſion. 368.* affirmat, & ait agnatos præferri. ¶ An poſterior creditor præferatur anteriori in pignore, cum anterioris jus ſublatum eſt, non per novationem ſimplicem, ſed per delegationem. *Faber libr. 8. titul. 8. def. 19.* affirmat. ¶ An, quod mulier res mariti amoviſſe dicitur, non faciat, quo minus præferenda ſit mulier, quæ anterior eſt, licet alia jam teneat bona, ex quibus poſſit ei ſatisfieri. *Faber libr. 8. titul. 8. definitione 20.* affirmat. ¶ An ex pluribus creditoribus, qui diligentior eſt, in exequendo præferatur in prætorio pignore, qui vero executionem ab alio factam, impedit, concurrit. *Faber libr. 8. titul. 8. definitione vigeſima prima* affirmat. ¶ An emptor ſub pacto de retrovendendo potior ſit ei, cui fuit vendita Hypotheca poſteriore loco; licet poſterior venditio habeat clauſulam conſtituti. *Faber libr. 8. titul. 8. def. 23.* affirmat. ¶ An chirographarius defuncti præferatur in bonis creditoris, ejuſdem hæredis cum inventario. *Surd. deciſion. 310.* ¶ An ſimulatio contractus faciat potiorem eum, qui poſterior contraxit cum vero domino, ſi non offerat poſſeſſori, quod ejus auctor offerre cogeretur. *Faber lib. 8. titul. 8. def. 25.* negat. ¶ An mulier habens pro dote tantum bona obligata ſpecialiter præferatur poſteriori in cæteris tanquam tacite generaliter obligatis; ſi ſpecialiter obligata non ſufficiant, item poſterior creditor non poſſidens non habeat exceptionem. *Faber libr. 8. titul. 8. def. 27.* affirmat. ¶ An qui erit ea lege ut pretium impenderetur, ad reficiendam domum venditoris, idem privilegium ſecuta evictione habet contra cæteros creditores anteriores, quod haberet ſi ab initio credidiſſet, ad reficiendam domum. *Faber libr. 8. titul. 9. def. 9.* affirmat. ¶ An etiam in prætorio pignore, qui prior eſt tempore, potior ſit jure. *Faber libr. 8. titul. 10. def. 1.* affirmat. ¶ An hæres in expenſa funeris præferat creditoribus defuncti habentibus expreſſam Hypothecam. *Surdus deciſion. 112.* ¶ An creditores fidejuſſoris privilegium prælationis habere poſſint in eo fundo, quem fidejuſſor habuit à debitore, ut ſolveret communi creditori. *Faber lib. 8. tit. 17. def. 44.* negat. ¶ An mulier in re ſibi à marito donata inſuper vitæ præferatur omnibus mariti creditoribus poſterioribus, licet contraxerint ante conditionis caſualis eventum. *Faber libr. 8. tit. 34. def. 10.* affirmat. ¶ An dominus, qui donationem laudavit, præferatur donatario, à quo laudemia acceperat. *Faber libr. 8. tit. 31. def. 6.* affirmat. ¶ An inter plures mortis cauſa donatarios nullum temporis privilegium ſit, quia omnium jus eodem inſtanti mortis confirmatur. *Fab. lib. 8. tit. 37. def. 5.* affirmat. ¶ An, & qui, quibus in proceſſione, Senatu, in Conſiliis, in Officiis, dignitatibus, votis præferantur. *Gram. deciſ. 1.* ¶ An ſibi ad judicata re per laudem, & evicta virtute obligationis bonorum in compromiſſo adjectæ debeat præferri aliis creditoribus ſocii compromiſſi qui poſt compromiſſum contraxerunt. *Vinc. de Franc. 51.* ¶ An creditores,

tores, qui contrahunt cum aliquo mercatore intuitu alicujus negotiationis ſint priores in illis mercibus quolibet alio creditore, qui extra illam negotiationem contraxiſſet. *Hier. Magon. deciſ. Lucenſi 1.* affirmat. ¶ An, ubi de prioritate beneficii pluribus collati non conſtat primo poſſeſſio, ſi poſſeſſio eadem die ſit capta ſecundo, major prærogativa præferatur. *Jac. Put. dec. 125. tom. 1.* affirmat. ¶ An doctor præferatur nobili ex inferiore genere. *Jacob. Put. deciſ. 126. tom. 1.* affirmat. ¶ An, & qui præferatur ex colligatoribus ſurrogatus, an proviſus Apoſtolicus, quando ſub eadem data ſunt proviſi, idem *deciſ. 248. 253.* affirmat ſecundam partem. ¶ Apoſtolicus graduatis, & Theologis, hi Canoniſtis, iſti Grammatico, & Philoſopho præferantur. *Nicol. Boer. deciſ. 225.* ¶ An ille ejus Provinciæ, in qua eſt beneficium, ſit ideo præferendus alteri, qui eſt alterius Provinciæ, quam eſt beneficium? *Jacobus Puteus deciſ. 254. tom. 1.* negat. ¶ An ſi duo teſtamenta producantur eadem die confecta, quorum unum habet horam, alterum non, ſed hujus unus in teſtamento exiſtens ſit in poſſeſſione, illud, an hoc præferatur? *Jacobus Puteus deciſ. 321. tom. 1.* affirmat ſecundam partem. ¶ An gratia cum clauſula alio quovis modo præferatur gratiæ poſteriori habenti certum, & verum modum vacandi, idem *deciſ. 35. tom. 2.* affirmat. ¶ An prior Eccleſiæ in concilio præcedat Epiſcopum Meliten. *Idem deciſ. 105. Tom. 3.* affirmat. ¶ An ſcriptor Apoſtolicus habens expectativam ad largum præferatur ſcriptori Archiepiſcopi habenti gratiam creationis in canonicum. *Idem deciſ. 295. tom. 3.* affirmat. ¶ An creditor pro expenſis infirmitatis debeat præferri creditoribus anterioribus, & expreſſam hypothecam habentibus. *Vincent. de Franc. deciſ. 51.* ¶ An pauper expectans habens tria beneficia in gratia ſua præferatur alteri pauperi in proceſſu diligentiori. *Jacobus Puteus deciſ. 327. Tom. 3.* affirmat. ¶ An teſtes numero pares, & ſuper eadem re diverſe deponentes præferantur iis, qui in ſpecie deponunt omni exceptione majores veriſimiliora dicentes. *Jacobus Puteus deciſ. 428. Tom. 3.* affirmat. ¶ An debeat præferri præſentatus ab altero ex patronis ei, qui erat præſentatus ab octo ex decem qui ſucceſſerant alteri patrono, attento quod duo ex dictis decem etiam præſentaverant ipſum, & ſic ſperabant præſentatum ab octo tantum, cum non haberet unam vocem integram, vel eſſent pares. *Gulielmus Caſſador. deciſione ſecunda de jure patron.* affirmat ſecundam partem. ¶ An habens poſſeſſionem rei venditæ vel donatæ per precarium, vel per retentionem uſusfructus præferatur habenti realem. *Guid. Pap. deciſ. 112.* ¶ An altus juſtitiarius in confiſcatione præferri debeat debito regio, *Joan. Gail. lib. deciſ. diverſ. 75.* negat. ¶ An, & quando tres feudatoris propinqui capellaniam prætendentes, quorum duo in ſacris erant conſtituti, tertius in tonſuræ ordine, hic debeat præferri in illius ſucceſſione, *Gomez. Leoni. libr. deciſ. diverſor. deciſ. 11.* affirmat. ¶ An creditores præferri poſſint in bonis uxoris debitoris dotalibus pro aliquibus redditibus annuis, pro quibus ipſa uxor dicta bona obligavit. *Gomez. Leoni. libr. deciſ. diverſo. decima octava* negat. ¶ An ſtatutum, ſive ordo præferens poſteriorem creditorem habentem hypothecam generalem quibuscunque creditoribus anterioribus habeat locum in creditore, qui nullam habet hypothecam. *Surdus deciſ. 56. tom. 2.* ¶ An cum gratiæ æquales ab initio ſint; licet ex poſt facto eadem data, ad eandem collationem idem beneficium acceptaverunt, præferatur ſimpliciter habens gratiam favorabilem, pinguiorem, vel latiorem. *Ægidius Bellam. deciſ. 144.* affirmat. ¶ An in præbendis ille præferatur, qui acceptat infra menſem, & purificat, & facit ſibi conferri poſt menſem, an vero ille, qui acceptat, & facit ſibi conferri infra menſem. *Ægidius Bellamer. deciſion. 467.* affirmat ſecundam partem quæſtionis. ¶ An beneficium unum duobus acceptantibus is, cui primus acceptaverat, an vero is, cui capitulum illud aſſignaverit. *Ægidius Bellam. deciſ. 587.* affirmat primam partem quæſtionis. ¶ An, quando debitor poſt pignorationem incantus, & deliberationem in ultimo incantu per traditionem calami creditori, vel alteri emptori in ultimo incantu factam rem, de pignore captam alteri vendat, & tradat, quis ipſorum eſt potior, & præferri debeat. *Guido Papa deciſ. octuageſima prima.* ¶ An correſanus Papæ præferatur aliis in collatione beneficiorum. *Ægidius Bellam. deciſ. 654.* affirmat. ¶ An doctor tantum per privilegium præſedente examine præferendus ſit familiari Papæ poſt aſſumptionem. *Jacobus Puteus deciſ. 161. Tom. 1.* affirmat. ¶ An cum duæ ſurrogationes procedant à Papa non ſit locus judicio ſummario, ſed ordinario. *Idem deciſ. 302. Tom. 2.* affirmat. ¶ An ſoror ex latere patris tantum præferatur in ſucceſſione fratris defuncti filio alterius ſororis utrinque conjunctæ juxta formam ſtatuti Aconitanum. *Jacobus Puteus deciſ. 160. Tom. ſecundo.* affirmat. ¶ An ſtante ſtatuto, quod in re propria aliis vendita, vel alienata aliter creditor, ſive venditor præferatur quibuscunque anterioribus. An in quam procedat in farina redacta ex frumento vendito. *Surdus deciſio. 139.* ¶ An miles Sancti Petri pauperi præferatur, & graduato in parochiali eccleſia. *Jacobus Puteus deciſione duceteſima. Tomo tertio.* affirmat. ¶ An expectans habens veram datam concurrens cum habenti fictam præferatur. *Guliel. Caſſador. deciſione ſexta, de conceſſ. præbend.* affirmat, *l. filia quam pater. ff. de liber. & poſthum.* ¶ An horam habens in proviſione præferatur non habenti. *Guliel. Caſſador. deciſione vigeſima de præbendis* affirmat. ¶ An regula cancellariæ diſponens, quod habens ſignaturam per fiat præferatur alteri habenti per conceſſum intelligatur, etiam ſi habens per conceſſum eadem die ſit poſſeſſor. *Gulielmus Caſſador. deciſione decima quarta. de præbend.* affirmat. ¶ An ubi in gratia, ſeu literis apoſtolicis appoſita eſt clauſula gratificationis præferatur proviſus per illas, alteri proviſo etiam apoſtolico ejusdem datæ, & poſſeſſori non habenti ſimilem gratificationem alias data paritate præferatur poſſeſſor. *Gulielmus Caſſador. deciſione ſecunda de renunc.* affirmat. ¶ An ſecundus creditor præferatur primo quoad pœnam. *Matth. Afflict. deciſ. 186.* ¶ An nati, & concepti tempore purificati fideicommiſſi præferantur natis, & conceptis poſt alienationem, ad revocandum alienata. *Hieron. Magon. deciſ. Flor. 91.* negat. ¶ An donatio facta anno 1566. & inſinuata 1573. præferatur donationi factæ anno 1568. & inſinuatæ. *Hieron. Magon. deciſ. Flor. 127. & 121.* negat, ſed contra. ¶ An frater conſanguineus præferatur ſorori utrinque conjunctæ in ſucceſſione ſtante ſtatuto, quod ſtantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant. *Hieron. Magon. deciſio. Flor. 148.* negat. ¶ An mater præferatur cæteris agnatis in adminiſtratione bonorum. *Hieron. Magon. deciſ. Flor. 139.* ¶ An ſecundus creditor præferatur primo, quando ex pecunia ſecundi fuit res empta etiam ipſa eſt obligata, & omnibus creditoribus emptoris. *Math. de Afflict. deciſ. 306.* ¶ An ſi duo, ſive expectantes ſub forma dignum arbitramur, ejusdem datæ, & die; unus tamen prius fecit purificari gratiam ſuam, & proceſſum ſuum fieri, quam alter: An inquam per dictum proceſſum cum appoſitione decreti ſint ligatæ manus executorum alterius, ita quod primus purificans præferatur. *Capella Tholoſana deciſ. 26.* affirmat. ¶ An in pluritate votorum ſit

Digitized by Google

præferendus magis idoneus in commenda. *Martha. deciſion. decima quinta.* affirmat. ¶ An creditor per apocham privatam continentem Hypothecam anteriorem; ſed carentem ſolemnitatibus leg. ſcripturas præferatur creditori poſteriori per inſtrumentum. *Marta. deciſion. 53.* negat. ¶ An ſint duo impetrantes in eccleſia regulari, ultimus prius purificaverit gratiam ſuam, præſentavit, & intimavit, & executor ſuua apponit decretum, primus autem expectans ex poſt purificavit, & intimavit antequam ſecundus eſſet receptus, primus debeat præferri. *Capella Tholoſana. deciſion. 281.* affirmat. ¶ An inter habentes gratias pares præferaturis, qui prius præſentavit executori. *Rota Roman. deciſion. 4. in antiquis deſcriptis, & deciſion. 5. de præbendis in novis.* affirmat. ¶ An mulier uxor creditori habenti ſpecialem Hypothecam præferatur, *Matthæus de Afflict. deciſ. 306.* ¶ An creditores duo per inſtrumenta eadem die confecta ſimul concurrant in bonis debitoris nulla habita ratione ordinis ſcripturæ in protocollo quoad aquirendam hypothecam. *Marta. deciſ. 75.* affirmat. ¶ An creditor pro veſtibus lugubribus defuncti præferatur creditori ejusdem defuncti pro depoſito apud eum facto. *Marta. deciſion. 83.* affirmat. ¶ An inquilinus conductor colonus finita locatione, ſeu conductione præferatur ſecundo, ſi tantum dare velit, quantum ſecundus. ¶ An emphyteuta aliis emptoribus præferatur, ſi dominus vendit. *Nicol. Boer. deciſ. 107.* ¶ An ſi feudatarius vendat fructus feudi primo alicui cum hypotheca feudi, ſine aſſenſu Imperat. domini ſecundo alteri hypothecavit dictum feudum cum aſſenſu domini Imper. præferatur ſecundus in perceptione fructuum. *Alph. Villagut. deciſion. 3.* affirmat. ¶ An gratia in forma pauperum concurrens cum ſpeciali continente etiam clauſulam non obſtante ſi pro alio, &c. & majorem ſummam, prior in diligentia illi præferatur. *Rota Roman. deciſion. 13. de reſcriptis in novis*, affirmat. ¶ An inſtrumentum licet tempore poſterius privatæ ſcripturæ etiam trino teſte munitæ præferatur ob non probatam teſtium ſubſcriptorum, qualitatem requiſitam. *l. ſcripturas. Cod. qui potio. in pigno. hab. Hier. Marſilianus. deciſion. 22.* affirmat. ¶ An ſenator junior in vocando præferatur antiquiori qui ultimus ſit, & qui prius dignitatem officii adeptus eſt in officio præferatur. *Gamma. deciſion. 1.* affirmat. ¶ An filius præferatur Abbati in voce monachi patris vindicta, & bonis occiſoris obtinendis. *Nicol. Boer. deciſion. 121.* ¶ An Senator expeditor cauſarum gravaminum, qui propter abſentiam, vel infirmitatem cancellarii vices ejus gerat, ſit præferendus in ſedendo. & votando aliis antiquioribus in dignitate. *Gamm. deciſion. 1.* negat niſi ſit antiquior. *numer. 26.* ¶ An Senator, qui officium non habet, & vices geret expeditoris gravaminum ſit præferendus aliis antiquioribus extravagantibus. *Idem ibidem numer. 28. 29.* ait in jurisdictione exercenda dicti officii, & affirmat non tamen in ſedendo, votando, & ſubſcribendis ſententiis. ¶ An, quia Senatus duobus in regno exiſtentibus alteri ſit præferendus. *Gamma. deciſio. 1. numer. 33. dub. 1.* ait illum qui primo inſtitutus eſt, & ſupplicationis Senatum. ¶ An Cancellarius curiæ civilis, tempore promotionis antiquior Cancellario Senatus ſupplicationis, ſit præferendus votando, & ſedendo coram Rege. *Idem deciſ. 1. num. 35.* ait, qui ſedet apud Regem, & nobiliorem. ¶ An dictus Cancellarius curiæ civilis præferatur expeditori gravaminum Senatus ſupplicationis, qui tempore antiquior eſt Cancellario, *ibidem num. 37.* non deciſum fuit. ¶ Locum tenens creatus à judice loci, an præferatur creato à domino loci. *Nicol. Boer. deciſion. 152.* ¶ An in ſucceſſione majoratus ſit præferendus proximior conſanguineis ultimi poſſeſſoris proximiori inſtituentis, etiamſi inſtitutio majoratus facta ſit per hæc verba: *ao meo parente mais chegado. Gamma. deciſ. 7.* affirmat. ¶ An in ſucceſſione fideicommiſſi, vel majoratus bonorum patrimonialium filio relicti, vel proximiori conſanguineo præferatur fœmina natu major maſculo juniori. *Gammat. deciſion. quinquageſima prima.* affirmat. ¶ An filia ultimi poſſeſſoris majoratus præferatur nepti ex filio ſtante lege Regia, ut maſculus fœminæ præferatur. *Gamma. deciſion. quinquageſima nona.* negat. ¶ An nominatus, ad emphyteuſim cum clauſula conſtituti, ſine domini conſenſu præferatur emptori, qui cum conſenſu domini rem emphyteuticam poſtea emit. *Idem deciſ. 116.* negat. ¶ In parentum ſucceſſione ex linea paterna, vel materna, qui præferantur. *Nicolaus Boerius, deciſion. 185.* ¶ An conductor primus habens hypothecam præferatur ſecundo conductori, etiam habenti poſſeſſionem rei locatæ. *Gamma. deciſion. 130.* ¶ An ex quatuor teſtamentia primum, in quo eſt clauſula derogatoria, & non ultimum aliis præferatur. *Gamma. deciſ. 209.* affirmat. ¶ An duabus ſententiis latis ſuper emphyteuſi conceſſa à primo emphyteuta, ſecundo allegante præſcriptionem juris Coloniæ perpetuæ præferenda ſit illa, quæ juri præſcripto favet. *Gamma. deciſ. 244.* affirmat. ¶ An duobus ſacerdotibus conſanguineis teſtatoris contendentibus ſuper adminiſtratione Capellæ, cujus adminiſtrationem proximiori, & magis idoneo teſtator reliquerat, præferatur alio *Gamma. deciſion. 294.* affirmat. ¶ An Secretarii Regii præferantur judicibus, & aliis. *Nicol. Boer. deciſ. 212.* ¶ An filius primogeniti, id eſt nepos præferatur in ſucceſſione majoratus patruo. *Gamma. deciſion. 397.* affirmat. ¶ An in majoratu relicto filio jure communi inſpecto, ſit filia natu ſenior præferenda filio maſculo juniori. *Gamma deciſ. 337.* affirmat. ¶ An in ſolvenda dote duabus filiabus promiſſa ex quarta bonorum patris hypothecata, ſi uni nubenti ſit promiſſa, nempe conſanguineo in eventum legitimi matrimonii, & antequam diſpenſatio eſſet a Papa approbata alteri promiſſa cum dicta hypotheca promiſſa fuit, hæc illi præferatur, *Gamma. deciſion. 355.* affirmat. ¶ An capella inſtituta in uno ex quatuor teſtamentis anteponatur legato partis bonorum in alio, & quinto teſtamento relicto, *Gamma deciſio. 381.* negat. ¶ An patruus præferatur filiis alterius patrui in ſucceſſione conſobrini. *Nicolaus Boerius, deciſione 302.* ¶ An filiua ſecundo genitus in bonis, primogenituræ, & Regiæ coronæ datis tempore mortis ſenior præferatur nepoti in ſucceſſione patrui, etiam in jure repræſentationis. *Gamm. deciſ. 174.* affirmat. ¶ An habens gratiam in forma, dignum arbitramur, cum Clau. retrotractiva ſit talis concurrit in data cum ipſo habente gratiam puram, puta in forma laudabili ſecuta purificatione ſuæ gratiæ conditionalis ante vocationem beneficii debeat præferri in aſſecutione ejusdem beneficii alterii habenti prædictam gratiam puram, quacunque ſua diligentia non obſtante. *Rota Roman. deciſ. 12. de conceſſ. præbend. in novis* affirmat. ¶ An habens gratiam à Papa prædeceſſore, qui acceptavit beneficium, præferatur habenti gratiam à ſucceſſore, qui etiam illud acceptavit, eadem *deciſ. 9. de rerum permut. in novis.* affirmat. ¶ An nepos præferatur patruo ſecundogenito in ſucceſſione avi; ſi nepos ipſe natus eſt ex primogenito prædefuncto. *Thom. Gramm. deciſion. prima.* ¶ An ſi maritus, & uxor in præſentando beneficio, vel in collatione concurrant diverſi, præſentatus ab uxore in jure patronatus dotis præferatur. *Rota Roman. deciſion. 10. de jur. patron. in novis* affirmat. ¶ An inſtrumentum in credito præferatur Apochæ duobus tantum teſtibus ſubſcriptæ, & recognitæ. *Theſ. quæſt. For. 89.* affirmat. *l. quis ſcripturas.*

pignorat. Cod. qui potio. in pign. ¶ An venditio bonorum emphyteuticorum Eccleſiæ ſub haſta facta ob debitum emphyteutæ extero revocari poſſit, & beneficiatus eccleſiæ petens præferatur. *Vincentius de Franc. deciſion. 482. part. 3.* affirmat. ¶ An quamvis judex originis in criminoſum delinquentem extra jurisdictionem, & territorium animadvertere poſſit: locum tamen alteri faciat prævenienti, cum in pari cauſa præveniens præferatur. *Idem deciſion. 505. part. 3.* affirmat. ¶ An Marchio prius per regem creatus, licet poſtea literas executoriales habuerit, præcedat Marchionem poſt eum creatum licet ante eum literas executoriales habuerit. *Vincent. de Franchis deciſion. 62.* ¶ An ſubſtitutione facta per teſtatorem in genere de proximiore de domo utrinque conjunctus præferatur conſanguineo. *Gaſpar. Theſſ. quæſt. Foren. 74. libro* 1. affirmat. ¶ An creditores emptoris defuncti anteriores creditoribus cauſam habentibus, & ceſſionem à venditore cui ſpeciali hypotheca res à ſe vendita tempore pendentis ſolutionis fuit obligata, debeant in meliorationibus factis in re vendita præferri, non in re vendita. *Vincent. de Franc. deciſion. 506. part. 3.* affirmat. ¶ An ſi creditores pro fructibus ruris ipſius defuncti in actione perſonali, creditrix mulier in actione Hypothecaria fuerint: cui earum partium in re competat prælatio. *Idem deciſion. 527. part. 3.* ait non eſſe deciſum. ¶ An creditores anteriores, non habentes aſſenſum Regium præferantur poſterioribus habentibus aſſenſum ſuper eodem debito in pecunia depoſita. *Vincent. de Franc. deciſion. 64. part. 2.* ¶ An creditores ex cauſa dotis, quibus fideicommiſſum non nocet, præferantur in bonis liberis creditoribus, quibus nocet fideicommiſſum. *Vincent. de Franc. deciſ. 519. part. 3.* affirmat. ¶ An ſoror duplici vinculo conjuncta conſanguineo maſculo de jure præferatur in hæreditate. *Joan. Thom. Minado. deciſ. 36.* negat. ¶ An diligens in proceſſu, ubi eſt paritas gratiæ alteri præferatur in præbenda, & in beneficio poſtea vacante, *Rota Rom. deciſion. 58. de reſcriptis antiq.* affirmat. ¶ An primus in data generaliter expectans certa eccleſia, & omnes habeant menſem, ad expectandum, *eadem deciſion. 68. ibid.* affirmat. ¶ An expectans apoſtolicus præferatur nominato ab eo qui nominare poteſt ex conceſſione Papæ, vel privilegio. *Rota Roman. deciſio. 6. de præbend. in antiq.* affirmat. ¶ An locatio rei ſi eſſet ſucceſſive facta duobus, & ſecundo tradita poſſeſſio præferatur ſecundus poſſeſſor, alias non. *Rot. Roman. deciſ. 2. de locato, & conduct. in antiq.* affirmat. ¶ An pauperes Chriſti ultimo loco vocati ad fideicommiſſum præferantur aliis venientibus ab inteſtato in omnem eventum, licet ſub certis modo, aut conditione vocati videantur, eadem *deciſion. 9. de teſtam. in antiq.* affirmat. ¶ An præſentatus à pupillo majore infante præferatur præſentato à tutore. *eadem deciſion. 6. de jure patro. in antiq.* affirmat. ¶ An emphyteuticarius pro eodem cenſu, quem alius ſolvat, in renovatione locationis præferri poſſit. *Vincent. de Franc. deciſ. 226.* ¶ An expectans primus in data; ſi medio juramento pactus ſit, cum ſecundo, quod nunquam beneficium cadens ſub gratia ſua acceptabit, donec ſecundus obtinuerit beneficium, ſecundus ſit potior in beneficio vacanti, quod uterque acceptavit intra menſem. *Rota Roman. deciſion. 42. de conceſſ. præbenda in antiq.* ait fuiſſe non vocatum. ¶ An præſentatus à donatario præferatur à præſentato ab hærede donatoris, licet Epiſcopi conſenſus ſuperveniat poſt donationem, & præſentationem, *Rota Roman. deciſion. 17. de jure patron. in antiq.* affirmat. ¶ An impetrans primus in forma communi præferatur ſecundo in forma ſpeciali. *eadem deciſ. 4. de verb. ſignif. in antiq.* affirmat. ¶ An impetrans primus in data in optione præferatur ſecundo in data, prius recepto: ubi de conſuetudine optio antiquiori Canonico ſecundum ordinem debetur. *eadem deciſ. 6. de conſuetud. in antiquis*, affirmat. ¶ An in re emphyteutica vendita primo ſine ſolemnitate, & re non tradita, ſecundo cum ſolemnitate, & re tradita præferatur primus emptor, vel ſecundus, *Flaminius Chartarius, deciſ. Genuenſ. 87.* ¶ An impetrantes apoſtolici præferantur, habentibus primarias preces ab Imperatore. *Rota Rom. deciſ. 15. præbend. in antiq.* negat. ¶ An impetrantes apoſtolici præferantur nominatis per archiepiſcopum in vim ſpecialis privilegii à Pontificibus defunctis ſibi conceſſi. *eadem deciſ. 16. ibid.* affirmat. ¶ An impetrantium quorum unus, ad præſentationem abbatiſſæ, & alter ad præſentationem decani expectat: uter præferendus ſit in beneficio vacanti, ubi conventum fuerit inter abbatiſſam, & decanum de præſentando alterius vicibus proviſo. *eadem deci. 3. de conceſſione præbendæ in antiq.* affirmat partem primam quæſtionis. ¶ An impetrans ſecundus in data habens clau. anteferri, præferatur primo in data, qui acceptavit prius, licet ſibi non fecerit providere. *eadem deciſion. 8. ibidem* negat. ¶ Conductor primus, an finita locatione præferatur pro eodem pretio ſecundo conductori. *Vincent. de Franc. deciſion. 406.* ¶ An tradito fundo à Titio Sejo in emphyteuſim ſub canone annuo ſolvendo. 500. ſeu hoc pacto, ne dictus canon vendi poſſit Sejo irrequiſito, ejusque hæredibus, qui ſi velint oblatis 500. cæteris quibuscunque præferantur in venditione: An, inquam debeant præferri, & venditio reſcindatur. *Annæus Robertus deciſion. 14. libro tertio*, affirmat. ¶ An creditor ſecundus in hypotheca præferri debeat primo creditori notorio, qui fuit præſens ſecundo in contractu, in quo dictum fuit bona fuiſſe libera ab hypothecis. *Annæus Robertus deciſio. 14. libro quarto*, affirmat. ¶ An in electione patronatus curæ, beneficii, Epiſcopatus, Pontificatus, dignior ſit ſemper præferendus, *Alex. Raudenſ. deciſ. 33. 34.* affirmat, *& 35. 36. 37. 38* ¶ An anterior creditor, qui primo loco contraxit, vel ſecundus creditor, qui contraxit cum pactis, ut retineret introitus caſu quo ſolvat ſummam quam fidejuſſit pro contrahente in introitibus præferatur, *Vincent. de Franc. deciſio. 369.* ¶ An frater conjunctus ex uno latere major conjuncto ex utroque concurrat, ſeu præferatur conjuncto ex utroque in ſucceſſione. *Franch. Milanenſis. deciſion. 8.* affirmat. ¶ An ſecundogenitus defuncti præferatur in ſucceſſione feudi, ſi ſine deſcendentibus mortuus ſit, tertio genito ejus patruo. *Idem deciſion. 9.* negat. ¶ An creditor re empta ex ſua pecunia aliis creditoribus ſit præferendus. *Gail. 2. obſervat. 12.* negat, ſed excipit. ¶ An, ſi emptor ſtatim poſt venditionem bonis cedat, venditor mercibus adhuc extantibus aliis creditoribus ſit præferendus, *idem 2. obſervat. 15.* negat. ¶ An mater ſit præferenda avo paterno in tutela filii accipienda. *Vincent. de Franch. deciſion. 10.* ¶ An creditor habens nomen debitoris expreſſe hypothecatum præferatur alteri volenti compenſare, etiam apud ſe *Vinc. de Franc. deciſio. 53.* ¶ An creditores, qui præferendi ſint in pecunia redacta ex feudo habentes aſſenſum Regium, vel non habentes, ſed anteriores. *Vincent. de Franch. deciſ. 64.* ¶ An creditor, qui prius habuit ceſſionem mox aſſenſum, præferatur ſecundo qui habuit ceſſionem cum aſſenſu, ante aſſenſum prioris. *Vincent. de Franc. deciſion. 75.* ¶ An hæredes primi locatoris præferantur in relocatione altera, aliis conjunctis, *Vincent. de Franch. deciſion. 123.* ¶ An, ſi tutela delata ſit matri, ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, veniant alii vocati per teſtatorem: mater vero adimpleverit conditionem, & poſtea mortua fuerit, an inquam in tutela tutores legitimi,

mi, & proximiores præferantur tutoribus teſtamentariis datis ſub dicta conditione, ſi mater nupſerit. *Vivius deciſion 2.* affirmat. *l. ſi plures. ff. de leg. tutor. §. fin. Inſt. de cap. dimin. Caph. conſil. 7. num. 22. volum. 2.* ¶ An emphyteotæ agnatus ſit præferendus, quando eccleſia voluit alteri concedere, ſecus ſi velit penes ſe retinere. *Æmil. Veruld. deciſion. 303. part. 1.* affirmat. *Abb. cap. bona. numer. 28. de poſtu. prælato.* ¶ An proviſus à Papa præferatur expectanti, ante illius acceptationem. *Idem deciſ. 337. part. 1.* affirmat. ¶ An graduatus prius præferendus ſit in terminis, reg. de concurrentibus ſuper eo beneficio, *Idem deciſ. 26. part. 3.* affirmat. ¶ An ceſſionarius pro rata ei ceſſa concurrit cum cedente pro reſiduo ipſi debito in bonis debitoris. *Vincent. de Franch. deciſion. 260.* ¶ An uxor, ſi concurrat cum filiis in accuſatione mortis illatæ viro, ipſa, aut filii ſint præferendi, ut ſoli agant. *Vincent. de Franch. deciſio. 382.* ¶ An quando conceſſa eſt gratia pluribus referendariis, qui habent poteſtatem literas expediendi ad collationem, & plures referendarii expedierint literas, quis ſit præferendus, an graduati, ut doctores, vel antiquiores referendarii. *Æmil. Veruld. deciſion. 33. part. 3.* ait non fuiſſe votatum, ſed videtur affirmare ſecundam partem. ¶ An ſcriptura privata, quamvis anterior in data non præferatur publico inſtrumento niſi per teſtes anterioritas illius probetur, *Æmil. Veruld. deciſion. 12. part. 3.* affirmat. *l. ſcripturas. C. qui potio. in pignor.* ¶ An doctor juvenis ſit præferendus ſeni, ſi probetur per quindecim teſtes ipſum eſſe magis doctum. *Vivius deciſion. 162.* affirmat. *DD. l. cum quid ff. ſi certum petatur.* ¶ An avus maternus in ſucceſſione nepotis in quæſitis à matre, & linea materna cum patruo concurrens paterno præferatur, & econtra. *Vivius deciſion. 173.* affirmat. *l. quod ſcitis. §. 1. ſecundum gloſſ. Cod. de bon. quæ liber.* ¶ An finita emphyteuſi, per generationem debeant præferri agnati emphyteutæ, dummodo emphyteuſis non fuerit finita, culpa emphyteutæ. *Vivius deciſion. 229.* affirmat. *Bartol. l. 1. §. pervenitur. ff. de aqua quot. & æſtiva.* ¶ An meretrix volens augere penſionem domus ruſticæ poſſit præferri alteri honeſtæ perſonæ minus ſolventi. *Joan. Papon. lib. 22. titul. 9. arreſt. 15.* negat. *l. ſi qua cap. 4. de ſpectato. libr. 11. tit. 40.* ¶ An ad hoc, ut creditor per Apocham præferatur creditori inſtrumentario requiratur, ut apocha ſit ſubſcripta tribus teſtibus illam apocham recognoſcentibus, & ab ambabus partibus ſubſcripta teſtibus bonæ famæ, integræ opinionis per creditorem chyrographarium probatæ. *Vivius deciſion. 277.* affirmat. *Bald. l. ſcripturas. §. ſin autem. C. qui potio. in pign.* ¶ An expenſa funeris adeo privilegiata, ut in multis creditoribus hæreditariis anteponatur, ſed creditores cum hypotheca expreſſa anteriores poſteribus ex cauſa, etiam funeris, vel expenſarum in infirmitate erogatarum præferantur. *Vivius deciſion. 307. num. 6.* affirmat. *Vincent. de Franch. deciſion. 51. num. 1.* ¶ An creditores in pignore concurrentes, ſi ſint pares æque privilegiati, æquales quoque in jure cenſeantur. *Vivius deciſ. 438.* affirmat. ¶ An hypotheca tacita antiquior de jure poſteriori, etiam expreſſæ præferatur. *Vivius deciſion. 438.* affirmat. *l. aſſiduis. §. fina. Cod. qui potior. in pignor.* ¶ An quis præferendus ſit in bonis furis aliis poſteriori tempore damnum, & furtum paſſis. *Vivius deciſion. 451.* negat, & videas rationes. ¶ An privilegium prælationis, quod uxor contra creditores habet in dote confeſſata ceſſet. *Mynſing. cent. 1. obſerv. 61.* affirmat. *gloſſ. in ver. dote in medio. l. aſſiduis. C. qui potior. in pignor. Bald. cap. contingit de dolo, & contum.* ¶ An, quando duo judices formarunt proceſſum inquiſitionalem contra aliquem, ille præferatur, qui provenit in procedendo, & ſi uterque eodem tempore incepit procedere, reus eligere poterit, quem velit. *Jaſſ. Lanfr. deciſion. 329.* affirmat. *l. ſi quis poſtea. ff. de judic. Bald. l. nulli. cap. eodem.* ¶ An maſculi exiſtentes in ſecunda generatione præferantur fœminis exiſtentibus in prima generatione. *Rota Rom. noviſſ. deciſ. 9.* affirmat. ¶ An filius, ex primogenito in ſucceſſione præferatur patruo. *Mynſing. cent. 3. obſerv. 23.* affirmat. *Geneſ. 25 & 27. cap. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. cap. ultim. §. item apponatur. 22. quæſt. 1.* ¶ An mulier præferatur omnibus creditoribus, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus. *Mynſing. cent. 4. obſerv. 13.* affirmat. *l. 1. §. ut plenius. C. de rei uxor. actio. §. fuerat. de action. l. aſſiduis. C. qui potiores in pign. hab. Bald. in d. l. aſſiduis.* ¶ An locatione finita, ſi alius conducere velit primus, ſecundo præferri debeat. *Mynſing. cent. 4. obſerv. 23.* negat. *l. ne qui. C. locati.* ¶ An originarii extraneis ſint præferendi in officiis, *idem cent. 4. obſerv. 30.* affirmat. *Panorm. cap. Abb. de verb. ſignific.* ¶ An, & quando teſtes invicem contradicunt, qui ſint præferendi, & de eorum gradibus. *Mynſing. centur. 4. obſerv. 37.* ¶ An, quando DD. inter ſe, vel à ſe ipſis diſcrepant in lecturis, & tractatibus, vel conſiliis, lecturæ conſiliis præferendæ ſint, vel contrà conſilia lecturis. *Myſing. centur. 6. obſerv. 60.* affirmat primam partem propoſitionis, *Alc. lib. 2. Parergon. cap. ult.* ¶ An vendita alteri vicino re, & petita per alium vicinum jure congrui vicinus, qui rem poſſidet, debeat præferri. *Vincent. de Franch. deciſ. 580.* affirmat., *l. ex ſextante. §. Lucius largus. ff. de except. rei jud. l. debitor. ff. ad S. C. Trebell.* ¶ An directus dominus præferatur vicino in venditione rei emphyteuticæ, etiam quod in conceſſione ſit data facultas affrancandi in pecunia, *idem deciſ. 610.* affirmat. *l. fin. C. de jur. emphyt.* ¶ An in puniendo furto præferatur judex loci contractati, qui furem cepit, judici loci, in quo fuit commiſſum. *Vinc. de Franc. deciſ. 681.* affirmat. ¶ An habens titulum præſentandi, ſit præferendus in beneficio juris patronatus, an vero exiſtens in ultima poſſeſſione præſentandi. *Borg. Caval. deciſ. 33. part. 4.* affirmat primam partem, *quæſt. Roch. de jur. quæſt. 19. num. 45. de jur. patron.* ¶ An ſi filio, cui legitima paterna fuit aſſignata, & tradita qui ingreſſus eſt religionem, & profeſſus afferens ſecum eandem legitimam, & obiit vivente adhuc matre, vel avia, ipſa præferatur monaſterio in ſucceſſione monachi, quoad legitimam matri competentem in illis bonis. *Alvarus Vallaſcus deciſ. 24.* affirmat. *gloſſ. Auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſanct. Eccleſ. verbo liberos.* ¶ An ſi beneficium ſit collatum per patronū in aliquem, confirmatione à ſumma Pont. poſtulata, is debeat præferri ei, qui ſubrogatus fuit in jus, & locum prædeceſſoris à ſummo Pontific. & literæ de illius proviſione expeditæ. *Alvarus Vallaſcus deciſion. 163.* affirmat. ¶ An ſignatura per fiat, præferatur ſignaturæ per conceſſum; niſi illa ſit generalis, hæc ſpecialis de certo tempore. *Joan. Mobed. de renunc. deciſ. 6.* affirmat. *Rota Rom. in nov. deciſ. 28. de reſcriptis.* ¶ An concurſu poſſeſſionis extante uno, eodemque tempore à diverſis acceptæ; ille debeat præferri, qui per miſſæ celebrationem in inſtrumento contentam poſſeſſionis continuationem magis legitime probavit. *idem de reſtit. ſpoliato. deciſ. 12.* affirmat. ¶ An proviſus ab ordinario, ſi poſtea capit poſſeſſionem, præferatur proviſo à Papa eodem die, & præſumatur in data anteriori proviſus. *Joan. Mobed. deciſ. 8. de præbend.* affirmat. *Calder. conſ. 7. de præbend. Bertran. conſ. 86. part. 1.* ¶ An donatio propter nuptias à principio teneat, propterea mulier ſit præfenda cæteris creditoribus. *Joan. Mobed. de pign. & Hypothec. deciſ. 1.* affirmat. *l. qui balneum. ff. qui potior. in pignor. habeantur.* ¶ An, qui poſſedit cum titulo, & poſſeſſione antiquiori probata; præferatur novo, & poſteriori poſſeſſori ſine titulo. *Barnaba Cornazzanus, deciſ. 31.* affirmat. *Alex. conſ. 110. lib. 1. conſ. 6. num. 7. lib.*